Digitized by Google

9
1 EH
15

Decimatertia Centuria
ECCLESIASTICAE
HISTORIAE, CONTINENS DE=SCRIPTIONEM AMPLISSIMARVM RERVM IN

Regno Chriſti, quæ Decimotertio poſt eius natiuitatem ſeculo acciderunt: cum Imperium Romanum gubernarent, Philippus Barbaroſſæ filius, Otto quartus, Fridericus ſecundus, Cunradus, Rodulphus, Adolphus: & Doctores in Eccleſia celebres eſſent, Gulielmus Pariſienſis, Ioachim Abbas, Alexander de Ales, Innocentius tertius, Bonauentura, Thomas de Aquino, Albertus Magnus, Egidius Romanus, Iohannes Duns Scotus, Hugo, Iacobus de Vitriaco, & alij quidam: eodem ordine, diligentia, fide, ut ſuperiores Centuriæ, ex Hiſtoricis, patribus, & alijs ſcriptoribus:

S. A. J. Casa di Spoleto

IN DVCATV ILLVSTRISSIMORVM Principum ac Ducum Megapolenſium, in ciuitate Vuiſmaria.

PER AVTORES CONTEXTA.

Acceſsit Rerum uerborumq́; in hac Centuria præcipuè memorabilium, tum Locorum Scripturæ explicatorum, geminus INDEX.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA



BASILEAE, EX OFFICINA OPORINIANA. 1574.

D.PROB ROM.S.J.

ILLVSTRI AC GENEROSO DO-
*MINO, D. MARCKO FRIDERICO, DO-
MINO IN WILDENFELS ET RON-
neberg, Domino ſuo clementi,*

G. ET P. PER CHRISTVM.

MIRA RATIO, ET DIGNA RES OBſeruatione eſt, quòd eodem ferè tempore cœperunt in altum aſſurgere atque emergere Papa Romanus, ſupra reliquas Chriſti Eccleſias ſeſe extollens, & Mahumetana religio Turcicæq; gentis Imperium. Creſcente etiam potentia & tyrannide Romani præſulis, in rebus Eccleſiæ & facultatibus mundanis: creuit ſimiliter Mahumeti religio & regni Turcici ampliatio. Nemo potuit arrogantiam & molitiones, quantumuis nephandas, pontificum Romanorum cohercere: nemo etiam potuit progreſſus Turcicos impedire. Occidentem totum Romanus Antiſtes ſibi ſubiecit, atq; pedibus etiā Imperatores clariſsimos ferociter preſſit, omniaq; pro libidine in Eccleſijs & Regnis egit: Orientem totum ſubiugauit Turcica tyrannis, & pro ſua uoluntate immaniter egit omnia. Romanus aſſumpta triplici corona, ſeſe ſupremū orbis terrarum Rectorem iactitat: Turca pro ſuo faſtu, & ſeſe totius mundi Dominum gloriatur. Romanus Epiſcopus Chriſtū honore ſuo, merito ſuo, cultu ſuo ſpoliat, peruertit eius ſacroſanctos articulos fidei, & ſalutaria ſacramenta, damnat acerbiſsimè ſcopum hunc ſacrarum literarum, Sola nos fide in Chriſtum, unicum ſaluatorem noſtrum, coram Deo iuſtificari & ſaluari: Turcicum regnum itidem contra Chriſtum totis uiribus fertur, atque impugnat hoc ipſum religionis & ſalutis humanæ caput, quòd fide in Chriſtum contingat uita æterna.

Hæc ex hiſtorijs ſunt manifeſta, quæ monent, maximam inter iſtos duos eſſe cognationem, quia tot rebus conueniunt, licet locis & alijs quibuſdam proprietatibus nonnihil uarient. Cum autem utrique quaſi conſpirarint contra Chriſtum, quis non uidet Antichriſti nomen utriſque competere: nec refert, licet alter ut hypocrita, Chriſti in terris uicarius perhiberi uelit, perinde ut lupus ouium paſtor dici cuperet. Nam contra Chriſti uerbum pleraque agit, ac notas omnes Antichriſti habet, quas nullus Tyberis, nullum Mediterraneum mare ab ipſo, ſi uel totus in imum demergeretur, ubi eſt profundiſsimum, lauare poterit. Alter uerò de quo diximus, apertè ſeſe hoſtem Chriſti gerit, quamuis &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

ipſe non prorſus uelit uideri Chriſtum damnare, quia pro inſigni propheta inter iſtos crudeles etiam hoſtes Chriſtus cenſetur.

Currunt itaque hi duo ſimul, horribiliter in mundo graſſantes, ac utrique ſuas partes in Antichriſto exprimendo non ſegniter expedientes, donec quidem ad eam metam acceſſerint, quam Chriſtus omnipotens eis præfixit, ultra quam ne pilum quidem unum excedent.

Sunt autem utrique irati Dei ſigna. Nam diſertè id in ſacris literis prænunciauit, fore nimirum, ut propter faſtiditam doctrinam ueritatis, Antichriſti Romani, & Gog atq; Magog, hoc eſt, Turcicam tyrannidem homines experiantur.

Teſtatur autem præſens iſta Eccleſiæ Chriſti hiſtoria, quæ Decimumtertium ſeculum complectitur, quanta fuerit in Oriente Turcici Imperij potentia, & quàm latè ſubinde proceſſerit, incrementa'q; ſumpſerit, quæ nulla ui reprimi potuere.

Quod uerò ad potentiam & dominium pontificum Romanorum attinet, uidere licet, eum reuera αὐτοκράτορα fuiſſe, & non ſolùm in Eccleſia in ſuam redegiſſe poteſtatem omnia, uerùm etiam in politia libidinoſè cuncta egiſſe, turbaſſe, mandaſſe.

Eam uerò horribilem transformationem regni ſpiritualis in politicum, contra luculentam Chriſti inhibitionem, Reges gentium dominantur, uos autem non ſic: non potuit non comitari labefactatio, conuulſio & obſcuratio doctrinæ cœleſtis, & omnium cultuum diuinorum, etiamſi externa larua pietatis retineatur. Imò hæc ipſa hypocritica religio, conſtans idolomanijs, & ceremonijs humana autoritate inuectis, eſt ueræ religionis peſtis & interitus.

An'non religionis prætextu, pontificiorum, ſacerdotum, phariſæorum Hieroſolymitanorum uniuerſa cohors, uniuerſam religionem ueram, & propheticam doctrinam extinxit? Nam ipſi quoque, ueluti Antichriſti præcurſores, nimium ſeſe politicis imperijs immergebant, cum quidem Deus inter reges Iuda & Leuiticum ſacerdotium, accuratis quaſi limitibus diſtinxiſſet.

Sed doctrinam ſpectare operæprecium eſt, quo loco in præſenti ſeculo fuerit. Fundamentum non tantùm externorum cultuum, ſed etiam doctrinæ, erat papa Romanus, qui omnia omnium dogmata ſibi uolebat citra omnem exceptionem ſubijci: & talis fuit hominum ſiue cæcitas, ſiue conſternatio, ut omnes id iugum tulerint, multo'q; reuerentius papæ quàm ipſi Deo, aut toti Eccleſiæ Chriſti, ſua ſcripta permiſerint.

Deinde Normæ docendi & iudicandi controuerſias conſtitutæ ſunt Patrum ſcripta, & Conciliorum decreta. Verbi autem diuini

uini autoritas penè exoleuit. Nam id ulterius non eſt receptum, niſi quatenus Patribus aut Concilijs conſonaret. Inde non ex ſacris literis, patrum ſcripta ſunt intellecta: ſed ex ſenſu hominum, uerba Dei ſunt declarata. Vnde etiamnum tales audiuntur uoces, indignæ Chriſtianis hominibus, ſacram paginam eſſe obſcuram: literam Biblicam eſſe materiam litis: genuinam ſcripturæ diuinæ ſententiam ex Patrum aut Conciliorum ſcriptis hauriendam ac determinandam. id quod perinde eſt, ac ſi quis diceret, Solem à Luna illuminandum, ſeu potius opaca nocte illuſtrandam eſſe diem. Quidquid autem lucis in Patrum commentarijs eſt, id ex ſacris literis eſt. Reliqua uerò, ex Patrum capitibus promanantia, ſunt tenebræ humanæ, quæ luce ex ſanctis literis emicante ac præfulgente, prorſus diſgregantur & expirant.

Inſuper & Ariſtotelicis argutijs plus nimio attributum eſt, tanta ueſania, ut etiam in ſcholas atq; ſuggeſtum tenebroſa hominis gentilis ſcripta fuerint producta, & articulis fidei permixta.

Et hæc quidem omnia in doctrina ſcholaſtica, quaſi peculiare quoddam theatrum & regnum conſtituerunt. Nam hoc tempore omnes ſcholas, omniaq; pulpita ſcholaſticæ illæ diſputationes ac rationes docendi occuparunt. Equidem ſuperiori ſeculo Petrus ille Pariſienſis, ſententias de capitibus doctrinæ præcipuis, ex Patribus omnium maximè collegerat, unde Magiſter ſententiarum cognominatus fuit. Hoc uerò ſeculo, non ſolùm ſententias ſuper ſententias gignunt atq; accumulant Eccleſiæ Doctores, ſed uniuerſam quoq; Theologiam horribiliter obſcurant & deprauant. De aliquot autem ſaltem proprietatibus Scholaſticorum doctorum, Lectores ſunt commonefaciendi, ut ueluti ex unguibus leones iſtos diſcant cognoſcere ac uitare. Sunt autem iſtæ:

1. Eſt Academica Theologia, in qua omnia in dubium, more Scepticorum, adducuntur. Equidem moderatas collationes in Scholis, quæ fiunt ad eruendam & confirmandam ueram ſententiam, & ut rudiores diſcant præſtigias fanaticorum ſolidè ac grauiter diſcutere, modò ſobriè & piè fiant, nemo, ut nos quidem opinamur, reprehenderit: ſed ea quæ plana, illuſtria, certa ſunt, ſtudio quodam in dubium uocare, id uerò nemo, ut exiſtimamus, pius probauerit, præſertim in docendi ratione, ubi fundamenta rerum ſimpliciter & perſpicuè tradenda ſunt.

2. Quæſtionum nullus eſt modus, nullus finis. Hinc Quæſtiones ſuper quæſtiones natæ ſunt.

3. Subtilitates immodicæ & intricatiſsimæ ſunt coaceruatæ, & laudi fuit profundiſsima ſcrutari, & perplexitates in medium afferre, in quibus ſumma ingenia ſeſe torquerent. Et hinc ſunt illa uaſta atq; immenſa maria quæſtionum, ſubtilitatum, reſolutio-

num,in quibus & natarunt ingenia humana, & tandem defatigata ſubmerſa etiam ſunt.

4. Confuſio Philoſophiæ & Theologiæ in eis conſpicitur. Nã Ariſtotelis principia & ſententiæ agminatim mixtæ ſunt rebus diuinis, ita ut dilutam ſaltem Theologiam, cæcitate ethnici & non renati philoſophi obtenebratam, ſeu potius cœno humano deformatam, tradant.

5. Studium linguarum eſt neglectum, quibus ſacræ literæ ſunt comprehenſæ. Non igitur ex fontibus Hebræis aut Græcis doctrinas hauſerunt, aut controuerſias dijudicarunt, ſed ex translationibus qualibuſcũq; & ſcriptis hominum. Conſtat autem, controuerſias religionis abſq; cognitione earum linguarum, quibus ſacræ literæ traditæ ſunt, dirimi non poſſe.

6. Neglectis artibus liberalibus & cultura elocutionis, barbaries ingens in fingendis nouis terminis & uocabulis loquendi, paſsim inundauit, ita ut obſcuras ſuas quæſtiones obſcuris ſuis uerbis, & monſtroſa ratione loquendi, magis adhuc inuoluerent. Ac ſemper ita ſolet uſu uenire, ut in monſtroſis dogmatibus defendendis, monſtroſa uerba excogitentur. Veritas autem diuina gaudet rerum & uerborum perſpicuitate & luce.

7. Omnes papam uti idolum uenerantur, tali ſubiectione, ut nefas eſſe putent, uel leuiter ſaltem à papa diſſentire. Itaq; ſine diſcrimine falſa dogmata omnia Antichriſti Romani tutantur, & omnes ſuas ſententias papæ ſubijciunt.

8. Tenebræ igitur multiplices omnia capita doctrinæ Chriſtianæ inuaſerunt. Extincta eſt doctrina, FIDE tantùm, ſine operibus, homines coram Deo iuſtificari. Pſeudoapoſtolorum doctrina publicè regnauit, Bona opera neceſſaria eſſe ad ſalutem. Meritum Chriſti extenuatum eſt, quaſi tantùm initium ſit noſtræ iuſtificationis coram Deo: quia nimirum gratis recepti, ſuis operibus iuſtitiam coram Deo adimpleant & conſequantur. Doctrina de bonis operibus horribiliter eſt deformata. Extincta eſt magna ex parte doctrina de horribili deprauatione hominum per peccatum originale. Nam aſſeruerunt, hominem faciendo quod in ſe eſt, poſſe mereri gratiam de congruo. Eccleſiam tantùm ad papam Romanum adſtrinxerunt, eiusq; poteſtatem ſuper omnes gentes euexerunt. Doctrina de pœnitentia horribiliter eſt deprauata: quia diſcrimen Legis & Euangelij deleuerunt. Inuocationem mortuorum, & profanationem cœnæ Dominicæ auxerunt. Breuiter, res ipſa docuit, doctrinã ſinceram penitus à Scholaſticis rixatoribus eſſe ſuppreſſam.

Hæc uidere atq; expendere in hiſtorijs operæprecium eſt, ut ira Dei cognoſcatur, quando lucem ſuæ ueritatis, propter hominum peccata aufert, ac ſinit homines quaſi labyrinthis uariarum

opinionum ſeduci, ut nihil certi in religione, cui poſsint conſcientiæ inniti, habeant: & uiciſsim, ut puritatem & perſpicuitatem uerbi diuini, magni faciant, expetant, tueantur. Nam nihil in hoc mundo eſt precioſius, nihilq; ſalutarius uerbi Diuini luce, ſiquidem abſque ea nemo ſaluari poteſt.

Tibi uero, Generoſe Domine Baro, hanc Centuriam hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſcribimus honoris cauſa. Nam cum in Academia Ienenſi aliquot annos pietatem & bonas literas didiceris, & egregia eruditione inſtructus ſis, ſperamus hoc Opus, ex hiſtorijs collectum, tibi non ingratum futurum eſſe. Nouimus enim te hiſtoriarum lectionem, tum ſacrarum tum prophanarum, amare, utpote ex quibus non tantum exempla uirtutum politicarum inſignia peti queunt, ſed etiam, in quibus mens pia uidere poteſt, quo in loco res Dei fuerint, & quomodo Deus impietatē huius mundi crebro horrendis tenebris punierit. Equidem profanæ hiſtoriæ docent, quod Deus ſcelera ſummorum atq; infimorum in hoc mundo non reliquerit inulta. Sed ſacræ inſuper monent, apoſtaſias, hoc eſt defectiones à ſincera Dei doctrina, conſuſurrationes cum corruptelis, communicatio cum falſis cultibus, multo grauius à Deo punitas eſſe.

Iſta autem omnia erudiūt pias mentes, ne ſeſe temere falſis dogmatibus coniungant, & magis æternæ ſuæ ſalutis, quàm commodorum huius momentaneæ uitæ rationem habeant.

Hanc etiā ob cauſam uiſum fuit tuæ clementiæ inſcribere hunc noſtrum laborem, quia bonam de te ſpem concepimus, te pium Eccleſiæ ueræ nutritorem futurū, & fidos Ieſu Chriſti miniſtros amanter promoturum eſſe.

Quod reliquum eſt, precamur æternum patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ut Eccleſiam ſuam in hiſce poſtremis huius poſtremi mundi tempeſtatibus, & ſæuis Satanæ furoribus, clementer & potenter defendat ac protegat, & tuam quoq; clementiam ad diuini nominis gloriam, & ad tuæ clementiæ ſalutem æternam benignè gubernet. Amen.

Tuam Clement. reuerenter colentes,

D. Iohannes Vuigandus,
M. Andreas Coruinus.
M. Thomas Holthuter.

VERA DEI ECCLESIA nunquàm penitùs deleri poteſt.

Iudice te mundum uictrix Eccleſia, Chriſte,
Negliget, & feros fera uidebit auos.
Te duce terna uelut ſaluo pede turba per ignem
Ambulat, ut feruens ignis in igne furit:
Te duce ſub tumidis ſic tuta Eccleſia monſtris,
Preſſa quibus nimium ſapè laborat, erit.
Conſpirent quamuis odio gliſcente tyranni:
Semper erit Chriſto paruus in orbe locus.
Papa furens animis ſe colligit acer in arma,
Et modò relliquias uult abolere pias.
Turca fremens odijs in funera iurat eorum,
Qui graue de Chriſti nomine nomen abent,
Hic acuit rabiem, plenos fouet ille furores:
Hic multis pugnat uiribus, ille dolis.
Quid faciunt ſtulti? quantumuis omnia tentent,
Propoſitumq; premant corde furente malum:
Non tamen abſument ſociatis uiribus ambo,
Quas uerbi Chriſtus ſemine paſcit, oues.
*Semper honos, populusq; Dei, laudesq; ma*ebunt:*
Saluus erit cœtus, te duce Chriſte, tuus.

Decimætertiæ Centuriæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ

CAPVT I.

DOMINO noſtro Ieſu Chriſto præeunte ac ducente, DECIMVMTERTIVM nunc ſeculũ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ingredimur. Complectitur autem Eccleſiæ Dei ſtatum interiorem & exteriorem, & alia quædam non ingrata futura lectori, cũ in ultima huius mundi Monarchia, in faſtigio nimirum Romani Imperij eminerent Philippus Barbaroſſæ filius, Otto quartus, Fridericus ſecũdus, Cunradus quartus, Vuilhelmus, Rudolphus, & Adolphus.

In Papacæſareatu autem multò plures fuêre, nempe ſedecim, qui Monarchiam Eccleſiaſticam truculentis fulminibus aduerſus Magiſtratus politicos, & omnia generis homines, atq; inſuper etiam cruentia armis tenuerunt. Quantopere autem Cæſarea afflixerint, hiſtoria docebit. Quomodo Eccleſiam Chriſti etiam oppreſſerint, res ipſæ loquentur.

Nam Regnum papale hac ætate excreuit in immenſum, non ſolùm in Eccleſia, uerùm etiam in politia, adeò ut nihil non auderent ac perficerent Papacæſares illi Romani.

Cœperunt autem inprimis, atq; repentè quaſi ex equo Troiano emicuerũt atq; inualuerunt, Scholaſtici Doctores, qui exẽplo, à Petro Lombardo ſuperiori ſeculo in medium allato, diſputationes ſubtiles, intricatas, & magna ex parte nõ neceſſarias, de rebus diuinis mouerunt atq; accumularunt. Nam omnia more Academicorum & Scepticorum in dubium, & quidem in publicam diſceptationem adduxerunt. Vtq; tenebræ efficerentur maiores, nebulis Ariſtotelicis lux diuina non tantùm aſperſa, ſed penitus obſcurata eſt. Nec ſunt in illis ambitioſis certaminibus res euolutæ, ſed magis implicitę & perturbatę. Quid enim cæcus Ariſtoteles res uerbi diuini illuminaret? Extincta itaq; dexteritate ac perſpicuitate docendi, etiam facilitas diſcendi amiſſa eſt: ac fuerunt illa Scotiſtica maria, & monſtroſæ concertantium quæſtiones ac reſponſiones, meræ carnificinæ diſcentium, quibus impediri, ætatem omnem, & oleum atq; operam, quod dici ſolet, perdiderunt.

Ac docuit ipſa hiſtoria, ueritatem diuinam uſqueadeò iſtis ſpinoſis rixis, & monſtroſis terminis, labefactatam & amiſſam eſſe, ut pleriq; neglectis Biblijs ſacris, Ariſtotelem ueluti Prophetam aut Apoſtolũ ſanctum inprimis colerent, & Patrũ ingentia uolumina tantùm uoluerent, ac recitare diſcerent. Nam quæ in ſacris monumentis traduntur, uulgaria, tenuia & uilia habebantur. Ille uerò eximij, angelici, Seraphici Theologi gloriã merebatur, qui Ariſtotelem, aut hominum ſcripta plenis buccis ſonare & crepare poſſet.

Hinc ſunt illa ingentia Commentaria in Magiſtrũ Sententiarũ Alexandri, Aquinatis, Alberti, Scoti, & Quæſtiones infinitæ, quibus omnes Scholæ occupatæ fuerunt.

Ordines porrò noui complures, in hoc Regno papæ tam efficaci atq; amplo, inuẽti ſunt, iuxta Chriſti dictum: Ecce hic Chriſtus, ecce illic. utpote Franciſcanorum, Dominicanorum, Sacciorum, Seruorum Mariæ, Celeſtinorum, Bethlehemitarũ, S. Trinitatis, S. Claræ, Beghinarum, & ſimilium. Nam obſcuritatem doctrinæ cœleſtis, comitantur errores in infinitum. Cum enim uia ad ſalutem unica ſit Chriſtus, neceſſe eſt eos ueluti cæcos paſsim uagari & hallucinari, qui plures in cœlũ uias quæritant.

Expeditio præterea in terram ſanctam à pontificibus Romanis magis ui quadam uehementi, quàm perſuaſione urgetur. Quid autem illi monarchæ Eccleſiaſtici ſpectarint, non eſt obſcurum, nempe ut potentia ipſorũ Eccleſiaſtica augeretur. Nam reditus ingentes captabant. Multi autem præſtantes uiri in ea profectione interierunt, inter quos etiam Ludouicus Thuringię Lãdgrauius, maritus S. Eliſabethę fuit.

Sed iam lectorem ad ipſam maximarum rerum cognitionem deducimus.

CAPVT

orbe Chriſtiano excelleret, ſuperbè iactitaret, indignationem Barbarorum incurrūt, ac deniq; cum uitæ periculo reijcinntur penitus. Boiothnoi tamen eiuſmodi ad papā reſcribit literas: Diſpoſitione diuina ipſius Chaam tranſmiſſum Baiothnoi uerbū, papa ita ſcias. Tui nnncij uenerunt, & tuas literas ad nos detulerunt. Tui nuncij magna nerba dixerunt, neſcimus utrū iniunxeris eis ita loqui, aut à ſemetipſis dixerint, & in literis taliter ſcripſeras: Homines multos occiditis, interimitis & perditis. Præceptum Dei ſtabile & ſtatutū eius, qui totius faciem orbis continet, ad nos ſic eſt. Quicunq; ſtatutum audierint, ſuper propriam terram, aquam & patrimonium ſedeant, & ei qui faciem totius orbis continet, uirtutem tradant. Quicūq; autem præceptum & ſtatutum non audierint, ſed aliter fecerint, illi deleantur & perdantur. Nunc ſuper hoc iſtud ſtatutum & præceptum, ad uos trāſmittimus. Si uultis ſuper terram noſtram, aquam & patrimonium ſedere, oportet, ut tu papa in propria perſona ad nos uenias, & ad eum, qui faciem totins terræ continet, accedas: & ſi tu præceptum Dei ſtabile, & illius, qui faciem totius terræ conrinet, non audieris, illnd nos neſcimus, Deus ſcit. Oportet ut antequam uenias, nuncios præmittas, & nobis ſignifices, ſi uenis aut non, ſi uelis nobiſcū componere aut inimicus eſſe, & reſponſionem præcepti citò ad nos tranſmittas. Iſtud præceptum per manus Aybeg & Sargis miſimus, menſe Iulio, xx. die. In territorio ſitientis caſtri ſcripſimus. Vincentius libro 31. cap. 51. Hinc igitur conijciat pius lector, non tam religionis propagandæ, quàm ſuæ dominationis ampliandæ gratia, ſuperbū illud animal Romanum ſuos legatos hinc inde tranſmiſiſſe. Et quidem huic rei fidē facit, quod Vincentius indicat, hoſce monachos ſubinde in Chriſtianos incidiſſe apud Tartaros: & imprimis Iohannes monachus itineris ſocius inquit, quòd Cnine princeps clericos Chriſtianos aluerit, qui in ſacello ad mains tentorium erecto, quotidie certis horis cantarint, more Græcorum. Cæterùm hanc peregrinationem Aſcelinus cum ſocijs confecit annis tribus & menſibus ſepte. Vincentius lib. 29. & 30. Naucletus generatione 42. uolumine 2.

Dum porrò Lndouicus Francotum rex, in Cypro inſula cum exercitu, qui ad Terram ſanctam properabat, moram faceret, anno 1249. circa Natalem Domini, quidam Tartarotum legati ei occurrunt, literas exhibentes Ercalthai cuiuſdam Tartarotum primatis. Ij autem inter cætera regi nunciant, Chaam, quo nomine magnus Tartarorum princeps appellatur, anno abhinc tertio Chriſtianā religionem amplexū, cum magnatū & plebis multitudine maxima. Erchalthaum uerò, quem diximus, qui ante multos annos Chriſto nomen per baptiſmū dederat, iam religionis promouendæ gratia, magni Ducis iuſſu bellum gerere contra aduerſarios eius, Mahumetanæ ſcilicet religionis ſectatores, eumq; imprimis regis Francotum fidem beneuolentiamq; expetere. Literarum à legatis exhibitatum exemplar apud Vincentium lib. 31. cap. 91. uidere licet. Paulò autem ante horum aduentū, Coneſtabularius Armeniæ ad Cypri regem de Tartaris ad hunc modum ſcribit: De terra Caghat tres reges in Bethlehem uenerunt Chriſtum adorare, & Chriſtiani ſunt homines illius terræ. Ego ſiquidem ipſe fui in Eccleſijs eorum, & uidi Chriſtū Ieſum depictum, tres quoque reges, ùnum autum, alium thus, & alium myrrham offerentes. Per illos itaque tres reges habuerunt illi fidem Chriſti, ac per illos Chaam & omnes ſui modò facti ſunt Chriſtiani. Vnde & ad portas ſuas habent Eccleſias, pulſant campanas, ac percutiunt tabulas, ita ut euntes ad dominum ſuum Chaam, primò quidem oporteat ire ad Eccleſiam, & ſalutare Ieſum Chriſtum, pòſt uerò ire & ſalutare Chaam. Inuenimus & multos Chriſtianos effuſos per terram Orientis, & multas Eccleſias pulchras & altas, antiqnas, quæ uaſtatæ fuerant à Tartaris. Vnde Chriſtiani terræ illius uenerunt in præſentia Chaam iſtius, quos iſte cum honore magno ſuſcepit, & libertate donauit: & ne quis uerbo uel facto eos cōtriſtaret, prohiberi fecit. Et quia peccatis noſtris exigentibus nō habebat Chriſtus, qui nomen ſuum prædicaret in illis regionibus: ipſemet pro ſeipſo prædicauit, & nunc prædicat ſanctiſsimis ſuis uirtutibus ita, nt gentes illatum regionum credant in Chriſtum. In terra uerò Indiæ, quàm beatus Apoſtolus Thomas cōuertit, eſt qnidā rex Chriſtianus, &c. Vincētius li. 31. cap. 92.

Inde igitur Francus ad Tartarorum ducem miſit per ſuos legatos Tartaris adiunctos, tentorium quoddam ex purpura in ſacelli formam contextum, in quo arte ſingulari depicta erant, quæcunq; Chriſtus in corpore pro nobis geſsit, aliaq; ad cultum diuinum pertinentia: literis additis, quibus utrumqne, & Ercalthaum & magnum Ducem hortabatur, ut eum qni per gratiam ſuam ad cognitionem nominis ſui eos uocauerat, debita reuerentia colerent, & in eius amore iugiter permanerent: ut Vincentius libro 31. cap. 92. 94. narrat. Ganguinus lib. 7. Franci autem legatos duos

tos duos

tos duos monachos ordinis Prædicatorũ fuiſſe conſtat, ſed nihil per eoſdem in re Chriſtiana effectum. Nam (ut Aemylius teſtatur) uicijs hominum, & turpibus corruptiſsimi ſeculi moribus, quos inſpexerant legati, deterriti Tartari, locum prædicatoribus nouis non dederunt. Iohannes de Oppido.

Referunt præterea autores plures, temporibus Innocentij quarti ad Lugdunenſe concilium Tartarorum quoſdam ueniſſe, qui domi Chriſtianam religionem edocti, tum ſacro baptiſmate imbuti ſint. Paralip. Vrſperg. Chronicon Martini, Blondus. Quamuis nonnulli in eo quod Gregorio decimo papa exiſtente celebrarum eſt, factum aſſerant concilio. lib. 5. cap. 1. Continuatæ hiſtoriæ ſacræ.

Porrò uix dici poteſt, quantos labores idem rex, pro recuperanda terra ſancta, & Eccleſia amplianda, ſuſtinuerit. Nam Damiata Aegypti urbs per hunc capta, expulſis barbaris, Chriſtianorum fit domiciliũ: & Machumeti baſilica Mariæ uirgini dicarur, eiq; epiſcopus datur. Sed ſeſquiennio pòſt ea Aegyptijs reddita eſt, anno 1221. diſcedentibus Chriſtianis: qui cum recenſerentur à Meledino Sultano, ſeptuaginta millia hominum capita inuenta ſunt. Singuli enim ſtarlingum (numiſmatis genus eſt) numerare coacti ſunt, ne quouis iuris prætextu, Chriſtiani imperium & urbia poſſeſsionem liberam tenuiſſe uiderentur. lib. 3. cap. 9. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Anno deinde huius ſeculi uigeſimo octauo, Fridericus in Orientẽ proficiſcitur, ac rebus feliciter pro Eccleſia geſtis, Ieroſolymorum rex inungitur, totaq; ei Palæſtina reſtituitur. Solum autem templum Dominicum Soldanus integrum ſibi reſeruat. Sicq; non ſolùm pax Syriacis Chriſtianis reſtituitur, ſed & deſtructa reſtaurantur oppida, quæ Eccleſiæ fiunt hoſpitia. Verùm eam pacem & Eccleſiarum incrementa, Groſſoini turbant, uaſtata uniuerſa Palæſtina & Ieroſolyma, ut nihil præter Tyrum & Ptolemaidem ipſis reliquum eſſet. Mittuntur igitur ex Germania Italiaq; denuò exercitus, quorũ dux Ludouicus erat, per quem Damiata ſecundò capitur, templa barbarorum Mariæ uirgini, alijsq; Diuis conſecrantur, anno 1249. Verùm non multo pòſt, rege capto, pro ſui liberatione eandem urbem barbaris reſtituit. Cæterùm dum in Aegypto bellum gerit Francus, Syriaci Chriſtiani Cæſaream, Ioppen, Sidonem aliaq; oppida recuperant, quæ pulſis barbaris, Chriſtianis replentur. Et cũ poſt factam pacem, annos quinq; in Palæſtina ſubſiſteret Rex, plurimi Saracenorum ipſius ſanctitate adducti, Chriſto nomen dederunt, baptiſmaq; ſuſceperunt. lib. 4. Continuatæ hiſtoriæ belli ſacri.

Sub idem ferè tempus per Aitonem Armeniæ regem, uirum pietate inſignem, Mango Tartarus perſuaſus, baptizatur, & Chriſto nomen dat, eo conſilio, ut Chriſtianorum Syriacorum ope Turcas Saracenosq; reprimere poſſet. Et Perſide ſubacta Haalon Mangonis frater, qui exercitus dux erat, Docuſcantonem puellam uxorem ducit, quæ Magorum, qui in Bethlehem olim Chriſtum infantem uenerant adoratum, ſoboles credebatur. Cuius hortatu Mahometi templa omnia dirui iuſsit, affixitq; paſsim eius ſuperſtitionis ſectatores. Ibidem cap. 14.

Boruſſos Vualdemarus ſecundus Danorum rex Chriſto nomina dare, ui & armis coegerat. Sed cum inde pedem referens, Pomeranorum ſaltem fines attigiſſet, ipſi ad priſtinam relabuntur idololatriam. Eos uerò tandem fratres ordinis Teutonicorum, quibus Fridericus ſecundus eam terram gubernandam tradidit, ad papiſticam deduxerunt religionem, Ottocaro Bohemo, Ottone Brandeburgico, Duce Auſtriæ, Marchione Morauiæ, alijsq; principibus eos iuuantibus, anno 1254. Nauclerus uolum. 2. generat. 42. Crantzius lib. 7. Vandaliæ, cap. 21.

Mirabile eſt, quod à pluribus ſcriptoribus annotatur de conuerſione cuiuſdam Iudæi in Toleto Hiſpaniæ urbe. Is enim pro amplianda ſua uinea rupem imminentem remouere parat. Sed inter fodiendum in concauitatem quandam incidit, ubi librum, ligneis folijs ſcriptum, ad longitudinem Pſalterij reperit, in quo triplici lingua, Hebraica, Græca & Latina legebatur, de triplici mundo ab Adam uſq; ad Antichriſtum. Initio autem tertij prædicebatur, naſciturũ eſſe Chriſtum ex uirgine, ac pro mundi peccatis paſſurum. Eidem libro & hoc inerat, temporibus Ferrandi Caſtellæ regis (qui quidem rum ad gubernacula ſedebat) librum repertum iri. Hæc legens Iudæus, repudiata ſua religione, Chriſtianus factus cum omni familia baptizatur, circiter annum Salutis 1238. Chron. Martini Capellani, Faſciculus temporum, Paralipomena Chronicis Vrſpergenſis addita.

SVB VVILHELMO.

A Cruciferis perſuaſus, uel ut Cromerus uult, eorũ armis in tantas redactus anguſtias, Mandauus rex Lithuaniæ, baptiſma cum ſuis accipit à Rigenſi epiſcopo. Sed paulo pòſt religionẽ abijcit. Non multo autẽ pòſt Cruciferi Boruſsis bellum inferunt,

ferunt, quòd nuper Mandauo opem tuliſſent, & Sambienſis regionis incolas in ſuã redigunt poteſtatem, & ad Chriſtianam religionem cogunt. Et ut ijdem in officio continerentur, duæ extructæ arces præſidio munitæ ſunt. Cromerus lib. 9.

TEMPORE INTERREGNI.

Tuneti, Aphricæ urbe nobiliſsima, per Francos milites, & Carolum Siciliæ regem ad deditionem coacta, hac cõditione ciues recipiũtur, ut, quotcunq; teneantur apud eos captiui Chriſtiani, liberentur, in omnibus totius regni ciuitatibus monaſteria conſtruantur, monachis ubiquelocorum prædicandi libera ſit poteſtas, & denique cuiuis liberum ſit Chriſto nomen dare, anno 1270. Chronicon Mart. Capell. Ganguinus lib. 7. Aemilius lib. 7. & lib. 4. cap. 17. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Boleslaus Polonorum dux, maximo exercitu comparato Iazwingos ferè omnino delet, & exiguas reliquias ad fidem compellit Chriſtianã, capitali pœna contumacibus propoſita. Quibus Gneſnẽſis archiepiſcopus, autoritate & iuſſu Vrbani quarti, epiſcopũ præficit anno 1264. Cromerus lib. 9.

Iudæorum quendam pontificem Londini baptizatũ, multa Chriſtianis in Anglia reuelaſſe, ex Matthæo Pariſio Balæus annotat, anno 1259.

Azatinis Sultani comitatus, in quo plurimi & bellicoſiſsimi uiri erant, Aeni (maritimum hoc eſt oppidum) Chriſtiano baptiſmate regenerati, Romanæ militiæ adſcripti ſunt. Gregoras lib. 4.

SVB ADOLPHO.

Eiectis per Araphum ex Syria Chriſtianis, penitusq; Chriſtiano nomine deleto, Heinricus Cypri rex profugos recepit ac benignè fouit: utq; acceptam cladem aliqua re mitigaret, Famaguſtam ad ſimilitudinem Ptolemaidis cum ſplendidiſsimo templo, pro exulibus extruit, libro 5. cap. 8. Continuatæ hiſtoriæ ſacræ.

DEFECTIONES.

A Chriſtiana religione nonnullos defeciſſe, hiſtoriographi ſcribũt. Nam anno 1223. diaconus quidam Conuentriæ natus, Oxoniæ exuſtus eſt, eò quòd circumciſus Iudaicã duxiſſet uxorem, Chriſtumque ignominioſè blaſphemaſſet. Ex Matthæo Pariſio & Nicolao Triuetho, Balæus annotat Cent. 3. cap. 84. in appẽdice.

Snenropelci ſuaſu Pruſsi religionem Chriſtianam, quam inuiti ſuſceperant, rurſus abiecerunt, Germanosq; & Polonos omnes, qui apud ipſos negociabantur, uel ſedes inter ipſos fixerant, certa die trucidant, idq; ſit ſub annum 1240. Cromerus lib. 8. de Polonis.

Mandauus Lithuanorum dux, abiecta religione Chriſtiana, quam ſimulatè ad tempus ſuſceperat, infeſtior indies Chriſtianis uicinis erat, anno 1254. Cromerus lib. 9. de Polonis.

Robertus Soſatenſis ſcholaſticus & canonicus, Iudaicam amplexus religionem, inter Francofurdianos Iudæos aliquandiu uixit. Sed cùm ultimo Adolphi Imperatoris anno mortem obijſſet, uaſculo includitur, & ad ſepulturam per ruſticum curru clam deportatur. Sed cum ad pontem perueniſſet, ex ultione diuina ignis, qui nulla arte uel aqua extingui poterat, cadauer cum uaſculo totum abſumit. Iudæi ideo hæc ei eueniſſe fingebant, quòd ſecundum legem ipſorũ minus uixiſſet. Erfordienſis cap. 96. Ptolomeus Lucẽſis.

CAPVT III.

DE TRANQVILLITATE ET perſecutione Eccleſiæ.

SVB PHILIPPO ET Otthone Quarto.

FVit haud dubiè & uaria Eccleſiæ fortunã, Philippo & Otthone de ſceptro multos annos digladiantibus, cum uterque multos epiſcoporum ſibi haberet addictos, qui ſe mutuò, ut fieri ſolet in eiuſmodi diſſenſionibus, afflixerunt.

Petrum Romanę ſedis legatum contra Albingenſes prædicantem, Toloſanus comes, quem idem, quòd dictis hæreticis patrocinaretur, excommunicauerat, per ſeruum ſuum occidi curat. Vincentius lib. 29. cap. 93. & 101.

Angliæ epiſcopi ſub Iohanne rege uarias perpeſsi ſunt calamitates. Gaufredũ enim fratrem, Eboracenſem antiſtitem, à quo ob auariciam & ſubditorum expilationes reprehendebatur, ſuis rebus ſpoliat, & à ſe ablegat: nec ullo obſequio placari leniriue potuit, ut ante duodecim mẽſes eundem in gratiam reciperet. Idq; eo conſilio fecit, ut reliquos itidem læſos, à conquerẽdo abſterreret. Præterea omnes Cantuariæ degentes monachos, ac plures ſui regni epiſcopos eiecit, Eccleſiarumq; bona in regium fiſcum congeſsit, quòd Stephanum à Romano pontifice creatum Cantuarienſem epiſcopum, ſuo ſuffragio iuuiſſent, uel eius iam ſectarentur partes, quem Rex omnino admittere noluit. Res

bus ita turbatis, Hugo archidiaconus Vuellenſis, Lincolniæ renunciatur epiſcopus. Verùm de ſua inauguratione ſolicitus, quam per Stephanum fieri cupiebat, ut regem falleret aſturè, hoc init conſilij. Regi indicat, ſe Rothomagum iturum, ut ab illius loci antiſtite conſecraretur. Rex homini fidem habens, eundi poteſtatem ei facit. At in Normanniam delatus Hugo, à uia quæ Rothomagum duceret, deflectit, Romamq́; petit, ibiq́; à Stephano cõſecratur. Quod facinus ut Iohannes intellexit, inflammatus ira, bona Hugonis publicauit, & uectigalia illius Epiſcopatus à ſuis præfectis intercipi iuſsit. Tandem, cum regni primares anno 1213. contra Francos arma capere detrectarent, niſi prius Rex uinculo pontificio, quo ob contumaciam conſtrictus erat, ſolueretur: Rex neceſſariò mutata ſententia, exules ex Gallijs reuocat, & Cantuarienſi ſupplex factus ueniam impetrat. Polydorus lib.15. Vincentius lib.29. cap.100. & lib.30. cap.4.

Epiſcopum quendam Sutrinum, qui Philippum Imperatorem humiliter id petentem, à pontificia excommunicatione præter Innocentij uoluntatem exemerat, idem pontifex epiſcopatu priuatum, in monaſteriũ quoddam detruſit, ubi ad uitæ finem uſq́; duriori conſtrictus cuſtodia permanſit. Vrſpergenſis.

Apud Marrochium quoſdam monachos, ordinis Minorum, prædicandi gratia hinc inde uagantes, propter Chriſti nomen necatos, ſcribit Schedelius ætate 6.

SVB FRIDERICO.

Reſtituerat pacem Syriacis Chriſtianis Fridericus Imperator, & optimè quidem Imperatorijs præfectis cum ſatrapis Saracenorum conueniebat. Verùm Gregorius superbus & inquietus, & eius anteceſſor Cœleſtinus, odio Imperatoris, legatos Aegyptij Sultani de renouãdo fœdere ad Fridericum miſſos, audire nõ modò prorſus renuit, ſed & hinc inde miſsis præconibus claſsicum cecinêre. Nauarræ regem non multò poſt Anglum ad arma capeſſenda incitant, & hoc unũ agebant, ut pacem in Syria perturbarent: ſed triſtis miſerorum hominum lanienæ authores fuêre. Tandem cum cœlum terræ miſceret Innocentius quartus, omnia in Germania turbando, Fridericum perſequendo, & ut alius conſtituatur Imperator urgendo: Meledinus Aegyptij Sultanus metu exterorũ militum liber, per Groſſoinos ex Babylone accitos, Gazam, quæ Templarijs parebat, uaſtat, trucidatis qui ibi erant omnibus ciuibus, ſine diſcrimine ſexus & ætatis. Eadem Aſcalonæ, aliorumq́; locorum, quæ ſub Hoſpitalarijs erant, fortuna fuit. Deniq́; trucidatis iuxta Tyberiadẽ Chriſtianis militibus, quos diximus, Groſſoini Ieroſolymam occupant, ſine delectu omnes, nulla conditionis habita ratione, mactant, templa ac ſepulchrum Domini polluunt, uaſtant atque diruunt. Excitus hac Chriſtianorum calamitate Francus, cum exercitu in Aegyptum uenit, Damiatam, fugatis barbaris, recuperat, templa ſacro cultui conſecrat: ſed paulo pòſt captiua, urbe cedere cogitur. Ac licet Chriſtianos, qui ubiuis locorum captiui tenebantur, ſe ex uinculis dimiſſurum promiſiſſet Turqueminius Sultanus, quorum quidem duodecim erant millia: fidem tamen non ſeruauit: ſed quadringentis, & quidem non ſine precio, dimiſsis, reliquos trucidauit; adoleſcentes, quos uitæ dulcedo & mortis metus à martyrio dehortabatur, initiatos Mahometo, atque circumciſos, Volonum exercitijs imbuit. lib.4. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

In Alſatia quidam nobiles Innocentiũ tertium impietatis damnantes, quòd ſacerdotibus uxores non permitteret, epiſcoporum papæ mancipiorum odium incurrunt, qui uno die centũ ſui idoli & doctrinæ dæmoniorum, ut Paulus uocat, reprehenſores igni tradunt, anno 1212. Baleus ex Huldrico Mutio refert de actis Romanorum pontificum.

Cathanenſem epiſcopum Adamum apud Scotos, proprij ciues, quorũ aliquos ob ſubtractas decimas anathemate ferijſſet, prius flagris fœdè cæſum cremant, anno 1223. Boëtius lib.13. hiſtoriæ Scotorum. Iohannes Maior de ijſdem lib.4. cap.10.

Regali Aſsindenſi Eccleſiæ moleſtus erat Fridericus comes de Iſenborg. Ab Engelberto igitur Colonienſi monitus, non modò non ab iniuria deſtitit, ſed & ferocior ſubinde factus, magis magisq́; hoſtilem animũ declarabat. Tandem ab archiepiſcopo ſacro fulmine percutitur. Id uerò indignisſimè ferens comes, uitæ eius inſidias ſtruere cœpit, ipſumq́; ad cõſecrationem cuiuſdam Eccleſiæ in uilla Zuelme tendentem, ex improuiſo obruit, ac uiginti octo concidit vulneribus. Crantzius lib.7. Metropol. cap.43.

Boriuoius Polonus fines bonorum epiſcopi & Eccleſiæ Poſnanienſis inuadit, neque ab alijs abſtinet iniurijs: præterea ipſum epiſcopum Paulum, qui ex condicto Sremum ad eum uenerat, ut certorum hominum arbitrio ijs de rebus cum eo tranſigeret, capit, & in uincula conijcit. Sed inde elabitur epiſcopus. Cromerus lib.8. de rebus Polonorum.

SVB

SVB INTERREGNO.

Mediocri fruebantur Syriacæ Eccleſiæ tráquillitate ob Tartarorum ſocietatem, qui Chriſti doctrinam amplexi erant. Pręterea Abaga Haalonis filius, Damaſco profecturus Guirbocæ præfecto mandat, ut ſtrenuam contra hoſtes Chriſtianis operam nauaret. Erat enim is totus Chriſtianis addictus. Verùm cum Germani milites, qui nuper in ſubſidium aduenerant Terræ ſanctæ, nepotem eius, qui prædam ipſis abripere conabatur, occidiſſent, non modò alieniori factus eſt animo, uerùm etiam extremam eorum internecionem molitus eſt. Cæſaream enim expugnatam diruit incenditque, ac hoſtili animo in cines ſæuijt. lib. 4. cap. 15. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Melechemus quoq; Aegyptius Sultanus Syriacis Chriſticolis ſupremum minitabatur exitium: ſed dum minas ſpirat, trucidatur. ibidem.

Mandauus, quem ſuprà religionẽ Chriſtianam amplexum eſſe diximus, ad uomitum reuerſus, coacto ex Lithuanis & Boruſsis ingenti exercitu, Chriſtianos Maſouiam incolentes crudeliter inſectatur, omnemque Cruciferorũ terram horribiliter depopulatur, ſub annum Salutis 1269. Funcius.

Facta inter Alexandrum tertium Scotiæ, & Magnum Noruegiorum reges pace, Alexáder ſuis militibus habenas nonnihil laxauit, ac ut monachos uiroſque Eccleſiaſticos affligerent, autor ipſis fuit. Hoſce S. Andreæ epiſcopus cohibiturus, cum excommunicationis fulmen in eos eiacularetur, ac de regia familia aliquos ſimul feriret, regis gratia excidit, & ab eodem, ut uel in exilium eat, uel cœptis deſiſtat, iubetur. Multa præterea in S. Andreæ Priorem effundũtur maledicta, quo inſtigante, epiſcopum ea ſeueritate uſum fuiſſe ſuſpicio erat. Sed cum iam in exilium ire pararet epiſcopus, Rex à ſanioris mentis uiris admonitus, eum reſtituit, petita delictorum uenia, ſub annum 1263. Hector Boëtius lib. 13.

Sacris interdixerat Michaëli Paleologo Arſenius patriarcha, quòd Iohannem Laſcarem oculis priuaſſet. Ad ultionem itaque conuerſus ille, ſacerdotum cœtum cogit: ibi in gratiam Michaelis damnatus Patriarcha, in exilium ire iubetur. Gregoras lib. 4.

SVB RVDOLPHO.

Philippus Firmianus epiſcopus & legatus pontificius, cum liberius Ladiſlai Vngarorum regis libidines redarguiſſet, in carcerem conijcitur: unde poſtea liberatus, ad Polonos tranſijt. Cromerus libro 10.

Cum nullæ Chriſtianis in Syria miſerè afflictis, ab Occidentalibus ferrentur ſuppetiæ ob domeſticas diſſenſiones, Saraceni duce Bandogabare Antiochiam expugnant, pòſt in Armeniam irruptionem faciunt, indeq; uiginti millia Chriſtianorũ, qui uinculis conſtricti erant, abducunt. libro 5. cap. 2. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Abaga & Tangodar Saraceni, malum Chriſtianis in Palæſtina intentabant, & eorum templa demoliebantur: ſed opprimuntur à ſuis. In huius uerò locum ſuffectus Argo ex fratre nepos, deſtructa inſtaurauit, & Chriſtianos pio affectu fouit. Sed ea qualiacunq; halcyonia Melechſaites turbat, qui ut regni auſpicia aliqua Chriſtianorum clade iniret, Mergathum ſiue Marmeam in Syria Phœniciæ urbem, quę Hoſpitalariorum erat, expugnat: ciues tamen armati, & quantum quiſque in humeris portare poterat ferentes, diſcedere permittuntur. Vrbs uerò deletur funditùs. Arcem Barbari ſeruatam communiunt, anno 1285. Melechſaite mortuo, Alphir rebus potitur, infenſiſsimus Chriſtianorum hoſtis. Is Tripoli per cuniculos in deditionem accepta, obuios quoſq; proſternit: reliqua turba, dum prædæ inhiat hoſtis, fuga ſibi conſulit. Vrbe uaſtata & ſolo adæquata, arci præſidium imponit, qui Chriſtianos, ſi fortè urbem reparatum aduentarent, prohiberet. Sidonem quoq; & Berythum idem diruit: ſed Tyrios urbẽ ultrò tradentes, incolumes abire permiſit. Deniq; omnia à Chriſtianis inhabitata loca, in ſuam accepit poteſtatẽ, Chriſtianis fugatis, ſola Ptolemaide excepta. Quam tandem exactis quinquénalibus inducijs, ui expugnat Araphus Sultanus, homines miſerè dilaniat diſcerpitq;, atq; ad unum omnes Chriſtianos ex Syria exturbat, nomenq; Chriſtianum delet. Vrbem uſqueadeò diruit, ut nullum eius ueſtigium reſtaret. Accidit hæc clades anno 1291. lib. 5. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Ea autem Chriſtianorum clade Tartari magis, quàm Europæi principes, afficiebantur. Nam Caſſanus deuicto Bandone ſuo conſanguineo, qui regnum affectabat, Mahumeti religionem, quam ſimulanter ad id tempus probauerat, abijcit, & Chriſtianum nomẽ amplectitur, Armenijq; rogatu, cuius filiam uxorem duxerat, Syriæ afflictę opem fert, eiecto Melcenaſarc Aegyptio in Syria præfecto. Ieroſolymam in poteſtatem acceptam reſtaurat cum Templo Dominico, eamq; Armenijs, Georgia-

bus ita turbatis, Hugo archidiaconus Vuellenſis, Lincolniæ renunciatur epiſcopus. Verùm de ſua inauguratione ſolicitus, quam per Stephanum fieri cupiebat, ut regem falleret aſturè, hoc init conſilij. Regi indicat, ſe Rothomagum iturum, ut ab illius loci antiſtite conſecraretur. Rex homini fidem habens, eundi poteſtatem ei facit. At in Normanniam delatus Hugo, à uia quæ Rothomagum duceret, deflectit, Romamq; petit, ibiq; à Stephano cõſecratur. Quod facinus ut Iohannes intellexit, inflammatus ira, bona Hugonis publicauit, & uectigalia illius Epiſcopatus à ſuis præfectis intercipi iuſsit. Tandem, cum regni primates anno 1213. contra Francos arma capere detrectarent, niſi prius Rex uinculo pontificio, quo ob contumaciam conſtrictus erat, ſolueretur: Rex neceſſariò mutata ſententia, exules ex Gallijs reuocat, & Cantuarienſi ſupplex factus ueniam impetrat. Polydorus lib. 15. Vincentius lib. 29. cap. 100. & lib. 30. cap. 4.

Epiſcopum quendam Sutrinum, qui Philippum Imperatorem humiliter id petentem, à pontificia excommunicatione præter Innocentij uoluntatem exemerat, idem pontifex epiſcopatu priuatum, in monaſteriũ quoddam detruſit, ubi ad uitæ finem uſq; duriori conſtrictus cuſtodia permanſit. Vrſpergenſis.

Apud Marrochium quoſdam monachos, ordinis Minorum, prædicandi gratia hinc inde uagantes, propter Chriſti nomen necatos, ſcribit Schedelius ætate 6.

SVB FRIDERICO.

Reſtituerat pacem Syriacis Chriſtianis Fridericus Imperator, & optimè quidem Imperatorijs præfectis cum ſatrapis Saracenorum conueniebat. Verùm Gregorius ſuperbus & inquietus, & eius anteceſſor Cœleſtinus, odio Imperatoris, legatos Aegyptij Sultani de renouãdo fœdere ad Fridericum miſſos, audire nõ modò prorſus renuit, ſed & hinc inde miſsis præconibus claſsicum cecinêre. Nauarræ regem non multò poſt Anglum ad arma capeſſenda incitant, & hoc unũ agebant, ut pacem in Syria perturbarent: ſed triſtis miſerorum hominum lanienæ authores fuêre. Tandem cum cœlum terræ miſceret Innocentius quartus, omnia in Germania turbando, Fridericum perſequendo, & ut alius conſtituatur Imperator urgendo: Meledinus Aegyptij Sultanus metu exterorũ militum liber, per Groſſoinos ex Babylone accitos, Gazam, quæ Templarijs parebat, uaſtat, trucidatis qui ibi erant omnibus ciuibus, ſine diſcrimine ſexus & ætatis. Eadem Aſcalonæ, aliorumq; locorum, quæ ſub Hoſpitalarijs erant, fortuna fuit. Deniq; trucidatis iuxta Tyberiadẽ Chriſtianis militibus, quos diximus, Groſſoini Ieroſolymam occupant, ſine delectu omnes, nulla conditionis habita ratione, mactant, templa ac ſepulchrum Domini polluunt, uaſtant atque diruunt. Excitus hac Chriſtianorum calamitate Francus, cum exercitu in Aegyptum uenit, Damiatam, fugatis barbaris, recuperat, templa ſacro cultui conſecrat: ſed paulo pòſt captus, urbe cedere cogitur. Ac licet Chriſtianos, qui ubiuis locorum captiui tenebantur, ſe ex uinculis dimiſſurum promiſiſſet Turqueminius Sultanus, quorum quidem duodecim erant millia: fidem tamen non ſeruauit: ſed quadringentis, & quidem non ſine precio, dimiſsis, reliquos trucidauit: adoleſcentes, quos uitæ dulcedo & mortis metus à martyrio dehortabatur, initiatos Mahometo, atque circumciſos, Volonum exercitijs imbuit. lib. 4. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

In Alſatia quidam nobiles Innocentiũ tertium impietatis damnantes, quòd ſacerdotibus uxores non permitteret, epiſcoporum papæ mancipiorum odium incurrunt, qui uno die centũ ſui idoli & doctrinæ dæmoniorum, ut Paulus uocat, reprehenſores igni tradunt, anno 1212. Balæus ex Huldrico Mutio refert de actis Romanorum pontificum.

Cathanenſem epiſcopum Adamum apud Scotos, proprij ciues, quorũ aliquos ob ſubtractas decimas anathemare ferijſſet, prius flagris fœdè cæſum cremant, anno 1223. Boëtius lib. 13. hiſtoriæ Scotorum. Iohannes Maior de iiſdem lib. 4. cap. 10.

Regali Aſsindenſi Eccleſiæ moleſtus erat Fridericus comes de Iſenborg. Ab Engelberto igitur Colonienſi monitus, non modò non ab iniuria deſtitit, ſed & ferocior ſubinde factus, magis magisq; hoſtilem animũ declarabat. Tandem ab archiepiſcopo ſacro fulmine percutitur. Id uerò indignißimè ferens comes, uitæ eius inſidias ſtruere cœpit, ipſumq; ad cõſecrationem cuiuſdam Eccleſiæ in uilla Zuelme tendentem, ex improuiſò obruit, ac uiginti octo concîdit vulneribus. Crantzius lib. 7. Metropol. cap. 43.

Boriuoius Polonus fines bonorum epiſcopi & Eccleſiæ Poſnanienſis inuadit, neque ab alijs abſtinet iniurijs: præterea ipſum epiſcopum Paulum, qui ex condicto Sremum ad eum uenerat, ut certorum hominum arbitrio ijs de rebus cum eo tranſigeret, capit, & in uincula conijcit. Sed inde elabitur epiſcopus. Cromerus lib. 8. de rebus Polonorum.

SVB INTERREGNO.

Mediocri fruebantur Syriacæ Eccleſiæ trãquillitare ob Tartarorum ſocietarem, qui Chriſti doctrinam amplexi erant. Præterea Abaga Haalonis filius, Damaſco profecturus Guirbocæ præfecto mandat, ut ſtrenuam contra hoſtes Chriſtianis operam nauaret. Erat enim is totus Chriſtianis addictus. Verùm cum Germani milites, qui nuper in ſubſidium aduenerant Terræ ſanctæ, nepotem eius, qui prædam ipſis abripere conabatur, occidiſſent, non modò alieniori factus eſt animo, uerùm etiam extremam eorum inrernecionem molitus eſt. Cæſareã enim expugnatam diruirincendirque, ac hoſtili animo in cines ſæuijt. lib. 4. cap. 15. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Melechemus quoq; Aegyptius Sultanus Syriacis Chriſticolis ſupremum minitabatur exitium: ſed dum minas ſpirat, trucidatur. ibidem.

Mandauus, quem ſuprà religionẽ Chriſtianam amplexum eſſe diximus, ad uomitum rsuerſus, coacto ex Lithuanis & Boruſsis ingenti exercitu, Chriſtianos Maſouiam incolenres crudelirer inſectatur, omnemque Cruciferorũ rerram horribilirer depopulatur, ſub annum Salutis 1269. Funcius.

Facta inter Alexandrum tertium Scotiæ, & Magnum Noruegiorum reges pace, Alexãder ſuis militibus habenas nonnihil laxauit, ac ut monachos uiroſque Eccleſiaſticos affligerent, autor ipſis fuit. Hoſce S. Andreæ epiſcopus cohibiturus, cum excommunicationis fulmen in eos eiacularetur, ac de regia familia aliquos ſimul feriret, regis gratia excidit, & ab eodem, ut uel in exilium eat, uel cœptis deſiſtar, iubetur. Multa præterea in S. Andreæ Priorem effundũtur maledicta, quo inſtigante, epiſcopum ea ſeueritare uſum fuiſſe ſuſpicio erat. Sed cum iam in exilium ire pararet epiſcopus, Rex à ſanioris mentis uiris admonitus, eum reſtituit, petita delictorum uenia, ſub annum 1263. Hector Boëtius lib. 13.

Sacris interdixerat Michaëli Paleologo Arſenius patriarcha, quòd Iohannem Laſcarem oculis priuaſſet. Ad ultionem itaque conuerſus ille, ſacerdotum cœtum cogir: ibi in gratiam Michaelis damnatus Patriarcha, in exilium ire iubetur. Gregoras lib. 4.

SVB RVDOLPHO.

Philippus Firmianus epiſcopus & legatus pontificius, cum liberius Ladislai Vngarorum regis libidines redarguiſſet, in carcerem conijcitur; unde poſtea liberatus, ad Polonos tranſijt. Cromerus libro 10.

Cum nullæ Chriſtianis in Syria miſerè afflictis, ab Occidentalibus ferrentur ſuppetiæ ob domeſticas diſſenſiones, Saraceni duce Bandogabare Antiochiam expugnant, pòſt in Armeniam irruptionem faciunt, indeq; uiginti millia Chriſtianorũ, qui uinculis conſtricti erant, abducunt. libro 5. cap. 2. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Abaga & Tangodar Saraceni, malum Chriſtianis in Palæſtina intentabant, & eorum templa demoliebantur: ſed opprimuntur à ſuis. In huius uerò locum ſuffectus Argo ex fratre nepos, deſtructa inſtaurauit, & Chriſtianos pio affectu fouit. Sed ea qualiacunq; halcyonia Melechſaites turbat, q ur regni auſpicia aliqua Chriſtianorum clade iniret, Mergathum ſiue Marmeam in Syria Phœniciæ urbem, quę Hoſpitalariorum erat, expugnat: ciues tã men armati, & quantum quiſque in humeris portare poterat ferentes, diſcedere permittuntur. Vrbs uerò deletur funditùs. Arcem Barbari ſeruatam communiunt, anno 1285. Melechſaire mortuo, Alphir rebus potitur, infenſiſsimus Chriſtianorum hoſtis. Is Tripoli per cuniculos in deditionem accepra, obuios quoſq; proſternit: reliqua turba, dum prædæ inhiat hoſtis, fuga ſibi conſulir. Vrbe uaſtata & ſolo adæquara, arci præſidium imponit, qui Chriſtianos, ſi fortè urbem reparatum aduentarent, prohiberet. Sidonem quoq; & Berythum idem diruit: ſed Tyrios urbẽ ultrò tradenres, incolumes abire permiſit. Deniq; omnia à Chriſtianis inhabitata loca, in ſuam accepit poreſtatẽ, Chriſtianis fugatis, ſola Prolemaide excepta. Quam tandem exactis quinquẽnalibus inducijs, ui expugnar Araphus Sultanus, homines miſerè dilaniar diſcerpitq;, atq; ad unum omnes Chriſtianos ex Syria exturbat, nomenq; Chriſtianum delet. Vrbem uſque adeò diruit, ut nullum eius ueſtigium reſtaret. Accidir hæc clades anno 1291. lib. 5. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Ea autem Chriſtianorum clade Tartari magis, quàm Europæi principes, afficiebantur. Nam Caſſanus deuicto Bandone ſuo conſanguineo, qui regnum affectabat, Mahumeti religionem, quam ſimulanter ad id tempus probauerat, abijcit, & Chriſtianum nomẽ amplectitur, Armenijq; rogatu, cuius filiam uxorem duxerat, Syriæ afflictę opem fert, eiecto Melcenaſare Aegyptio in Syria præfecto. Ieroſolymam in poreſtarem acceptam reſtaurat cum Templo Dominico, eamq; Armenijs, Georgia

Cùm poſt Antiochiam expugnatam,& Armenios infeſtaret Bandagabar Damaſcenus Sultanus, in conflictu quodam ſagitta in incertum emiſſa uulneratur: ſaucium uires nerbaq; deſtituūt,ex eoq; uulnere paulo pòſt obijt. Abaga etiam, dum contra Syriacos bellum parat,à ſuis domeſticis opprimitur. Tangodar autem, qui fratri ſucceſſerat; olim Chriſtianis ritibus initiatus & baptizatus, Nicolaus dicebatur:tamen commercio gentis à ſanctis digreſſus, impijs ſe coniunxit, Chriſticolas omnes capitali odio inſectans. Admonitus à pijs, ne pergeret populum Dei tam nepharijs conatibus moleſtare, nō ſolùm non paruit, ſed Dominicas atq; ædiculas ſacras dirui fecit. Inſanientē tandem populus trucidauit,&c. Ibid.lib.5.cap.2.& 3.

CAPVT IIII.

DE DOCTRINA.

EX Scholaſticis doctoribus aliquid colligēdum eſt de doctrina. Sed monemus Lectorem, nos conatos eſſe optima ex eis ſeligere. Verùm cum in ijs fons Iſrael ſit multo cœno inquinatus, ideo fieri non potuit, quin aliquæ ſordes etiam influxerint: quia nimirum ſententiæ omnes non potuere prorſus mutilari. Si quid igitur earum ſordium prudens Lector inuenerit; ſciat ex lutulentis fluuijs non potuiſſe omnia tam munda proferri: atque autoribus imputet, ac cum iudicio quælibet cenſeat eſſe legenda, uidelicet iuxta normam uerbi diuini. Perplexitatem & monſtroſitatem, aliaque eius generis nemo miretur, quia monſtroſæ diſputationes eiuſmodi Theologiam pepererunt.

DE SACRA SCRIPTVRA, ſeu verbo Dei.

Phraſes.

AQua multis modis accipitur in ſacra Scriptura. Nam eſt aqua naturę, doctrinæ, ſapientiæ, gratiæ, culpæ, pœnæ, miſeriæ. Innocentius tertius Pſal. 2.pœnitent.

Manus Domini diuerſa circa nos gerit officia. Quandoque creatoris. unde: Manus tuæ fecerunt me. Quandoque minantis. unde: Adhuc manus tua extēta. Quandoq; protegentis: Sub umbra manus ſuæ protexit me. Quandoq; largientis: Aperis tu manum. Innocentius Pſal.2.pœnitent.

Caro multis modis accipitur in Scripturis. Nam caro dicitur homo. unde: Verbum caro factum eſt. Et: Videbit omnis caro ſalutare Dei. Pars hominis. unde: Palpate & uidete, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Animalis natura. unde: Alia eſt caro uolucrum, alia piſcium, alia iumentorum. Et: Dat Deus eſcā omni carni. Humana fragilitas. unde: Nō permanebit Spiritus meus in homine, quia caro eſt. Et: Omnis caro fœnum. Senſualitas. unde: Spiritus concupiſcit aduerſus carnem. Corruptibilitas unde: Etſi nouimus Chriſtum ſecundū carnem, ſed nunc iam nō nouimus. Voluptuoſa conuerſatio. unde: Caro & ſanguis regnū Dei non poſsidebunt. Legalis obſeruātia. unde: Qui uolunt uobis placere in carne, hi cogunt uos circumcidi. Terrena conſideratio. unde: Caro & ſanguis nō reuelauit tibi. Literalis intellectus. unde: Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquā. Coniugale opus. unde: Erunt duo in carnem unam. Ipſa fœmina. unde: Non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate uiri, neq; ex uoluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Conſanguinitas. unde: Nemo unquā carnem ſuā odio habuit. Culpa. unde: Dum appropiant ſuper me nocentes, ut edant carnes meas. Et pœna. unde: Carnibus meis ſaturamini. Non eſt inquam ſanitas, quia neceſsitati moriendi addicta eſt per peccatū; quia non eſt ſanū quod leuiter poteſt lædi. Innocentius in 3. Pſal. pœnitentialem.

Initium ſeu principiū multipliciter legitur in Scripturis. Dicitur autem principiū Deus. unde: In principio erat uerbum: Deus filius. Principiū temporis. unde: Antequam quicquā faceret, à principio ordinata ſunt. Principiū dignitatis. unde: Ipſe eſt principium uiarum Dei. Principium uirtutis. unde: Initiū ſapientiæ timor Domini. Dicitur etiā principium cuiuslibet rei exordiū: unde Oſeæ 1.&c. Cum enim dicitur, In initio tu Domine terram fundaſti: poteſt intelligi uel de principio tēporum, quia terra ſimul fuit cum tēpore creata: uel de principio rerum, id eſt, de filio Dei; qui eſt omnium rerum initium; per quem & in quo Deus pater terram fundauit. Innocent. Pſal. 5. pœnitent.

Oſculum in ſacra Scriptura ſignificat unionem, charitatem, pacem & reuerentiam. Innocent. lib. 6. myſteriorum.

Paſcha diuerſis modis accipitur in Scripturis diuinis. Pro die. unde: Appropinquauit dies azymorum. Pro hora. unde: Quarta decima ad ueſperā Paſchā Domini eſt. Pro agno,&c. Sanè Paſcha Hebraicè dicitur phaſe, quod eſt tranſitus: Græcè uerò à πάσχειν, quod eſt pati. Innocent. in ſermon. ante Concil.

Auertere, Conuertere. Sicut Deus tribus modis ſe auertit ab aliquo: primò, quando ſpiritualem ſubtrahit illi gratiam: ſecundò, quando temporalem irrogat ei pacem: tertiò, quando uindictam infligit æternam. ita tribus modis ſe conuertit ad aliquem: primò, quando gratiam ei ſpiritualem infundit: ſecundò, quando temporalem pœnam remittit: tertiò, quando ſalutem concedit æternam. Innocentius Pſal.1.pœnit.

Vultus Dei multiplex. Vultus Dei patris eſt filius. unde: In lumine vultus tui ambulauimus. Cognitio. unde: Quæſiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Propitiatio. unde: De vultu tuo iudicium meum procedat. Indignatio, Benignitas. Innocent. Pſal.3.pœnit.

Miſericordia. Proprium Dei eſt miſereri, & ideo miſereri non eſt aliud quàm miſericordē eſſe. Innocent. Pſal.4.pœnit. Item: Miſericordia Dei incomparabiliter, incomprehenſibiliter & ineffabiliter eſt magna. ibidem. Itē: Miſericordia & miſerationes Dei differunt. Quia miſericordia Dei, eſt una in natura: ſed miſerationes eius multæ ſunt in effectu. ibid.

Triplex modus occultationis inuenitur, qui ſolet in reuelationibus contingere. Quorum primus eſt, cum intelligibilis ueritas alicui reuelatur per imaginariam uiſionem. Secundus modus occultationis eſt, quia in ipſa imaginaria uiſione proferuntur quandoque aliqua uerba expreſſè continentia ueritatem, ſicut eſt illud: Ecce uirgo, &c. Quandoq; uerò ſub quibuſdam figuratis locutionibus, ſicut eſt illud: Egredietur uirga de radice, &c. Tertius modus occultationis eſt, quòd aliquando aliquis reuelationem diuinā frequentem & diuturnā habet, ſicut dicitur de Moſe, quòd locutus eſt Deus ad Moſen facie ad faciem. Thomas Aquin. in lib. Iob cap.7. lectione 4.

In ſacra Scriptura conſuetum eſt dici, quòd aliquādo indurat uel excæcat Deus ex hoc, quòd gratiam non largitur, per quam emolliatur & uideat. Thom. Aqui. ibidem.

Non eſt congruum diuinę bonitati excæcare, nec mittere in ſecuritatem peccandi: quia ſic eſſet cauſa culpæ. Verborū quæ dicuntur de Deo, quædam dicuntur poſitiuè: ut creare, iuſtificare, & huiuſmodi. quædam negatiuè: ut obdurare, hoc eſt, non emollire: ſubtrahere gratiam, hoc eſt, non conſeruare, & ſic in propoſito. Excæcare enim Deus dicitur, non quia auferat lumen gratiæ propriè, ſed non conſeruat, uel quia non dat, ac permittit hominem magis elongari à lumine. Thomas Aqui. cap.2. ſuper Apocalyp.

Partes corporeæ attribuuntur Deo in Scripturis, ratione ſuorum actuum ſecundum quandam ſimilitudinem. Thomas Aqui.1. parte Summæ, quęſtion.3. articulo primo.

Ira & huiuſmodi attribuuntur Deo ſecundum ſimilitudinē effectus. Quia enim proprium irati eſt punire, eius ira punitio metaphoricè uocatur. Idem ibidem articulo ſecundo.

In ſacra Scriptura operationes naturæ Deo attribuuntur quaſi operanti in natura, ſecundum illud Iob: Pelle & carnibus ueſtiuiſti. Thomas ibidem quæſtion.105. articulo 5.

Dicere dicitur eſſentialiter & perſonaliter: & ideo dico ſine præiudicio, quòd uerbum dicitur tribus modis. uno modo, ſecundum quod conuertitur cum dicto manifeſtante intellectum dicentis, & ſic dicetur generaliter reſpectu cuiuſcunque dicentis. Alio modo, ſecundum quod addit ſuper hoc proceſſionem & diſtinctionem perſonalē à dicente: & ſic dicere non conuenit, niſi patri: & uerbū eſſe non conuenit, niſi filio. & ſic accipitur à ſanctis propriè. Tertio modo, ſecundum quod addit ſuper hæc duo reſpectum ad creaturas, & ſic ſignificat perſonas, & notat eſſentiam. Et primo modo unuſquiſque dicit ſe & quilibet alium: ſecundo modo ſolus pater dicit filium ſolum: tertio dicit Deus omnes creaturas, ſecundum quod dicitur, Dixit, & facta ſunt: id eſt, Verbum genuit, in quo erat ut fieret. Præterea unū ſolum eſt uerbum, quia eſſentia diuina non facit numerum cum aliquo quod ſit in diuinis: ſed tamen non eſt uno modo dictum, ſed tribus modis, ut iam patet. Albertus Magnus ſuper 1. ſent. diſt.27.

Magi ad Pharaonem: Digitus Dei hic eſt: hoc eſt, demonſtratio diuinæ uirtutis & potentiæ. Albert. Magnus ſuper 2. ſent. diſtinct.18.

Ager in quo agit ſtultus (Prouerb.24.) eſt concupiſcentia corporis: & uinea eſt gaudium huius mundi. Albertus Mag. ſuper 15. caput Lucæ.

Arare eſt, corda uomere uerbi & aratro diſciplinæ proſcindere. Ibidem cap.12.

Suſcepit Iſrael: 1, in naturā: 2, in gratiā: 3, in defenſionē: 4, in gubernationē: 5, in beatitudinē. Alb. Mag. ſuper 1. cap. Lucæ.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui: hoc eſt, imago creationis, recreationis & ſimilitudinis diuinæ.

Cuſtodire uerbum proficiſcitur ex tribus, ſcilicet amotione contrariorū, adim-

pletione

pletione per uerbum dictorum, tenaci memoria auditorum. Contraria uerbo ſunt, facientia uerbum à corde euaneſcere, & facientia uerbum in corde non fructificare. Alber. Mag. ſuper Lucam cap. 11.

Panis ſcilicet intellectus, qui eſt ueritatis uerbum: panis affectus, qui eſt uirtutis firmamentum: panis Sacramenti, qui eſt animæ famelicæ uerum uiaticum. Ibid.

Sunt adhuc alij panes ſpirituales. Panis pœnitentiæ, obediẽtiæ, doctrinæ, eleemoſynæ, conſolationis diuinæ, deuotionis in oratione. Alb. Mag. ibid.

Liber uitæ tripliciter dicitur. Vno modo exemplum uitæ agendę, & ſic Chriſtus ſecundum humanitatem dicitur liber uitæ: quia in ipſo debemus legere uitá, quæ nobis eſt agenda. Thomas Aquinas ſuper Apocal. cap. 3.

Dicitur aliquis ſcribi in libro uitæ dupliciter: aut quantum ad præſentem iuſtitiam, aut quantum ad prædeſtinationem æternam. Primo modo dicitur aliquis in libro uitæ ſcribi, quia eius merita ibi ſcribuntur, id eſt, approbantur & acceptantur ad uitam pro illo ſtatu: ac patet, quia ſi ſic decerent, ſaluaretur. Secundo modo dicitur ſcribi, non ſolùm quia eius merita inſcribuntur, ſed quia ipſe efficaciter ordinatur ad uitam ſecundum prædeſtinationem diuinam. Qui primo modo ibi ſcribitur, deletur, quantum ad præſentem iuſticiam, quando cadit in culpam mortalem: quia eius iuſticia ſiue meritum iam non approbatur, ut habeatur apud Deum dignus uita, ut antè, quia merita non habet. Qui autem ſcribitur ſecundo modo, nunquá deletur: quia prędeſtinatio quaſſari non poteſt. Illa autem deletio præmiſſa, non dicit aliquam mutationem factam circa Deum, ſed circa meritum, quia iam. perijt. Eãdem enim uoluntate & rectitudine, qua approbat hunc dum habet merita, reprobat eum dum eſt in culpa. Thomas Aquinas ſuper 3. cap. Apocal.

Triplex eſt uerbum. Vnum increatum & generatũ, quod eſt Filius. Alterum increatum, quod eſt ratio rei faciendæ. Et tertium incorporatũ, quod eſt forma per ſapiẽtiam Dei impreſſa rei naturali factæ. Albert. Mag. ſuper Matth. cap. 4.

Eſt ergo triplex uerbum Dei. Primum eſt coæternum & conſubſtantiale, quod generat, quando intuetur ſe. Secundum, quod eſt exemplar & idea, & ratio rerum ad quod fiunt res. Tertium, quod incorporatum eſt rebus, à quo eſt res. Ibid.

Nomen, quod petitur ſanctificari, eſt patris. Eſt autem nomen duplex: perſonæ & naturæ. Perſonæ nomen eſt, quod perſonam quamcunq; demonſtrat in eſſe perſonali diſtincto, ſiue illa perſona ſit diuina, ſiue humana, ſiue angelica. Et hoc nomen non eſt communicabile alicui, ſicut nec ipſa diſcretio perſonalis, à qua imponitur. Et hoc uocatur nomen proprium uni ſoli conueniens. Et in hoc nomine non communicant generans & genitus, nec communicare poſſunt propter cauſam inductam. Eſt autem nomen naturæ, ſub qua fit perſonalis diſcretio. Et hoc eſt nomen communicabile illis quibus datur natura, per modũ quo datur eis. Albert. Magnus in Matth. cap. 6.

Deus dicitur eſſe ueſtitus & ornatus, iuxta illud Pſalmi 103. Amictus lumine ſicut ueſtimento. Lumen autem quo dicitur Deus amictus & ueſtitus, eſt ipſemet, qui eſt lux, in qua tenebræ non ſunt ullæ. Vnde ipſe eſt lux, qua ueſtitur: ipſe eſt lux, quam inhabitat. Ægidius Columna Epiſc. Archiepiſc. Bituricenſis lib. 2. Hex. cap. 3.

Benedictio Dei ſignificat multiplicationem beneficiorum eius. Ægid. Colum. lib. 2. cap. 42.

Deus non dicitur indurare impartiendo maliciam, ſed ceſſando ab actu, & non dando gratiam. Exponendum ergo eſt, quòd Deus quem uult indurat, hoc eſt, indurari permittit. Ægid. Colum. in tractatu de prædeſtinatione, cap. 1.

Regulæ.

Non in opuſculo aliquid affirmare intẽdo, quod non per ſanctam Scripturam, per dicta ſanctorum, per opiniones probatas affirmetur. Bonauentura in uita Chriſti, capite 42.

In Scriptura ſunt ſeptem modi loquendi: Hiſtoricus, tropicus, allegoricus, anagogicus, figurarius, & modus abſolutus & dignatiuus. Thom. Aquin. in Apoc. cap. 6.

Scriptura idem dicit ſub diuerſis uocabulis. Ibid. cap. 7.

In ſacra Scriptura nihil eſt niſi rectum. Idem in Apocal. cap. 8.

Eſt conſuetudo ſacræ Scripturæ, ut res ſpirituales ſub figuris rerum corporalium deſcribat. Idem ſuper Iob cap. 1. lect. 2.

Conſiderandum eſt, quòd aliqua ueritas, quamuis propter ſui altitudinem ſit abſcondita, reuelatur tamen quibuſdam manifeſtè, quibuſdam uerò occultè. Ibid. cap. 4. lectione 3.

Autoritatem ſacræ Scripturæ prætergredi non licet loquenti de diuinis. Thomas in opuſculo contra errores Græcorum cap. 10.

In Scripturis ſpiritualia ſub corporaliũ ſimilitudine deſignari ſolent. Idẽ in Compen. Theolog. tractatu 1. cap. 179.

Scriptura rectè dicitur cœlum, quia celat in ſe diuina ſecreta. Item clara eſt per continentiam claritatis cœleſtis. Item alta & ſolida, quia ceſſare non oportet ueritatem catholicam. Idem Thom. in Apocal. cap. 14.

Verbum fidei à ſanctis prolatum, gladius ſpiritus manifeſtè dicitur. Aquin. lib. 1. contra Græcos.

Thomas Aquin. uocat ſacram Scripturam, canonicam ſcripturam, prima ſummæ, quæſt. 1. artic. 8.

Conſuetum eſt in Scripturis, quòd res ſignificatę ſortiuntur uocabula ſignorum, & econtrariò: ſicut illud, Petra autem erat Chriſtus. In tractatu de different. uerbi diuini & humani.

Non debet diſputari de his quæ ſunt fidei, quaſi de eis dubitandum, ſed propter ueritatem manifeſtandam & errores confutandos. Oportet enim ad fidei confirmationem aliquando cum infidelibus diſputare, quandoq; quidem fidem defendendo, ſecundum illud 1. Pet. 3. Parati ſemper, &c. quandoq; autem ad conuincēdos errantes, ſecundū illud Tit. 1. Vt ſit potens. Thom. Aquin. 2. ſecundę quæſt. 10. artic. 7.

Sacra doctrina utitur autoritatibus canonicæ ſcripturæ propriè ex neceſsitate argumentando: autoritatibus autem aliorum doctorū quaſi arguendo ex proprijs, ſed probabiliter. Innititur autem fides noſtra reuelatione Apoſtolis & Prophetis facta, qui canonicos libros ſcripſerunt. Non autem reuelatione, ſi quæ fuit alijs doctoribus facta. Thom. 1. parte Summæ, quæſtione 1. artic. 8.

Non omnia nomina dicuntur de Deo metaphoricè, ſed aliqua dicuntur propriè. Idem 1. Summæ quæſt. 13. artic. 3.

Nomina Deo attributa, licet ſignificent rem, tamen quia ſignificāt eam ſub rationibus multis & diuerſis, non ſunt ſynonyma. Idem 1. Summæ quæſt. 13. artic. 4.

Intelligere Dei, eſt eius ſubſtantia. Ibid. quæſt. 14. artic. 4.

Intelligere diuinum, eſt ipſa ſubſtantia intelligētis. Vnde uerbū procedens procedit, & eiuſdem naturæ ſubſiſtens, & propter hoc dicitur propriè genitum & filius. Ibid. quæſt. 27. artic. 3.

Omnes illæ corporales promiſsiones (Lucæ 22. Vt edatis & bibatis, &c. Matt. 6. Theſaurizate, &c.) quæ in ſacra Scriptura continentur, ſunt metaphoricè intelligendæ, ſecundum quod in Scripturis ſolent ſpiritualia per corporalia deſignari, ut ex his quæ nouimus, ad deſiderandum incognita conſurgamus, ſicut Gregorius dicit in quadam homelia: Sic per cibum & potum intelligitur delectatio beatitudinis, per diuitias ſufficientia, quæ homini ſufficiet Deus, per regnum exaltatio hominis uſq; ad coniunctionem cum Deo. Idem 1. ſecundæ quæſt. 4. artic. 7.

Ille dicitur aliter exponere ſacram Scripturam, quàm Spiritus ſanctus efflagitat, qui ad hoc expoſitionem ſacræ Scripturæ extorquet, quod contrariatur ei quod eſt per Spiritum ſanctum reuelatum. Vnde dicitur Ezech. 13. de falſis prophetis: Qui perſeuerauerunt ſermonem confirmare: ſcilicet per falſas expoſitiones Scripturæ. Ibidem quæſt. 11. artic. 2.

Ea quæ in uno loco Scripturæ traduntur ſub metaphoris, in alijs locis expreſsius exponūtur. Idem 1. Summę, quæſt. 1. art. 9.

In omnibus quę ſic Scriptura tradit (per modum narrationis hiſtoriæ) eſt pro fundamento tenenda ueritas hiſtoriæ, & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricādæ. Ibidem quæſt. 102. artic. 1.

Omne dictum de Deo connotans effectum in creatura, ſignificat diuinam eſſentiam. Alber. Mag. ſuper 1. Senten. diſt. 35.

Laudare opera Dei debemus & admirari, ſed inueſtigare non poſſumus modū. Idem in Iohan. cap. 9.

Valde cauendum eſt ſic exponere Scripturam ſacram, ne deridendi occaſio infidelibus tribuatur. Ægid. Colum. lib. 1. Hexam. cap. 26.

Dicit ſecundum Auguſtinum, ualde periculoſum eſſe ſacram paginam exponere de eo quod aliquo tempore eſt futurum. Idem lib. 2. cap. 3.

Valde eſt periculoſum faſtidire libros pietatis, hoc eſt, libros ſacræ Scripturæ, & gentilium libros reputare. Ibidem.

Debemus noſtram mētem & noſtrum intellectum conformare Scripturæ ſacræ, non econuerſò: & debemus huiuſmodi ſcripturam tenere ſuper omnes alias, imò debemus eam exiſtimare ſuper omnem capacitatem humanam.

Sacra ſcriptura cum poteſt multipliciter exponi, illa expoſitio potiſsimè eſt accipienda, cui cæteræ ſuffragantur & conſonant. Idem lib. 2. cap. 17.

Scriptura ſacra multis æquiuocationibus utitur in operibus ſex dierū. Ibi. ca. 23.

In Scriptura ſacra iſte modus ſatis eſt uſitatus, quòd pro plurali ponitur ſingularis. Ibid. cap. 31. Sicut Auguſtinus inducit, Quia in ſingulari locuſta & rana nominata eſt in plagis, quibus Ægyptij ſunt percuſsi, cum eſſet, ut ait, innumerabilis locuſtarum numerus & ranarum.

Vbi nos habemus Iumenta, antiqua translatio habet Quadrupedia. Vna ergo tranſ-

translatio exponitur per alteram. lib. 2. Hexam. cap. 39.

Non debemus ſic exponere ſacram Scripturam, ut illa ſit ſententia ſacræ Scripturæ, quæ eſt noſtra: ſed magis econuerſo, ut illa ſit noſtra, quæ eſt ſacræ Scripturæ.

Secunda eſt, quòd debemus plus exiſtimare Scripturas ſacras, quàm alias ſcripturas. In tantum quidem debemus in precio habere ſcripturas alias, in quantum famulantur Scripturæ ſacræ. Vbi autem ei contradicunt, non debemus eas tenere, ſed repellere.

Tertia regula eſt, quòd non ſolùm debemus plus exiſtimare Scripturã ſacram, quàm opinionem noſtrám, ut dicebat regula prima, & plus quàm ſcripturas gentilium, ut dicebat ſecunda: ſed plus quàm capacitatem totius humani ingenij. Itaque ſi tota capacitas, & tota ſubtilitas, quę poteſt eſſe in omnibus hominibus, eſſet in uno homine, plus eſſet exiſtimanda Scriptura ſacra, quàm tota huiuſmodi capacitas.

Quarta eſt, quòd quando multis modis Scriptura exponitur, debemus attendere, cui expoſitioni cætera conſonant & concordant: quia nihil dimittendum eſt in una parte Scripturæ ſacræ, quod impediat aliam.

Quinta eſt, obſcuritates ſacræ Scripturę non debemus in aliquam partem ita pertinaciter aſſerere, quòd aliqua labes Scripturæ ſacræ poſsit attribui.

Sexta eſt, quòd non debemus ſacram Scripturam ita exponere, quòd alijs ridendi materia tribuatur.

Septima eſt, quòd ſi poſſumus ſaluare Scripturas ſacras per ea quæ naturaliter uidemus, non debemus ad miraculum, uel ad potẽtiam diuinam recurrere. Ægydius Colum. lib. 2. Hexam. cap. 13.

In ſacra pagina diuinitùs inſpirata, omnia credenda reducuntur & reſoluuntur in ipſos articulos. Ipſi uerò articuli, ſecundum quod huiuſmodi, non reducũtur nec reſoluuntur in alia. Ægid. in tractatu de arca Noe.

In ſacra pagina ipſi articuli fidei ſunt minimi quantitate, & maximi in uirtute. Nam quilibet articulus in ſe eſt aliquo modo quid minimum, uirtute tamẽ quilibet eſt quid maximum: eo quòd omnia credenda, ut dictum eſt, creduntur & roborantur per ipſos articulos. Ipſi uerò articuli ſunt quædam minima, quæ non reducuntur in alia, ſed omnia alia reducuntur & reſoluuntur in ipſa. Ibid.

Scriptura ſacra eſt à Deo. Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. Ergo omnis ſapientia ſeu ſcientia eſt Theologica & diuina, quia Theologica ſcientia non eſt aliud quàm ſcientia diuina. Item Theologica ſeu diuina, aut dicitur diuina, quia à Deo: & tunc omnis alia ſcientia eſt diuina. aut dicitur diuina, quia eſt de Deo: & ſecundum hoc philoſophia prima eſt diuina & Theologica, quia eſt à Deo. Alexand. de Ales quæſtione 1. memb. 2. parte prima. Item: Quoniam doctrina ſacra dicitur diuina ſeu Theologica: quia à Deo, de Deo, & ductiua ad Deum. A' Deo, quòd conuenit alijs ſententijs, ſed tamen hoc modo non conuenit ſacræ Scripturæ. Eſt enim uerum ut uerum; & eſt uerum & bonum. Vtrumq; autem eſt à Spiritu ſancto. Sed cum accipitur uerum & bonum, illud bonum aut eſt ut bonum morale, aut ut bonum gratuitum: Si gratuitum, ſic eſt aſsimilatio ad ſpiritum, qui eſt bonitas. Et ideo huiuſmodi attentio eſt à Spiritu ſancto per modũ ipſius. Hinc eſt, quòd antonomaticè, hoc eſt, per excellentiam dicitur hæc ſcriptura tradita ſeu doctrina à Spiritu ſancto. In alijs uerò ſententijs, ſpeculatiuis ſcilicet, eſt acceptio ueri & ueri. In practicis autem moralibus etſi ſit acceptio ueri & boni, non tamen ut boni gratuiti, ſed moraliter: unde non dicuntur æditæ à Spiritu ſancto. Item de Deo dicitur eſſe illa ſcientia, & non ſicut aliæ, uelut philoſophia prima: quia non agunt de Deo ſecundum myſterium trinitatis, uel ſecundum ſacramentum humanæ reparationis. Item inductiua ad Deum per principia timoris & amoris ex fide miſericordiæ & iuſticiæ Dei, quod non conuenit alicui ex ſcientijs. & per hæc patet ſolutio ad obiecta: Ibidem.

Bonauentura inquit: Scriptura magis eſt autentica & plus obſeruanda, quando per manum publici tabellionis eſt confecta. Iſte tabellio eſt Spiritus ſanctus, ſcilicet qui ex nihilo fecit cœlum & terram, & omnia elementa, & corpus Chriſti formauit in uirginali utero, & de puluere formauit corpora Chriſto. In tertia diæta ſalutis de præceptis, capite decimo ſeptimo. Item: Ortus ſacræ Scripturæ non eſt per humanam inueſtigationem, ſed per diuinam reuelationem, quæ fluit à patre luminum, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, à quo per filium eius Ieſum Chriſtum manat in nos Spiritus ſanctus, & per Spiritum ſanctum diuidentem & diſtribuentem dona ſingulis ſicut uult, datur fides, & per fidem habitat Chriſtus in cordibus noſtris. Hæc eſt notitia Ieſu Chriſti, ex quo

origi-

Aliud eſt, ne aliquis ita Scripturam ad unum ſenſum cogere uelit, quòd alios ſenſus, qui in ſe neritatem continent, & poſſunt ſalua circumſtantia literæ ſcripturæ aptari, penitus exclndantur. Hoc enim ad dignitatem diuinæ ſcripturæ pertinet, ut ſub una litera multos ſenſus contineat, ut ſic & diuerſis inrellectibus hominum conueniat, & unuſquiſq; miretur, ſe in diuina ſcriptura poſſe inuenire ueritarem, quam mente conceperit: & per hoc etiam contra infideles facilius defendatur, dum ſi aliquid, quod quiſquam ex ſacra ſcriptura uelit intelligere, falſum apparuerit: ad alium eius ſenſus poſsit haberi recurſus. Vnde non eſt incredibile, Moſi & alijs ſacræ ſcripturæ autoribus hoc diuinitùs eſſe conceſſum, ur diuerſa uera, quæ homines poſſent intelligere, ipſi cognoſcerent, & ea ſub una ſerie literæ deſignarent, ut ſic quilibet eorum ſit ſenſus autoris. uel ſi etiam aliqua uera ab expoſitoribus ſacræ ſcripturæ literæ aperirent, quæ autor non intellexit, non eſt dubium, quin Spiritus ſanctus intellexit, qui eſt principalis autor ſacræ ſcripturæ. Vnde omnis ueritas, quæ ſalua lireræ circumſtantia poteſt diuinæ ſcripturæ aptari, eſt illius ſenſus. In diſputatis quæſtionibus, quæſtione 4. artic.1. Irem: Ærerni patris uerbum ſua immenſitate uniuerſa comprehenderis, ut hominem per peccatum minoratum in celſitudinē diuinæ gloriæ reuocaret, breue fieri noluir noſtra breuitare aſſumpta, non ſua depoſita maieſtate. Et ut à cœleſtis uerbi capeſſenda doctrina nullus excuſabilis redderetur, quod per ſtudioſos & dilucidè per diuerſa ſcripturæ ſanctæ uolumina tradiderat, proprer occupatos ſub breui ſumma humanæ ſalutis doctrinam concluſit. Conſiſtit enim humana ſalus in ueritatis cognitione, ne per diuerſos errores intellectus obſtrueretur humanus: in debiti finis intentione, ne indebitos fines ſectando, à uera ſalute deficiat: in iuſticię obſeruatione, ne per uicia diuerſa ſordeſcat. Cognitionem aurem ueritatis, humanæ ſaluti neceſſariam, breuibus & paucis ſalutis articulis comprehendit. Hinc eſt quod Apoſtolus Rom.9. inquit: Verbum abbreuiatum, &c. Inrentionem humanam breui oratione docuit, quò noſtra inrentio & ſpes rēndere debet oſtendit. Humanam iuſticiam, quæ in legis obſeruatione conſiſtit, uno pręcepto charitatis conſummauit. Plenitudo enim legis eſt dilectio. Vnde Apoſtolus 1.Corinth.13. in fide, ſpe & charitate, quaſi in quibuſdam ſalutis noſtræ compendioſis capitulis, totam præſentis uitæ perfectionē conſiſtere docuit, dicēs: Nunc autem manent fides, & cæt. Idem in compend. Theolog. cap.1. Irem: Dubitatio, quæ accidit in aliquibus circa articulos fidei, non eſt propter incertitudinem rei, ſed proprer debilitatem intellectus humani. Idem in parte prima ſummæ Theologicæ, quæſtione 1. articulo 5.

Subiectum Scripturę inquit Alexander de Alea, Quòd materia diuinarum ſcripturarum eſt Chriſtus, parte 1. quæſtion.1. membro 2. Item, Quòd materia diuinarum ſcripturarum eſt Deus, ſiue ſubſtantia diuina. Vnde ſecundum hoc Theologia eſt ſcientia de ſubſtantia diuina cognoſcenda per Chriſtum in opere reparationis. Ibidem memb.3. Irem: Materia uerò de qua eſt ſacra ſcriptura, eſt diuina ſubſtantia cognoſcenda per Chriſtum in opere reparationis. Ibid. Item: Doctrina Theologiæ eſt de ſubſtantia Dei efficiente per Chriſtum opus humanæ reparationis. Ideò partes primæ inquiſitionis, fuit circa excellentiam diuinæ ſublimitatis: conſequentes uerò erunt de Chriſto & pertinentibus ad opus reparationis. Ibidem memb.5.

Thomas ait, Deum eſſe ſubiectum ſacrę doctrinæ, prima ſummæ Theol. quæſt.1. articulo 7.

Forma. Albertus Mag. Verba Dei rumpi non poſſunt, licet poſsint uilipendi. In Matth. cap.6.

De articulis fidei inquit Thomas: Quātum ad ſubſtātiam articulorum fidei, non eſt factum eorum argumentum per temporum ſucceſsionem: quia quæcunq; poſteriores crediderunt, continebantur in fide præcedentium patrum, licet implicitè. ſed quantum ad explicationem, creuit numerus articulorum: quia quædam explicitè cognita ſunt à poſterioribus, quæ à prioribus non cognoſcebantur explicitè. Vnde Dominus dicit Moſi Exod.4. Ego ſum Deus Iſaac, &c. &, Nomen meum Iehouah non indicaui eis. Er Dauid dicit: Super ſenes intellexi. Et Apoſtolus ait ad Epheſ.3. In alijs generationibus non eſt agnitum. Secunda ſecundæ, quæſtione 1. artic.7. Irem: Omnibus articulis fidei inhæret fides propter unum medium, ſcilicet propter ueritatem primam propoſitam nobis in Scripturis ſecundum doctrinam Eccleſiæ inrelligentis ſanè: & ideo, qui ab hoc medio decidit, totaliter fide caret. Ibidem quæſt.5. artic.3.

De Symbolis air Bonauentura, Quòd tria ſint fidei Chriſtianæ ſymbola, uidelicet Apoſtolorum, Nyceni concilij, & Athanaſij. Item, quòd Apoſtoli ad condendum

dum ſymbolum, ſinguli ſingulas particulas poſuerint. parte 3. Centiloquij, cap. 38.

Scripturæ excellentia. Thomas: Papa non poteſt deſtruere canonicam ſcripturam prophetarum & Apoſtolorum, quæ eſt Eccleſiaſticæ fidei fundamẽtum. Contra impugnatores religionis cap. 4.

Ægidius ait: Scriptura ſacra præeminet ſcripturis Gentilium. lib. 2. cap. 13. Hexam.

Quę credenda. Bonauentura: Licet per fidem aſtringamur credere plurima, quæ ſunt ſupra rationem, & generaliter omnia quæ continentur & aſſeruntur in canone ſacræ ſcripturæ: ſpecialiter tamen & propriè articuli fidei ſunt credendi, qui continentur in ſerie ſymboli Apoſtolici. Quinta parte breuiloquij, cap. 7.

Thomas ait: Prophetia huius libri omnibns modis eſt credenda, quoniam angelico miniſterio reuelata, angelica autoritate commendata: nec ſolum modò commendatur ab angelo, uerùm etiam B. Iohannis teſtimonio. In Apocal. cap. 22.

Albertus Mag. Eius qui à Deo exiuit ſermonibus ſimpliciter eſt ſtandum, & ſimpliciter & firma fide eſt illi credendum: quia ad intellectum uerborum eius non uenitur, niſi per fidem. In Iohan. cap. 3.

De fundamento uerbi, Thomas: In diſputationibus de articulis fidei contra Infideles non ad hoc conari debes, ut fidem rationibus neceſſarijs probes. Hoc enim ſublimitati fidei derogaret, cuius ueritas non ſolùm humanas mẽtes, ſed etiam angelorum excedit. A nobis autem creduntur, quaſi ab ipſo Deo reuelata. Quia tamen, quod à ſumma ueritate procedit, falſum eſſe non poteſt: nec neceſſaria ratione impugnari ualet, quod falſum non eſt: ſicut fides noſtra rationibus probari non poteſt, ita neceſſaria ratione improbari nõ poteſt propter ſuì ueritatẽ. Ad hoc enim debet intendere Chriſtiani diſputatoris intentio in articulis fidei, non ut fidẽ probet, ſed ut fidem defendat. Vnde & Petrus non dicit, Parati ſemper ad probationem: ſed, Ad ſatisfactionem: ut ſcilicet rationabiliter oſtendat, non eſſe falſum quod fides catholica confitetur. Opuſc. 2. contra Græcos, cap. 2.

Profunda. Bonauentura: Habet etiam ſacra ſcriptura profunditatem, quæ conſiſtit in multiplicitate myſticarum intelligentiarum. Nam præter literarum ſenſum habet in diuerſis locis exponi tripliciter, Allegoricè, Moraliter & Anagogicè. Eſt autem Allegoria, quando per unum factum indicatur aliud factum, ſcilicet quod credendum eſt. Tropologia ſiue Moralitas eſt, quando per id quod factum eſt, datur intelligi aliud quod faciendnm eſt. Anagogia quaſi ſurſum dnctio eſt, qnando datur intelligi illud quod deſiderandum eſt, ſcilicet æterna fœlicitas beatorũ. Competit ſubiecto: quia ipſa eſt doctrina, quæ eſt de Deo, de Chriſto, de operibus reparationis, & de credibili, &c. Competit hoc etiam auditori, quia nullus cõueniens eſt eius auditor, niſi humilis, mundus, fidelis & ſtudioſus. Competit etiam principio à quo eſt, quia eſt à Deo per Chriſtum & ſpiritum ſanctum loquentẽ per ora prophetarum & aliorum, qui hanc doctrinam ſcripſerunt. In 2. parte de ſublimitate ſacræ Scripturæ.

Publicè docẽda. Albertus: Verbum Dei in publico, non in angulis eſt proponendum. cap. 4. in Lucam.

Autentica. Bonauentura: Nullus eſt qui falli non poſsit, & fallere neſciat, niſi Deus & Spiritus ſanctus. Hinc eſt quod ad hoc, quòd ſcriptura ſacra modo ſibi debito eſſet perfectè autentica, quæ non per humanam inueſtigationem eſt tradita, ſed per reuelationem diuinam. Ideo nihil in ipſa contemnendum tanquam inutile, nihil reſpuendum tanquam falſum, nihil repudiandum tanquam irritum uel iniqunm, pro eo quòd ſpiritus ſanctus eius autor perfectiſsimus nihil potuit dicere falſum, nihil ſuperfluum, nihil diminutũ. Et propterea cœlnm & terra tranſibũt, uerba ſcripturæ ſacrę non peribunt quando impleantur, donec enim cœlũ & terra tranſeant tota. In 2. parte de ſublim. ſacræ ſcript.

Thomas: Nec in Euangelio, nec in aliqua ſcriptura autentica fas eſt opinari aliquod falſum adferri, nec quòd ſcriptores earum mendacium dixerint: quia periret fidei certitudo, quæ autoritati ſacræ ſcripturæ innititur. In hoc uerò, quòd in Euãgelio & in alijs ſcriptis ſacris uerba aliquorum diuerſo modo recitantur, non eſt mendacium. ſecunda ſecundæ quæſt. 110. articulo 3.

De modo Scripturæ inquit Alexander: Dicẽdum, quòd non eſt modus ſacræ ſcripturæ, modus artis uel ſcientię ſecundum comprehenſionem rationis humanæ, ſed per diſpoſitionem ſapientiæ diuinę ad informationem animæ in his quę pertinent ad ſalutem. parte 1. quæſt. 1. artic. 1. Item: Dicendum, quòd modus ſacræ ſcripturæ multiformis debet eſſe, & hoc triplici ratione. Prima ratio efficientis, hoc eſt, Spiritus ſancti, qui eſt, ſicut dicitur Sapien. 7. ſpiritus intelligentiæ multiplex: unicus præterea, ut in ſcientia ſacra modus efficientis appareat, debet eſſe multiplex ſeu multiformis. Secunda eſt ratio matariæ,

quæ

quæ eſt multiformis ſapientia Dei. præterea ut materiæ modus reſpondeat, debet eſſe ut multiformis. Tertia eſt ratio finis, quæ eſt inſtructio in his quę pertinent ad ſalutem. Cum ergo ſint multiformes ſtatus hominum, in lege, poſt legem, tempore prophetiæ, tempore gratiæ: & etiam in his ſtatus multiformis hominum, quia alij hebetes in his quæ ad fidem, alij difficiles in his quæ ad bonos mores: & differentibus modis alij in proſperis, alij in diuerſis uitam agunt: alij in bonis, alij in peccatis: relinquitur, quòd inſtructio ſacræ ſcripturæ, quæ eſt ordinata ad hominis ſalutem, debet habere modum multiformem, ut modus reſpondeat fini. Ibidem articulo 2. Item: Reſpondeo, quòd cum ueritas prima trina ſit & una, modus ſcientiæ ueritatis in uno, unus literalis, triplex ſpiritualis. Anagogicus, qui eſt ſurſum ducens in primum principium. Allegoricus, qui eſt annunciatiuus arcanorum primæ ueritatis. Tropologicus uel moralis, qui eſt ordinatiuus ad ſummam bonitatem. Vnde Anagogicus ad patrem, Allegoricus ad filium, Moralis refertur ad Spiritum ſanctum. Accipitur numerus intellectuum hoc modo, quia aut eſt literalis exterior, aut ſpiritualis interior. Primo modo non mutatur. Secundo modò ſpiritualis uariatur: quia aut refertur ad mores, aut ad fidem: & ſi ad fidem, aut ad fidem diuinitatis, aut ad fidem humanitatis. Primo modo moralis, ſecundo modo anagogicus, tertio allegoricus. Ibidem articulo 3.

Bonauētura ait: Ipſa ſacra ſcriptura non tantùm habet altiſsimam materiam, per quam delectat, per quam in altum leuat intelligentiam mentis: uerùm etiam ipſa eſt uenuſtiſsima, & miro quodam modo intellectum noſtrum delectat. parte 2. de ſublim. ſacr. ſcript. Item: Vnus eſt ſacræ ſcripturæ communis modus procedendi autenticus, uidelicet intra quem continetur modus narratiuus, præceptorius, prohibitiuus, exhortatiuus, prædictorius, comminatorius, promiſsiuus, deprecatorius & laudatiuus: & omnes hi modi ſub uno modo autentico reponuntur. Ibid.

De modo interpretandi ait Albertus: Intellectus ſacræ ſcripturæ ſunt quatuor: Hiſtorialis, allegoricus, moralis & anagogicus. & intellectus aliarum ſcientiarum quoque: ut ſunt Phyſica, Ethica, & ſcientia loquendi congruè & ornatè. capite 11. Lucæ. Item: Quadruplex eſt expoſitio ſacræ ſcripturæ: Hiſtorialis, allegorica, moralis & anagogica. Super 1. ſententiæ, diſtinct. 1.

NAZ. [illegible] EMANUELE

Exercitium. Albertus: Verbum Dei meditando decoquitur, per collationem cordis ſeparatur, per diſcretam prædicationem & doctrinam unicuiq; auditori proportionaliter diſtribuitur. Item ſacra ſcriptura adeò limpida eſt, quòd nihil in eà turbidum appareat. In 7. ca. Iohan. Item: Curemus recta fide credere & intelligere quæ ſcripſit, recta operatione exercendo implere quæ docuit, ut ad dona ſempiterna peruenire ualeamus, quæ promiſit Dominus.

De obſcuritate ait Thomas: Quæritur, quare Scriptura ædita eſt ſub tanta obſcuritate, quæ utilius uideretur, ſi apertè intelligeretur? Reſpondeo: Ad hæc prædicta intelligēdum, quòd ſapientiſsimè condita eſt Scriptura, ita quòd in quibuſdam locis eſt aperta, ne omnino clauſa uideatur, & inde diffidentia intelligendi generetur, & ut ſimplices aliquid inde capiant, & ut per ea quæ ſunt plana, ſit uia ad explanationem clauſorum. In quibuſdam uerò locis eſt occulta & uelata, & hoc triplici ratione: ſcilicet propter indignos, ne ſit eis locus peruertendi: item propter faſtidioſos, quia multa faſtidirent & contemnerent, nunc autem gratius & precioſius & ſapidius eſt cum inueſtigatur, & hoc exigit reuerentia diuinæ uirtutis: item propter diuerſos exponendi modos. Super Apocal. cap. 1. Item: Licet ueritas in nouo Teſtamento ſit reuelata, in magna tamen obſcuritate ſumus reſpectu patriæ. Videmus hic in ænigmate. Ibidem cap. 15. Item: Quòd autem myſterium Dei ſit nobis obſcurum, hoc eſt à maieſtate Dei, id eſt, propter infinitatem diuinæ maieſtatis, quæ à mortali clarè non poteſt cognoſci. Ibidem.

De fine inquit Alexander: In ſacra ſcriptura ponitur hiſtoria non eà ratione ſeu fine, ut ſignificentur uniuerſales actus & conditiones particulares ad informationem hominum & contemplationis diuinorum myſteriorum ſignificatione rerum. Hinc introducitur paſsio Abel, ut ſignificetur paſsio Chriſti & ſanctorum: malicia Cain, ut ſignificetur peruerſitas iniuſtorum. parte 1. quæſtione 1. memb. 1.

Item: Tota Chriſtianæ fidei diſciplina pertinet ad duo: ad fidem & intelligentiam conditoris: & fidem & intelligentiam ſaluatoris. parte 3. quæſtione 1. in procemio.

Thomas Aquin. ait: Vox Dei uirtuoſa eſt ad docendum interius. In procemio ſuper Apocalypſin. Item: Sicut gladius carnem diuidit, & ſeparat membrum à membro, ſic gladius uerbi diuidit bonos

à malis. Item uirtutem habet ad inſtruendum ſimplices per hiſtoriam, perfectos per allegoriam. Super 2. cap. Apocal. Et: Tertio modo liber uitę dicitur in id, quòd eſt documentum uitæ agendæ, & promiſſio uitæ dandæ, & ſic idem eſt quod Scriptura. Ibidem cap. 3. Item: Librum apertum, hoc eſt Scriptura, quę eſt liber in quo legitur quicquid eſt ſalutis: & eſt liber apertus, quia ipſe Dominus prædicando populis manifeſtauit ſecreta myſteria Scripturæ. Item: In patibulo crucis impleuit ea quæ de humana redemptione fuerant præfigurata & prædicta. Ibidem ſuper cap. 10. Et: Dicitur ergo Chriſtus habere librum apertum in manu, quia ſcilicet habet Scripturã ad opus fidelium informandorum, & prædicatorum de Scriptura haurientium. Dicitur autem Scripturam habere, quia ipſe eſt dux & princeps huius Scripturæ, quia & ipſe eam didicit, & ipſe eius intellectum oſtendit: quam Scripturam dicitur habere in manu, quia quod docet in Scriptura, & quod prædicauit, ſicut legitur in Scriptura, opere compleuit. uel in manu, id eſt, dominatione & poteſtate, quia eius eſt dare Scripturam, uel omnino ſubtrahere, ſi uelit. Super Apocal. Item: Huius autem uox non ſolùm ordinatur ad doctrinam hominũ, quo eam audiant, ſed etiam ad perfectionem naturalium operum, quæ ex præcepto diuinæ ſapientiæ fiunt. Idem Thomas in lib. Iob. cap. 37. Item: Per ſacram ſcripturam diuina uoluntas nobis innoteſcit. Tertia parte ſummæ, quæſtione 1. articulo 3. Item: Sacra ſcriptura eſt fidei fundamentum. Ibidem quæſtione 55. articulo 5.

Albertus Magnus: Omnis doctrina finem habet conuerſionis ad Chriſtum. In Lucam cap. 10. Item: Sic ergo ſermo Domini per hoc quòd eſt ueritas, liberat à coactione & obligatione uanitatis: per hoc quòd eſt ſermo gratiæ, liberat à culpæ & iniquitatis ſeruitute: per hoc autem quòd eſt ſermo omnipotentis Dei, liberat à ſeruitute miſeriæ. Primò dat libertatem naturæ, ſecundò dat libertatem gratiæ, tertiò dat libertatem gloriæ. In Iohan. cap. 8. Et: Sermo Dei in Sacramentis & in doctrina mundat & ſanctificat. Et ſi uerbum detrahatur in Sacramento ab elemento, elementum nihil facit. Ibi. cap. 15. Et: Animas etiam conuertit & ſapientiam præſtat, quicquid in ueteri Teſtamento continetur. Albertus in Iohan. cap. 15. Et: Vita dependet à uerbo, non de pane, niſi ſecundum quod uirtus uerbi eſt in ipſo. Cum enim uerbum Dei patris conſubſtantiale ſibi ſit filius, uerbum illud eſt ars plena rationibus & ideis uiuis & lucentibus, quæ in ipſo ſunt lux & uita omnium eorum, quæ per creationem uel per naturam producuntur. Super Matth. cap. 4. Item: Sermo diuinus monet nos de charitate fraterna, cui non debemus recalcitrare, ſed conſentire. Ibidem cap. 5.

Et: Diuinum uerbum, à quo procedit Spiritus uitę in omnes ſtirpes. Ibidem capite 13. Et: Verbum patris ex patre paternum eſt in natura, ex uirtute patris uiuificum eſt in potentia Spiritus quem ſpirat. Iactum ergo ſemen uerbi de Deo ſit in ſubſtantia, & Spiritus ſit oſtenſiuum in potentia ſpirandi uitam. Eodem in capite.

Item: Scias, quòd cum uerbum Dei, uirtutem in ſe habeat eius à quo procedit, quòd quantum eſt de ſe non pullulat, niſi in diuinum aliquid. Ibid. Et: Verbum Dei prima lux eſt, & ratio manifeſtationis eſt intelligendi omnia quæ manifeſtantur & intelliguntur. Et ſic certiſsimum eſt probationis & demonſtrationis principium, à quo omnia alia habent, quòd & ſunt & principia ſunt. Idem in Iohannem pręfat. Item: Quia agnitio Dei nobis per Teſtamẽtum eſt promiſſa, in quo promiſſus eſt nobis Chriſtus. In Iohan. capite 4.

Et: Per uerbi Dei rudimenta paſcuntur ſimplices, & per eius ſubtilia prælati illuminantur ad fidei defenſionem & ædificationem. Ibidem cap. 6. Item: Non erit ſacra ſcriptura contemplationis gratia, ſed ut boni fiamus. Albertus in Matt. cap. 16.

De prophetia.

Alexander ait: Prophetia eſt diuina reuelatio, euentus immobili ueritate denuncians. In prophetia ergo ſunt duo, reuelatio & denunciatio. Quantum ad reuelationem, quæ eſt in cognitione, dignior eſt gratia prophetiæ, & actus prophetizandi eminentior: & maius eſt prophetizare, quàm prædicare. Quantum ad denunciationem, gratia prædicationis eſt dignior. parte 3. quæſt. 77. memb. 3.

Prophetarum doctrina. Albertus: Totum quod prędicabant prophetæ, fuit aut cantus exultationis de Chriſto uel gratia ipſius: uel præmij gaudiorum, per quę excitabantur ad ſpem & amorem: aut fuit de comminatione excidiorum uel maledictionum aut pœnarum æternarum. In Matth. cap. 11.

Parabola quid. Alexander de Ales: Parabola eſt ſimilitudo rerum, cum per rerum differentem ſimilitudinẽ ad id quod per ipſum intelligitur, peruenitur. parte 1. quæſt. 2. artic. 5.

De Iob ait Thomas: Tota intentio in hoc

hoc uerſatur, ut per probabiles rationes oſtẽdantur res humanę diuina prouidentia regi. Fuerunt autem aliqui, quibus uiſum eſt, quòd iſte Iob non fuerit in rerum natura: ſed quòd fuerit quædam parabola conficta, ut eſſet quoddam thema ad prouidentię diſputationem, ſicut frequenter homines confingunt aliqua facta ad diſputandum de eis. Et quamuis ad intentionem libri non multum referat, utrum ſic uel aliter: refert tamen quantum ad ipſam ueritatem. Videtur enim prædicta opinio autoritati ſacræ ſcripturæ obuiare. Dicitur enim ex perſona Domini: Si fuerint tres uiri in medio eius, Noe, Daniel & Iob, ipſi iuſticia ſua liberabunt animas ſuas. Manifeſtum autem eſt, Noe & Daniel homines in rerum natura fuiſſe. Iam nec de tertio eis connumerato, ſcilicet de Iob, in dubium debet uenire. Dicitur: Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerũt ſufferentiam. Audiſtis, & finem Domini uidiſtis. Sic igitur credendum eſt, Iob in rerum natura fuiſſe. Quo autem tempore fuerit, uel ex quibus parentibus originem duxerit, & quis etiam huius libri fuerit autor, ſcilicet ipſe Iob utrum hunc librum conſcripſerit de ſe quaſi de alio loquens, an alius de eo iſta retulerit, non eſt præſentis intẽtionis diſcutere. In prolog. comment. ſuper Iob.

DE VETERI ET NOVO Teſtamento.

Sedilia. Thomas: Sedilia dicuntur libri utriuſq; Teſtamenti, quia in eis debet anima ſedere, id eſt, quieſcere & paſci. cap. 4. in Apocal.

De Veteri Thomas inquit: Vetus Teſtamentum occultè agit de redemptione: Nouum apertè. In Apocal. cap. 5. Item: Thomas uetus Teſtamentum uocat ueterem legem, Nouum nouam legem, & legem Chriſti. De regimine principum cap. 1. Item in tractatu de articulis fidei.

Albertus: In toto ueteri Teſtamento libri prophetarũ continentur. Super Iohan. capite 12.

Finis ueteris Teſtamenti: Status ueteris legis inſtitutus erat ad figurandum myſterium Chriſti. Thomas prima ſecundæ, quæſt. 102. artic. 4.

Opinio de ueteri Teſtamẽto. Thomas: In ueteri Teſtamento non erant ſecreta fidei populo exponenda, & ideo ſuppoſita fidei unius Dei nulla alia præcepta ſunt in ueteri lege data de fide. Secunda ſecundæ, quæſt. 16. artic. 1. Et: Vetus Teſtamentum habebat temporalia promiſſa: Nouum autem ſpiritualia & æterna, &c. ut Auguſtinus dicit contra Fauſtum. & ideo neceſſarium fuit, ut in ueteri legè populus inſtrueretur, qualiter pugnarè deberet etiam corporaliter pro terrenâ poſſeſsione acquirenda. In nouo autem Teſtamento inſtruẽdi ſunt homines, qualiter ſpiritualiter certando, ad poſſeſsionem uitæ æternæ peruenirent, ſecundum illud Matth. 11. Regnum cœlorum uim patitur, &c. Vnde Petrus præcepit 1. Pet. ult. Aduerſarius ueſter diabolus tãquam leo, &c. & Iacob. 4. Reſiſtite diabolo. Ibidem quæſt. 140. artic. 1.

Malè de ueteri Teſtamento loquitur Innocentius: Vetus, inquit, Teſtamentum, quod hircorum & uitulorum fuit ſanguine dedicatum, temporalia promittebat: Nouum autem, quod eſt Chriſti ſanguine conſecratum, promittit æterna. & ideo Teſtamentum illud fuit uetus & tranſitorium, hoc autem nouum eſt & æternum. lib. 3. decret. con. Sed conſtat uetus Teſtamentum etiam ſpiritualia promiſiſſe, de Meſsia nimirum, eius regno & beneficijs.

De nouo Teſtamento Thomas Aquinas ait: Veritas reuelata eſt in nouo Teſtamento. In Apocal. cap. 15. Item: Ad inueniendum noua nomina, antiquam fidem de Deo ſignificantia, coegit neceſsitas diſputandi cum hæreticis. Nec hæc nouitas uitanda eſt, cum non ſit prophana, utpote à Scripturarum ſenſu non diſcordans. Docet autem Apoſtolus, prophanas uocum inanitates uitare, 1. Timoth. ult. prima ſummæ, quæſt. 29. artic. 3.

De duobus Teſtamentis inquit Bonauentura: Primum Teſtamentum fuit Iudæorum, qui præcepta obſeruabant ex timore: & illud fuit reuocatum. Secundum Teſtamentum fuit Chriſti, ſcilicet tempore gratiæ, in quo obſeruantur præcepta ex charitate: & illud fuit in morte Chriſti confirmatum. unde Chriſtus dixit in ſuo ultimo Teſtamento, Iohannis 15. Hoc eſt meum præceptum. In tertia dieta ſalutis de præcep. 19. Item: In ueteri Teſtamento ſanguine conferebantur terrena. In ſanguine autem noui Teſtamenti, id eſt paſsionis, confertur hæreditas æterna. Dieta 9. cap. 50. Item: Sacra ſcriptura diuiditur in duo Teſtamenta, ſcilicet in uetus & nouum. Vetus occurrit in multitudine librorum. Habet enim libros legales, hiſtoriales, ſapiẽtiales & prophetales: ita quòd primi ſunt 5. ſecundi 10. tertij 5. quarti 6. ac per hoc in uniuerſo 26. Nouum ſimiliter Teſtamentum habet libros his correſpondentes ſecundum quadruplicem formam. Nam legalibus correſpondent libri Euangelici. (Nota lector, hæc non rectè dicuntur. Nam oportet diſcerni legem &

Euangeliũ certis ſuis proprietatibus.) Hiſtorialibus Actus Apoſtolici, Sapientialibus epiſtolæ Apoſtolorũ & maximè Pauli, Prophetalibus correſpondent libri Apocalypſis: ut ſic ſit mira cõformitas inter uetus & nouum Teſtamẽtum, non ſolùm in continẽtia ſenſuum, uerùm etiam in quadriformitate partium. In cuius figuram & conſignificationem uidit Ezechiel rotas quatuor facierũ, & rotam in medio rotæ: quia uetus eſt in nouo, & econuerſò. Nam in libris legalibus & Euangelicis eſt facies leonis, propter excellentiam autoritatis. In hiſtorialibus eſt facies bouis, propter excellentiam uirtutis. In ſapiẽtialibus eſt facies hominis, propter prudentiam ſagacem. In libris prophetalibus eſt facies aquilæ, propter perſpicacem intelligẽtiam. In 2. parte de latitudine ſacræ ſcripturæ.

Item: Rectè ſacra ſcriptura diuiditur in uetus & nouum Teſtamentũ, & non in theòricam & practicã, ſicut philoſophia. Quia cùm ſcriptura fundetur propriè ſuper cognitionem fidei (quę uirtus eſt fundamentum morum ac iuſticiæ ac totius rectæ uitæ) non poteſt in ea ſequeſtrari noticia rerum ſiue credendorum à noticia morum. Quoniam igitur ſcriptura ſacra eſt noticia mouens ad bonum, & reuocans à malo, & hoc eſt per timorem & amorem: ideò diuiditur in duo Teſtamenta, quorum breuis differentia eſt timor & amor. Ibidem.

Fines utriuſq;. Albertus Magnus: Vtrũque Teſtamentũ referendum eſt ad obſequium Dei: Vetus ut figura, Nouũ autem ut ueritas implens figurã. Super Luc. ca. 1.

De differẽtia ueteris & noui Teſtamenti. Thomas Aquin. Vetus Teſtamentum occultè agit de redemptione hominis, Nouum apertè. Super Apoc. cap. 5.

Alexander de Ales ait: Teſtamentum nouum differt à ueteri, quia ibi uetus homo formidinis coartatur anguſtijs: per cõparationem uerò ad ſententiam differunt, quia ibi ueritas in figuratione, hic ueritas in exhibitione, & hoc quantum ad figuralia. parte 3. diſt. 60. artic. 1.

De reuelationibus ait Thomas: Multipliciter aliqui cognitionem exquirũt eorum quę humanam excedunt induſtriam. Quidam enim manifeſta reſponſa depoſcunt, uel à Deo, uel à dæmonibus. Quorum primi pertinent ad propheticos uiros, qui quadam priuilegiata familiaritate Deo coniuncti, ab eo merentur inſtrui de futuris euentibus, aut de quibuſdam naturalibus rebus, ſecundum illud Amos 3. Non faciet Dominus Deus uerbum. Reuelat autem interdum uigilantibus per manifeſtam uiſionem; interdum autem per ſomnum, ſecundum illud Numer. 12. Si quis fuerit inter uos propheta, &c. Alij uerò pertinent ad nigromãticos, qui quibuſdam incantationibus & ſacrificijs à dęmonibus aliqua reſponſa exquirunt, uel ſermone prolata, uel aliquibus ſignis demonſtrata: & hoc uel in uigilia, uel in ſomno. Quandoque uerò aliquorum occultorum exquirũt homines noticiam, quaſi ſignum eorum accipientes ex quibuſdam, quæ in alijs rebus conſiderantur. Cuius quidem inquiſitionis diuerſæ ſunt ſpecies. Exquirunt enim quidam occultorum noticiam ſiue circa futuros euentus, ſiue circa ea quæ expedit agere per conſiderationem cœleſtium motuũ, inſpiciendo ſcilicet motus & ſitus eorum, ex quibus futura & occulta ſe cognoſcere putant: quod pertinet ad Mathematicos ſiue Aſtronomos. Quidam uerò occultorum noticiam exquirendam putant, conſiderando motus & uoces aliquorum animalium, & hominum ſternutationes: quod totum pertinet ad auguria, ſiue ad auſpicia. Alij uerò ſunt, qui occultorum noticiam quærunt ex aliquibus, quæ ab hominibus dicuntur uel fiunt ſub aliqua atteſtatione: quod quidem inquiſitionis genus Omen propriè dicitur. Quidam uerò quęrunt occulta, attendendo quaſdam figuras in quibuſdam corporibus apparentes, utputa ſecundum lineam manus humanæ: quod dicitur Chiromantia. uel etiam in oſſe ſpatulæ cuiuſdam animalis: quod dicitur Spatulantia. Tertio modo aliqui noticiam occultorum requirunt ex his quæ per eos geruntur, eorum conſiderantes euentum. Quod etiam multipliciter fit. Ad hoc enim genus pertinet Geomantiæ uſus, per quem quibuſdam punctis deſcriptis, eos diuerſimodè ſecũdum quaſdam figuras diſponendo, aliquorum occultorum putant per hoc ſe noticiam poſſe acquirere. Pertinet etiam ad hoc genus, quod quibuſdam ſchedulis reconditis in occulto, dum in quibuſdam eorum diuerſa ſcribuntur, In alijs uerò nihil, diſcernit quid accipientibus ſchedulis contingere debeat, uel de eis quid oporteat fieri. Cui etiam ſimile eſt, quòd quibuſdam feſtucis inæqualibus abſconditis, diuerſa circa aliquos iudicantur, ex eo quòd maiorem uel minorem accipiunt. Ad quod etiam aliqualiter pertinere uidetur taxillorum proiectio, uel ſi quid aliud fiat, per quod dijudicetur, qualiter aliquid ſit diuidendum, uel quid oporteat agere ad cognoſcendum aliquod præteritum occultum uel futurum. Vnde

etiam

etiam duella uidentur ad hoc pertinere, niſi in quantum per artem uel uirtutem plerumque unus alium ſuperat. Videntur etiam ad hoc pertinere indicia ferri candentis, uel aqua, uel alia huiuſmodi. De ſortibus cap.3.

DE DEO.

Phraſes quædam.

Dicendo furorem & iram de Deo, non ſignifico affectum alicuius turbationis in eo, de quo non poſſunt iſta, niſi diuinam eſſentiam prædicare. lib.2. myſter. Miſſæ, cap.62.

Vna tantùm eſt Dei miſericordia, non aliud quidem quàm ipſe miſericors. Sed multi ſunt eius effectua, qui miſerationes dicuntur. lib.5. cap.7. myſter.

Quare Deus de cœlo in terram proſpexerit. Dominus, inquit Innocentius, de cœlo proſpexit in terram, ut talium compeditorum gemitus exaudiret, qui gemebāt & poſtulabant, ut Chriſtus ad redemptionem humani generis adueniret, & ſolueret nos à nexibus criminum, & redderet filios interemptorū, id eſt; imitatores eorum qui pro ueritate ſunt mortificati & interēpti, ut multi prophetæ in ueteri Teſtamēto, & martyres omnes. Innoc. Pſal.5.

Nomen Dei multipliciter accipitur in Scripturis. Nam aliud eſt eſſentiale, quod communiter deſignat eſſentiam: ut Heloy, Adonay, Deus, Dominus, & huiuſmodi. Aliud perſonale, quod ſpecialiter appellat perſonam: ut, pater, filius & Spiritus ſanctus, Chriſtus, Ieſus, & ſimilia: Ibid.

Dicitur Deus iratus, in quantum facit effectum ſimilem irato, quia punit, qui eſt effectus iræ in nobis, quamuis in Deo paſſio iræ non poſsit eſſe. Thomas in ſumma de ueritate, materia 2. quæſt.1.

Dextra Dei, eſt miſericordia: ſiniſtra, iuſticia. Thomas Aquinas in Apocal. cap.1.

Ira non eſt in Deo, quātum ad affectionem, nec quantum ad apparentiam ſignorum, quibus uidetur iratus: licet in eo ſit quantum ad turbulētiam, maximè autem quantum ad ipſam pœnæ inflictionem. Thomas in Apocal. cap.6. Item: Ideo diuina iuſticia dicitur furor iræ, quia ea grauiter & actualiter puniente, uidetur Deus iratus, ad modum furioſi. Ibid. cap.19.

Similiter dicitur dare in corda prauorum, ut malè faciant: id eſt, permittit hoc cadere in corda ipſorum, unde negatiuè, non poſitiuè accipitur. Thomas in Apocalyp. cap.17.

Dixit Dominus Satan. Dicere dupliciter accipitur. Nam quandoq; refertur ad conceptum cordis; quandoque autem ad ſignificationem, ut huius conceptus alteri exprimatur. Secundū igitur primum modum, dicere Dei eſt æternum, & nihil eſt aliud quàm generare filium, qui eſt uerbum ipſius. Secundo uerò modo temporaliter Deus aliqua dicit, diuerſimodè tamen, &c. Super lib. Iob, cap.1.

In Scripturis Deus uenire ad hominem dicitur, quando ei ſua beneficia largitur, ſiue intellectum eius illuminando, ſiue inflammando, ſiue qualitercunq; ei benefaciendo. Thomas ſuper Apocal. cap.9.

Multa in factore conſideranda remanent, quæ nobis occultantur, & hæc uocantur ſecreta ſapientiæ Dei. Thomas ſuper Iob, cap.12.

Tunc dicitur Deus aliquid ſcire, quando illius rei noticiam præbet: ſicut dixit ad Abrahamum Geneſ.22. Nunc cognoui: Thomas Aquin. in Compend. Theolog. tráct.2. cap.58.

Non accipitur in Deo dextera corporaliter, ſed metaphoricè: quia in quantum Deus, dicitur ſedere ad dexteram patris, id eſt, ad æqualitatem patris: in quantum homo, ſedet ad dexteram patris, id eſt, in potioribus bonis. Thomas in expoſit. Symbol. cap.9.

De ipſo Domino multa corporalia in Scripturis per quandam ſimilitudinem dicuntur. Thomas de natura angelorum capite 18.

Requies Dei accipitur quantum ad hoc, quòd ceſſauit à nouis operibus condēdis: ita tamen; quòd creaturam conditam conſeruat & adminiſtrat. Thomas prima ſummæ, quæſt.72. artic.3.

Amor & gaudiū & alia huiuſmodi cum attribuuntur Deo, uel angelis, uel hominibus ſecūdum appetitum intellectiuum; ſignificant ſimplicem uoluntatis actū cum ſimilitudine affectus abſq; paſsione. Thomas prima ſecundæ, quæſt.22. artic.3.

In Deo idem eſt intelligere & eſſe: & in deo uerbum quod format intellectus diuinus, non eſt aliquod accidens, ſed pertinens ad naturam eius. unde oportet quòd ſit ſubſiſtens: quia quicquid eſt in natura Dei, eſt Deus. Thomas in tractatu de different. uerbi diuini & humani.

Manus & Brachium uirtutem, & uirtutis opus ſignificant. Albert. Mag. ca.1. Luc.

Poſteriora Dei ſunt creaturæ Dei, & allegoriæ, in quibus uidetur. Albertus in Lucam, cap.10.

Trahit pater per filium in reuelationē ueritatis, & trahit ad filium per Spiritum ſanctum, quando per amorē ueritatis Verbi incarnati filius diligitur. Trahit ad Spiritum ſanctum per Spiritum ſanctum, ſcilicet quando per amorē Spiritus in donis

ſuis percipitur. Et quia prima autoritas miſsionis eſt in patre, ideo pater per approprietatem trahere dicitur. Trahit autem filius ad patrem per modũ inducentis: quia ueritas reuelata inducit ad patrẽ, quando amor in cordis deſiderio docet & mouet ad innocandum patrem. Albertus Magnus in Iohan. cap. 6.

Regulæ de Deo.

Cnm à ſacra ſcriptura nõ habemus determinatum de notationibus, ideo licet magiſtris opinari, ſed non licet eis aſſerere. Si enim quis aſſerat aliquid dicendo, quod non ſit determinatum in ſacra ſcriptura, uel quod non ſequatur directè ex fide: mortaliter peccat, quia ſe conſtituit ſupra Deum. Iudex enim eſt ſupra id, de quo habet iudicare. Qui ergo ſua autoritate aſſerit aliquid de Deo, ponit ſe ſupra Deum, quia iudicat de Deo, & ita peccat mortaliter. Hæc eſt ſuperbia intellectus, quam prohibet Apoſtolus Roma. 12. Non plus ſapere quàm oporteat ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. Alexander de Ales parte 1. quæſt. 68. artic. 2.

Facies Dei dicitur præſentia Dei per gratiam. Secũdum hoc ergo, cognitio per faciem, erit cognitio per præſentiam ſeu contemplationem gratiæ. Alexander parte 1. quæſt. 2. artic. 4.

Nomen Dei eſt terribile, quantum ad potentiam, quæ attribuitur patri. Admirabile, quantum ad ſapientiam, quæ attribuitur filio. Laudabile, quantum ad bonitatem, quæ attribuitur Spiritui ſancto. Bonauentura in initio libri ſuper orat. Dominicam.

Licet æqualiter conueniat tribus perſonis nomen diuinitatis & omnia eſſentialia: tamen quandoq; id quod eſt commune omnibus perſonis, appropriatur alteri, ex ſpeciali aliqua ratione. Nomen ergo diuinitatis hic attribuitur patri, quia pater eſt aliarum perſonarum origo, & habent ab ipſo diuinitatem & omnia. Thomas Aquin. ſuper Apocal. cap. 14.

Tam clementer Deus humanæ conſulit infirmitati, ut quia eum, ſicut eſt, non poſſumus agnoſcere, noſtræ locutionis more ſeipſum nobis inſinuat. Thomas ſuper Apocal. cap. 16.

Quædam de Deo dicuntur poſitiuè, ut creare, iuſtificare: quædam negatiuè, ut cum dicitur indurare, uel interponere, inducere. Hoc enim dicitur, non quia ipſe immittat duriciem, uel faciat tentationi ſuccumbere: ſed quia non emollit, & in tentatione conſtantiam non tribuit, & ſic homo ſuccumbit. Thomas ſuper Apocal. capits 17.

Quicquid de Deo abſolutè dicitur, non eſt aliud quàm Dei eſſentia. Non enim eſt Deus magnus, uel potens, uel bonus accidentaliter, ſed per eſſentiam ſuam: & tres perſonas, id eſt hypoſtaſes, non dicimus in diuinis diſtinctas per aliquid abſolutum; ſed per ſolas relationes, quæ ex proceſſione amoris & uerbi proueniunt. Et quia proceſsionem uerbi nominamus generationem, ex generatione autem proueniunt relationes paternitatis & filiationis: perſonam patris à perſona filij diſtingui dicimus ſolummodò paternitate & filiatione, omnia communiter & indifferenter de utroque prædicantes. Sicut enim dicimus patrem uerum Deum, omnipotentem, æternum, & quæcunque ſimiliter dicuntur: ſic & filium, & eadem ratio eſt de Spiritu ſancto. Quia ergo pater & filius & Spiritus ſanctus non diſtinguuntur in natura diuinitatis, ſed in relationibus ſolùm, conuenienter tres perſonas, non dicimus tres Deos, ſed unum uerum Deum & perfectum profitemur. In hominibus autem ideo tres perſonæ homines dicuntur, & non unus homo, quia natura humanitatis, quæ communis eſt, differenter eis conuenit ſecundum materialem diuiſionem, quæ omnino in Deo locum non habet. Vnde in tribus ſunt tres humanitates numero differentes, & ſola ratio humanitatis in eis communis inuenitur. In tribus autem diuinis perſonis, non tres diuinitates numero differentes, ſed unam ſimplicem deitatem neceſſe eſt eſſe, cum non ſit alia eſſentia uerbi & amoris in Deo ab eſſentia Dei: & ſic non tres Deos, ſed unum Deum confitemur, propter unam ſimplicem deitatem in tribus perſonis. Thomas Aquin. opuſc. 2. contra Græcos.

Circa diuinitatem tria cognoſci oportet: primò quidem eſſentiæ unitatem, ſecundò perſonarum trinitatem, tertiò diuinitatis effectus. Thomas in Compend. Theolog. cap. 2.

Eſſentialia attributa non ſic appropriantur perſonis, ut eis eſſe propria aſſeratur, ſed ad manifeſtandum perſonas. Thomas prima ſummæ, quæſtione 39. articulo 7.

Illud quod conuenit naturę diuinæ, ſecundum ſe conuenit tribus perſonis: ſicut bonitas, ſapientia, & huiuſmodi: ſed aſſumere conuenit ei ratione perſonæ uerbi, & ideo ſoli ei perſonæ conuenit. Thomas tertia parte ſummæ, quæſtione 3. articulo 2.

In diuinis maſculinum genus refertur ad perſonam, neutrum autem refertur

ad

ad eſſentiam uel naturam. Thom. in expo ſit. 2. Decretalis.

De Trinitate dicimus, Filius eſt alius à patre, & non aliud. Thom. de humanitate Chriſti, cap. 2.

Deus eſt idem quòd ſua eſſentia uel natura. Thomas 1. parte ſummæ, quæſtion. 3. articulo 3.

Deus non ſolùm eſt ſua eſſentia, ſed etiam ſuum eſſe. Thomas 1. parte ſummę, quæſt. 3. artic. 3.

Cum proceſsiones in diuinis ſunt in identitate naturæ, neceſſe, quòd relationes quæ ſecundum proceſsiones diuinas accipiuntur, ſint relationes. Thomas 1. parte ſummæ, quæſt. 28. artic. 1.

Si relationes non diſtinguuntur ab inuicem realiter, non erit in diuinis trinitas realis, ſed ratione tantùm. Thomas 1. ſummæ, quæſt. 28. artic. 3.

Proprietates relatiuæ in Deo & ſubſiſtunt, & realiter ad inuicem diſtinguuntur. Thomas 1. ſum. quæſt. 30. artic. 1.

Oportet in his quæ de Trinitate loquimur, duos oppoſitos errores cauere, temperatè inter utrunq; procedentes: ſcilicet errorem Arij, qui cum trinitate perſonarũ poſuit trinitatem ſubſtantiarum: & errorem Sabellij, qui poſuit cum unitate eſſentiæ, unitatem perſonæ. Ad euitandum igitur errorem Arij, uitare debemus in diuinis nomen Diuerſitatis & Differentiæ, ne tollatur unitas eſſentiæ. Poſſumus autem uti nomine Diſtinctionis propter oppoſitionē identitiuam. Vnde ſicubi in aliqua ſcriptura autentica diuerſitas uel differentia perſonarum inuenitur, ſumitur diuerſitas uel differentia pro diſtinctione. Ne autem tollatur ſimplicitas diuinæ eſſentiæ, uitandum eſt nomen Separationis & Diuiſionis, quæ eſt totius in partes. Ne autem tollatur æqualitas, uitandum eſt nomen Diſparitatis. Ne uerò tollatur ſimilitudo, uitãdum eſt nomen Alienum & Diſcrepantis. Ad uitandum uerò errorem Sabellij, uitare debemus ſingularitatem, ne tollatur communicabilitas eſſentiæ diuinæ. Debemus etiam uitare nomen Vnici, ne tollatur numerus perſonarum. Dicimus tamen unicum filium, quia nõ ſunt plures filij in diuinis. Neq; tamē dicimus unicum Deum; quia pluribus Deitas eſt communis. Vitamus etiam nomen Confuſi, ne tollatur ordo naturæ à perſonis. Vitandum eſt etiam nomen Solitarij, ne tollatur conſortium trium perſonarum. Nomen autem Alius maſculinè ſumptum, non importat niſi diſtinctionem ſuppoſiti. Vnde conuenienter dicere poſſumus, quòd filius eſt alius à patre: quia ſcilicet eſt aliud ſuppoſitum diuinæ naturæ, ſicut & alia perſona, & alia hypoſtaſis. Thomas 1. ſummę, quæſt. 31. artic. 2.

Impoſsibile eſt per rationē naturalem ad cognitionē trinitatis diuinarum perſonarum peruenire. Thomas prima ſummę, quæſt. 32. artic. 1.

Quinq; ſunt notiones in diuinis: ſcilicet, innaſcibilitas, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & proceſsio. Harum autem duę tantùm ſunt relationes. Quatuor autem proprietates ſunt. Nam communis ſpiratio, non eſt proprietas, quia conuenit duabus perſonis. Tres autem ſunt notiones perſonales, conſtituentes perſonas: ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio. Nam communis ſpiratio & innaſcibilitas, dicuntur notiones perſonarum, non autem perſonales. Thomas 1. parte ſummę, quæſt. 32. artic. 3.

De Deo dicere non debemus, quod in ſacra Scriptura non inuenitur, uel per uerba, uel per ſenſum. Licet autem per uerba nõ inueniatur in ſacra ſcriptura, quòd Spiritus ſanctus non procedat à filio: inuenitur tamen quantum ad ſenſum, & præcipuè ubi dicit filius Iohannis 16. de Spiritu ſancto loquens: Ille me clarificabit, &c. Regulariter etiam in Scriptura tenendum eſt, quòd id quod de patre dicitur, oportet de filio intelligi, etiamſi dictio excluſiua addatur, niſi ſolùm in illis, in quibus pater & filius ſecundum oppoſitas relationes diſtinguuntur. Cum enim Dominus Matthæi 11. dicit, Nemo nouit filium, &c. non excluditur, quin filius ſeipſum cognoſcat. Sic igitur cum dicitur, quòd Spiritus ſanctus à patre procedit, etiamſi adderetur, quòd à ſolo patre procedit, non excluderetur inde filius: quia quantum ad hoc quod eſt eſſe principium Spiritus ſanctus, non opponuntur pater & filius; ſed ſolùm quantùm ad hoc, quòd hic eſt pater & ille filius. Thomas prima parte ſummæ, quæſtione 36. articulo ſecundo.

Nomen Deus quandoq; ſupponit pro eſſentia, ut cum dicitur Deus creat uel creaturæ. Quandoq; uerò ſupponit perſonam, uel unam tantùm, ut cum dicitur, Deus generat: uel duas, ut cum dicitur, Deus ſpirat: uel tres, ut cum dicitur, Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo, 1. Timoth. 1. Thomas 1. ſummæ, quæſtione 39. articulo 4.

Eſſentia diuina nullo modo debet dici nata: quia nihil debet dici natum in tempore, quòd non eſt natum in æternitate; ne nomen filiationis ad aliud tranſeat: & quia in nulla natura ita eſt, quòd

natura naſcatur, ſed naſcitur hypoſtaſis, ſiue ſubſtantia compoſita. Albertus Mag. ſuper 3. Sentent. diſt. 8.

Alietas in Deo eſſe non poteſt, niſi perſonarum ſecundum relationes originis diſtinctarum: oportet quòd talis alietas ſit inter Verbum & Deum. Albertus in Iohan. cap. 1.

Indiuiſa ſunt opera patris & filij, & ſine filio uerbo ſuo pater nō operatur. Albert. Mag. in Iohan. cap. 1.

Aegidius Columna: Proprium eſt ſpirituali ſoli ſubſtantiæ, quòd ubicunque eſt, ſit tota in tota, & in qualibet parte tota. libro 1. Hexa. cap. 7.

Res in Deo ſunt æternaliter, in mente angelica intellectualiter, in ſeipſis eſſentialiter, in rationibus obedientialibus materialiter, in rationibus ſeminalibus primordialiter, in elemētis cauſaliter, in ſuis principijs terminatiuè, in ſua duratione perpetualiter. Aegid. lib. 1. Hexa. cap. 24.

Quicquid eſt in Deo, Deus eſt. Sic ergo Deus eſt uiuus, & eſt ipſa uita: ea quæ ſunt in ipſo, ut ſunt huiuſmodi, uiuunt & ſunt ipſa uita. Aegid. lib. 1. Hexa. cap. 24.

Nominato patre & filio, etiam non nominato Spiritu ſancto, intelligitur ibi Spiritus ſanctus tanquam nexus in his quæ nectit, & tanquam amor in re amata. Aegid. lib. 1. Hex. cap. 23.

Quæ uidemus per tempora explicari, fiunt ab æterno in mente diuina, & rationes eorum fuerunt in Deo. Et quia hæ rationes appropriatè dicuntur eſſe in filio, Deus pater dicitur omnia facere per filium, & filius dicitur eſſe ars patris plena omnium iſtarum rationum. Aegid. libro 1. Hexa. cap. 24.

Dei agere, eſt Dei eſſe. Aegidius libro 1. capite 83.

Videmus quòd eſſe diuinum, eſt eſſe omnino in actu, & in natura eius non admiſcetur potentialitas aliqua. Aegid. in quæſtion. de reſur. marty.

Deus, in cuius natura nulla admiſcetur imperfectio nec potentialitas, immediatè dat rebus quòd ſint: & dando rebus quòd ſint, dat eis quòd moueātur. Aegidius Columna in quæſt. de reſur. marty.

Quędam ſunt nomina, quæ ſignificant eſſentiam eſſentialiter: ut hoc nomen Eſſentia. Quædam uerò ſignificant eſſentiam perſonaliter: ſicut hoc nomen Deus: & ea quæ ſignificant eſſentiam in ſuppoſitis, & per additionem nominum perſonalium uel notionalium ad ſupponēdum pro aliqua perſona, uel pro aliquibus, ut dicitur, Deus generat, Deus ſpirat. Sunt etiam alia, quæ ſignificant perſonam perſonaliter: ut iſta nomina; Pater, Filius & Spiritus. Sunt etiam alia, quæ ſignificant perſonam eſſentialiter: ut hoc nomen Perſona: & hoc quod dico mittere & mitti. Vnde in his uerbis attribuitur aliquid perſonæ ratione eſſentiæ, ſiue eſſentia in perſona. Alexand. parte 1. quæſt. 71. memb. 3.

Quamuis indiuiſa ſint opera Trinitatis: patri tamen attribuitur quod eſt tribus commune, propter authoritatem principalem: uel potius, quia cum in Trinitate patri attribuatur potentia, filio ſapientia, ſpiritui ſancto benignitas, rectè patri appropriatur quicquid pertinet ad potentiam. Et certè nihil diuinam potentiā euidentius manifeſtat, quàm iuſtificare impium, hoc eſt, trahere peccatorem. Innocent. ſermo. 1. in conuerſ. Pauli.

Deus uigilat per miſericordiam & iuſticiam, ad indulgēdum & puniendum. Innocent. ſuper Pſal. 5. pœnit.

Licet indiuiſa ſint opera Trinitatis: opus tamen dilectionis Spiritui ſancto ſpecialiter attribuitur, qui eſt dilectio patris, & filij amor, & connexio utriuſq;. Innocent. in ſermo. in feſto purificat. Mar.

De uoluntate Dei inquit Alexāder: Voluntas Dei dupliciter dicitur: ſcilicet uoluntas, quæ eſt eſſentia Dei, & hæc eſt uoluntas beneplaciti, & hæc eſt immutabilis: & uoluntas ſigni, & hæc eſt mutabilis. Sic loquendo de lege diuina, dupliciter poſſumus dicere, quòd uno modo eſt mutabilis, alio modo eſt immutabilis. parte 3. quæſt. 26. memb. 5.

In Deo ſecundum rem non diſtinguitur ſcientia & eſſentia, niſi ſecundum modum intelligendi. Thomas in ſumma de ueritate, materia 2. quæſt. 1.

In his quæ de Deo confitemur, duplex eſt ueritatis modus. Quædam namq; uera ſunt de Deo, quæ omnem facultatem humanæ rationis excedunt: ut Deum eſſe trinum & unum. Quædam ſunt, ad quæ etiam ratio naturalis pertingere poteſt: ſicut eſt, Deum eſſe, Deum eſſe unū, & alia huiuſmodi. Thomas in ſumma cōtra Gentiles, capitulo 3.

Dupliciter poteſt Deus conſiderari: uel in ſe, uel in effectibus ſuis. In ſe quidem, cum ſit ipſa eſſentia bonitatis, non poteſt non diligi. Vnde ab omnibus uidentibus eum per eſſentiam diligitur; & in quantum quiſq; cognoſcit, tantum diligit. Sed in aliquibus effectibus ſuis, in quantum ſunt contrarij uoluntati, ſicut ſunt pœnæ illatæ, uel præcepta quæ grauia uidentur, ipſe Deus refugitur, & quodāmodo odio habetur: & tamen oportet quòd illi qui eum, quātum ad aliquos effectus, odiunt,

in

in alijs effectibus diligant eum: ſicut ipſi dæmones. Thomas in ſumma de ueritate, materia 22. quæſt. 2.

Non omne quod de Deo dicitur, quámuis ratione inueſtigari non poſsit, ſtatim quaſi falſum eſt abijciendũ, ut Manichæi & plures infidelium putauerũt. Thomas in ſumma contra gentiles, cap. 3.

De cognitione Dei inquit Alexander: Dicendum, quòd eſt cognitio de Deo per modum poſitionis, & per modum priuationis. Per modum priuationis cognoſcimus de Deo, quod non eſt. Per modum poſitionis cognoſcimus quid ſit. Diuina ergo ſubſtantia in ſua imméſitate non eſt cognoſcibilis cognitione priuatiua. parte 1. quæſtione 2. membro 1. artic. 2. Item: Per naturalem rationem non poteſt haberi cognitio Trinitatis ſecundum propria: tamen per naturalem rationem adiutam per aliquam gratiam aut gratis aut gratum facientem, poteſt. Et ratio huius eſt, quia intellectus noſter eſt obtenebratus per originalem corruptioné. Deficit enim de his quæ uerisſimè ſunt, & ideo maximè circa intelligibilia deficit: & etiam de his quæ minimè ſunt, & ideo minimè intelligibilia: ſicut eſt eſſe motus & temporis, quæ habent debiliſsimum: quemadmodum ſenſus deficit in extremis, id eſt maximè ſenſibilibus & minimè. Hinc eſt, cum eſſe diuinarum perſonarum in unitate eſſentiæ ſit maximè & uerisſimè, intellectus noſter obtenebratus deficit: nec hoc eſt mirum. Ibidem membro 1. artic. 3. Item: Per ſpeculum & ænigma ſignificat ſimilitudines, quæ ualent ad intelligendum Deum in præſenti. Ergo in præſenti non poteſt uideri ſua forma, ſiue ſecundum faciem. Ibid. artic. 4. Item: Cognitio qua cognoſcitur per potentiam quantus eſt, propria eſt ipſius Dei, & excedit omnem cognitionem creaturę. Vnde & de cognitione quantus eſt, quæ pertinet ad eius immenſitaté, dixit Ambroſius: Plenitudinem diuinitatis eius nemo méte aut oculis comprehendit. & B. Gregorius ſuper Iob: Eius eſſentia à nullo plenè uidebitur. Ibidem articulo 1. memb. 2. Cognitio diuina una eſt per hoc, quod eſt lumen immutabile, in quo cognoſcuntur cauſæ cardinales rerum, & quo illuminátur corda piorum: & hac cognitione non cognoſcunt dæmones, ſed ea priuantur. Eſt alia cognitio, quæ eſt per effectus temporales uirtutis diuinę: & hac cognitione poſſunt cognoſcere quæ quodámodo ſunt ueſtigia uel ſigna ducétia ad cognitioné ipſius creatoris uel redemptoris. Præterea eſt quædam cognitio per effectus ipſius iuſtitiæ: & hoc modo cognoſcunt ipſi Deum tanquam iudicem. His ergo modis poſſunt dæmones cognoſcere Deum: altera uerò priuantur cognitione. Idem parte 2. quæſt. 113. memb. 3.

Aegidius ait: Deus cognoſcitur tripliciter in triplici lumine. Cognoſcitur enim per creaturá, per Scripturá, p eſſentiá. Cognoſcitur etiá in lumine intellectus agentis, ſiue in lumine nobis naturaliter indito, & in lumine fidei, & in lumine gloriæ. Per creaturas ergo cognoſcitur in lumine intellectus agentis, ſiue in lumine nobis naturaliter indito. Per Scripturas uerò cognoſcitur in lumine fidei, quod nõ eſt nobis naturaliter inditũ. Sed per eſſentiam cognoſcitur in lumine gloriæ. In tractatu de articulis fidei.

Quòd ſit Deus. Bonauentura: Non tantùm diuinorum librorũ autoritas prædicat eſſe Deum, ſed omnis creatura quę circumſtat nos, ad quá nos etiá pertinemus, uniuerſa ipſarũ rerum natura proclamat, habere ſe prę̃ſtátiſsimũ conditoré, qui nobis mentem rationemq; dedit, qua uiuentia non uiuentibus, ſenſu prędita non ſentientibus, intelligétia non intelligẽtibus, immortalia mortalibus, potentia impotentibus, iniuſtis iuſta, ſpecioſa deformis, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, incorporalia corporalibus, beata miſeris præferenda iudicamus: ac per hoc, quoniá rebus creatis creatoré ſine dubitatione præponimus. Oportet enim eum & ſummè uiuere, & cũcta ſentire atq; intelligere, mori auté & corrumpi mutariq; nõ poſſe, nec corpus eſſe: ſed ipſum omnipotentiſsimũ, iuſtiſsimũ, ſpecioſiſsimũ, optimum beatiſsimumq; fatemur. Ecce in his duodecim includũtur altiſsimę nobilitates eſſe diuini, quæ tamen reducuntur ad tria, ſcilicet æternitaté, ſapientiam & bonitaté: & hæc tria ad unum, ſcilicet ad ſapientiá, in qua includuntur mens generás, uerbum proles, & amor nectens utrunque: in quibus fides dictat cõſiſtere beatiſsimam trinitaté. Et quoniam ſumma ſapiétia ponit trinitatem, ponit nihilominus omnes prius habitas nobiliſsimas cõditiones: uidelicet, unitaté, ſimplicitaté, & cæteras ſequétes; neceſſe eſt, omnes prędictas nobilitates diuini eſſe, ſimul ſtare cũ nobiliſsima trinitate, In 1. parte Breuiloquij, cap. 2.

Nomen Deus, quòd penitus idem ſignificet cum accipitur naturaliter, cũ accipitur adoptiuè, & cum accipitur nuncupatiuè. Semper enim ſignificatur diuina natura, cum hoc nomen Deus dicitur de trinitate, uel de uiro ſancto, uel de idolo: ſed tamen differenter eſt attributio.

Nam

Nam cum dicitur, Trinitas eſt Deus: hic ſignificatur diuina natura attributa ei qđ ipſa eſt. Cum uerò dicitur de uiro ſancto, Deus uel dij: attribuitur diuina natura, non ei quod eſt, ſed ei cui per gratiam ineſt, ſiue per participationem. Cum uerò dicitur ab idololatra, Idolum eſt Deus: ſignificatur etiam diuina natura, ſed attributa rei, cui ſignificatio ſua non conuenit, nec per identitatem, nec per participationem, &c. Alexãder de Ales parte 1. quæſt. 50. memb. 1. artic. 1.

Thomas ait: Nomen Deus, quamuis ſit commune tribus perſonis, tamen ſupponit quãdoq; pro ſola perſona patris, quandoq; pro ſola perſona filij, uel Spiritus ſancti. Et ita cum dicitur, Beata uirgo eſt mater Dei: hoc nomen Deus ſupponit pro ſola perſona filij incarnata. Tertia ſummæ, quæſt. 35. artic. 4.

Quid ſit Deus. Alexander ait Triſmegiſtum dixiſſe: Deus eſt ſphæra intelligibilis, cuius centrum eſt ubiq;, circũferentia nuſquam. parte 1. quæſt. 7. memb. 1.

Innocentius ait: Quòd Deus ſit, ſcimus modò: ſed quid ſit ipſe, neſcimus. Scimus equidẽ quòd ſit Deus, ſed neſcimus quid ſit. Sermo. 2. in feſto omnium ſanct.

Aegidius inquit, quòd Deus ſit actus purus & eſſentialiter unus: quia eſt Deus unus & pater omnium entium. lib. 1. Hexa. cap. 5. Item: Deus eſt actus purus, cui non admiſcetur aliquid de potentia. Ibidem cap. 18.

Subſtantia. Albertus: Cum Deus dicitur ſubſtantia, intelligitur quòd non eſt ſubſtantia, ſecundum quod apud nos uocatur ſubſtãtia, ſed ſuper omnem ſubſtantiam. Super 12. cap. Lucæ.

Sapiens. Aegidius: Deus eſt uirtus, ſanitas & ſapiẽtia noſtra. Sub ipſo ſemper eſſe debemus. lib. 2. Hex. cap. 40.

Bonauentura: De ſapientia Dei hęc tenẽda ſunt, ſcilicet, quòd ipſa diuina ſapientia limpidiſsimè cognoſcat omnia bona & mala, præſentia, præterita & futura, actualia & poſsibilia, ac per hoc incomprehenſibilia nobis & infinita: ita tamẽ, quòd ipſa in ſe nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa omnia ſortiatur. In quantum eſt cognoſcitiua in ſe, omnium poſsibilium dicitur ſcientia, ſiue cognitio: omniũ quæ in uniuerſo fiunt, dicitur uiſio: omniũ quę bene fiunt, dicitur approbatio. Eorũ quæ ab ipſo Deo fienda ſunt, dicitur diſpoſitio: eorum quæ futura ſunt, dicitur præſcientia ſiue præuiſio: eorum quę ab ipſo Deo præmianda ſunt, dicitur prędeſtinatio: eorum quæ damnãda ſunt, dicitur reprobatio. Et quia ipſa non tantùm eſt cognoſcitiua, ſed etiam ratio cognoſcendi omnia: ideo in quantum eſt ratio cognoſcendi omnia, cognita dicitur: in quãtum ratio cognoſcendi uiſa & approbata, dicitur ſpeculum: in quantum eſt ratio cognoſcendi præuiſa & diſpoſita, dicitur exemplar: in quantũ eſt ratio cognoſcendi prędeſtinata & approbata, dicitur liber uitæ. Eſt igitur liber uitæ reſpectu rerum, ut redeuntium: exemplar, ut exeuntium: ſpeculum, ut euntium: lux uerò, reſpectu omnium. Ad exemplar autem ſpectat idea, uerbum, ars & ratio. Idea, ſecũdum actum præuidendi: uerbum, ſecũdum actum proponendi: ars, ſecundum actum proſequendi: ratio, ſecundum perficiendi, quia ſuperaddit intentionẽ finis. Quia uerò hæc omnia unum ſunt in Deo, ideo frequenter accipitur unum pro alio. parte 1. cap. 8. Breuiloquij.

Thomas ait: Sapiẽtia Dei in tribus præcipuè commendabilis apparet. Primò in hoc, quòd aliqua magna ſuo intellectu & ſapientia metiri poteſt. Secundò Dei ſapientia commendabilis apparet in hoc, quòd res uariabiles & quaſi in incertum fluentes, in certum ordinẽ reducit, & ſuæ gubernationi ſubditas eſſe facit. Tertiò, quòd Deus multa condidit ſecũdum ſuæ ſapientiæ rationem, quæ mirabilia hominibus apparent, & eorum rationem inueſtigare non poſſunt: & hæc præcipuè ſunt, quæ in ſitu & diſpoſitione ſtellarum apparent, quæ tamen à Deo ſapientiſsimè & rationabiliter ſunt inſtituta. In librũ Iob, capite 9.

Inuiſibilis. Alexander: Deus eſt inuiſibilis natura, uiſibilis uerò uoluntate. parte 1. quæſtion. 2. membro 1. artic. 1. Item: Propterea Deus inuiſibilis dicitur, ne corpus eſſe credatur, non quia munda corda ſuæ ſubſtantiæ contemplatione fraudauit. Ibidem.

Simplex. Alexãder: Diuina eſſentia eſt ſimplex omnimoda ſimplicitate, ita quòd non eſt in ea cõpoſitio eſſentialis nec accidentalis. Omne enim compoſitum poteſt intelligi non eſſe, quia poteſt intelligi reſolubile: ſed diuina eſſentia nõ poteſt intelligi non eſſe, ideo nec compoſita eſſe. parte 1. diſt. 5. memb. 1.

Incircũſcriptibilis. Alexãder de Ales: Diuina eſſentia eſt incircumſcriptibilis, quia non habet terminũ nec eſſentiæ nec uirtutis. parte 1. quæſt. 8. membro 1. Item: Notis nominatur Deus priuationibus, cum dicitur immenſus Deus, infinitus, incircumſcriptibilis. Imaginibus, cum nominatur diſpoſitionibus ſpiritualium creaturarum: ut cum dicitur ſpiritus ſapiens, intelligens.

Intelligens.Formis,cum nominatur similitudinibus corporalium creaturarum: ut cum dicitur leo,ignis & huiuſmodi. parte 1.quæſt.48.memb.2.

Scientia Dei . Alcxander : Scientia Dei tribus modis accipitur.Vno modo pro approbatione.Pſal. Nouit Deus uiam iuſtorum. Alio modo pro ſimplici noticia : ſed hæc duobus modis . uno modo abſolutè, non connotando exiſtentiá rei ſciræ.Pſal. Scientiæ eius nõ eſt numerus. Alio modo connotando , ſecundum quod dicitur in Eccleſiaſtico: Domino Deo anrequá crearétur ſunt cuncta cognita,& poſt perfectú. & hoc modo ſignificatur,ut quidam dixerunt,diuina ſcientia,ur uiſio quaſi tráſitus ſuper rem.Primo modo bona dicũtur ſubiecta diuinæ ſcientiæ. Secundo modo bona & mala,entia & non entia.Tertio modo bona & msla: ſed entia tantùm ſecundum aliquod tempus præſens , prærerití & futurum.& ſecundú hoc tripliciter dicitur ſcientia.parte 1.quæſt.24.memb.4.artic.5. Irem:Non eſt ſimile de præſcientia Dei & de prę́ſcientia hominis. Nam cũ dicitur prę́ſcire de homine,notatur ordo rei temporalis ad tempus præcedés.Sed antecesſio remporis ad rempus non eſt infinita:& omnino dicendũ,quòd non ſequitur, Homo præſcit hoc, ergo præſciuit illud prius.Sed cũ dicitur præſcire de Deo, notatur ordo rei temporalis ad æternitatem. Antecesſio auté æternitatis, ad tempus eſt infinita:& ideo ſequitur,Deus prę́ſcit hoc,ergo præſciuit hoc prius . Ibidem quæſt.24.memb.7.

Albertus air : Deus eſt qué larêre nihil poteſt,& curá haber de omnibus ſua charitate.Super 1.cap.Lucæ.

Liber.Aegidius:Deus agir ex libero arbitrio.lib.1.Hex.cap.28.

Miſericors.Innocentius:Proprium Dei eſt miſereri, & dico miſereri nó eſſe aliud quàm eſſe.Pſal.4.pœniten.

Albertus:Duplex eſt in Deo miſericordia,relaxans & liberáa.Relaxans eſt,quæ quidem punit,ſed citra condignum,& minor in pœnis,quàm præceſſerit malú meritum in peccatis. Et hęc miſericordia Domini ſuperexaltat iudicium Dei . Liberás aurem eſt , quæ in toto liberat. Deponit enim omnes iniquitates per pœnirétiam, & diſsimulat.In 5.cap.Matth.

Iuſtus.Alexander : Iuſtus,quia facit iuſtum: bonus , quia facir bonum.parre 1.diſtinct.48.memb.2.artic.1.

Bonitas . Innocentius : Bonitas Dei eſt ipſa eſſentia . Quapropter ipſe bonus eſt per naturá,homo per gratiam. Serm.Dominica 2.poſt paſcha.

Thomas: Deus cum non habeat alium ſuæ noluntatis finem,niſi ſcipſum, & ipſe ſit ipſa bonitatis eſſentia,oporter quòd omnia alia ſint inclinata in bonũ naturaliter.In ſumma de ueritate,materia 22.queſtion.1. Ité : Deus,qui eſt ſummè bonus, odit ea quæ contra ſe fiunt,& ipſa diſperdit ſecundum illud:Odiſti omnes,&c. Super lib.Iob.cap.10. Item:Bonitas Dei infinita eſt, cuius noticia perfecta nõ eſt niſi apud Deũ. Et ideo gloria in ſolo Deo eſt, in quantum ſeipſum cognoſcit. Ibid.cap. 40. Et : Deus ſolus eſt ſua bonitas & eſſentialiter bonus. Alia uerò dicitur bona ſecundum participationé aliquam ipſius. Idem in Compend.Theologico cap.109.

Albertus: Séper eſt benefactiuus Deus, & beneficentia largitatis eius non finitur. Super cap.1.Lucæ. Item: Bona exeunt à Deo.Idem ſuper cap.11.Matth. Ité: Deus eſt bonus eſſentialiter, cauſaliter & exemplariter & finaliter.Ibid.cap.16. Irem: In Deo eſt omnis boni plenitudo,in quo panis puriſsimæ & ſolidæ ueritatis, refectio delicatæ dulciſsimæ bonitatis , pinguedo charitatis,ſapor deitatis,uinum ſapientię, conuiuanres perſonę:miniſter, pater omnis boni : promptuarium copioſiſsimum, diuitiæ Dei: ſymphonia,cantus angelorú. Idem in Matth.cap.22.

Aegidius: Bonitas in Deo nõ eſt qualitas , ſed eſt ſua ſubſtantia . Magnitudo in Deo non eſt,&c.lib.2.Hexa.cap.33.

Omnipotens.Alexander:Omnipotens dicitur,quia omnia poſsibilia poteſt,quæ poſſe potentię eſt:& quia omnino poteſt, ut in hac ratione tangatur perfectio potentiæ diuinæ , quantũ ad illa ad quæ eſt, & quantũ ad illud cuius eſt.Per hoc quòd dicitur poſſe omnia poſsibilia, quæ poſſe potentiæ eſt:tangitur perfectio porentiæ, quantũ ad illa ad quę eſt.parte 1.quæſt.21. memb.1.artic.2. Item:Nam angelus & anima beara vult ſalurem electorũ, quam tamen facere non poteſt . Solus ergo Deus poreſt quicquid vult à ſe uel ab alio fieri, & ob hoc dicitur omniporés.Ibid. Item: Dicendum quòd omnipotentia conuenit toti Trinitati. Vnde omnipotentia conuenit patri,filio & Spiritui ſancto.Ibid.artic. 3. Ité : Omnipotétia poteſt dici,prout includit porentiá creandi omnes res de nihilo:& hæc porentia omnia antecedit, quia omnia ab ipſo:& hęc potentia non poreſt conuenire creaturæ , quia ſic creatura eſſet à ſe,& antecederet eius potentia ſuam eſſentiam. Alio modo poreſt dici omnipotentia , porentia faciendi naturalia omnia & miracula , & hoc modo accipitur aliquando in Scriptura : ſed hæc non eſt omni-

omnipotentia ſecundum quod in prima creatione attribuitur Deo, ſed ſecundum primam creationem & principalem. Ibidem articulo 4. Item: Deus omnipotẽs dicitur, quia poteſt non ſolùm quæ ſunt uel fieri poſſunt, ſed etiam quæ fieri non poſſunt. Poteſt enim impoſsibilia: & multa quæ ſunt impoſsibilia ſecundum inferiorem cauſam uel ſecundum naturá, ſunt poſsibilia ſecundum ſuperiorem cauſam. Ibidem membro 5. artic. 1. Item: Ratio omnipotentiæ per quá determinatur, eſt, ſcilicet de nihilo aliquid facere, & ducere de nihilo omnia ad eſſe. Sed ante illud qđ eſt de nihilo omnia facere, eſt illud de ſubſtãtia ſua filiũ producere. Cum ergo producere de ſua ſubſtantia, ſicut generare & ſpirare, antecedat facere: quia ab æterno pater generat filiũ, & pater & filius ſpirãt ſpiritum ſanctũ: non tamen ab æterno facit omnia de nihilo. ergo generare & ſpirare non cõtinentur ſub omnipotentia in patre. Vnde non pertinẽt ad omnipotentiam ſimpliciter, niſi ad omnipotẽtiam in patre: & ita licet filius & ſpiritus ſanctus nõ generẽt, nihilominus ſunt omnipotentes, quia poſſunt res de nihilo facere, quæ eſt ſumma & proprijſsima ratio omnipotentiæ. Si tamẽ approprietur omnipotentia quantũ ad hoc quod eſt ab æterno aliqua producere, & producere de nihilo, ſic appropriatur patri ſecundũ illam primam rationem, ſecundum quam determinatur omnipotẽtia. Cum autẽ dicitur, Pater habet potentiam generãdi: duo dicuntur de patre, ſcilicet ꝙ pater habeat potẽtiam, & quòd habeat relationẽ, ſcilicet generationem. Vnde ſenſus eſt, Pater eſt potẽs & eſt genitor. Cum uerò dicitur, quòd filio non cõuenit, uel quòd filius non habeat potentiam generandi, hoc uerum eſt: non quia non habeat potentiá eandem, etiá quam pater habet: ſed quia non habeat generare, non eſt in filio potentia ut generet. Idẽ Alex. parte 1. diſt. 21. memb. 1. artic. 3.

Bonauentura: De omnipotẽtia Dei hęc ſecundũ doctriná ſacram tenenda ſunt, ꝙ Deus eſt omnipotẽs, ita tamẽ quòd ei nõ attribuũtur actus culpabiles, utpote mentiri & malè uelle: nec actus pœnales, ut metuere & dolere: nec actus corporales ſiue materiales, ut dormire & ambulare, niſi fortè tranſumptiuè: nec actus incõuenientes, ut poſſe facere maiorem ſe, uel alium Deum ſibi æqualem, uel infinitum actu & conſilio: quia quodlibet paruum inconueniens apud Deum eſt impoſsibile: licet tamen hoc non poſsit, eſt tamẽ opus uerè & ꝓpriè & perfectè. parte 1. Breuiloquij, ca. 7.

Albertus: Dei potẽtia ultimata infinita eſt & omnipotens, & plus quàm omnipotẽs. Vt enim ita dicamus, Deus plus quàm omnia poteſt. Poteſt enim multa, quę nunquá fuerunt, & tamen eſſe poterant ſecundũ Dei potẽtiam infinitá: & hoc oſtẽdit in filio, qa nihil maius facere poterat quàm hominẽ talẽ & tantũ, quantus eſt ipſe. Super cap. 1. Lucę. Item: In Deo potẽtia non eſt ante actũ, & ideo Deus unicum habẽs adoptat in filios ęos qui conformea ſunt imagini filij. Super cap. 16. Matth. Et: Virtus diuina ſemper in ſe & alijs potens eſt facere quæ uult. Super cap. 20. Iohan.

Aegidius: Deus ex libito uoluntatis potuit producere quæcũq; ex quocunq; elemento. lib. 2. cap. 38. Hexá. Itẽ: Deus ſex poteſt, quę nõ poſſunt alia agentia. 1, Poteſt enim de aliquo facere nihil. 2, Poteſt de nihilo aliquid facere. 3, Poteſt augmentare non rarefaciẽdo, nec aliquod corpus addendo. 4, Poteſt minuere nõ condenſando, nec aliquid de materia remouẽdo. 5, Poteſt condenſare non occupando locum minorem. 6, Poteſt rarefacere non occupando locum maiorem. Ibid. cap. 33.

Potentia dicitur ęquiuocè in Deo, cú dicitur potẽtia generãdi, intelligẽdi & creandi. Sed analogicè, hoc eſt, per prius & poſterius, ſecundũ rationẽ intelligentię. Ratio igitur intentionis diuinę potẽtię ſecundum analogiam eſt hæc: Diuina potentia eſt potentia, cuius eſt per ſe actus. Per hoc quod dicitur per ſe, ſeparatur intentio potentiæ in Deo ab intentione potẽtię creaturæ, quæ ſiue dicatur actiua, ſiue paſsiua, non eſt principium ad actum per ſe. Alexander parte 1. quæſt. 20. membro 2.

Thomas ait: Potẽtia Dei nunquá eſt in re ſine ſapientia: ſed à nobis conſideratur ſine ratione ſapiẽtiæ. In ſumma cõtra gentiles cap. 91. Item: Pręſidentia, natura, potentia, hæc tria omnino unũ ſunt in Deo. Præſidentia, qua dominatur: natura, qua eſt Deus: potẽtia, qua poteſt operari quicquid vult. Super cap. 5. Apocal.

Immutabilis. Albertus: Deus non ſuſtinet mutationes affectuum ſicut terrena. In cap. 8. Matthæi.

Durat. Thomas: Modus durãdi in Deo triplex eſt ſecũdum Anſelmũ in Proſologio. Primus, quia per ſe durat æternaliter: alia autẽ hęc habent ab ipſo. Alius modus eſt, quia Deus nõ poteſt intelligi habere finẽ. Tertius modus eſt, quia diuina æternitas tota eſt ſimul: æternitas uerò æternarũ non eſt tota ſimul. Et ita Deus quandoq; eſt ultra omnia. Ita ſecundum cauſalem finalitatem dicitur Deus eſſe nouiſsimus, quia Deus eſt cauſa finalis omnium. Et ad ipſum ſicut ad cauſam finalem omnia ordinan-

ordinantur: qnia uniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Deus. Illud autem ad quod omnia ordinantur, tenet rationem nouiſsimi, quia finit ea: hoc autem non eſt indignitatis, ſed incommunicabilis & ſimplicis dignitatis. Quia Deo ſoli conuenit eſſe cauſam omninm finalem. ſuper caput 1. Apocal.

Perfectus. Innocentius: In Deo nihil eſt diminntum, tanquam infirmum: nihil eſt ſuperabundans, quaſi ſuperfluum: ſed totum eſt omnino perfectum, nelut æternũ. Sermo 3. natiuit.

Aegidius: Quicquid perfectionis eſt in omnibus alijs, eſt ſolius Dei. lib. 2. capite 11. Hexamer.

Æternus. Bonauentura: Nihil eſt omnino immutabile, incircũſcriptibile & interminabile, niſi quod eſt ęternum. Omne autem quod eſt æternum, eſt Deus, uel in Deo. In tractatu, Itinerarius mentis in Deum, cap. 2.

Ægidius: Deus non eſt in tempore, ſed eſt ſupra tempus. Quia non continetur à tempore, ſed magis continet tempus. Nõ enim opus habet Deus, ut ab aliquo contineatur: quia ipſe continet omnia. lib. 1. Hexame. cap. 21.

Æqualis. Albertus: Deus æqualiter ſe omnibus exhibet, ſicut dictum eſt ſnperius. Itẽ: Deus fons bonitatis, omnibus fluit uno modo, quod ad ſe. ſuper cap. 11. Matt.

Veritas. Thomas: Deus ueritas eſt, & ideo hypocriſin deteſtatur & damnat. ſuper 6. cap. Apoc.

Infinitus. Albertus: Deus incircumſcriptus & indiffinitus in loco eſt ſpiritus. ſuper cap. 1. Lucæ. Item: Deus infinitus eſt, à nemine cõprehenditur. Et ideo per eum tranſiens uiſio per infinita uadit, & ſemper nõua inuenit: quod fieri non poſſet, ſi totus ſimul comprehenderetur. Sic enim dicitur à ſanctis: Quid eſt Deus? à nulla creatura uidetur. Quia ſi quid eſt uideretur, totus ſimul cõprehẽderetur. Sed uiſio angeli & hominis decurrit ſuper pelagus ſubſtantiæ eius in infinitum. Et ideo ſemper noua inuenit quæ ădmiretur. Ipſe autem ſui ipſius eſt & uiſor & comprehenſor. Sed omnis creatura niſione, qua ſub ſua uiſione eſt, eum uidens & admirans ſpeculatur, ſed non comprehendit. Super cap. 4. Matth.

Rex. Thomas: Deus eſt rex omniũ uniuerſaliter, per generalem dominationem. Ad commendandam tamen eius bonitatem, quia non habet niſi familiam ſanctã, dicitur quandoq; rex ſanctorum ſiue iuſtorum, per familiarem dilectionem, & ſpecialem gubernationem: quia familiariter diligit iuſtos, & diligitur ab eis, & ſpecialiter eos gubernat, quia ſubijciunt ſe eius dominationi. Super Apoc. cap. 15.

Fortitudo. Thomas: Fortitudo Dei omnem fortitudinem retum naturalium excedit. In lib. Iob cap. 9.

Secundum hunc modũ poſteriora Dei dicuntur tripliciter, ſiue cognitio per poſteriora: uno modo ratione naturali, alio modo figuræ, tertio modo creaturę. Secundũ quod facies dicitur præſentia Dei per gratiam: ſecundum hoc ergo cognitio per faciem erit cognitio per præſentiam ſeu contemplationem gratiæ, quomodo accipitur Geneſis 32. Vidi Dominum facie ad faciem. & huic reſpondet quaſi à poſteriori cognitio per naturalem rationem, quæ non accipit præſentiam eius in affectu, ſicut eſt in cognitione per gratiam: ſed tamen accipit quaſi à poſteriori ueritatem aliquam de eo ſecundum intellectũ. Item, ſecundum quod facies dicitur præſentia eius ſecundum carnem, ſecundum hoc poſteriora Domini dicuntur figuræ legis, quæ figurabant incarnationem eius. Vnde illi qui erăt in ueteri lege, dicebantur quaſi à poſteriori per figuras futurorũ. Sed nos uidemus eum quaſi in facie, quia credimns & accipimus eum ut in carne præſentem, quo modo accipitur illud Apoſtoli 2. Cor. 3. Nos autem reuelata facie, &c. ubi poſtquam locutus eſt de uelamine figurarum, adiunxit hoc Apoſtolus. Item ſecundum quod tertio modo dicitur facies, ſcilicet præſentia gloriæ: ſecundum poſteriora in ſua forma poſſunt dici creaturæ. Eſt enim cognitio Dei in ſua forma, & eſt cognitio ipſius in ſuo effectu. Cognoſcere ipſum in ſuo effectu, eſt cognoſcere ipſum à poſteriori. Cognoſcere ipſum in ſe ſicut eſt, eſt cognoſcere ipſum in ſua facie: & hoc modo dicitur Moyſi, Videbis poſteriora mea, faciem autem non uidebis. Quia in præſenti per effectus cognoſcimus ipſum, ſecundum quod dicitur Rom. 1. Inuiſibilia Dei, &c. In futuro uerò cognoſcemus ipſum in ſe. Item nota ſecundum Auguſtinum, quòd facies Dei dicitur forma Dei, & ſecundum hoc poſteriora Dei poſſunt dici forma humana: & ſecundum hoc poteſt intelligi illud Moſi: Poſteriora mea uidebis, hoc eſt, in carne uidebis: faciem autem uidere non poteris. Nota etiam, quòd facies dici poteſt uiſio intellectualis, ſiue ſit per rem, ſiue per ſpeciem aliquam intelligibilem. Et hoc modo poſteriora dicuntur uiſio imaginaria & uiſio corporalis. Et ſecundum hoc intelligitur, Loquebatur Dominus Moſi facie ad faciem: quia apparebat ei in ſpecie intelligibili. & etiã illud

Num. 12, Palàm & non per ænigmata Deũ uides: ut ænigma referatur ad imaginariam uiſionem, figuræ ad corporalem. Apparet enim Dominus in uiſione corporali, in ſpecie aliqua exteriori, ſicut Exod. 3. Moiſi in rubo. Apparet etiam in uiſione imaginaria, ſicut in ſomnis Iacob, Gen. 27. de quib. duobus modis dicitur Num. 12. Si quis fuerit inter uos propheta, iu uiſione apparebo ei, ſcilicet corporaliter: uel per ſomnum, ſcilicet uiſione imaginaria. Apparet etiam in uiſione intellectuali in ſpecie intelligibili, ut Moiſi Num. 12. parte 1. quæſt. 2. memb. 1. artic. 4. Item: Per naturam conſtans eſt, non poteſt uideri ſicut eſt. Diſtinguendum ergo eſt, quòd eſt gratia perfecta, & eſt gratia imperfecta. Dico autem gratiam imperfectam, quæ eſt in hominibus imperfectis: perfectam uerò gratiam, quæ eſt perfectorum, ſecundum quod eſt eſſe perfectum in uia. Dicendum ergo, quòd non eſt poſsibile uidere Deũ in præſenti per gratiá impetfectę contéplationis: ſed p gratiá perfectæ contemplationis poteſt, non tamen à Deo plenè, ut poſt hanc uitá. Ibidem articulo 5.

Alexander ait: Deus erit uita, & uirtus, & copia, & gloria, & ſalus, & honor, & pax, & finis deſideriorum, & omnia bona: & hoc erit in omnibus. Sic poteſt dici, quòd Deus eſt uniuerſitas rerum, aut quia eſt uniuerſa res, ueritas, bonitas, à quo uniuerſæ res pédent. parte 1. quęſt. 10. memb. 2.

De eſſentia. Alexander: De eſſentia autem nullo modo recipiendæ ſunt determinationes notionales ſiue otdinis naturæ. Huiuſmodi enim ordo ſemper introducit diſtinctionem. Nunquam autem eſſentia dicitur abſolutè, intelligitur in ea diſtinctio, quia ſic ſequeretur quòd eſſet differens. Vbi autem eſt diſtinctio ordinis naturæ, beue eſt recipere huiuſmodi locutiones. Vnde ſancti reſpexeruut in huiuſmodi locutionibus, ſi eſſet deſignatio ordinis. Et ſi aliquando propter conuenientiam uocabulorum inuenitur eſſentia de eſſentia: hoc ſemper ſic exponendum eſt, quòd ſcilicet filius eſt à patre eadem eſſentia. parte 1. quæſt. 42. memb. 3. artic. 1.

Alexander inquit: Quęcunq; de Deo dicuntut corporaliter, ſymbolicè dicta ſunt. Habent enim quandam excellentioré intelligentiam. Simplex eſt enim Deus & infigurabilis. Oculos igitut Dei & palpebras, & uiſionem quidem uniuerſorũ, conſideratiuam eius uirtuté, & quòd nihil cognitioné eius lateat, intelligimus, ex eo quòd apud nos per hũc ſenſum perfectior & cognitio & certitudo innaſcitur. Aures auté & auditum eius, propitiationem & noſtrę ſuſceptioné deprecationis: etenim his qui deprecationem faciunt, per hunc ſenſum mites ſumus, familiarius eis aures inclinátes. Os autem & loquela, demonſtrationé uoluntatis: quia apud nos per os & loquelam ſignificantur, quæ in corde ſunt cogitationes. Cibum uerò & potum, noſtrũ ad eius uoluntatem concurſum: etenim per ſenſum guſtum, naturæ replemus neceſſarium appetitũ. Odoratum uerò eius acceptatione, quæ ad ipſum naturæ intelligentiæ & beneuoléntiæ: quia apud noa per hũc ſenſum boni cordis acceptatio innaſcitur. Facie uerò eam quę per operationes et demonſtrationem et manifeſtationem: quia noſtra manifeſtatio per faciem fit. Manus autem perfectionem operis eius: etenim nos et utilia et maximè precioſiora dirigimus manibus. Dexterá autem id quod in proſperis eius auxilium: quia & nos magis in potioribus & plurima indigentibus uirtute dextra utimur. Palpationem uerò, certioré eius & ualde ſubtilem occultorũ dignoſtionem & exquiſitioné: quia apud nos nõ poſſunt hi qui palpantur, in ſeipſis quid occultare. Pedes autem & inceſſum, auxilium indigentiũ, uel inimicorũ ultionem, uel alium quendá actum & greſſum & pręſeutiam. Iuramentum uerò certitudinem promiſsionum & comminationum: quia & apud nos periuramentú hę quę ad inuicem ſunt, certificantur conuentiones. Iram autem & furorem, eamq; ad malitiá & inimicitiam & auerſionem: etenim noa contraria métis noſtræ odio habentes, iraſcimur & auertimus. Obliuioné aũt & ſomnum & dotmitioné, dilationem eius quæ ad inimicos ultionis, & cõſueti ad familiares auxilij retardationem. Et ſimpliciter dicendũ, omnia quæ corporaliter dicũtur in Deo, occultá babent quandá intelligentiá ex bis quæ ſunt apud nos, ea quæ ſunt ſupra nos edocenté. parte 1. quæſt. 50. méb. 2.

De unitate Dei inquit Alexander: Vnitas diuini eſſe nullo modo ſecũ cõpatitur pluralitaté naturæ, nec diuinitatis, nec bonitatis. parte 1. quæſt. 14. memb. 2. Item: Tres ergo rationes habet unitas prima: ſcilicet quòd eſt unitas in ſe diſtincta pet eſſeutiam ab omnibus alijs: ité eſt eſſentialiter in omnibus alijs, ranquá conſeruans & cõtinens: item eſt ſimpliciſsima. & hoc eſt totum dictum, quòd unitas prima tres habet conditiones ſecundum conditioné intelligentiæ. Ibid. quæſt. 15. memb. 6. artic. 3.

Innocentius ait: Vnum eſſentialiter, totũ omnes quod ſinguli natura, potentia, uoluntate, & omnino quicquid ſecundũ ſubſtantiam prædicatur. Hanc æternam & indiuiduá trinitaté laudant angeli. Duas omnipotens rationabiles condidit creatũras,

angelicam

angelicam & humanā, quæ laudibus diuinis inſiſterent, & ei gratiarū actionem redderent. lib 2. myſter. Miſſæ, cap. 62. Item: Firmiter credimus & ſimpliciter confitemur, quòd unus ſolus eſt uerus Deus, æternus & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incōprehenſibilis, pater & filius & Spiritus S. tres quidē perſonæ, ſed una eſſentia, ſubſtantia ſeu natura, ſimplex omnino. Pater à nullo, filius aūt à ſolo patre, ac Spiritus S. ab utroq; pariter abſque initio ſemper & fine. Pater generās, filius naſcēs, & Spiritus S. procedēs. Concil. Later. cap. 1.

Bonauētura ait: Quicquid eſt in Deo, eſt ipſe Deus unus & ſolus. prima parte Breuiloq. cap. 3. Itē: Circa uerbū incarnatū tria nobis ſunt cōſiderāda, ſcilicet unio naturarū, plenitudo chariſmatū, & perpeſsio paſſionū propter redimendū genus bumanū. Circa naturarū unionē bic tria uobis conſideranda ſunt ad intelligendū incarnationis myſteriū, ſcilicet opus, modus & tēpus. De opere aūt bæc tenēda ſunt ſecundū fidē Chriſtianā, ſcilicet qnòd incarnatio eſt operatio Trinitatis, ꝑ quā fit aſſumptio carnis à diuinitate, & unio diuinitatis cū carne, ita q, aſſumptio nō tantū eſt carnis ſenſibilis, ſed etiā ſpiritus rationalis ſecundū potentiā uegetādi, ſentiēdi & intelligēdi: ita etiā q, unio nō ſit in unitate naturę. ſed perſonæ: nō humanę, ſed diuinæ: nō aſſumptæ, ſed aſſumētis: non perſonę cuiuslibet, ſed perſonæ ſolius uerbi, in qua tanta fuit unio, ut qcqd dicitur de filio, dicatur de filio hominis, & ecōuerſò. his tñ exceptis, in qb. exprimitur unio, uel clauditur negatio.

Thomas inquit: Eſſe conuenit ei (Deo) ꝑ ſuā eſſentiā, omnibus aūt alijs cōuenit per participariouē. Non enim alicuius alterius eſſentia eſt ſuum eſſe: quia eſſe abſolutū & per ſe ſubſiſtens nō poteſt eſſe niſi unū. In compend. Theol. cap. 68. Itē: Credimus eſſentiæ diuinæ unitatem, ſecundum illud Deut. Audi Iſrael, Deus tuus, &c. In tractatu de articulis fidei, ca. 1. Itē: Circa diuinitatē tria cōſiderāda ſunt: unitas diuinæ eſſentiæ, trinitas perſonarum, & effectus diuinę uirtutis. In tractatu de art. fid. cap. 1.

Albertus: Vnum quod eſt in Deo, dicūt unitatis fidem: duo, perſonam & naturam: tria, tres perſonas. In cap. 6. Matth.

Ægidius: Deus eſt unus & ſimplex, à quo procedunt omnia alia, ſicut omnes numeri procedūt ab unitate. li. 1. Hexa. cap. 9. Itē: Deus eſt tātæ ſimplicitatis: qa ſua eſſentia eſt ſua potētia, & ſua uirtus: ideo actio quę immediatè egreditur à uirtute, dicitur in duo immediatè egredi à ſubſtātia, quia eadem eſt ibi ſubſtantia quod ſua uirtus. Sed in creaturis non eſt tanta ſimplicitas, quòd idem ſit ibi eſſentia, quæ ſua potentia uel uirtus. lib. 2. Hexa. cap. 33.

De trinitate ait Alexander: Cū dico perſonam patris, dico babentē diuinū eſſe nō ab alio, & à quo alius habet idē eſſe per generationē, alius uerò per proceſsionē. Cū dico filiū, dico habentē diuinū eſſe idē ab alio per generationē, & à quo alius per proceſsionē. Cū dico perſonā Spiritus S. dico habentē idē eſſe diuinū ab alijs, ſcilicet patre & filio, per proceſsionē. Eſt igitur idem eſſe patris & filij & Spiritus S. eſſe diuinū: differentes tamē & incōmunicabiles horū proprietates. Si ergo nihil aliud eſt eſſe perſonæ, quàm babere eſſe rationalis naturæ ex iucōmunicabili proprietate, oportet neceſſariò ponere, quòd pater eſt perſona, & filius eſt perſona, & Spiritus S. Et quia eſt ibi habere eſſe diuinnm ex tribus proprietatibus incommunicabilibus: neceſſariò oportet ibi eſſe tres perſonas. Sic igitur patet, quòd in diuino eſſe, pluralitas eſt perſonarū ſecundū ueritatē. Secundū hoc igitur dicendū, quòd licet perſona ſubſtantiā dicat, & ſecundū ſubſtantiā dicarur: nō tamē unitas ſubſtātię ponit unitatē perſonę, nec pluralitas perſonæ pluralitatē ſubſtantię. Sicut enim pluralitas ſubſtātię nō tollit unitatē perſonæ: ita nec pluralitas perſonarum unitatē tollit ſubſtātiæ. parte 1. quæſt. 44. Itē: Hypoſtaſis nihil aliud eſt, quàm res naturæ ſiue habens naturā ſub diſcreta & incōmunicabili proprietate. Ibidē diſt. 45. memb. 4. Itē: Hypoſtaſis eſt res habēs eſſe ſubſtātiæ ſingularis, cū proprietate incommunicabili. Ibidem diſt. 47. memb. 8.

Innocentius inquit: In ſancta & indiuidua Trinitate Patri attribuitur unitas, propter principinm: Filio tribuitur æqualitas, propter mediū: Spiritui ſancto attribuitur cōnexio, propter cōſortiū Ser. 1. de Aduen. Dom. Item: Sanè in natura Dei eſt trinitas perſonarū, uidelicet pater, filius & Spiritus S. In hypoſtaſi filij eſt ſubſtantiarū trinitas, uidelicet Deitas, corpus & anima. In Sacramēto corporis eſt trinitas ſpecierū, uidelicet panis, uinī & aquā. In natura Dei nec eſt accidēs in ſubſtātia, nec ſubſtātia ſub accidente. In hypoſtaſi filij eſt accidēs in ſubſtātia, & ſubſtātia in accidēte. In Sacramēto corporis accidens nō eſt in ſubſtantia, ſed ſubſtātia cōſiſtit ſub accidēte. lib. 4. myſter. cap. 11. Itē: Tota trinitas ſecundū cōmunē eſſentiā indiuidua, & ſetundū perſonalea proprietates diſcreta, per Moiſen & ſanctos prophetas alioſq; famulos ſuos iuxta ordinatiſsimā diſpoſitionem temporū, doctrinā humano generi tribuit ſalutarē. Cōcil. Laterān. cap. 1. Itē: In ſancta indiuidua trinitate patri ap̄ꝑpriatur mens, filio rario,

& Spiritui ſancto uolútas. ſuper Pſal. 4. pœniten. Ité: In indiuidua trinitate gradus cõſtituere nõ debemus, ut dicamus patré maiorem, filium minoré, & minimú Spiritú S. ſicut impius aſſerit Arianus. Ibidem.

Bonauentura ait: De trinitate Dei tria ſunt cõſideranda: ſcilicet, qnaliter unitas ſubſtantiæ & naturæ ſimul ſtet cú pluralitate perſonarú: ſecúdò, qualiter cú pluralitate apparitionú: tertiò, qualiter cú pluralitate appropriatorú. De pluralitate perſonarú in unitate naturæ hoc dictat recta fides eſſe tenédú, ſcilicet: In unitate naturę ſunt tres perſonæ, pater, filins & Spiritus S. quarú prima à nullo eſt, ſecunda eſt à ſola prima per generationé, tertia à prima & ſecúda p ſpirationé ſiue proceſsioné: ita quòd trinitas perſonarú nõ exclndit ab eſſentia diuina ſummá unitaté, ſummá ſimplicitatem, immenſitaté & æternitaté, incõmunicabilitaté, neceſsitsté, & etiá primitatem: quin potius includit ſummá fœcuuditaté, charitaté, liberalitaté, æqualitaté, germanitaté, quæ omnia ſana fides intelligit eſſe in beata trinitate. parte 1. Breuiloq. cap. 2. Ité: Si Deus perfectus eſt ſpiritus, habet memoriá, intelligentiá & uolnntaté, habet & uerbú genitú, & amoré ſpiratú, qni neceſſariò diſtinguuntur, cú unus ab altero producatur nõ eſſentialiter, nõ accidentaliter, ergo perſonaliter. Dú igitur més ſeipſam cõſiderat, per ſe tanqná per ſpeculú, conſurgit ad ſpeculandú trinitaté beatá patris, uerbi & amoris, triú perſonarú coæternarú, coęqualiú & conſubſtantialiú, ita quòd quilibet triú in qnolibet eſt aliorú, unus tamé non eſt alius, ſed ipſi tres ſunt unus Deus. In tractatu cui titulus, Itinerarius métis ad Deú, cap. 3. Ité: Deus eſt trinitas, pater, filius & Spiritus S. Patri attribuitur maieſtas, filio ueritas, & Spiritui S. bonitas. In patre eſt ſumma maieſtas humiliter adoranda, in filio eſt ſumma ueritas fideliter aſſerenda, in Spiritu S. eſt ſumma bonitas ſincerè amáda. Sed ſi iſta tria ex ęterna ordinatione debemus facere, neceſſe eſt in prima tabula eſſe tria mandata, ſecundum tria appropriata tribus perſonis diuinis. In Sermone de 10. præceptis.

Thomas ait: Ea quæ dicútur de patre & filio, qnantú ad regnú dominationis, ęquè cõueniút ſpiritui ſancto: unde etiá de ipſo ſunt æqualiter intelligenda. Vbicúq; enim nominatur una perſona, in his quę ſunt eſſentialia, nõ pſonalia, uel uocationalia, intelligútur aliæ perſonę. Super cap. 11. Apoc. Ité: In patre ergo & filio intelligitur Spiritus S. ſicut nexus & nnitas & charitas amború. Ibidé. Ité: Dicit laudé ratione bonitatis attribui Spiritui S. gloriam ratione ſapientiæ attribui filio, uirtuté honoratione potentiæ Deo patri. Ibidé cap. 49. Ité, Impoſsibile eſſe plures eſſe perſonas in diuinis quàm tres, oſtendit idem Thomas in comp. Theolog. cap. 56. Dicitur apud Gręcos rectè & catholicè, quòd pater & filius & ſpiritus ſunt tres hypoſtaſes. Apud Latinos aút non rectè ſonat, ſi quis dicat, quòd ſunt tres ſubſtantiæ: licet hypoſtaſis ſit idé apud Græcos, qđ ſubſtátia apud Latinos, ſecundú proprietaté uocabuli. Ná apud Latinos ſubſtátia uſitatius pro eſſentia accipi ſolet, quá tá nos, quàm Græci uná in diuinis cõfitemur: propterea quòd ſicut Gręci dicút tres hypoſtaſes, nos dicimus tres perſonas. Cõtra errores Græcorú opuſc. 1. Et: Sicut nos dicimus in diuinis pluraliter tres perſonas, & tres ſubſtátias: ita Græci dicút tres hypoſtaſes. Sed quia nomé ſubſtátiæ, quod ſecundú proprietaté ſignificationis reſpõdet hypoſtaſi, æquiuocatur apud nos, cú quádoq; ſignificet eſſentiam, quádoq; hypoſtaſin: ne poſsit erroris eſſe occaſio, maluerút pro hypoſtaſi transferre ſubſiſtétiá quàm ſubſtantiá. Thomas 1. ſummæ, quæſt. 29. artic. 2. Et 1. Iohánis ult. dicitur: Tres ſunt qui teſtimoniú dant in cœlo, pater, uerbú & Spiritus S. Quærétibus aút quid tres, reſpõdetur tres perſonæ, ut Auguſt. dicit 3. de trinitate. Sút igitur tres perſonæ tantùm in diuinis. Ibidé quæſt. 30. artic. 2. Et: Nomé Trinitas ſecundú etymologiá uocabuli uidetur ſignificare uná eſſentiá triú perſonarú, ut ſecundú quod dicitur trinitas quaſi triú unitas. Sed ſecúdú proprietaté nocabnli ſignificat magis numerú perſonarú unius eſſentię. Et propter hoc nõ poſſumus dicere, quòd pater ſit trinitas, quia nõ eſt tres perſonę. Nõ aút ſignificat ipſas relationes perſonarú, ſed magis numerú perſonarú ad inuicé relatarú. Ibidé quæſt. 31. art. 1. Ité: Nõ poteſt dici, quòd trinitas ſit trina: quia ſequeretur, ſi trinitas eſſet trina, quòd tria eſſent ſuppoſita trinitatis. ſicut cú dicitur, Deus eſt trinus: ſequitur, quòd ſunt tria ſuppoſita deitatis. Ibid. Ité: Alia eſt perſona patris, alia filij, alia Spiritus ſancti. Idem in expoſit. Decretalis.

Albertus ait: Mutua eſt cognitio patris à filio, & filij à patre, à qua nõ excluditur Spiritus S. Sed quòd Spiritus non nominatur in illa perfecta noticia & mutua, fit ideo, quia ipſe nõ procedit ut uerbú & noticia, ſed ut amor cõnectens patré & filiú. Super Luc. cap. 10. Ité: Quæritur, ntrú melius dicatur, alter pater, alter filius, uel alius. Et uidetur quòd Alter, quia Alius dicit diuerſitatem ſubſtantiæ, alter autem diuerſitaté accidentis uel proprietatis. Cum igitur pater & filius differát proprietatibus ſuis, &

non

nõ ſubſtantia, uidetur melius dici, alter pater, alter filius, quã alius pater, alius filius. Vlterius quæritur, quare in neutro genere nõ cõceditur, ut diceretur, aliud pater, aliud filius? Ad hoc dicendũ, ꝙ alter nõ ita cõgruè dicitur: quia licet proprietas ſit in diuinis, tamẽ proprietas eſt perſona, & perſona eſt ſubſiſtẽs hypoſtaſis ſiue ſubſtãtia. Super 1. Sentent. diſt. 2. Et: Nõ poteſt dici, Pater & filius ſunt unus: quia Vnus in maſculino genere ſignificat ens formatũ, quod cõuenit rationi perſonæ: in neutro aũt ens informe, quod cõuenit eſſentiæ: & ideò nec adiectiuè nec ſubſtantiuè poteſt dici, Pater & filius ſunt unus. Ibidem diſt. 31.

Ægidius: In prima productione rerum ſignificatur trinitas, per Deũ & per principiũ & per Spiritũ Domini, qui ferebatur ſuper aquas. Nã cũ dicitur, Deus in principio creauit cœlũ & terrã: & poſtea ſubditur, Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: in eo quòd dicitur Deus, intelligitur pater: in eo ꝙ dicitur In principio, intelligitur filius: in eo quòd ſubditur, Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: datur intelligi Spiritus S. lib. 1. Hexa. cap. 23. Itẽ: In operibus ſex dierũ inſinuatur trinitas per Deũ dicentem, & per uidere quòd eſſet bonum. Sic enim loquitur Scriptura de opere primi diei: Dixit Deus, Fiat lux: & facta eſt lux, & uidit Deus lucẽ quòd eſſet bona. & ſic de opere tertij diei: Dixit uerò Deus, Cõgregentur aquæ: factũq; eſt ita. & ſic de opere quarti diei: Fiant luminaria, &c. In eo quòd dicit Deus, intelligitur pater. In eo quòd dicitur Dixit, id eſt, uerbum genuit, intelligitur filius. In eo quòd ſubditur, Et uidit Deus quòd eſſet bonũ, id eſt, complacuit ſibi in re producta, intelligitur Spiritus S. lib. 1. Hexa cap. 23. Et: Trinitas eſt indiuiſa ſubſtantia. ibidem.

Tres perſonas unũ eſſe Deũ. Alexander: In Deo intelligimus unitatem ſubſtãtiæ, & multiplicationẽ perſonarũ. parte 1. quæſt. quarta, memb. 3. Itẽ: Vnitas diuini eſſe, eſt unitas in pluribus, & hoc oſtẽdit perfectionẽ ipſius, quòd eſt unitas in pluribus non multiplicata, ſed manens eadẽ, nõ de illis, ſed totũ eſſe illorũ. Ibidẽ quæſt. 14. memb. 1. Et: Ordo uerò naturæ, ſecundũ quã numerátur perſonæ diuinæ, cogit unitatẽ eſſentiæ & perſonæ differre ratione tali, ſcilicet, ut propriũ ſit unitatis eſſentię nõ diſtingui, unitati uerò perſonæ cõueniat diſtingui & eſſe in diſtinctione: non diſtinguitur ergo perſona ab eſſentia, quáuis diſtinguitur perſona à perſona ordine naturæ ſiue relatione. Ibidẽ mẽbro 6. artic. 1. Itẽ: Deus generat Deũ, ſiue pater generat, filius generatur, Spiritus S. procedit ab utroq;: totũ refertur ad unitatẽ eſſentiæ. Ibidẽ quæſt. 14. mẽb. 1. artic. 2. Itẽ: Cũ dico, Pater eſt, filius eſt, Spiritus S. eſt: idẽ dico eſſe, ſiue eandem eſſentiã. hoc enim dicitur eſſe de patre, qa pater eſt eſſentia: & de filio, quia filius eſt eſſentia: & ſimiliter de ſpiritu ſancto, quia Spiritus S. eſt eſſentia. Ibidẽ quæſt. 15. membro 6. Itẽ: Oportet ergo trinitatẽ eſſe, quia nihil pręſtãtius, intelligẽtius, beatius queat nominari. Ibidẽ quæſt. 18. memb. 3. Itẽ: Ordo de ſe dicit notionẽ indiſtinctè ſiue confuſè, ſed diſtinguitur per additionẽ: ut ſi dicatur ordo filij ad patrẽ, dicit notionẽ filiationis ſiue generationis paſsiuè: & ſimiliter ordo patris ad filiũ, notionẽ paternitatis uel generationis ſecundũ quod eſt eius qui generat: per hoc enim dicitur unus ad alterũ. cũ dicitur ordo patris & filij ad ſpiritũ ſanctũ, hoc dicit notionẽ ſpirationis cõmunis ab utroq;. Ordo uerò ſpiritus ſancti ad patrẽ & filiũ, eſt proceſsio. Alexan. parte 1. quæſt. 46. memb. 1. Item: Dicendũ, quòd principiũ in ordine nõ ſemp ponit prius, ſed ſolũ quando eſt diuerſitas eſſentię uel ſubſtantiæ eius à quo eſt aliquid, & eius quod eſt ab alio: ut in cauſa & cauſato. Sed in diuinis eſt unitas eſſentiæ & ſubſtantię, & ideo non debet concedi, Pater eſt prior filio natura: quia non eſt in illis altera eſſentia. nec etiam prius & poſterius debet accipi in diuinis, quamuis ſit ibi ordo: quia hę diſpoſitiones, ut dicit Philoſophus, propriè ſunt in tempore uel duratione, quæ à trinitate remouentur eò, quòd in perſonis eſt trinitas. Vnde illæ differentiæ ordinis uel temporis non cadunt in ordine naturæ immutabilis, quæ eſt in diuinis perſonis, licet ordo naturæ mutabilis eas recipiat: quia in hac trinitate uel prius aut poſterius, ſicut habetur in Symbolo Athanaſij. Ibidem memb. 2.

Innocentius ait: Pater & filius & Spiritus ſanctus, omnes & ſinguli ſunt ſolus & unus Deus, ſpiritus increatus, immenſus, incommutabilis, ſummè potens, ſummè ſapiens, ſummè bonus. Spiritus, quia non conſtat in partibus: increatus, quia non incœpit ex tempore: immenſus, quia non circumſcribitur loco: incommutabilis, quia non uariatur affectu: ſummè potens, cui nihil eſt impoſsibile: ſummè ſapiens, cui nihil eſt ignorantiæ: ſummè bonus, cui nihil eſt inuidentiæ. A' quo omnia, per quẽ omnia: à quo diligenter ſunt conſeruata, creata per potentiã, formata per ſapientiã, conſeruata per diligentiã. Sermo. 3. in dedicat. templi. Item: Sicut in Chriſto ſunt tres ſubſtantiæ in una perſona, ſic in Deo tres ſunt perſonę in una ſubſtãtia. In tribus ſubſtantijs eſt aliud, ſed nõ alius. In tribus au-

tem perſonis eſt alius,ſed non sliud: quia tres unum ſunt, qnod eſt æternnm & ſimplex:quia nec principium habet, nec finẽ, ſed eſt principium ſine principio, & finis ſine fine.Sermo.2.

Bonauentura inquit: Deus eſt trinus & unus: in eſſentia unus, & in perſonis trinus.In Breuiloqu.de profunditate ſcripturæ.. Itẽ: Quia quælibet perſonarũ unã habet proprietatẽ,per quã principaliter innoteſcit:ideo tamẽ tres ſunt proprietates perſonarũ, quæ his nominibus exprimuntur propriè & principaliter, pater & filius & Spiritus S. Cũ enim propriũ ſit patris, eſſe innaſcibilẽ, ſiue ingenitũ, eſſe principium non de principio,eſſe patrẽ: innaſcibilitas notificat ipſum per modũ negationis,licet ex cõſequenti modũ poſirionis, quia innaſcibilitas in patre ponit fontalẽ plenitudinẽ:principiũ nõ de principio.per modũ poſitionis cum negatione:eſſe patrẽ,per modũ poſitionis & habitudinis cõpletè & determinatè. Similiter,cũ filius ſit imago,nerbũ & filius: imago nominat illã perſonam expreſſam,uerbum aũt ut ſimilitudinẽ expreſsius,filius ut ſimilitudinẽ hypoſtaticã. Rurſus, imago ut ſimilitudinẽ conformẽ, uerbum aũt ut ſimilitudinẽ intellectualẽ, filius ut ſimilitudinẽ connaturalẽ.Per hũc modũ cùm proprium ſit ſpiritus ſancti eſſe donũ,eſſe nexũ ſeu charitatẽ amborũ, eſſe etiã ſpiritum ſanctũ: donũ nominat ipſum ut datum uoluntariũ & præcipuũ,Spiritus ſanctus nt datũ uoluntariũ primũ & hypoſtaticũ.hinc eſt,quòd per hæc tria nomina, quæ ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus, trium perſonarũ perſonales proprietates inſinuẽtut.In prima parte Breuiloq. cap.3. Itẽ:Deus eſt omnipotens,omniſciens,ſummè bonus, eſſentia indiuiſus.Potẽtia attribuitur patri, ſapientia filio,bonitas ſpiritui ſancto. Indiuiſio ad patris & filij & Spiritus ſancti pertinet unitatẽ.parte 2.Breuiloquij,cap.1. Item:In diuinis eſt una natura & tres perſonæ, ſcilicet pater & filius & Spiritus S.quarum prima à nulla eſt, ſecunda à prima ſola eſt per æternam generationem,tertia à prima & ſecunda eſt per communem ſpirationem: ita quòd perſonarũ trinitas non præiudicat unitati, nec eſſentiæ unitas præiudicat trinitati. In diuinis etiam ſunt duæ emanationes:una per modum naturæ,qua generatur filius: alia per modum uoluntatis,qua ſpiratur & procedit ſpiritus ſanctus. Tres hypoſtaſes: una patris,una filij,una Spiritus S. Quatuor relationes:ſcilicet paternitas,filiatio,proceſſio.Idem 3.parte Breuiloquij,cap.2.

Thomas Aquinas ait: In Deo illa quatuor,Ens,Vnum, Verum & Bonum, ſic appropriantur,quòd Ens ad eſſentiam pertinet, Vnum ad perſonam patris, Verum ad perſonam filij,Bonum ad perſonam Spiritus ſancti. Perſonæ autem diuinæ non ſolùm ratione,ſed re diſtinguuntur,unde ad inuicem non prędicantur.In ſumma de ueritate,materia 1.quæſt.1. Item: Quamuia In diuinis ponãtur plures perſonæ,uel proprietates, non tamen ibi ponitur, niſi unũ eſſe.Quia eſſe in diuinis non niſi eſſentialiter dicitur.Ibidem quæſt.5. Item: Quamuis alio pater ſit pater,filius filius:quia hoc eſt paternitate, illud eſt filiatione. tamen idẽ eſt,quo pater eſt, & quo filius eſt: quia utrumq; eſt per eſſentiam diuinã, quæ eſt una.Ibidem. Item: Cũ pater & filius ſint perſonæ ſubſiſtẽtes & diuinæ natnræ,Spiritus S. non connumeraretur ijſdem, niſi ipſe eſſet perſona ſubſiſtens in diuina natura. Connumeratur autem ijſdem, ut patet Matth.ult.dicente Domino diſcipulis: Euntes docete omnes gẽtes,baptiſate eos In nomine patris & filij & Spiritus ſancti. Idem contra Gentiles lib.4.cap.18. Item: Cum eadem nirtus ſit patris & filij & Spiritus S.ſicut & eadẽ eſſentia,oportet quòd omne id quod Deus In nobis efficit,ſicut à cauſa efficiente, ſimul à patre, filio & Spiritu ſancto.Ibidem libro 21. Item:Pluralitas perſonarum in diuinis eſt de his quæ fidei ſubiacent, & naturali ratione humana nec inueſtigari nec intelligi ſufficienter poteſt: ſed in patria intelligendum expectatur, cum Deus per eſſentiam uidebitur uiſione fideli ſuccedente. Sed tamẽ ſancti patres, propter inſtantiã eorum quæ fidei contradicunt, coacti ſunt & de hoc diſſerere,& de alijs quæ ſpectant ad fidem,modeſtè tamen & reuerenter abſq; comprehendendi præſumptione.In diſputat.quæſt.9. articulo 5. Et:Non eſt poſsibile, quòd ſint in Deo niſi duæ perſonę procedentes.nna per modũ intellectus,ut uerbũ,ſcilicet filius:& alia per modum amoris,ſcilicet Spiritus ſanctus. Eſt etiam & nna perſona non procedens,ſcilicec pater. Solùm ergo tres perſonæ in trinitate eſſe poſſunr. Thomas contra Gentiles lib.4.cap.26. Item:In patre & filio intelligitur Spiritus S. ſicut nexus & unitas & charitas amborum. Super Apocal.cap.11. Et: In diuinitate quendã trinarium ponimus, qui tamen unitati & ſimplicitati eſſentię nõ repugnat.Oportec enim concedi, nt exiſtentem in ſua natura,& intellectum & amatum à ſeipſo. Aliter antem hoc accidit in Deo & in nobis. Quia enim in ſua natura homo ſubſtantia eſt, intelligere autem & amare eius nõ ſunt eius ſubſtantia:homo quidem ſecundum quod in natura ſua conſideratur,quę

dam

dam res ſubſiſtens eſt:ſecundum aũr quod eſt in ſuo intellectu, non eſt res ſubſiſtens, ſed intentio quædam rei ſubſiſtentis: & ſimiliter ſecundũ qđ eſt in ſeipſo, ut amatũ in amante. Et ſic ergo in homine tria quædam conſiderari poſſunt: homo ntura ſua exiſtens, & homo intellectu exiſtens, & homo in amore exiſtens. & tamen hi tres nõ ſunt unũ, quia inrelligere eius, non eſt eius eſſe, ſimiliter autem & amare. Et hoc rrium unus, eſt res quædã ſubſiſtẽs, ſcilicet homo in natura ſua exiſtens. In Deo aũt idem eſt eſſe, intelligere & amrẽ. Deus ergo in eſſe ſuo naturali exiſtens, & Deus exiſtens in intellectu, & Deus exiſtens in amore ſuo, unũ ſunt. Vnuſquiſq; tamen eorũ eſt ſubſiſtens. & quia res ſubſiſtentes in intellectuali natura, perſonas Latini nominare cõſueuerunt, Græci uerò hypoſtaſes: propterea hoc in diuinis Larini dicunr tres perſonas, Grę ci uerò tres hypoſtaſes, patrẽ ſcilicet & filiũ & Spiritũ S. In comp. Theolog. cap. 50. Et: Relationes, quibus pater & filius & Spiritus S. ad inuicẽ diſtinguũtur, ſunt relationes reales, & non rationis rantùm. Ibidem cap. 53. Et: Nõ eſt poſsibile, quòd (relationes quibus pater, filius & Spiritus S. diſtinguũtur) ſint accidentaliter inhærẽtes: rum quia operationes, ad quas ſequuntur directè relationes, ſunt ipſa Dei eſſentia, tum quòd in Deo nullũ accidens eſſe poteſt. Vnde ſi relationes prædictæ realiter ſunt in Deo, oportet q, nõ ſint accidẽtaliter inhærentes, ſed ſubſiſtenres. Ibidẽ cap. 54. Itẽ: Remotis per inrellectũ proprietatibus perſonalibus, nõ remanet hypoſtaſis. Proprietates aũt perſonales ſunt ipſæ perſonę ſubſiſtẽtes. Nec conſtituũt perſonas quaſi præexiſtentibus ſuppoſitis aduenientes: quia nihil in diuinis poteſt eſſe diſtinctũ quod abſolutè dicitur, ſed ſolùm quod relatiuũ eſt. Reliquitur igitur, quòd proprietatibus perſonalibus remotis per intellectũ, nõ remanenr aliquæ hypoſtaſes diſtinctę: ſed remotis notionibus non perſonalibus, remanenr hypoſtaſes diſtinctæ. Ibidem cap. 61. Itẽ: Proprietates relatiuæ ſunr ipſa eſſentia diuina. Proprietates enim relatiuę ſunt ipſæ perſonæ ſubſiſtentes. Perſona aũt ſubſiſtens in diuinis, nõ poteſt eſſe alind quàm eſſentia diuina. Eſſentia aũt diuina eſt ipſe Deus. Vnde relinquitur, quòd proprietates relatiuæ ſunt ſecundũ rem idẽ quod diuina eſſentia. Itẽ, quicquid eſt in aliquo præter eſſenriá eius, ineſt ei accidentaliter. In Deo aũr nullum accidens eſſe poteſt. Proprietares igitur relatiuæ nõ ſunt aliud ab eſſenria diuina ſecundũ rem. Ibidẽ cap. 66. Item: Tres ſunt perſonæ diuinæ in una eſſentia, ſecundũ illud 1. Iohan, ultimo: Tres ſunt qui reſtimonium dant in cœlo, pater, nerbũ & ſpiritus, & hi tres unũ ſunt. Thomas in tractatu de articulis fidei, cap. 2. Et: Quia in diuinis, multiplicatis perſonis, nõ multiplicatur eſſentia: dicimus uná eſſentiam triũ perſonarũ, & tres perſonas unius eſſentiæ. Idem 1. Summæ, quæſt. 39. artic. 2. Item: Sicut proprer pluraliraté ſuppoſitorũ Græci dicunt tres hypoſtaſes, ita & in Hebręo dicitur pluraliter Elohim. Nos autem non dicimus pluralirer neq; Deos neque ſubſtantias, ne pluralitas ad ſubſtantiã referatur. Ibidẽ artic. 3. Itẽ: Eſſentia diuina nõ ſolũ una eſt realiter cũ una perſona, ſed cũ rribus: unde & una perſona, & duæ, & tres poſſunr de eſſentia prędicari. ur ſi dicatur: Eſſentia eſt pater, filius & Spiritus S. Et quia hoc non Deus per ſe habet, quòd ſupponat pro eſſentia: ideo ſicur hæc eſt uera, Eſſentia eſt tres perſonæ: ita hæc eſt uera, Dsus eſt tres perſonæ. Ibidem artic. 6. Itẽ: Hoc eſt ſingulare fidei Chriſtisnæ, ut trinitatẽ perſonarũ in unitate diuinæ eſſenriæ fateamur. Sub hac enim profeſsione Chriſto per Baptiſmũ ſumus conſignati, ut paret, Baptiſare eos in nomine parris, &c. Thomas in expoſit. 1. Decretalis.

Albertus air: Eſt aurem unus Deus, pater & filius & ſpiritus ſanctus. Super Matt. cap. 4. Et: Vna eſt facies patris & filij & ſpiritus ſancti. Ibidem cap. 18. Item: Deitas in tribus perſonis. In Iohan. cap. 5. Itẽ: Omnis conſonantia eſt inter patrem & filium & Spiritum S. Er quod à patre accipitur, & filius proteſtatur, hoc & per ſpiritũ ueritatis docetur. Ibidem cap. 14. Itẽ: Vel dicarur quòd pater & filius & Spiritus S. non tantùm unum ſunt ſubſtantialiter & conſonantia uoluntatis, ſed etiã ſunr quædam natura unnm, ſecundum qnod natura dicitur, ex qua pullulat pullulans. Sic enim ſunt unum in uirtute ſeminati uerbi, ut illud pullulet in cordibus audientium Apoſtolos. Ibidem cap. 17.

Ægidius air: Laus ipſi Chriſto, qui cum patre & ſpiriru ſancto eſt unus Deus benedictus in ſecula ſeculorum, amen. lib. 2. Hexa. cap. 42.

Hæretici Ignorant trinitatem. Alexander inquit: Idololatræ Deũ in ratione communi non ignorant, quòd eſt ens, principium, omnipotens, Dominus: tamen ſub ratione propria ignoranr, & ideo negant de Deo, quòd eſt unus, trinus & uerus. parte 1. quæſt. 3. memb. 2.

Hypoſtaſis quid ſit, exponit Alexander: Hypoſtaſis eſt exiſtẽtia uel ſubſtátia incõmunicabilis ex quibuſcunq; diſtinguentibus. parte 3. quæſt. 7. memb. 2. artic. 3.

Thomas ait: Hypoſtaſis ſignificat ſub-

ſtantiá particularē, nō quocúq; modo, ſed prout eſt in ſuo compleméto: ſecundū uerò quod uenit in unionē alicuius magis cō pleri, nō dicitur hypoſtaſis, ſicut manus uel pes. Et ſimiliter humana natura in Chriſto, quáuis ſit ſubſtátia particularis, quia tamé uenit in unionē cuiuſdá cōpleti, ſcilicet totius Chriſti, pront eſt Deus & homo, nō poteſt dici hypoſtaſis uel ſuppoſitū: ſed illud completū ad quod occurrit, dicitur eſſe hypoſtaſis uel ſuppoſitum. Tertia ſummæ, quæſt.2.artic.3.

Perſona quid. Alexander: Secundū rem & nomen perſonæ eſt ſubſtantia incommunicabilis, rationalis, diſtincta per proprietatem dignitatis. Parte 3. quæſtione 7. memb.2. artic.3.

Thomas ait: Perſona nihil aliud eſt quá ſubſtantia indiuidua rationalis naturæ. In Compend. Theolog. tractatu 2. cap.26. Ité: Nomen perſonæ ſignificat in diuinis relationem, ut rem ſubſiſtenrem in natura diuina. prima ſummæ, quæſt.30. artic.1.

Natura & perſona quid differant. Licet in Deo nō ſit aliud ſecundū rem natura & perſona, differūt tamé ſecundū modū ſignificádi: quia perſona ſignificat per modū ſubſiſtentis. & quis natura humana ſic unitur uerbo, ut uerbū in ea ſubſiſtat, nō auté ut addat ei aliquid ad rationē ſuæ naturæ, uel ut eius natura in aliud tranſmittatur: ideo unio humanę naturæ ad uerbum Dei facta eſt in perſona, non in natura. Tertia ſummæ, quæſt.2. artic.2.

Vnū cum patre. Thomas: Per hoc quod Dominus ad patrem dicit de diſcipulis, Vt ſint unū, ſicut & nos unū ſumus: oſtenditur quidē, quòd pater & filius ſunt unū eo modo quo diſcipulos eſſe oporteat, ſcilicet per amorē. hic tamen unionis modus non excludit eſſentiæ unitatē, ſed magis eá demonſtrat. Dicitur enim Iohan.3. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius. per quod plenitudo diuinitatis oſtenditur eſſe in filio. Contra gentiles lib.4. cap.8.

DE PATRE.

Pater, inquit Alexander, noſter dicitur communiter de tribus perſonis. Ad filiationē enim per gratiá requiritur, quòd ſimus in eſſe gratię, & ad imaginē & ſimilitudinē per gratiá. Quòd aūt ſimus in eſſe gratiæ, hoc pertinet ad patrē. Quòd uerò ad imaginem, ad filiū, qui eſt imago patris. Quòd autem ad ſimilitudinem, ad ſpiritum ſanctum, qui eſt ſimilitudo, per quam aſsimilamur Deo. Præterea à patre per filium regeneramur, ab utroq; per ſpiritum ſanctum reformamur, ex quibus duobus eſt filiatio per adoptionem. parte 3. quæſt.11. memb. 6. artic.2. Item: Pater dicitur multipliciter. 1, Eſt enim pater æterna generatione. Eſa.53. Generationem eius quis enarrabit. 2, Prædeſtinatione. Eph.1. Gratia nobis & pax à Deo patre, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorū Dei. 3, Creatione. Malach.2. Nunquid non pater omnium noſtrûm? nunquid Deus unus creauit nos? 4, Imaginis participatione. Deut. 32. Nunquid nō ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit & creauit te? fecit inquam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam? Gen.1. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Item, Redemptione. Eſa.63. Tu auté pater noſter & redemptor noſter à ſeculo ſeculorum. 5, Sacramentali regeneratione. Tit.3. Per lauacrum regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti. 1. Pet.1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui regenerauit nos in ſpem, &c. 6, Fidei inſtructione. Iacob. 1. Voluntariè, id eſt, ſine meritis noſtris genuit nos uerbo ueritatis, id eſt fidei. Iohan. 1. Dedit eis poteſtatē filios Dei fieri, his qui credunr in nomine eius. 7, Gratiæ adoptione. Rom.8. Accepiſtis ſpiritum filiorū, in quo clamamus Abba pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: quòd ſi filius, & hęres per Deum, id eſt per opera Dei. Primo modo ſumitur pater perſonalirer, qui modus ſoli patri conuenit: quartus modus ſimiliter, qui modus ſoli filio conuenit, ſecundum quod modus redemptionis fuit per mortem filij. Omnes alij modi tribus perſonis conueniunt: & in his modis ſumptus pater toti conuenit trinitati: nihilominus perſonæ, qnæ eſt pater, conueniunt per quandam appropriationē ratione primæ autoritaris. Pater igitur ſumitur eſſentialiter, nihilominus rationem, qua primæ perſonæ conuenit prima autoritas creationis & adoprionis, inſinuat. parte 4. quæſt. 37. de officio Miſſæ, memb.4.

Innocentius ait: Deus generaliter, ſpecialiter & ſingulariter dicitur pater. Generaliter omniū per creationē, ſpecialiter iuſtorum per adoptionē, ſingulariter Chriſti per generationem. lib.5. myſt. Miſſæ, cap.7.

Bonauentura inqnit: Deus dicitur pater generaliter omnium per creationē. Deut. 35. Nunquid nō ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit & fecit & creauit te? Fecit in corpore, creauit in anima, poſſedit in utroq;. Dicitur & ſpiritualiter iuſtorū per adoptionē. Matth.5. Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter perfectus eſt. Dicitur & pater ſingulariter Chriſti per æterná generationē. Iohan. 5. Nō ſolùm ſoluebat ſabbatū, ſed & patrē dicebat Deum. Matth 11. Neq; patrem quis nouit niſi filius. Pater primo modo per impreſſam imaginem, ſecundo modo per

per a ppoſitam gratiæ multitudinem,& tertio modo per æternã originẽ. Super orat. Dominicam in initio.

Thomas ait: Autoritatẽ patri tribuit maiorem, quàm reliquis perſonis: non quia ſit dignior, uel potentior, cũ perſonæ ſint ſibi coæquales: ſed quia origo, quia ab eo manant, ita tamẽ quòd totũ accipiunt, & ideo eſt ſumma æqualitas: uel quia ei appropriatur potẽtia. Sedere aũt in throno potentiã & imperiũ dicit reſpectu creaturæ, tamen tota trinitas in throno ſedet ſecundũ uirtutẽ. Sup. 5. cap. Apoc. Et: Tres proprietates patri cõueniunt. una qua diſtinguitur à filio, & hæc eſt paternitas: alia qua diſtinguitur à duabus, ſcilicet filio & Spiritu S. & hæc eſt innaſcibilitas, quia pater nõ eſt Deus procedens ab alio, filius aũt & Spiritus S. ab alio procedunt: tertia eſt, quia ipſe pater cum filio & Spiritu ſancto diſtinguitur, & bæe dicitur cõmunis ſpiratio. Propiietatem aũt, qua pater differat à ſolo Spiritu S. non eſt aſsignare, eo quòd pater & filius ſint unum principium Spiritus S. Filio aũt neceſſe eſt duo conuenire: unã ſcilicet, qua diſtinguitur à patre, & hæc eſt filiatio: aliã, qua ſimul cum patre diſtinguatur à Spiritu S. quæ eſt communis ſpiratio. Non aũt eſt aſsignare proprietatẽ qua diſtinguatur à Spiritn S. quia filius & pater ſunt unũ principium ſpiritus ſancti. Similiter etiã nõ eſt aſsignare proprietatem unam, qua ſpiritus ſanctus & filius ſimul diſtinguantur à patre. Pater enim ab eis diſtinguitur una proprietate, ſcilicet innaſcibilitate, in quantum eſt non procedens. Sed quia filius & Spiritus ſanctus non una proceſsione proeedunt, ſed pluribns, duabus proprietatibus à patre diſtinguuntur. Spiritus autem ſanctus habet unam proprietatẽ tantùm, qua diſtinguitur à patre & filio, & dicitur proceſsio. Sunt igitur quinq; quæ perſonis attribuuntur, ſcilicet innaſcibilitas, paternitas, filiatio, ſpiratio & proceſsio. Hæc aũt quinq; notiones perſonarum dici poſſunt, eo quòd per eas nobis innoteſcit in diuinis diſtinctio perſonarum. Non tamen hæc quinque dici poſſunt proprietates, ſi hoc in proprietatis ratione obſernetur, ut proprium eſſe dicatur, quod conuenit uni ſoli. Nam communis ſpiratio patri & filio conuenit, ſed ſecundũ illum modum quo aliquid dicitur proprium aliquibus per reſpectũ ad aliud, ſicut bipes homini & aui per reſpectum ad quadrupedia. nihil prohibet etiam eommunem ſpirationem, proprietatem dici, quia uerbo in diuinis perſonæ ſolis relationibus diſtinguũtur: notiones autem ſunt, quibus diuinarum perſonarum diſtinctio innoteſcit, neceſſe eſt aliqualiter ad relationem pertinere. Sed earum quatuor uerè relationes ſunt, quibus diuinæ perſonæ ad inuicem referuntur. Quinta uerò notio, ſcilicet innaſcibilis, ad relationem, ſicut relationis negatio. Nam negationes ad genus affirmationum reducũtur, & priuationes ad genus babituum: ſicut non homo ad genus hominis, & non album ad genus albedinis. Sciendum tamen, quòd relationum, quibus perſonę ad inuicem referuntur, quædam nominatæ ſunt, ut paternitas & filiatio, quæ propriè relationem ſignificant: quædã uerò innominatæ, illæ ſcilicet quibus pater & filius ad ſpiritum ſanctum referuntur, & ſpiritus ſanctus ad eos. Sed loco relationũ utimur nominibus originum. Manifeſtum enim eſt, quòd communis ſpiratio & proceſsio originem ſignificant, nõ autem relationes originem conſeqnentes: quod poteſt perpendi ex relationibus patris & filij. Generatio enim ſignificat actiuã originẽ, quam conſequitur paternitatis relatio. Natiuitas uerò ſignificat paſsiuam filij, quam conſequitur filiationis relatio. Similiter communẽ ſequitur aliqua relatio, & etiã ad proceſſionẽ. Sed qa relationes innominatæ ſunt; utimur nominibus actuũ pro nominib. relatiuorũ. Thom. in cõpend. Theolog. cap. 57. 58. 59. Et: Deus dicitur pater ratione ſpiritualis creationis, quia creauit nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, quam alijs inferioribus creaturis nõ impreſsit. Deut. 32. Ipſe eſt pater tuus, &c. Itẽ ratione gubernationis. Quanquam enim omnia gubernet, nos tamen gubernat ut dominos, alios ut ſeruos. Itẽ ratione adoptionis: quia alijs creaturis dedit qnaſi munuſcula, nobis autem hæreditatem, & hoc quia filij. Sed ſi filij, & hæredes. Rom. 8. Non accepiſtis. Idem in expoſit. orationis Dominicæ, cap. 2.

Albertus Magnus inquit: Pater ab alio non eſt, & ideo neq; eternaliter neq; temporaliter naſcibilis eſt. Super Luc. ca. 1. Itẽ: Non eſt pater eius, ad quem nõ habet eonformitatem imaginis. Habet aũt conformitatem imaginis in eadem ſubſtantia ad filium, & in diuerſitate ſubſtãtiæ ad hominẽ. Ibidem eap. 10. Et: Pater eſt à quo fluunt omnia, & hoc patet ex hoc, quòd pater eſt qui producit uerbum, quod eſt ars plena rationum omnium uiuentnim. In quo uerbo ſicut in formali & effectiua cauſa eſt, ut fiant & producantur omnia. Pater enim genuit uerbum exiſtens in omnibus ſplendoribus ſanctitatis & ſanctorum, boe eſt mundorum. eapite undecimo ſuper Lucã. Item: Pater non obliuiſcitur ſubſtantiæ & proprietatis patris, & affectus filialis. Subſtantia enim patris ipſa dulcedo eſt.

proprium

proprium miſeteri &patcere. Ibidem cap. 15. Et:Pater conſidetatur tripliciter:ſcilicet ut principiũ non de principio, tam reſpectu petſonarũ, quàm reſpectu creaturarũ:quia etſi filius & Spiritus S. creant,tamẽ hoc habent à patre. Pater etiã accipitur in ſua proprietate, & pater accipitur ut finis, in quẽ omnia referuntur,& à creaturis & à perſonis: quia filius in illũ refertur, quòd eſt à quo habet ut ſit, & ſimiliter Spiritus S.Super lib.1.Senten.diſtin.42. Item:Omnis uitæ fons eſt patet. Er hæc uita uenam accipiet in filio, & fluxum in omnes in Spiritu S.In Matth.cap.16. Item: Pater ideo eſt & uocatut,quia paterno ſpiritu format filium ad ſimilitudinem patris. Hoc enim fieri non poteſt,niſi ſpiritu paterno formaretut affectus ad patris ueram inuocationem.Spiritus autem patris æterni, eſt ſpiritus idem filij,plenitudine capire manãs ex ipſo: & ideo in ſpiritu illo cognoſcitur, quia pater eſt filij pater:& in ſpiritu cognoſcitur, quòd parer Deus eſt filij Dei pater. Itẽ: Si ergo in hoc ſpiriru dat, & quicquid dat,in hoc ſpiritu dat. Et in hoc ſpiritu omne quod dat parer filio per æternã electionem & præſentem inſpitationem. Item: Patris donũ fluit ad filium, & in ipſo ſpiritu filius cognoſciturnaturalis eſſe filius patris,qui eundem ſpiritũ non ad menſuram accipit. In Iohan.cap.6. Er: Pater dicitur ptincipiũ non de principio, à quo alius,id eſt filius, qui dicitut principium de principio,id eſt à patre,pet quem omnia. Omnia enim per filiũ patet operatus eſt. Ipſe enim eſt manus,& dextera,& fortitudo,& ſapiẽtia, & uerbũ eſt patris. Principiũ aũt ſe dicit filius, quia licet pater & filius & Spiritus S.ſint unum principium omnis creaturæ, & pater ſit principiũ totius diuinitatis: tamẽ ſi principiũ in ratione cauſæ efficientis & formalis ſumatur,tunc ſecundũ modũ intelligẽdi filio approptiatur ratio ptincipij: quia ipſe in quantũ nirtus patris, eſt formalis cauſa principij. Et ſic quidẽ bonitas(quæ attribuitut ſpirirui ſancto)ad cauſandũ inclinat. Sic etiã patet, cui attribuitut potentia,cauſat. Sed tationẽ cauſalitatis adhibet ars & ſapienria,quæ filio attribuitur. Et ſic ſecundũ rarionẽ filius ptoxima cauſa eſt effectui.Supet Iohan capite 8. Et: A' natura patris procedit quicquid eſt in omnibus rebus.Alb.Mag.in Matt.cap 4. Irem:Pater cum à nullo ſit,nõ mitritur,ſed dicitur principiũ totius diuinitaris:& ideo potius à Deo petitur ſub nomine patris, quàm ſub nomine filij Ibidem cap.6. Itẽ: Pater principiũ eſt diuinitaris.Ibidem cap. 10. Et:Deus pater ſemper operatur.Idem ſuper Ioh.cap.2. Item:Pater eſt prima uita per eſſentiæ diuinæ uirtutem,& ideo principiũ & cauſa eſt omnis uitæ.Idẽ in Iohan. cap.5. Itẽ:Pater eſt à ſeipſo.Ibidẽ. Item: Patris uolũtas iniuſta eſſe nõ poteſt. Pater alius eſt in perſona,non in natura.Pater ab ęterno genuit filiũ,in quo ſplendebãt omnes fulgores ſanctorũ. Quãdo me genuit, uirtutem mihi dedit & ſapientiam,quibus redimere uolebat mundum.Ibidem.

Ægidius ait: Pater eſt principium ſine principio, filius eſt principiũ de principio: non tamen duo principia,ſed unum principium.lib.1.Hexa.cap.10.

DE FILIO.

Filius Dei, ſecundum humanitatem liber uitæ dicitur.Alexander parte 1. quæſt. 33.memb.1.artic.1.

Ægidius:Filium Dei uocat uerbum coæternum, qui eſt principium de principio. lib.1. Hexa.cap.10.

Filius Dei dicitur ſpeculum. Sapient.7. Candot eſt ei lucis æternæ,& ſpeculũ ſine macula.Et dicitur ſpeculũ non ad ſimilitudinẽ ſpeculi exterioris,ſed interioris,ſcilicet imaginis, quæ eſt in anima.Alexander parre 1.quæſt.33.mẽb.1.artic.1. Et:Chriſtus deitate dicitur Deus,humanitate homo,filiatione filius.parte 3.quæſt.10.memb.5.

Similiter cum dicitur,Ego ſum qui ſum: hoc ptonomẽ Ego ſupponit pro perſona, ſcilicet pro filio Dei:ſicut dicit gloſſa ſuper illud Eſa.Ecce ego ad gentes.Gloſſa,Filius loquitut,qui dixit Moſi:Ego ſum qni ſum. Magis aũt ſupponit pro filio Dei, quàm pro alia perſona:quia ibi agitur de liberationo humani generis,quę facta eſt autoritate & miniſterio filij Dei.Et Moſes magis intellexit de filio Dei,quàm de alia perſona:quia ibi dictũ eſt,Et deſcendi liberare eos:ſicut in Daniele,ubi dicitut, Filius hominis ueniebat, & uſq; ad antiquũ dierũ petuenit: intelligitur quòd antiquus dierũ eſt pater, per hoc quod dicitur,Dedit ei poteſtatẽ & honorẽ.Alexander 1.parte,quęſt.49.mẽb.5.art.2.

Chriſto,in quãtũ eſt filius Dei, dedit Deus nomẽ ab æterno excelſum ſuper omne nomẽ,aut ſuper omne quod nominatur in cœlo & in tetta:ſed in quantũ homo,manifeſtãdo dedit illi, quia in Chriſto homine manifeſtatũ eſt illud nomen: & hoc eſt,quod præeſt creaturæ dignitate & poteſtate. Alexander par.1.quæſt.21.memb.1.artic.4.

Thomas: Proceſsio uerbi in diuinis dicitur generatio,& ipſum uerbũ procedẽs dicitur filius.Prima ſummę,quęſt.27.artic.2.Et: Nomẽ uetbi in diuinis, ſi propriè ſumatur, eſt nomẽ perſonale, & nullo modo eſſentiale.Ibidem quæſt.34.art.1. Item:Quia in Deo non eſt aliud intelligere quàm ſuum eſſe,cõſequenter inquã uerbũ,quod in intellectu

tellectu eius cõcipitur,eſt aliquod accidés, aut aliquid alienum ab eius natura:ſed ex hoc ipſo quòd uerbũ eſt,habet rationé procedentis ab altero,& ut ſimilitudo eiua cuius eſt uerbũ.Hoc enim in uerbo noſtro repetitur.Sed iſtud uerbum Dei habet ulterius,quòd non ſit aliquod accidens,neq; allqua pars Dei,qui eſt ſimplex, neq; aliquid alienũ à diuina natura: ſed quoddam completũ in diuina natura, habens rationé ab altero procedentis. Idem 2. opuſc. contra gent.cap.3. Et:Verbũ ſemper perſonaliter dicitur in diuinis,cũ nõ importet niſi quid expreſsiuũ ab intelligẽte. Patet etiá,quòd uerbũ in diuinis eſt ſimilitudo eius à quo procedit, & quòd eſt coæternum ei à quo procedit, cum non fuerit prius formabile quàm formatũ,ſed ſemper in actu:& quòd ſit æquale patri,cũ ſit perfectũ,& totius eſſe patris expreſsiuum: & quòd ſit coeſſentiale & conſubſtantiale patri,cum ſit ſubſiſtés in natura eius . Thomas in tractatu de differentia uerbi diuini & humani.

Imago patris. Alexander: Filius dicitur eſſe imago patris, & habere in ſe expreſſá patris ſimilitudinem,eo quòd ſicut à patre manat plenitudo diuinitatis, ſic à filio.parte 1.quæſt.41.memb.3.artic.2. Item:Dicendum igitur,quòd propriè imago non dicitur niſi unius ſolius:ut imago Achillis,non eſt niſi Achillis. Sed Sp.S.à duobus eſt, unde neutrum eorum repræſentat. Sed filius ab uno ſolo eſt,nec repræſentat niſi unum tantùm,à quo eſt.Ibidem.

Thomas:Adhuc uidetur eſſe magis dubium,quod Athanaſius dicit in epiſtola ad Serapioné:Filius eſt in ſuo patre tanquã in ꝓpria ſua imagine.Nõ enim pater eſt imago filij, ſed magis filius eſt imago patris. Sed dicẽdũ, ꝙ imago hic imꝓpriè ſumitur ꝑ exéplari. Sic enim quãdoq; abuſiuè accipitur. In opuſc. contra error. Græc. cap.11.

Albertus:Æterni patris eſt imago Dei in differés.cap.1.ſuper Lucá.Ité:Chriſtus redemptor noſter ab ęterno habuit imaginé cœleſtis,& poſterius accepit imaginé terreni in utero uirginis,parentibus terrenis cõfiguratus.Ibid.cap.11. Ité:Ad imaginé tria requirũtur.Primũ,quòd ſit in altero, quia nihil ſibi imago eſt: & ideo cũ pater ad nihil ante ſe ſecundũ ordiné naturæ referatur,nõ poteſt dici imago.Secũdũ eſt,quòd ducat in unũ tantùm.non enim poteſt eſſe immediata ductio imaginata in duos, ut duo ſint:ſed mediata poteſt,ſcilicet quòd primò ducat in unũ, & per conſequens in aliũ. unde pater,ut eſt alius à filio, in perſona nõ poteſt habere imaginé,quę ex ęquo ducat in ſuá perſoná & in perſoná filij: & ideo ſpiritus ſanctus non poteſt eſſe imago,quę ſecundũ ordiné naturę refertur ex æquo ad utrũq;:nec poteſt etiá habere duas imagines, etiáſi poneretur Spiritus ſanctus ab eo ſolo procedere: quia illæ imagines ſecundũ uná rationé aſsimilarétur, & ſic in ſe nullá haberent diſtinctioné.Tertiũ eſt,quòd perfectè impleat: & hoc cõtingit filio & Spiritui ſancto æqualiter,licet non eadem relatione: quia filio per filiationé, quæ eſt generatio: Spiritui ſancto autem conuenit per ſpirationem. Alber. ſuper 1. ſenten. diſt.28.

Thomas:Filius eſt ꝑfecta imago patris.In ſumma de ueritate quæſt.1. materia 2. Ité: In autoritate ſacrę ſcripturę expreſsè habetur,ꝙ filius ſit imago patris. Dicitur enim Coloſſ.1. Tranſtulit nos in regnũ filij,&c.q eſt imago Dei inuiſibilis.Et Ebræ.1.dicitur de filio:Cũ ſit ſplédor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.In opuſc.contra erro.Græcor. capite 10.

Verbũ.Alexander:Verbũ increatũ triplicé habet actũ.Vnus eſt,quòd pater ꝑ ipſum omnia operatur.Ioh.5.Pater meus uſq; modò opatur,& ego operor. & ibidé: Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam. Alius actus eſt, quòd pater declarat ſe ꝑ uerbũ,ſicut dicit gl. Bedæ ſuper Matth. 11. Tertius actus eſt, ꝙ uerbo reuelat prophetis, quæ futura ſunt uerbo.Ergo ſecũdũ quod operatur pater per ipſum, aſsimilatur uerbum ſecundũ quod eſt in ratione operátia,& ſic dicitur Eccl.36.Initiũ omnis operis uerbũ. Verbo aũt ſecũdũ quod reuelat ſe prophetis,ſcilicet prout eſt ueritas,aſsimilatur uerbũ quod eſt in ratione cognitionis.Eſt aũt uerbũ ſecundũ quod ſit reuelatio diuinæ bonitatis, & hoc eſt in cognitiua extẽdẽte ſe ad opus:& nõ dico in cognitiua,quo ad cognitiuã quæ poteſt eſſe ueri & falſi, ſed quod ad uiſioné intellectualem,non imaginariam ſiue fantaſticam: & quod ad intellectualem,quantũ ad illam partem quæ pertinet ad imaginem. Huiuſmodi autem uerbum medium eſt inter illud quod eſt purè optatiuũ & purè cognitiuum,& huic reſpondet uerbum increatũ in quantũ pater declarat ſe per ipſum. Eſt igitur uerbũ ſimpliciter optatiuum, quod aſsimilatur uerbo increato,in quantum per illud operatur pater:& eſt uerbum cognitiuum ſimpliciter, cognitiuum dico, quod eſt uiſionis, quod aſsimilatur uerbo increato, in quantũ per ipſum ſit reuelatio prophetis. Eſt etiam uerbum medio modo ſe habens cognitiuũ, per modũ uiſionis extendés ſe ad opus,quod aſsimilatur uerbo increato, in quantũ pater declarat ſe per illud.parte 1.quæſt.62.mẽb.1.artic.3. Et:Dei filius,uerbũ patris dicitur,ꝑ quẽ paterna claritas manifeſtatur.

nifeſtatur. In patre omnis ueritatis conceptio, in eius uerbo omnis ueritatia prolatio, in ſpiritu ſancto omnis ueritatia auditio. Ibidem memb. 2.

Innocentius inquit: Verbum Dei patris eſt Dei filius, &c. Er hoc uerbum eſt conceptum, prolatum & ſcriptum. Conceptum, ſecundum natiuitatem diuinam: prolatũ, ſecundum humanam natiuitatem: ſcriptũ, ſecundum natiuitatem gratuitã. Ser. 1. de natiuit. Chriſti.

Thomas: Per uerbum incarnatum pater omnibus manifeſtatus eſt. Sed per uerbum ab æterno genitum, eum manifeſtauit ſibijpſi. Et ideo non conuenit ſibi nomen Verbi, ſecundum hoc tantùm quòd incarnatus eſt. In ſumma de ueritate, materia 4. Item: Sed quare dicitur filins uerbum, cum uerbum tranſeat & euaneſcat? Idem autem dicitur uerbum Chriſtus ſecundum ſimilitudinem uerbi interioris, aut exterioris. Si interioris, nerbum inrerius, ſcilicet cogitatio; eſt inefficax per ſe, quia non elicit effectum per ſe. Sed filius haber plenam efficaciam. Ergo, &c. Si exterioris, contrà: quia uerbum exterius uanũ eſt, & aetem percutit. Reſp. ſecundum Auguſtinum & ſecundum Anshelmũ, quòd filius dicitur uerbum patris, quia emanat à patre per modum naturæ ſiue generationis, & repræſentat in ſe parrem perfectiſsimè: ſicut uerbum interius, ſcilicet cogitatio ſiue noticia, procedit ſiue naſcitur de mente, & nihil mente ſimilius quàm eius uerbum, ſcilicet cogitatio uel intelligentia, &c. Item, dicitur principaliter uerbum ſecundum ſimilitudinem uerbi interioris, ut dictum eſt. Dicitur etiam ſecundum ſimilitudinem uerbi exterioris, ut patet ex gloſſa, licet non ita principaliter: & hoc dicitur uno modo per reſpectum ad creaturam quamlibet, quantum ad opus conditionis: quia ſicut aliquis facilè profert uerbum, ita Deus per uerbum, id eſt, filium, facit omnia. Item ex gloſſ. iterum, ideo etiã dici uerbum, quia filius manifeſtauit hominibus patrem prius ignotum. Thom. ſuper Apoc. cap. 19. Irem: Verbum Dei non eſt aliquod accidens in ipſo, uel aliquis effectus eius: ſed pertinet ad ipſam naturam eius. Et ideo oportet quòd ſit aliquid ſubſiſtens. Quia quicquid eſt in natura Dei, ſubſiſtit. Prima ſummæ, quæſt. 34. artic. 2.

Admirabilis. Innocentius: Vocatur nomen eius admirabilis, uerè glorioſus Deus in ſanctis ſuis, mirabilis in maieſtatibus, faciens prodigia, &c. Cõſiliarius, quia conſilium patris inuenit, ſicut ipſe teſtatur: Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. de quo Propheta: Conſilium Domini manet in æternum. Ser. 3. natiuit. Chriſti.

Brachium. Albertus: Brachium filius incarnatus eſt. quia ſicut brachium de corpore, & de brachio manus: ſic filius de patre, & de patre & filio eſt Spiritus ſanctus. Sup. Lucam cap. 1.

Purpura. Albertus: Purpura ſignificat ornamentum conuerſationis exterioris Purpur enim oſtrenm eſt cõchilium, quod de mari legitur, & ſuo hnmore ſericum ueſtimentum tingitur, qno reges utuntur. Hoc autem Dominum Ieſum ſignat, qui de mari, hoc eſt, mnltitudine amaritudinis legitur, & ſuo cruore ueſtimentum corporis & conuerſationis, regnum eiua tubricatur. Super Lucam cap. 11.

Verbum. Albertus: Verbnm eſt ſplendor patris, loquens & manifeſtans omnia quæ ſunt in ipſo. Et tunc uerbum ſolum ſcit intellectum: & econuerſò, ſolus intellectus ſcit in uniuerſali uirtute uerbum natum ex ipſo: & non fit reuelario niſi ab intellectu per uerbum, quia omnia traduntur ei ab intellectu. Et hoc uerbum audientes, non in tota uirtute, quæ ab intellectu procedit, percipiunt, ſed unuſquiſq; ſibi percipit proportiónabiliter ſecundum ſuam capacitatem: & hoc præcipuè eſt de uerbo, quo intellectus practicus ſe dicit & manifeſtat in tota ſimul uirtutis ſuæ operatione. Super Matth. cap. 11.

Regulæ de Chriſto.

Cum Chriſtus ſit uerus Deus & nerus homo, Deus de Deo ante ſecula genitus, & homo de homine in ſeculo natus: qnicquid ei ueraciter attribuitur, aut conuenit ei ſecundum diuinam naturam, aut ſecundum humanam, aut ſecundum utramque. Secundum diuinã appellatur Ieſus, quod interpretatur ſaluator. Secundum humanam dicitur Chriſtus, quod exponitur unctus. Secundum utramque uocatur Emanuel, quod interpretatur, Nobiſcum Deus. Ser. 1. in ſolennirare aſſumpt. Mariæ.

Nõ dicitur Deitas eſſe facta homo, quia natura diuina ſit conuerſa in humanam: ſed per illum modum, qno dicitur, quòd natura diuina aſſumpſit naturam humanam in una perſona, ſcilicer uerbi. ſicut & Damaſcenus dicit, quòd natura Deitatia in una perſonarum ſuarum incarnata eſt, id eſt, carni unita. Sciendum tamen, quòd alia ratione dicitur, quòd uerbum eſt homo, eſt prædicatio per informationem, quia ſcilicet perſona uerbi eſt ſubſiſtens io humana narura. Cùm uerò dicitur, Deitas eſt homo: non eſt prædicatio per informationem, quia humana natura non informat diuina: ſed eſt prædicatio per identitatem,

titatem, ſicut etiam cum dicitur, Eſſentia diuina eſt pater, eſſentia diuina eſt filius. Homo enim ſupponit pro perſona filij, cum dicitur, Deitas eſt homo. Et eadem ratio ueritatis, cum dicitur, Deitas eſt facta homo: quia incœpit eſſe perſona filij incarnata, quod importatur in nomine hominis, licet non incœperit eſſe perſona filij. Semper enim deitas fuit filius, ſed nõ ſemper fuit homo. Thomas opuſc.1. contra errores Græcor.cap.18.

Filius ſpeculum patris dicitur, prout à patre in ipſo ſpecies diuinitatis reperitur. Thomas in ſumma de ueritate, materia 12. quæſtione 6.

A' patre. Thomas: Pater non cauſa filij uel Spiritus ſancti, ſed principium uel autor. in opuſc.1.cont.error.Græc.

Albertus: Filius non eſt à ſeipſo ſicut pater, ſed potius eſt natus à patre. Item: Filius poteſt quicquid pater poteſt, tamẽ nihil poteſt à ſeipſo: quia hoc quod poteſt, habet à patre. Item: Operatio filij Dei demonſtratio fuit diuinæ uirtutis. Item: Totam poſsidet patris poteſtatem. Item: Filius à patre accipit per generationem quid faciendum & exequendum. Item: Filius nihil à ſe poteſt, in quantũ eſt filius hominis: ſed ſicut audit à patre, cuius diuinitati ſociatus eſt in unitatem perſonæ filij. Audit enim ſic patrem in ſe manẽtem. Item: Sua uoluntas ſecundum naturam diuinam non eſt alia à uolnntate diuina. Item: Omne iudicium faciendorum & factorum & iudicandorum Chriſti, eſt uerum. Super Iohan.cap.5. Et: Verbum eſt à patre, & habet ab ipſo quòd operatur. ibid.cap.1.

A' patre eſt. Albertus: Attẽde quòd nullus eſt pater Chriſti ſpiritualis uel naturalis, niſi ſolus Deus pater: quia ſpiritualiter nemo format eum in cordibus fidelium, niſi Deus. Super Lucam capite 2. Item: Pater ſuus nullus eſt uerè, quia nullus format eum & generat de ſua ſubſtantia, niſi pater cœleſtis. Et nullus format in cordibus fidelium niſi pater cœleſtis, quia eſt Deus Trinitas. ibidem. Item: Non tantùm de filio naturali intelligitur, quod dicitur Pſal.2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Nunquam enim fons generationis diuinæ areſcit, ſed ſemper fundit uirtutem, ex qua tales filij finguntur & formentur, tam ſecundum eſſe naturæ, quàm ſecundũ eſſe gratiæ. Albert. ſuper 11.cap.Lucæ. Item: Chriſtus eſt exemplum generationis æternæ, & figura generationis ſpiritualis futuræ. Aeternæ quidem quoddam eſt ſignum & doctrina, futuræ autem ſpeculum & diſciplina. In æterna enim unicus naſcitur de unicò patre cum omni integritate ſubſtantiæ, in ſimilitudinem patris & imaginem. Ibidem.

Vnigenitus. Albertus: Hic eſt unigenitus, qui ſolus eſt in ſinu patris, & ideo hæc omnia ſcit corrigere & enarrare. Super Iohan.cap.4.

De generatione filij ait Thomas: Cum filius dicitur à patre genitus, non oſtenditur inæqualitas ſubſtantię, ſed ordo naturæ. In opuſculo cont.error. Græc. cap.10. Item: Cum per generationem ſiue natiuitatem natura recipiatur, neceſſe eſt, quòd ſicut in Chriſto ſunt duæ naturæ, ita etiam eſſe duas generationes ſiue natiuitates: una æterna, ſecundum quam accepit diuinam naturam à patre: una temporalis, ſecundum quam accepit humanam naturã à matre. In compend. Theolog. tractat. 2. cap.28. Et: Filius non eſt genitus de nihilo, ſed de ſubſtãtia patris. Idem 1. ſummæ, quæſt.41. articulo 3. Et: Dei filius eſt genitus de ſubſtantia patris, aliter tamen quàm filius hominis. Pars enim ſubſtantiæ hominis generantis tranſit in ſubſtantiam geniti. Sed natura diuina impartibilis eſt. Vnde neceſſe eſt, quòd pater generando filium, nõ partem naturæ in ipſum transfuderit, ſed totam naturam ei communicauerit, remanente diſtinctione ſolùm ſecundum originem. Ibid. quæſt.41. artic.3. Item: Dicimus, quòd filius eſt genitus de eſſentia patris, in quantum eſſentia patris filio per generationem communicata in eo ſubſiſtit. Ibid.

Albertus inquit: Generatio filij æterna, non dicitur ideo ęterna, quòd nunquã conſequitur finem: ſed quia eſt tota ſimul ſtans & perfecta, nunquam in fieri, nunquam in factum eſſe, ſed ſemper completa & perfecta, non interrupta, quia nihil interrumpitur niſi tempus & temporale: & generatio æterna, licet non ſit eiuſdem rationis omnino cum temporali, non tamen eſt nullo modo communis, quia eſt ibi cõmunitas proportionis, & ſic in quantum completa & perfecta, connumeratur impropriè temporali perfectæ, perfectione temporis. Licet enim æternitas & tempus non uniuocentur in uno, tamen ordinantur ita, quòd unum ſub alio, & tempus imitatur æternitatem, in quantum poteſt. Super 3. Senten. diſtinct.8. Item: Generatio in diuinis non dicit actum aliquẽ, qui ut fieri terminetur ad filium productum: quia ſecundum hoc eſſet ſucceſsiua, & filius antè fuiſſet in potentia, & poſtea in actu, & non eſſet æternus. Ibidem. Et: Pater generando fecit ſibi fi-

lium æqualem. Idem in Ioan. cap. 5. Item: Pater ab æterno genuit filiũ, in quo ſplendebunt omnes fulgores ſanctorum. Ibid. Et: Pater generando eum fecit ſibi æqualem. Non enim filius à ſe, ſed à patre natiuitatem accepit, quod patri eſt æqualis. Ibidem. Et: Pater gignendo filium, dat ei naturam diuinam, & per conſequens, dat ei nomen naturæ & rationem, quòd uerè Deus dicatur. Idem in Matth. cap. 6.

Diſtinctus à patre. Alexander: Filius ſimilitudo patris, notatur quòd ſit diſtinctus à patre, & quòd conueniat cum eo in aliqua forma, ſcilicet in eſſentia: uel ſimilitudo ſecũdum rem ſiue principale ſignificatum idem eſt quod eſſentia. parte prima, quæſt. 61. memb. 3. artic. 2.

Innocentius inquit: Filius etſi ſit eiuſdem naturæ cum patre & Spiritu ſancto, eſt tamen etiam alterius. libro 2. myſter. Miſſæ, cap. 19.

Eſt Deus. Thomas: Ipſum uerbum eſt Deus creans. In ſumma de ueritate, materia 4. quæſt. 1.

Albertus: Filius Dei, perfectus Deus eſt. Et quia perfectum in omni natura tale alterum eſt, qualis eſt ipſe qui genuit: ideo filius Dei Deus eſt, & perfectus Deus eſt, & per omnia æqualis ei qui genuit. Super Lucam cap. 1. Et: Contra Arrium: Filius hominis homo eſt, ita filius Dei Deus eſt. Deus autem uiſibilis in hominis filio, ut filios hominum reduceret ad deitatis participationem. In Matth. cap. 16.

Coeſſentialis patri. Thomas: Verbum eiuſdem naturæ cum patre & patri coæternum, unigenitum & perfectum confitemur. Opuſc. 2. cont. Græc. cap. 3. Item: Cum in nobis aliud ſit eſſe naturale & intelligere, oportet quòd uerbum in noſtro intellectu conceptum, quod habet eſſe intelligibile tantùm, alterius naturæ ſit quàm intellectus noſter, qui habet eſſe naturale. In Deo autem idem eſt eſſe & intelligere. Verbum igitur Dei, quod eſt in Deo, cuius uerbum eſt ſecundum eſſe intelligibile, idem eſſe habet cum Deo, cuius eſt uerbum. Et per hoc oportet quòd ſit eiuſdem eſſentiæ & naturæ cum ipſo, & quòd omnia quæcunq; de Deo dicuntur, uerbo Dei conueniant. Idem in Compend. Theolog. cap. 4. Et: In regula Catholicæ fidei docemur cõfiteri filium conſubſtantialem patri: per quod duo includuntur. Primò quidem, ut non intelligatur pater & filius ſecundum carnalem generationem, quæ ſit per aliquam deciſionem ſubſtantiæ filij à patre, ut ſic oporteat filium non eſſe conſubſtãtialem patri. Secundò, ut etiam non intelligamus patrem & filium ſecundum generationem intelligibilem, prout uerbum in mente noſtra concipitur, quaſi accidentaliter ſuperueniens intellectui, & non de eius eſſentia exiſtens. Ibidem cap. 42. Item: Patris & filij una eſt natura & gloria. Idem 1. ſummæ, quæſt. 33. artic. 3.

Albertus: Nihil minus habet filius quàm pater, quia filius eſt ars & uerbũ patris & imago inuiſibilis ipſius, nihil minus habẽs quàm ipſe, eandẽ habẽs naturã, idem poſſe, idẽ noſſe, idem uelle, & idẽ operari. Super 10. cap. Lucæ. Et: Chriſtus dicitur conſubſtãtialis patri, in cuius ſpiritu alios adoptat in filios. In Matth. cap. 3.

Aegidius: Chriſti diuinitas communis, & una & eadem eſt. In tractatu de parad. cap. 7.

Coæternus patri. Thomas: Cum ponamus filium Dei naturaliter à patre procedere, oportet quòd ita ſit à patre, quòd tamen ſit ei coæternus. In quæſt. 10. de diſputatis, quæſt. 3. artic. 13.

Aegidius: Vocat filium Dei ueram & coæternam lucem patri, per quam facta ſunt omnia, & quæ illuminat omnem hominem. lib. 2. Hexa. cap. 1.

Coæqualis patri. Alexander: Nulla maior poteſt cogitari potentia, quàm ut ex patre generetur filius per omnia æqualis ſibi & conſubſtantialis. parte 1. quæſtio. 12. memb. 8. Item: Dicitur filius æqualis patri, quia nec excedit, nec exceditur. Ibidẽ quæſt. 47. memb. 1. Item: Filius eſt æqualis patri, in nullo minor ipſo, neq; ſecundum potentiã neq; ſecũdum ſapientiam, ſed per omnia æqualis. Ibidem memb. 2.

Thomas ait: Diligenter omnibus conſideratis, manifeſtè apparet, hoc nobis de generatione diuina in ſacris Scripturis proponi credendum, quòd pater & filius etſi perſonis diſtinguantur, ſunt tamen unus Deus, & unam habent eſſentiam ſeu naturam. In ſumma contra gentiles, libro 5. cap. 10. Et: Neceſſe eſt dicere, filium eſſe æqualem patri in magnitudine. Magnitudo autem Dei non eſt aliud quàm perfectio naturæ ipſius. In prima ſummæ, quæſtione 42. articulo 4. Item: In humana natura Chriſtus minor eſt patre, & ei ſubiectus. Sed ſecundũ diuinam æqualis eſt patri. Ibid. quæſt. 42. artic. 4. Item: Filius eſt æqualis patri in poteſtate. Ibid. articulo 6.

Albertus: Filius in æqualitate patris exiſtens, quodammodo remota occaſio fuit caſus per fœminam, eo quòd ab æterno natus à patre luſit in orbe terrarum: & deliciæ ſuæ, eſſe cum filijs hominum. Super caput 1. Lucæ. Et: In Dei natura filius

æqualis

æqualis eſt patri, & ideo qui patrem filio meliorē credit, nec filium cognouit eſſe filium per naturā. In Iohan. cap. 14. Item: Chriſtū ſimilem eſſe patri, & unum cum patre, tum eſſentia, tum ſubſtantia, Albertus Magnus docet in Ioan. ca. 14. Et: Deus incommunicabile eſt nomen: & deitatis natura nulli niſi uni ſecundum ſubſtantiā conueniens. Et ideo, qui cognouit deitatem in filio, cognouit eam in patre: quia pater & filius unum ſunt in natura. Ibid.

Pater in filio. Innocentius: Pater eſſentialiter eſt in filio. lib. 3. myſt. Miſſæ.

Albertus: Pater operatur in filio. Super Iohan. cap. 16. Itē: Pater eſt in eo, ſubſtantia & uirtute & opere: & ipſa perſona patris (quia pater eſt) cognoſcitur in filio, quia intellectus unius relatiuorum eſt in altero. Albert. Mag. In Iohan. cap. 13.

Filius Dei & hominum diſcernuntur. Thomas: Alijs ſanctis datum eſt eſſe Deos aut filios Dei per participationem ex influentia alicuius doni, &c. Sed Chriſto ſecundum humanam naturā datum eſt, ut ſit Dei filius, non per participationem, ſed per naturam, &c. In Compend. Theolog. tracta. 2. cap. 11. Item: Filius hominis qui à patre homine per uiam naturæ procedit, non habet in ſe totam ſubſtantiam patris, ſed partem ſubſtantiæ eius recipit. Filius autem Dei, in quantum per naturam procedit à patre, totam in ſe naturam patris recipit, ut ſint naturæ unius numero pater & filius. In ſumma de ueritate, materia 4. quæſt. 4.

DE MESSIA.

Chriſtus. Innocētius: Chriſtus à chriſmate dicitur, uel potius à Chriſto dicitur chriſma, non ſecundū nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem. lib. primo Decretal.

Thomas: Chriſtus dicitur Manna ſecundum diuinitatē, quia dulciſsimus eſt ineffabiliter. Super Apocal. cap. 2. Itē: Chriſtus dicitur angelus propter reparationis myſteriū, quia ſcilicet miſſus eſt ad humanam reparationem per uirtutem eruditionis, per exemplū conuerſationis, per ſuſtinētiam paſsionis: dicitur ergo angelus in quantū homo, angelus non naturā, ſed officio. Ibid. cap. 7. Item: Nemo, id eſt nullus homo, præter ipſum Chriſtum, nouit ad plenum eius nomen, quia incomprehenſibile eſt. Bonitas, ſapiētia & poteſtas importatur per nomē, ſiue ipſam diuinitatem præciſè, ut Deus & uerbū Dei: ipſe autem eſt perfectus ſui cognitor. Thom. ſuper Apocal. cap. 19.

Albertus: Chriſtus dicitur rex apū, hoc eſt ſanctorum, Super Luc. cap. 4.

Ieſus. Alexander: Hoc nomen Ieſus idē eſt quod Saluator. Saluator autem tripliciter dicitur: uel ab actu ſaluandi, uel ab habitu, uel à potentia ſaluandi. Secūdum quod dicitur à potentia ſaluandi, ſecundum hoc conuenit nomen ab æterno, & dicitur impoſitum ab æterno. Secundum quod dicitur ab habitu ſaluandi, ſic dicitur impoſitū ex tempore ab angelo, quod conuenit à principio conceptionis. Secundum uerò quod dicitur ab actū ſaluandi, ſecūdum hoc dicitur impoſitum à Ioſeph ratione futuræ paſsionis, & hoc modo dicitur hoc nomen meruiſſe. parte 3. quæſt. 16. memb. 4. artic. 1.

Innocentius: Ipſe uocatur Ieſus, uocatur Chriſtus, uocatur Emanuel. Ieſus, ſecundum naturam diuinam: Chriſtus, ſecundum naturam humanam: Emanuel, ſecundū utramq; Ser. 2. de natiuitat. Chriſti. Item: Puer Ieſus uocatur Deus ſubſtantiuè ſecundū naturam. Vt autem confundatur hæreticus, & erubeſcat Iudæus, producantur in medium teſtimonia, tam de ueteri quàm de nouo Teſtamento. Iohan. 1. In principio, &c. Iohan. 20. Dominus meus, Deus meus, &c. Gen. 1. Serm. 3. natiuitat.

Bonauentura ait: Octauo die circumciditur puer, & uocatur Ieſus, ut ſanguinis ſui pro te precium non tardans fundere, tuum ſe ueriſsimum ſaluatorem oſtēderet patribus repromiſſum, tā uerbo quàm ſigno, eiſque aſsimilatum per omnia præter ignorantiam & peccatū, propter quod & circumciſionis accepit ſignaculum. In tractatu de ligno uitæ.

Thomas ait: Nomen Ieſus eſt multæ & magnæ uirtutis. Eſt enim pœnitentibus in refugium, ægrotantibus in remedium, pugnantibus in ſubſidium, orantibus in ſuffragium: quia confert ueniam à peccatis, gratiam ſanitatis, uictoriam tentatis, uirtutem & fiduciam impetrandæ ſalutis. De 1. dicitur 1. Iohan. 2. Scribo uobis filioli, quoniam remittūtur uobis, &c. Acto. 10. Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibēt, &c. Auguſtinus: Quid Ieſus, niſi ſaluator? Ergo propter temetipſum eſto mihi Ieſus. De 2. dicitur Cant. 1. Oleū effuſum nomen tuum, &c. Petrus Rauennenſis: Hoc eſt nomen, quod dedit cæcis uiſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, ſermonem mutis. De 3. dicitur Prouerb. 18. Turris fortiſsimum nomen, &c. & Marci ultimo: In nomine meo dæmonia, &c. De 4. dicitur Iohan. 14. Si quid petieritis. De humanit. Chriſti, cap. 6.

Albertus ait: Nomen Ieſus à Deo patre per generationē æternam filio datum eſt,

à patriarchis præſignatū, à prophetis prę- miſſum.Super Luc.cap.2.

Propheta. Innocentius: Chriſtus propheta magnus, de quo legitur Deuter.18. Dicitur autē Chriſtus propheta tum propter occultorum intelligētiam, tum propter ſcientiam futurorum.Serm.dominicæ 2.Aduentus.

Paſtor.Innocētius:Chriſtus paſtor bonus tribus modis nos paſcit, uidelicet alimēto naturę,cibo doctrinæ,& pabulo Eucharistiæ. Serm.3.dominicæ poſt Paſcha.

Vermis. Innocentius: Chriſtus dicitur uermis propter uilitatem abiectionis, & propter proprietarem conceptionis. In ſerm.de feſto natiuit.Mariæ.

Emanuel. Albertus: Emanuel dicitur, in quantum eſt hominis & Dei filius, nobiſcū habens quòd homo eſt,& cum Deo quòd Deus eſt. In hoc etiā nomine habemus quod ſperamus. Volumus enim habere mediatorē,redemptorem,reconciliatorem,precium & ſacrificium.Super Luc. cap.1. Et: Ieſus Saluator uel Salutaris interpretatur. Ipſe enim eſt qui imaginem reformat, reformando à peccatis ſaluat. Ibid. Et: 1, dicitur per gratiā ſacramentalem. 2, Diues,magnificus,per dona uirtutum. 3, Sapientia patris,per doctrinę uerbum. 4, Eccleſiæ ſponſus, per oſculum & amplexum. 5, Eccleſię caput,per motus & ſenſus in corpus Eccleſię influxum. 6, Paſtor bonus. 7, Plantator cœleſtium gaudiorum. 8, Cultor meritorum bonorum.Super Lucam cap.1.

Chriſtus dicitur filius unicornium, hoc eſt,patriarcharum, poteſtarem unam habentiū,quæ eſt regni Chriſti.Albertus ſuper Lucam cap.1.

Bene filius dicitur arca, in qua omnes ſunt theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi.Albertus ſuper Luc.cap.10.

Verbum. Albertus: Triplex uerbū Dei. Vnum increatum & generatum, quod eſt filius. Alterum,quod eſt increatum,quod eſt ratio rei faciendæ.In Matth.cap.4.

Liber uitæ.Albertus:Eſt enim Chriſtus liber uitæ, ſcriptus iuſticia Dei. In Matth. cap.25.

Chriſtus dicitur uitis uera metaphoricè.Albertus ſuper Iohan.cap.15.

Regula.

Aliqua in Chriſto debemus imitari, & aliqua mirari. Quæcunq; ſunt opera uirtutum,imitari debemus. Quæ aūt ſunt poteſtatis,imitari nō poſſumus, nec debemus, ſed admirari. Albert.ſuper Matth.cap.4.

Emanuel. Albertus: Emanuel,hoc eſt, nobiſcum Deus, hoc eſt, in natura noſtra Deus.Suprà enim dictū eſt,quòd Ieſus ex deitate eſt in humanitate, & ita cauſa nominis importatur per nomen Emanuel: quia ſalus eſt ex hoc, quòd eſt nobiſcum Deus.In Matth.cap.1.

Chriſtus dupliciter accipitur: in perſōna uidelicet, & in uirture operante in ſacramentis: in his enim unctus unctionem diffundit,& conficit ſanitates.Albertus in Matth.cap.26.

Lumen dicitur de Chriſto, quia lumen eſt in alio,& filius eſt de alio,qui primum uerbū dictus eſt.Albert.ſuper Ioan.cap.1.

Aegidius:Poſſumus dicere,quòd lignū, arbor uitæ,liber uitæ,ſapientia Dei & uirtus,& cætera alia,à proprietate poſſunt dici de filio Dei.Nam filius procedit per modum intellectus,imò dicitur uerbum & ſapiētia patris: & quia actio intellectus dicitur uita,inde eſt quòd ipſa uita, & ea quæ pertinēt ad uitā,ut lignū uitę,& liber uitę, filio approprietur.In tract.de parad.ca.7.

Refulgent à Chriſto,tanquā à totius noſtrę ſalutis exēplari & originali principio, actus multiformes.Nam quidam actus in ipſo reſpiciunt ſublimitatē potentiæ:ut ſuper aquas ſiccis pedibus ambulare, elementa conuertere,panes multiplicare,ſeipſum transfigurare,& cætera miracula facere. Quidam ſapientiæ lucem:ut arcana cœleſtia referre, ſecreta cordium ſcrutari, & futura prædicere.Bonauent.in tractatu de Apologia pauperum.

Chriſtus operabatur quædam humanitùs, comedendo & alia huiuſmodi faciendo. Et quædā diuinitùs, ſcilicet dęmones eijciendo, mortuos ſuſcirādo, & alia huiuſmodi: quæ quidē agebat & per uirtutem propriæ diuinitatis, & per operationem Spiritus ſancti,quo ſecundum humanitatem erat repletus. Thomas de Aquin. ſecunda ſecundæ,quæſt.14.artic.1.

Filius eſt promiſſus.Bonauentura: Pater miſericordiarum & totius conſolationis ſua dignantiſsimæ miſerationis abundantia & charitate infinita fidelibus patribus promiſit ſub iuramento, quòd uerbum ſuum unicum, quod erat in principio Deus apud Deum, & per quod facta ſunt omnia, carne unionis humanæ, ut mirabiliter ex matre naſceretur in tempore, quod ineffabiliter ex ipſo Deo patre genitum eſt in æternitate. In tractatu qui inſcribitur,Lignum uitæ. Irem: Chriſtus ad ſanctos patres & patriarchas & prophetas ſpecialiter fuit miſſus, quia de ſemine electo ſcilicet ſanctorum patriarcharum, & Spiritus ſancti operatione ex Maria uirgine natus, & ſanctis prophetis eius aduentus fuit ſingulariter reuelatus. In 9.dieta cap.50.

Meſsiae

Meſsias promiſſus. Bonauentura: A' principio conditionis naturæ, collatis in paradiſo parentibus primis, dehinc proprer eſum ligni ueiti per diuini decreti ſeueritarem expulſis, ſuperna miſericordia non diſtulir hominem errabundum ad pœnitentiam reuocare, ſpem ueniæ dando per repromiſſum Saluatoris aduentum. Er ne fortè per ignorantiam & ingratitudinem tanta Dei dignatio noſtræ ſaluti foret inefficax, in quinque ſeculi ætatibus per Patriarchas, Iudices, Sacerdotes, Reges & Prophetas, ab Abel iuſto uſque ad Iohannem Baptiſtam, filij ſui aduentum prænunciare, promittere ac præfigurare non deſtitit, ur per multa rempora & annorũ milia magnis, miris & multiplicatis oraculis intelligentias noſtras ad fidem erigeret, & affectus per uiua deſideria inflammaret. In tractatu dictó, Lignum uiræ.

Filius mittitur. Alexander de Ales: Angelus mittitur ut miniſter uel nuncius, ad aliquid nunciandum uel efficiendum. Vnde ſi nihil efficiatur, nihilominus tamen dicitur angelus mitti: & hoc eſt, quia miſsio eius qui mittitur ut miniſter, non ſumir rationem ex parte eius ad quem: ſed ſufficit quòd ſolùm moueatur ad efficiendum, & hoc autoritate alterius. Sed filius & Spiritus ſanctus non mittuntur ſicut miniſtri, ſed ſicut donum mittitur alicui. Quando aurem aliquid mittitur in ratione doni, donum illud non habet completam rationem miſsionis; donec habeatur & poſsideatur ab eo cui mittitur. Vnde non eſt completa ratio miſsionis in diuinis perſonis, donec per aliquẽ effectum habeatur & inhabitet creaturã, ad quam mittitur: nec uerè manifeſtatur ut miſſus, niſi habeatur & poſsideatur. Prę terea in miſsione oportet, quòd miſſus uel ſit ubi non erat prius, uel ſit ibi alio modo quàm prius. In miſsione autem angeli, qui non eſt ubiq;, ſaluatur ratio miſsionis ſine autoritate mittentis, ubi non erar prius. Sed perſonæ diuinæ cum non poſſunt eſſé ubi non erant prius, cum ſint ubique: oporter quòd ſint ubi erát prius, alio modo tamen quàm prius: ita quòd ille alius modus dicar mutatiõné ex parte créaturę, non ex parte miſsi. Vnde oporret quòd ratione mutationis creaturæ ſaluetur in ipſis ratio miſsionis, cum nõ poſſit ſaluari totaliter ex parte miſsi. Hoc autem nõ eſt neceſſe in miſsione angeli, ubi totaliter poteſt ſaluari ex parte miſsi, quia mutatio ſecundum locum poteſt conuenire ei. parte 1. quæſt. 74. memb. 1.

Bonauẽtura: Tunc pater mittit filium, cum ſaciendo eum nobis præſentem per noticiam uel gratiam innuit, quòd ab ipſo procedit. Pater nunquam dicitur mitti: quia uerò filius producir & producitur, ideo mittit & mittitur: quia uerò Spiritus ſanctus æternalirer producitur, ſed non producit niſi ex tempore, ideo ipſius eſt propriè mitti: mittere uerò non competit ſibi, niſi reſpectu creaturæ. Ex quo apparet, quòd hæ ſunt impropriæ & exponendæ, Spiritus ſanctus mittir ſe, Spiritus ſanctus mittit filium, Filius mittit ſeipſum: niſi intelligatur, quantum eſt de uirgine natus. In 1. parte Breuiloquij, ca. 5.

Item: Deus trinus & unus dicitur mittere ſiue mitti in æterna productione. pater ſiquidem mittir filium, quando inſinuat quòd procedir ab ipſo per æternam generationem: pater & filius mittunt ſpiritum ſanctum, cum inſinuant quòd procedat ab ambobus per communem ſpirationem. Pater non mittitur, quia à nullo procedit. Spiritus ſanctus non mittit perſonam, ſed mittitur: quia non producit, ſed producitur. Filius uerò mittit & mittitur, quia producitur & producit. parte 3. Centiloquij, cap. 3.

Thomas ait: In miſsione diuinæ perſonæ duo ſunt conſideranda. Primò autoritas perſonæ mittentis ad perſonam quæ mittitur. 2. effectus in creatura; cuius ratione perſona diuina mitti dicitur. Cum enim perſonæ diuinæ ſinr ubique per eſſentiam, præſentiam & porentiam: ſecundum hoc perſona diuina dicitur mitti, ſecundum quod nouo modo per aliquem effectum dicitur eſſe in creatura. Sicut filius dicitur eſſe miſſus in mundũ, in quantum modò incipit eſſe in mundo per uiſibilem carnem, quam aſſumpſit, ſecũdum illud Apoſtoli Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum, &c. Dicitur etiam mitti ſpiritualiter & inuiſibiliter ad aliquem; in quantum per ſapientiæ donum in eo incipit inhabitare: de qua miſsione dicitur Sapientiæ 9. Mitte illam, ſcilicet ſapientiam, à ſede magnitudinis tuæ; ut mecum ſit & mecum laboret. Similiter & Spiritus ſanctus ad aliquem mitti dicitur, in quãtum ipſum inhabitare incipit per donum charitatis, ſecundum illud ad Roman. 5. Charitas Domini diffuſa eſt. Si ergo in miſsione diuinæ perſonæ conſideretur autoritas mittentis ad perſonam miſſam, ſic ſola perſona poteſt aliam mittere, à qua eſt perſona miſſa. Et ſecundum hoc pater mittit filium, & filius ſpiritum ſanctum, non aurem ſpiritus ſanctus filium. Si autem in miſsione perſonæ diuinæ conſideretur effectus, ratione cuius perſona mitti

dicitur,cum effectus ſit communis toti trinitati (nam tota trinitas operata eſt carnem Chriſti, & operatur ſapientiá & charitatem in ſanctis) tunc poteſt dici quòd perſona mittitur à tota trinitate, & ſic intelligit Auguſtinus. Sed tamen ſciendum eſt, quòd licet perſona diuina interdũ ſecundũ quod dicitur mitti à perſona à qua non procedit, non tamen perſona quæ à nullo procedit,poteſt dici quòd mittatur. Pater enim,quia à nullo eſt,à nullo mittitur,licet per aliquod nouũ gratię donum hominé inhabitet,& ad hominé uenire dicatur,ſecundum illud Iohannis 14. Pater meus diliget eum,& ad eũ ueniemus,&c. Sic ergo in perſona quæ mittitur,requiritur, quòd æternaliter ab aliqua perſona procedat: ſed non eſt neceſſarium, quòd ęternaliter ab illa perſona procedat,à qua mittitur: ſed ſufficit,quòd ab illa perſona ſit effectus,ſecũdum quã mittitur. Et hoc dico ſecundum modum, quo Auguſtinus loquitur de miſsione,niſi ab illa à qua procedit ęternaliter. Vnde filius nõ mittitur à Spiritu ſancto, niſi fortè ſecundum quod eſt homo. In opuſcul.cont.error.Græcorum,cap.14.

Filius in patre. Innocentius: Filius naturaliter eſt in patre.lib.3.myſt.Miſſæ.

Deſcendit à patre. Thomas: Quomodo dicitur Chriſtus deſcendiſſe de patris æqualitate,cum eam nõ amiſerit? Reſp. Duplici ratione. una, quia cum eſſet prius in æqualitate patris, humiliauit ſe ad carnis infirmitatem,& factus eſt minor patre ſecundum humanitatem: non tamé amiſſa æqualitate,ſecundum diuinitatem. Alia, quia cum prius exiſteret in patris æqualitate inuiſibilis & occultus, per aſſumptionem carnis apparuit inter homines uiſibilis & manifeſtus. Super Apoc.cap.18.

Omnipotens Chriſtus. Thomas: Non eſt credendũ, quòd in Dei filio ſit aliquis poteſtatis defectus, cum ipſe dicat: Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra. Vnde quod ipſe dicit, Sedere ad dextrá meam uel ſiniſtram, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo: non oſtendit quòd filius diſtribuendarum cœleſtium ſedium poteſtatem non habeat, cum per huiuſmodi ſeſsionem participatio uitæ æternę intelligatur,cuius collationem ad ſe pertinere oſtendit,cum dicit Iohan.10. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognoſco eas, & ſequuntur me, & ego uitam æternam do eis. libro 4. cont. gentiles,cap.8. Item: Oſtenditur ex hoc, quòd omnia filio dicuntur eſſe data à patre: non autem eſſent ſibi data omnia,niſi omnis plenitudo diuinitatis,quę eſt in patre,eſſet in filio. Sic igitur ex hoc quod ſibi patrem dediſſe aſſerit, ſe uerum filium confitetur, contra Sabellium. Ex magnitudine uerò eius quod datur, patri ſe confitetur eſſe æqualem,ut Arrius confundatur. Patet igitur, quòd talis donatio indigentiam in filio non deſignat: non enim antè fuit filius quàm ſibi daretur,cum generatio eius ſit ipſa donatio: neq; plenitudo dari hoc patitur, ut indigere poſsit ille,cui conſtat eſſe donatum. Nec obuiat prędictis,quòd ex tempore filio pater dediſſe legitur in Scripturis, ſicut Dominus poſt reſurrectionem dicit diſcipulis: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. In ſumma contra gentiles,lib.4.cap.8. Et: Homo non accipit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab æterno per ipſam unioné perſonæ: ex qua factum eſt, ut ſicut homo dicitur Deus,ita dicatur omnipotens: non quaſi alia ſit omnipotentia hominis quàm filij Dei, ſed nec alia Deitas, ſed eo quòd eſt una perſona Dei & hominis. Tertia ſummæ,quæſt. 13.artic.1. Et: Chriſto ſecundum ſuam humanitatem omnis eſt collata poteſtas, ut patet in Matth.16.cap. libro 3. de regimine princip.cap.10.

Albertus: Sicut patris carnalis uirtus notam facit in nato, per quam facit characterem patris, & ideo imprimit ei nomen naturæ patris,ut dicatur & ſit homo: ita natiuitas diuina characterem facit uirtutis diuinæ,per quam natus dicitur filius Dei, & participatiuè dicitur Deus. Super Lucam cap.11.

Spiritus ſanctus in Chriſto. Thomas: Ignis Spiritus ſancti in Chriſto multum luxit,& ſuum ardoré manifeſtauit in cruce. Super Apocal.cap.8.

Dat Spiritũ ſanctũ. Thomas: Dare gratiam aut Spiritum ſanctum cõuenit Chriſto ſecũdum quod Deus autoritatiuè: ſed inſtrumentaliter etiam ei conuenit ſecundum quod homo, in quãtum ſcilicet eius humanitas inſtrumentum fuit diuinitatis eius: & ita actiones ipſius ex uirtute diuinitatis fuerunt ſalutiferæ, utpote gratiam in nobis creantes & per meritum & per efficaciam quandam. Auguſtinus autem negat Chriſtum ſecundum quod homo eſt, dare Spiritum ſanctum per authoritatem: inſtrumentaliter autem,ſiue miniſterialiter etiam alij ſancti dicũtur dare Spiritum ſanctum, ſcilicet ſecũdum illud Galat.3. Qui tribuit nobis ſpiritum. Tertia ſummæ,quæſt.8.artic.1.

De ſapientia in Chriſto inquit Bonauentura: In uerbo incarnato, Chriſto ſcilicet Domino noſtro,fuit omnis ſapientię pleni-

plenitudo, non ſolùm quantū ad cognita, uerùm etiam quo ad cognoſcendi modos & differentias. In Chriſto namq; fuit cognitio ſempiternalis ex parte deitatis, cognitio ſenſualis ex parte ſenſualitatis & carnis, cognitio ſcientialis ex parte mentis & ſpiritus. parte 4. Breuiloquij, cap. 6.

Virtus Dei. Albertus: Chriſtus eſt Dei uirtus & ſapientia, & poteſtas utriuſq; debebat manifeſtari. Adhuc Chriſtus uerè erat Deus, & uerè habuit deitatem unitam carni, & hæc omnia uoluit innoteſcere hominibus. Et cum dicitur Chriſtus ſapiētia uel uerbum, fuit uerbum quod eſt operatiuum & factiuum eorum. Et ideo ut hac in poteſtate innoteſceret quòd ipſe eſt ſapientia, per quam & in qua Deus pater fecit mundum, quos uerbo curar. it, ſic patenter operabatur. In Matth. cap. 8.

Chriſtus Deus. Innocentius ait: Quoniam ipſe eſt Deus, id eſt creator: ipſe eſt Dominus, id eſt redemptor: ipſe eſt noſter Ieſus, id eſt ſaluator. Tunc erit uerisſimè noſter, cum erit omnia in omnibus, id eſt, ſufficientia ſingulorum: quoniam ipſe eſt Deus, qui de nihilo nos creauit: ipſe eſt Dominus, qui ſanguine ſuo nos redemit, & ſui munere nos ſaluabit: qui creando nobis dedit naturam, redimendo gratiam, & ſaluando confert gloriam. lib. 2. myſter. Miſſæ, cap. 62. Item: Ieſus Chriſtus eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Sermo. 2. ante concil. Lateranen.

Thomas ait: Ex ſacræ ſcripturæ documentis Eccleſia catholica docta, Chriſtum uerum & naturalem Dei filium confitetur, coæternum patri & æqualem, & uerum Deum eiuſdem eſſentiæ & naturæ cum patre, genitum, non creatum nec factum. Vnde patet, quòd ſola Eccleſiæ catholicæ fides uerè confitetur generationem in Deo, dum ipſam generationem filij ad hoc refert, quòd filius accipit diuinam naturam à patre. Alij uerò hæretici ad aliquam extraneam naturam hanc generationem referunt. In ſumma conr. gentiles libro 4. cap. 7. Et, hanc propoſitionem, Homo eſt Deus: Thomas ueram eſſe ita probat. Roman. 9. Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, &c. Sed Chriſtus ſecundum carnem eſt homo. Ergo hęc eſt uera, Homo eſt Deus. Tertia ſummę, quęſtione 16. artic. 2.

Albertus: Tum quia homo creatura eſt, tum quia peccator eſt, ſatisfacere non poteſt, nec aliqua creatura ſimplex: ergo neceſſe eſt, ſi debeat ſatisfieri, quòd ſatisfaciens ſit creator, ut poſsit: & homo, ut debeat. Si debet ſatisfieri, aut alioquin præfinitio de homine fruſtraretur: ergo neceſſe eſt Deum incarnari. Super 3. ſentent. diſtinct. 1. Et Ieſus in ſe præſentiam habuit diuinitatis. Idem ſuper Matth. cap. 4.

Magnus. Thomas: Chriſtus Dominus magnus eſt per incomprehenſibilitatem immēſitatis, & interminatione æternitatis. Alius per exaltationem humanitatis, & ſublimitatem maieſtatis. Super Apoc. ca. 2.

De proprietatibus Chriſti inquit Bonauētura: Filio appropriatur ueritas, ſpecies, ratio exemplandi, & omnis ſcientia, non quia filio ſiant hæ quatuor proprietates propria, cùm tribus perſonis ſint communia: ſed quia ducunt in cognitionem filij perſonæ, quæ eſt à patre, ut uerbum, quod eſt patri æquale, & ideò ſummè pulchrū, in quo omnia præuiſa & diſpoſita exemplantur, à quo tanquam primo & ſummò exemplari fluit omne ſcire. Cognoſcit autem Dei ſapientiam limpidè, omnia bona & mala, præterita, præſentia & futura, actualia & poſsibilia, incomprehenſibilia à nobis & infinita, ita tamen quòd in ſe nullo modo diuerſificatur, licet diuerſa uocabula ſortiatur. Nam in quantum eſt ipſa Dei ſapientia cognoſcitiua, omnium poſsibilium dicitur ſcientia ſiue cognitio, omnium quæ fiunt in uniuerſo dicitur uiſio, omnium quæ bene fiunt dicitur approbatio, omniū quæ futura ſunt dicitur præſcientia ſiue præuiſio. In quantum eſt cognoſcitiua eorum quæ ab ipſo Deo fiēda ſunt, dicitur diſpoſitio: in quantum eorum quæ præmianda ſunt, dicitur prædeſtinatio: in quantum eorum quæ damnanda ſunt, dicitur reprobatio. Poſſunt autem tria reduci uocabula iſta ſeptem: ſcilicet ad noticiam ſimplicis cognitionis, qua cognoſcit Deus bona & mala, quæ ſunt, fuerunt uel futura ſunt, & quæ poſſunt eſſe & nunquam erunt. Ad noticiam uiſionis, quà cognoſcit Deus omnia bona & mala, quæ ſunt, fuerunt & futura ſunt. Ad noticiam approbationis, qua cognoſcit Deus quæ ſunt, fuerunt & futura ſunt tantùm bona. Tertia parte Centiloquij, capite 5.

De conceptione inquit Alexander: De Spiritu ſancto conceptus eſt: nec natiuitas omnino per naturam, quia clauſo utero exiuit. Vnde talis conceptus uel partus non fit ſubiectus poſitioni ſiderum. Similiter autem, ſi habuit defectus noſtros & miſerias, non eas naturaliter contraxit, ſed uoluntariè aſſumpſit. parte 1. quæſtion. 28. memb. 3. artic. 3. Item: In conceptione Chriſti tria intelligimus: in anima ſcilicet Chriſti creationem, unionem & gratię collationem: & licet iſta tria ſimul fuerūt tempore, tamen eſt ibi quidam ordo ſecun-

dum rationem intelligentiæ,ſcilicet creatio ipſius animæ,deinde unio ipſius & diuinæ naturæ, tertiò collatio plenitudinis gratiæ. Secundum hoc ergo dicitur diuina natura in Chriſto eſſe triplici modo: exiſtendi ſcilicet modo communi, quo etiam dicitur alijs creaturis per eſſentiã, pręſentiã & potentiam ineſſe: modo ſpeciali, ſcilicet quo dicitur eſſe in ſanctis per gratiã: modo ſingulari, quo dicitur fuiſſe ſingulariter in Chriſto per unionem. Ratione ergo creationis non determinatur miſſio. Vnde oportet intelligere prius natura uel tẽpore illud ad quod fit miſsio, quàm ipſum effectum ratione cuius fieri dicitur miſsio, ita quòd miſsio filij in carnem determinatur penes ipſam unionẽ, in quantum filius Dei dicitur inhabitare ipſam animam Chriſti, & per conſequens ipſam carnem modo ſingulari, ſcilicet per unionem talem, in qua habitat omnis plenitudo corporaliter. Ibid. quæſt.73. memb.3. artic.3. Et: Filius dicitur conceptus operatione & uirtute Spiritus ſancti: dicitur per appropriationem, eo quòd ſecundum rationem ſit proximior ad actum conceptionis ſiue incarnationis, ut per quem ſiue in quo ad nos diuina deſcendunt. parte 3. quæſt.8. memb.3. artic.3.

Thomas ait: Cum formatio corporis Chriſti debuerit fieri per Spiritum ſanctũ, oportuit eam fœminam, de qua Chriſtus corpus aſſumpſit, maximè ſpiritualibus donis repleri, ut per Spiritum ſanctum nõ ſolùm anima fœcũdaretur uirtutibus, ſed etiam uenter prole diuina. Vnde oportuit non ſolùm mentem eiùs immunem eſſe à peccato, ſed etiam corpus eius ab omni corruptela carnalis concupiſcentiæ elongari. Vnde non ſolùm ad concipiendum Chriſtum uirilem commixtionem nõ eſt experta, ſed nec antea, nec poſtea. Hoc etiam conueniebat ei qui naſcebatur ex ipſa. Ad hoc etiam ueniebat filius Dei in mundum carne aſſumpta, ut nos ad reſurrectionis ſtatum promoueret, in quo neq; nubent, neque nubentur, ſed erunt homines ſicut angeli in cœlo. Vnde & continentiæ & integritatis doctrinam introduxit, ut in fidelium uita reſplendeat aliqualiter gloriæ futuræ imago. Conueniens ergo fuit, ut etiam in ſuo ortu uitę integritatem commendaret naſcendo ex uirgine. & ideo in ſymbolo Apoſtolorum dicitur, Natus ex uirgine Maria. In Compend. Theolog. tract.2. cap.37. Item: Beata uirgo Maria, quæ materiam miniſtrauit conceptui filij Dei, uera mater filij Dei dicenda eſt.

Item: Maria materiam miniſtrauit Spiritui ſancto formandã. Ibid. cap.38. Item: Spiritus ſanctus formauit corpus Chriſti. Tertia parte ſummæ, quæſt.6. artic.6. Et: Corpus Chriſti, quia non eſt conſubſtantiale ſpiritui ſancto, non propriè poteſt dici de ſpiritu ſancto conceptum, ſed magis ex ſpiritu ſancto, ſicut Ambroſius dicit in libro de ſpiritu ſancto: Quod ex aliqua eſt, aut ex ſubſtantia, aut ex poteſtate eius eſt. Ex ſubſtantia, ſicut filius, qui à patre eſt: ex poteſtate, ſicut ex Deo omnia, quomodo & in utero habuit Maria ex ſpiritu ſancto. Ibid. quæſt.32. artic.2. Item: Nullo modo debet dici Chriſtus filius Spiritus ſancti, nec etiam totius trinitatis. Ibid. artic.3.

Ex uirgine natus. Albertus: Ratio quare Chriſtus de fœmina uirgine naſci uoluerit: quia ſicut fœmina initium peccati & mortis fuit, ita fœmina initium & uia ſalutis. Albertus Magn. cap.1. ſuper Lucam.

Item: Vt generatio ſua humana diuinæ, quantum poſsibile eſt, aſsimilaretur: ut omnis generationis ſeries impleretur: ut miraculum matris miraculo filij proportionaretur. Ibidem.

Cur homo. Alexander: Ad noſtram redemptionem, propter quam factus eſt homo, non potuit fieri melior: quia melius fuit noſtræ miſeriæ ſanandę, ut eſſet mortalis & paſsibilis. parte 1. quæſt.21. memb.3. artic.5. Item: Aſſumptió carnis non ordinabatur ſolùm ad oſtendẽdam præſentiam filij in carne, ſed ad ſatisfaciendum pro humano genere, & ad reconciliãdum humanum genus Deo. oportuit autem quòd ille qui ſatisfaceret, eſſet Deus & homo: & ideo filius apparuit, ut unitus illi naturæ pro qua debebat ſatisfacere. Ibidem quæſt.74. memb.5. Et: Natura humana lapſa eſt peccato hominis, reparari debuit per hominem. Idem parte 4. quæſtione 8. memb.5.

Innocentius ait: Ipſe Deus factus eſt homo, quatenus inter Deum & hominem legitimè mediaret, utpote quòd neutri parti ſuſpectus exiſteret, utriuſq; gerens in una perſona naturam. Sermo.3. in aduentu Domini. Item: Licet aliter & aliter ab alijs & alijs aſsignetur, cur Dominus non angelicam, ſed humanam naturam aſſumpſerit, &c. poteſt tamen ſubtilis indagator conuenienter etiam intelligere, quòd Adam peccauit in patrem, Eua in filium, Lucifer in Spiritum ſanctum. Sed qui peccat in patrem, remittatur ei: qui peccat in filium, remittatur ei: qui uerò peccat in Spiritum ſanctum, non remittatur ei, neq; in hoc neq; in futuro ſeculo. Ideoq; Dominus non naturam angelicã, ſed humanam aſſumpſit. Quod autẽ in aſſumptione non fuit, incurabile manſit. Ibid.

Bona-

Bonauentura ait: Per uerbum incarnatum facta eſt ſalus & reparatio generis humani: non quia aliter Deus non potuerit humanum genus ſaluare, uel liberare: ſed quia nullus alius modus ita congruus & conueniens erat ipſi reparatori & reparabili & reparationi. In 4. parte Breuiloquij, capite 1.

Ægidius ait: Ex quo Adam & Eua peccauerunt, in quibus eramus omnes, &c. ſtatim ipſi indiguerunt reſtauratione ſiue reparatione. lib. 2. Hexam. cap. 41.

De natura humana, ſeu incarnatione.

Alexander inquit: Naturam diuinam aſſumere humanam, poteſt accipi dupliciter. uno modo, ut natura diuina conſideretur ſecundum ſe, ut una in tribus perſonis: & hoc modo non eſt concedendum, diuinam naturam aſſumpſiſſe humanam propriè ſumendo aſſumere. Vel ſecũdum quod conſideratur natura diuina tota in una perſona, ſcilicet filij: & hoc modo natura diuina aſſumpſit humanam, id eſt, ſibi uniuit. parte 3. quæſt. 4. memb. 1. Et: Chriſtus ergo & de uirgine eſt natus, & de carne uirginis, carnis ſubſtantiam accepit. Spiritus ſanctus namque uirgini ſuperuenit, ut per eius operationem caro Chriſti de carne uirginis formaretur. Ibid. quæſt. 8. memb. 3. artic. 4.

Innocentius ait: Cum tres ſint qui teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum & Spiritus ſanctus: cur pater ipſe non uenit, aut ſpiritum ſanctum non miſit? cur potius filium deſtinauit? O' altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Quis cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit? Diſpoſuit tamẽ altitudo cœleſtis conſilij, ut Deus, qui in ſapientia ſua mũdum creauerat, ſecundum illud, Omnia in ſapientia feciſti Domine: ipſe mundum in eadem ſapientia recrearet. Sermo. 1. aduent. Dom. Item: Sed cur in ſimilitudine carnis peccati, de muliere corpus aſſumpſit, & non potius ex alia ſibi materia nouum corpus formauit, ut ſicut factus eſt primus à Deo, ita fieret & ſecũdus? O' altitudo diuitiarum. Roman. 11. Diſpoſuit enim altitudo cœleſtis conſilij, ut ſicut per mulierem mors intrauit in orbem, ita per mulierem uita rediret in orbem: ut unde mors oriebatur, inde uita reſurgeret. Ibid. Et: Voluit Dominus in ſua conceptione totum humanæ conditionis modum implere. Primus fuit, ut homo fieret, nec de maſculo, nec de fœmina, ſicut Adam. Secundus, ut homo fieret nõ de fœmina, ſed de maſculo, ut Eua. Tertius, ut homo fieret de maſculo & fœmina, ſicut Abel. Quartus, quòd homo fieret de fœmina, non de maſculo, ſicut Chriſtus, quem decebat ut ſecundum humanitatẽ naſceretur de matre ſine patre, ſicut ſecundum diuinitatem natus fuit de patre ſine matre. Ibid. Et: Corpus Chriſti aſſumptum eſt tabernaculum, in quo ſub humanitate latet diuinitas, de quo dicitur pſalmo 18. In ſole poſuit tabernaculum. Idem Sermone in aſcenſ. Domini. Item: Aſcẽdit Deus nubem leuem, id eſt, aſſumpſit carnem à peccato immunem: & intrauit Ægyptum, id eſt, uenit in mundũ. Serm. in feſto purifi. Mar. Et: Maius fuit Deum hominem fieri, & de uirgine concipi, quàm Deum hominem factum de uirgine naſci. Ibid. Item: In incarnatione charitas euidenter elucet, non ſolùm quia Deus ineffabili charitate filiũ ſuum unigenitũ incarnauit: uerùm etiam, quia uirgo ex nimio charitatis ardore Dei uerbum cõcepit, cum ait: Ecce ancilla Domini, fiat mihi, &c. Ibidem. Et: Per hoc, quòd unus militum lancea latus eius aperuit, & continuò ſanguis exiuit & aqua, probatur apertè, quòd Chriſtus uerũ corpus habebat. lib. 1. Decret.

Bonauentura ait: De modo incarnationis hoc tenendum eſt, quòd angelo nunciante uirgini myſterium incarnationis perficiendum in ipſa uirgo credidit, appetijt & conſenſit: ſpiritus ſanctus in eam ſuperuenit ad ſanctificandum & fœcundãdum: cuius uirtute uirgo concepit Dei filium, quem uirgo peperit, & poſt partum uirgo permanſit. Concepit autem non ſolùm carnem, uerùm etiam carnem animatam & uerbo unitã, nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam & immaculatam, ratione cuius mater Dei dicitur, & eſt uirgo & mater. parte 4. Breuiloq. cap. 2. Item: De tempore incarnationis hoc tenendum eſt, quòd licet Deus in principio potuerit incarnari, noluit tamẽ niſi in fine temporum, præcedente lege naturæ & lege figuræ, poſt patriarchas & prophetas, quibus & per quos fuit incarnatio repromiſſa, poſt quos incarnari dignatus eſt tãquam in fine temporum & plenitudine, iuxta quod dicit Apoſtolus: At ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant, redimeret. Ibidem capite quarto. Item: Chriſtus non tantùm aſſumpſit humanam naturam, ſed etiam defectus circa naturam. Aſſumpſit enim pœnalitates corporales: ut famem, ſitim & laſſitudinem. Aſſumpſit & ſpirituales: ut triſticiam, gemitum & terrorem. Nec tamen omnes corporales aſſumpſit, ſicut ſunt

ſunt defectus ægritudinum multiformiũ. Nec omnes ſpirituales,ſicut ſunt ignorantia & rebelliones carnis ad ſpiritum. Nec qualitercunque:quia ſic neceſsitatem patiendi ſuſcepit, ut tamen nihil pati poſſet inuitè, nec ſecundum uoluntatem deitatis,nec ſecundum uoluntatem rarionis,licet paſsio ſuerit contra ſenſualitatis uoluntatem & carnis, ſicut exprimit oratio Saluatoris,quæ dicit: Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. parte 4. Breuiloquij,cap.8.

Item: Notãdum quòd beata uirgo non ſtatim poſt conceptionem peperit filium, ſed decurſis nouem mẽſibus genuit Chriſtum: quòd non uacat myſterio, quia non eſt omni ſpiritui credendum. In tractat. de quinq; feſtiuitat. Chriſti.

Thomas Aquinates: Verbum incarnatum habet aliquod ſimile cum uerbo uocis,& aliquid diſsimile:& hoc quidem ſimile eſt in utroq;, ratione cuius unum alteri comparatur. Quia ſicut uox manifeſtat uerbum interius, ita per carnem manifeſtatum eſt uerbum æternũ. Sed quantum ad hoc diſsimile, quia ipſa caro aſſumpta à uerbo ab æterno non dicitur uerbum: ſed ipſa uox, quæ ſumitur ad manifeſtationem uerbi interioris, uerbum dicitur: & ideo uerbum uocis aliud eſt à uerbo cordis. Sed uerbum incarnatum eſt illud idem, quod uerbum æternum. Sicut & uerbum ſignificatum per uocem eſt idem quod uerbum cordis. In ſumma de uerit. mater. 4. quæſt. 1. Item: Cum hoc manifeſtum eſt, quòd uerbum Dei, quo omnia cõſtituta ſunt,& quo omnia in ſua integritate conſeruantur, ſic naſci decuit, ut per omnia matris integritatem ſeruaret: conueniens igitur fuit, hanc generationem fuiſſe ex uirgine. Neq; tamen hic generationis modus ueræ & naturali humanitati Chriſti derogat,licet aliter quàm alij homines generatus ſit. lib. 4. contra gentiles,cap. 45. Et: Similiter etiam nec per hoc aliquid deperit dignitati matris Chriſti, quòd uirgo concepit & peperit, quin uera & naturalis mater filij Dei dicatur. Virtute enim diuina faciẽte,materiam naturalem ad generationẽ corporis Chriſti inſtaurauit, quod ſolum ex parte matris requiritur. Ibidem. Et: Cum ex incarnatione diuina conſecuta ſit ſalus humana,non parum utilitatis prædicta incarnatio attulit mundo:nec oportuit propter hoc quòd ex incarnatione diuina omnes homines ſaluarentur, ſed tantùm illi qui prædictæ incarnationi adhærẽt per fidem & fidei ſacramenta. Eſt ſiquidem incarnationis diuinæ uirtus ſufficiens ad omnium hominum ſalutem. Sed quòd non omnes ex hoc ſaluantur, ex eorum indiſpoſitione cõtigit, quòd incarnationis fructum in ſe ſuſcipere nolũt, incarnato Deo per fidem & amorem non inhærendo. Ibidem cap. 55. Item: Licet ſaluti totius generis humani Dei incarnatio neceſſaria foret:non tamen oportuit, quòd Deus in principio mundi incarnaretur. primò quidem,quia per Deum incarnatum oportebat hominibus medicinam adferri cõtra peccatum. Contra peccatum autem alicui conuenienter medicina non adfertur, niſi prius ſuum defectum recognoſcat, ut ſic per humilitatem homo de ſeipſo nõ præſumens iactet ſpem ſuam in Deum, à quo ſolo poteſt ſanari peccatum. Ibidem. Et: Iohannes perhibuit teſtimoniũ Ieſu Chriſti, quòd ipſe eſt Ieſus Chriſtus, id eſt humanatus. Hæc enim duo nomina incarnationem oſtendunt. Ieſus dicit cauſam finalem ad quid eſt incarnatus, quia ad ſaluãdum: Chriſtus diſpoſitionem mediam ex parte humanitatis, ſcilicet unctionem gratiæ. Thomas in Apoc. cap. 1. Et: Chriſtus fuit uerus homo, quia ueram naturam hominis habuit,& etiam pœnam: tamen nõ habuit naturam peccatricem, ſed ſimilem peccati ratione pœnalitatum. Ibidem cap. 4. Item: Ipſe ſecundum quod autoritatem & uirtutem redimẽdi genus humanum habuit ex ſeipſo in quantum Deus. Ibid. cap. 5. Item: Humana natura in Chriſto non eſt perſona, quia aſſumpta eſt à digniori, ſcilicet à Verbo Dei. Thom. 1. ſecundæ, quæſt. 29. artic. 1. Et: Per humanitatem Chriſti homines à peccatis liberantur. In compend. Theolog. tractat. 2. ca. 1. Et: Nihil monſtroſum & innaturale in Chriſti incarnatione fuiſſe putãdum eſt. Ibid. cap. 21. Et: Incarnationis Chriſti finis eſt, reparatio humanæ naturæ. Ibid.

Et: Simpliciter confitendum eſt, quòd Chriſtus ſic proceſsit ex utero uirginis, quòd ex ea carnem accepit. Ibid. cap. 24.

Et: Ex præmiſsis colligere poſſumus, quòd in Chriſto ſecundum ueritatem catholicæ fidei fuit uerum corpus noſtræ naturæ, anima rationalis, & ſimul cum hoc perfecta Deitas. Hæ autem tres perſonæ in unam ſubſtantiam conueniunt, non autem in unam naturam. Ad eius etiam ueritatis expoſitionem aliqui per quaſdam uias erroneas proceſſerunt. Conſiderantes enim quidam, quòd omne quod aduenit alicui, poteſt eſſe completum, ſi accidentaliter ei adiungitur, ut homini ueſtis; poſuerunt, quòd humanitas accidẽtali unione fuerit in perſona filij diuinitati coniuncta, ita ſcilicet quòd natura aſſumpta ſe haberet ad perſonam filij Dei ſicut

ueſtis

ueſtis ad hominem. Ad cuius cõfirmationem inducebant, quod Apoſtolus dicit ad Philipp. quòd habitu inuẽtus eſt ut homo. Rurſus conſiderabát, quòd ex unione animæ & corporis efficitur indiuiduũ quoddam rationalis naturæ, quod nominatur perſona. Si igitur anima fuiſſet in Chriſto corpori unita, uidere non poterát, quin ſequeretur, quòd ex tali unione conſtitueretur perſona. Sequeretur ergo, in Chriſto duas eſſe perſonas, ſcilicet perſonam aſſumentem, & perſonam aſſumptam. In homine enim induto non ſunt duæ perſonæ, quia indumentum rationem perſonæ non habet. Ad hoc igitur excludendum poſuerunt quidam animam Chriſti unitam nunquam fuiſſe corpori, ſed quòd perſona filij Dei animam & córpus ſeparatim aſſumpſit. Sed hæc opinio dum unum inconueniens uitare nititur, incidit in maius. Sequitur enim ex neceſsitate, quòd Chriſtus non fuerit uerus homo. Veritas enim humanæ naturæ requirit animæ & corporis unionem. Nam homo eſt, qui ex utroque componitur. Sequeretur etiam, quòd caro Chriſti nõ fuerit uera caro, nec aliquod membrum eius habuit ueritatem. Remota enim anima, non eſt oculus, aut manus, aut caro. Sequeretur etiam, quòd Chriſtus uerè mortuus non fuerit. Mors enim eſt priuatio uitæ. Manifeſtum eſt enim, quòd diuinitas uita per mortem priuari non potuit. Corpus autem eſſe non potuit, ſi ei anima coniuncta non fuit. Sequeretur etiam ulterius, quòd Chriſti corpus ſentire non potuit. Non enim ſentit corpus, niſi per animam ſibi coniũctam. Si filius Dei humanam naturam ut ueſtimentum aſſumpſit, nullo modo dici poterit perſona humanæ naturæ, nec etiam dici poterit, quòd filius Dei ſit eiuſdem ſpeciei cum alijs hominibus: de quo tamen Apoſtolus dicit, quòd eſt in ſimilitudinem hominum factus. Vnde patet, opinionem eſſe totaliter euitandam. In comp. Theolog. tract. 2. cap. 25. Et: Finis aſſumptionis humanæ naturæ à uerbo Dei eſt ſalus & reparatio humanæ naturę. Ibid. cap. 29. Et: Cum corporis humani formatio naturaliter ſit ex uirili ſemine, quocunq; alio modo corpus Chriſti formatum fuerit, ſupra naturam fuit talis formatio. Solus autem Deus inſtitutor naturæ eſt, qui ſupernaturaliter in rebus naturalibus operatur. Vnde relinquitur, quòd ſolus Deus illud corpus miraculosè formauit ex materia humanæ naturæ. Sed cum omnis Dei operatio in creaturis ſit tribus perſonis cõmunis, tamen per quandam conuenientiam formatio corporis Chriſti tribuitur Spiritui ſancto. In compend. Theolog. tract. 2. capite 35. Item: Quamuis in corpus Chriſti poſt reſurrectionem cibus non conuerteretur, ſed reſolueretur in præiacentem naturá: tamen Chriſtus habebat corpus talis naturæ, in quod poſſet cibus cõuerti. prima ſummæ, quæſt. 51. artic. 3. Et: Quidã dicunt, quòd etiamſi homo nõ peccaſſet, Dei filius fuiſſet incarnatus. Alij uerò contrarium aſſerunt, quorum aſſertioni magis aſſentiendum uidetur. Ea enim quæ ex ſola uoluntate Dei proueniunt, contra omne debitum creaturæ nobis innoteſcere non poſſunt, niſi quatenus in ſacra Scriptura traduntur, per quam diuina uoluntas nobis innoteſcit. Vnde cum in Scriptura ubique incarnationis ratio ex peccato primi hominis aſsignetur, conuenientius dicitur, incarnationis opus ordinatum eſſe à Deo in remedium contra peccatum, ita quòd peccato non exiſtente, incarnatio non fuiſſet, quamuis potentia Dei ad hoc non limitetur. potuiſſet enim peccato non exiſtente incarnari. Tertia ſummæ, quæſt. 1. artic. 3. Item: Ex hoc ipſo humana natura dignior eſt in Chriſto, quàm in nobis, quia in nobis quaſi per ſe exiſtens, propriá perſonalitatem habet: in Chriſto autem exiſtit in perſona uerbi. Ibidem quæſt. 2. artic. 2. Et: Chriſtus dicitur homo uniuocè cum hominibus alijs, utpote eiuſdẽ ſpeciei exiſtens, ſecundum illud Apoſtoli Philip. 2. In ſimilitudinem hominũ factus. Pertinet autem ad rationem ſpeciei humanæ, quòd anima corpori uniatur. Non enim forma conſtituit ſpeciem, niſi per hoc, quòd ſit actus materiæ: & hoc eſt, ad quod generatio terminatur, per quam natura ſpeciem intendit. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd in Chriſto fuit anima unita corpori: & contrarium eſt hæreticum, utpote derogans ueritati humanitatis Chriſti. Idem 3. ſummæ, quæſtio. 2. artic. 5. Item: Humana natura in Chriſto aſsimilatur habitui, id eſt, ueſtimẽto, non quidem quantum ad accidentalem unionẽm, ſed quantum ad hoc, quòd uidelicet uerbum per humanam naturam induitur, ſicut homo per ueſtimentum: & etiam quantum ad hoc, quòd ueſtimentum mutatur, quia ſcilicet formatur ſecũdum formam eius qui induit ipſum, quia ſua forma non mutatur propter ueſtimentum. Et ſimiliter humana natura aſſumpta à uerbo Dei eſt melior. Idipſum autem uerbum Dei non eſt mutatum, ut Auguſt. exponit lib. 83. quæſtionũ. Idem 3. ſum. qu. 2. art. 6. Item: Natus eſt filius Dei non putatiuus, quaſi imaginatum corpus habẽs, ſed corpus uerum.

Et huius ratio tripliciter poteſt aſsignari. Quarum prima eſt ex ratione humanæ naturæ, ad quam pertinet uerum corpus haberi. Suppoſito igitur quod conueniens fuit, filium Dei aſſumere humanam naturam: conſequens eſt, quòd uerum corpus aſſumpſerit. Secunda ratio ſumi poteſt ex his quæ in myſterio incarnationis ſunt acta. Si enim non fuit uerum corpus, ſed phãtaſticum: ergo nec uerам mortem ſuſtinuit, nec aliquid eorum quæ Euangeliſtæ de eo narrant, ſecundũ ueritatem geſſit, ſed ſolùm ſecundum apparẽtiam quandam: & ſic etiã ſequeretur, quòd non fuerit uera ſalus hominum ſubſecuta. oportet enim effectum cauſæ proportionari. Tertia ratio ſumi poteſt ex ipſa dignitate perſonæ aſſumentis, quæ cum ſit ueritas, non decuit, ut in eius opere aliqua fictio eſſet. Vnde & Dominus hunc errorem per ſeipſum excludere dignatus eſt Lucæ ult. cum diſcipuli conturbati & conterriti putabant ſe ſpiritũ uidere, & non uerum corpus: & ideo ſe eis palpandum præbuit, dicens: Palpate & uidete, &c. Ibidem quæſt. 5. artic. 1. Et: Lucæ ultimo, Spiritus carnem & oſſa non habet, &c. Caro autem & oſſa non ex materia cœleſtis corporis, ſed ex inferioribus elementis. Ergo corpus Chriſti non fuit cœleſte, ſed carneũ & terrenum. Ibidem art. 2. Item: Ex his rationibus apparet, quare corpus Chriſti non debuerit eſſe cœleſte. Primò enim, ſicut ueritas humanæ naturæ non ſaluaretur in Chriſto, ſi corpus eius eſſet phantaſticum, ut poſuit: ita etiam non ſaluaretur, ſi poneretur cœleſte, ſicut poſuit Valentinus. Secundò, quia hoc etiam derogaret ueritati eorum, quæ Chriſtus in corpore geſsit. Cum enim corpus cœleſte ſit impaſsibile & incorruptibile, ſi filius Dei corpus cœleſte aſſumpſiſſet, nõ uerè eſurijſſet, ſitijſſet, nec & paſsionem & mortem ſuſtinuiſſet. Tertiò etiã derogat ueritati diuinæ. Cum enim filius Dei ſe hominibus oſtenderit quaſi corpus carneum & terrenũ habens, fuiſſet falſa demonſtratio, ſi corpus cœleſte habuiſſet. Et ideo in libro de Eccleſiaſticis dogmatibus dicitur: Natus eſt Dei filius carnem ex uirginis corpore trahens, & non de cœlo ſecũ afferens. Idem 3. ſum. quæſt. 5. artic. 2. Item: Vtilitas incarnationis eſt iuſtificatio hominis à peccato. Ibidem artic. 4. Et: Filius Dei humanam naturam integram aſſumpſit, non ſolùm corpus, ſed etiam animam: non ſolùm ſenſitiuam, ſed etiam rationalem. Ibid. quæſt. 9. artic. 1. Et: Nihil eorum quæ Deus in noſtra natura plantauit, defuit naturæ humanę aſſumptæ à uerbo Dei. Ibid. Item: Chriſtus accepit naturam humanam abſque peccato in illa puritate, in qua erat in ſtatu innocentiæ: & ſimili modo potuiſſet aſſumere humanam naturam abſque defectibus. Idem Thom. 3. ſummę, quæſt. 14. artic. 3. Item: Caro uirginis cõcepta fuit in originali peccato, & ideo hos defectus contraxit. Sed caro Chriſti ex uirgine aſſumpſit naturam abſq; culpa, & ſimiliter potuiſſet naturam aſſumere abſq; pœna, ſed uoluit ſuſcipere pœnam propter opus noſtræ redemptionis implendum: & ideo habuit huiuſmodi defectus, non contrahendo, ſed uoluntariè aſſumendo. Tertia parte ſummæ, quęſt. 14. articulo 3. Item: Chriſtus in huiuſmodi defectibus aſsimilatus eſt aliis hominibus, quãtum ad qualitatem defectuum, non autem quantum ad cauſam: & ideo Chriſtus non contraxit huiuſmodi defectus ut alij. Ibid. Et: Chriſtus defectus humanos aſſumpſit ad ſatisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, ad quod requirebatur, quòd haberet perfectionem ſcientiæ & gratiæ in diuina. Illos autem defectus Chriſtus aſſumere debuit, qui conſequuntur ex peccato communi totius naturæ: nec tamen repugnat perfectioni ſcientiæ & gratiæ. Sic igitur conueniẽs fuit, ut omnes defectus ſeu infirmitates magnas aſſumeret. Sunt enim quidam defectua, qui repugnant perfectioni ſcientiæ & gratiæ, ſicut ignorantia, pronitas ad malum, & difficultas ad bonum. Quidam autem defectus ſunt, qui non cauſantur communiter totam humanam naturam propter peccatum primi hominis, ſed cauſantur in aliquibus hominibus ex quibuſdam particularibus cauſis: ſicut lepra & morbus caducus, & alia huiuſmodi. qui quidem defectus quandoq; cauſantur ex culpa hominis, puta ex inordinato uictu: quandoq; ex defectu uirtutis formatiuæ. quorum neutrum conuenit Chriſto: quia & caro eius de ſpiritu ſancto concepta eſt, qui eſt infinitæ ſapientiæ & potentiæ, errare & deficere non potens, & ipſe nihil inordinatum in regimine ſuæ uitæ exercuit. Sunt tamẽ tertij defectus, qui in omnibus hominibus communiter inueniuntur ex peccato primi hominis: ſicut mors, fames, ſitis, & alia huiuſmodi. & hos defectus omnes Chriſtus ſuſcepit, quos uocat Damaſcenus naturales & indetractabiles paſsiones: naturales quidẽ, quia conſequuntur communiter totam naturam humanã: indetrectabiles autem, quia defectum ſcientiæ & gratiæ non important. Ibid. artic. 4. Item: Chriſtus curauit paſsibilitatem & corruptionem corporis noſtri per hoc quòd eam aſſumpſit. Ibid.

Et

Et: Chriſtus non accepit actiuè ab Adam humanam naturam, ſed ſolùm materialiter, actiuè uerò à Spiritu ſancto: ſicut & ipſe Adam materialiter ſumpſit corpus ex li mo terræ, actiuè autem à Deo: & propter hoc Chriſtus nō peccauit in Adam, in quo ſolùm fuit ſecundum naturam. Thom. 3. parte ſummæ, quæſt. 15. artic. 1. Et: Manifeſtum eſt, quòd filius Dei aſſumpſit humanam naturam perfectā. Ad perfectionem humanæ naturæ pertinet uoluntas, quæ eſt naturalis eius potentia, ſicut & intellectus. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd filius Dei humanam uoluntatem aſſumpſit in natura. Per aſſumptionem autem humanæ naturæ nullam diminutionem paſſus eſt filius Dei in his quæ pertinent ad diuinam naturam, cui competit uoluntatem habere. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd in Chriſto ſunt duæ uoluntates: una ſcilicet humana, & alia diuina. Ibidem quæſt. 18. artic. 1. Et: Apoſtolus dicit ad Hebræ. 2. Nuſquam angelos apprehendit, ſcilicet filius Dei: ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Semen autem Abrahæ ſumptum eſt ex Adam. Ergo corpus Chriſti fuit formatum de materia ex Adam ſumpta. Ibidem quæſt. 31. Et: Chriſtus humanam naturam aſſumpſit, ut eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, niſi ſecundum quod imperfecta erat per originem uitiatam, quæ ex Adam deſcēdebat: & ideo conueniens fuit, ut carnem ſumeret ex materia ab Adam deriuata, ut ipſa natura per aſſumptionem curaretur. Tertia ſum. quæſt. 31. artic. 1. Item: Chriſtus non aſſumpſit carnem humani generis ſubiectam peccato, ſed ab omni infectione peccati mundatam. Ibidem artic. 7. Item: Opus conceptionis commune eſt toti trinitati, ſecundum tamen modum aliquem attribuitur ſingulis perſonis. Nam patri attribuitur autoritas reſpectu perſonæ filij, qui per huiuſmodi conceptionem ſibi aſſumpſit humanam naturam. Filio autem attribuitur ipſa carnis aſſumptio. Sed ſpiritui ſancto attribuitur formatio corporis, quod aſſumitur à filio. Nam ipſe ſpiritus ſanctus eſt ſpiritus filij, ſecundum illud Galat. 4. Miſit Deus ſpiritum filij, &c. Sicut autem uirtus animæ, quæ eſt in ſemine per Chriſtum, qui in ſemine includitur, format corpus in generatione aliorum hominum: ita uirtus Dei, quæ eſt ipſe filius, ſecundum illud 1. Corinth. 1. Chriſtum Dei uirtutem: per Spiritum ſuum corpus formauit, quod aſſumpſit. Et hæc etiam uerba angeli demonſtrant dicentis, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: quaſi ad præparandam & formandam naturam corporis Chriſti. Ibidem quæſt. 32. artic. 1. Et: Conceptio Chriſti tria priuilegia habet: ſcilicet quòd eſſet ſine peccato originali: quòd eſſet nō puri hominis, ſed Dei & hominis: item quòd eſſet conceptio uirginis. Et hæc tria habuit à ſpiritu ſancto. Ibidem articulo 4. Item: Beata uirgo eſt uera & naturalis mater Chriſti. Ibidem quæſt. 35. art. 3. Item: Vnigenitus Dei filius, ſuæ diuinitatis uolens nos eſſe participes, naturam noſtram aſſumpſit, ut homines Deos faceret factus homo. Et hoc inſuper quod de noſtro aſſumpſit, totum nobis contulit ad ſalutem. Corpus namque ſuum pro noſtra reconciliatione in ara crucis hoſtiam obtulit Deo patri. Sanguinem ſuum fudit in precium ſimul & lauacrum, ut redempti à miſerabili ſeruitute, à peccatis omnibus mundaremur. Thomas in offic. Corporis Chriſti, lectione prima. Et: Licet opera trinitatis ſint indiuiſa, tamen ſolus filius incarnatus eſt. Idem de humanitate Chriſti capite 1. Item: Chriſtus nullum defectum peccati aſſumpſit, nec originalis, nec actualis. Vnde dicitur 1. Pet. 2. Qui peccatum nō fecit, &c. Ibidem cap. 3. Et: Per hoc quòd Chriſtus humanam naturam aſſumptam in cœlo collocauit, dedit nobis ſpem illuc perueniendi: quia ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ. Ibid. cap. 23. Item: Triplex eſt Chriſti natiuitas: quarum una eſt æterna, quæ quantum ad nos, eſt occulta. Alia eſt ſpiritualis, qua ſcilicet Chriſtus oritur tanquam lucifer in cordibus noſtris, ut dicitur 2. Pet. 1. Tertia eſt Chriſti natiuitas temporalis & corporalis, ſecundum quam uiſibilis proceſsit nobis ex utero uirginali carne indutus. Tertia ſummæ, quæſt. 83. artic. 2. Et: Humanitas eſt ſicut quoddam organum diuinitatis eius, ut Damaſcenus dicit in 3. libro. Inſtrumentum autem non agit actionem agentis principalis propria uirtute, ſed uirtute agentis principalis. Et ideo humanitas Chriſti non cauſat gratiam propria uirtute, ſed uirtute diuinitatis adiunctæ, ex qua actiones humanitatis Chriſti ſunt ſalutares. Thomas 1. ſecundæ, quæſt. 132. artic. 1. Et: Licet filius Dei dicatur de Spiritu ſancto, & ex Maria uirgine incarnatus & conceptus: non tamen dicendum eſt, quòd ſpiritus ſanctus ſit pater hominis Chriſti, licet beata uirgo eius mater dicatur. Primò quidē, quia in beata Maria uirgine inuenitur totū quod pertinet ad matris rationem. Materiam enim miniſtrauit Chriſti conceptui Spiritu ſancto formandam, ut requirit matris ratio. Sed ex parte Spiritus ſancti non inuenitur totum quod

ad ratione͂ patris exigitur. Eſt enim de ratione patris, ut ex ſua natura ſibi filiū connaturale͂ producat. Vnde ſi fuerit aliquod agens, quod faciat aliquid non ex ſua ſubſtantia, nec producat ipſum in ſimilitudinem ſuæ naturę, pater ipſius dici nō poterit. Nō enim dicimus, quòd homo ſit pareſ eorum quę facit per artem, niſi fortè ſecundum metaphoram. Spiritus aute͂ ſanctus eſt quidem Chriſto connaturalis ſecundū diuinam naturam, ſecundum quam pater Chriſti non eſt, ſed magis ab ipſo procedens. Secundum autem naturam humanam, non eſt Chriſto connaturalis. Eſt enim alia natura humana & diuina In Chriſto. Neque in naturam humanam uerſum eſt aliquid de natura diuina. Relinquitur ergo, quòd Spiritus ſanctus pater hominis Chriſti dici non poſsit. In compend. Theolog. tract.2.cap.39. Item: Ad quæſtionem, An Chriſtus, ſi Adam non peccaſſet, fuiſſet incarnandus, ita reſpondet: Ea quæ ex ſola Dei uolūtate proueniunt contra omne debitum creaturæ, nobis innoteſcere non poſſunt, niſi quatenus in ſacra ſcriptura traduntur, per quam diuina uoluntas nobis innoteſcit. Vnde cum in ſacra ſcriptura ubiq; incarnationis ratio ex peccato primi hominis aſsignetur, conuenientius dicitur, incarnationis opus ordinatum eſſe à Deo in remedium contra peccatum, ita quòd peccato non exiſte͂te, incarnatio non fuiſſet, quamuis potentia Dei ad hoc non limitetur. Potuiſſet enim peccato non exiſtente incarnari. Thomas tertia parte ſummæ, quæſt.1.artic.3.

Albertus Magnus: Si Chriſtus homo uerus non fuiſſet, uerè humana non eſſet paſſus. Solatia etiam, niſi uerus homo fuiſſet, nullo modo quęſiuiſſet. Sed dormit ſecundum humanitate͂, & ſemper uigilat & inſomnis eſt ſecundum deitatem. Super 8. cap. Lucę. Et: Cauſa aſſumptionis fuit ſacramentum rede͂ptionis cum omnibus ad hoc pertinentibus & præordinatis à Deo. Dicitur autem aſſumptio, quia per paſsionem à patre in cœlum aſſumptus eſt. Ibid. cap.9. Item: Portauit uirgo Chriſtū, ſicut arbor fructum, ſuccum miniſtrans ad fructus formationem. Sup.11.cap.Luc. Item: In incarnatione ſunt tria, ſcilicet operatio aut actio, & operatū ipſum, & cui fit unio. Operatio aut actio indiuiſibiliter eſt trium perſonarū: operatum autem ipſum eſt corpus & anima coniuncta naturali coniunctione: cui autem unitur, ſolus filius eſt. Et ſic accipienda ſunt uerba Damaſceni: ſuperobumbrauit ſuper ipſam uirgine͂ Dei altiſsimi hypoſtocon, id eſt, hypoſtaſin habens Dei ſapientia & uirtus, qui filius Dei, & qui patris homouſios, id eſt, diuinū ſperos, id eſt ſemen, & confixit uel cōſtrinxit ſibi ipſi ex caſtis & puriſsimis ſanguinibus carnem animatā rationali & intellectuali anima primitias noſtrę maſſæ nō ſeminaliter, ſed cōditione per Spiritum ſanctum. Sup.3.Sent.diſt.1. Et: Chriſtus adſumpſit corpus & animam coniuncta. Corpus autem & anima coniuncta ſunt homo. Ergo Chriſtus adſumpſit hominem. Ibid. diſt.6.

Item: Ad ſimilitudine͂ hominum in forma hominis factus operatione Spiritus ſancti omnia impleuit, quando omnibus electis formam ſuam per ſpiritū adoptionis indidit, donec omnes occurramus in uirum perfectum, in menſuram plenitudinis Chriſti. Super Ioh. cap.3. Et: Chriſtus ſimilitudinem habuit in forma humana cum uenenatis, nihil tamen habuit ueneni ſeu peccati. Ibid. cap.3. Ite͂: Chriſtus ſimilitudinem habuit carnis peccati, & tamen antidotum fuit contra peccatum. Ibidem. Et: Chriſtus uenit de altitudine naturę noſtræ in paradiſo. Quia carnem accepit immunem à peccato: pœnalitatem autem uoluntariè aſſumpſit: & ideo dicitur, quòd Chriſtus non ſecundum legem concupiſcentiæ, ſed ſecundum corpulentam ſubſtantiam tantùm deſcēdit de Adam. Ibid. Et: Corpus Chriſti quædā habet in quantum eſt corpus, quædam autem in quantum unitum diuinitati. Ibid. Item: Suſcepit omnia quæ infirmitatis noſtrę ſunt, abſq; peccato, ut nos à peccato liberaret. Inuenimus enim in Scriptura aliquando fortem, aliquando infirmum. Fortitudo Chriſti te creauit, infirmitas Chriſti te recreauit. Fortitudo Chriſti fecit, ut eſſes quod non eras: infirmitas Chriſti fecit, ut quod erat non periret. Ibid. ca.4. Et: Per hoc quòd homo factus eſt, quod non erat aſſumpſit, ſed diuinitatem non amiſit, nec cum humanitate commiſcuit. In Ioh. ca.5. Item: Hoc enim eſt gaudium & finis incarnationis & legationis eius, ut omnes ueniant ad eum. Ibid. cap.6. Et: Factus dicit, quia factio actiuè eſt à principio agente extrinſecus, quod de ſubſtantia ſua nihil ponit in facto: & ſic Spiritus ſanctus egit in conceptu filij Dei, & ideo non eſt pater eius ſecundum carnem. In prolog. Hieron. ſuper Matth. Et: Quod enim in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt. In ea natum eſſe dicitur, quia in cæteris mulieribus, quod in eis naſcitur, ex eis naſcitur, & de eo quod eſt mixtum eis, quia de ſemine uiri. Sed in beata uirgine, quod in ea natum eſt, ex ea materialiter natum eſt, ſed non de ea poteſtatiuè, ſed poteſtate Spiritus ſancti. Super Matth. capite 1. Et:

Quidam

Quidá quæſtionibus uanis quærunt: Quare nó aſſumpſit Ieſus naturam noſtram in ſexu fœmineo? Ad hoc dicendum, quòd fœmina non eſt principium hominis, ſed maſculus, ex quo tota natura humana producta eſt. Ibid. Et: Patet Chriſtum aſſumpſiſſe naturam humanam. In Matth. ca. 12.

Item: Secundum humanam naturam nihil adijcitur mihi ab homine, quia ab inſtanti conceptionis meæ plenus ſum gratia & ſapientia, & ſpiritum accepi non ad menſurá. In Iohan. cap. 5. Item: Chriſtus ſine uirili ſemine natus eſt, & ideo nó hominú, ſed hominis filius eſt. In Iohan. ca. 1.

Ægidius: In lege ſcripta hęc fuerunt diſtincta & ſpecificata, de qua genre deberet naſci propheta & mediator noſter, quia de gente Iudaica, iuxta illud: Prophetam ſuſcitabit uobis Dominus de fratribus ueſtris. Et in quo loco, quia in Bethlehé, iuxta illud: Et tu Bethlehem in terra Iuda, &c. ex te egredietur dux, &c. Et de qua familia, quia de uirgine, iuxta illud: Ecce uirgo cócipiet, &c. lib. 2. Hexam. cap. 41. Item: Si corpus Chriſti per aliam formá eſt corpus, & per aliam uiuit, ita quòd per aliam formam ſit in genere, per aliam in ſpecie: cum genus de ſua ſpecie prædicetur, uerum eſt dicere, quòd Chriſtus eſt homo, ita uerum erat quòd Chriſtus erat corpus. In quæſt. de gradibus formarum.

Chriſtus in alijs. Innocétius: Cum Chriſtus ſecundú naturam diuinam tribus modis exiſtat, in omnibus per eſſentiam, in ſolis iuſtis per gratiam, in homine aſſumpto per unionem: uoluit ut idem ipſe ſecundum humanam naturam tribus modis in rebus exiſteret, localiter in cœlo, perſonaliter in uerbo, ſacramentaliter in altari. lib. 4. myſter. cap. 44.

De unione duarum naturarum in Chriſto inquit Alexander: Caro illa fuit aſſumpta in unitate perſonæ. Vnde Chriſtus uniebatur illi carni nobiliſsima unione, nec in illa unione congruebar ur eſſet principium alia natura quàm diuina cui uniebatur, ſed ab eo moueretur & formaretur cui uniebatur. parte 1. quęſtione 74. memb. 4. Item: Similitudo dupliciter attenditur inter aliqua. Aut ſecundum formam communem participatam ab illis: & hoc modo nó eſt ſimilitudo aliqua inter naturam diuinam, & humanam creaturá. Vel ſecundum conuenientiam proportionis unius ad alterum: & hoc dupliciter. uno modo comparádo duo ad tertium: & hoc modo iuſticia increata & creata conueniunt, ſed non in aliqua forma communi genere uel ſpecie: quia iuſticia increata eſt ſubſtantia diuina, iuſticia uerò creata eſt qualitas. Sed cóueniunt in habitudine ad eundem effectum, qui eſt reddere unicuique quod ſuum eſt. Alio modo attenditur hæc ſimilitudo, comparando unum ad alterum: ut ſi dicam, Deus eſt bonus, creatura eſt bona: bonitas increata eſt bonitas per eſſentiam, ſcilicet ipſe Deus, & ad hanc ordinatur bonitas creata. Hoc ergo quod dico ordinari ad illam, facit conuenietiam & ſimilitudinem bonitatis creatæ ad increatam. Non tamen eſt dicendum, quòd bonitas increata ſit ſimilis bonitati creatæ, ſed econuerſò: quia nunquam determinatur ſimilitudo reſpectu alicuius deterioris, ſed reſpectu maioris uel æqualis. Sicut ergo domus in opere ſimilis eſt domui uel arti in mente, eo quòd facta eſt & ducta in eſſe ſecundum illam, ſed non dicitur econuerſò ars ſimilis domui: ita creatura ſimilis dicitur creatori, quia eſt ordinabilis illi, & non econuerſò. quæ ſimilitudo attenditur in ordine uel habitudine unius ad alteram, & ex hoc ſunt unibiles. parte 3. quæſt. 2. memb. 1. Item: Natura diuina nullo modo eſt unibilis: quia quod eſt unibile hoc modo, eſt potétiale reſpectu maioris perfectionis: quia ergo nó eſt potétiale, quòd potentia Dei perficiatur ex actu incarnationis, propter hoc non eſt ponere ſecundum uiam iſtam naturam diuinam unibilem. Si autem loquimur de potentia actiua, ſic natura diuina eſt unibilis humanæ, quia in Deo eſt potétia actiua, ut ſibi uniat naturam humanam. Vnibile igitur dicitur de natura diuina ſecundum potentiam actiuam, ſcilicer quòd poſsir ſibi unire naturam creatam. De natura uerò humana dicitur ſecundum potentiam paſsiuam, eo quòd poſsit uniri: & in hoc fuit ſumma oſtenſio & manifeſtatio ſuæ potentiæ. Ponatur enim quòd non poſsit uniri actiuè naturæ humanæ, hoc non diceretur eſſe perfectionis in Deo. Et ſic procedendum eſt, quòd natura diuina & humana ſunt unibiles. Ibid. memb. 2. Item: Circa iſtam ſanctiſsimam materiam nihil eſt temerè aſſerendum, quamuis Anſelmus dicat 2. lib. Cur Deus homo, &c. Quòd plures perſonæ non poſſunt unum eundemq; hominem aſſumere, quia neceſſe eſt in una perſona unionem fieri: tamen dicendum ſine præiudicio, quòd cum dicitur unus & idé homo, poſſunt ſupponi una & eadem perſona, uel unum indiuiduum. Differentia enim eſt inter indiuiduum & perſonam. perſonam enim dicút rem ſummè diſcretam, uel diſtinctam proprietare digniori: & inde eſt, quòd nullo modo poteſt unus & idem homo, qui ſit perſona uel aſſumpta in unitatem perſonæ, aſſumi à tribus

perſonis:quia perſonalitas dignioris proprieratis non poteſt eſſe ex parte humanę naturæ,nec etiam ex parte diuinarũ perſonarũ,cum ſint tres perſonæ.Er ideo relinquitur, quòd à tribus perſonis non poteſt aſſumi unus & idẽ homo in unitaté perſonę,ſicut nec eſt poſsibile tres perſonas poſſe confundi.Si uerò unus & idẽ homo ſupponat indiuiduum,ſcilicet cõpoſitum hoc ſingulare ex anima & corpore, ſecundum hunc modũ poſſet concedi,quòd tres perſonę poſſent aſſumere & cõmunicare unũ & eundũ hominem,ut indiuiduũ. Cuiuſmodi autem ſit illa communicatio, nõ eſt hominis definire. Ad primũ ergo obiectũ dicimus,quòd in creatione intelligitur unum ſolũ,& illud eſt actio,& habet ſe uniformiter ad totam trinitaté. Sed in incarnatione duo intelliguntur,ſcilicet actio & unio.Quod ergo actionis in incarnatione, uniformiter ſe habet ad totam trinitatem, ſicut & creatio.Vnde ſicut tota trinitas creat, ita tota trinitas operata eſt incarnationé.Sed pręter actionem adhuc intelligitur unio uel relatio ad carné,ratione cuius ſuperadditi nõ cõuenit fieri in pluribus perſonis.Ibid.memb.4. Iré:Natura humana & diuina non conueniunt genere nec ſpecie, tamen ſunt in ſimilitudine ſecundum aliquem modum:non quia diuina natura aſsimiletur corpori, ſed magis quia ipſa natura corporea aſsimilatur diuinæ ſecundum aliquam ſimilitudiné,quia eſt cõdita iuxta exẽplar diuinæ ſapiẽtiæ:& præterea eſt in participatione bonitatis diuinę ſecũdum aliquem gradũ,& ipſius bonitatis ueſtigium.Ibi.qu.4.memb.4. Et:Dicẽdum ergo, quòd plures naturæ ſint in Chriſto, non tamẽ pręԁicãtur de Chriſto in rectitudine,hoc eſt,dicere ut Chriſtus ſit ipſius naturę,& hoc quantum eſt ex parte humanę naturæ: quia ex parte diuinæ non differt natura & res naturę,quia perſona eſt eſſentia:nec differt etiam hoc dicere eſſe hoc,& hoc eſſe huius, quia perſona eſt diuina eſſentia,& perſona eſt diuinæ eſſentiæ. Sed ex parte humanæ naturæ differt. Falſum enim eſt,Chriſtus eſt humana natura:& tamen uerũ eſt,Chriſtus eſt humanę naturę, uel habens naturam humanã. Quia ergo nõ pręԁicatur per eſſentiã natura humana de perſona, ſcilicet de Chriſto,ſed per cauſam,nõ dicitur Chriſtus plura proprer pluralitatem perſonarũ:quia ea quę dicuntur in obliquitate,non numerãt. Ex prædictis ergo rationibus non ſequitur,quòd Chriſtus ſit plura,ſed quòd ſit pluriũ: ſicut non ſequitur ex parte hominis,quòd quamuis ſit corpus & anima cõiuncta, & anima eſt unum, & corpus eſt unum,ergo homo eſt plura.Ad autoritates uerò obiectas dicendum,quòd intelligũtur per cauſam. unde cũ dicitur aliud & aliud eſſe Chriſtus, debet exponi,alius & alius naturę, ſcilicet diuinæ & humanę.Ibid.qu.6.memb.2.art.1. Et: Quando aliqua duo uniuntur ſeruata natura utriuſq;,& ſine mutatione utriuſq; naturæ: alio modo, quando non ſeruatur utraq; natura.Ibid.quæſt.7.memb.1.art.1. Item:In Chriſto ſit gratia unionis humanitatis ad diuinitaté: & ratio huius eſt, quia non eſt poſsibile ipſi creaturę humanę per donum cõditionis naturæ,quòd eleuetur & diſponatur ad diuinam unioné, & ideo neceſſaria eſt ei gratia,quę eleuet & diſponat ipſam ad unioné diuinã:hanc auté gratiã,dicimus gratiã unionis. Ibi.q.11.mẽb.1. Item:Sicut ergo in corpore Petri per unionem ad ſubſtantiam perpetuam,quæ erat eius anima habens etiam gratiã,relinquebatur poteſtas in corpore Petri ad reſurrectioné ad gloriam:eodẽ modo in Domino Ieſu gratia unionis, qua beata eius anima uniebatur diuinitati,relinquebat in corpore eius ab anima ſua,quæ erat perpetua & gratioſa omni plenitudine gratię,poſsibilitaté ad eſſe perpetuũ & glorioſum, & ad diuinam unioné. Abſtracta uerò anima,nõ abſtrahitur impreſsio, quæ eſt ab anima in corpore.Vnde in corpore Chriſti manet diſpoſitio ad diuinã unionem ſeparata anima,per quã diſpoſitioné manet unio corporis ad diuinitaté:quia quęlibet materia ſortitur proprietaté & diſpoſitioné ſuę formę. Et ita anima Chriſti ſeparata à corpore in triduo, illud quod ex anima erat,ſcilicet impreſsio, fuit mediũ, uel diſpoſitio unionis corporis ad diuinitaté.Ibi. Et:Vna perſona eſt in duabus naturis,ideo proprietates utriuſq; naturę cõueniunt perſonę:& erit dicere, Deum mortalé & immortalé,Deum paſſum & non paſſum,ratione perſonę,& huiuſmodi.Ibi.qu.19.memb.2.

Innocentius:Oportuit,ut ex illo genere carnem aſſumeret, quod uoluit per aſſumptam carnem curare. Sermo.1. de aduent. Dom. Item:Secundũ natiuitaté diuinam conceptum de patre,ſecundũ natiuitatem humanam natum ex matre,ſecũdum gratuitã natiuitatem ſcriptũ in mente.De patre naſcitur ęternaliter,de matre tẽporaliter,in mente ſpiritualiter.Æternaliter conceptus de diuinitatis arcano,temporaliter profertus ex matris utero,ſpiritualiter ſcribitur digito Dei. Serm.1. de natiuit. Chriſti. Et:Verbũ caro factũ eſt quatuor ex cauſis:ut ſuperbos humiliaret,ut inimicos reconciliaret, ut ſeruos redimeret, ut amicos nutriret.Ibid. Et:Sicut anima rationalis & caro unus eſt homo: ita Deus & homo

homo unus eſt Chriſtus.Serm.2.de natiu. Chriſti. Item: Sicut tres ſubſtantias in Chriſto fides catholica cõfitetur, &c. ita tres in ipſo natiuitates ſcriptura ſacra teſtatur:diuinam ex patre,carnalem ex matre,ſpiritualem in mẽte.Ibid.ſer.3. Item: Tres in Chriſto ſunt uniones, quibus diuinitas & humanitas Chriſti coniunguntur: unio carnis ad animam, unio diuinitatis ad carnem, unio diuinitatis ad animam. Quidam autem quartam unionem aſsignant, uidelicet Deitatis ad compoſitum ex anima ſimul & carne. lib.2.myſt. Miſſ. cap.17. Et:Cum in Chriſto ſint tres unitæ ſubſtantiæ,uidelicet, diuinitas, corpus & anima:duæ tantùm,id eſt,corpus & anima,fuerunt in morte diuiſæ. Nam diuinitas à natura eſt ſeparata. lib.5.cap.9.myſt. Miſſæ. Item:Tres uniones in Chriſto,diuinitatis ad animã,diuinitatis ad carnem, & carnis ad animam.Ibid.lib.6.cap.6.

Bonauentura ait: In fine ſeculorũ,quando uenit plenitudo tẽporis per legem naturæ & ſcripturæ poſt patriarchas & prophetas,quibus & per quos fuit incarnatio repromiſſa, dignatus eſt filius Dei incarnari propter homines redimendos: & tũc angelo nuncianti Mariæ uirgini incarnationis myſterium percipiendũ in ipſa uirgo credidit,appetijt & conſenſit,& deſcendit Spiritus ſanctus ſuper eam ad ſanctificandum & fœcundandum, cuius uirtute uirgo concepit Dei filium, quem uirgo peperit,& poſt partum uirgo manſit.Concepit non ſolùm carnem, uerùm etiam carnem animatam & uerbo unitam, & nulli peccato obnoxiam, ſed omnino ſanctam & immaculatam,ratione cuius dicitur mater Dei & uirgo Maria. Hanc autem incarnationem tota trinitas fuit operata, per quam quidem incarnationem facta eſt aſſumptio carnis à diuinitate, & unio diuinitatis cum carne uiuifica ſpiritu rationali ſecundum potentiam uegetandi,ſentiendi & intelligendi. In hac autem incarnatione non facta eſt unio in uirtute naturæ, ſed perſonæ:non humanæ,ſed diuinæ:nõ aſſumptæ,ſed aſſumẽtis:non perſonæ cuiuslibet,ſed ſolius perſonæ uerbi.Hęc uerò unio tanta fuit,ut faceret Deum hominem, & hominem Deum: ita quòd quicquid dicitur de filio Dei per naturam, dicitur de filio hominis per gratiam,& econtrà, exceptis his in quibus exprimitur unio & includitur negatio. Non enim poteſt dici, quòd humana natura diuinã naturã aſſumpſerit,uel ſibi unierit, ſed quòd aſſumpta fuerit & unita. Similiter non poteſt dici, quòd filius Dei incœperit eſſe. Hoc enim negatur de aſſumente,ſed uerè dicitur de aſſumpto. In 3.parte Centiloquij,cap.27.

Thomas ait:Humanæ naturæ in Chriſto ipſum uerbum abſq; menſura plenariè eſt unitum,ut ſic per ſpiritum, qui non eſt ad mẽſuram datus, ipſum Dei uerbum intelligatur. In ſumma de ueritate, materia 29.quæſt.3. Item:Deus & homo unus eſt Chriſtus. Vndè per hoc quòd Chriſtus eſt caput ſecundum humanitatem & ſecundum diuinitatem, non ſequitur quòd Eccleſia duo habeat capita. Ibid.quæſt.4. Et:Ex vnione ad uerbum anima Chriſti non eleuatur ultra limites creaturæ.Vnde nec ſcit infinita,nec habens uirtutem infinitam per ſe: quamuis infinita cognoſcat. Cognoſcit enim illa infinita, finita efficacia.Ibid.mater.20.quæſt.4. Item: Chriſtus eſt ſimplex ſecundum diuinam naturam,compoſitus autem ſecundum humanam naturam.In diſputatis quæſtionib.in quæſt.unica de unione uerbi,art.2. Item: Humana natura unita eſt uerbo,non quidem accidentaliter,neq; etiam eſſentialiter, quaſi pertinens ad diuinam naturam uerbi:ſed ſubſtantialiter,id eſt,hypoſtaticè,quaſi pertinens ad uerbi hypoſtaſin uel perſonam.Ibid.artic.1. Item:Hęc autem fides de Deo trino & uno, fuit antiquorũ & nouorum. Super Apoc.cap.4. Et:Licet ipſe,in quantum Deus,ſit per naturam patri æqualis:tamen ipſe eſt homo per uictoriam paſsionis. innuit manifeſtationẽ æqualitatis,quam ipſe exiſtens in humanitate habuit ad patrem.Super Apocalyp. cap.3. Item:Deus eſt,licet paſſus & mortuus ſecundum carnem fuerit. Ibid.cap.5. Item: Vbicunque eſt Chriſtus, eſt ſpiritus Chriſti: ſicut ubicunq; eſt pater,eſt filius. Opuſc.1.cont.error.Gręcor.cap.13. Item: Cùm dicimus Deum hominem fieri, non ſic accipiendum eſſe,ut Deus conuertatur in hominem, ſicut aër fit ignis, cum in ignem cõuertitur.Immutabilis enim eſt Dei natura. Corporea autem ſunt, quæ inuicem conuertuntur. Spiritualis autem natura in corpoream non cõuertitur,ſed poteſt ei aliqualiter uniri propter efficaciam ſuæ uirtutis,ſicut anima unitur corpori.Et licet humana natura ex anima conſtet & corpore,anima autem non corporeæ, ſed ſpiritualis naturæ ſit: ſicut ergo ſpiritualis natura unitur corpori per efficaciam ſuæ uirtutis,ita Deus poteſt uniri tam ſpirituali quàm corporali. & ſecundum hunc modum dicimus Deum humanæ naturæ fuiſſe unitum.Ibid.opuſc.2.cap.6. Et: Chriſtiana fides circa duo præcipuè uerſatur: circa diuinitatem trinitatis,& circa humanitatem Chriſti.idem in compend.Theol.

tractat.2.cap.1. Item: Si conſideremus ipſum Chriſtum, ut quoddam integrũ ſuppoſitum duarum naturarũ, eius erit unum tantùm eſſe, ſicut & unum ſuppoſitum. Quia uerò operationes ſuppoſitorũ ſunt, uiſum eſt aliquibus, quòd ſicut in Chriſto non eſt niſi unum ſuppoſitum, ita nõ eſſet niſi una operatio: quod non rectè conſiderauerunt. Nam in quolibet indiuiduo reperiuntur multę operationes, ſi ſunt plura operationum principia: ſicut in homine alia eſt operatio intelligendi, alia ſentiendi, per differẽtiam ſenſus & intellectus: ſicut in igne alia eſt operatio calefactionis, alia aſcenſionis, per differentiam caloris & leuitatis. Natura autem comparatur ad operationem ut eius principium. Non ergo eſt una operatio in Chriſto per unum ſuppoſitum, ſed duæ propter duas naturas: ſicut econuerſò in ſancta trinitate eſt una operatio trium perſonarum per unam naturã. Participat tamen operatio humanitatis in Chriſto aliquid de operatione uirtutis diuinæ. Omnium enim eorum quæ conueniunt in unum ſuppoſitum, ei quod principalius eſt cętera inſtrumentalitèr deſeruiunt, ſicut cęteræ partes hominis ſunt inſtrumẽta intellectus. Sic igitur humanitas in Chriſto quaſi quoddam organum diuinitatis cenſetur. Patet autem, quòd inſtrumẽtum agit in uirtute principalis agentis, ſicut per actionem ſecuris fit arca, in quantum ſecuris dirigatur ab artifice: ita ergo & operatio humanæ naturæ in Chriſto quandam uim ex deitate habeat ſecundũ uirtutem humanam. Quòd enim tãgeret leproſum, humanitatis actio fuit: ſed quòd actus ille curaret à lepra, ex uirtute diuinitatis procedebat. Et per hunc modũ omnes eius actiones & paſsiones humanæ, uirtute diuinitatis ſalutares fuerũt. In compend. Theolog. tract.2.cap.28. Item: Vertitur à quibuſdam in dubium de filiatione, an ſit una tantùm in Chriſto propter unitatem ſuppoſiti, uel duæ propter dualitatem natiuitatis. Videtur autem quòd ſint duæ: quia multiplicata cauſa, multiplicatur effectus. Eſt autem cauſa filiationis natiuitas. Cum igitur ſint duæ natiuitates Chriſti, conſequens uidetur, quòd etiã ſint duæ filiationes. Nec obſtat, quòd filiatio eſt relatio perſonalis, id eſt, perſonam conſtituens. Hoc enim uerum eſt de filiatione diuina. Filiatio uerò humana nõ conſtituit perſonam, ſed accidit perſonæ conſtitutæ. Similiter etiam non obſtat, quòd homo una filiatione refertur ad patrem & matrẽ, quia eadem natiuitate naſcitur ab utroq; parente, &c. Sic cum Chriſtus non eadem natiuitate naſcatur ex patre & matre, duæ filiationes reales in eo eſſe uidentur propter duas natiuitates. Sed eſt aliud quod obuiat propter hoc, quòd non poſſunt eſſe filiationes reales in Chriſto. Non enim omne quod naſcitur ex aliquo, filius eius dici poteſt, ſed ſolum completum ſuppoſitum. Manus enim alicuius non dicitur filia, &c. ſed totum ſingulare. Proprium igitur ſubiectum filiationis eſt ipſum ſuppoſitum. Oſtenſum eſt autem, quòd in Chriſto non eſt aliud ſuppoſitum quàm increatum, cui non poteſt ex tẽpore aliqua realis relatio aduenire. Oportet igitur, quòd filiatio, qua ſuppoſitũ æternum filij refertur ad uirginem matrem, non ſit relatio realis, ſed reſpectu rationis tãtùm. Nec propter hoc impeditur, quia Chriſtus ſit uerè & realiter filius uirginis matris, quia realiter ab ea natus eſt: ſicut etiã Deus uerè & realiter eſt Dominus creaturę, quia realem habet potentiam creandi creaturam, & tamẽ dominij relatio ſolùm ſecundum relationẽ Deo attribuitur. Si autem in Chriſto eſſent plura ſuppoſita, nihil prohiberet ponere in Chriſto duas filiationes, quia filiationi tẽpore ſubijceretur ſuppoſitum creatum. Ibid. Et: Filius creaturam uiſibilem, in qua apparuit, in unitatẽ perſonæ aſſumpſit, ſicut quod de illa creatura dicitur, de filio Dei dici poſsit. Et ſic ratione naturæ aſſumptæ filius dicitur minor patre. Sed Spiritus ſanctus non aſſumpſit creaturam uiſibilem, in qua apparuerit in unitate perſonæ, ut quod illi conuenit, de illo prædicetur: unde nõ poteſt dici minor patre propter uiſibilem creaturam. prima parte ſum. quęſt.43.art.7. Et: Si humana natura uerbo Dei non unitur in perſona, nullo modo ei unitur: & ſic tollitur incarnationis fides, quod eſt ſubruere totam Chriſtianam fidem. Quia ergo uerbum habet naturam hũmanam ſibi unitam, non autem ad ſuam naturã diuinam pertinentem: conſequens eſt, quòd unio ſit facta in uerbi perſona, non autem in natura. Ibid. quæſt.2.artic.2. Et: Verbum Dei aſſumpſit humanam naturam non in uniuerſali, ſed in atomo, id eſt, in indiuiduo, ſicut Damaſcenus: alioquin oporteret, quòd cuilibet homini conueniret eſſe Dei uerbum, ſicut conuenit Chriſto. Sciendum eſt tamen, quòd non quodlibet indiuiduum in genere ſubſtantiæ etiam in rationali natura haberet rationem perſonæ, ſed ſolum illud quod per ſe exiſtit, non autem quod exiſtit in alio perfectiori. Vnde manus ſortis, quamuis ſit quoddam indiuiduum, non tamen eſt perſona: quia non per ſe exiſtit, ſed in quodam perfectiori, ſcilicet in ſuo toto. & hoc etiam poteſt ſignifi-

ſignificari in hoc, quòd perſona dicitur ſubſtantia indiuidua. Non enim manus eſt ſubſtantia, ſed pars ſubſtantiæ. Licet ergo humana natura ſit quoddam indiuiduum in genere naturæ: quia tamé per ſe ſeparatum exiſtit, ſed in quodá perfectiori, ſcilicet in perſona Dei uerbi: conſequés eſt, quòd nõ habeat perſonalitatem propriá, & ideo facta eſt unio in perſona. Tertia par. ſum. quęſt. 2. artic. 2. Item: Perſona ſiue hypoſtaſis Chriſti dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecundum illud, quod eſt in ſe: & ſic eſt omnino ſimplex, ſicut & natura uerbi. Alio modo ſecundú rationé perſonæ uel hypoſtaſis, ad quam pertinet ſubſiſtere in aliqua natura: & ſecundum hoc perſona Chriſti ſubſiſtit in duabus naturis. Vnde licet ſit ibi unũ ſubſiſtens, eſt tamé ibi alia & alia ratio ſubſiſtendi: & ſic dicitur perſona compoſita, in quantũ unum duobus conſiſtit. Ibidé artic. 4. Item: Corpus non dicitur animatũ, niſi ex unione animæ. Sed corpus Chriſti dicitur animatũ, ſecundum illud quod Eccleſia cantat, Animatũ corpus ſumens de uirgine naſci dignatus eſt. Ergo in Chriſto fuit unio animæ & corporis. Ibidé artic. 5. Et: Diuina natura dicitur unita, non auté aſſumpta. Ibid. artic. 8. Item: Indifferenter dicitur, quòd humana natura eſt unita diuinæ, & econuerſò. Non autem dicitur diuina natura aſſumpta ab humana, ſed ecõuerſò: quia diuina natura adducta eſt ad perſonalitaté diuiná, ut ſcilicet perſona diuina in humana natura ſubſiſtat. Ibidem. Et: Perſona patris uniuit naturam humaná filio, non auté ſibi. Ibidem. Et: Non ponimus, quòd ante unioné fuerit purus homo (Chriſtus) & poſtea per meritum bonæ uitæ obtinuerit eſſe filius Dei, ſicut poſuit Photinus: ſed ponimus, quòd à principio ſuæ cõceptionis ille homo uerè fuit filius Dei, utpote non habés aliam hypoſtaſin, quàm filij Dei, ſecundũ illud Lucæ 1. Quod ex te naſcetur ſanctũ. Ibid. artic. 11. Item: Natura dicitur incarnata eſſe, ſicut & aſſumens, ratione perſonæ ad quam terminata eſt unio. Non autem eſt cõmunis tribus perſonis. Dicitur autem tota natura diuina incarnata, non quia ſit incarnata in omnib. perſonis, ſed quia nihil deeſt de perfectione diuinæ naturæ perſonæ incarnatæ. Ibid. quæſt. 3. artic. 4. Et: Diuinitas unita eſt humanitati Chriſti ſecundum perſonam, non ſecundum eſſentiam uel naturam: ſed tamen in unitate perſonæ remanet diſtinctio naturarum. Tertia ſum. quæſt. 9. artic. 2. Item: Sic facta eſt unio naturarũ in perſona Chriſti, quòd proprietas utriuſque naturæ inconfuſa manſerit, ita ſcilicet, quòd increatum manſerit increatum, & creatum manſerit infra limites creaturæ, ſicut Damaſcenus dicit in tertio libro. Ibidem quæſt. 10. articulo primo. Et: Nec in unione, quę eſt ſecundum eſſe perſonale, natura humana comprehendit Dei uerbum, ſiue naturam diuinam: quæ quamuis tota unita fuerit humanæ naturæ in una perſona filij, non tamen fuit tota uirtus diuinitatis ab humana quaſi circumſcripta. Ibidem. Et: Natura diuina & humana quáuis ſint maximè diſtantes, tamen conueniunt per incarnationis myſterium in uno ſuppoſito, cui neutra illarum ineſt per accidens, ſed per ſe. & ideo hæc propoſitio, Deus eſt homo, non eſt neque in natura remota, neque in natura contingenti, ſed in natura naturali: & prædicatur homo de Deo non per accidens, ſed per ſe, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, non quidem ratione formæ ſignificatæ per hoc nomen Deus, ſed ratione ſuppoſiti, quod eſt hypoſtaſis humanæ naturæ. Ibidem quæſtione 16. articulo primo. Et: In myſterio incarnationis non eſt eadem natura diuina & humana, ſed eadem eſt hypoſtaſis utriuſque naturæ: & ideo ea quæ ſunt unius naturæ, non poſſunt de alia prædicari, ſecundum quod in abſtracto ſignificantur. Nomina uerò concreta ſupponunt hypoſtaſin naturæ, & ideo indifferenter prædicari poſſunt ea quæ ad utramque naturam pertinent, de nominibus concretis. Sed illud nomen, de quo dicuntur, decet intelligere utramq; naturam, ſicut hoc nomen Chriſtus, in quo intelligitur ungens diuinitas, & humanitas uncta: ſiue ſolùm diuinam naturam, ſicut hoc nomen Deus, uel filius Dei: ſiue ſolùm humanam naturam, ſicut hoc nomen homo, uel Ieſus. Vnde Leo papa dicit in epiſtola ad Palęſtinos: Non intereſt, ex qua Chriſtus ſubſtantia nominetur, cùm inſeparabiliter manente unitate perſonæ, idem ſit & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter uná cum patre deitatem. Tertia ſummæ, quæſtione 16. articulo 5. Et: Incarnatio magis importat unionem ad carnem, quàm carnis proprietatem. Vtraque autem natura in Chriſto unita eſt alteri in perſonæ ratione, cuius unionis & natura diuina dicitur incarnata, & humana natura deificata. Ibidem: Et: In Chriſto ſunt duæ naturę, diuina ſcilicet & humana: quarum unam accepit ab æterno à patre, alterá accepit tẽporaliter à matre. Et ideo neceſſe eſt Chriſto attribuere duas natiuitates, unam, qua æternaliter natus eſt à patre: aliam, qua temporaliter

natus eſt à matre. Tertia ſummę, quęſt.35. artic.2. Item: Quamuis Chriſtus non eſt dicendus compoſitus ex diuinitate & humanitate: tamē per aſſumptionem humanitatis, & per unionē ipſius filij Dei cum homine, ſunt duæ naturæ in una perſona diuina: ſicut per compoſitionem animæ & corporis ſunt duæ naturæ, ſcilicet corporalis & ſpiritualis, in uno homine. Thomas de Sacramento Eucha. cap.8. Item: Subiectum & accidens non ſic uniuntur, ut ex eis aliquod tertium cōſtituatur. Vnde ſubiectum in tali unione non ſe habet ut pars: ſed eſt integrum quoddam, quod eſt perſona, hypoſtaſis & ſuppoſitum. Accidens autem trahitur ad perſonalitatem ſubiecti, ut ſit perſona eadem hominis & albi, & ſimiliter eadē hypoſtaſis, & idem ſuppoſitum. Sic igitur ſecundum ſimilitudinem quandā, perſona, hypoſtaſis & ſuppoſitum filij Dei, eſt perſona, hypoſtaſis & ſuppoſitum humanæ naturæ in Chriſto. Vnde quidam propter huiuſmodi ſimilitudinem dicere præſumpſerunt, quòd humana natura in Chriſto degenerat in accidens, & quòd accidētaliter filio Dei uniretur, ueritatem à ſimilitudine non diſcernētes. Idem in compend. Theolog. tracta. 2. cap.27. Et: Tota fides Chriſtiana circa diuinitatem & humanitatem Chriſti uerſatur. In tractat. de artic. fidei cap.1. Et: Quidam ignorantes habitudinem hypoſtaſis ad perſonam, licet concederent in Chriſto unam ſolam perſonam, poſuerūt tamen aliam hypoſtaſin Dei, & aliam hominis, ac ſi unio ſit facta in perſona, non in hypoſtaſi. quod quidē apparet erroneum tripliciter. 1, ex hoc quòd perſona ſuper hypoſtaſin non addit niſi determinatam naturam, ſcilicet rationalem: ſecūdum quod Boëtius dicit in libro de duabus naturis, quòd perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: & ideo idem eſt attribuere propriam hypoſtaſin humanæ naturæ in Chriſto, & propriam perſonam. Quod intelligētes ſancti patres, utrumq; in concilio 5 apud Conſtantinopolim celebrato damnauerunt, dicentes: Si quis introducere conetur in myſterio Chriſti duas ſubſiſtentias, ſeu duas perſonas, anathema ſit. Nec enim abiectionē ſubſiſtentię uel perſonę ſuſcipit ſancta trinitas, incarnato uno de ſancta trinitate Deo uerbo. Subſiſtētia autem idem eſt quod res ſubſiſtens, quod eſt proprium hypoſtaſis, ut patet per Boëtium in lib. de duabus naturis. 2, quia detur, quòd perſona aliquid addat ſupra hypoſtaſin, in qua poſsit fieri unio, hoc nihil aliud eſt, quàm proprietas ad dignitatem pertinens: ſecundum quod à quibuſdam dicitur, quòd perſona eſt hypoſtaſis proprietate diſtincta ad dignitatem pertinente. Si ergo unio ſit facta in perſona, & non in hypoſtaſi: conſequens erit, qnòd non facta ſit unio niſi ſecundum dignitatem quandam. Et hoc eſt, approbante Synodo Epheſina, damnatū à Cyrillo ſub his uerbis: Si quis in uno Chriſto diuidit ſubſtantias poſt adunationem, ſola copulans eas coniunctione quæ ſecundum dignitatem quandam, uel autoritatem quandam eſt, uel ſecundum potentiā, & non magis concurſu ſecūdum adunationem naturalem, anathema ſit. 3, quia hypoſtaſis, cui attribuuntur proprietates & operationes naturæ, & ea etiam quæ ad naturæ rationem pertinēt in cōcreto. Dicimus enim, quòd hic homo ratiocinatur, & eſt riſibilis, & eſt animal rationale: & hac ratione hic homo dicitur eſſe ſuppoſitum, quæ ſupponitur his quæ ad hominem pertinēt, eorum prædicationem recipiens. Si ergo ſit alia hypoſtaſis in Chriſto præter hypoſtaſin uerbi, ſequitur quòd de aliquo alio quàm de uerbo uerificaremus ea quę ſunt hominis, puta eſſe natū de uirgine, crucifixum, paſſum & ſepultum: & hoc etiam damnatum eſt approbante cōcilio Epheſino, ſub his uerbis: Si qs perſonis duabus uel ſubſiſtentijs eas quæ ſunt in Euangelicis & Apoſtolicis ſcripturis impartitur uoces, aut de Chriſto à ſanctis dictas, ant ab ipſo de ſe, & quaſdam quidem uelut homini præter illud ex Deo uerbū ſpecialiter intellecto applicat, quaſdā uerò uelut Deo docibiles ſoli ex Deo patre, anathema. Sic ergo patet, eſſe hæreſin ab olim damnatā dicere, quòd in Chriſto ſint duæ hypoſtaſes uel duo ſuppoſita, ſiue quòd nnio non ſit facta in hypoſtaſi uel ſuppoſito. Vnde inde in eadem ſynodo legitur: Si quis nō confitetur carni ſecundum ſubſiſtentiam unitum ex Deo patre uerbum, unumque eſſe Chriſtum cum ſua carne, eundem ſcilicet Deum & hominē, anathema ſit. Thomas 3. parte ſummæ, quæſt. 2. artic. 6.

Albertus ait: In perſona Chriſti eſt uerus Deus, cuius diuinitas inſeparabiliter eſt ab homine aſſumpta. In præfat. Hiero. ſuper Lucam. Et: Sicut ab uno patre egreſſus eſt per generationem æternam, ſic ab una matre per generationem temporalem: ſicut ab incorrupto patre, ſic ab incorrupta matre. ſuper Lucā cap.2. Et: In carne latet Deitas filij Dei, qua omnia poteſt. Ibidem cap. 6. Item: Sicut pellis lucernæ retinendo omnia propria emittit ex ſe ſplendorem luminis, & non tegit ipſum, & uidetur candens in lumine in ſe clauſo, & non in colore proprio, quē tamen uerè

habet

habetita reſplēduit unita carni Deitas in colore mortalis corporis, & color corporis in candore ſplendoris uidebatur, & nō amittebatur. Ibid. cap. 9. Item: Filius Dei naturam noſtram in indiuiduā uitæ conſuetudinem in unitate perſonæ in utero uirginis copulauit: habens tria bona coniugij: prolem quidem, filios Dei quos redemit: fidē, quia nunquā naturam aſſumptā deſeruit: Sacramentū, quia eam Deitati indiſſolubiliter coniunxit, unam uni copulando. Ibidē cap. 12. Et: Non potuit purus homo impendere honorem debitum Deo pro peccato, nec debuit niſi homo: et go ad hoc ut fieret iſta compenſatio, oportuit quòd eſſet Deus & homo. Non fit recompenſatio, niſi reſumendo pœnā. Ergo neceſſe eſt ſatisfactorē pati pœnā. Non autem patitur pœnam non habens defectus ordinatos ad pœnam. Ergo oportuit defectus ad paſsionē ordinatos Chriſtum ſuſcipere. Super 3. ſent. diſt. 15. Item: Deus pater Mariam filio de corde ſuo ſibi conſubſtantiali genito matrem præparauit, in qua Deus filius corporaliter habitault: & quā Spiritus ſanctus ſanctificauerat in matrem eius, de quo ſecundum proceſsionē æternā procedebat. In Matth. cap. 1. Item: Ieſus generationem ſuam ex matre temporalem, æternę ex patre aſsimilat, qui generationē humanam nouis innumerabilibus immutat & innouat. Qui generatos in generatione ſua corrupta, ſua generatione ſaluat, &c. Aeterna aūt generatione ex patre ſine concupiſcentia & ſine corruptione: & huic ſimilis eſt ex matre facta generatio. Sed in hoc differt, quòd in cœlis eſt ex patre ſine matre: in terris autem ex matre ſine patre. Ibidem. Item: In uno & eodem Chriſto eſt immenſitas deitatis, & abbreuiatio carnis, cui ſe commetitur diuinitas. Ibidem. Et: Filius Dei eſt etiā hominis filius, cui omnia à patre tradita ſunt, non ſecūdum conditionem humanæ naturæ, ſed potius ſecundum proprietatem diuinam. In Matth. cap. 11. Et: Chriſtus autem non ſe fecit magnum, ſed pater genuit eum magnū, & ipſe formam hominis accipiens fecit ſe paruum. Idem in Iohan. cap. 8. Et: In Chriſto duæ ſunt naturæ, & contra utramque quis poteſt peccare. Natura humana oſtendit ſe infirmis paſsionibus & operationibus, ut comedendo & bibēdo, & huiuſmodi: & hęc erat cauſa ſcandali plurimorum. Altera natura in Chriſto manifeſtatur actibus potentiæ & ſapientię & bonitatis, non humanis, ſed diuinis. In Matth. cap. 12. Item: In duabus naturis uerè filius fuit, & in utraque pater uerè ſuus, Deus ſibi in identitate eſſentiæ ſecundum deitatē, & in inhabitatione ſummæ gratiæ ſecundū humanitatem coniunctus. Ibidem cap. 27. Item: Tria autem referuntur ad fidem diuinitatis, quia etiam in diuina & humana natura & eadem manente, tres inuocamus perſonas, & in unico Domino noſtro Ieſu Chriſto tres uenetamur ſubſtantias. Idem in Iohan. cap. 2.

Aegidius ait: Vocat filium Dei uerum Deū & uerum hominē. lib. 2. cap. 41. Hexameron. Itē: Dupliciter natura in Chriſto poteſt accipi: uel ſimpliciter, uel quodammodo. Simpliciter quidē fuit in Chriſto duplex natura, quia fuit in eo diuinitas & humanitas. Sed quodāmodo uel aliqualiter ex parte humanitatis fuit ibi alia & alia natura, uel fuit ibi natura aliter & aliter ſumpta: quia fuit ibi ratio & ſenſualitas, & ratio ſuperior & inferior, & iraſcibilis & cōcupiſcibilis. In tracta. de arca Noe.

Mortalis. Innocentius: Fuerunt qui dixerunt, quòd Chriſtus mortalis utiq; fuit, ſed uoluntate, non neceſsitate. In eo quippe quòd immunis erat ab omni culpa, liber erat ab omni pœna, ut nihil morti deberet, pro eo quòd peccati nihil haberet. Suſtinuit tamen ſponte mortalitatē, quia mortem ſuſtinere nolebat. Quia ſi mortalitatem non ſuſcepit, omnino mori nō potuiſſet. Vt ergo probaret, quòd mortalis erat non neceſsitate, ſed uoluntate, quando uoluit mortalitatem depoſuit, quādo uoluit mortalitatem recepit. lib. 3. Myſter. Miſſæ, cap. 12.

Defectus quos aſſumpſit. Thomas: Filius Dei nō aſſumpſit omnes defectus qui ei potuerunt ineſſe ſine impedimento humanæ redemptionis. Sed hoc manifeſtū eſt, quòd illos tantùm aſſumpſit, quorum aſſumptio ad redemptionem humani generis competens erat. Et tamen quęcunq; neſcientia eſſet defectus redemptionē impediens. Quia in redemptore, per quē gratia & ueritas in totum humanū genus diffundēda erat, requirebatur plenitudo gratiæ & ueritatis, cui quilibet ſcientiæ defectus prȩiudicare poterat. In ſum. de ueritate, mater. 20. quęſt. 4. Itē: Triplices ſunt defectus. Quidā ſunt quæ contrariantur perfectioni ſciētiæ & gratiæ: ſicut ignorātia, prauitas ad malum, difficultas ad bonū: quos nō decuit Chriſtum aſſumere, qui plenus fuit gratia: Ioan. 1. Quidam uerò ſunt, qui proueniunt in hominibus ex quibuſdam particularibus cauſis: ſicut lepra & caducus morbus, & alia huiuſmodi: qui quidem defectus cauſantur quandoq; ex hominis culpa, ex inordinatione uictus, quandoq; ex defectu uirtutis formatiuę: quorū

neutrum

neutrũ Chriſto cõuenit, quia caro eius ex Spiritu ſancto cõcepta eſt. Tertij ſunt defectus, qui communiter in omnibus hominibus inueniuntur, ex peccato primi parentis: ſicut fames, mors, &c. Hos Chriſtus ſuſcepit, quos Damaſcenus uocat naturales defectus, & indetractabiles paſsiones. Naturales, quia communiter, quia naturaliter totam naturã conſequuntur: indetractabiles, quia defectum gratiæ & ſcientię non important. Notandum inſuper, quòd paſsiones appetitus ſenſitiui fuerunt in Chriſto, ſed aliter quàm in nobis, quantum ad tria. 1, Quantum ad obiectum: quia in nobis feruntur ſæpe ad illicita, quod in Chriſto non fuit. 2, Quantum ad principium: quia in nobis ſæpe iudicium rationis prǽueniunt, in Chriſto uerò non oriebantur niſi ſecundum diſpoſitionem rationis. 3, Quantũ ad effectum: quia in nobis quandoq; huiuſmodi motus nõ ſiſtunt in appetitu ſenſitiuo, ſed trahunt rationem. Quod in Chriſto nõ fuit, quia omnes motus naturaliter humanæ carni conuenientes ſic in appetitu ſenſitiuo remanebant, quòd ratio non impediebatur facere quod conueniebat. De humanitate Chriſti.

Minoratus. Albertus: Chriſtus non eſt minoratus ab angelis, niſi diſpẽſatoriè & ſecundum quid, ſcilicet in eo quòd paſsibilem naturam aſſumpſit: quia uerò illa unita eſt, & nõ nuda, ideo etiam in illa ſuper omnia eſt, & non ordinabilis cum omnibus. Super 1. ſent. diſt. 44.

Quæ habeat Chriſtus. Thomas: Secundum hæc quatuor habet Chriſtus magnã poteſtatem ad auxiliandum Eccleſiæ. In ipſo enim ſecũdum humanitatem fuit & eſt plenitudo gratiæ, per quam habet robur ad reſiſtendum diabolo, ne Eccleſiæ noceat. In ipſo enim eſt ſublimitas præſidentiæ: quia etiam ſecundum quod homo, dux eſt ac princeps Eccleſiæ: unde eã defendere poteſt. Item, in eo eſt maieſtas diuinæ naturæ, quia æqualis eſt patri, & per hoc omnia poteſt. Item, in eo eſt dominium autoritatis iudicariæ, per quam poterit de diabolo uindictam accipere de his quæ contra Eccleſiam machinatur. Super Apoc. cap. 12.

De communicatione idiomatũ inquit Alexander: De communicatione idiomatum dicendum, quòd hæc communicatio non eſt generaliter omnium, ſed eorum quæ abſolutè aſsignantur conuenire, & ſunt diſpẽſatiuè aſſumpta ad hominis reparationem: cuiuſmodi ſunt infirmitas ſiue pœnalitas moriendi, patiendi famem, ſitim, & alia huiuſmodi, quę hominis congruunt reparationi. parte 3. quæſt. 8. membro 1. artic. 4. Et: Diuina natura ſeu Deitas unitur humanitati, non ut humanitas ſit unum in illa, ſed ut diuinitas & humanitas ſint unũ in perſona diuina. Et ideo ſicut natura in ipſa unione diſtinguitur à natura: ita & proprietas naturæ à proprietate naturæ. Inde eſt, quòd licet dicatur incarnata, id eſt, carni unita, non tamen dicetur quòd eſt paſsibilis, mortalis, mortua uel paſſa. Sed cum dicitur, Perſona unitur humanitati ſiue Deus: ratione perſonæ ſignificatur humanitatis unio ad perſonã, non in aliquo alio, ſed in ipſa perſona. Inde eſt quòd proprietates naturæ humanę conueniunt diuinæ perſonæ, ut ſit dicere perſonam mortuã & paſſam, & ita Deum mortuum & paſſum. Ibidem quæſtione 19. memb. 2.

Thomas ait: Circa myſterium incarnationis fit communicatio proprietatũ pertinentium ad naturam: quia quæcunque conueniunt naturæ, poſſunt prædicari de perſona ſubſiſtẽte in natura illa, cuiuſcunque naturæ nomine ſignificetur. Tertia parte ſummæ, quæſt. 3. artic. 6. Et: Ea quę ſunt diuinæ naturæ, dicuntur de humana natura, non ſecundum quod eſſentialiter competunt diuinę naturæ, ſed ſecundum quod participatiuè deriuantur ad humanam naturam. Vnde ea quę participari nõ poſſunt à natura humana, ſicut eſſe increatum aut omnipotẽtem, nullo modo de natura humana dicũtur. Diuina autem natura nihil participatiuè recipit ab humana natura: & ideo ea quæ ſunt humanæ naturæ, nullo modo poſſunt dici de diuina natura. Ibidem quæſt. 16. artic. 5. Et: Omne nomen ſignificans in concreto naturam aliquam, poteſt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi illius naturæ. Cum autem unio incarnationis ſit facta in hypoſtaſi habẽte humanam naturam & diuinam, & ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ uel humanæ, poteſt attribui illi perſonæ, ſiue ſecundum quod pro ea ſupponit nomen ſignificãs diuinam naturam, ſiue ſecũdum quod pro ea ſupponit nomen ſignificans humanam naturam. Ibidem quæſt. 35. artic. 4. Item: Quicquid poteſt filius Dei per naturã, hoc poteſt filius hominis propter perſonæ unitatem. Matthæi 28. Data eſt mihi omnis poteſtas. De Sacramento alt. cap. 13.

De officio Chriſti. Thomas: Chriſtus eſt ſaluator hominum & Deus uerus, & ideo dignè adorandus. Super Apocalyp. cap. 19.

Albertus: Magnus prædator Chriſtus, qui totum quod poſſederat diabolus, ſi-

mul

ſimul uno momento traxit ad ſeipſum. Super Luc.cap.1. Et:Nunquam poſſent eſſe filij adoptionis, niſi eſſet filius uerus & naturalis. Filius enim adoptionis in ius filij eſt aſſumptus: & ſi nullus ſit filius, in nullum ius aſſumeretur filius adoptiuus. Ibidem. Et:Chriſtus ſe dedit nobis in medicamentum, in cibum, in refugium, in redemptionis preciũ, in laboris præmium. Ibidem. Et: Chriſtus fecit pacem inter nos & Deum, per Mediatoris officiũ: inter nos & angelos, per ruinæ angelicæ reſtaurationem: inter Iudæum & gentilem, per unius fidei præconium, & unius Eccleſiæ habitaculum. Ibid.cap.2. Item: Miſſus fuit Chriſtus ad prædicandum Euangelium. Idem in Iohan.cap.4. Item: Ad hæc duo uenit Chriſtus, ut ſcilicet curaret naturam aſſumẽdo & patiendo, & introduceret in regnum reſurgendo & aſcendendo. In prolog. Hiero. ſuper Matth. Et: Chriſtus ueniens in carnem, ſibi deſponſauit noſtram naturam & Eccleſiam. In Mattheum cap.9. Et:Chriſtus totius mundi peccata tulit. In Matth.cap.3. Et: Chriſtus naturam quam condidit, non uenit ſubuertere. In Matth.cap.5. Item: Chriſtus eſt oſtium fidei & Eccleſiæ. In Iohan. capite 9. Item: Ieſus autor ſalutis: item, filius non fecit in opere niſi quod pater præordinauit: item, ipſe eſt, cui omnia uiuunt, & cui non pereunt moriendo corpora, ſed mutantur in melius. Ibidem capite 11. Et: Chriſtus hoc elegit, ut nos à maledicto legis abſolueret. Albertus ſuper Iohan.cap.19.

Legi ſe ſubiecit. Bonauẽtura: Non ſuffecit magiſtro humilitatis (cum patri per omnia eſſet ęqualis) quòd ſeipſum ſubderet Marię uirgini, niſi & ſe ſubmitteret legi, quatenus eos qui ſub lege erãt, redimeret liberaretq; à ſeruitute corruptionis in libertatem filiorum Dei: propter quod & matrem, quanquam mundiſsimam, legẽ purificationis uoluit obſeruare: & ſeipſum, omniũ redemptorẽ, ut primogenitum redimi, in tẽplo Dei offerri, hoſtiam pro ſe dari, præſentibus & exultantibus iuſtis. In tractatu dicto Lignum uitæ.

Cur circõciſus. Alexander: Chriſtus uoluit circumcidi ſex de cauſis. Prima, ut ſe oſtenderet filiũ Abrahæ, cui præcepta eſt circumciſio, & cui facta eſt promiſsio: Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes, ut dicitur Gen.22. Semen autẽ illud Chriſtus eſt, ut dicitur Galat.4. Vnde cum tota poſteritas Abrahæ circũcideretur, nõ crederetur Chriſtus de ſemine Abrahæ, neq; illæ quæ erant implendæ promiſsiones, niſi fuiſſet circumciſus. Secunda fuit, ut per libertatem ſuam, ſeruitutem legis abſorberet. Vnde ea ratione uoluit circumcidi, qua uoluit mori. Sibi enim uitæ cõiunxit mortẽ, ut mortẽ deſtrueret. Vnde uita mortificauit mortẽ: ut Oſeæ 13. Ero mors tua ô mors. & 1.Cor.15. Abſorpta eſt mors in uictoria. Tertia fuit, quia nõ uenit legẽ ſoluere, ſed adimplere: ut dicitur Matth.5. Adimpleuit enim legem, Id eſt, ueritatem umbris exhibuit. Eadem ratione ſibi, qui erat liber, tanquam unigenitus Dei, & homo ſine peccato, & inter mortuos liber, ut dicitur in pſalmis, cõiunxit ſeruitutem & duriciam circumciſionis. Sed libertas ſua fortior fuit quàm illa ſeruitus, unde illam deſtruxit. Per Chriſtum enim ceſſauit circumciſio. Et hãc cauſam tangit Apoſtolus Galat.4. cum dicit, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret. Quarta fuit, ut ſe oſtẽderet principiũ & cauſam ſanctificationis, quę fiebat per tria remedia contra peccatũ, ſcilicet per ſacrificia à tẽpore Abel uſq; ad Abrahã, & per circumciſionẽ ab Abrahã uſq; ad Chriſtũ, & per baptiſmum in nouo Teſtamẽto. Principiũ enim decet habere illud quod cõfert. Vnde decuit Chriſtum eſſe baptiſatum & circumciſum, & ſacrificatũ ſiue oblatum, uel pro ipſo ſacrificari, ut patet Lucæ 2. Ipſe etiam ſeipſum obtulit in paſsione. Vnde ad Ebræ.6. Hoc fecit ſemel ſeipſum offerẽdo. Quinta cauſa fuit, ut eſſet frater Iudæorũ, ut oſtenderet ſe eſſe illũ, de quo Moſes dixit Deut.18. Prophetam de gente ueſtra & de fratrib. tuis ſuſcitabit Dominus Deus tuus, ipſum audies. Cũ enim miſſus fuerat ad oues quæ perierunt domus Iſrael, ut dicitur Matth.15. occaſionem haberent Iudæi non recipiẽdi ipſum, niſi eſſet circumciſus. Vnde & Paulus Acto.16. circumcidit Timotheum propter Iudæos qui erant in illis locis. Voluit enim Iudæis credentem præficere Epiſcopũ: & cum illi eſſent circumciſi, non recepiſſent eum, niſi eſſet circumciſus. Sexta cauſa quare fuit circumciſus Chriſtus, ut eſſet cauſa terminãdi ſiue remouẽdi circumciſionẽ. Voluit enim fundi ſanguinẽ ſuum in arcam quandam noſtræ redemptionis à peccatis, ut poſt effuſionem ſui ſanguinis, nullius alterius ſanguinis effuſio requireretur ad dimiſſionem originalis peccati. Parte 4. quæſt. 8. memb. 10.

Thomas: Chriſtus debuit circũcidi: Primò quidem, ut oſtendat ueritatem carnis humanæ, cõtra Manichæũ, qui dixit, eum habuiſſe corpus phantaſticũ: & cõtra Apolinariũ, q dixit, corpus Chriſti eſſe diuinitati conſubſtãriale: & cõtra Valentinũ, qui dixit, Chriſtum de cœlo corpus attuliſſe. Secundò,

Secundò, ut approbaret circumciſionem, quam olim Deus inſtituerat. Tertiò, ut comprobaret ſe eſſe de genere Abrahæ, qui circumciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei, quam de ipſo habuerat. Quartò, ut Iudæis excuſationem tolleret, ne eum reciperent, ſi eſſet incircumciſus. Quintò, ut obediendi uirtutem nobis ſuo commendaret exemplo. Sextò, ut quia in ſimilitudinem carnis peccati aduenerat remedium, quo caro peccati conſueuerat mundari non reſpueret. Septimò, ut legis onus in ſe ſuſtinens, alios à legis onere liberaret, ſecundum illud Galat. 4. Miſit Deus filium ſuum, &c. Tertia ſummæ, quæſt. 37. artic. 1. Et: Chriſtus ſicut nobis natus eſt, ita etiam pro nobis circumciſus eſt. Circumciſio Chriſti fuit nobis medicamentum ſanitatis, ut ſcilicet ſpiritualiter circumcideremur in ſignum & figuram ſalutiferæ circumciſionis, quæ erit in generali reſurrectione, quando ab omni corruptione circumcidemur. De primo dicitur Galat. 4. Miſit Deus filiũ ſuum factũ ſub lege, &c. De ſecundo dicitur in Pſal. Minoraſti eũ paulo minus ab angelis, &c. De tertio dicitur, Ier. 4. Circumcidimini, &c. De quarto dicitur 1. Corin. 15. Oportet enim corruptibile, &c. De humanitate Chriſti cap. 5.

Quomodo peccatum Chriſtus. Thomas: Deus fecit Chriſtum peccatum, non quidem ut peccatum in ſe habuerit, ſed quia fecit eum hoſtiam pro peccato, ſicut Oſeæ 4. dicitur, Peccata populi mei comedent: ſcilicet ſacerdotes, qui ſecundum legem comedebãt hoſtias pro peccato oblatas. Et ſecundum hunc modum dicitur Eſa. 53. quòd Dominus poſuit in eum iniquitates omnium, uel fecit eum peccatũ, id eſt, habẽtem ſimilitudinem carnis peccati, ut dicitur Rom. 8. & hoc propter corpus paſsibile & mortale, quod aſſumpſit. Tertia ſum. quæſt. 15. artic. 1. Item: Chriſtus humanam naturã aſſumpſit cum quibuſdam defectibus: cuius ratio triplex eſt. 1, ut pro nobis ſatisfaceret. Eſaiæ 53. Verè languores, &c. 2, ut ueritatem humanę naturę oſtenderet. Philip. 2. In ſimilitudinem hominum factus, &c. 3, ut exemplar uirtutum nos confirmaret. Ebræ. 12. Recogitate eum qui talem ſuſtinuit. De humanitate Chriſti cap. 3. Et: Chriſtus nullũ peccatum habuit, nec actu proprio, nec cõtractu. Ibidẽ cap. 15. Et: Chriſtus nullo modo contraxit peccatũ originale, ſed in ipſa ſua conceptione fuit ſanctus, ſecundum illud Luc. 1. Quod ex te naſcetur, &c. Sed beata uirgo contraxit quidem originale peccatum, ſed ab eo fuit mundata ante-quam ex utero naſceretur. Tertia ſummę quæſt. 27. artic. 2.

De oratione Chriſti. Thomas: Ipſe in quantum homo eſt, offert preces noſtras ſibi in quantum Deus, & patri & Spiritui ſancto. Super Apocal. cap. 8.

De merito Chriſti inquit Thomas: Meritum Chriſti, quantum ad ſufficientiam, æqualiter ſe habet ad omnes, non autem ad efficaciam, quod accidit partim ex libero arbitrio, partim ex diuina electione, per quam quibuſdam miſericorditer effectus meritorum Chriſti cõfertur, quibuſdam uerò iuſto iudicio Dei ſubtrahitur. In ſumma de ueritate, materia 26. quęſt. 7.

De ſatisfactione inquit Alexander: Verum eſt quòd longè maior & ſufficiẽtior fuit ſatisfactio, qua Chriſtus ſatisfecit pro peccato primi hominis, quàm ipſum peccatum. Non tamen hanc corruptionẽ pœnalem tollebat, propter cauſas prædictas. Vnde licet ſatisfactio Chriſti exceſsit reſpectu culpæ, nihilominus diſpenſatiuè prouiſum fuit humanæ utilitati, ut illa corruptio pœnalis tolleretur. Si autem quæretur, Quare tanto ſatisfecit, cum minor ſatisfactio ſuffeciſſet? dici poteſt, quòd hoc fuit, quia culpæ primi hominis conueniebat, & illi pro quo ſatisfactum eſt expediebat. culpæ conueniebat, ut Deus fieret homo, & homo factus moreretur. parte 4. quæſt. 2. memb. 2. artic. 1. §. 1. Item: Chriſtus moriendo ſatisfecit pro peccato primorum parentum, & offenſam Dei placauit. Ibidem memb. 7.

Thomas ait: Hominis puri ſatisfactio ſufficiens eſſe nõ potuit pro peccato, tum quia tota humana natura per peccatũ erat corrupta, nec bonum alicuius perſonę, uel etiam plurium poterat per æquiparantiã totius naturæ detrimentum recõpenſare: tum etiam, quia peccatum contra Deum commiſſum quandam infinitatem habet ex infinitate diuinæ maieſtatis. Tanto enim offenſa eſt grauior, quanto maior eſt ille in quem delinquitur. Vnde oportuit ad condignam ſatisfactionem, ut actus ſatisfactionis haberet efficaciam infinitam, utputa Dei & hominis exiſtẽs. Tertia ſummæ, quæſt. 1. artic. 2. Et: Certum eſt, Chriſtum ueniſſe in hunc mundum, nõ ſolùm ad delendum illud peccatum, quod contractum eſt originalitate in poſteros: ſed etiam ad deletionem omnium peccatorum, quæ poſtmodum ſuperaddita ſunt: nõ quòd omnia deleantur, quod eſt propter defectum hominum, qui Chriſto nõ inhærent, ſecundum illud Iohannis 1. Venit lux in mundum, & dilexerũt, &c. Sed quia ipſe exhibuit, quod ſufficiens fuit

ad

ad omnium peccatorum deletionem. Vnde dicitur Roma.5. Non ſicut delictum, ſic & donum. Ibidem quæſt.1.artic.4.

De paßione.

Alexander inquit: In Chriſto fuit pœna paſsionis in corpore, & pœna etiam compoſitionis in dolore pro peccato humani generis cum uoluntate maxima patiendi, in quo eſt complementum ſatisfactionis, quæ quidem erat uoluntas reſpectu ſuſtinendi quamcunq; pœnam pro peccato humani generis, quæ etiam uoluntas ad patiendum non erat hominis puri, ſed hominis uniti Deo, qui eſt bonum infinitum, & quia ipſa uoluntas eſt in unione ad infinitum bonum & æternum. Parte 3. quæſt.6.memb.3. Et: Paſsio Chriſti ſe habet ad remiſsionem peccati modis pluribus. Eſt enim paſsio Chriſti dupliciter: in rei natura, & in anima. Secundum quod paſsio Chriſti eſt in rei natura, comparatur ad deletionem peccati dupliciter: per modum meriti, & per modum ſatisfactionis. In peccato autem ſunt duo, macula & reatus. Macula, quæ eſt deformitas uel diſsimilitudo ad Deum: reatus, obligatio ad pœnam. Eſt igitur paſsio meritoria deletionis maculæ, quia meruit nobis gratiam & omne illud quo deletur peccatum. Vnde Roman. 8. Si proprio filio non pepercit, quomodo non cum illo omnia donauit? Et eſt etiam cauſa ſatisfactoria reatus pœnę, ſecundum quod dicitur Eſaiæ 53. Verè noſtros languores ipſe tulit. Parte 3.quæſt.18.memb.1. Et: Fideles poſt paſsionem fortiora arma habent defenſionis & reſiſtentiæ contra omnem impugnationem diaboli. Vnde 6.ad Eph. In omnibus ſumentes ſcutum fidei, ut poſsitis omnia tela nequiſsimi extinguere. Habent etiam nomen Ieſu, cuius nominis inuocatio pellit dæmones, ſicut dicitur Matth. ult. In nomine meo dæmonia eijcient. Ibidem memb. 3. Item: Deus pater fuit cauſa efficiēs mortis Chriſti ut permittens, non ut prohibens mortem cum poſſet: Chriſtus uerò ut paſsionem uoluntariè ſuſcipiens, nec prohibens cum poſſet: Iudæi uerò & Iudas ut cauſa procurans: crucifixores uerò cauſa inferens mortem. Ibidem memb. 4. §. 3. Et: Vnde non eſt inconueniens dicere, quòd paſſus eſt Deus ſecundum humanam naturam, & mortuus: non paſſus, non mortuus ſecundum diuinam, Et ſicut de perſona Chriſti ſimpliciter eſt uerum dicere, quòd eſt Deus, & ſimiliter quòd homo: ita ſimpliciter erit affirmare de perſona Chriſti proprietates Dei & proprietates hominis tantùm ſecundum diuerſas naturas. Ibidem quęſt.19.memb. 2. Item: Paſsio Chriſti fuit ut cauſa meritoria noſtræ reſurrectionis & felicitatis. Ibidem quęſt.21.memb.2.artic.6. Item: Paſsio autem ſalutaris duos habuit effectus primos & principales, ſcilicet mundationem à culpa, & ſolutionem precij, qui fiebât in fluxu ſanguinis & aquæ de latere Chriſti, Iohan.19. In fluxu enim aquę fiebat purgatio à culpa: in effluxu ſanguinis ſolutio precij ſiue ſatisfactio damni, quod receperat Deus pater ex amiſſione hominis. Illos duos effectus contulit baptiſmo, cuius uirtus eſt ex fluxu aquæ & ſanguinis de latere Chriſti. Vnde ſicut Chriſtus lauit humanum genus aqua lateris, ſic & baptiſmus habet uirtutem lauandi à culpa: ſicut ſatisfecit pro homine effuſione ſanguinis, ſic habet baptiſmus uirtutē tollendi reatum ſiue debitum. Parte 4.quæſt.20, memb.2. artic. 1.§.1. Item: Effuſio ſanguinis facta eſt ad noſtram redemptionem, aquæ ad peccatorum ablutionem, &c. In paſsione facta eſt redemptio noſtra effuſione ſanguinis, quod ſignificatur in ſacramento ſub ſpecie uini. In ſumptione igitur corporis Chriſti ſub ſpecie panis, ſignificatur coniunctio membrorum cum Capite, quæ facta fuit in incarnatione: in ſumptione ſanguinis ſub ſpecie uini, redemptio noſtra per ſanguinis effuſionem. Vnde in hoc ſacramento ſignatur quod eſt incarnationis, & quod eſt paſsionis. Ibidem quæſtionę 31.memb.2.

Innocētius inquit: Chriſtus in ſua paſſione obtulit ſe hoſtiā Deo patri. Sermone in Com.de Euangeliſtis. Item: Quinta decima die menſis primi, quæ tunc extitit ſexta feria, paſſus eſt Dominus: & præcedente nocte, uidelicet quarta decima luna primi menſis ad ueſperam, ut legis figuras adimpleret, poſt typicum paſcha corporis & ſanguinis Sacramentum inſtituit. Idem libro 4. myſteriorum Miſſæ, cap.2.

Bonauentura inquit: Diligenter ponę mentem ſuper Chriſtum patientem, & ſibi condoleas. Chriſti mortem Chriſtiane plange ſerò atque manè, & in planctu gaudeas. Quàm deſpectus, quàm deiectus rex cœlorum eſt effectus, ut ſaluaret ſeculum? Eſuriuit & ſitiuit, pauper & egenus iuit uſque ad patibulum. Recordare paupertatis, & extremæ uilitatis, & grauis ſupplicij. Si es compos rationis, eſto memor paſsionis, fellis & abſynthij, Cum deductus eſt immenſus, & in cruce tunc ſuſpenſus, abierunt diſcipuli. Manus, pedes perfoderunt, & aceto pota-

uerunt ſummũ regem ſeculi. Cuius oculi beati ſunt in cruce obſcurati, & uultus expalluit. Suo corpori tunc modò non remanſit pulchritudo, decor omnis aufugit. Propter hominum peccata, caro crucifigata, fuit inter uerbera. Membra ſua ſunt diſtenta, perfert aſpera tormenta, & illata uulnera. Inter magnos cruciatus, eſt in cruce lachrimatus, & emiſit ſpiritũ. In ſuo encomio ſanctæ crucis. Item: Ipſemet Dei filius, ut peccatum interficeret, tradidit in mortem animam ſuam. Idem de prima dieta ſalutis. Item: Fructus ſunt duodecim. 1. eſt dęmonum exactio, quia abſtulit eis totum mundi principatum: Iohann. 22. 2. eſt carceris inferni confractio. 3. eſt mortuorum & peccatorum ſuſcitatio. 4. eſt captiuorum liberatio ſeu redemptio. 5. eſt inquinatorum mundatio. 6. eſt cæcorum illuminatio. 7. eſt tepidorum & frigidorum calefactio. 8. eſt deforminm & turpium decoratio. 9. eſt ſitibundorum & ſitientium potatio & recreatio. 10. eſt patris placatio. 11. eſt ianuę paradiſi apertio. 12. eſt hæreditatis cœli acquiſitio & confirmatio. Ibidem. Et: Cbriſtus paſſus eſt paſsione generaliſsima, quantum ad naturam humanam, non ſolùm ſecundum omnia membra principalia corporis, uerùm etiam ſecundum omnem animæ potentiam, licet nihil pati poſſet ſecundum diuinam naturam. Paſſus eſt paſsione acerbiſsima, quia non ſolùm dolendo ut patiens per uulnera, ſed etiam condolendo prout compatiens propter noſtra delicta. Paſſus eſt etiam paſsione ignominioſiſsima, & propter patibulum crucis, quod erat ſupplicium peſsimorum: & propter conſortium iniquorum, uidelicet latronum, cum quibus fuit deputatus. Paſſus eſt uerò paſsione interemptoria per ſeparationem animæ à corpore, ſalua tamen unione utriuſque cum deitate. Anathema enim eſt, qui dicit, Dei filium naturam, quam ſemel aſſumpſit, aliquando reliquiſſe. Parte 4. Breuiloquij, Capite 9. Item: Quoniam Chriſtus Ieſus, in quantum erat Deus, æqualis patri, in forma Dei: in quantum homo innocẽs, nullatenus erat debitor mortis: dum ſemetipſum exinaniuit, & factus eſt obediens uſque ad mortem, exoluit Deo quod non rapuit per obſequium perfectæ ſatisfactionis, & obtulit ſacrificium ſummæ ſuauitatis pro perfecta Dei placatione. Ibidem. Et: Quia homo uolens eſſe ſapiens ut Deus, peccauit in ligno uetito, uolens delectari, ita quòd inclinatus eſt ad libidinem, erectus in præſumptionem, ac per hoc totum genus humanum infectum eſt, & perdidit immortalitatem, incurrit debitam mortem: hinc eſt quòd ad hoc homo repararetur conuenienti remedio, Deus factus homo uoluit humiliari, & in ligno pati, & contra uniuerſalem infectionem pati paſsione generaliſsima, cõtra libidinem paſsione acerbiſsima, cõtra præſumptionem paſsione ignominioſiſsima: contra mortem debitam & inuitam, pati uoluit mortem debitam & non inuitam, ſed uoluntariam. Ibidem.

Thomas ait: Anima Chriſti tota patiebatur paſsione corporali. In ſumma de ueritate, materia 26. quæſtione 3. Et: Chriſtus per ſusm paſsionem meruit & ſibi & nobis. Sibi quidem gloriam corporis, quam quamuis per alia præcedentia merita meruit, tamen per quandam decentiam propriè claritas reſurrectionis eſt præmium paſsionis. Quia exaltatio eſt proprium humilitatis præmium. Ibidem quæſtione 6. Irem: Chriſtus pro ſua Eccleſia ſangyinẽ ſuum fudit, & multa alia fecit & ſuſtinuit, quorum æſtimatio eſt infiniti ualoris propter dignitatem perſonæ. Idem Quodlibeto 2. artic. 16. Item: Chriſtus per infirmitatem corpòris uenit infirmitatem animæ ſanare, quæ conſiſtit in defectu gratiæ & cognitionis. Ibidem mater. 20. quæſt. 4. Et: Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ſuſpenſus in medio latronum, ſignificans, quòd bona ſua bonis & malis paratus eſſet dare: in medio cœlo paſſus, ſcilicet in aere, oſtendens ſe mediatorem eorum quæ in cœlis & quæ in terra: in medio diſcipulorum poſt reſurrectionem apparuit, ut omnes & ſingulos in fide roboraret. In Apocalypſin cap. 1. Item: Chriſtus mortuus eſt ſecundum humanitatem, & uixit ſecundum diuinitatem. Ibidem cap. 5. Et: Secundum humanitatẽ tangitur eius paſsio, quæ fuit precium redemptionis. Ibidem cap. 2. Et: Nota, quòd Chriſtus, qui eſt media in trinitate perſona, in medio mundi paſſus eſt. Ibidem ca. 1. Item: Chriſtus pro omnibus eſt paſſus ſecundum ſufficientiam, pro electis autem tantùm ſecundum efficaciam. Ibidem capite 11. Et: Non dicimus filiũ Dei morti ſubiectum fuiſſe ſecundum diuinam naturam, in qua eſt æqualis patri, qua eſt fontalis omnium uita: ſed ſecundũ noſtram naturam, quam aſſumpſit in unitatem perſonæ. Ad incarnationis ergo diuinæ myſterium aliqualiter conſiderandum oportet aduertere, quòd omne per intellectum agens, per conceptionem ſui intellectus

tellectus, quam dicimus uerbum, operatur: utpatet in ædificatore & quolibet artifice, qui ſecundum formã quam mente concepit, exterius operatur. Quia ergo Dei filius eſt ipſum Dei uerbum, conſequens eſt, ut Deus omnia per filium fecerit. Vnaquæque autem res per eadem fit & reparatur. Si enim domus collapſa ſit, per formam artis reparatur, per quam in principio condita fuit. In 2. opuſc. contra Græc. cap. 5. Et: Quòd unigenitum Dei uerbum paſſum & mortuum confitemur, non hæc ei attribuimus ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundum humanam, quam pro ſalute noſtra in unitatem perſonæ aſſumpſit. Ibidem cap. 7. Et: Paſsio Chriſti eſt fons & cauſa remiſsionis peccatorũ. Tertia parte ſummæ, quæſtione 79. articulo 3. Item: Sicut Chriſtus moriendo deſtruxit mortẽ noſtram, ita ſuo dolore nos à doloribus liberauit, & ideo mori uoluit cum dolore. Sed dolor parientis matris non pertinebat ad Chriſtum, qui pro peccatis noſtris ſatisfacere ueniebat: & ideo non oportuit quòd mater eius pareret cum dolore. Ibidem, quæſtione 35. articulo 6. Et: Mors Chriſti eſt operata ſalutem noſtram ex uirtute deitatis unitæ, & non ex ſola ratione mortis. Ibidem quæſt. 50. Irem: Pœnam Chriſtus ſuſtinuit ſatisfactoriam, non pro ſuis, ſed pro noſtris peccatis. Ibidem quæſtione 87. articulo 7. Et: Per occiſionem Chriſti noſtra peccata expiantur. Ibidem quæſtione 102. articulo 5. Et: In locis à dextris crucifixi depingitur puella hilari uultu, & pulchra facie, & coronata, deſignans Eccleſiam, quæ ſanguinem Chriſti reuerenter in calice ſuſcipit. & à ſiniſtris ſynagoga, oculis panno ligatis, triſti facie inclinans caput, & corona decidente, qua ipſum ſanguinem fundit, & adhuc contemnit: in quo figuratur, quòd hæc & omnis mortaliter peccans tria bona perdit, ſcilicet lumen gratiæ, gaudium conſcientiæ, coronam gloriæ. Hinc dicitur Threnor. 5. Væ nobis qui peccauimus. Thomas de Sacrament. altar. capite 31. Item: Mors Chriſti fuit noſtræ morti conformis, quantum ad id quod eſt de ratione mortis, quod eſt animam de corpore ſeparari: ſed quantum ad aliud, mors Chriſti fuit à noſtra differẽs. Nos enim morimur quaſi morti ſubiecti ex neceſsitate naturæ, uel alicuius uiolentiæ nobis illatæ. Chriſtus antem mortuus eſt non ex neceſsitate, ſed ex poteſtate, & ex propria uoluntate. unde ipſe dicit Iohan. 10. Poteſtatem habeo ponendi, &c. Huius differentiæ ratio eſt, quia naturalia noſtrę uoluntati non ſubiacent. Coniunctio autem animæ ad corpus eſt naturalis, unde uoluntati noſtrę non ſubiacet: quia anima maneret corpori unita, uel ſepararetur. Quicquid autem in Chriſto naturale erat, totum uoluntatl eius ſubiacebat propter diuinitatis uirtutem, cui ſubiacebat tota natura. Erat igitur in poteſtate Chriſti, ut quamdiu uellet, anima eius unita corpori maneret: & ſtatim cum uellet, ſepararetur ab eo. Idem de humanitate Chriſti cap. 18. Item: Per paſſionem Chriſti conſecuti ſumus culpę remiſsionem, pœnæ dimiſsionem, à poteſtate diaboli liberationem, Dei reconciliationem, Ianuæ cœleſtis apertionem. Ibidem. Et: Caro Chriſti, ſecundum quam paſsionem ſuſtinuir, eſt inſtrumentum diuinitatis, ex quo eius actiones & paſsiones operantur diuina uirtute ad expellendum peccatum. Ibidem. Et: Sicur Chriſtus primò quidem in anima cum paſsibilitate corporis habuir gratiã, & per paſſionem ad gloriam immortalitatis peruenit: ita & nos qui ſumus membra eius, per paſsionẽ ipſius liberamur quidem à reatu cuiuslibet pœnæ, ita tamen, quòd primùm in anima recipimus ius adoptionis filiorum, quo adſcribimur ad hæreditatem gloriæ immortalitatis adhuc corpus paſsibile habentes: poſtmodum uerò configurati paſsionibus & morti Chriſti, in gloria & immortalitate perducimur ad uitam, ſecundum illud Rom. 8. Si filij. Idem de humanitare Chriſti cap. 18. Et: Per mortem Chriſti dicitur etiam deſtructa in nobis animæ mors, quæ eſt peccatum, ſecundum illud Rom. 4. Traditus eſt in mortem propter delicta noſtra. & mors corporis, quæ conſiſtir in ſeparatione animæ à corpore, ſecundum illud 1 Corin. 15. Abſorpta eſt mors. Ibidem cap. 19. Item, in Chriſto fuiſſe ueros dolores, Thomas probat ex Eſaia cap. 53. Verè dolores noſtros ipſe tulit. Tertia ſummæ, quæſt. 15. articulo 5. Item: Per paſsionem ſuam ſatisfecit Chriſtus pro peccato humani generis. Ibidem quęſt. 46. artic. 1. Et: Licet Chriſtus non ſit paſſus ſecundum quod Deus, tamen caro eius eſt deitatis inſtrumentũ, & ex hoc paſsio eius habet quandam diuinam uirturem dimittendi peccata. Ibidem quæſt. 49. artic. 1. Et: Paſsio Chriſti ſortitur effectũ ſuum in illis quibus applicatur per fidem & charitatem, & per fidei Sacramenta. Ibidem artic. 3. Et: Mors Chriſti fuit noſtræ morti cõformis, quantum ad id quod eſt de ratione mortis, quod eſt animã à corpore ſeparari: ſed quantum ad illud, mors Chriſti à morte

noſtra fuit differens. Nos enim morimur quaſi morti ſubiecti ex neceſsitate naturæ, uel alicuius uiolétiæ nobis illatæ. Chriſtus autem mortuus eſt non ex neceſsitate, ſed ex poteſtate, & ex propria uoluntate. Thomas de huma. Chriſti cap. 18. Itē: Non ſolùm Chriſtus mortem pati uoluit, ſed & alia quæ ex peccato primi parentis in poſteros perueniunt, ut dum pœnam peccati integraliter ſuſciperet, nos perfectè à peccato ſatisfaciendo liberaret. Horum autem quædam præcedūt mortem, quædam mortem ſubſequuntur. Præcedunt quidem mortē, corporis paſsiones tā naturales, ut fames, ſitis, laſsitudo, &c. quàm etiā uiolentæ, ut uulneratio, flagellatio, & ſimilia. idem in Compen. Theolog. tracta. 2. cap. 47. Itē: Sicut Chriſtus ſua morte mortem noſtram deſtruxit, ita ſua reſurrectione uitam noſtrā reparauit. Eſt autē hominis duplex mors, & duplex uita. Vna quidem mors eſt corporis per ſeparationem ab anima, alia per ſeparationem à Deo. Chriſtus autem, in quo ſecunda mors locum non habuit, per primam mortem, quam ſubijt, ſcilicet corporalem, utramque in nobis mortem deſtruxit, id eſt, corporalem & ſpiritualem. Similiter autem intelligitur duplex uita. Vna quidem corporis ab anima, quæ dicitur uita naturæ: alia à Deo, quæ dicitur uita iuſticiæ, uel uita gratiæ. Et hæc eſt per fidem, per quam Deus inhabitat in nobis, ſecundum illud Abac. 2. Iuſtus autem meus in fide ſua uiuet. Et ſecundum hoc duplex eſt reſurrectio. Vna corporalis, qua anima iteratò coniungitur corpori: alia ſpiritualis, qua iterum coniungitur Deo. Et hæc quidem ſecunda reſurrectio locū in Chriſto nō habuit, quia nunquam eius anima per peccatum fuit ſeparata à Deo. Per corporalem igitur reſurrectionem utriuſque reſurrectionis, ſcilicet corporalis & ſpiritualis, nobis eſt cauſa. Conſiderandum tamen eſt, quòd, ut dicit Auguſtinus ſuper Iohan. Verbum Dei reſuſcitat animas, ſed uerbum Dei caro factum reſuſcitat corpora. Animam enim uiuificare ſolius Dei eſt. Quia tamen caro eſt diuinitatis eius inſtrumentum, inſtrumentum autem agit in uirtute cauſæ principalis, utraq; reſurrectio noſtra eſt, & corporalis & ſpiritualis, in corporalem Chriſti reſurrectionem, ut in cauſam. Omnia enim quæ in Chriſti carne facta ſunt, nobis ſalutaria fuerunt uirtute diuinitatis unitæ. Vnde & Apoſtolus reſurrectionem Chriſti cauſam noſtrę ſpiritualis oſtendens, dicit ad Roman. 4. Qui traditus eſt, &c. Quòd autem Chriſtus noſtræ corporalis reſurrectionis ſit cauſa, oſtendit 1. Corinthiorum 15. Si autem Chriſtus prædicauit, quòd reſurrexit, &c. Pulchrè autem Apoſtolus remiſsionem, Chriſti attribuit morti: iuſtificationem uerò noſtram, reſurrectioni, ut deſignetur conformitas & ſimilitudo effectus ad cauſam. Nam ſicut peccatum deponitur, cum remittitur: ita Chriſtus moriendo depoſuit paſsibilem uitam, in qua erat ſimilitudo peccati. Cum autem aliquid iuſtificatur, nouam uitam adipiſcitur: ita Chriſtus reſurgendo nouitatem gloriæ cōſecutus eſt. Sic igitur mors Chriſti eſt cauſa remiſsionis peccati noſtri, & effectiua inſtrumentaliter, & exemplaris ſacramentaliter, non autem meritoria: tum quia Chriſtus iam non erat uiator, ut ſibi mereri competeret: tum quia claritas reſurrectionis fuit præmium paſsionis, ut per Apoſtolum patet Philipp. 2. Sic igitur manifeſtatum eſt, quòd Chriſtus potuit dici primogenitus reſurgentium ex mortuis, non ſolùm ordine temporis, quia primus reſurrexit: ſed etiam ordine cauſæ, quia reſurrectio eius cauſa eſt reſurrectionis aliorum: & in ordine dignitatis, quia præ cunctis glorioſior reſurrexit. In Compend. Theolog. tractat. 2. cap. 55. Et: Per Chriſti paſsionem & mortem, reſurrectionis & aſcenſionis gloriam, à peccato & morte liberati ſumus, & iuſticiam & immortalitatis gloriam, hanc in re, illam in ſpe, adepti. Hæc autem, ſcilicet paſsio, mors & reſurrectio, & etiam aſcenſio in Chriſto ſunt completa ſecūdum humanam naturam. Conſequenter igitur oportet dici, ſecundum ea quæ Chriſtus in humana natura uel paſſus eſt, uel fecit, nos à malis tam corporalibus quàm ſpiritualibus liberando, ad ſpiritualia & æterna bona promouit. Eſt autem cōſequens, ut qui aliquibus aliqua bona acquirit, eadem ipſis diſpenſet. Diſpenſatio autem bonorum in multos requirit iudicium, ut unuſquiſq; ſecundum ſuum gradum accipiat. Conuenienter igitur Chriſtus ſecundum humanam naturā, ſecundum quam myſteria humanæ ſalutis impleuit, iudex cōſtituitur à Deo ſuper homines quos ſaluauit. Vnde dicitur Ioh. 5. Poteſtatem dedit ei iudicium facere. Eſt enim conueniens, ut iudicem uideant iudicandi. Deum autem, apud quem iudicis autoritas reſidet, in ſua natura uidere, eſt præmium quod per iudicium redditur. Oportuit igitur, quòd Deus iudex, non in natura propria, ſed in natura aſſumpta ab hominibus uideretur, qui iudicandi ſunt, tam bonis quàm malis. Mali enim ſi Deum in natura diuinitatis uiderent, iam præ-

mium

mium reportarent, quo ſe reddiderunt indignos. Ibidem capite 57. Et: Non debemus credere, quòd Dominus ita ſuſtinuerit mortem, quòd deitas mortua ſit, ſed quòd humana natura in ipſo mortua ſit. Non enim mortuus eſt ſecundum quod Deus erat, ſed quod homo. Idem in expoſit. ſymb. Apoſt. capite 6. Item: Chriſtus ſua paſsione fecit balneū in ſuo ſanguine, quo peccatores lauaret. Apocalypſeos 1. Lauit nos à peccatis noſtris. Ibidem. Et: Mors Chriſti fuit in ſeparatione animæ à corpore, ſicut & aliorum hominum. Sed diuinitas ita inſolubiliter iuncta fuit homini Chriſto, quòd licet anima & corpus ſepararentur ab inuicem, ipſa tamen deitas perfectiſsimè & animæ & corpori adfuit: & ideo in ſepulchro cum corpore fuit filius Dei, & ad inferos cum anima deſcendit. Ibidem capite 7. Item: Per Chriſti paſsionem & mortem, reſurrectionis atque aſcenſionis gloriam, à peccato & morte liberati ſumus, & iuſticiam & immortalitatis gloriam, hanc in re, illam in ſpe, adepti. Idem in compend. Theolog. tract. 2. capite 57.

Albertus: Chriſtus non eſt paſſus tantùm in corpore, ſed etiam in anima. Super Lucam cap. 2. Et: Ad quæſtionem, An Chriſtus neceſsitate, uel ſola uoluntate paſſus ſit? dicendum, quòd neceſsitatem moriendi aſſumpſit: & aſſumere quidem eſt uoluntatis, & non neceſsitatis, ordinatæ tamen ad hunc modum redemptionis: ſed aſſumptione ſacta materiæ & naturæ, neceſſe fuit pati & mori, ſed non neceſsitate perſonæ: quia perſona omnipotens ſemper fuit, & repellere mortem potuit, ſi uoluiſſet. Eſt autem neceſsitas iſta naturæ duobus modis diſtincta à noſtra neceſsitate: quorum unus eſt, quia non eſt contracta ut noſtra: alius modus eſt, quia materia naturæ in nobis dupliciter diſponitur ad patiendum, ſcilicet corruptione uicij & paſsibilitatis. In Chriſto autem habuit tantùm alteram illarum diſpoſitionum, ſcilicet paſsibilitatis naturæ, non uicij. Idem ſuper 3. ſent. diſtinct. 16. Item: Crudele uidetur, non dimittere peccatum, niſi in morte innocentis. Deus autem pater non eſt crudelis contra filium. Ergo uidetur, quòd facilius debuit peccatum remittere, quàm moreretur filius. Dicendum ad hoc ſecundum Anshelmum, quòd pater non ſitiuit filij ſanguinem, nec crudelis fuit in eum: ſed cum iuſticiam ſuam negare non poſſet, & uinceretur miſericordia humanæ redemptionis, filium ſe uoluntariè offerentem ad ſatisfactionem, dedit homini, ut ſatisfaceret pro ipſo, ſicut dicitur Iohannis tertio: Sic Deus dilexit, &c. ibidem diſtinct. 18. Item: Non remittitur peccatum, niſi Deo & homine ſatisfaciente pro nobis, licet alius modus fuerit poſsibilis. Eius rei ponit rationes tredecim, ſatis obſcuras & intricatas, Albertus Magnus ſuper 3. ſentent. diſtinctione 20. Et: Mors Chriſti abſolutè & ſine diſtinctione optima dicenda eſt, quatuor rationibus. Quarum una eſt, quia præcipuæ uirtutis erat ſummum, ut fortitudinis, quæ per Chriſtum præcipua eſt uirtus: & maximæ in Chriſto uirtutis illius ſummum, quod attingere poteſt, mors eſt. Alia ratio fuit, quia ſi precioſa fuit in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, precioſiſsima eſt mors Chriſti, & precio plena. Tertia utilitas totius redemptionis in genere humano, Oſeæ decimotertio: O mors, ero mors tua. Quarta eſt, honeſta cauſa moriendi. Poſuerunt enim ſuper caput eius cauſam: Ieſus Naſarenus, &c. id eſt, hæc eſt mihi cauſa moriendi, quòd ſum ſaluator florens gratia, & uirtute redemptionis, rex confitentium & glorificantium Deum. Ibidem. Et: Nullo modo ſeparata fuit deitas in triduo. Vinculum enim gratiæ unionis inſeparabiliter fortius fuit uinculo naturalis coniunctionis animæ & corporis: & ideo ſoluto uinculo naturali, remanſit uinculum gratiæ. Ibidem diſtinctione 21. Item: Chriſtus in ſe & pro alijs patiebatur, & mundo crucifigebatur. Idem ſuper Matth. capite 10. Item: Mors Chriſti ſuper naturam fuit in hoc, quòd propria poteſtate animam poſuit, & iterum quando uoluit ſumpſit. Ibidem capite duodecimo. Et: Chriſtus punitus eſt propter peccata, non quæ fecit ipſe, ſed quæ fecerunt primi parentes & poſteritas eorum. Idem in Iohannem capite nono. Item: Detineri filius Dei non poterat in morte. Si enim per neceſsitatem mortis corruptus fuiſſet, & non à corruptione reſurrexiſſet, inutilis eius mors nobis fuiſſet, & non nos liberaſſet. Ibidem. Et: Pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, ut qui ſibi uiuunt, iam nō ſibi uiuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt. Albertus in Iohannem capite 11. Item: Mors autem Domini dicitur tranſitus, quaſi propria poteſtate tranſiens, nuſquam à mortis uinculis uel inferni clauſtris detentus fuit. Sed omnia iſta, per mortem & infernum tranſiens ad uitam, confregit. Ibidem capite 13. Et: Vitæ & mortis habet poteſtatem. In hoc enim Chriſtus mor-

tuus eſt & reſurrexit, ut & uiuorũ & mortuorum dominetur. Idem ſuper Matth. capite 17. Et: Apparet Chriſtum ſecundum humanam naturam paſſum, quia ſecundum diuinam naturam tradi non poteſt. Ibid. cap. 26. Item: Sed dicendum, quòd Chriſtus uerè pro paſsione triſtatus eſt & contriſtatus, hoc eſt, ſimul in ſenſualitate & ratione ſiue corde triſtatus. Et magis etiam triſtatus omnibus alijs ſanctis. Quantò uita fuit melior & dignior, tantò enim fuit anguſtia mortis amarior. Ibidem. Et: Chriſtus mortuus eſt propter delicta noſtra, ut nos à morte abſolueret: ita reſurrexit propter noſtram iuſtificationem, & ut nos ad immortalitatem ſecum educeret, & ut ſua reſurrectio noſtræ reſurrectionis cauſa eſſet. Ibidem cap. 28. Item: Mors Domini occultatio eſt uirtutis & operum diuinitatis, & retractio ad interiora: & ideo cum uoluit, operationes diuinitatis & uirtutẽ ad exteriora reduxit. Idem in Ioan. cap. 2. Et: Diuina ſapientia ordinauit, ut ipſe Dominus primò crucem portaret, & portando nobis portandam præberet. Ibidem cap. 19.

Redemptio unde. Alexander de Ales: Opus creationis magis eſt pertinẽs ad potentiam, recreationis uerò ad ſapientiam, glorificationis ad bonitatẽ, ſicut patet ex dictis. Et ita cùm ſapientia approprietur filio, magis adhuc ſecundum hanc operationem cõuenit filio incarnari. Faciendo uerò comparationem ſecundum propria, magis conuenit ipſi filio incarnatio. Nam filio magis conuenit eſſe filiũ, quàm alijs. Et iterum, ſicut tangitur in genealogia Lucæ 3. quæ incipit ab Adam, qui primò fuit filius per adoptionem, cum ceciderit ab hac filiatione cum tota poſteritate ſua: oportet redire ad hanc per illum qui ab æterno eſt genitus, & per illum regenerari. Parte 3. quæſt. 2. memb. 5. artic. 1. Et: In homine eſt ſimilitudo in perſona, quia in homine eſt ratio perſonalis ſecundum ordinem originis: quia homo eſt ab homine, ſicut in diuinis Deus à Deo. Angelus autem non eſt ab angelo. Item in homine eſt ſimilitudo in potentia, quia in homine eſt potentia reſpondens totalitati exemplaris, ſecundum quod ait Auguſtinus: Anima ad ſimilitudinem totius ſapientiæ facta, omnium ſimilitudines in ſe gerit. Cum enim in diuino exemplari ſit ratio eſſe corporalis & eſſe ſpiritualis, inuenitur in anima & homine utrumque, corporale & ſpirituale eſſe & poſſe: & potentia ad corpus in anima, & potentia in ſe abſtracta: quod non inuenitur in angelo. Ex his ergo patet, quòd natura humana eſt unibilior diuinæ quàm angelica. Ibidem quæſt. 2. memb. 6. Item: Ille homo aſſumptus à filio Dei, per quem debet fieri ſanctificatio, non debuit eſſe Adam: quia tunc eſſet dicere de filio Dei, quòd eſſet peccator. Ibid. memb. 9. Et: Quod non eſt principium ad eſſe, nec eſt principium ad reparationem eſſe. Ideo Adam non potuit reparare naturam humanam, nec omnes alij poſſent, propter eandem impotentiam. Oportuit ergo, quòd reparator humanæ naturę eſſet principium illius, & de genere illius, ſicut oſtenſum eſt. Sed principium iſtius eſt Deus: res illius generis eſt homo. Ergo reparator humanæ naturæ debuit eſſe Deus homo, & nõ Adam. Ibidem. Et: Cum non poſsit ſatisfacere niſi Deus & unitus homini, ſequeretur quòd Deus eſſet unitus cum homine peccatore in unitate perſonæ: quod eſſet abſurdum dicere. Et ideo oportuit aſſumere naturam humanã mundam & immunem ab omni peccato. Ibidem. Et: Iſta redemptio non potuit eſſe niſi per ſatisfactionẽ, nec ſatisfactio niſi per paſsionem. Ideo ſecundum neceſsitatem cauſæ finalis, fuit neceſsitas patiendi in Chriſto. Ibidem quæſt. 17. memb. 3. artic. 1.

Innocentius ait: Humanitas Chriſti eſt immolata pro mundana humani generis lepra, & diuinitas in paſsione libera eſt dimiſſa. Pſal. 5. pœniten. Et: Ante natiuitatem Chriſti tres erant inimicitiarum parietes. 1, inter Deum & hominem. 2, inter angelum & hominem. 3, inter hominem & hominem. Sed ueniens pax uera, fecit utraque unum, deſtruxit inimicitiarum macerias, & cõcurrentes parietes in ſe angulari lapide copulauit, ut decæterò unũ eſſent ouile, & unus paſtor. Abſtulit ergo peccatum, & recõciliauit hominem Deo. Reparauit caſum, & reconciliauit hominem Deo & angelo. Deſtruxit ritus, & reconciliauit homini hominem. lib. 2. myſt. Miſſæ, cap. 20. Item: Redemptio propriè dicitur liberatio, quę fit dato precio. Homo namque ſeipſum uendere potuit in ſeruitutem diaboli, ſed redimere non potuit ſeipſum à ſeruitute diaboli. Vnde ad redemptionem ipſius neceſſaria fuit miſericordia Domini. Idem Pſalm. 6. pœnitent. Item: Pro ſolis prædeſtinatis effuſus eſt, quantum ad efficientiam. Sed pro cunctis hominibus effuſus eſt, quantum ad ſufficientiam. Effuſio quippe ſanguinis iuſti pro iniuſtis tam fuit diues ad precium, ut ſi uniuerſitas crederet in redemptorem, nullum omnino diaboli uincula retinerent. libro 3. myſter. Miſſæ, capite 41.

Thomas

Thomas: Si loquimur de redemptione humani generis, quantum ad quãtitatem precij, ſic quælibet paſsio Chriſti ſine morte ſuffeciſſet ad redẽptionem humani generis propter infinitam dignitatem perſonæ. In Quodlibetis, quodlibeto 2. artic. 2. Item: Omnibus peccatis mortalibus oportuit ſubueniri per mortem Chriſti, propter grauitatem quam habent ex contemptu boni infiniti. Sed tamen nihil prohibet, quin per unum peccatum magis contemnatur Deus, quàm per aliud. In quęſtionibus diſputatis, de peccatis in communi, articul. 9. Et: Beneuolentia diuinitatis dedit efficaciam redemptioni: quia nõ eſſet ſufficiens precium, niſi eſſet ſimul homo. Super Apocalyp. cap. 10. Et: De redemptione facta per paſsionem Dei, eſt loqui dupliciter. Aut ſecundum ſufficientiam: & ſic paſsio redemit omnes: quia quãtum eſt de ſe, omnes liberauit. Omnibus enim redimendis & ſaluandis ſufficiens eſt, etiãſi eſſent infiniti mundi, ut dicit Anshelmus lib. 2. Cur Deus homo, &c. cap. 14. Aut ſecundum efficientiam: & ſic non omnes redemit per paſsionem, quia non omnes adhærent redemptori, & ideò non omnes habent efficaciam redemptionis. Super Apocal. cap. 5. Et: Poſsibile erat Deo alio modo quàm per incarnationẽ perfectionem gratiæ humano generi conferre, loquendo de potentia abſoluta. Sed non potuit hanc plenitudinem humanum genus aliter conſequi, ſuppoſita Dei ordinatione. Opuſculo 1. contra error. Græc. cap. 16. Et: Si quis obijciat, quòd Deus cum ſit omnipotens, alio modo poterat humanum genus ſaluare, quàm per unigeniti filij ſui mortem: conſiderare debet, qui hoc obijcit, quòd in factis Dei conſiderandum eſt quod conuenienter fieri potuit, etiamſi alio modo illud Deus facere potuiſſet: alioquin omnia eius opera ſimilis ratio irritabit. Si enim conſideretur, quare Deus fecerit cœlum tantæ quantitatis, & quare condiderit in tanto numero ſtellas: ſapienter cogitanti occurret ſecũdum quod ſic conuenienter fieri potuit, licet aliter facere potuerit. Dico autem hæc ſecundum quod credimus, totam naturæ diſpoſitionem & humanos actus diuinæ prouidentiæ eſſe ſubiectos. Si aliquis ergo conuenientiam paſsionis & mortis Chriſti pia intentione conſideret, tantæ ſcientiæ profunditatem inueniet, ut ſemper aliqua cogitanti plura & maiora occurrant, ita quòd experiri poſſit uerum eſſe, quod Apoſtolus dicit 1. Corinth. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, &c. Primò ergo conſiderandum occurrit, quòd Chriſtus humanam naturam aſſumpſit ad lapſum hominis reparãdum. Ea ergo oportuit Chriſtum pati & agere ſecundum humanã naturam, quæ per remedium adhiberi poſſent contra peccatũ. Peccatum autem hominis in hoc cõſiſtit, quòd homo corporalibus adhærendo ſpiritualia bona prætermittat. Hoc ergo decuit Dei filium in aſſumpta hominis natura oſtendere per ea quæ fecit & paſſus eſt, ut homines tẽporalia bona uel mala pro nihilo ducerent, ne ab eorum inordinato affectu impediti, ſpiritualibus minus dediti eſſent. Ibid. opuſc. 2. contra error. Græcorum, cap. 7.

Albertus: Perfecta Dei ſunt opera redẽptionis, ſicut perfecta ſunt opera creationis. Et ſperamus quòd ita perficientur opera glorificationis, ut occurramus omnes in uirum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Super 1. cap. Lucę. Et: Precium redimens debet eſſe precioſum, abundans ſiue copioſum, dapſile non refutabile, damnum ſoluens & pignus recuperans. Ibid. Et: Dominus opus redemptionis noſtræ compleuit. Idem in Iohan. cap. 18. Et: Tunc enim cum clamore ualido & lachrymis obtulit pro nobis hoſtiam ſalutarem, in qua oblatione conſummatum eſt opus noſtræ redemptionis. Ibid. cap. 19. Item: Peccãdo regnum cœlorum amiſeramus, & ideo nobis ad regnum cœlorum, & coniunctionẽ diuinam nulla erat congruitas. Sed pius rex hoc fecit, ut iterum cõgrueret redemptio, quod incompetẽs erat damnatis per peccatum. Idem in Matth. cap. 22.

Ægidius: Innocens natura per Adam eſt corrupta, per Chriſtum uerò mediatorem Dei & hominum eſt reſtaurata. De orig. peccato cap. 6.

De reſurrectione Chriſti inquit Alexander: Quantum ad nos, non fuit conueniens, quòd differretur reſurrectio eius: imò neceſſarium erat quòd reſurgeret, quo ad nos, quia ad faciendum fidem in nobis: quia niſi citò reſurgeret, quaſi nullus deinceps ipſum crederet eſſe Deũ. Item neceſſarium fuit, quòd citò reſurgeret, ut daretur nobis forma & exemplar noſtræ reſurrectionis. Non enim poſſemus ita allici ad amorem beatitudinis, niſi exemplar noſtræ reſurrectionis uideremus. parte 3. quæſt. 21. memb. 3. artic. 1.

Innocentius ait: Sicut leo rugitu maximo tertia die ſuos catulos excitat: ita Deus pater immenſa potentia filium ſuum tertia die ſuſcitauit. Hic eſt leo fortiſsimus beſtiarum, qui ad nullius paueſcit occurſum: qui quantæ ſanctitatis extiterit, ipſius collobium, quod in hac ſua Eccleſia

conſeruatur, patenter oſtendit. Sermone in communi de Euangeliſtis.

Thomas ait: Per ſtellam luciferum, qui ſuo ortu diē lucere nunciat, ſignatur Chriſtus, qui reſurgens à mortuis, fidei lucem & claritatem nobis attulit, quia propter nos reſurrexit. Super Apocal. cap. 2. Et: Totus ſanguis qui de corpore Chriſti fluxit, cum ad ueritatē humanæ naturæ pertineat, in corpore Chriſti reſurrexit: & eadem eſt ratio de omnibus particulis ad ueritatem & integritatem humanæ naturæ pertinentibus. Sanguis autem ille qui in quibuſdam Eccleſijs pro reliquijs conſeruatur, non fluxit de latere Chriſti, ſed miraculosè dicitur effluxiſſe de quadam imagine Chriſti percuſſa. In tertiā ſummę, quæſt. 54. artic. 3.

Deſcendere. Alexander: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit. Sed deſcendere dicitur de filio Dei non propriè, ſed tranſumptiuè. Tranſumptum autem eſt uerbum ad ſignificandum incarnationem. Nam ſicut iſte qui deſcendit, tendit ad ſurſum in deorſum: ſic cum Deus factus eſt homo, qui ſuper omnes res eſt natura, bonitate, dignitate, rem infirmam ſibi uniuit. Nihil aliud ergo eſt deſcendere, quàm in carne humili apparere. parte 3. quæſt. 82. memb. 5. artic. 3.

De deſcenſu Chriſti ad inferos, hanc opinionem habet Bonauentura: Anima Chriſti poſt paſsionem deſcendit ad infernum, ſiue ad lymbum, ad liberationem non omnium, ſed eorum qui inter membra Chriſti deceſſerunt per fidem uiuam, uel per fidei Sacramenta. poſt hæc tertia die reſurrexit à mortuis, reſumendo corpus uiuificatum, ſed non tale, quale prius fuerat: quia prius fuerat paſsibile, mortale: poſtea autem reſurrexit impaſsibile & immortale, uiuens in ſempiternum. Deinde poſt 40. dies aſcendit ad cœlos, ubi ſuper omnem creaturam exaltatus ſedet ad dexteram Dei patris. quod dictum non intelligitur quantum ad ſitum, qui non competit Deo patri: ſed quantum ad excellentiam bonorum, quia ſcilicet reſidet in potioribus bonis paternis. Poſtremò interiectis decem diebus, miſit in Apoſtolos promiſſum Spiritum ſanctum, per quem congregata eſt Eccleſia gentium, & ordinata ſecūdum diuerſas diſtributiones officiorum & gratiarum. parte 4. breuiloq. ca. 10.

Thomas ait: Chriſtus moriens ad inferna deſcendit, ut in ſymbolo continetur, ſicut antè per prophetam prædictum fuerat: Non derelinques animā meam in inferno. Quod Petrus in Act. de Chriſto exponit. licet Chriſtus alio modo ad inferna deſcendit, non quaſi peccato obnoxius: ſed ſolus inter mortuos liber ad hoc deſcendit, ut expolians principatus & poteſtates captiuam duceret captiuitatē, ſicut fuerat prædictū Zach. 9. Tu autem in ſanguine, &c. opuſc. 2. cont. error. Græc. ca. 9. Et: Articulus fidei eſt, quòd Chriſtus ſecūdum animam deſcendit ad inferos. prima ſummæ, quæſt. 53. artic. 1. Item: Anima Chriſti ſeparata à corpore, deſcēdit ad inferos. Idem de humanitate Chriſti, cap. 19. Et: Licet Chriſtus paſſus ſit pro peccatoribus, & ad infernū deſcenderit: non tamen liberauit omnes, ſed illos tantùm qui ſine peccaro mortali erant. Illos uerò qui in mortali deceſſerant, dimiſit. Et ideo nullus qui cum mortali peccato illuc deſcendit, ſperer ueniam. In expoſit. artic. fidei cap. 7. Et: Anima Chriſti deſcendit quidē ad inferos ſecūdum locum, non autem ut ibi pœnam ſubiret, ſed magis ut alios à pœna abſolueret, qui propter peccatum primi parentis illic detinebātur, pro quo plenè iam ſatisfecerat mortem patiendo. Vnde poſt mortem nihil patiēdum reſtabat. Sed abſq; omni pœnæ paſsione, localiter ad infernum deſcendit, ut ſe uiuorum & mortuorum liberatorem oſtenderet. Ex hoc etiam dicitur, quòd ſolus inter mortuos fuit liber: quia anima eius in inferno non ſubiacuit pœnæ, nec corpus eius corruptioni in ſepulchro. Quamuis autem Chriſtus deſcendens ad inferos eos liberauit, qui pro peccato primi parentis ibi tenebantur: illos tamen reliquit, qui pro peccatis proprijs ibidem pœnis erant addicti. Et ideo dicitur infernum momordiſſe, & non abſorbuiſſe: quia ſcilicet partem liberauit, & partem dimiſit. In Compend. Theolog. tractatu 2. cap. 51. Item: Credimus animam Chriſti deſcendiſſe ad inferos, corpore iacente in ſepulchro. Epheſ. 4. Deſcendit primùm in inferiores partes terræ. Vnde in ſymbolo dicitur, Deſcendit ad inferos. quod eſt contra quoſdam, qui poſuerunt, ipſum Chriſtum non deſcendiſſe per ſeipſum ad inferos, cum tamen Petrus dicat Act. 2. quòd non eſt derelictus in inferno. In tractatu de articulis fidei cap. 11.

Albertus: Deſcenſus ad inferos eſt de articulis ſymboli Apoſtolorum. Deſcenſus enim cōpletur in liberatione eorum qui in inferno ſunt. Super Matth. cap. 11.

Reſurrexit. Albertus: Chriſtus etiam ad incorruptionem reſurrexit. In præfat. ſuper Iohan.

Aſcenſio. Alexander: Aſcenſio autē cauſa fuit gloriæ, quæ eſt in ſocietate cōfruentiū: & in hoc eſt magna gloria, & maximè

in illo

in illo loco, qui plus participat operatione Dei & gratia, ubi congregatæ ſunt beatæ animæ cum angelis, & ſimul uident Deum. Hanc enim gloriã adduxit aſcenſio: & ſic patet, quòd aſcenſio eſt cauſa noſtræ beatitudinis ſiue aſcenſionis. parte 3. diſt. 23. memb. 7. artic. 2. ∮. 1.

Innocentius inquit: Solus Chriſtus ad cœlum aſcendit, ſicut ſolus deſcendit. Sermo. in feſto annunciat. Mariæ.

Thomas: Sicut de filio dicitur, quòd eſt natus, paſſus, ſepultus, non tamen ſecundum naturam diuinam, ſed ſecundum humanam: ita & de filio Dei dicitur, quòd aſcendit in cœlum, non quidem ſecundum diuinam naturam, ſed etiam ſecũdum humanam. Nam ſecũdum diuinam naturam nunquam à cœlo diſceſsit, ſemper ubiq; exiſtens. Vnde ipſe dicit Iohan. 3. Nemo aſcendit in cœlum, &c. per quod datur intelligi, quòd ſic de cœlo deſcendiſſe dicitur naturam aſſumendo terrenam, quòd tamen in cœlo ſemper permanſit. Ex quo etiam conſiderandũ eſt, quòd ſolus Chriſtus propria uirtute cœlos aſcendit. Locus enim ille debebatur ei qui de cœlo deſcenderat, ratione ſui originis. Alij uerò per ſeipſos aſcendere non poſſunt, ſed per Chriſti uirtutem eius membra effecti. Et ſicut aſcendere in cœlum conuenit filio Dei ſecundum humanam naturam: ita additur alterum, quod conuenit ei ſecundum naturam diuinam, ſcilicet quòd ſedeat ad dexteram patris. Non enim ibi cogitanda eſt dextera uel ſeſsio corporalis. Sed quia dextera eſt potior pars animalis, datur per hoc intelligi, quòd filius cõſidet patri, non in aliquo minoratus ab ipſo ſecundum diuinam naturam, ſed omnino in eius qualitate exiſtens. Poteſt tamen & hoc ipſum attribui filio Dei ſecundum humanam naturam, ut ſecundum diuinam naturam intelligamus filium in ipſo patre eſſe ſecundum eſſentię unitatem, cum quo habet unam ſedem regni, id eſt, poteſtatem eandem. Sed quia regibus ſolent aliqui aſsidere, quibus ſcilicet aliquid de regia poteſtate communicãt: ille autem potiſsimus in regno eſſe uidetur, quem rex ad dexteram ſuam ponit: meritò filius etiam ſecundum humanam naturam dicitur ad dexteram patris ſedere, quaſi ſuper omnẽ creaturam in dignitate cœleſtis regni exaltatus. Vtroq; igitur modo ſedere ad dexteram, eſt proprium Chriſti. Vnde Apoſtolus ad Heb. 1. dicit: Ad quem autem angelorum, &c. Hanc igitur aſcenſionem Chriſti confitemur in ſymbolo, dicentes: Aſcendit ad cœlum, &c. In Compend. Theolog. tract. 2. cap. 56.

Albertus: Aſcendit ſecundum quod homo: quia ſic hominibus formã filiationis communicauit, per quam in cœlum exaltatur. Deſcendit autem ſecundum quod Deus: quia ſic in forma humana uiſibilis apparuit, ut hominibus formam daret diuinam. Super Iohan. cap. 3. Et: Aſcenſio enim Chriſti oſtendit dignitatem, poteſtatem, & ad patrem omnino conformẽ uoluntatem, &c. Item: Aſcendit illuc ubi prius fuit in æqualitate patris, ſecundum quod fuit eadem perſona ab ęterno. In his enim quæ aſſumpſit, nec commixtionem paſſus eſt, neq; diuiſionem, neq; mutationẽ aliquã ſuſtinuit. Aſſumpſit enim quod non erat, manens quod erat. Ibid. cap. 6.

Sedere ad dexteram. Alexãder: Eſſe ad dexteram patris, & ſedere ad dexterã patris. Eſſe enim ad dexteram patris, etſi poſſit conuenire alijs à Chriſto, non tamen ſedere ad eius dexteram: quia ſedere importat unionem uel æqualitatem, & quãdam communionem beatitudinis cum patre, quod nulli alij à Chriſto conuenit. Sed eſſe ad dexteram, eſt eſſe in æterna beatitudine: quod bene conuenit alijs multis à Chriſto. parte 3. quæſt. 24. memb. 1.

Thomas: Sedere ad dexteram patris nihil aliud eſt, quàm ſimul cum patre habere gloriam deitatis & beatitudinem, & iudiciariam poteſtatem immutabiliter & regaliter. Tertia ſummæ, quæſt. 58. artic. 2.

Albertus: Filius Dei ſedet in dextera patris. Super Matth. cap. 6.

Saluator. Thomas: Chriſtus eſt operatus noſtram ſalutem, quaſi ex propria uirtute: & ideo oportuit quòd in eo eſſet gratiæ plenitudo. In ſumma de ueritate, materia 29. quæſt. 4.

Mediator. Bonauẽtura: Principium noſtrum reparatiuum, uerbum ſcilicet incarnatum, nos reparat in quantum Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Ieſus. In quantum eſt Ieſus, habet ſaluare: in quantum Chriſtus unctus, habet unctionis gratiam in alios deriuare. In 6. parte Breuiloquij, cap. 11.

Thomas: Chriſtus eſt mediator Dei & hominum, etiam ſecũdum humanam naturam, in quãtum cum hominibus habet paſsibilitatem, cum Deo uerò iuſticiam, quæ eſt in eo per gratiam. Et ideo requiritur præter unionem habitualis gratia in Chriſto ad hoc, quòd ſit mediator & caput. In ſum. de ueritate materia 29. qu. 4. Et: Chriſtus in quantum homo, eſt mediator Dei & hominum, ut dicitur 1. Timot. 2. Tertia parte ſumm. quæſt. 6. artic. 1. Et: Dicitur filius rogare uel orare ſecundum naturam aſſumptam, ſcilicet humanam.

Secunda 2.quæſt.83.artic.10. Item: Chriſtus dicitur mediator ſecundum naturam humanam, ut dicit gloſſa ſuper illud 1.Timoth.2. Vnus eſt mediator,&c. In tantum eſt mediator, in quantū homo eſt: in quantum autem uerbum, non eſt mediator, ſed unus cum patre Deus. De humanit. Chriſti cap.18.

Albertus: Chriſtus noui Teſtamenti mediator. In Matth. cap.4.

Purus. Thomas: Chriſtus debuit eſſe à peccatoribus ſegregatus, quantum ad culpam, quam uenerat deſtruere, non quantum ad naturam, quam uenerat ſaluare, ſecundum quam debuit per omnia fratribus aſsimilari, ut ad Hebr.2. dicitur: & in hoc etiam mirabilior eſt eius innocentia, quòd de maſſa peccato ſubiecta, natura aſſumpta tantam habuit puritatem. Tertia ſummæ, quæſt.4. artic.6.

Albertus: Filius hominis non ex concupiſcentia natus, & ideo peccatum non habens ex natiuitate. Tangit etiam naturam in hoc, quæ pati potuit, in quantum filius hominis eſt. Traditus eſt à patre, à ſeipſo, à diſcipulo, à Iudæis. A' patre traditus eſt in reconciliationem, à ſeipſo in hoſtiam, à Iuda Iudæis, à Iudæis gentibus, à gentibus in mortem. Super Matth. cap.17.

Gratia Chriſto data. Thomas: Chriſto data eſt gratia non tantùm ſicut ſingulari perſonæ, ſed in quantum eſt caput Eccleſiæ, ut ſcilicet ab ipſo redundaret ad membra: & ideo opera Chriſti hoc modo ſe habent tam ad ſe quàm ad ſua membra, ſicuti ſe habent opera alterius hominis in gratia cōſtituti ad ipſum. Manifeſtum eſt autem, quòd quicunque in gratia conſtitutus propter iuſticiam patitur, ex hoc ipſo meretur ſibi ſalutem, ſecundum illud Matth.5. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam. Vnde Chriſtus non ſolùm per ſuam paſsionem ſibi, ſed etiam omnibus membris ſuis meruit ſalutem. Tertia ſummæ, quæſt.48. artic.1.

De plenitudine Chriſti inquit Alexander: In Chriſto fuit influētia plenitudinis dupliciter, ſcilicet per modum cauſæ, & per modum doctrinæ. Per modum cauſæ efficientis, quo ad diuinam naturam: & per modum cauſæ interiorem, quantū ad humanā. & his duobus modis eſt influentia gratiæ in ſacramentis, per quæ regenerantur homines: ut in baptiſmo & confirmatione, & alijs. Influentia per modū doctrinæ fuit in prędicatione eius, in qua accepimus de plenitudine eius ueritatem, & fuit plenus gratiæ & ueritatis. Iohan.1.

Corpus Chriſti in pluribus locis. Thomas: Anshelmus ponit ſimile exemplum de fonte, riuo & lacu: quia ſicut filius à patre, & Spiritus ſanctus ab utroq;, ita riuus manat à fonte, & lacus ab utroq;. Et ſæpe accidit, quòd ſolus riuus eſt quodammodo incorporatus, quando ſcilicet per canales plumbeos aut lapideos, aut alterius materiæ deſcendit. Tunc enim quamuis ſit eadem aqua in fonte, in riuo & lacu, ſolus tamen riuus ſeu ſolius riui aqua eſt canalibus ueſtita. Ita licet eadem ſit eſſentia patris & filij & Spiritus ſancti, tamen in ſolo filio iſta eſſentia eſt unita corpori. Et ſicut ubi ſunt canales, ibi eſt riuus uelatus & abſconditus ſub corporeo tegumento, alibi tamen iſta aqua eſt libera & patens: ita ubi eſt panis triticeus debitè conſecratus, ibi eſt filius Dei incarnatus: alibi uerò ubiq; eſt in terra ſine corpore, ſicut eſt pater & filius, cum quibus eſt ubiq; eiuſdem eſſentiæ ſeu naturæ. Et ſicut riuus poteſt eſſe in pluribus locis concluſus canalibus, ita filius Dei poteſt eſſe in pluribus locis corpore unitus ſub uelamine ſacramenti. Concludendo igitur ſecundum Theologicam ueritatem dicimus, corpus Chriſti uerum eſſe ſimul & ſemel in pluribus locis & diuerſis: quod quidem tamen Deo non eſt impoſsibile, nec contra intellectum. De Euchariſtia cap.8.

Quæ in Chriſto imitanda. Thomas: Sunt quædam, in quibus Chriſtum admirari poſſumus, non imitari: ſicut ea quæ pertinent ad diuinitatem eius, & ad beatitudinem, quam habuit adhuc uiator exiſtens. Ad quod pertinebat, quòd Chriſtus etiam quantum ad uolita rationis ſuæ, uoluntatem ſuam diuinæ uoluntati conformabat. In ſumma de ueritate, materia 23. quæſt.8.

Regit. Albertus: Nunquam aliquis in tanta manſuetudine & benignitate gubernauit ſubiectos, ut Chriſtus. Super Lucam cap.2.

Quòd ira in Chriſto. Alexander: Ira dicitur dupliciter. Eſt enim ira appetitus uindictæ cum perturbatione, quomodo definitur ab Auguſt. Ira eſt turbulētus appetitus, &c. & à Iohan. Damaſc. Ira eſt feruor, &c. Secūdum iſtum modum non fuit in Chriſto. Alio modo dicitur appetitus uindictæ abſque perturbatione ex amore iuſticiæ: & hoc modo fuit ira in Chriſto: Dicitur in pſalmis: Tunc loquetur ad eos in ira ſua, &c. Glo. Ira Dei non eſt perturbatio mentis, quæ eſt ab eo penitus aliena, ſed uis qua iuſtè iudicat. Et per hoc patet reſponſio Auguſt. & ad illam Iohan. Damaſc. Ira eſt feruor, &c. Ad aliud uerò quod obijcitur de Iohan. Damaſcen. Ira eſt appetitus repunitionis, &c. dicendum, quòd

quòd appetitus uindictæ dicitur dupliciter. Vno modo proueniens ex impatientia læſæ conſcientiæ, ſicut dicit Iohan. Damaſc. Ira eſt audax uindex læſæ conſcientiæ. Cum enim concupiſcimus aliquid, & prohibemur ab aliquo, iraſcimur aduerſus eum: quomodo dicitur Rom. 12. Non uoſmetipſos defendentes chariſsimi, &c. Alio modo eſt proueniens ex amore iuſticiæ diuinæ: quomodo dicunt ſancti Apocal. 6. Vſquequò Domine ſanctus æternus non iudicas ſanguinem noſtrũ de his qui habitãt in terra? Et hoc modo fuit in Chriſto appetitus uindictæ. Ad ultimum uerò quod obijcitur de ira per zelum, dicendũ, quòd ira per zelum duo ponit in nobis, ſcilicet appetitum iniuriæ Dei uindicandæ ex amore iuſticiæ, & perturbationem infirmitatis humanæ, ex hoc quòd æſtimatur defectus potentiæ ad uindicandũ. Primum eſt perfectionis, ſecundũ imperfectionis. Quod ergo eſt perfectionis, iuſticiæ fuit in Chriſto, quando ſcilicet eiecit ementes & uendentes de templo. Quod autem eſt imperfectionis, ſcilicet perturbatio ex æſtimatione impotentiæ, nõ fuit in Chriſto. parte 3. quæſt. 5. memb. 2. art. 5.

De ignorantia extremi diei. Thomas: Non poteſt intelligi, quòd filius horã aduentus ſui ignoret, cum in eo ſint omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, ut Apoſtolus dicit: & cum id quod maius eſt, perfectè cognoſcat, ſcilicet patrẽ. Sed intelligendum eſt, quia filius inter homines homo conſtitutus, ad modũ ignorantis ſe habuit, dum diſcipulis nõ reuelauit. lib. 4. cont. gentiles, cap. 8.

De aduentu Chriſti inquit Innocẽtius: Quatuor redemptoris aduentus ſcriptura ſacra diſtinguit. Primum in nube, ſecundum in rore, tertium in turbine, quartum in igne. In nube carnis, in rore gratiæ, in turbine mortis, in igne iudicij. In nube carnis, ut mundum redimeret: in rore gratiæ, ut ſpiritum illuminet: in turbine mortis, ut corpus incineret: in igne iudicij, ut ſeculum iudicet. In ſermo. dominicæ 2. Aduentus.

Albertus ait: Attende differentias primi aduentus & ſecundi. Primus enim fuit in infirmitate, in humilitate, & in ſalutem, & Apoſtolorum miſsione. Secundus autem in poteſtate & maieſtate ad iudicandum, & cum frequentia angelorum. In Matth. cap. 25.

De transfiguratione ait Innocentius: In transfiguratione Ieſus non ſubſtãtiam aſſumptæ carnis amiſit, ſed gloriam futuræ reſurrectionis oſtẽdit. In ſermo. in Sabbato 4. temporum.

DE SPIRITV SANCTO.

Spiritus. Albertus: Spiritus autem dicitur, quia ſpirat, quia uiuificat, quia illuminat, quia occultus eſt, & à carne & à ſanguine non percipitur. Sanctus autem dicitur, quia mundus ab omni inquinamento & liber, quia fortis, quia diuinis intentus. In Iohan. cap. 14.

Spiritus ſanctus imago filij. Alexander: Spiritus ſanctus eſt imago filij, quia conuenit cum eo in eſſentia, & in proprietate, quæ eſt, quia ipſe ab alio ſicut filius. parte 1. quæſt. 61. memb. 3. artic. 1.

De Spiritu ſancto inquit Alexander: Spiritus ſanctus eſt uinculum & nexus ſiue communio patris & filij, & hoc multiplici ratione. 1, Quia eſt amor procedens à patre & filio communiter & uno modo: amor autem nexus eſt & uinculum amantium. 2, Quia exit à patre & filio in unitate ſubſtantiæ cum patre & filio: quod non poſſet eſſe, niſi eadem eſſet una ſubſtantia patris & filij: & ideo oſtendit unitatẽ ſubſtantiæ patris & filij. Vnde Auguſt. in 15. lib. de trinitate: Charitas qua pater diligit filium, & filius patrem, ineffabilem communionem monſtrat amborum. 3, Quia exit à patre & filio per eandem habitudinem & relationem ſiue notionem, quę eſt communis ſpiratio. 4. ratio eſt, quia ipſe Spiritus ſanctus eſt unio, ſiue communio, per quam nos unimur Deo, & communicamus ipſam ſummam bonitatem & ipſa bona diuina. Ipſe enim amor eſt, amor autem eſt primum donũ. Quicquid autem donatur, proprio amore donatur: & ideo, quia ab ipſo omnia nobis donantur, per ipſum dicitur communio quatuor modis. Ergo dicitur communio ſiue unio uel nexus patris & filij effectiuè, quia ei attribuitur effectus unionis ſiue cõmunionis Dei ad nos: relatiuè, quia ipſe refertur ad patrem & filium ratione unius habitudinis uel relationis, quæ eſt communis ſpiratio, ſecundum quam eſt ab illis: oſtenſiuè, quia ipſe oſtendit unam & eandem ſubſtantiam eſſe patris & filij: quaſi formaliter, quia ipſe eſt amor patris & filij. parte 1. quæſt. 43. memb. 3. artic. 3. Item: Spiritus ſanctus non ſolùm per appropriationem eſt donum, ſed etiam per ſuam proprietatem eſt amor procedens à patre & filio: quia amor eſt per proprietatem: quia illud quo propriè datur aliquid alij, eſt amor. Vnde amor eſt ratio doni, & eſt illud quod primò donatur: quia ſi ex alia cauſa detur aliquid, q̃ ex pura liberalitate & amore, non eſt donũ propriè. ut ſi detur aliquid ex timore, nõ eſt donũ, ſed redhibitio. Similiter ſi ex cupiditate detur, nõ eſt donum,

donum, ſed quæſtus. Ergo donum propriè reſpicit liberalitatem & amorem dantis. Quia ergo ſpiritus ſanctus eſt amor, ideo eſt donum: & quia eſt donum, ideo ipſe eſt gratia. parte 3.qu.12.memb.1.art.1.

Spiritus Domini in Scriptura non niſi pro ſpiritu ſancto cõſueuit poni. Thomas prima ſecundæ, quæſt.66.artic.1.

Ægidius ait: Spiritus eſt amor nectens patrem & filium, & eſt amor in quo diligit pater filium, & ecõuersò.lib.1.Hex.ca.25.

Gratia. Alexander: Gratia unionis increata illa eſt infinita & ſine menſura, & hæc eſt ſpiritus ſanctus. parte 3. quæſt.12. memb.1.artic.1. Item: Gratia increata eſt ſpiritus ſanctus, & dicitur ſpiritus ſanctus gratia ſecundum quod dicitur donum, & dicitur donum ſecundum quod dicitur amor. Ipſe enim Spiritus ſanctus ſecũdum proprietatem ſuam amor eſt, & ut amor procedit à patre & filio: & ideo quia donum eſt, ideo amor eſt: quia nihil eſt donum, niſi ratione amoris. Nam ſi aliquid detur ex timore, non eſt donum propriè, imò redemptio. Similiter ſi detur ex cupiditate, non eſt donum, ſed quæſtus. Sed donum propriè eſt ex amore & liberalitate & ſine coactione. Vnde in omni dono primò donatur amor. Et ſic Spiritus ſanctus dicitur gratia, quia donum: & dicitur donum, quia amor. Et hoc eſt illud glorioſum donum, de quo Ioan.14. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Spiritus enim ſanctus eo nos facit gratos, quia facit nos deiformes: hoc autem facit, quia amor eſt. Ibid.qu.69.memb.2.art.2.

Quid. Bonauentura: Spiritus ſanctus eſt donum increatũ, optimum & perfectum, quod deſcendit à patre luminum, per uerbum incarnatũ.li.2.parte 5.breuiloq.ca.1.

Amor eſt. Innocentius: Spiritus ſanctus eſt amor & delectatio utriuſq; ab utroq; procedens: ſed nec poſterior nec minor utroq;, tanquam conſubſtantialis uel coæternus utriq;. Serm.2.in feſto omnium ſanctor.

Thomas ait: Spiritus ſanctus eſt amor patris, quo ſe inuicem & nos diligunt. In Compend.Theolog.tractat.2.cap.35.

Vnus. Thomas: Spiritus ſanctus eſt unus in natura, & multiplex in effectu. In Apocalypſ.cap.1.

Eſt Deus. Thomas: Sanctarũ ſcripturarũ teſtimonijs edocti, hoc firmiter de Spiritu ſancto tenemus, quòd uerus ſit Deus ſubſiſtens, & perſonaliter diſtinctus à patre & filio. Contra gentiles lib.4.cap.19.

Albertus: Ad hæc autem myſtica nobis uiam ſapientiæ ſpiritus aperiat, qui cum patre uerbi, & ipſo uerbo Deus trinus & unus regnat per omnia ſecula ſeculorum, Amen. In Iohan.in fine.

Eſt hypoſtaſis. Thomas: Spiritus ſanctus, quo nobis inſinuatur diuinus amor, non eſt aliquid accidentale in Deo, ſed eſt res ſubſiſtens in eſſentia diuina, ſicut & pater & filius: & ideo in regula catholicæ fidei oſtenditur coadorandus & ſimul glorificãdus cum patre & filio. In Compend. Theolog.cap.48.

Coeſſentialis patri & filio. Innocẽtius: Pater & Spiritus ſanctus ſunt eiuſdem naturæ tantùm.lib.2.myſt.Miſſæ, ca.19. Et: Spiritus ſanctus ſubſtantialiter eſt in utroque.lib.3.myſt.Miſſæ.

Thomas ait: Spiritus ſanctus eſt Chriſto connaturalis ſecundum diuinam naturam. In Comp.Theolog. tract.2.cap.39. Item: Spiritus ſanctus eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre & filio: quia ſicut filius eſt uerbũ patris, ita Spiritus ſanctus eſt amor patris & filij, & procedit ab utroq;. Et ſicut uerbum Dei eſt eiuſdem ſubſtantiæ cum patre, ita & amor cum patre & filio. In expoſit.ſymb.Apoſt.cap.11. Et: Spiritus ſanctus eſt æqualis patri & filio, quod ad cultum.Ibid.

Ægidius: Spiritus ſanctus eſt unus Deus cum patre & filio.lib.1.Hexam.cap.12.

Innaſcibilis. Albertus: Spiritus ſanctus quamuis ab alio ſit, tamen naſcibilis non eſt, & ideo filius inconuenienter eſſet. Super Lucam cap.1.

Imago filij. Thomas: Sciendum quòd à ſanctis Gręcis duæ autoritates ſacræ ſcripturæ inducuntur, in quibus uidetur dici, quòd ſpiritus ſanctus ſit imago filij. Dicitur enim Rom.8. Quos præſciuit & prædeſtinauit cõformes fieri imagini filij ſui. Imago autem filij nihil aliud uidetur eſſe, quàm Spiritus ſanctus. Item 1.Cor.15. dicitur: Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis, id eſt Chriſti. Per quam imaginem intelligunt Spiritum ſanctum, licet in his autoritatibus Spiritus ſanctus non expreſsè imago dicatur. Poteſt enim intelligi, quòd homines conformentur imagini filij, uel portent imaginem Chriſti, in quantũ ipſi homines ſancti per dona gratiarum, ut ſint ſimiles Chriſto, perficiuntur, ſecundum illud Apoſtoli 2.Cor.3. Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, &c. Hic enim imaginem non dicit eſſe ſpiritum Chriſti, ſed aliquid à ſpiritu Dei in nobis exiſtens. Sed quia præſumptuoſum eſt tantorum doctorum tam expreſſis autoritatibus contraire, poſſumus quidem dicere Spiritum ſanctum eſſe imaginem patris & filij, ita quòd per imaginem nihil

nihil aliud intelligatur, quàm exiſtens ab alio, & eius ſimilitudinem gerens. Si autem per imaginem inrelligarur aliquid exiſtens ab altero, ex ipſa ſuæ originis ratione habens quòd ſimilitudinem gerat eius à quo exiſtit, in quantum eſt ab altero, ut filius genitus, uel ut uerbum conceptum, ſic ſolus filius dicitur imago. De ratione enim filij eſt, quòd ſimilitudinem habeat patris in quacunq; natura. Et ſimiliter de ratione uerbi eſt, quòd ſit ſimilitudo eius quod uerbo exprimitur, cuiuſcunq; ſit uerbum. Sed non eſt de ratione ſpiritus uel amoris, quòd ſit ſimilitudo eius, cuius eſt in omnibus diuina: ſed hoc in ſpiritu Dei uerificatur per eſſentię unitatem & ſimplicitatem, ex qua oportet, quòd quicquid eſt in Deo, ſit Deus. Nec obſtat ad rationem imaginis, quòd Spiritus ſanctus non conuenit cum patre in aliqua perſonali proprietate, quia ſimilitas & æqualitas diuinatum perſonarum nõ attenditur per proprietates perſonales, ſed tantùm attributa eſſentialia. Neque enim inæqualitas & diſsimilitudo, ſecundum perſonalium proprietatum differentiam in diuinis dici debet, ſicut Auguſtinus dicit in libro contra Maximum. Cum enim filius dicitur à patre genitus, nõ oſtenditur inæqualitas ſubſtantiæ, ſed ordo naturæ. Similiter etiam nõ obſtat, quòd Spiritus ſanctus eſt à duobus. Eſt enim à duobus in quantum ſunt unum, cum pater & filius ſint unum principium Spiritus ſancti. In opuſculo 1. cont. Græcor. errores, cap. 10.

Coæternus. Thomas: Sicut filius Dei, qui eſt uerbum Dei ſubſiſtens, eſt in natura diuina, & patri coæternus atque perfectus & unicus: ita etiam hæc omnia de ſpiritu ſancto confiteri oportet. In opuſculo 2. cont. error. Græc. cap. 4.

De proceſsione inquit Alexander: Procedere poteſt intelligi dupliciter: uel proceſsio abſolutè & deciſè, aut cum ſuperadditione alicuius dignitatis ſeu differentię. Secundum primum modum eſt proprium ſpiritus ſancti: quia procedere filij non intelligitur ſine ſuperadditione alicuius dignitatis, quę eſt procedere ſecundum principaliorem modum, ſiue procedere ab alio, ita ut etiã accipiat quòd ab eo ſit alius in procedendo: & ideo huiuſmodi proceſſio generatio debet dici, cum proceſsio per generationem ſit principalior inter omnes modos procedendi: & ita denominatur à digniori ſiue à differentia ſuperaddita: ſicut homo non dicitur ſenſibile propriè, ſed rationale. Procedere uerò præciſe uel abſolutè intellectum, hoc eſt procedere tantùm Spiritus ſancti. parte 1. quæſt. 43. memb. 2. Item: Procedere dicitur dupliciter. Vno modo dicitur procedere in motu locali, qui motus ab aliquo in aliquid. Alio modo dicitur procedere in exitu creari à cauſa, uel motus à mouente. Secundùm primum modum procedere requirit duplicem terminum: à quo, & in quem. Secundùm modum ſecundum non requirit niſi unum, ſcilicet à quo. Vnde & ſecundùm hos duos modos poteſt tranſſumi ad proceſsionem Spiritus ſancti uerbum Procedendi. Græci uerò uerbum Procedendi tranſtulerunt à locali motu. Vnde proceſsionem Spiritus ſancti æternam intellexerunt ab aliquo in aliquem: & ideo ſecundùm hunc modum non conceſſerunt, quòd procederet ſpiritus ſanctus à filio in patrem. Quod non eſt conueniens, cum in ipſo patre ſit ratio primi principij, & nihil habeat pater à filio. Si autem diceretur, quòd procederet à filio in patrem, uideretur pater aliquid habere à filio. Sed conceſſerunt, quòd procedat à patre in filium: in quo oſtenditur quòd eſt amor patris ad filium, & etiam inſinuatur quòd filius habet eſſe à patre. Latini uerò tranſſumunt uerbum Procedendi ab exitu ſiue proceſſu creari à cauſa. Vnde dicunt quòd procedere eſt ab aliquo exire, quamuis nõ in aliquem: ſecundum quod dicitur à mente & noticia procedere amor, quamuis nõ intelligitur in aliquid. Et ſecundùm hunc modum dicunt Latini, quòd ſpiritus ſanctus procedit à patre & filio, quia exit ab utroq;, uel amor à noticia & mente. Ibidẽ membr. 4. Et: In hoc errauerunt Græci, quòd poſuerunt ſpiritum ſanctum à patre ſolo immediatè procedere, & nullo modo à filio. Ibidem quæſt. 46. membr. 5. Et: Græci autem in hoc errauerunt, quòd crediderunt & fecerunt ſolùm comparationem ad uerbum exterius & ſpiritum exteriorem, uidentes quòd ſpiritus exterior non procedit à uerbo exteriori, ſed à dicente ſolùm: ſic dicentes de ſpiritu ſancto. Ibidem.

Innocentius ait: Spiritus ſanctus à patre procedit & filio, & cum eis eſt uerus & uiuus Deus benedictus in ſecula ſeculorum. Serm. die Aſcenſ.

Thomas Aquinates ait: Sicut Spiritus ſanctus eſt à parre, ita & à filio: neq; tamen ſequitur, quòd filius & Spiritus ſanctus ſint à Spiritu ſancto, licet & ipſe habeat unam naturam cum patre. In diſputatis quæſtionibus, quæſt. 10. Item: Spiritus ſanctus eſt à filio tanquam proprius character eius, quod habetur Ioh. 16. ex perſona filij de ſpiritu ſancto dicentis: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Conſtat, quòd

non accipit à filio ſpiritus ſanctus quaſi prius non habens: quia ſic eſſet mutabilis & indigentis naturæ. Conſtat ergo, quòd ab æterno accepit à filio, nec potuit accipere aliquid quod nõ ſit eius eſſentia ab ęterno. Ergo accipit Spiritus S. eſſentiã de filio. Rationes autẽ quare de filio acceperit Spiritus ſanctus, ipſemet filius ſubiungit, dicens: Omnia quęcunq; habet pater, mea ſunt: propterea dixi, quòd de meo accipiet, quaſi diceret: Quia eadem eſt eſſentia patris & mea, non poteſt Spiritus ſanctus eſſe de eſſentia patris, quin ſit de mea eſſentia. Traditur enim in ſacra ſcriptura, quòd filius per Spiritũ ſanctum operatur, ſicut habetur Roma.15. Per me efficit Chriſtus, ſcilicet miracula & alia bona, dicit Apoſtolus, in Spiritu ſancto, id eſt, per Spiritum ſanctum. Ibidem. Et: Neceſſe eſt dicere, Spiritum ſanctũ eſſe à filio. Si enim non eſſet ab eo, nullo modo poſſet ab eo perſonaliter diſtingui. Prima ſecũdæ, quæſtione 36. artic. 2. Item: Quòd credere Spiritum ſanctum eſſe à filio, ſit de neceſſitate ſalutis. opuſc. 1. cont. error. Græco. Et: Ad oſtendendum quòd Spiritus ſanctus procedat à patre & filio, primò ſumendũ eſt, quòd etiam ab ipſis errantibus negari non poteſt, cum expreſsè autoritate ſacræ ſcripturæ probetur, quòd Spiritus ſanctus ſit Spiritus filij. Dicitur enim Galat. 4. Miſit Deus ſpiritum filij, &c. Roma. 8. Si quis Spiritum Chriſti non habet. Actor. 16. Non permiſit eos Spiritus Ieſu. Dicitur etiam 1. Cor. 2. Nos autẽ ſenſum Chriſti habemus. quod de Spiritu ſancto neceſſe eſt intelligi, ut patet per ea quæ ab Apoſtolo pręmittuntur. Nominatur etiam Spiritus ſanctus, Spiritus ueritatis, Ioh. 15. Dicitur & ſpiritus uitæ, Rom. 8. Vnde cum de ſe dicit filius Iohan. 14. Ego ſum uia, ueritas & uita: concludunt Doctores Gręcorum, quòd ſit Spiritus Chriſti. Quod ſimiliter aſtruunt ex hoc quod habetur in pſalmo: Verbo Domini, &c. &, Spiritu oris, &c. Nam os patris filius dicitur, ſicut & uerbũ. Sed ne aliquis dicere poſsit, quòd alius ſit Spiritus qui à patre procedit, & alius qui eſt filij: oſtenditur ex Scripturis, quòd idem Spiritus ſanctus ſit patris & filij. Nam Ioh. 15. ſimul dicitur, Spiritus ueritatis qui à patre procedit. Et Roma. 8. poſtquam dixerat, Si Spiritus Dei habitat, &c. ſtatim ſubiungit: Si quis Spiritum Chriſti non habet, &c. ut oſtendat, eundem eſſe Spiritum patris & filij. opuſc. 1. cont. error. Gręcor. Et: Thomas indè probat Spiritum ſanctum etiam à filio procedere, quòd filius æquè mittat Spiritum ſanctum ac pater. Ibidem. Et: Ex autoritate ſacræ ſcripturæ habetur, quòd Spiritus S. accipiat de eo quod eſt filij. Dicitur enim Iohan. 15. De meo accipiet, &c. Poteſt autem aliquis dicere, quòd licet Spiritus S. accipiat id quod eſt filij, nõ tamen accipit à filio. Accipit enim eſſentiã patris à patre, quę quidẽ eſſentia eſt etiam filij. Et pro tanto dicit filius, quòd de meo accipiet: quod uidetur inniti ex cõſequentibus Domini uerbis. Subdit enim quaſi ſe exponens: Omnia quæcunq; pater habet, mea ſunt, &c. Sed ex hac Domini expoſitione de neceſsitate cõcluditur, quòd Spiritus ſanctus à filio accipiat. Si enim omnia quæ ſunt patris, ſunt etiã filij: oportet quòd autoritas patris, ſecundũ quam eſt principium Spiritus ſancti, ſit etiam filij. Sicut ergo Spiritus S. accipit de eo quod eſt patris à patre, ita accipit de eo quod eſt filij à filio. Ibidẽ. Et: Quartò Thomas indè probat, Spiritum S. etiã à filio procedere, quòd filius operatur per Spiritũ S. Ibidẽ. Et: Sexta probatio Thomæ eſt, quòd Spiritus S. ab Athanaſio ad Serapionem & Baſiliũ in libro cõtra Arriũ & Sabelliũ uocatur Character filij. Opuſc. 1. con. error. Græcor. Item: Traditur à Græcorum doctoribus, quòd Spiritus S. eſt à patre per filium: Dicit enim Cyrillus in libro theſaur. Deus pmanſi ſuam propriã, id eſt ſuã ſapientiã & potentiam, cuncta produxit in eſſe in uno ſuo uero & uiuifico atq; deifico coeſſentiali ſibi ſpiritu, quem de ſe eſſentialiter per eundẽ filiũ naturaliter coæternũ ſpirauit. Et Baſilius dicit: Non eſt ſpiritus, filij ſpiritus: quia eſt ex Deo, ſcilicet patre, per filiũ. Ex hoc aũt oſtẽditur de neceſsitate, quòd Spiritus S. ſit à filio. Cum enim dicitur aliquis per aliquid operari, oportet quòd ſit principiũ operandi ipſi operanti, uel ſaltẽ ſit principium operationis ex parte eius, ad quod terminatur operatio. Filius autẽ nõ poteſt eſſe principiũ ſpirandi patri. Vnde ſi pater per filium Spiritum S. ſpirat, de neceſsitate ſequitur, quòd filius ſit principium Spiritus ſancti. Idem aũt habetur ex eo quod Gregorius Niſſenus dicit: Spiritũ S. ex patre eſſe mediãte filio, tenemus. Sic enim dicitur Spiritus ſanctus eſſe à patre mediante filio, ſicut & à patre per filium, in quantum pater eſt principium filij, & filius principium Spiritus ſancti. Ibidem. Et: Iam accedere oportet ad ponendũ autoritates Doctorum Gręcorum, ex quibus habetur expreſsè, quòd Spiritus ſanctus ſit à filio. Dicit enim Athanaſius in epiſtola ad Serapionem: Chriſtus de ſuo ſpiritu dixit, Non loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet loquetur. id eſt, non eſt ut ſit in principatus Spiritus, quod eſt ſolius patris; ſed maximè & ꝓpriè eſt ab ipſo filio, à que

à quo & accipit ut ſit Deus eſſentialiter, ab eo etiã audit quæ loquitur. Opuſc.1. Cont. error. Græcor. Et: Alia probatio Thomæ, quòd Spiritus S. etiã à filio procedat. Itẽ, habetur quòd Spiritus S. ſit naturaliter à filio. Dicit enim Cyrillus: Quis eſt uita? ille equidẽ qui dicit Chriſtus, Ego ſum uia, ueritas & uita. Tanquam in ipſo ueraciter, & de ipſo naturalis ſpiritus eius exiſtens ſpiritualem legẽ ponit. Ex quibus omnibus habetur, quòd Spiritus S. nõ tantùm eſt à filio, ſicut tẽporaliter datus uel miſſus, ſed ſicut ab æterno ab eo procedẽs, utpote eſſentiã & naturã ab ipſo accipiẽs. Hoc etiã haberi poteſt ex ipſo modo loquẽdi, quòd Græci Doctores nõ ſolùm dicũt, ꝙ Spiritus S. eſt à filio, quod poſſet referri ad temporalem miſsionẽ: ſed etiã quòd à filio exiſtit, quod nõ poteſt referri niſi ad æternã proceſsionẽ. Exiſtit enim unũquodq; ſecundũ quod in ſe eſt. Ibidẽ. Et: Vlterius habetur ex autoritatibus Græcorũ expreſſè, quòd filius ſpirat Spiritũ S. Dicit enim Athanaſius in epiſtola ad Serapionẽ: Filius de patre genitus, de ſua immenſa eſſentia, nõ extra ſe, ſed intra ſe immenſum Deum ſpirat Spiritũ S. Ibidẽ. Item: Habetur etiã ex autoritatibus Græcorũ doctorũ proceſſio Spiritus S. ſub uerbo Emanationis. Dicit enim Athanaſius in epiſtola ad Serapionẽ: A' uerbo uiuente Spiritus uiuens emanans, &c. Vtuntur aũt Græci Doctores ad proceſsionẽ Spiritus S. à filio oſtendendã uerbo Profluxus. Dicit enim Athan. in ſer. Niceni Concilij: Si nõ ita credendũ eſt de Spiritu S. & prædicandũ, quòd ſit ueritas patris & filij, utriq; coeſſentialis, de eſſentia eorũ profluens, quomodo in diuo ſymbolo ſalutiferi baptiſmatis ſaluator Deus filius ſibi & patri cooperãti ſalutẽ noſtram cõnumerauit, &c. Ex quo etiam habetur, quòd Spiritus S. ab æterno eſt à filio, tanquã ab ipſo eſſentiã habẽs. Ibidẽ. Et: Thomas cõtra Græcos inde etiã probat, Spiritũ S. procedere à filio, quòd Athanaſius in epiſt. ad Serapion. dicit, filiũ deoriginare Spiritũ, item filiũ eſſe autorẽ Spiritus S. Et Gregor. in ſer. Cõcilij Conſtantinopolitani dicit, filium eſſe principiũ Spiritus S. Et Athanaſius in ſerm. Niceni Concilij, epiſt. ad Serapionẽ, & ſerm. de incarnat. uocat filiũ fontẽ Spiritus S. Idẽ opuſc.1. cont. erro. Græc. Itẽ: Volunt quidã aduerſarij ueritatis poſt tot teſtimonia ueræ fidei reſiſtere; dicentes, quòd Spiritus S. quamuis probetur eſſe & exiſtere, ſpirare, emanare & profluere à filio, non tamẽ eſt concedendum, quòd à filio procedat. Hoc enim in nulla præmiſſarum autoritatum (ex Doctoribus Græcis) continetur, neq; etiam in autoritate ſacræ ſcripturæ, quæ Spiritum S. à patre dicit procedere, patri in hoc filium non adiungens, cum dicitur Ioh.15. Cum uenerit paracletus; &c. Oſtendendum eſt ergo, ꝙ ex præmiſsis de neceſsitate ſequitur, ꝙ Spiritus S. procedat à filio. Verbum enim proceſsionis inter omnia quæ ad originẽ pertinent, magis inuenitur eſſe cõmune, & minus modum originis determinare. Quicquid enim quocunq; modo eſt ab aliquo ſecundum conſuetũ modum loquendi, ab ipſo procedere dicimus, ſiue ab eo naturaliter, ſicut Petrus dicitur à ſuo patre proceſsiſſe: ſeu emanaſſe, ſicut ſpiramẽ procedit à ſpirante: ſeu effluxiſſe, ſicut fluuius procedit à fonte: ſiue artificialiter, ſicut domus procedit ab artifice: ſeu localiter tantùm, ſicut ſpõſus dicitur de thalamo procedens. Nõ aũt quicquid eſt ab alio quocunq; modo, poteſt dici ſpirari, uel generari, uel fluere, uel mitti. Et propter hoc uerbum proceſsionis etiã origini diuinarum perſonarũ eſt maximè accommodũ, quia diuina per communia melius quàm per ſpecialia deſignantur. Ex quocunq; ergo eorum quæ ſunt oſtenſa, ſcilicet, quòd Spiritus ſanctus exiſtit à filio, uel fluit, uel ſpiratur, uel emanat, de neceſsitate concluditur, quòd Spiritus ſanctus à filio procedat. opuſc.1. contra error. Græcor. Et: Cyrillus in explicatione Niceni Symboli dicit: Coeſſentialis eſt ſpiritus patri & filio, & profluit, hoc eſt, procedit tanquam à fonte, à Deo & patre. Ex quò habetur, quòd idem eſt in diuinis perſonis profluere & procedere. Spiritus autem ſanctus profluit à filio. Ergo à filio procedit. Item: Gregor. Nazianzenus in ſerm. de Epiph. Spiritus ſanctus unde eſt, inde procedit. Eſt autem à filio. Ergo à filio procedit. Ibidem. Et: Ipſo uerbo proceſsionis utitur Epiphan. in lib. de Trinitate, dicens: Secundũ quem modum nemo nouit patrem, niſi filius: neque filium nouit quis, niſi pater: ſic audeo dicere, neq; ſpiritum ſanctum nouit quis, niſi pater & filius, à quo accipit, & à quo procedit. Et Athanaſius in Symbolo dicit: Spiritus ſanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, ſed procedens. Ibidem. Et: Oſtenditur ex dictis Græcorum patrum, quòd Spiritus ſanctus diſtinguitur à filio per hoc, quòd ab eo eſt. Dicit enim Gregorius Nyſſenus: Dogma facientes de deitate, immutabilem eſſe naturam diuinam confitemur, ſed differentiã quæ eſt ſecundum cauſam & cauſatum non negamus, id eſt, ſecundum principium, & quod eſt de principio. Et poſtea ſubdit: Itẽ aliam differentiam intelligimus: unum nempe propinquũ ex primo, id eſt, filium

ex patre:alium autem ex propinquo & ex primo, ſcilicet Spiritum ſanctum ex filio & parre. Patet ergo, per primam differentiã Spiritus ſanctus & filius à patre diſtinguuntur: per ſecundam autem diſtinguitur Spiritus S. à filio: quia ſcilicet filius à patre procedit,nõ per ſpiritum: ſed Spiritus S. per filium. Sicut Richardus de S. Victore in S. Triner. oſtendit duarum proceſsionũ differentiam per hoc, qnòd filius procedit ab uno tãtùm, Spiritus uerò ſanctus à duobus. Relinquitur ergo ſecundum utriuſq; ſententiam, quòd filius & Spiritus S. ab inuicem non diſtinguerentur, ſi unus ab alio non eſſet. Ibidem cont. error. Greç. opuſc. 1. Et: Sicut brachium naturaliter à corpore innatum & propagatum exiſtit, & à manu naturaliter fluit digitus: ita à Deo patre naturaliter filius brachium & manus eius generatiuè à Deo oriuntur Deus de Deo, & ab ipſo filio tanquam à naturali manu patris naturaliter producitur & profluit Spiritus S. Deus digitus. Ibidem. Item: Irrident Sarraceni, quòd Chriſtum Dei filium dicimus, cum Deus uxorem non habeat: & reputant nos inſanos, quòd tres perſonas cõfitemur in Deo, eriam per hoc exiſtimantes nos tres Deos profiteri. Irrident eriam, quòd Chriſtũ Dei filium pro ſalute humani generis dicimus crucifixum: quia ſi Deus omnipotens potuit abſque filij ſui paſsione genus humanum ſaluare, &c. opuſc. 2. contra Sarra.

Albertus ait: Spiritus ſanctus à Chriſto procedit in pleniſsimo robore. Non ſolùm habuit, ſed etiam in copia in alios transfudit. In Matth. cap. 4. Et: Similiter autem Spiritus S. licet ſit perſona, per quam dona graniarum diſtribuuntur: tamen ipſo nomine non importat niſi reſpectum proceſsionis paſsiuè. Et ideo non ad nos ſub hoc nomine, ſed ad patrem & filium, ſecundum quod principium ſpirandi ſunt, refertur. Et ideo dicitur Spiritus S. patris & filij ſpirantium ſpiritus, & non noſter ſpiritus. Cum autem abſolutè dicitur Spiritus, tunc eſſennaliter dicitur, & tunc noſter dicitur ſpiritus, quia tunc non ponit reſpectum niſi ad effectum ſuę ſpirationis in nobis. In Matth. cap. 6. Item: Spiritus fluit à Chriſto. Idem in Iohan. cap. 4.

Quomodo datus ſit Spirinis S. Apoſtolis, Alexander exponit. Datus eſt Apoſtolis in flatu ad oſtendendam redundanriã plenitudinis graniæ Chriſti per miniſterium Apoſtolorum, in diſpenſatione Sacramenrorum ad regenerarionem aliorum. bene dictum eſt tunc, Quorum remiſeriris peccata, &c. Secundò in linguis igneis ad oſtendendam redundantiã plenitudinis ueritatis per doctrinam ipſorũ, ac acceſsionem & illuminationem aliorũ. Vnde ad oſtendendum huiuſmodi redundanriam, datum eſt eis donũ omnium linguarum: & ita patet numerus miſsionum uiſibilium ſiue apparitionum Spiritus ſancti. parte 1. quæſt. ult. memb. ult. in fine.

Per filium operatur. Thomas: Spiritus ſanctus dicitur operari per filium ſecundũ humanam naturam, non ſecũndum diuinam. opuſc. 1. cont. error. Græcor. cap. 15.

Media per quę datur. Thomas: Spiritus S. datur copioſè in baptiſmo, maximè adultis ſe bene diſponentibus. Ipſe autem eſt ignis, ignem charitatis ad Deum & proximum accendens. Super Apocal. cap. 15.

In quibus non ſit Spiritus S. Alexander: Spiritus S. longè eſt ab infidelibus & alijs malis, quia non format eorum affectum. Sed tamen nihilominua illuminat inrellectum eorũ, & inſtituir ad ueritatem perferendam, & hoc non propter ipſos, ſed propter utilitatem aliorum. parte 1. quæſt. 26. memb. 5. artic. 3. in fine. Item: Spiritus S. eſt in iſtis ratione fructus, quia eo fruuntur iuſti. Dona autem Spiritus S. in iniuſtis ſunt non ſicut fructus, ſed ſicut diſpoſiriones menris uel liberi arbitrij ad fruendũ. Anima enim non habet de ſe uirtutem fruendi bono increato, ſed per graniam & uirtutes. Ibidem quæſt. 73. memb. 4. artic. 1.

Vbi habitet. Albertus: Spiritus S. non habitat in corpore ſubdito peccato originali, neq; eriam intrat in animam non ſanctificatam. Super Lucam cap. 1.

Proprietates. Bonauentura: Spiritui S. appropriatur bonitas, uſus, ratio finiendi, & uoluntas ſiue beneuolennia. Hæc quatuor appropriantur Spiritui ſancto, non quia propria, cùm tribus perſonis ſint communia: ſed quia ducunt in cognirionem perſonæ Spiritus ſancti, quæ eſt à patre & filio ut amor & donum ſummè proficuũ & communicatiuum omnis noſtri deſiderij finiriuũ, ad quod bonum tanquam ad ſummum finem tendit omne uelle rationabiliter ordinatum & inclinatum. parte 3. Cenniloquij, cap. 6.

Donum cur. Alexander: Spiritus S. dicitur donum, nõ ſolùm quia dari poteſt, ſed quia adeſt ut detur. parte 1. quęſt. 64. mẽb. 1. Et: Spiritus S. non ſolùm per appropriationem eſt donũ, ſed etiam per ſuam proprietatem eſt amor procedens à patre & filio: quia amor eſt per proprietatem: ideo eſt donum per proprietatem, quia illud quo propriè datur aliquid alij, eſt amor. Vnde amor eſt ratio doni, & eſt illud quod primò donatur: quia ſi ex alia cauſa detur aliquid, quàm ex pura liberalitate & amore, non

re, non eſt donum propriè : ut ſi detur aliquid ex timore, non eſt donum, ſed redditio. Similiter ſi ex cupiditate detur, non eſt donum, ſed quæſtus. Ergo donum propriè reſpicit liberalitatem & amorẽ dantis. Quia ergo Spiritus S. eſt amor, ideo eſt donum: & quia eſt donũ, ideo ipſe eſt gratia. parte 3. quæſt. 12. memb. 1. artic. 1.

De miſsione Spiritus S. inquit Thomas: Cum plurimi remanſerũt infideles, quomodo miſſus eſt Spiritus S. in omnem terram? R. Miſsio in creaturis multa importat, ſcilicet minoritatẽ miſsi reſpectu mittentis, mutationẽ loci, autoritatem mittentis reſpectu miſsi, intentionem alicuius effectus uel alicuius facti, ſi ſit miſsio ordinata. Minoritas nõ notatur in Spiritu S. cum dicitur mitti à patre & filio in corda hominũ. Æqualis eſt enim patri & filio, quia idẽ Deus: tres enim perſonæ coæternæ ſibi ſunt, & coęquales: quia pater & filius quicquid habent, dant ſpiritui ſancto procedẽti, & ideo minor eſſe non poteſt. Item nec mutatio loci, quia ubiq; eſt. Sed autoritas oſtenditur in patre & in filio, reſpectu Spiritus S. cũ dicitur mitti, quia ab eis procedit, & ideo ab utroq; mittitur: nec ab illa autoritate ſequitur, quòd ſit minor, quia illa autoritas nõ poteſt eſſe minoris uirtutis ſecũdũ rationẽ originis. Super. Apoc. ca. 5.

Non includitur. Albertus: Spiritus S. eo quòd eſt immenſus, nõ concipitur, nec includitur alicui. Super Luc. cap. 1.

Spiritus S. columba. Albertus: Iſta ſpecies columbæ ſoli conuenit Spiritui, ſicut ſola aſſumptio humanæ naturæ conuenit ſoli filio, & uox ſonans ſoli cõuenit patri. In Matth. cap. 3.

Spiritus Domini. Ægidius: Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas, ſicut fertur mens artificis ſuper materiam operis condendi. lib. 1. Hexam. cap. 12.

Opera & officia. Alexander: Spiritus S. per quẽ abundat gratia in anima Chriſti, quantum ad omnem gratiæ actum, in alijs ſanctis cõſimilem gratiã infundit. Et ſicut eſt unus Spiritus capitis & membrorũ, uiuificãs caput & mẽbra: ſic idẽ Spiritus, per quem in nobis eſt gratia & in Chriſto. parte 3. quæſt. 11. memb. 2. Item: Spiritus S. qui ſanctificat corpus Chriſti, ſanctificat & corpora noſtra, cũ ſumus in fide & charitate. Ibidem quæſt. 12. memb. 2. artic. 2. §. 4.

Innocentius ait: Spiritui S. appropriatur benignitas. Serm. in die Cinerum.

Thomas ait: Cum datur Spiritus S. dantur & eius dona. Item: Gratia Spiritus S. longè copioſior fuit in Chriſto, quàm in Apoſtolis. Super Apoc. cap. 5. Et: Prouenit in nos multiplex fructus à ſpiritu ſancto. 1, Quia purgat à peccatis. 2, Illuminat intellectũ. 3, Iuuat & quodammodo cogit ſeruare mandata Dei. 4, Confirmat ſpem uitæ æternę, quia eſt ſicut pignus hęreditatis illius. Apoſt. Eph. 1. Signati eſtis ſpiritu promiſsionis, &c. 5. Conſulit in dubijs, & docet, quæ ſit uolũtas Dei. Apoc. 1. Qui habet aures audiendi, &c. In expoſit. ſymb. Apoſt. cap. 11. Item: Homo inſtinctu Spiritus S. mouetur ad religionis ingreſsũ. Cõtra retrahentes ab ingreſſu relig. cap. 9.

Albertus inquit: Omne opus diuinũ ornat, omni operi diuino uirtutes aduehit & inuehit, omni operi diuino uitã indit, omne opus diuinũ innouat & reducit ad nouitatẽ, omni operi ſpirituali & diuino dat intellectus illuminationẽ, docet omnes tales ad ueritatem, omnibus talibus filiorũ cõfert adoptionem, omnes quos adoptat agit ad opera, omnibus eis eſt magnificus largitor donorũ, omnes ſic muneratos ducit in uia, accendit deſiderio patriæ, reducit in ſecuritatem patriæ. Super Luc. cap. 1. Et Spiritus ſanctus eſt uiuificator omniũ quæ inſpirat. Ibidem cap. 2. Item: Inducit duos effectus, quos Spiritus S. operatur. Vnus eſt in conuerſatione exteriori, quæ eſt indumentum uirtutis. Alius eſt in ebriatione interiori, quæ ebrietas eſt amoris ſpiritualis. Ibidem cap. 5. Et: Spiritus S. illuminatio, quando lumine ſuo format nos Spiritus ad ſuæ (aliàs diuinæ) imaginis configurationem, ut illuſtrati ferre poſſimus præſentiam ipſius. Ibidem capite 9. Item: Spiritus ſanctus ſuus (ab ipſo procedens) Spiritus eſt, qui gaudium fecit Chriſto homini, infundens ſe per lucem reuelationis diſcipulis. Ibidem cap. 10.

Ægidius ait: Incipiente primo mobili rotari, incœpit Spiritus Domini ferri ſuper aquas: non quia ferretur in ſe, ſed quia habebat efficaciam ſuper re labili & mobili. lib. 1. Hexameron, cap. 21.

De effectibus & operib. Spiritus ſancti inquit Alexander: Plures ſunt effectus miſſionis Spiritus ſancti. Et licet non mittatur ad angelos, quantum ad hunc effectũ, qui eſt reuocare aberrantem: ſicut mittitur ad hominem, qui aberrauit: mittitur tamen quantum ad alios effectus. Vnde non ſequitur, ſi mitti in hominibus eſt reuocari, quòd ad angelos non ſit miſsio, qui quantum ad alium effectum dicitur mitti: ſicut non ſequitur, ſi gratia hominibus datur ad iuſtificationem à culpa, & iuſtificatio à culpa non eſt in angelis, quin gratia ſit in angelis. Vel poteſt dici, quòd miſſio Spiritus ſancti fit ad angelos ad reuocationem aliquo modo, non quia aberraſſent, ſed ne abarrarẽt uel aberrare poſſent.

Nam natura,niſi per gratiã retineatur,ſemper eſt labilis in peccatũ.Vnde gratia confirmationis data eſt angelis, ne decæterò poſſent errare per peccatũ. parte 1. quæſt. 73.memb.3.artic.2.in fine.

Bonauenturs ait: Dona Spiritus S.ſunt ſeptem: ſcilicet donum ſapientiæ,donum intellectus,donum conſilij, donum fortitudinis,donum pietatis,donũ ſcientiæ, & donum timoris. Iſta dona ponũtur Eſa.11. Et requieſcet ſuper eum Spiritus ſapientię & intellectus,ſpiritus fortitudinis & conſilij, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritus timoris Domini.Fructus Spiritus S.ſunt 12.Charitas,pax,gaudium, ſapientia,lõganimitas, bonitas & benignitas,mãſuetudo,fides,modeſtia,continentia,caſtitas.Iſti ponũtur Galat.5.In 5.dieta.

Albertus:Spiritus ſanctus uim ſuam ſuper aquas effudit,ut uitalem ſpiritum conciperet in regenerandis.Super Ioh.cap.21. Item:Spiritus S.eſt ſpiritus bonitatis, gratiæ, & ſpiritus ueritatis.Ibidem cap.1. Et: Spiritus ſanctus nouas formas diuinas dat omnibus à ſe generatis.Et quia talis ſpiritus in Baptiſmo operatur, ſcire poteris ꝙ baptiſati in nouas formas filiorum Dei regenerantur. Ibidem cap.3. Item: Spiritus patris cœleſtis in Sacramento per gratiam format baptiſatum in formam & ſimilitudinem patris cœleſtis,& mutat cordis affectum ad eum,& mouet ad eum inuocandum.Ibidem. Et:Spiritus ſanctus ut dilectio procedit in mundum.Item:Spiritus S. à patre procedens tranſit in mundum,ut mundum ſanctificet.Ibidem. Et: Spiritus ſanctus ad hoc per dilectionem Dei procedit,ut nos ad fontem reducat dilectionis. Ibidem. Et:Spiritus S. per inſpirationẽ docet omnem ueritatẽ. Ibidem cap.10. Et: Spiritus ſanctus aduocat & conſolatur.Ibidem cap.14. Et:Vnde etiam prophetas, qui ſunt doctores, inſpirare dicitur,& ad amorem accendere, & ad ueritatem dicitur illuminare.Ibidem. Et: Spiritus ſanctus amoris donum. Ibidem cap.15. Et: Paraclетus, qui & aduocatus & conſolator,pro me aduocabit in mũdo, & eos & mundũ de peccato infidelitatis conuincendo,& uos conſolabitur de omnibus quæ ex odio uobis inferentur.Ibid.

Spiritus ſanctus ſpiratus.Thomas:Athanaſius dicit in epiſtola ad Serapionem,eſſentiam in Spiritu ſancto eſſe ſpiratam,dicens,quòd Spiritus S. eſt uera & naturalis imago filij per eſſentiã omnimodè ab eadem in ſe ſpiratam.Hic autem modus loquendi calumnioſus eſt,& in ſacro Lateranenſi Concilio reprobatũ eſt dogma Ioachimi,qui hunc modũ loquendi cõtra magiſtrum Petrum Lombardum defendere præſumpſit. Oſtendit enim prædictus magiſter Petrus in 5.diſt.1.lib. ſent. quas edidit, quòd communis eſſentia nõ generat, nec gignitur,nec procedit. Et hoc ideo,qa in diuinis inuenitur aliquid cõmune indiſtinctũ, & aliquid quod diſtinguitur & non eſt commune.Illud ergo quod eſt diſtinctionis ratio in diuinis, non poteſt attribui ei quod eſt cõmune & indiſtinctũ, ſed ſolùm ei qnod diſtinguitur. Nulla aũt alia diſtinctionis ratio in diuinis reperitur,niſi quòd unus generat, & alius naſcitur,& alius procedit.Non ergo hoc ipſum quod eſt generare uel naſci uel procedere, poteſt eſſentiæ diuinæ attribui,quæ eſt cõmunis,&omnino indiſtincta in tribus perſonis.Id autem quod eſt diſtinctum in diuinis, eſt perſona uel hypoſtaſis uel ſuppoſitũ diuinæ naturæ,id eſt,quod eſt habens diuinam naturam: & ideo illa quæ ſignificant uel ſupponere poſſunt perſonã, recipiunt congruentẽ prędicationẽ generationis aut proceſsionis: ſicut hæc nomina, Pater,Filius & Spiritus S. ſignificãt perſonas determinatas: & hoc nomen Perſona uel Hypoſtaſis in cõmuni. Vnde cõuenienter dicitur, quòd pater generat filiũ, & quòd filius naſcitur à patre, & quòd Spiritus S. procedit à patre & filio: & ſimiliter quòd perſona generet uel ſpiret perſonam, aut generetur aut ſpiretur à perſona. Hoc autem nomen Deus, quia ſignificat eſſentiã communem per modum concreti (ſignificat enim habentem deitatẽ) poteſt ſupponere ex modo ſuę ſignificationis pro perſona. Et ideo etiã huiuſmodi locutiones cõuenienter conceduntur: Deus generat Deum, Deus naſcitur uel procedit à Deo. Hoc aũt nomen Eſſentia & Diuinitas, & quæcunq; in abſtracto ſignificantur,nõ habent ex modo ſuæ ſignificationis, neque quod ſignificent, neq; quod ſupponant pro perſona. Et ideo non propriè ea quæ ſunt propria perſonarũ,de huiuſmodi nominibus prædicãtur,ut dicatur eſſentia generans uel genita: licet quædam horum nominum propinquiora ſunt perſonis, in quantum ſunt principia actuum, qui ſunt propriè perſonarum: ſicut lumen, ſapiẽtia, bonitas, & huiuſmodi. Vnde & quæ ſunt propria perſonarum,de talibus minus inconuenienter prædicantur: ut filius, lumẽ de lumine, ſapientia de ſapiẽtia. Sed eſſentia de eſſentia magis inconuenienter dicitur. Sed licet modus ſignificandi diuerſus ſit,cum dicitur Deus & Deitas, tamen res eſt eadẽ penitus. Et ideo propter rei identitatem, ſicut unum de altero prædicatur, ut cum dicitur, Deus eſt deitas, uel perſo-

na diuina, ſiue Pater eſt eſſentia diuina: ita & à ſanctis interdum unum pro alio ponitur, ut ſic dicatur, quòd eſſentia diuina generat, quia pater, qui eſt eſſentia diuina, generat: & eſt eſſentia de eſſentia, quia filius, qui eſt eſſentia, eſt de patre, qui eſt eadem eſſentia diuina. Et ſic exponit Cyrillus in lib. theſaurorum, dicens: Pater de ſe uita uiuente, & eſſentia ueraciter exiſtente, tanquam uera radice generando filium, dat ei naturaliter ſuam naturalem uitā & eſſentiam. Et ſic etiam, cum dicitur, quòd pater genuit naturam ſuam in filio, exponendum eſt, quòd per generationem naturam ſuam filio dedit. opuſc. 1. cont. error. Græcor. cap. 4.

¶ De actionibus & operibus Dei inquit Bonauentura: Cum Deus ſit incircumſcriptibilis & incommutabilis, nihilominus tamē habitat in ſanctis uiris, ſpecialiter apparuit patriarchis & prophetis, deſcendit de cœlis, miſit etiam & filium & Spiritum S. ad ſalutem humani generis. Et licet in Deo ſint indiuiſa, natura, uirtus & operatio trinitatis: miſsio tamen uel apparitio unius perſonæ, nō eſt miſsio uel apparitio alterius, licet etiā ſit ibi ſumma æqualitas. Solius tantùm patris eſt mittere, & nō mitti: Spiritus S. eſt tantùm mitti reſpectu diuinarum perſonarū, niſi fortè dicatur mittere hominem aſſumptum: Filij autem eſt mittere & mitti, ſicut ex Scripturis apparet. parte 1. Breuiloquij, cap. 5. Et: Sex ſunt principalia Dei opera, ad quæ omnia alia reducuntur. Septimum uerò non eſt opus, ſed ipſe operans Deus in ſe quieſcens, & ab omnibus operibus ſuis ſupereleuatus. Horum figura ſunt opera primorū ſex dierū, quibus Deus omnia fecit, & compleuerat quæ fecerat Deus in ſex diebus. In tractatu de profectu religioſor. cap. 65.

Thomas ait: Effectus quos Deus operatur in rationalibus creaturis, ſecundū duo conſiderari poſſunt. Vno modo ſecundum uirtutis ſuæ operationem, &c. Item: Alio modo operatur Deus in rationalibus creaturis, per ſuæ ſapientiæ doctrinam, &c. In lib. Iob cap. 40. Et: Quamuis autē omnia diuinæ prouidētiæ ſubſint, ſpecialiter tamen ſolicitudo diuina circa hominē apparet in trib. Primò quidē quantū ad hoc, quòd ei leges & præcepta uiuendi dedit. Secundò quantū ad hoc, quòd Deus hominē pro bonis præmiat, & pro malis punit. Tertiò quantū ad hoc, quòd Deus eū uirtutibus ornat, quibus cōtra fœditates peccati ſe mundū conſeruat. Ibidem cap. 14. Item: Conſiderandum eſt, quòd Deo unū ſolum propriū eſt opus ſuæ bonitati cōueniēs, ſcilicet benefacere & miſereri. Quòd autem puniat & aduerſitates inducat, hoc contigit propter malitiam creaturæ rationalis, quæ primò eſt in diabolo inuenta, & poſtea per eius ſuggeſtionē eſt ad homines deriuata. In lib. Iob cap. 40.

Albertus ait: Virtus operationis patris, filij & Spiritus S. eſt indiuiſa. Super Lucā cap. 9. Itē: Theophonia eſt lumen à Deo deſcendens in intellectum, in cuius actu, hoc eſt complemento agente, uidentur ea quæ Deus uult reuelare. Ibidem. Et: Fides patris noſtram reficit infirmitatem ex omnipotentia. Fides filij noſtram reficit ignorantiam ex ſua ſapientia. Fides Spiritus ſancti noſtram reficit & reparat malitiam ex ſua bonitate. Fides autē unitatis eſſentiæ, noſtrā reficit animā ex ſuæ gratię unione & conſolatione. Ibidem cap. 11.

Ægidius inquit: Aliter operatur Deus, & aliter agentia alia. Nam Deus operatur immediatè per ſuam ſubſtantiam. Omnia autem alia agentia operantur mediante aliqua uirtute, ſiue mediante aliqua qualitate, uel mediāte aliquo accidente. libro ſecundo, capite trigeſimotertio Hexam. Et: Deus operando nec mobilitate nec labore aliquo fatigatur. lib. 2. cap. 42. Item: Diuina opera poſſumus dicere eſſe triplicia iuxta tria, quo uidemus per ordinem ſe habere, naturam, gratiam & gloriā. Ibidem cap. 41. Et: In Deo poſſumus ponere duplex opus intrinſecum, cuiuſmodi eſt ſuum intelligere & ſuum uelle, & à Domino hoc opus nunquam ceſſabit & nunquam ceſſat, ſed ſemper eodem modo ſe habet. Sed ſunt hæc opera exteriora ſiue iſti exteriores effectus qui ſequuntur, ad illud intelligere & uelle, non ex naturali neceſsitate, ſed ex ſui arbitrij uoluntate. lib. 2. Hexa. cap. 42.

Nouit omnia. Thomas: Deus ſingularia cognoſcit, non ſolùm in uniuerſalibus cauſis, ſed unumquodque ſecundum propriam & ſingularem eius naturam. In ſumma de ueritate, materia a. quæſtione 5. Et: Deus omnia futura cognoſcit, non tamen impeditur propter hoc, quando aliqua contingenter eueniant. Ibidem quæſtione 12.

Seruat. Innocentius: Deus ſeruat & in ueritate miſericordiam, & in miſericordia ueritatem. Nam & iuſtè ignoſcit, & piè punit. Veritas eſt, quòd punitur peccatū: miſericordia eſt, quòd liberatur peccator. Pſal. 4. pœniten.

De uiſione Dei inquit Innocentius: Verum eſt quòd Deum nemo uidit unquam, ſecundum puritatem & ſimplicitatem diuinæ naturæ, Quia Deus eſt ſpiritus

inuiſibilis. Sed & uerum eſt, quòd uiſus eſt Deus ſecundum imaginē in ſimilitudine humanæ naturæ, quia factus uiſibilis homo. Verùm iſta uiſionis diſtinctio ad hūc ſententię intellectū non pertinet, quia multi uiderunt & uidebūt in Deo naturā humanā, qui tamen nec beati fuerunt, nec erunt: ut Iudas, Herodes, Pilatus. Serm. in ſolen. omniū ſanctor. Et: Viſione corporea nullus unquam uidere potuit aut poterit Deitatem. Quia Deus non eſt corpus, ſed ſpiritus. Viſione aūt ænigmatica Deus in præſenti uidetur utcunq;, non per ſpeciē, ſed per fidē: nec plenè, ſed imperfectè. Viſione uerò cōprehēſiua purè uidetur ab angelis ſanctis & animabus beatorū, qui cognoſcunt, ſicut & cogniti ſunt. Ibidem.

Thomas ait: Deus omnia uidet intuitu. In ſum. de ueritate, materia 2. quæſt. 1. Itē: Deus uno intuitu ſimul omnia uidet, & eius uoluntas ad malum flecti non poteſt. Prima parte ſummæ, quæſt. 22. artic. 3.

Albertus ait: Deus eſt nomen cuncta uidentis. In Matth. cap. 5.

De præſcientia Dei inquit Alexāder: Diuina intelligentia conſiderat res ſub conditione temporis & differentia, quia aut reſpicit bonum aut malum cōmuniter, & ſic eſt præſcientia. parte 1. quæſt. 23. memb. 1.

Deus eſt in rebus. Alexander: Diuina eſſentia eſt in omnibus rebus ſecundū pręedictos tres modos generales, ſcilicet eſſentialiter, potētialiter, præſentialiter. Et hoc patet ex autoritate Gregorij ſuper illud Cantici 5. Quò abijt dilectus tuus? Deus cōmuni modo omnibus ineſt eſſentia, præſentia, potentia. Et iſtos tres modos tangit propheta Dauid, dicens in Pſal. Si aſcendero in cœlum, tu illic es. Et per hoc tangens modum exiſtendi Deū eſſentialiter. Per hoc aūt, Si deſcendero ad infernum, ades: tangit modū exiſtendi pręſentialiter, quia adeſſe tangit præſentiā. Per hoc aūt quod dicit, Et habitauero in extremis maris, illuc enim manus tua deducet me, id eſt, potentia: tangit modū exiſtēdi potentialiter. Nec eſt intelligendū, quòd ita reddantur ſingula ſingulis, quin illis tribus modis ſit in cœlo & etiā ubiq;: & ſic appropriando tangit triplicē modum exiſtendi in omnibus rebus. parte 1. quæſt. 10. memb. 2.

Thomas: Deus dicitur eſſe in re aliqua dupliciter. Vno per modū cauſę agendi, & ſic eſt in omnibus rebus creatis ab ipſo. Aliud ſicut obiectū operationis eſt in operante, quod propriè eſt in operationibus animæ. Hoc igitur ſecundo modo Deus ſpecialiter eſt in rationali creatura, quę cognoſcit & diligit illum actu uel habitu: & quia hoc rationalis creatura habet per gratiā, dicitur hoc modo eſſe in ſanctis p gratiam. Eſt aūt ſingularis alius modus eſſendi Deum in homine per unionem. Prima parte ſummæ, quæſt. 8. artic. 3. Et: Per hos tres modos dicitur Deus in omnibus eſſe: per eſſentiā, potentiā & præſentiā. Per eſſentiā quidē, in quantū eſſe cuiuslibet eſt quædam participatio diuini eſſe. Et ſic eſſentia diuina cuilibet exiſtēti adeſt, in quantū habet eſſe, ſicut cauſa proprio effectui. Per potentiā uerò, in quantū omnia in uirtute ipſius agunt. Per præſentiam uerò, in quantū ipſe immediatè omnia ordinat & diſponit. In compend. Theolog. cap. 135.

Albertus ait: Deus eſt quadrupliciter in creaturis: ſcilicet per eſſentiam & potentiam, & per inhabitantem gratiam, & per corporalē unionē & naturalem, & per gloriæ informationem. Et primo modo eſt in omnibus, ſecundo in ſanctis, tertio modo in Chriſto, quarto modo in glorificatis. Sed cū homine dicitur eſſe, quādo ei præſtat auxiliū per operationē. In Iohan. ca. 3.

Remunerat. Thomas: Deus pronior eſt ad remunerandū bona, quàm ad puniendum mala. In ſum. de ueritate, materia 15. quæſt. 4.

Præter cauſarum ordinem agit. Thomas: Totus ordo cauſarum ſecundarū, & uirtus earum eſt à Deo. Ipſe autem nō producit ſuos effectus per neceſsitatē, ſed liberam uoluntatem. Igitur manifeſtum eſt, quòd præter ordinem cauſarum agere poteſt. In Compen. Theolog. cap. 136.

Deus eſt ultra pręedicamenta. Aegidius: Cum ſubſtantia Dei non determinetur ad aliquod prædicamentū, ſed in ſe cōtineat omnia prædicamenta, nō determinabitur Deus ad aliquē modum agendi, ſed ſicut uolet agere aget. lib. 1. Hexa. cap. 11.

Habitat in ſanctis. Bonauentura: Deus habitat in iuſtis, quantum ad gratiam, quę eſt effectus beatiſsimæ trinitatis ad Deum reducens, & faciens nos habere Deum, & Deum haberi à nobis: ac per hoc Deus trinitas in nobis dicitur habitare. Sedet in beatis, quantum ad gloriam, ratione cuius trinus in beatorum mentibus quietatur, in quorū poteſtatiua ſedet ut æquitas, in cognitiua luce ut ueritas, in affectiua ardet ut charitas. parte 3. Centiloq. cap. 3.

Odit peccatum. Bonauentura: Deus in tantum peccatum odit, quòd propter peccata mundi innocentem unigenitum interficit. Super 1. dietam ſalutis.

De uoluntate Dei inquit Alexander: Duplex uoluntas eſt. Eſt enim uoluntas antecedens, & uoluntas conſequens. Volūtate antecedēte uult Deus omnes homines ſaluos fieri. Hæc enim eſt uoluntas,

quæ

quæ reſpicit creaturã rationalẽ ſaluabilẽ. Voluntas conſequens cum præſcientia q, bene uſurus eſt dono Dei, ſic non uult omnes homines ſaluos fieri, ſed electos ſolũ: & ſic dicitur uoluntas Dei rationalis. Si enim uellet alicui finaliter ſalutẽ, qui malè uſus eſt per liberũ arbitrium, non eſſet iuſta. parte 1. quæſt. 28. memb. 2. articulo 2.

Innocentius ait: Volũtas Dei dupliciter intelligitur: & beneplacitũ Dei æternũ, & ſignũ beneplaciti tẽporale. Beneplacitum Dei ſemper impletur. unde: Volũtati eius quis reſiſtet? lib. 5. myſter. Miſſæ, cap. 26.

Bonauentura inquit: Eſt uoluntas Dei ad creationem. Pſal: Omnia quæcunq; uoluit fecit. & eſt uolũtas Dei ad gratificationẽ & ad glorificationẽ. In initio lib. ſuper orat. Dominic. Et: Quæ ſit uoluntas Dei, quòd ſit prima & ſumma cauſa omniũ ſpecierum corporalium & notiorũ, & quòd iſta uoluntas dicatur prouidentia, itẽ rectiſsima, efficaciſsima. Idem 1. parte Breuiloq. cap. 9. Et: Voluntas Dei ſic recta eſt, q nullo modo poteſt obligari. Sic efficax, q nullo modo poteſt retardari. Sic unica, quòd tamẽ his ſignis habet ſignificari, quę hoc uerſiculo cõtinentur: Imperat & prohibet, permittit, cõſulit, implet. Dicitur aũt uolũtas Dei ratione regulata prouidẽtia, qua omnia quæ in uniuerſo fiunt, irreprehenſibiliter gubernãtur, cũ nihil pręcipiat, prohibeat & conſulat, niſi rectè: nihil agat, niſi bene: nihil permittat fieri, niſi iuſtè. Cũ aũt uoluntas Dei ſit rectiſsima, nullus poteſt eſſe rectus, niſi cõformetur ei: & nemo poteſt ei conformari, niſi ſibi ſignis aliquibus innoteſcat tanquã regula proſequẽdę rectitudinis. Eſt etiã uolũtas Dei efficaciſſima, ita q nullus poteſt aliquid efficere, niſi ipſa coefficiẽte. Idẽ 3. par. Centiloq. ca. 6.

Thomas ait: Sub omnipotentiã Dei nõ cadit, quod cõtradictionẽ implicat. Præterita aũt nõ fuiſſe, contradictionẽ implicat. Vnde præterita nõ fuiſſe, nõ ſubiacet diuinæ potẽtię. prima ſummę, quæſt. 25. art. 4.

Albertus inquit: Voluntas Dei eſt omnipotens, & nõ niſi bona eſt, & bonum cuilibet facit. In Matth. cap. 8.

De præſentia Dei inquit Alexander: Eſt enim duplex præſentia Dei: in uiſu & in guſtu. Et ſecundũ hoc eſt cognitio uidẽtis in lumine, & guſtantis in tenebris. Et talis eſt cognitio fidei, in qua abſens eſt uiſui, & præſens guſtui. parte 1. quæſt. 2. mẽb. 2. §. 1.

Bonauẽtura ait: Deus beatiſsimus angelis ſemper eſt in cœlis præſens, quia in eis ſemp habitat & apparet. Peccatoribus aũt in terris eſt modò ut abſens, & quantũ ad gratiã, & quantũ ad noticiã. Ideo cũ incipit apparere uel inhabitare de pręſente cœlis, & quaſi abſente nobis fit præſens terris: & ideo licet in ſe nõ mutetur, tamẽ dicitur deſcẽdere nobis. parte 1. Breuilo. ca. 5.

Vbiq; eſt. Alexander: Hæc, Deus eſt nuſquã, non eſt recipienda ſine determinatione. Negationes enim uniuerſaliores ſunt affirmationibus, & propter hoc ex hac nõ ſolùm uidetur tolli à Deo aliæ cõditiones exiſtendi in loco, imò etiã repletio, ſecundũ quã dicitur eſſe in loco. Et propter hoc ut cõcedatur, oportet addi, Deus eſt nuſquã circũſcriptiuè uel contentiuè. parte 1. quæſt. 19. memb. 1. Et: Deus eſt ubiq;, & eſt in ſeipſo. Dicitur enim ens in ſeipſo, quia eſt per ſe ens, nõ indigens alio. Vnde nõ notatur hic habitudo eius ad rem aliã, quæ eſt habitudo replentis ad repletũ: & non cũ dicitur, Deus eſt ens, Deus eſt ens in ſeipſo. Ad hoc aũt, quòd prædicta procederet, ſcilicet quòd eſſet alibi, oporteret q uniformis modus eſſendi in utrobiq; notaretur: quod falſum eſt, & propter hoc nulla eſt illa ratio. Ibidẽ. Item: Deus eſt ubiq;, quòd Deus eſt præſens omniũ, ubi totus eſt ſecundũ rationẽ, ſumpto Vbi cõmuniter, ut infrà dicetur, totus & ſecundũ idem. Ibidem memb. 2.

Thomas ait: Diuina ſublimitas attenditur nõ loco, quia Deus loco non cõprehenditur, ſed perfectione & uirtute. Super Iob cap. 36. Et: Dei proprium eſt ubiq; eſſe: quia cũ ſit uniuerſale agens, eius uirtus attingit omnia entia. Vnde eſt in omnibus rebus. Virtus aũt angeli (cũ ſit particulare agens) non attingit totum uniuerſum: ſed ſic attingit unum, quòd nõ attingit aliud. Ibidem quæſt. 12. artic. 1.

Albertus: Deus per deitatem ubiq; eſt, quantũcunq; diſtet præſentia corporali. Item error eſt, qui putant Deũ eſſe corpus uel uirtutẽ in corpore. Super Iohan. cap. 4.

De apparitione Dei inquit Alexãder: Pater apparuit & in nouo & in ueteri Teſtamẽto in aliqua ſpecie ſenſibili: ſed magis diſtinctè in nouo, quàm in ueteri Teſtamẽto. Vnde magis fuerũt expreſſa ſigna in nouo quàm in ueteri Teſtamẽto. In ueteri Teſtamẽto in lege naturę fuit oſtẽſio numeri perſonarũ: ut in tribus uiris, qui apparuerũt Abrahæ, Gen. 18. Sed nõ exprimebatur ibi origo uel ꝓprietas perſonarũ, ut in aliquo illorũ innoteſceret, quæ eſſet perſona patris, uel filij, uel Spiritus ſancti. Similiter nec in alijs apparitionibus oſtendebatur, quæ eſſet illa perſona patris quæ apparebat. Vnde & indiſtinctè & quaſi cõfuſè apparebãt perſonę. Sed in lege ſcripta magis diſtinctè apparebãt, quia nõ ſolùm oſtẽdebatur numerus perſonarũ, ſed origo, ſcilicet q una ab alia: ut in uiſione Danielis,

in qua

in qua apparuit filius hominis, & etiã antiquus dierum, à quo ille accipiebat regnũ. parte 1. quæſt.74. memb.3. Et: In nouo aũt Teſtamẽto nõ ſolùm manifeſtatus eſt numerus ſiue diſtinctio perſonarũ in apparitione patris & filij & Spiritus ſancti, ſed etiã origo & proprietas filij in his uerbis: Hic eſt filius meus dilectus. Nec in aliquo ſigno uiſibili potuit ita manifeſtari perſona patris ſub proprietate, qua eſt pater, ſicut in uoce ſiue ſono audibili. Magis enim exprimũtur uerba quàm facta. Ibidẽ. Et: Perfectiores fuerũt apparitiones in ueteri Teſtamẽto, ubi pater manifeſtatus eſt utroque modo, ſcilicet in ſigno audibili & uiſibili: quàm in nouo, ubi altero tantũmodo modo apparuit. dicendũ, quòd hoc ſequeretur, ſi illa ſigna uel aliquod illorũ ſignorum eſſet ita expreſsiuũ perſonę patris, ſicut fuit illud, in quo manifeſtatus eſt in nouo Teſtamento. Sed in nullo illorũ ſignorũ, in quibus pater apparebat in ueteri Teſtamẽto, exprimebatur perſona patris, ſiue proprietas qua pater eſt pater: ſicut in uoce illa, qua dictũ eſt, Hic eſt filius meus: & in illa, qua dictũ eſt, Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Nã præmiſſum erat, Pater clarifica filiũ tuũ, &c. Ioh.14. Vnde nõ ſequitur, ſi in utroq; ſigno, ſcilicet uiſibili & audibili, apparuit, quòd propter hoc perfectior eſſet apparitio: quia nulla illarũ fuit ita expreſsiua ſicut iſta. Ad hoc quod quæritur, Quare pater nõ apparuit in aliqua uiſibili ſpecie, ſicut in ueteri Teſtamẽto? patet reſponſio ex prædictis, quia in nulla uiſibili ſpecie poſſet exprimi proprietas qua pater eſt pater, uel qua filius eſt filius, ſicut in uoce. ibidẽ. Et: Filius apparuit in rationali creatura uiſibili unita unitate perſonæ. Spiritus S. in rationali creatura uiſibili, nõ unita unitate perſonæ. Pater uerò in uoce tanquã in ſigno diſtincto ab utroq;. Similiter in transfiguratione pater in uoce, filius in propria ſpecie, ſcilicet in humanitate, Spiritus S. in nube. Sed quãdo Spiritus S. ſolus apparuit, tũc apparuit utroq; modo: ſcilicet in ſono tanquã in ſigno audibili, & in linguis igneis tanquã in ſigno uiſibili. Nõ aũt congruebat ut filius appareret niſi in creatura aſſumpta, hoc eſt, in humana natura. Ibidẽ. Et: Apparitio aũt filij poſt reſurrectionẽ fuit ad oſtendendã reſurrectionẽ iam factã: & ad hoc maximè neceſſaria fuit oſtenſio præſentiæ filij, ut oſtenderetur quòd ille idẽ qui paſſus fuerat, uiuebat poſt mortẽ. Vnde addebat ad oſtenſionẽ factã in trãsfiguratione: quia illa oſtẽdebat gloriã Chriſti futurã poſt mortẽ. Apparitio poſt reſurrectionẽ oſtẽdebat ipſam reſurrectionẽ iam factã. Nullũ erat ita certũ teſtimoniũ, ſicut de uiſu: & ideo nõ neceſſariũ fuit patris teſtimoniũ, ubi euidẽs erat ſignũ. Apparitio aũt Spiritus S. non ſolùm erat ad teſtimoniũ Chriſti, ſed etiã illorũ, per quos ſpiritus debebat innoteſcere. Ibidẽ. Itẽ: Colũba aſſumpta à Spiritu S. uera res fuit, & uerè erat in illa, & atteſtabatur ueritati iam exhibitæ. Vnde ueritas illa faciebat ſimilitudinem ſuã in ſenſu, & poſtea in imagine, &c. Ibidẽ memb.5. Et: Quare in ſpecie colũbæ apparuit ſup Chriſtũ, & nõ ſuper Apoſtolos? dicendũ, quòd ſpecialiter ad ſignificandã gratiã redemptionis, quæ fuit in ipſo, & nõ in alio. Nã colũba offerebatur à pauperibus in redemptionẽ primogenitorũ, ſicut oſtẽditur Luc.2. in oblatione parẽtũ Chriſti ꝓ eo. Ibid. in fine.

Albertus ait: Quatuor modis apparet Deus in creaturis: ſcilicet per ueſtigium & imaginem. 2, ad manifeſtationem alicuius operationis. 3, in gratiæ alicuius operatione. 4, per unionem. Super Ioh. cap. 1.

DE IDOLOLATRIA.

QVid ſit. Alexãder: Idololatria eſt exhibitio honoris, ſoli Deo debiti, creaturæ. parte.3. quæſt.39. mẽb.5.§.1.

Bonauentura inquit: Idololatria eſt falſa & ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuinæ in idolo. Idololatriæ duæ ſunt ſpecies: una eſt in rebus naturalibus, alia in rebus artificialibus, &c. Committitur aũt tripliciter: ſcilicet proteſtatione cordis, ut credere de creatura, q; ſit omnipotens, quod eſt ꝓpriũ creatoris: cõfeſsione oris, ut eſt, nõ ſolùm credere, ſed etiã uerbis exprimere: exhibitione operis, ut fit in reuerẽtia & in ſacrificijs. parte 1. Centiloq. cap.26.

DE CREATIONE.

MVndus. Alexãder: Mũdus multipliciter accipitur. aliquãdo enim pro uniuerſitate rerũ corruptibiliũ & incorruptibiliũ, ſcilicet inferiorũ & ſuperiorũ: & ſecundũ hunc modũ mundus nõ eſt æternus ex parte finis. Aliquãdo accipitur pro ipſa uariatione, quę eſt in mundo, ſiue ſit ſecundũ localem motũ, ſiue ſecundum alium motũ cum diſpoſitionibus ordinantibus ad illũ: & ſecundũ hoc dicitur 1. Cor. 7. Præterit figura huius mundi. Aliquãdo accipitur pro ipſa delectabilitate uariabili: & ſecundũ hoc poteſt accipi illud 1. Ioh. 2. Tranſit mundus & concupiſcentia eius. Quarto uerò modo poteſt accipi pro ipſis principijs primis, quæ ſunt in mundo: & ſecundũ hoc poteſt dici mundus æternus ex parte finis, non ex eo quòd eſt ex nihilo, ſed ex conditoris dono. parte 2. quæſt. 14. memb.1. artic.1.

Natura. Alexander: Natura dicitur tripliciter. Vno modo ſolitus curſus naturæ; alio

alio modo naturalis poteſtas, ut Deus faciat ex ea quicquid uult: tertio modo lex ſumma naturæ Deus ipſe. parte 1. quęſt. 21. memb. 5. artic. 2. parag. 1. Et: Natura poteſt accipi dupliciter: ſcilicet ſubſtantia aliqua uel diſpoſitio ipſius ſubſtátię, ſecundũ quod natura appellatur ſubſtátia aliqua, ſicut dicit Auguſt. q̃ nulla eſt interpoſita natura inter mentẽ & Deũ: ut ſcilicet aliqua ſubſtátia intellectualis, uelut angelus, per quẽ formetur & perficiatur aliqua mens, quemadmodũ philoſophi mentiti ſunt, dicẽtes, intelligentiá humaná educi in actũ, & perfici per intelligentiá angelicá. Secundum uerò quod natura dicitur diſpoſitio ſubſtantiæ, ſic nõ eſt incõueniens, diſpoſitioné aliquá eſſe ex parte mẽtis ad uidendũ Deũ, ut utatur ibi ſeipſa, ſicut imagine quadá, ad uidendũ Deum, uel etiá ſpeciebus alijs intelligibilibus. Ibidẽ quæſtione ſecunda, memb. 3. artic. 1. Itẽ: Natura eſt eſſentia habens uirtutem producendi ex ſe ſimile. parte 3. diſt. 10. memb. 5.

Quid. Thomas: Creatio eſt productio alicuius rei ſecundũ ſuam totá ſubſtantiá, nullo præſuppoſito, quod ſit uel increatũ, uel ab aliquo creatum. Vnde relinquitur, quòd nihil poteſt aliquid creare, niſi ſolus Deus, qui eſt prima cauſa. Prima ſummæ, quæſt. 65. art. 3. Et: Creare eſt de nihilo aliquid facere. Facere aũt eſt, de aliquo aliqd facere. In expoſitione ſymb. Apoſt. cap. 3.

Quotuplex. Bonauentura: Duplex eſt creatura: naturalis & artificialis. & ſic omnis creatura ſignificat ſuũ creatoré dupliciter. In creatura eſt ſignũ naturale & poſitiuum, Signũ naturale dicitur in creaturis, quas cõdidit per ſe digna ſapientia. Signũ poſitiuũ dicitur in fabricis & operib. ſacramentalibus, quæ conſtituit Eccleſia. In 6. dieta cap. 34.

Impulſiua. Thomas: Bonitas Dei eſt cauſa rerũ, nõ quaſi ex neceſsitate naturæ (q̃a diuina bonitas nõ dependet ex rebus creatis) ſed per liberá uoluntatẽ. Vnde ſicut potuit ſine præiudicio bonitatis ſuæ res non producere in eſſe, ita abſq; dettimẽto ſuæ bonitatis poteſt res in eſſe non conſeruare. Prima ſummæ, quæſt. 104. artic. 3.

Vnde ſit mũdus, docet Alexáder: Cauſę aũt ſuperiores ſunt diuina potẽtia & diuina ſapiẽtia, diuina bonitas. Ex parte diuinæ potentiæ patet exordiũ mũdi & materiæ. Ná diuina potẽtia eſt ſumma, & ideo nõ indiget materia ſubiecta ad operandũ aliquid. Eſt igitur operans de nihilo, quia eſt totũ cauſa ſui operis, ut non requiratur aliqua poſsibilitas ex parte ſubiectæ materiæ. Ideo mutatio prima cõtra operationẽ diuiná, nõ habet antę ſe aliá mutationem. parte 1. quæſt. 12. mẽb. 8. Itẽ: Cauſa uniuerſalis omniũ una eſt, ſcilicet Deus. Ibidem quæſt. 18. mẽb. 3. Itẽ: Creaturæ cauſam dicimus eſſe Deũ. parte 2. quæſt. 8. memb. 4. Itẽ: Licet creare ſit cõmune toti trinitati, tamen hic poteſt appropriari, ut ſit ſenſus: Deus pater in principio, id eſt, in filio, qui eſt principiũ de principio, creauit. Sicut enim cũ dicitur, Omnia in ſapientia feciſti: Sapiẽtia licet cõmuniter dicatur de tribus perſonis, tamẽ appropriatur perſonæ filij, & fit directio ad patrẽ: ſic & hic principiũ poteſt appropriari. Ioh. 8. dicit filius de ſe: Ego principiũ, qui & loquor uobis. Ibidẽ quæſt. 45. mẽb. 1. Itẽ: Deus creaturas & maximè rationales condidit, & etiá modũ & qualitatẽ in conditione obſeruauit ad ſui magnificentiá declarandá, & creaturę rationalis utilitatẽ. Nota ergo, q̃ etſi diuina operatio nõ indigeat approbatione, ꝓ eo q̃ quicquid Deus facit, optimè facit: uerũtamẽ ad excitandá deuotionẽ in mẽtibus fideliũ, & cõpeſcendá rabiẽ in ore blaſphemantiũ, & Deũ in ſuis operibus inculpantiũ, multiplex poteſt aſsignari ratio, quia Deus fecit hominẽ uertibilẽ in malũ. Vna eſt, manifeſtatio diuinę potẽtiæ. Voluit enim Deus oſtẽdere homini, q̃ ſicut ſine eo factus non erat, ita nec ſine ipſo perſiſtere poterat. Vt ergo homo noſceret, q̃ diuinũ poſſe nõ ſolúmodo eſt omnis potẽtię cauſatiuũ, ſed etiá omnis potẽtię cõſeruatiuũ, & q̃ ille ſolus eſt indefectibilis & inuertibilis: ideo placuit ſibi creaturá rationalẽ facere uertibilẽ, nec ipſam cõfirmare in bono, quouſq; illi cõſtaret, q̃ ipſe ſolus eſt in quo nõ cadit nõ poſſe. Secũda ratio eſt, manifeſtatio diuinæ ſapiẽtiæ, quæ oſtẽditur ex tribus, ſcilicet ex ordine malorũ cũ bonis ſiue ad bonũ, uirtutis ad actũ propriũ, meriti ad præmiũ. Ex uertibilitate enim hominis in malũ, q̃ quidẽ malũ Deus ordinat cũ bonis, & ex quo bonũ elicit, diuina ſapiẽtia manifeſtatur. Maioris enim ſapiẽtiæ eſt, ſcire ordinare bona cũ malis, & elicere bonũ ex malis, quàm ſolummodo ordinare bona cũ bonis, & ex bonis elicere bona: & ideo cũ nõ deceret Deũ facere mala, debuit talẽ facere creaturá, quę poſſet in operando deficere & malũ cõmittere, ut Deus mala illa ordinando ſuá ſapientiá declararet. Ibidẽ quæſt. 96. memb. 2. art. 2.

Innocẽtius ait: Deus ſua omnipotẽti uirtute ſimul ab initio tẽporis utráq; de nihilo condidit creaturá, ſpiritualẽ & corporalẽ, angelicá uidelicet & mundaná, ac deinde humaná quaſi cõmunẽ ex ſpiritu & corpore cõſtitutá. Diabolus enim & dæmones alij à Deo q̃dẽ natura boni creati ſunt, ſed ipſi ꝑ ſe facti ſunt mali. In Cõcil: Late. ca. 1.

Bonauentura

Bonauentura ait: Christus cum ſit unum uerbum, omnia per ipſum facta dicuntur, & in ipſo relucés, ita quòd ei ſapientia eſt multiformis & una. parte 2. Breuiloq. Et: Creatura eſt effectus trinitatis creantis ſub triplici genere cauſalitatis. Efficiétis, à quo eſt in creatura unitas, modus & menſura. Exemplaris, à quo eſt in creaturis ueritas, ſpecies & numerus. Finalis, à quo eſt in creatura bonitas, ordo & pondus. Quę quidem reperiútur in omnibus creaturis tanquam ueſtigium creatoris, ſiue corporalibus, ſiue ſpiritualibus, ſiue ex utriſq; compoſitis. Ibidem cap. 1. Et: Quòd ſit ſtatus in reb. & ordo perfectus, neceſſe eſt quòd omnia reducantur ad unum principium, quod ſit primum, ut det cæteris ſtatum: & perfectiſsimum, ut det cæteris omnibus complementum. Quoniam igitur primum principium, in quo eſt ſtatus, non poteſt eſſe niſi uerum ſolum, ſi mundum producit, (cum non poſsit ipſum producere de ſeipſo) neceſſe eſt quòd producat ipſum ex nihilo. Et quia productio ex nihilo, prout eſſe poſt non eſſe ex nihilo producti, & immenſitatem in uirtute producente ex parte principij (cum hoc ſit ſolius Dei) neceſſe eſt, quòd creatura mundi ſit producta ex tempore ab ipſa uirtute immenſa agente per ſe & immediatè. Ibidem. Item: Creatura mundi eſt quaſi quidam liber, in quo relucet, repræſentatur & legitur trinitas fabricatrix, ſecundum triplicem gradum expreſsionis, ſcilicet per modú ueſtigij, imaginis & ſimilitudinis: ita quod ratio ueſtigij reperitur in creaturis omnibus, ratio imaginis ſolùm in intellectualibus ſiue ſpiritibus rationalibus, & ratio ſimilitudinis in ſolis Dei formibus, ex quibus quaſi per quoſdam ſcalares gradus natus eſt intellectus humanus gradatim aſcendere in ſummum principium, qui eſt Deus. Ibidé cap. 12. Et: Deus trinus & unus produxit creaturam purè corporalem, ut eſt mundialis machina: creaturam purè ſpiritualem, ut eſt natura angelica: creaturam ex utraque compoſitam, ut natura humana. parte 3. Centiloquij, cap. 9.

Thomas ait: Creare non eſt propriú alicui perſonæ, ſed cómune toti trinitati. Prima ſummæ, quæſt. 45. artic. 6. Et: Fides catholica confitetur, Deum res libera uoluntate produxiſſe in eſſe, ſecundum illud Pſal. Omnia quæcunque uoluit fecit. Hoc igitur quòd Deus creaturæ eſſe communicat, ex Dei uoluntate dependet. Nec aliter in eſſe conſeruat, niſi in quantum eis continuè influit eſſe. Ibidem quæſt. 104. artic. 3. Et: Primarum rerum creatio facta eſt à potentia Dei patris per uerbum. Unde & recreatio per uerbum fieri debuit à potentia Dei patris, ut recreatio creationi reſpondeat, ſecundum illud 1. Cor. 5. Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. Tertia ſummæ, quæſt. 3. artic. 8. Item: Operatio in creatura eſt tribus perſonis communis. In Compend. Theolog. tracta. 2. cap. 35. Et: Creatio mundi non dependet ex alia cauſa, niſi ex ſola uoluntate Dei. Unde ea quæ ad principium mundi pertinent, demonſtratiuè probari non poſſunt, ſed ſola fide tenentur, prophetice per Spiritum ſanctú ſunt reuelata. In quodlibetis, quodlib. 3. Item: Secundum fidem catholicam ponimus, quòd omnes ſubſtantias ſpirituales & materiam corporalium Deus immediatè creauit: hęreticum reputantes, ſi dicatur per angelum uel aliam creaturam aliquid eſſe creatum. In diſputatis quæſt. quæſtione 3. artic. 4. Et: Ex ipſis creaturis ſapientiam non acquirit, ſicut nos. Sed potius ex ſua ſapientia creaturas produxit. Idem in lib. Iob cap. 28. Item: Tota trinitas ſola creauit omnia. Super Apocal. cap. 4. Et: Dicit autem, ſi uoluerit, ut oſtendat diuinam uoluntatem principium eſſe naturalium operum. In lib. Iob cap. 36. Et: Sicut artifex eſt cauſa fabricæ, ita Deus eſt cauſa cœleſtium corporum, aliter tamen & aliter. Nam artifex fabricam conſtituit ex materia præiacente. Cœleſtia autem corpora ex materia præiacente fieri non potuerunt, ſed ſimul in eorum productione fuit materia cum forma producta. Ibidem capite 37. Et: Dependet eſſe cuiuslibet creaturæ à Deo, ita quòd nec ad momentum ſubſiſtere poſſent, ſed in nihilum redigerentur, niſi operatione diuinæ uirtutis conſeruarentur in eſſe. Prima ſummæ, quæſt. 104. artic. 1. Et: Deus immediatè omnia creauit, ſed in ipſa rerum creatione ordinem in rebus inſtituit, ut quædam ab alijs dependerent, per quas ſecundariò conſeruarentur in eſſe, præſuppoſita tamen principali conſeruatione, quæ eſt ab ipſo. Ibidem artic. 2. Et: Soli Deo conuenit eſſe creatorem. Nam creare illi cauſæ conuenit, quæ aliam uniuerſaliorem non prǽſupponit. Hoc autem ſoli Deo cópetit. Solus igitur ipſe eſt creator. Item, quantò potentia eſt magis remota ab actu, tantò oportet eſſe maiorem uirtutem, per quam reducatur in actum. Sed quantacunq; diſtantia potentiæ ad actum detur, ſemper remanet maior diſtantia, ſi ipſa potentia ſubtrahatur. Creare igitur ex nihilo, requirit infinitam uirtutem. Sed ſolus Deus infinitæ uirtutis, cum ipſe ſit infinitæ eſſentię. Solus igitur Deus poteſt creare. In Comp. Theol. cap. 70.

Albertus: A' natura pātris procedit, quicquid

quid eſt in omnibus rebus. In Matt. cap. 4. Et: Chriſtus eſt ſapientia, per quam & in qua Deus pater fecit mundum. Ibidem capite 8.

Ægidius ait: Ex materia terræ inulſa & informi, formata ſunt omnia. lib. 1. Hexameron, cap. 1. Et: Omnium operum fuit unus operans, uidelicet Deus glorioſus, &c. Deus fuit primum operans. lib. 2. Hexam. cap. 22.

Materia. Thomas: Omnia ſunt creata, id eſt de nouo facta, uel immediatè, ut ea quæ in principio mundi facta ſunt ſimpliciter ex nihilo, & angelus, cœlum empyreum, & prima materia. Quædam mediatè, ut ea quæ ſunt ex materia: illa enim materia prima facta fuit ex nihilo, ex qua eſt omnis alia materia particularis. Super Apocal. cap. 4. Et: Non præexigit Deus materiam ad ſuam actionem. Ipſius igitur eſt producere res in eſſe ex nihilo, quod eſt creare. Et inde eſt quòd fides catholica eum creatorem confitetur. In cõpend. Theolog. cap. 69.

Albertus inquit: Creatio non eſt talis operatio, quæ poſsit habere inſtrumentũ: quia omne inſtrumentum aliquid ſupponit, ſuper quod operetur. Creatio autem eſt aliquid de nihilo in ens producere. In Iohan. cap. 1.

Bonauẽtura: Vniuerſitas machinæ mundalis eſt producta in eſſe ex tempore.) hic excluditur error ponentium mundũ æternum. Producta eſt ex nihilo.) hic excluditur error ponentiũ æternitatem circa materiale principium. Et ab uno principio.) hic excluditur error Manichæorũ ponentium pluralitatem principiorum. Solo & ſummo.) hic excluditur error ponentium Deũ produxiſſe inferiores creaturas per miniſterium intelligentiarum. In certo pondere, numero & menſura.) in quo oſtenditur, quòd creatura eſt effectus trinitatis creantis ſub triplici genere cauſalitatis: ſcilicet efficientis ratione, cuius eſt in creatura unitas, modus & figura: exemplaris ratione, cuius eſt in creatura ueritas, ſpecies, numerus: finalis ratione, cuius in creatione eſt bonitas, ordo & põdus. Omnis creatura conſtituitur in eſſe ab efficiente, formatur ad exemplar, ordinatur ad finem: ac per hoc eſt una, uera & bona: modificata, ſpecioſa & ordinata: mẽſurata, diſcreta & ponderata. parte 3. Centil. cap. 8.

Ægidius dicit, materiam informem eſſe factam primo die. lib. 1. cap. 1. Probat tribus rationibus, materiam illam informẽ non fuiſſe factam ſine omni forma: ſcilicet primò ex parte formarum, ſecundò ex parte temporum, tertiò ex parte ipſius nihili. ibidem. Et: Cũ dicimus, quòd Deus ex nihilo fecit res, non eſt intelligendum, quòd ipſum nihil ſit facta aliqua res, ſeu ſit aliquid factum, ita quòd ibi, Ex, non teneatur cauſaliter, ſed ordinaliter, & eſt idem, quod primò non materialiter, ſed ordinaliter. Ibidem cap. 3.

Quando. Ægidius: Creatio propriè loquendo non eſt facta in tempore, ſed ante omne tempus, & per cõſequens, ante omnem diem, cum ipſa dies ſit tempus, uel pars temporis, & quælibet pars temporis ſit tempus. lib. 1. Hexam. cap. 11.

Quomodo. Bonauẽtura: Triformis fuit operatio diuina ad mundanam machinã producendam: ſcilicet creatio, quæ appropriatè reſpõdet omnipotentiæ: diſtinctio, quæ reſpondet ſapientiæ: ornatus, qui reſpondet bonitati largiſsimè. Et quoniam creatio eſt de nihilo, ideo fuit in principio ante omnẽ diẽ, tanquã omniũ rerũ & temporũ fundamentũ. parte 2. Breuilo. cap. 2.

Thomas ait: Ipſe nouit bonũ illius.) id eſt ſeipſum, in quo plenè ſapientia inuenitur, ſicut in prima origine: deriuatur autẽ ſapientia ab ipſo in omnes creaturas, quæ per Dei ſapientiam fiunt, ſicut ars deriuatur à mente artificis ad opera eius. Vnde dicitur, quòd Deus effundit ſapientiam ſuper omnia opera. Vnde etiam ipſa uniuerſitas creaturarum eſt quaſi quidam ſapientiæ locus. Et ideo ad oſtendendum, quòd Deus cognoſcit uniuerſitatem creaturarum, primò quidem hoc oſtendit, quantũ ad extremas creaturas, ſuper quibus aliæ cõtinentur. In Iob cap. 8. Et: Primas creaturas ſtatim Deus perfectas produxit abſque ulla diſpoſitione uel operatione creaturæ præcedente: quia ſic inſtituit prima indiuidua, ut per ea natura propagaretur ad poſteros. prima ſecũdæ, quæſt. 5. art. 7.

Corruptibiles creaturæ. Thomas: In inferioribus creaturis diſcordia multiplex inuenitur, tam in creaturis rationalibus, ut patet per contrarios motus humanarũ uoluntatum: quàm in creaturis corporalibus, ut ex earum cõtrarietate apparet, per quam generationi & corruptioni ſubduntur. Sed in ſuperioribus corporibus nulla cõtrarietas reperitur. Vnde & incorruptibilia ſunt. Sic & ſuperiores intellectuales ſubſtantiæ etiam ſumma concordia ſuperiorum creaturarũ ex poteſtate diuina procedunt, quæ ſuperiores creaturas in perfecta ſuæ unitatis participatione conſtituit quaſi ſibi propinquiores. In lib. Iob ca. 25.

De ætatibus mundi inquit Bonauentura: Diſtinctiones ſeptem ætatum per ſigna facta, quæ fuerunt in earum exordijs, ratione quorum correſpondent diebus for-

mationis mūdi. Prima ætas mundi (in qua facta eſt ipſius mundi formatio, caſus dæmonum & confirmatio angelorum) rectè reſpondet primæ diei, in qua facta eſt lux, & diuiſa à tenebris. Secunda (in qua per arcam & diluuium ſaluati ſunt boni, & deleti mali) reſpondet ſecundæ diei, in qua per firmamentū facta eſt diſtinctio aquarum ab aquis. Tertia (in qua uocatus eſt Abraam, & inchoata Synagoga, quę fructificare & generare debebat prolē ad Dei cultum) correſponder diei tertij, in qua apparuit terra, & protulit herbam uirentem. Quarta (in qua uiguir regnum & ſacerdotium, quia rex Dauid amplificauit cultum diuinum) correſpōdet quartæ diei, in qua facta eſt formatio luminarium & ſtellarū. Quinta (in qua tranſmigrantes inrer populos multiuerſati ſunt & tribulati) correſpondet diei quintæ, in qua facta eſt formatio piſciū ex aquis. Sexta ætas (in qua natus eſt Chriſtus in effigie hominis, qui uerè eſt imago Dei) correſpondet ſextæ diei, in qua formatus eſt homo primus. Septima (in qua eſt quies animarum non habens finem) correſpondet ſeptimę diei, in qua requieuit Deus ab omni opere, quod pararat. In ſuo Breuiloquio.

Cœpit. Thomas, Mundum non ſemper fuiſſe, probat ex Iohan. 17. Clarifica me pater, &c. & Rom. 8. Dominus poſuir me in initio uiarū. Prima ſummę, quęſt. 46. art. 1. Et quòd mundus incœperit eſſe, eſſe articulum fidei, idem Thomas aſſerit eodem in loco.

Qualis. Alexander: Informis ergo materia illa, quam de nihilo Deus fecit, appellata eſt primò cœlum & terra, & dictū eſt, In principio fecit cœlum & terram: non quia hoc iam erat, ſed quòd hoc eſſe poterat: & cœlum legitur poſtea factum. quemadmodum ſi ſemen arboris conſiderantes, ibi dicamus eſſe radices, & robur, & ramos, & fructus, & folia: nō quia iam ſunt, ſed quia inde futura ſunt, ſicut dictum eſt, In principio fecit Deus cœlum & terram, quaſi ſemen cœli & terræ, cum in confuſo adhuc eſſet cœli & terrę materia. Sed quia certum erat inde futurum cœlum & terrā, iam & in ipſa materia cœlum & terra appellata eſt. parte 2. quæſt. 43. memb. 2.

Quę creata. Thomas: Communirer dicitur, quatuor eſſe primò creata, ſcilicet naturam angelicam, cœlum empyreum, materiam corporalem informem, & tempus. Prima ſummæ, quæſt. 66. articulo 4.

Creatio miraculū. Albertus, quòd creatio ſit opus miraculi, ſic probat: Omnes operationes cadunt uel in naturam, uel artem, uel miraculum, Conſtat autem, quòd miraculum non cadit ſub alijs duobus. Ergo cadit ſub miraculo. Et Chriſoſt. dicit, quòd opus ſolius uoluntaris diuinę eſt miraculum. Creatio aurem eſt ſolius uoluntatis diuinæ. Ergo. Super 2. Sent. diſtinctione 1.

De terra ait Thomas Aquinates: Sicut fundamentum eſt infima ædificij pars, ita etiam terra eſt infimum corpus, quod ſubiacer omnibus: & quia terra eſt præcipua materia humani corporis, materia autem tēpore præcedit id quod ex ea fit, & multo magis ratio artificis qui materiam condit. In lib. Iob cap. 38.

De aqua. Ægidius: Aqua in primordio non erar ſic ſpiſſa ut nunc eſt, ſed erat quaſi uaporoſa, totum hunc aerem inficiens. libro 1. Hexameron, capire 12. Et: Totus aer erat plenus aquis nebuloſis, & aquæ tum proprer eius raritarem totum huiuſmodi ſpacium occupabant, ur terra uideri non poſſet. Ideo dicente Domino, Congregentur aquæ, &c. fuerunt aquæ condenſatæ ſecundum ſuam naturam, & occupauerunt minorem locum, ut poſsint omnes huiuſmodi aquæ recipi in concauitatibus terræ: & ex hoc apparuir arida, id eſt, facta eſt terra uiſibilis. Ibidem.

De fine creationis inquit Alexander: Propter hominem factus eſt mundus. parte 1. quæſt. 1. memb. 3. Item: Inuiſibilia Dei, ſcilicet uirtus & diuinitas, cognoſcuntur per ea quæ facta ſunt. Ibidem.

Bonauentura inquit: Quanquam Deus trinus & unus ſit, incommutabilis, inſenſibilis, incircumſcriptibilis: tamen reddit ſe per diuerſas creaturas, id eſt, per effectus multiplices manifeſtum, ita quòd in creaturis omnibus dicitur Deus eſſe, quātum ad naturam, ſcilicet per eſſentiam, præſentiam, & potentiam. parte 3. Centiloquij, cap. 3.

Thomas ait: Neceſſe eſt omnium rerū factarum à Deo ultimum finem diuinam bonitatem eſſe. Propter hoc omnia facta ſunt, ut diuinæ bonitati aſsimilentur. In compend. Theolog. cap. 101. Item: Inuiſibilia Dei cognoſcere non poſſumus, niſi per ea quæ facta ſunt: ea uerò quæ facta ſunr, multum deficiunr à uirtute factoris. In lib. Iob cap. 11.

Albertus ait: Omnia propter hominem creauit. In Matth. cap. 6.

Quando finis mundi. Thomas: Finis mundi nō erit niſi completo numero electorum, cuius completio eſt quaſi quædā executio totius diuinæ prædeſtinationis. Vnde non competit reuelationem fieri de fine mundi, niſi ei cui fit reuelatio de tota prædeſtinatione diuina, ſcilicet homini

Chriſto,

Chriſto, per quam tota diuina prædeſtinatio humani generis quodammodo impletur. In quæſtionibus diſputatis, quæſt.5. artic.6.

De fine mũdi inquit Ægidius: Non poſſumus ſcire neq; diem neq; horam, neq; annũ neq; tempus, quando finietur mundus, dicente Chriſto Matth.13. Quod non eſt ueſtrum, &c. lib.2. Hexa. cap.3. Item: Quãdo completus eſt numerus electorũ; ceſſabit motus. ibidem cap.20.

De paradiſo inquit Bonauentura: Homini datus eſt terreſtris paradiſi locus, in tranquillam habitationem: datum eſt ei lignum uitæ, ad continuam uegetationem: formata eſt ei mulier de latere uiri, in conſortium & adiutorium, ad immaculatam propagationem. parte 3. Centiloquij, cap. 25. Item: Paradiſus cœleſtis eſt habitatio Dei, locus gaudij, locus lucis, & locus ordinati amoris. In 5. dieta cap.24. Et: Gloria paradiſi autem eſt præmium ſubſtantiale, aut conſubſtantiale, aut accidentale. Præmium ſubſtantiale conſiſtit in uiſione, fruitione & tentione unius ſummi boni, ſcilicet Dei, quem beati uidebunt facie ad faciem, hoc eſt, nudè & ſine uelamine, quo fruentur auidè & delectabiliter, quem etiam tenebunt ſempiternaliter, ut ſic uerificetur illud Bernhardi: Qui Deus futurus eſt rationi plenitudo lucis, uoluntati multitudo pacis, & memoriæ cõtinuatio æternitatis. Præmium cõſubſtantiale conſiſtit in gloria corporis, quæ ſecunda ſtola dicitur, qua reſumpta perfectius anima beata tendet ad ſummum bonum. Et hæc ſtola conſiſtit in dote quadruplici corporis dote: ſcilicet in dote charitatis, ſubtilitatis, agilitatis, & impaſsibilitatis, quæ erunt ſecundũ plus & minus in diuerſis, ſecundum maioritatem & minoritatem prius habitę charitatis. Præmium accidentale conſiſtit in quodã decore ſpirituali ſuperaddito, qui quidem aureola nuncupatur, & (ſecundũ doctorum ſententiam) debetur triplici generi operum: ſcilicet martyrio, prędicationi & continentiæ uirginali, & in omnibus prædictis ſeruatur gradus & diſtinctio ſecundum exigentiam meritorum. parte 7. Breuiloq. cap.7.

Thomas ait: Quod dictum eſt latroni, Hodie mecum eris in paradiſo, Lucę 23. intelligendum eſt de paradiſo ſpirituali. Eſt enim triplex paradiſus. Primus eſt terreſtris, in quo Adam poſitus fuit, Gen.2. Secundus cœleſtis, de quo dicitur Ezech.28. In delicijs paradiſi fuiſti. Tertius ſpiritualis, in quo ſunt qui diuina gloria perfruuntur: & de iſto dictũ eſt latroni, Hodie mecum, &c. quia latro & alij ſancti patres in inferno cũ Chriſto exiſtentes, diuina eius gloria perfruebãtur. De humanitate Chriſti cap.21. Et: Paradiſus fuit locus cõgruus habitationi humanæ, quantum ad incorruptionẽ primi ſtatus. Incorruptio autem illa nõ erat hominis ſecundum naturam, ſed ex ſupernaturali Dei dono. Vt ergo hoc gratię Dei imputaretur, non humanæ naturæ, Deus hominem extra paradiſum fecit, & poſtea ipſum in paradiſo poſuit, ut habitaret ibi toto tempore animalis uitæ, unde poſtmodum ſpiritualem uitam adeptus eſſet transferendus in cœlũ. prima ſummæ, quæſt.102. artic.4.

Ægidius ait: Dicemus ergo, quòd paradiſus quatuor ſignificat, iuxta quatuor ſenſus ſacræ ſcripturę. In ſacra enim ſcriptura ſignificantur uoces & res. Secundũ ſignificationem uocum ſignificatur ſenſus literalis. Nam ille eſt ſenſus literalis, qui ſecundum ſignificationem uocum, ſcilicet literatarum, occurrit intellectui primo ſine repugnantia. Dicimus enim ſine repugnantia, quia cum dicitur in libro Iudicũ, quòd ligna uoluerunt conſtituere regem, non eſt ſenſus literalis, quòd ligna hoc facerẽt: quia ibi eſſet repugnantia, cum ligna ratione careant. Quando ergo eſt repugnãtia, poterit eſſe alius ſenſus. Sed illud quod uoces ſignificant, quod ſe offert primo intellectui, eſt ſenſus literalis. Senſus autem ſpiritualis eſt, quod ſignificãt res. quæ res tripliciter ſumi poſſunt: ad ſignificandum quid agendum, & tunc eſt ſenſus moralis: uel quid credendum, & tunc eſt ſenſus allegoricus: uel quid ſperandum, & tunc eſt ſenſus anagogicus: ut dicatur ſenſus moralis à moribus, qui ex actibus noſtris depẽdent, &c. In tractatu de paradiſo, cap.5.

De ligno uitę ait Thomas: Lignum uitę eſt quædã materialis arbor, ſic dicta, quia eius fructus habebat uirtutem conſeruãdi uitam: & tamen aliquid ſignificabat ſpiritualiter: ſicut & petra in deſerto fuit aliquid materialiter, & tamen ſignificauit Chriſtum. Similiter etiam lignũ ſcientiæ boni & mali materialis arbor fuit, ſic nominata propter euentum futurum: quia poſt eius eſum homo per experimentum pœnę didicit, quid intereſſet inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum: & tamen potuit ſpiritualiter ſignificare liberũ arbitrium, ut quidã dicũt. prima ſummæ, quæſt.102. artic.1. Et: Ligni ſcientiæ boni & mali eſus non ideo prohibitus eſt, quia ſecũdum ſe malus eſſet: ſed ut homo ſaltem in hoc modico aliquid obſeruaret, ea ſola ratione, quia eſſet à Deo præceptũ. Vnde prædicti ligni eſus factus eſt malus, quia prohibitus. Dicebatur autem lignum

illud ſcientiæ boni & mali, non quia haberet uirtutem ſcientię cauſatiuam, ſed propter euentū ſequentē, quia ſcilicet homo per eius eſum experimento didicit, quid interſit inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malū. In Compend. Theolog. tractatu 2. cap. 4.

Deus mala propulſat. Alexander: Quis autem alius eſt uel ſeruator bonorum, uel malorum propulſor, quàm rector atq; meditator mentiū Deus: qui cum ex alta prouidētiæ ſpecula reſpicit, quid unicuiq; cōueniat agnoſcit, & quod cōuenire cognouit accōmodat. parte 1. quæſt. 26. memb. 1.

Regit Deus omnia. Thomas: Deus & malorum & bonorū Dominus eſt, uelint nolint. Super Apoc. cap. 5. Et: Conſequēter oſtendit rerum factarū curſum diuina prouidentia gubernari, & primò in rebus naturalibus, ex hoc quòd res naturales cōtemperatæ eſſe uidentur ad hominum & aliorum animaliū uſum, licet naturalis cœlorum ordo aliud requirere uideatur. Si quis enim in elementis grauitatem & leuitatem conſideret, manifeſtum eſt, naturaliter terram aquæ ſubiacere, aeri uerò aquas, aerem aūt igni. Inueniuntur autem aliquæ partes terræ diſcoopertæ ab aquis immediatè aeri ſubiacere, aliter enim animalia reſpirantia in terra uiuere non poſſent: & rurſus ne terra ab aquis diſcooperta ſua ſiccitate infructuoſa & inhabitabilis redderetur, dupliciter humectatur à Deo, primò quidem per pluuiā, &c. In lib. Iob cap. 5. Item: Deus uſq; modò operatur conſeruando & adminiſtrādo creaturam conditam, non autem nouam creaturam cōdendo. prima ſummæ, quęſt. 89. artic. 2.

Deus adeſt creaturis. Thomas, Deū eſſe gubernatorem mundi, probat ex Sap. 14. Tu autem pater gubernans omnia prouidentia. prima ſummæ, quęſt. 103. art. 1. Et: Deus cōſeruat res in eſſe, mediantibus aliquibus cauſis. Ibidem quæſt. 104. artic. 2.

Deus curat homines. Thomas: Propter hoc prohibetur à Deo impietas, & iuſtitia mandatur: quia Deo eſt de hominibus cura, quia per hoc uel iuuantur, uel lædūtur. In lib. Iob cap. 35.

Abſq; ſecundis cauſis agit Deus. Thomas: Poteſt Deus effectus cauſarum ſecundarum per ſui omnipotentiam abſq; cauſis ſecundis & producere & in eſſe conſeruare. opuſc. 2. cont. Gręcos, cap. 8.

De præſcientia Thomas ait: Quòd præſcientia abuſus gratię non fuit cauſa reprobationis in Iuda, niſi fortè ex parte effectus, quamuis Deus nulli uolenti accipere gratiā eam deneget: ſed hoc ipſum, quod eſt uelle accipere gratiā, eſt nobis ex prædeſtinatione diuina, unde non poteſt eſſe cauſa prędeſtinationis. In ſumma de ueritate, quæſt. 2. materia 6.

De fato ait Thomas: Fatū eſt ordinatio cauſarum ſecundarū ad effectus diuinitùs prouiſos. Quæcunq; igitur cauſis ſecūdis ſubduntur, ea & fato. Si qua uerò ſunt, quę immediatè à Deo fiunt (cum non ſubdantur ſecundis cauſis) non ſubduntur fato: ſicut creatio rerum, glorificatio ſpiritualiū ſubſtantiarum, & alia huiuſmodi. Prima ſummæ, quæſt. 116. artic. 4.

De prouidentia Dei inquit Alexander: Prouidentia Dei dicitur propriè diuina ratio, qua cuncta gubernātur. parte 1. quæſt. 26. memb. 5. artic. 1. Et: Prouidentia diuina adminiſtrat inferiores creaturas per ſuperiores: quia inferiores propter ſuum defectum non ſunt immediatè ſuſceptibiles diuinæ actionis: ſicut patet in oculo, qui nō poteſt uidere ſolem in rota, uidet eum in medio, ſcilicet in aqua uel in ſpeculo. Similiter prouidentia Dei adminiſtrat inferiores creaturas per ſuperiores: rationales aūt creaturas per ſe, & etiam quaſdam per alias, ut homines per angelos, & alios angelos per alios. Item propter utilitatem illius per quem eſt prouidentia, fit prouiſio per alium: ut Deus uult adminiſtrari pauperibus à diuitibus propter utilitatem diuitū. Vult etiam quoſdā doceri per alios, non propter primā, quia homo non eſt ex defectu qui ſit in Deo: ſed propter defectum creaturæ cui adminiſtratur, uel propter utilitatem illius per quem alij adminiſtratur uel prouidetur. Ibidem. Et: Prouidentia, qua uult omnes homines ſaluos fieri, reducitur ad prouidentiam ſecundū acceptationem. Sed hæc prouidentia multipliciter comparatur ad res, ut dictum eſt. Vno modo comparatur ad res, quarū ipſe Deus eſt tota cauſa. Nec ad eſſe huiuſmodi rerum coexigitur aliqua cōcauſa, ſicut liberum arbitriū, uel huiuſmodi. Et in huiuſmodi inducit prouidentia neceſſitatē, & ſimiliter ipſa uoluntas, & talia ſunt in contradictione. Vnde Rom. 9. Voluntati eius quis reſiſtet? quaſi dicat, Nullus. Sed de hac prouidentia uel uoluntate non intelligitur illud: Vult omnes homines ſaluos fieri. Iſtud enim ſecundū aliquem ſaluum fieri, nō eſt tale quod habeat tantùm eſſe à diuina prouidentia uel uolūtate, ſed etiam à libero arbitrio cooperante uel coadiuuante. Et in talibus non inducit prouidentia uel uoluntas neceſſitatem. Ibidem memb. 6. Et: Diuina prouidētia formas rerum complectitur quocūq; modo producendarum in eſſe, ſed fatum ſolùm illorū quę mobiliter & temporaliter pro-

ductura

ductura ſunt in eſſe. Ibidem quæſtion. 27. memb.3.artic.1.

Thomas ait: Hoc ad diuinam prouidentiam pertinet, ut cuilibet prouideat de neceſſarijs ad ſalutem, dummodo ex parte eius non impediatur. In ſumma de ueritate, materia 14. quæſt.11. Et: Diuina prouidentia præſeruat Eccleſiam, ne in canonizatione per fallibile teſtimonium hominum fallatur. In Quodlibetis, quodlibeto 9. artic.16. Et: Salubriter prouidit diuina clementia, ut ea etiam quę ratio inueſtigare poteſt, fide tenẽda perciperet, ut ſic omnes de facili poſſent diuinæ cognitionis participes eſſe, & abſq; dubitatione & errore. In ſumma contra Gentiles, capite 4. Item: Gubernatio prouidentiæ ex amore diuino procedit, quo Deus res à ſe creatas amat. In hoc enim pręcipuè cõſiſtit amor, quòd amans amato bonum uelit. Quanto ergo Deus aliqua magis amat, magis ſub eius prouidentia cadunt. Ibidem cap. 19. Et: Diuina prouidentia ſalubriter ordinatum eſt, ut homines ſuam prędeſtinationem uel reprobationem ignorent. In ſum. de uerit. materia 6. quæſt. 5. Item: Sciendum eſt autem, quòd diuina prouidentia tali ordine res gubernat, quòd inferiora per ſuperiora diſpenſat. Corpora enim generalia & corruptibilia ſubduntur motui corporũ cœleſtium: & ſimiliter inferiores ſpiritus rationales mortalibus corporib. uniti, ſcilicet animæ, per ſuperiores ſpiritus incorporeos adminiſtrátur: Thomas ſuper Iob cap.1. Et: Deus, in quo eſt prima rectitudó, ſua prouidentia dirigẽs uniuerſa, inferiores creaturas per ſuperiores diſpẽſat. Ibidem cap.4. Et: Sciendũ, quòd diuina prouidentia ſublata, orationis fructus tollitur, & cognitio Dei circa res humanas, quæ tamen neceſſe eſt ponere ei qui regimen prouidentiæ concedit. Ibidem cap.5. Item: Eſt autem ſciendũ, quòd illi qui prouidentiam negant, omnia quæ apparent in rebus mundi, ex neceſsitate caloris & frigoris, grauitatis & leuitatis, & aliorũ huiuſmodi prouenire dicũt. Ideo ex ijs potiſsimè prouidẽtia diuina manifeſtatur, quorũ ratio reddi nõ poteſt ex huiuſmodi materialib. principijs: inter quæ unũ eſt determinata magnitudo corporis huius mũdi. Non enim poteſt aſsignari ratio ex aliquo principio naturali, quare ſol & luna aut terra ſit tantę quantitatis, & non minoris aut maioris. Vnde neceſſe eſt dicere, quòd iſta diſpoſitio quãtitatum ſit ex ordinatione alicuius intellectus. Ibidem. Et: Rurſus, ſi omnia ex neceſsitate principiorũ naturalium prouenirent, cum principia naturalia ſint nobis nota, haberemus uiam ad inquirendũ omnia quæ in hoc mundo ſunt. Sunt autem aliqua in hoc mundo, ad quorum cognitionem nulla inquiſitione poſſumus peruenire: utpote ſubſtantiæ ſpirituales, quot ſint diſtantiæ ſtellarum, & alia huiuſmodi. Vnde manifeſtum eſt, non procedere omnia ex neceſsitate principiorum naturalium, ſed ab aliquo ſuperiori intellectu res eſſe inſtitutas. Ibidem. Et: Aliter prouidentia diuina operatur circa creaturas rationales, & aliter circa irrationales. In creaturis enim irrationalibus inuenitur meritum & demeritum propter liberum arbitrium, nec merentur nec demerentur pœnas aut præmia: ſed operatur Deus circa eas ad eorum ampliationem uel reſtrictionem, ſecundum quod competit ad bonum uniuerſi. Ex qua quidem promiſsione ſeu ratione contingit, quòd Deus mare cohercet, ne totam terræ ſuperficiem occupet. In lib. Iob cap.7. Item: Diuina prouidentia omnia facta hominum proſpicit, & ſic nullus poteſt à pœnis eſſe immunis. Ibidem cap.30. Et: Deus ſua prouidentia animalibus, ſcilicet brutis, exhibet auxiliũ. Ibidẽ cap. 38. Et: In gubernatione duo ſunt cõſideranda: ſcilicet ratio gubernationis, quæ eſt ipſa prouidẽtia, & executio. Quantum autem ad rationem gubernationis pertinet, Deus immediatè omnia gubernat. Quantũ autem pertinet ad executionem gubernationis, Deus gubernat quædá mediantibus alijs. Prima ſummæ, quæſtione 103. artic.6. Item: Credimus, totam naturæ diſpoſitionem, & humanos actus diuinæ prouidentiæ eſſe ſubiectos. Hac enim credulitate ſublata, omnis diuinitatis cultus tollitur. opuſc.2. cõtra Gręc. cap.7. Et: Omnia diuina prouidentia reguntur. In Compend. Theolog. capit. 123. Item: Effectuum contingentiam uel cauſarum certitudinem diuinæ prouidẽtiæ perturbare non poteſt. Tria enim ſunt, quæ prouidentiæ certitudinem pręſtare uidentur: ſcilicet infallibilitas diuinæ præſcientiæ, efficacia diuinæ uoluntatis, & ſapientia diuinæ diſpoſitionis, quę uias ſufficientes ad effectum conſequendũ adinuenit, quorum nullum contingentiæ rerũ repugnat. Ibidem cap.140. Item: Omnia prouidentiæ diuinæ ſubiacent, non in uniuerſali tantùm, ſed etiam in ſingulari. prima ſummæ, quæſt.22. artic.2. Item: Ad prouidentiam duo pertinent: ſcilicet ratio ordinis rerum prouiſarum in finem, & executio huius ordinis, quæ gubernatió dicitur. Quantum ad horum primũ, Deus immediatè omnibus prouidet, qui in ſuo intellectu habet rationem omniũ etiam numerorum:

merorum: & quaſcunq; cauſas aliquibus effectibus præfecit, dedit eis uirtutem ad illos effectus producendos. Quantum autem ad ſecundum, ſunt aliqua media diuinæ prouidentiæ: quia inferiora gubernat per ſuperiora, non propter defectum ſuæ uirtutis, ſed propter abundantiam ſuæ bonitatis, ut dignitatẽ cauſalitatis etiã creaturis communicet. Ibidem artic. 3.

Albertus: Prouidentia diuina prouidet coruis, & utilibus animalibus, cum maior ſit ei cura de ſanctis. Super Lucam cap. 12. Et: Præuiſio eſt futuræ cæcitatis, & nõ cauſa. Et ideo cũ cauſalitas excæcationis fuerit ex parte eorum, & non in Deo: ex parte ipſorum fuit excæcatio. Et cum uoluntas excæcationis fuerit ex parte ipſorum, nõ fuit aliqua in peccato remanẽdi neceſſitas, ſed uolũtas, & non fuit aliqua cauſa deſperationis. Idem in Iohannem cap. 8.

Ægidius ait: Dicemus Deũ eſſe præſciũ omniũ futurorũ. habet quidem pręſcientiam tam de damnandis, quàm de ſaluandis. Sed præſcientia de damnandis, dicitur præſcientia tantùm: de ſaluandis uerò dicitur prędeſtinatio. Cuius rei poſſemus duplicẽ cauſam aſsignare. Primò quidẽ, quia Deus ſic ſcit bona, quòd ea cauſat: mala aũt ſic ſcit, quòd ea non cauſat. In tractatu de prædeſt. & præſcient. Et: Sicut enim uidemus, quòd modò homines per diuinum impulſum & per diuinam gratiam deſtinantur, id eſt, mittuntur in uitã æternam: ſic Deus quos ab æterno præuidens tales in ſeipſo prædeſtinauit, id eſt præmiſit ſua gratia in uitam æternam. Malos autem non impellit ad mortem & ad miſeriam: ſic nec prędeſtinauit, nec pręmiſit eos ad mortem. Pręſcientia itaq; ſaluandorum ſic eſt pręſcientia in Deo, quòd etiam eſt prædeſtinatio: quia tales impulſu Dei miſsi ſunt in uitam æternam per gratiam diuinã. Sed præſcientia damnandorum in Deo ita eſt præſcientia, quòd non eſt prædeſtinatio: quia Deus non mittit nec impellit malos ad mortem, ſed ſolùm dimittit. Ibidem.

PRAEDESTINATIO.

Alexander ait: Prædeſtinatio eſt in genere ſcientiæ beneplaciti ſiue approbationis. Eſt enim ſciẽtia, ſicut dicitur 25. diſt. 1. ſent. Scientia aũt dicitur dupliciter: ſciẽtia ſimplex, & ſciẽtia cũ approbatione ſiue approbationis. Scientia aũt ſimpliciter non eſt cauſa ſcitorũ: ſed ſciẽtia approbationis eſt cauſa ſcitorũ, id eſt approbatorũ. In ſciẽtia beneplaciti uel approbationis intelligitur ſcientia in rectitudine, & uolũtas ſiue approbatio in obliquitate: & quia diuina uoluntas eſt cauſa ſufficiens eorũ quæ ei ſubſunt, cointelligitur potẽtia. Secundum hoc ergò dicendum, quòd prædeſtinatio eſt ſecundũ rectitudinẽ in genere ſciẽtiæ: nõ ſciẽtiæ quæ eſt per modũ ſpeculatiuũ, quæ eſt ſimplex noticia: ſed ſciẽtiæ practicæ, quæ eſt per modũ practicũ, quæ coniũcta eſt uolũtati & cauſa operationis. & inde eſt quòd quãdoq; in ratione prędeſtinationis ponitur pręſciẽtia, quãdoq; propoſitũ, quãdoq; præparatio: & ſic patet ſolutio ad oppoſita. parte 1. quęſt. 28. memb. 1. art. 2. Et: Quatuor aũt actus differẽtes ſecundũ rationẽ intelligẽtiæ intelligũtur in ratione prædeſtinationis, licet non differant ſecundũ actum. Primus eſt cognoſcere ſiue iudicare: ſecundus, eligere ſiue diſponere, hoc eſt, cogitare ad faciendũ: tertius eſt, uelle ſiue ꝓponere facere: quartus eſt, uolũtate firma in finẽ dirigere. Ibidem. Itẽ: Chriſtus ſecundũ quod Deus & ſapiẽtia æterna, eſt lumẽ noſtræ prædeſtinationis omnium prędeſtinatorũ & ſingulorũ. & cũ ſit unũ & idem lumẽ: tamen quia ad multos eſt, qui ſunt prædeſtinati, multipliciter accipitur reſpectus ad ipſũ, ut dicatur huius & illius lumẽ. Ratione uerò cognotati in prædeſtinatione, quod eſt temporale, ſcilicet gratia, dicendũ, quòd Chriſtus ſecundũ quod homo, eſt lumen temporale noſtræ prædeſtinationis: quia hæc ſuperabũdantia eſt ipſius ſuperfluentis gratię, qua aſſumptus eſt in unitate perſonæ, ita quòd filius Dei uniuerſalis eſt filius hominis, & unuſquiſq; prędeſtinatorum per participationẽ illius ſuperfluentis gratiæ, eſt filius adoptionis. Vnde gratia ſua eſt uelut lumen in ſole, noſtræ uerò gratiæ ſicut radij comparati ad ſolem. parte 3. quæſt 3. memb. 4.

Bonauentura ait: Prædeſtinatio ſempiterna uel æterna in numero infinito, quia turbam illam magnam nemo dinumerare poterat. Electorum namq; numerus eſt nobis ignotus, & ſoli Deo agnitus, quia ipſe ſolus Deus ſcit numerũ: quia, ut dicit 2. ad Timoth. 2. Nouit Dominus qui ſunt eius. In 9. dieta cap. 50. de gloria cœleſti.

Thomas ait: Prædeſtinatio & electio & reprobatio eſt quædã pars diuinæ prouidentię, ſecundũ quod homines ex diuina prouidentia ordinantur in ultimũ finem. Vnde ꝑ eadẽ manifeſtũ eſſe poteſt, quòd prædeſtinatio & electio neceſsitatẽ non inducunt, quibus & ſuprà oſtenſum eſt, quod diuina prouidentia contingentiã à rebus non aufert. In ſumma contra gentiles cap. 163. Item: Prædeſtinatio reſpicit illum tantùm finem, qui eſt principalis rationalis creaturæ, utpote gloriam: & ideo prædeſtinatio nõ eſt niſi hominum, & eorum

qui ſpectant ad ſalutē. In ſum. de ueritate, materia 6. quæſt. 1. Et: Sicut ſe habet prouidentia ad impoſitionē ordinis, ita ſe habet prędeſtinatio ad ordinis exitū uel euētum. Quòd enim aliqui finē gratię conſequūtur, nō eſt principaliter ex proprijs uiribus, ſed ex auxilio gratię diuinitùs datę. Ibidē. Item: Ad inueniendū prædeſtinationis cauſam, oportet accipere quod prius dictum eſt, ſcilicet quòd prædeſtinatio eſt quædam directio in finem, quam facit ratio à uoluntate mota. Vnde ſecundum hoc poſſet aliquid eſſe prædeſtinationis cauſa, prout eſſet uoluntaris motiuum. Ibidem quæſt. 2. Et: Illi qui finaliter à gratia deficiunt, nunquā prædeſtinati fuerūt. Ibidem quæſt. 3. Item: Si homines certi eſſent de ſua prædeſtinatione, ſecuri eſſent de ſua ſalute, & ideo non tantam ſolicitudinem apponerēt ad uitanda peccata. Et propter hoc à diuina prouidentia ſalubriter ordinatum eſt, ut homines ſuā prædeſtinationē uel reprobationē ignorent. Ibidem quæſt. 5. Item: Diuina prædeſtinatio nunquā mutatur: ſed tamen orationes & alia opera bona ualent ad conſequendū prædeſtinationis effectū. Ibidē quæſt. 6. Et: Deus omnes homines propter beatitudinē fecit, dicitur uolūtate antecedente omnium uelle ſalutem. Sed quia quidā ſuæ ſaluti aduerſantur, aliquos ordo ſuæ ſapientiæ ad ſalutem peruenire non patitur, propter eorum defectū: implet in eis alio modo id quod ad ſuam bonitatē pertinet, ſcilicet eos per ſuam iuſtitiam damnans. Et ſic dum à primo ordine uolūtatia deficiunt, in ſecundum labuntur: & dum Dei uoluntatem non faciunt, impletur in eis Dei uolūtas. Ipſe aūt defectus peccati, quo aliquis redditur dignus pœna, in præſenti uel futuro non eſt uolitus à Deo, nec à uoluntate antecedente nec conſequēte, ſed eſt ab eo permiſſus. Nec intelligendū eſt ex præmiſsis, quòd intētio Dei fruſtrari poſsit. Quia iſtū qui nō ſaluatur, præſciuit ab æterno nō ſaluandū. nec ordinauit ipſum ad ſalutē ſecundū ordinē prędeſtinationis, qui eſt ordo abſolutæ uolūtatis: ſed quantū ex parte ſua eſt, dedit ei naturam ad beatitudinē ordinatā. Ibidē materia 23. quæſt. 2. Et: Quòd prædeſtinatio & electio cauſam non habet ex aliquibus humanis meritis, poteſt fieri manifeſtum, nō ſolùm ex hoc, quòd gratia Dei, quę eſt prædeſtinationis effectus, meritis nō pręuenitur, ſed omnia merita pręcedit humana: ſed etiam manifeſtari poteſt ex hoc, q, diuina uoluntas & prouidentia, eſt prima cauſa eorū quæ fiunt. Nihil aūt poteſt eſſe cauſa uoluntatis & prouidentię diuinæ, licet effectuū prouidētiæ & ſimiliter prædeſtinationis unus poſsit alterius eſſe cauſa. Thomas cōtra gētiles lib. 3. Itē: Liber uitæ idē eſt qđ prędeſtinatio ſiue pręſciētia, qua diſpoſuit quoſdā ſaluare. Idē ſup Apocal. cap. 3. Et: Liber uitę eſt prędeſtinatio, in qua omnes ſaluandi prædeſtinati ſunt. Ibidē. Et: Vtrū aliquis de hoc libro poſsit deleri? Dupliciter poteſt reſponderi. Vno modo, q, propriè loquēdo nullus deletur uel deleri poteſt de libro uitæ, ꝓpter diuinæ diſpoſitionis immutabilitatē. Sed dicūtur deleri illi qui erāt ſcripti ſecundū æſtimationē ſuā, qū incipiūt agnoſcere, ſe nō fuiſſe ibi ſcriptos. Vnde ſuper illud pſalmi: Deleātur de libro. Gloſſa: Nō ſic accipiendū eſt, tanquā in hoc libro aliquē ſcribat Deus, quē poſtea deleat: ſed ita accipiendū, Deleātur de libro meo ſecundū ſpē illorū qui ſcriptos ſe putāt: id eſt, cōſtet ipſis nō illos ibi eſſe ſcriptos. Aliter poteſt dici, q, in libro uitæ omnia ſcribātur merita, id eſt approbātur: ſed quorundā merita ſunt in eis ſolùm ad tēpus, quorundā ſunt finaliter, & iſti ſunt prædeſtinati. Dicitur ergo aliquis ſcribi in libro uitæ dupliciter: aut quantū ad pręſentē iuſtitiā, aut quantū ad prædeſtinationē æternā. Ibidē. Et: De prędeſtinato eſt loqui dupliciter: aut ſecūdū ſe & abſolutè, aut in reſpectu ad prædeſtinationē. Primo modo accipiēdo, poteſt homo, qui eſt prędeſtinatus, peccare finaliter & coronā perdere, & ſic dānatur, ut patet: quia liberū arbitriū habet, quo poteſt uelle malū, & manere finaliter in eo. Secūdo modo loquēdo nō poteſt: quia nō poteſt fieri ut hæc duo ſimul ſint, ſcilicet q, ille ſit prædeſtinatus, & dānetur. Ibid. Et: Diſpoſitio, qua ab æterno Deus diſpoſuit genus humanū redimere, nō potuit impleri niſi per Chriſtū. Super Apocal. cap. 5. Et: In ipſo filio diſponūtur omnia ab æterno, tanquā in arte & ſapiētia patris. Ibidem. Et: Nullū cadere permittit Deus finaliter, qui ei uero corde adhęret, & in tentationib. & aduerſis gratiæ ſubſidiū fideliter & feruēter requirit. Ibid. cap. 6. Et: Æterna diſpoſitio licet toti trinitati cōueniat, tn̄ filio attribuitur: quare in filio pater omnia diſpoſuit, ſicut in ſua ſapiētia, & ꝑ ipſum in tēpore perficit. Itē, quia diſpoſuit ꝑ filij paſsionē dare uitā electis. Ibid. cap. 13. Et: Cōſiderandū eſt aūt, ne credatur, Dn̄m ex uerbis ſatan inductū eſſe ad permittendū Iob affligi. Sed ęterna diſpoſitione hoc ordinauit, ad manifeſtandā ſcilicet uirtutē Iob cōtra oēs calūnias impiorū. Idē in Iob cap. 1. Itē: Vocatio eſt triplex, ſcilicet prędeſtinationis, inſpirationis, & ꝓdicationis: & dicit poſteriores duas nō habere ſemp effectū.

Super Apocal.cap.19. Et:Prædeſtinatio, quantũ ad obiecta, eſt quædã pars prouidentiæ.Prima ſummæ,quæſt.23.art.1. Et: Dilectio pręſupponitur electioni ſecundũ rationem, & electio prædeſtinationi. Vnde omnes pręd eſtinati ſunt electi.Ibidem artic.4. Itẽ:Prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio,qua ab æterno Deus homini Chriſto,& cunctis quos præſciuit cõformes fieri imaginis filij ſui, bona ſine meritis præparauit. De humanitate Chriſti cap.1.

Albertus ait:Omnia tempus habent, & ſuis ſpacijs in pręſuppoſitione uel pręſumptione diuina præordinatis tranſeunt uniuerſa ſub cœlo.Super Luc.cap.2. Et: Noticia Dei uocatur liber uitæ. Hæc autẽ noticia quia æterna eſt,dicitur aliquãdo prædeſtinatio, & ſic noticia prædeſtinationis dicitur aliquando liber uitæ.Ibidẽ cap.10. Et: Prædeſtinatio, noticia non tantùm eſt de perſonis ſaluandis , ſed etiã de meritis gratiæ,& de præmijs gloriæ.Ibidem. Et: Prædeſtinatio eſt præparatio gratię in pręſenti,& gloriæ in futuro.Ibid. Et:Quęritur,utrum pręd eſtinatio poſsit iuuari orationibus ſanctorũ,ut Gen.25.dicitur: Deprecabatur Iſaac pro uxore ſua Dominũ, eo quòd eſſet ſterilis : qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccę.cum tamen pręd eſtinatũ eſſet,quòd Iſaac ſemen habiturus erat p̃ Rebeccã, &c. Dicendũ,quòd prædeſtinatio poteſt dupliciter conſiderari,ſcilicet ex parte illa qua æterna eſt, ſcilicet propoſiti & præparationis , & hoc eſt prædeſtinationi eſſentiale, & ex parte illa non poteſt iuuari orationibus ſanctorum. Poteſt etiã conſiderari ex parte effectus, qui eſt gratia in præſenti appoſita , & hæc poteſt iuuari orationibus ſanctorũ . Super 1.ſent.diſt.41. Itẽ:Prædeſtinatio in gloſſa accipitur ſtrictè p̃ eo,cuius nõ eſt niſi præparatio Dei,&c. quod homo nullo modo operãdo præparat.Et hoc eſt, quod ita fit, quod omnino fit ſine noſtro opere. Super Matth.cap.1. Et:Futurũ eſt enim ut Herodes.) Quod ſi futurũ eſt , de neceſsitate eueniet: & ſic prouidentia rebus imponit neceſsitatem. Ad hoc dicendũ , quòd hæc prædictio non eſt niſi ſignũ futuri , & non cauſa. Et ſi dicas,quòd nõ ex dicto, ſed ex prouidentia arguitur neceſsitas futuri: dico, quòd prouidẽtia de inquiſitione futura eſt ſicut cauſa prima,quę nõ tollit cauſalitatẽ à cauſa proxima & propria . Et quia illa eſt uolũtas Herodis,ideo nõ ſequitur, ꝙ futurũ ſit ex neceſsitate , ſed ex uolũtate. In Matt.cap.2. Itẽ: Hoc eſt prædeſtinationis, in qua eſt Deus ipſe pręparãs,& nobis præparãs,ut beneuolentiã oſtendat,& pręparans à prima mũdi cõſtitutione,quę in mẽte ſapiẽtiæ ab æterno fuit,ut in præparatione potẽtia: Alber.Magnus in Matt. cap.25. Et:Iſaac Gen. 25. ſic orauit , quia per illã orationẽ,prædeſtinantis Dei,ſicut in cœlo diſpoſitũ fuit,uoluntas in terra facta fuit.Ibidẽ cap.6. Item: Licet aũt nolũtas Dei,quę eſt beneplaciti, ſemper fiat, tamen oramus ut fiat. Quia aliquando ita præordinata eſt fieri, ut effectũ iuuent orationes ſanctorũ : ſicut & ſuprà diximus , ꝙ & pręd eſtinatio iuuatur ſanctorũ orationibus.Ibidẽ. Et: Quãuis ab æterno in domo patris receptacula beatorũ ſint diſtincta: tamen ut beati intrent in ea ſine impedimento,remoueri oportet impedimenta & offendicula per Chriſti ſanguinem . In Iohan.cap.14.

Ægidius inquit:Secundũ quartũ modũ dicit cõmuniter prædeſtinationẽ à doctoribus deſcribi, quòd ſit præparatio gratiæ in præſenti,& gloriæ in futuro. In tractatu de prædeſt.& præſcient.cap.1. Et:Ad paradiſum feruntur prædeſtinati,præſciti ad infernum. In tractatu de inferno cap.15.

De numero. Numerum pręd eſtinatorũ eſſe certum, aſſerit Thom.prima ſummæ, quæſt.23.art.7. Et:De numero omnium prædeſtinatorũ hominum quis ſit,dicunt quidã,quòd tot ex hominib.ſaluabuntur, quot homines ceciderunt . Quidã uerò,ꝙ tot ex hominibus ſaluabũtur, quot angeli ceciderũt, & inſuper tot quot fuerũt angeli creati.Sed melius dicitur, ꝙ ſoli Deo eſt cognitus numerus electorũ in ſuperna fœlicitate locandus.ibidem.

De obduratione. Albertus : Deus nullo modo nec per ſe,nec per accidens eſt cauſa obdurationis : quia Auguſt.dicit,ꝙ non eſt cauſa,quare iſte non habet gratiã, quia Deus eã non uult dare: quia omnibus gratiam porrigit.Sed potius,quia ille nõ uult accipere.Ergo non eſt cauſa nõ impertiendo, cum ipſe omnibus impertiatur quantum eſt de ſe.Super 1.ſent.diſt.40.

De caſu ſtellarũ ait Albertus: Stellæ cadent de cœlo.)Non caſu corporali, ſed potius quo ad effectũ in his quę generantur. Sol infundit calorẽ natiuũ, & luna mouet humidũ, & imagines ſtellarũ conferunt figurã generato,& quo ad hoc effectus ſubtrahunt lumẽ, & ideo obſcurari & cadere de cœlo dicũtur. Quia tũc nõ erit amplius generatio,ſed omnia formabũtur ad ſtatũ collectionis iuſtorũ in gloriam , & peccatorum in pœnam.In Matth.cap.24.

DE ANGELIS.

Angelus nũcius interpretatur.Albertus in Matth.cap.1. Item:Angelus eſt nomen officij, ut Dei nunciũ eſſe ſciatur.Ibidem cap.2.

Quid.

Quid. Alexander: Angelus eſt ſubſtātia incorporea, cuins eſſe non eſt in corpore per unionem, uel aliquo modo per dependentiam. parte 2. quæſt. 14. memb. 2.

Albertus Damaſceni ponit definitionē: Angelus eſt ſubſtantia intellectualis, ſemper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo miniſtrans: ſecundum graniam, non natura, immortalitatem ſuſcipiens. Super 2. ſentent. diſt. 3.

Ægidius ait: Angelus eſt ſubſtantia ſpiritualis ſeparata. Item: Angelus eſt ſpiritus ſeparatus. lib. 2. cap. 32. Hexa.

Diuiſio. Thomas: Apud multos eſt receptum, eſſe quoſdam Spiritus bonos, quoſdam uerò malos. Quod autoritate ſacræ ſcripturę comprobatur. De bonis enim ſpiritibus dicitur Hebræor. 1. Omnes ſunt ad miniſtratorij ſpiritus. De malis autem ſpiritibus dicitur Matth. 12. Cum immundus ſpiritus. De natura angelorum cap. 19.

Origo. Alexander: Creatura angelica ſimul creata eſt cum alijs, & inter opera ſex dierum tanquam primum opus. parte 2. quæſt. 19. memb. 1.

Non corpora. Thomas: Angeli non ſolùm non ſunt corpora, ſed etiam non ſunt ſpiritus corporibus uniti, qui ſenſificando percipiant, ut ſic in eis inueniantur operationes animæ ſenſitiuæ. De natura angel. cap. 18. Idem Thomas probat, angelos omnino incorporeos, ex illo pſalmi: Qui facit angelos ſuos ſpiritus. prima ſummæ, quæſt. 50. artic. 1. Et: Quòd angeli ſint incorporei, canonicæ ſcripturæ autoritate probatur, quæ eos ſpiritus nominat. Dicitur enim in pſalmo: Qui facit angeloa ſuos ſpiritus. Conſueuit autem Scriptura nomine ſpiritus incorporeum aliquid deſignare, ſecundum illud Iohan. 4. Spiritus eſt Deus, &c. Sic igitur conſequens eſt ſecundnm ſacrę ſcripturę ſententiam, incorporeos eſſe. De natura angelorum cap. 18. Item: Corporales figuræ, ſeu formæ, quæ in ſacra ſcriptura angelis interdum attribuuntur, per quandā ſimilitudinem ſunt intelligendæ. Ibidem. Et: Angeli non habent corpora ſibi naturaliter unita. prima ſummæ, quæſt. 51. artic. 1. Et: Angeli non habent corpora ſibi unita naturaliter. Ibidem quæſt. 54. artic. 5.

De rationalibus creaturis ait Thomas: Inter creaturas à Deo conditas per uerbum, primum gradum tenet creatura rationalis, in tantum quòd omnes aliæ creaturæ ei ſubſeruiunt, & ad ipſam ordinari uidentur: & hoc rationabiliter: quia rationalis creatura domininm habet ſui actus per arbitrij libertatem. Cæteræ uerò creaturæ non ex iudicio libero agunt, ſed quadam ui naturæ mouentur ad agendum. Vbiq; autem quod eſt liberum, præeminet ei quod eſt ſeruum, & ſerui ad liberorum famulatum ordinantur, & à liberis gubernantur. Eſt autem duplex creatura, rationalis ſeu intellectualis: una à corpore ſeparata, quam angelicam dicimus: alia corpori unita, quæ eſt anima hominis. opuſc. 2. contra Gręcos, capite 5. Et: Intellectuales creaturæ cæteris creaturis ſunt ſuperiores. Manifeſtum eſt, quòd per creaturas intellectuales, omnes aliæ creaturæ gubernantur à Deo. Item: Cum inter ipſas creaturas intellectuales quædam alijs ſint ſuperiores, per ſuperiores inferiores reguntur à Deo. Vnde fit, ut homines, qui infimum locum ſecundum naturæ ordinem in ſubſtantijs intellectualibus tenent, gubernantur per ſuperiores ſpiritus, qui ex eo quòd diuina hominibus nunciant, angeli uocantur, id eſt, nuncij. In Compendio Theolog. capit. 125. Et: Eſt duplex creatura, rationalis ſeu intellectualis: una à corpore ſeparata, quem angelum dicimus: alia corpori unita, quæ eſt anima hominis. In utraq; autem lapſus accidere potuit propter arbitrij libertatem. Idem opuſc. 2. cont. Græc. cap. 5.

Ad imaginem Dei. Albertus: Angelus ad imaginem in tribus potentijs creatus eſt, ſicut & homo. Super 2. ſentent. diſtinctione 12.

Intelligentia & angelus non idem. Albertus: In hanc partem conſentio, quòd angelus non ſit idem, quod philoſophi intelligentiam eſſe dixerunt: nec etiam dico eſſe intelligentias, quia mihi uidetur, quòd catholicè hoc poni non poteſt. Super 2. ſent. diſt. 3.

Excellentior homine. Albertus: Videtur angelus homine excellentior tum propter ſeparationem à corpore, quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem: tum quia angelus eſt ſignaculum ſimilitudinis Dei, homo autem ad imaginem tantùm. Super 1. ſent. diſtinct. 3.

Caſti. Thomas: Statim à natiuitate habet homo angelum ad ſui cuſtodiam deputatum. prima ſummæ, quæſtion. 113. articulo 5.

De loco angelorum. Thomas: Cœlum empyreum eſt locus congruus angelis, quantum ad eorum naturam, & ideo ibi ſunt creati. prima ſummæ, quæſtion. 102. artic. 4.

Eſſe in loco angeli. Thomas: Eſſe in loco, diuerſimodè conuenit corpori, & angelo, & Deo. Nam corpus eſt in loco

circum-

circumſcriptiuè, quia cõmenſuratur loco. Angelus autem non circumſcriptiuè, cum non commenſuretur loco: ſed diffinitiuè, quia ita eſt in uno loco, quòd non in alio. Deus autem neq; circumſcriptiuè, neque diffinitiuè, quia eſt ubiq;. Prima ſummæ, quæſt. 52. artic. 2. Item: Angelus non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis. Ibidem articul. 3.

Albertus ait: Angelus diffinitiuè eſt in loco: & cum eſt in uno loco, nõ eſt in alio: & cum eſt in cœlo, non eſt in terra: & cum eſt in medio, non eſt in extremis. Super Lucam cap. 1.

Pugna angelorum. Thomas: Ad uidendum qualiter unus angelus alteri reſiſtere dicitur, quòd diuina iudicia circa diuerſa regna & diuerſos homines per angelos exercentur. In ſuis autem actionibus angeli per diuinam ſententiá regulantur. Contingit autem quandoq;, quòd in diuerſis regnis uel in diuerſis hominibus contraria merita uel demerita inueniuntur, ut unus alteri ſubdatur, aut præſit. Quid autem ſuper hoc ordo diuinæ ſapientiæ habeat, cognoſcere non poſſunt, niſi Deo reuelante. Vndè neceſſe habent ſuper his ſapientiam Dei conſulere. Sic igitur, in quantum de contrarijs meritis & ſibi repugnátibus diuinam conſulant uoluntatem, reſiſtere ſibi inuicem dicuntur: non quia ſunt eorum contrariæ uoluntates (cum in hoc omnes cõcordent, quòd Dei ſententia impleatur) ſed quia ea, de quibus conſulunt, ſunt repugnantia. prima ſummæ, quæſt. 113. artic. 8.

Quomodo alibi. Thomas: Quòd angeli dicuntur eſſe in cœlis, aut in aliquibus locis corporalibus, nõ eſt intelligendum, quòd ſint in eis corporali modo, ſcilicet per contactum dimenſiuę quantitatis: ſed ſpirituali modo per quendam contactum uirtutis. Proprius autem locus angelorum eſt ſpiritualis. In tractatu de angelo. natura cap. 18.

Cur Gen. 1. nõ de angelis dicatur. Thomas: Sacra ſcriptura in Geneſi loquens de principio creationis rerum, de ſpiritualiũ ſubſtantiarũ productione expreſſam mentionem non facit, ne populo rudi, quibus lex proponebatur, daretur occaſio idololatriæ, ſi plures ſpirituales ſubſtantias ſuper omnes corporeas creaturas introduceret ſermo diuinus. Non poteſt etiá ex ſcripturis canonicis expreſsè haberi, quando creati fuerint angeli. Quòd enim poſt corporalia creati nõ fuerint, ratio manifeſtat: quia non fuit decens, ut perfectiora poſterius crearentur. Et etiam ex autoritate ſacræ ſcripturæ colligitur expreſsè. Dicitur enim Iob cap. 38. Cum me ſimul laudarét aſtra, &c. per quæ ſpirituales ſubſtátiæ intelliguntur. In tractatu de natura angelorum cap. 17.

Anima & angelus non ſunt idem: Albertus: Anima & angelus differunt ſpecie, & hoc qualiter ſit notandum, quòd in toto poteſtatiuo partes ſpecierum diſtinguut ſecúdum ordinem poteſtatis in plus & plus: & ideo ſicut rationale dicit ſpecié animæ ultra ſenſibile ſecundum quod eſt in bruto, in quo ſenſibile eſt ut ſpecies, cũ tamen in homine ſit ut potentia, &c. Intellectus angelorum ſine collatione & inquiſitione eſt, & perficitur formis uniuerſi ordinis cauſarum naturalium, & primo inſtanti creationis ſuæ. Noſter autem intellectus non perficitur niſi collatione & inquiſitione, & ideo eſt in umbra reſpectu illius, & non habet ſpecies niſi acceptas ad perfectionem ſcientiæ. Super 2. Sentent. diſtinct. 1.

DE BONIS ANGELIS.

De ordinibus ſic ait Innocentius: Nouẽ ordines angelorũ, &c. Dionyſius quippe tres eſſe ordines angelorum tradit, trinos in ſingulis ponens, ut ſimilitudo trinitatis eis inſinuetur impreſſa. Sunt enim tres ordines ſuperiores, tres inferiores, tres medij. Superiores Seraphim, Cherubin, Throni. Medij, dominationes, principatus, poteſtates. Inferiores, uirtutes, archangeli, angeli. libro 2. myſt. miſſæ, capite 62.

Bonauentura facit tres diuiſiones hierarchiarum: uidelicet alia ſupercœleſtis, id eſt diuina: alia cœleſtis, id eſt angelica: alia ſubcœleſtis, id eſt, Eccleſiaſtica uel humana. 2. In Epiphaniam, hyperphaniam & hypophaniá. 3. In ſuperna hierarchia, quæ dicitur Epiphania, ſunt Seraphim, Cherubin & throni. In media, ſiue hyperphania, ſunt dominationes, uirtutes & poteſtates. In infima ſiue hypophania, ſunt principatus, angeli, archágeli. parte 3. Centiloquij, cap. 17.

Thomas ait: Per Michaelem, cuius nomen interpretatur, Quis ut Deus, intelligútur maiores in Eccleſia, qui debent magna opera facere, per quę oſtendatur magnitudo Dei, & quòd Deo nullus eſt ſimilis. Per ipſum enim fiunt omnia opera magna ſuorũ. Angeli ſunt minores ſub maioribus in minori officio paſtorali, animas tamen zelantes, uel etiá ſimplices, ſubditi tamen uita magni. Omnes tales Eccleſiam iuuant cõtra diabolum & dæmones documentis, exemplis, meritis, orationũ ſuffragijs. Super Apocalyp. capite 12. Et: ſpiritus quidam ſunt boni, qui puritatem

in qua

in qua creati ſunt conſeruantes, diuina gloria perfruuntur, à Dei uoluntate nunquam recedentes:& hi quidem ſpiritus in Scripturis interdum dicuntur angeli, id eſt nuncij, quia diuina hominibus annunciant: interdum autem filij Dei dicuntur, in quantum Deo per participationem aſſimilantur. Mali autem Spiritus quidam ſunt, non per naturam aut per creationem, cum uniuſcuiuſque naturæ autor ſit Deus: nec ſummum bonum poteſt eſſe cauſa niſi bonorum. Sed ſunt mali propter propriam culpam. Huiuſmodi autem ſpiritus in Scripturis Dæmones dicuntur, & eorum primus dicitur Diabolus, quaſi deorſum cadens, licet eſſet Satan, id eſt, aduerſarius. Vtrique igitur ſpiritus homines ad aliqua agenda mouent: boni quidem ad bona, mali autem ad mala. Super Iob capite 1. lect. 2. Et paulo pòſt: Eſt autem, inquit, differentia inter ea quæ per bonos & malos angelos aguntur. Nam boni angeli nihil agunt, niſi ad quod diuino iuſſu & uoluntate mouentur. In omnibus enim uoluntatem diuinam ſequũtur. Mali uerò ſua uoluntate diſcordant à Deo: unde ea quæ ipſi agunt, à Deo aliena exiſtunt, quantum ad eorum intentionem. & quia non conſueuimus interrogare de ijs quæ nos facimus, ſed de ijs quæ abſque nobis fiunt: ideo non dicitur, quòd Dominus aliquid quæſierit à filijs Dei, ſed ſolùm à Satan. Ibidem. Et: Tenet fides catholica, omnes angelos bonos fuiſſe creatos, quorum quidam per propriam culpam ceciderunt à ſtatu rectitudinis, quidam uerò ad maiorem gloriam peruenerunt. Quòd autem angeli à ſtatu rectitudinis ceciderunt, mirum uidetur propter duo, quorum unũ pertinet ad uitam contemplatiuam, aliud ad uitam actiuam ipſorum. Ex uita enim contemplatiua uidebatur quæ in angelis eſſe deberet ſtabilitas, &c. Ibidem cap. 4. Item: Prima hierarchia in tres ordines diuiditur. Primi ordinis Seraphim dicuntur, quaſi ardentes & incendentes. Secuudi ordinis Cherubin dicuntur, à plenitudine ſcientiæ. Tertij ordinis ab habendo in ſe Deum inſidentem, Throni dicti ſunt. Secunda hierarchia etiam in tres ordines diuiditur. Primus ordo hierarchię huius dicuntur Dominationes. Secundus ordo huius hierarchię Principatus uocatur ſecundum Gregorium, uel Virtutes ſecundum Dionyſium. Tertius ordo huius hierarchiæ eſt Poteſtatum. Tertia hierarchia, quę immediatè nobis præficitur, etiam tres ordines habet: quorum infimus Angeli dicuntur, ex eo quòd hominibus nunciant ea quæ ad eorum gubernationem pertinent. Vnde & hominum cuſtodes dicuntur. Supra hunc autem eſt ordo Archangelorum, per quem hominibus ea quæ ſunt contra rationem nunciantur, ſicut myſteria fidei. Supremus autem ordo huius hierarchiæ Virtutes ſecundum Gregorium dicuntur: quia ea quæ ſunt contra naturam, operantur in augmentum eorum quæ nobis contra rationem nunciantur. Vnde ad Virtutes pertinere dicitur miracula facere. Secundum Dionyſium uerò ſupremus ordo huius hierarchiæ Principatus dicitur, ut principes intelligamus, qui ſingulis gentibus præſunt: angelos, qui ſingulis hominibus: archangelos, qui ſingulis hominibus ea quæ ſunt ad communem ſalutem pertinẽtia denũciant. In Compend. Theolog. cap. 1.

Ægidius: Sicut primò fuit conditum cœlum, & poſtea fuit facta lux, & diſtincta à tenebris: ſic primò fuerunt producti angeli, poſtea fuerunt diſtincti. Quia auerſi à creatore facti fuerunt tenebræ, conuerſi autem facti fuerunt lux. Ideo poſt conditionem rerum primum quod legitur eſſe factum, eſt diſtinctio lucis à tenebris: quia modica fuit morula inter creationem angelorũ & eorum lapſus. lib. 1. Hexa. cap. 15.

Materia. Ægidius: Aduertendum eſt, quòd angeli ſunt immateriales, conſiderando animam rationalem, quę eſt forma corporum, & non corrumpitur corrupto corpore. lib. 1. Hexa. cap. 4.

Quales. Ægidius: Angeli habuerunt aliquam beatitudinem à principio, & habuerunt aliquam perfectionem, prout requirebat tempus illud: ſed non fuerunt omnino perfecti, nec habuerunt beatitudinem gloriæ, à qua nullus cadit. lib. 1. capite 28. Item: Angeli fuerunt creati in quadã beatitudine innocentiæ, uel ut multi dicunt, in quadam beatitudine gratiæ. Ideo diabolus dictus eſt plenus ſapientia, perfectus decore, & in delicijs paradiſi fuiſſet, &c. Ibidem.

Proprietates. Bonauentura: Angelis à primordio ſuæ conditionis ſunt quatuor attributa; ſcilicet ſimplicitas eſſentiæ, diſtinctio perſonalis propter rationem naturaliter inſitam, memoria & intelligentia, uoluntas & libertas arbitrij ad eligendum bonum & reſpuendũ malum. Hæc quatuor principalia attributa comitantur alia quatuor; ſcilicet uirtuoſitas in operando, officioſitas in miniſtrando, perſpicuitas in cognoſcendo, & immutabilitas in eligendo. Immutabilitas inquam poſt electionem, ſiue in bono, ſiue in malo. Subſtantia quippe ſpiritualis & incorporea

ſimplex,

ſimplex, & omni carens diuiſione quantitatis, cujuſmodi eſt natura angelica hoc ipſo quòd eſt ſimplex & uirtuoſa in operando. parte 3. Centiloquij, cap. 13. Item in 2. parte Breuiloquij, cap. 6.

Thomas: Angelus per ſua naturalia cognoſcit Deum. prima ſummę, quæſt. 56. artic. 3. Et: Quia imago Dei eſt in ipſa natura angeli impreſſa, per ſuam eſſentiam angelus Deum cognoſcit, in quantum eſt ſimilitudo Dei. Non tamen ipſam eſſentiã Dei uidet: quia nulla ſimilitudo creata, eſt ſufficiens ad repræſentandam diuinam eſſentiam. Ibidem. Et: Quidam totaliter ſubtraxerunt angelis ſingularium cognitionem. Sed hoc derogat catholicæ fidei, quæ ponit hæc inferiora adminiſtrari per angelos, ſecundũ illud Ebr. 1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus. Si autem ſingularium noticiam non haberent, nullam prouidentiã habere poſſent de ijs quæ in hoc mundo aguntur, cum actus ſingularium ſunt. Et hoc eſt contra illud quod dicitur Eccleſ. 5. Ne dicas, Coram angelo non eſt prouidentia. prima ſummæ, quæſtion. 57. artic. 2.

Spirituales. Ægidius: Angeli ſunt ſpirituales & incorruptibiles. lib. 1. cap. 16.

Intelligentes. Ægidius: Mentes angelicæ ſunt intellectuales. lib. 1. Hexa. cap. 24. Item in eodem capite: Res in mente angelica ſunt intellectualiter, &c. quia ab illis rationibus æternis ſpiritus intellectuales rerum in mentes angelicas fluxerunt.

Cognoſcit Deum. Thomas: Cognoſcit angelus Deum ex nobiliori effectu quàm homo, quantò ipſa ſubſtantia angeli, per quam in Dei cognitionem ducitur, naturali cognitione eſt dignior rebus ſenſibilibus. In ſumma cont. gentil. lib. 1. cap. 3. Itẽ Thomas dicit, angelos bonos, qui in patria ſunt, ſcire numerũ ſaluandorũ. Super Apoc. cap. 7. Et: Ab ipſo cum ſapientia deriuata eſt, primò quidem ad angelos, qui facti ſunt participes ſapientiæ diuinæ. In lib. Iob cap. 28.

De cognitione angelorũ ait Thomas: In angelis eſt duplex cognitio. Vna quidẽ naturalis, ſecundum quam cognoſcit res tum per eſſentiam ſuam, tum etiam per ſpecies innatas. Et hac cognitione myſteria gratiæ angeli cognoſcere non poſſunt. Hæc enim myſteria ex pura Dei uoluntate dependent. Si enim unus angelus non poteſt cognoſcere cogitationes alterius ex uoluntate eius dependentes, multo minus poteſt cognoſcere ea quæ ex ſola Dei uoluntate dependent. Et ſic argumẽtatur Apoſtolus 1. Cor. 2. Quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus, &c. Eſt autẽ & alia angelorum cognitio, quæ eos beatos facit, qua uident uerbum, & res in uerbo. Et hac quidem uiſione cognoſcunt myſteria gratiæ, non quidem omnia, nec æqualiter omnes, ſed ſecundum quod Deus uoluerit eis reuelare. Prima ſummæ, quæſt. 57. artic. 5. Item: Angeli uident Deum per eſſentiam, & tamen non omnia uident. Inferiores enim angeli purgantur à ſuperioribus à neſcientia, ut dicit Dionyſius cap. 7. cœleſt. hierarch. Ipſi etiam neſciunt futura contingentia & cogitationes cordiũ. Hoc enim ſolius Dei eſt. ibidem quæſt. 12. artic. 8.

Albertus ait: Triplex eſt cognitio angelorum, ut elicitur è uerbis Auguſtini: ſcilicet ueſpertina, qua cognoſcunt res in proprio genere rerum, in qua obumbrantur umbra priuationis trahentis ad occaſum ſemper. Secunda, qua cognoſcunt res in ſeipſis. Et tertia, quæ eſt nobilior alijs, quę eſt in uerbo. Super 3. ſent. diſtinct. 14.

Ægidius ait: Angeli ſancti licet operentur circa illa, atq; per Deum mittũtur, ſemper tamen uident faciem eius qui in cœlis eſt. In tract. de paradiſo cap. 7.

Liberum arbitrium angelorum. Thomas: Maior libertas arbitrij eſt in angelis, qui peccare non poſſunt, quàm in nobis, qui peccare poſſumus. prima 2. quæſt. 62. artic. 8. Et: Liberum arbitrium hominis flexibile eſt ad oppoſitionem & antè & pòſt. Liberum autem arbitrium angeli flexibile non eſt ad utrumq; oppoſitum antè, ſed non pòſt. Sic igitur angeli boni ſemper adhærentes juſtitiæ ſunt in illa confirmati: mali uerò peccantes ſunt in peccato obſtinati. Ibidem quæſt. 64. artic. 2.

De confirmatione bonorum ait Bonauentura: Sicut angeli à Deo auerſi, ſtatim ſunt obſtinati per impœnitentiam: ſic ad Deum conuerſi, ſtatim fuerunt confirmati per gratiam & gloriam in uoluntate, perfectè illuminati in ratione ſecundum cognitionem matutinam & ueſpertinã, perfectè fortificati in uirtute, ſiue motiua ſiue operatiua, perfectè ordinati in operatione, ſiue contemplatiua ſiue miniſtratiua, & hoc ſecundum triplicem hierarchiam, ſcilicet ſupremam, mediam & infimam. Ad ſupremam ſpectant Throni, Cherubin & Seraphin. Ad mediam autem Dominationes, Virtutes & Poteſtates. Ad infimam uerò Principatus, Archangeli, Angeli. Ex quibus plurimi ſunt in miniſterium miſſi ad cuſtodiam hominum deputati, quibus miniſtrant purgando, illuminando & perficiendo ſecundum imperium uoluntatis Dei. parte 2. Breuiloq. cap. 8. Et: Alijs apoſtatantibus. angeli ipſi immobiliter Domino ad-

no ad-

no adhæſerunt, ita quòd alijs per malitiam irreuocabiliter obſtinatis, angeli ſunt per gratiam & gloriam in perfecta uoluntate confirmati. Simul enim tempore, non natura gratiam & gloriam conuerſionis & adhæſionis ad Deum meritò perceperunt, ratione cuius fuerunt ad uoluntatem ſtabiles & felices. In ratione ſunt perfectè illuminati ſecundum cognitionem matutinam & ueſpertinam. Lux quippe diuina angelum illuminans ad cognitionem Dei, angelum facit lucem. Cognitio autem Dei in ſe dicitur dies, quia purè eſt lux tanquàm cognitio & ratio cognoſcendi. Lux autem angelica diuinitùs illuſtrata, habet cognoſcere creaturam, quę reſpectu Dei tenebra reputatur. Ideo eius cognitio dicitur ueſpertina, prout cognoſcitur in ſeipſa: dicitur matutina, prout ex illa cognitione conſurgit mens angelica in laudem Dei, cognitionem illam referens ad cognitionem quam habet in uerbo & uirtute. In uirtute ſunt perfectè ſanctificati ſiue in operando, ſiue in exequendo, & hoc ſiue aſſumpto corpore, ſiue nō. In operatione ſunt perfectè ordinati ſiue cōtemplatiua, ſiue adminiſtratiua. Duplex enim eſt uis angelica: contemplatiua, qua contemplantur Deum: & negociatiua, ſiue adminiſtratiua, qua negociantur circa ſalutem hominum. Non poſſunt autem Deo ordinari aſcendendo ad contemplationē Dei, nec deſcendendo in adminiſtrando homini: quia quocunque mittuntur, ſemper currunt & militant intra Deum. In 3. parte Centiloquij cap. 15.

Thomas ait: Angeli ſunt in nobiliori ſtatu, ſcilicet gloriæ: ideo diſtincti ſunt, & ſecundum uarios ordines diſpoſiti. Super Apoc. cap. 11.

De libertate bonorum. Alexander: Licet angeli boni, & qui nunc ſunt mali, ſint conditi in gratuitis, nihilominus remanebat apud eos libertas arbitrij, ſecundū quam illi poterant perſiſtere in gratia ex dono Dei, & iſti cadere à gratia. Et hoc non fuit ex parte gratiæ, ſed ex parte uoluntatis, cuius erat perſiſtere in bono, uel cadere à bono. parte 2. quæſt. 19. memb. 1.

De loco inquit Ægidius: Angelus eſt in loco diffinitiuè, id eſt, finitiuè: quia finitur ſuum eſſe ubi eſt, & quia non eſt ubiq;, & cum eſt in cœlo, non eſt in terra. lib. 2. Hexa. cap. 19.

Quos ament. Thomas: Angelorum beneuolentia eſt ad iuſtos, tum quantum ad actum in adiuuando, tum quantum ad affectum in congaudendo. Super Apoc. capite 7.

De angelorū officio inquit Alexander: Angelus eſt medius inter nos & Deum, & eſt miniſter uel nuncius reſpectu noſtri. Et ideo quicquid efficit uel nūciat nobis, uel quandocunq; uiſibiliter apparet nobis, autoritate Dei facit. Et ideo in omni opere ſuo ſaluatur ratio miſsionis, quia omnes ſunt miniſtri & in miniſterium miſsi: quia in Deo ſunt, & Dei autoritate ueniunt ad nos. parte 1. quæſt. 74. memb. 1. Et: Quia ſicut angeli qui iam beati ſunt, duplicem habent operationem. Vnam, qua contemplantur Deū: aliam, qua miniſtrant nobis. Et ſecundum illam qua contemplantur, nō merentur, ſed iā ſunt beati in ſubſtātia pręmij. Secundum uerò miniſterium, quo miniſtrant nobis, merentur excellentiam & augmentum ipſius præmij. Secundum iſtum modum magni conſilij angelus homo Chriſtus duplicem habuit operationē animæ ſecundum partem rationis. Vnam, qua contemplabatur gloriam diuinitatis, ſecundū quam erat comprehenſor & beatus: aliam, ſecundum quam operabatur diſpenſationem noſtræ redemptionis in corpore mortali, ſecundū quem modum merebatur. Parte 3. quæſt. 16. memb. 1. Item: Angeli habent poteſtatē cuſtodiendi animas, & eas cuſtodiunt. parte 2. quæſt. 41. memb. 1. Et: Effectus cuſtodiæ angelicæ contra animas multiplex eſt. Vnus eſt, ut proficiat anima in bonum gratiæ. Alius, ut non cadat in malum culpæ. Tertius eſt, ut ſi cadit, ut poſtmodum reſurgat, uel ne totiens cadat, uel in tantū malum cadat. Ibidem memb. 4. art. 4. Item: Omnes enim ſpiritus ordinati erant, ut eſſent adminiſtratorij, ſicut habetur Hebr. 1. Vnde licet aliqui dicātur Cherubin uel Seraphin ex præeminentia charitatis uel ſcientiæ: nihilominus tamē, cum uult Dominus, mittuntur & hi in miniſterium. Ibidem quęſt. 109. memb. 1. artic. 1.

Thomas: Angeli qui ſunt deputati hominibus ad cuſtodiam, nunquam totaliter hominem dimittunt. Sed dicuntur dimittere, in quantum ex iuſto Dei iudicio permittunt eum cadere in culpam & pœnam. In ſumma de ueritate, mater. 5. quęſt. 7. Itē: Omnes angeli, tam maiores quàm minores, hominem mortalem iuuant, &c. ipſam Eccleſiam cuſtodiunt. Super Apoc. cap. 7. Et: Prędicatores, qui uerbo & exēplo ædificant, informant angeli & muniunt. Ibidem. Et: Angeli exibunt & uenient ad iudicium, ut iudici aſsiſtāt. Ibidem cap. 14. Item: Hoc prælium (Apoc. 12.) ſignat bellum, quod eſt inter ſanctos angelos & reprobos angelos. Angeli enim bōni pugnant pro homine, reprobi ad nocumentum hominis: & tandem reprobi ſuccumbunt.

cumbunt. Ibidem cap.12. Et: Michael archangelus eſt princeps & præpoſitus Eccleſiæ & ipſe, & angeli qui ſunt ſub eo, Eccleſiam protegunt ab angelis malis. ibid. Item: Præliantur boni angeli contra malos angelos, ſuadentes bona hominibus, ac reuelantes utilia, & roborantes contra uitia, & orando pro ipſis, & dæmones arcendo ab eis. Ibidem. Et: Angeli de humana reparatione gaudent, cum gaudeant etiam de uno peccatore pœnitentiam agente. Super Apocal. capite 5. Et: Tam ſuper minores, quàm ſupra maiores cuſtodes uigilant angeli. Ibidem. Et: Etiam angeli ea quæ ſunt fidei noſtræ, reuelarunt aliquibus: ut Zachariæ & Mariæ, & etiam Ioſeph. opuſc.1. cont. error. Græc. capite 3. Item: Omnes angeli, tam inferiores quàm ſuperiores, immediatè uident Dei eſſentiam. Prima ſummæ, quæſt.106. artic.1. Et: Finis angelorum poteſt accipi dupliciter. Vno modo ſecundum facultatem ſuæ naturæ, ut ſcilicet cognoſcant & ament Deũ naturali cognitione & amore. Et ſecundũ reſpectũ ad hunc finem diſtinguuntur ordines angelorum ſecundum naturalia dona. Alio modo poteſt accipi finis angelicæ multitudinis ſupra naturalem facultatem eorum quæ conſiſtunt in uiſione diuinæ eſſentiæ, & in immobili fruitione bonitatis ipſius. Ad quem finem pertingere non poſſunt niſi per gratiam. Vnde ſecundum reſpectum ad hunc finem ordines diſtinguuntur in angelis: completiuè quidem ſecundum dona gratuita: diſpoſitiuè autem ſecundũ dona naturalia, quia angelis data ſunt dona gratuita ſecundum capacitatem naturalium: quod non eſt in hominibus. Vnde in hominibus diſtinguuntur ordines ſecundum dona gratuita tantum, & non ſecundum naturã. Ibidem quæſt. 108. artic.4. Et: Sancti angeli ſunt miniſtri diuinæ ſapientiæ. Vnde ſicut diuina ſapientia permittit aliqua mala fieri per malos angelos uel homines, propter bona quæ ex eis elicit: ita & boni angeli nõ totaliter cohibent malos à nocendo. Ibidem quæſt. 109. artic.4. Et, homines cuſtodiri ab angelis, aſſerit Thomas ex illo Pſal. Angelis ſuis mandauit de te, &c. Prima parte ſummæ, quæſt.113. artic.1. Et: Beneficia quæ dantur homini diuinitùs ex eo quòd eſt Chriſtianus, incipiũt à tempore baptiſmi: ſicut perceptio Euchariſtiæ, & alia huiuſmodi. Sed ea quæ prouidentur homini, in quantum habet naturam rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo naſcendo talẽ naturam accipit. Et tale beneficium eſt cuſtodia angelorum. Vnde ſtatim à natiuitate homo habet angelum, ad ſui cuſtodiam deputatum. Ibidem artic.5. Item: Dan.10. dicitur ex perſona Gabrielis, Princeps regni Perſarũ reſtitit mihi uiginti & uno diebus. Hic autem princeps Perſarum erat angelus regno Perſarum in cuſtodiam deputatus. Ergo unus bonus angelus reſtitit alij: & ſic inter eos eſt pugna. Prima ſummæ, quæſt.113. artic.8.

Albertus ait: Angelicæ benignitatis eſt, pauentem de ſuo aſpectu blandendo conſolari. E contrariò dæmones, ſi quos de ſua præſentia terreri ſenſerint, ampliori horrore concutiũt. Super Luc. cap.1. Item: Angeli certificant ſe: 1, diſcretione perſonali: 2, autoritate legationis: 3, beneficio nouæ gratiæ. Ibidem. Et: Angelus bonus ſemper ad cor loquitur propter illuminationẽ diuinam, cuius ipſe eſt miniſter & executor. Ibidem. Item: Angeli miniſtrabant Chriſto non ex indigentia, ſed ex reuerentia. Nobis autem ex indigentia noſtra miniſtrant. In Matth. cap.4. Et: Deus angelis diſperſerat miniſteria hominum, & per eos frequenter perficit corporales ſanitates hominum. Ibidem cap 8. Item: Angeli ante iudicium omnes ſunt in miniſteriũ miſsi propter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis. Ibidem cap.12. Et: Apparet quòd cuſtodiens angelus in extremo iudicio accuſabit eos per cuſtodię ſuæ perditum effectum. Idem in Iohan. cap.5. Item: Angeli deputati ſunt in miniſterium ſalutis fidelium filio Dei In Iohan. cap.1. Et: Angeli enim ſemper ſe adhibuerunt ad miniſterium Chriſto, & loquebantur præcipuè in agonia paſsionis pro eo. Ibidem capite 12. Item: Hoc quòd angeli cuſtodiunt nos, & obſequuntur nobis, nõ oſtendit indigniorem eorum naturã: ſed charitatem & obedientiam ipſorũ, noſtram autem indigentiam. Idem Super 1. ſentent. diſtin.16.

De apparitione bonorum angelorum. Thomas: Propriè uocem non habent angeli, niſi quando aſſumunt corpora. Poteſt tamen eorũ locutio, quam habent ſecundum ſe, dici uox, ſcilicet uox ſpiritualis. In ipſis enim eſt locutio ſpiritualis, quę fit ad alios angelos per quoſdam nutus ſpirituales, quos habent loco uocis. In Apoc. cap. 5. Item: Modus angelicæ apparitionis eſt triplex, ſecundum triplicem uiſionem, intellectualem, imaginariã & corporalem. Primo uidetur in propria ſubſtãtia, & iſte modus erit in patria. Secundo modo uidetur ſub figuris quibuſdam & ſimilitudinibus rerum corporalium, & ſic apparuit Ioſeph in ſomnis, Matt.2. Tertio modo apparet in aſſumpto corpore, & ſic apparuit beatæ uirgini. De natiuit. Chriſti cap.1. Et: Quidam dixerunt, angelos nunquam cor-

pora

pora àſſumere: ſed omnia qnæ in ſcripturis diuinis leguntur de apparitionibus angelorum, contigiſſe in uiſione prophetiæ, hoc eſt, ſecundũ imaginationem. Sed hoc repugnat intentioni ſcripruræ, &c. Itẽ: Scriptura diuina ſic introducit interdum angelos apparentes, ut cõmuniter ab omnibua uiderentur: ſicut angeli Abrahæ apparentes, uiſi ſunt ab eo & tota familia eius, & à Loth & à ciuibus Sodomorum. Similiter angelus qui apparuit Toblæ, ab omnibua uidebatur. Cum igitur angeli neq; corpora ſint, neq; habeant corpora naturaliter ſibi unita, relinquitur, quòd interdum corpora aſſumant. Prima ſummæ, quæſt. 51. artic. 2. Et: Angeli nõ indigent corpore aſſumpto propter ſeipſos, ſed propter nos; ut familiariter cum bominibus cõuerſando, demonſtrent intelligibilem ſocietatẽ, quam homines expectant cum eis habendam in futura uita. Hoc etiam qnòd angeli corpora aſſumpſerũt in neteri Teſtamẽto, fuit quoddam figurale indicium, quòd uerbum Dei aſſumprurũ eſſet corpus humanum. Omnes enim apparitiones ueteris Teſtamenti ad illam apparitionem ordinatæ fuerunt, qua filius Dei apparuit in carne. Ibidem. Et: Angeli aſſumunt corpora ex aere condenſando ipſum nirtute diuina, quantũ neceſſe eſt ad corporis aſſumendi formationẽ. Ibidem. Et: Corpora aſſumpta ab angelis non niuunt. Item, nullo modo dicendũ eſt, quòd angeli per aſſumptorũ organa ſentiant. Ibidem art. 3.

De locutione angelorũ ait Thomas: Nihil eſt aliud loqui (angelum) ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifeſtare. Prima ſummæ, quæſt. 107. artic. 1. Et: Angelus loquitur Deo uel conſultando diuinam uoluntatem, nel eius excellentiã, quam nunquam comprehendit, admirando, ſicut Gregorius dicit 2. moral. quòd angeli loquuntur Deo, cum per hoc ſuper ſe metipſos reſpiciunt, in motum admirationis ſurgunt. Locutione qna angeli loquũtur Deo, laudantes ipſum & admirantes, ſemper angeli Deo loquũtur: ſed locutione qua ſapientiam eius conſulunt ſuper agendis, tunc ei loqnũtur, quando aliquid nonum per eos agendum occurrit, ſuper quo deſiderant illuminari. Prima ſecundæ, quæſt. 107. artic. 3.

De eſu angelorum inquit Thomas: Propriè loquendo comedere angelis nõ conuenit, quia cõmeſtio importat ſumptionẽ cibi conuertibilis in ſubſtantiã comedentis. Et quáuis in corpns Chriſti poſt reſurrectionem cibus nõ conuerteretur, ſed reſolueretur in præiacentem materiã: tamen Chriſtus habebat corpus talis naturæ, in qnod poſſet cibus conuerti. Vnde fuit uera comeſtio. Sed cibus aſſumptus ab angelis, neq; conuertebatur in corpus aſſumptum, neq; corpus illud talis erat naturæ, in quod poſſet alimentum conuerti. Vnde non fuit uera comeſtio, ſed figuraticia ſpiritualis comeſtionis. Et boc eſt quód angelns dixit Tob. 12. Cum eſſem uobiſcum, uidebar quidem manducare. Prima ſummę, quæſt. 51. artic. 3.

De adoratione angelorũ ait Thomas: Cur angelus in nouo Teſtamento noluit adorari, cum tamen id factum ſit in ueteri? Reſp. Propter renerentiam humanę naturæ, quæ in Chriſto ſupra ipſoa angelos eſt exaltata. Super Apoc. cap. 19.

Malè angelis in genere tribuunt oblationem precum noſtrarũ ad Deum, ut Bonauenrura: Hoc eſt officium angeli, qui noſtras orationes offert in conſpectu Dei: ſicut dixit angelus ad Tobiá, Tob. 12. Quando orabas cum lachrymis, ego orationem tuam offerebã Domino. In 2. dieta de oratiõné. Item: Sicut Apoſtoli petierunt pro Cbananæa, ſic & angelua tuus pro te rogabit, & offeret orátionem tuam Deo. In uita Chriſti cap. 37.

DE MALIS ANGELIS.

Alexander ait: Diabolus & ſpiritus dicitur. Qnòd dicarur ſpiritus, hoc imponitur ei à natura & perfectione naturæ, in qua conditus eſt. Quòd dicarur diabolus, boc imponitur ei à malitia ſua & deformitate. parte 1. qnæſt. 9. memb. 1. Item: Dens huius ſeculi intelligitur dupliciter. Vno modo intelligitur diabolus, ſecundnm quod ſeculum dicirur peruerſi amatores ſecularium, quorum dicirur diabolus Deus, non creando, ſed principando, & eos ad mala agendo. Vel Deus buius ſeculi dicitur Deus, ſecundum quod ſeculum accipirur pro uniuerſitate rerum mundialium: & tunc quòd dicirur excæcaſſe mentes infideliũ, intelligirur non effectiuè, ſed permiſsiuè, ſecundum quod dicitur Rom. 1. Tradidit eos Deus in reprobũ ſenſum, id eſt, tradi permiſit. Ibidẽ qnæſt. 14. memb. 3. §. 1.

Innocẽtius inquit: Diabolus propter diuerſas proprietates, diuerſis animaliũ nominibus nũcupatur. Nominatur enim nominibus beſtiarum, propter uiolentiam & oppreſsionem: nominibus reptilium, propter aſtutiam & deceptionẽ: nominibus piſcinm, propter luxuriã & effuſionem. Hia enim quatuor modis maximè tentat & ſuperat. Serm. de feſto natiuit. Mariæ.

Diabolus. Thomas: Diabolus dicitur ſtella principaliter ratione ſciẽriæ ſiue noticiæ, quæ magna eſt in eo. Non antem prorſus eam perdidit: ſed tamen non ha-

bet tantam claritatem ſcientiæ ut ante lapſum, qui in primordio mundi cecidit de cœlo propter ſuperbiá.Super Apoc. cap.9.

Dæmones dicuntur angeli,ſiue ratione naturæ nobilis, quia naturam habent angelicam:tum ratione miſsionis,quia mittuntur à principe imperante,& à Deo permittente, quod tamen nõ dicitur propriè mitti.Thomas ſuper Apoc.cap.9.

Diabolus,qui colubro comparatur propter malignitatis uenenum, & tortuoſus dicitur propter calliditatem.Signanter autem dicit eum eductum,obſtetricante manu Dei . Sicut enim obſtetrix ſic educit infantem quandoq; mortuum, ut mater nõ lædatur: ita Deus ſic eduxit diabolum de medio angelorum , ut bonorum angelorum ſocietas in nullo detrimentũ ſit paſſa.Thomas in lib.Iob cap.26.

Satanas interpretatur aduerſarius.Thomas ſuper Apocal.cap.2.

Diabolus dicitur eſſe Deus huius mundi,non creationis, ſed quia ſeculariter uiuentes ei ſeruiunt, eo modo quo Apoſtolus loquitur Philip. 3. Quorum Deus uenter.Thomas prima ſummæ,quæſt.65.art.1.

In ſacra ſcriptura inueniuntur ſeptẽ nomina dæmonum,ſeptem uitia prætendentia, quæ ſunt, Diabolus, Satanas , Leuiathan,Aſmodeus,Behemot,Apollion, Dæmon.Albertus cap.8.ſup.Luc.

Porci ſunt Dæmones, qui ſpurcitijs delectantur.Albertus ſuper Luc.cap.15.

Vnde.Innocentius:Diabolus & dæmones alij , à Deo quidem natura creati ſunt boni,ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. In Concil.Later.cap.1.

Thomas ait:In dæmonibus intelligitur & natura,quæ eſt à Deo:& deformitas culpæ,quæ non eſt in ipſo. Et ideo non eſt abſolutè concedendum,quòd Deus ſit in dæmonibus:ſed cum hac additione,in quantum ſunt res quædam . prima parte ſummæ,quæſt.8 artic.2.

De lapſu diabolorum inquit Alexãder: Angelus ille non fuit malus ex creatione ſiue conditione, ſed propria uoluntate deprauatus.parte 2.quæſt.109.memb.1.artic. 4. Et:Primum peccatum diaboli fuit ſuperbia, & radix eius auaritia uel cupiditas . Non eſt oppoſitio inter hæc ad inuicẽ ſic ſe habẽtia.Superbia enim,quod eſt ſpeciale peccatũ,eſt amor ſiue appetitus propriæ excellentiæ,ita quòd hoc,quod dico propriè , ſonet in culpam : quia poteſt aliquis amare præeſſe propter Deum , quòd non eſt apoſtatare, nec tunc amat propriã excellentiam,ſed excellentiam quaſi communem, quia propter communem utilitatem appetit præeſſe. Sed apoſtatare eſt,cũ homo proprium præeſſe appetit: & ſic dicitur ſuperbia amor propriæ excellentiæ: & ſic fuit in primo peccato diaboli : & ideo eius primum peccatũ fuit ſuperbia, cum eius radix fuit cupiditas , ſecundum quod in eo fuit appetitus propriæ excellẽtiæ.Ibidem memb.2.

Bonauentura ait: De apoſtaſia dęmonũ hoc eſt tenendum,ſcilicet quòd Deus omnes angelos fecit bonos, tanquã medios inter ſe ſummum bonum, & commutabile bonum quod eſt creatum , ita quòd ſi conuerterentur ad amandum quod eſt ſuprà, aſcenderent ad ſtatum gratiæ : ſi uerò ad bonum commutabile , quod eſt Infrà, hoc ipſo ruerent in malum culpę & pœnę: quia non eſt dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ.Primus lucifer inter angelos præſumens de priuato bono , priuatim appetit excellentiam,uolens alijs ſuperferri,& ideo cecidit cum cæteris conſentientibus ſibi.Cadens autem factus ẽſt impœnitens, obſtinatus & excæcatus, & excluſus à Dei contemplatione,& deordinatus in operatione,toto nitens conamine ad ſubuertendum hominem per tentationem multiplicem.parte 2.Breuiloquij,cap.7. Item:Angelus fuit à Deo conditus bonus quidem, ſed non ſummus , proficiendus tamen , ſi affectu tenderet in ſummum.Et quoniam per liberum arbitrium uoluntatis poterat tendere in ſummum bonum, uel conuerti ad bonum priuatum,lucifer ſuæ pulchritudinis & altitudinis cõſideratione excęcatus ad ſe diligendum & ſuum priuatum bonum , præſumpſit de altitudine habita, & ambiuit excellentiã propriam non obtentam , ac per hoc præſumendo cõſtituit ſe ſibi in ſeipſo gloriando & ambiendo, cõſtituit ſe ſibi ſummum bonum in ſeipſo quieſcendo. Cum autem ipſe nec ſummũ eſſet principium, nec ſummum bonum, neceſſe fuit quòd de inordinato aſcenſu in deſcenſum rueret , pari ratione & omnes in hoc conſentientes.Ibidem. Et: Angelus ut uidit ſuam pulchritudinem, pręſumpſit & cõſummatus eſt in ambitione: quia præſumere de ſe appetijt,quod erat ſupra ſe : atq; confirmatus ęſt in inuidiæ & odij auerſione, quia ex quo non potuit hoc obtinere quod perijt , capit odio & inuidia contraire: & ſic in peccato luciferi ſuperbia præſumptionis fuit prima generatione, ſuperbia ambitionis fuit prima cõſummatione.Idẽ in 1 parte Centiloquij, cap.5.

Thomas ait : Caſus diaboli excitat in eo inuidiam & malitiam ad tentandũ homines, ne ſcilicet poſſent illuc aſcendere, unde ipſe irreuocabiliter cecidit . Super Apoc. cap.9. Et: Per uirtutẽ prouidentiæ

ipſius

ipſius diabolus ſuperbiens de ſua gloria priuatus eſt, & ſic eo percuſſo bonis angelis ſunt ſpiritualia dona augmẽtata. In Iob cap. 26. Et: Manifeſtum eſt autem ex pręmiſsis, quòd apud Iob & amicos eius eadem erat opinio de dæmonibus, quam nunc Eccleſia catholica tenet, ut ſcilicet ex angelica dignitate per peccatum corruerint. Ibidem cap. 40. Item: Virtute diuina, quãdo de cœlo cecidit per peccatum, & tunc angeli admirantes diuinam maieſtatem ſunt purgati per ſeparationem ab eius ſocietate: ſimpliciter etiam in die iudicij, quando diabolus cum omnibus membris ſuis detrudetur in infernum, angeli & omnes ſancti admirabuntur diuinam poteſtatem. Ibidem cap. 41. Et: Cum angeli inter cæteras creaturas magis & propinquius Deo uideantur inhærere, utpote ipſum ſubtilius contemplantes, ſtabiliores inter cæteras creaturas uidentur, & tamen non fuerunt ſtabiles: unde multò minus inferiores creaturæ, ſcilicet homines, quantumcunq; Deo inhærere uideantur ipſum colendo, quod eſt ei ſeruire, ſtabiles iudicari poſſunt. Ibidem ſuper Iob cap. 4. Item: Peccatum primi angeli fuit alijs angelis cauſa peccandi, nõ quidem cogens, ſed quadam quaſi exhortatione inducẽs. Cuius ſignum ex hoc apparet, quòd omnes diaboli illi ſupremo ſubduntur, ut manifeſtè apparet per illud quod dicitur Matth. 25. Ite maledicti, &c. qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Habet enim hoc ordo diuinæ iuſtitiæ, ut cuius ſuggeſtioni aliquis conſentit in culpa, eius poteſtati ſubdatur in pœna, ſecundum illud 2. Pet. 2. A quo quis ſuperatus eſt. Prima ſummę, quæſt. 63. artic. 8.

Albertus ait: Sublimitatẽ poteſtatis ambit lucifer. cap. 23. in Matth. Et: Qui enim ſe æqualem facere uoluit Deo, cum non eſſet, cecidit, & ex angelo factus eſt diabolus. Et hanc ſuperbiam homini propinauit, & deiecit eum, cum dixit, Guſtate, & eritis ſicut Dij. Idem in Iohan. cap. 5. Et: Angelus enim pręſumpſit poteſtatem contra Deum, & cecidit. Ibidem cap. 1.

Ægidius ait: Sicut primus homo habuit quandam beatitudinem in ſtatu innocentiæ, à qua cecidit per peccatum: ſic & Diabolus habuit quandam beatitudinem, à qua cecidit per ſuperbiam, ut uult Auguſtinus lib. 1. Hexam. cap. 28. Item: In angelis per motũ liberi arbitrij facta eſt diſtinctio inter eos: quia per conuerſionem, quę eſt motus liberi arbitrij, facti ſunt beati: & per auerſionem alij facti ſunt miſeri. Ibidem. Et: Modica fuit morula inter creationem & eius caſum, ut dicatur mendax in principio, & dicatur in ueritate non ſtetiſſe. Quia ut dicitur Ezech. cap. 28. In delicijs paradiſi fuit. Nam diabolus in ueritate innocentiæ & in delicijs innocentiæ fuit: ſed ita fuit modica morula inter illa, ut dicatur in ueritate non ſtetiſſe. lib. 2. Hexa. cap. 2. Item: Supremus angelus delectatus in ſeipſo ex ſua pulchritudine cecidit. Ibidem cap. 34.

Qualis. Albertus: In dæmone notatur excellens poſſe, excellens noſſe, & ad nocendum malitia. Super Luc. cap. 10. Et: Diabolus tantò peior eſt, quantò eſt ad agendum malum ſagacior. Ibidem capite 11. Item: Immundi ſpiritus immutabiles ſunt.

De poteſtate diaboli inquit Thomas: Poteſtas diaboli ad tentandum dicitur clauis, quia aperit ingreſſum ad malũ, & per hoc claudit ad bonum: aperit ingreſſum ad gehennam, & claudit ad gloriam. Super Apoc. cap. 9. Item: De poteſtate tentandi eſt loqui dupliciter: aut quantum ad primam potentiam tentandi, quæ eſt liberum arbitrium. Et ſic poteſtas tentãdi fuit data omnibus angelis in ipſa creatione, ſcilicet liberum arbitrium. Aut quantum ad uſum malum, dicitur ei eſſe data poteſtas, id eſt, permiſſa poſt lapſum. Tũc enim poteſtatem prius ſibi datam ad bonum, conuertit ad malum uſum, quod non potuit niſi permiſſus. Ibidem. Et: Diaboli poteſtas magna eſt, cum nõ prohibetur à Deo, uel eius angelis. Ibidem. Et: Non enim diabolo abſolutè terræ dominium eſt cõceſſum, ut ſcilicet liberè in terra facere poſſet quod uelit: ſed quicquid facere permittitur, ex diuina diſpẽſatione procedit, quę omnia ex rationabili cauſa diſpenſat. Vnde hoc ipſum quòd innocentes puniũtur, non dependet abſolutè ex malitia diaboli. In lib. Iob cap. 9.

In quibus ſint. Albertus: In luxurioſis quieſcit diabolus. Super Luc. cap. 7. Item: Diabolus non accedit ad ſanctum, ſed uictus fugit ab eo: & illum uincit & interficit homo malus. Et ideo homo malus mẽbrum & anima eſt diaboli. In Matthæ. capite 10.

De operibus malorum angelorum inquit Innocentius: Diabolus eſt malorum incenſor. Primò ignem tentationis accendit, quo anima liquefacta quaſi cera molleſcit, cum incipit delectari. Secundùm magis accẽdit ignem tentationis, quo magis anima calefacta quaſi cera liqueſcit, cum incipit conſentire. Tertiò magis accendit, quo magis ac magis anima calefacta quaſi cera penitus euaneſcit, cum incipit perpetrare. Ser. 1. in feſto pente. Item: Tripli

titer dæmon hominem uexat. primò per culpam, auferendo gratuita. 2, per pœnã, lædendo naturalia. 3, per iacturam, inferẽdo diſcrimina. Serm. in feſto Mariæ Magdal. Et Diabolus quandoq; hominem irritat ad bonum, ut de bono grauius malum eliciat. Contra hunc dæmonis inſultũ ualet perſeuerantia, ut de bono fine bona claudantur initia. cap. 6. de eleemoſynis. Item: Zabulus uigilat ad nocendum & ſeducendum. Pſal. 5. pœnit. Et: Ecce quantum diabolus dolet de pœnitentia peccatoris, quantumq; laborat ut eum reuocet ad peccatum. Ibidem. Item: Lucifer in quantum eſt ſatanas, retribuit non ſolùm mala pro malis, uerùm etiam mala pro bonis: quoniam odium pro dilectione ſua retribuit creatori, quemadmodum de ipſo legitur & membris eius: Superbia eorum qui oderunt te, aſcendit ſemper ad te. Pſal. 73. Idem Pſal. 3. pœnit. Item: Cum diabolus conſpicit peccatorem conuerti ad pœnitentiam, cõmouet irriſores, qui eum exprobrando confundant: & cõiuratores inducit, qui eum conſpirando ſubuertant, tales uidelicet, quos ipſe non facilè deprehendat, fictos uidelicet laudatores. Ibidem.

Bonauentura inquit: Diabolus in quibuſdam nõ inuenit fidem catholicam uel fortem, in illis ſculpit & format figurã leonis, id eſt, peccatum ſuperbiæ: in quibuſdam draconis, id eſt, peccatum inuidiæ: in quibuſdam figuram canis, id eſt peccatum iræ: in quibuſdam figuram talpę, id eſt, peccatum auaritiæ: in quibuſdam figuram aſini, id eſt, peccatum acediæ: in quibuſdam figuram lupi, id eſt, peccatum gulæ: in quibuſdam figuram urſi, id eſt, peccatum luxuriæ. Contra quod monet nos Apoſtolus Roman. 12. Nolite conformari huic ſeculo. In 9. dieta de gloria paradiſi, cap. 47. Et: Quoniã diabolus, qui prius erat ſciens & rectus, per ſuperbiam cadendo factus eſt uerſutus & inuidus, ideo per inuidiam tentare uolebat, & per aſtutiam ſciebat. & ideo tentauit iuxta quod potuit, & Deus permiſit. parte 3. Breuiloquij, cap. 2. Item: Antiquus hoſtis ſæpe ſe in angelum lucis transfigurãs, omni tempore, omni uia homini laqueum tendit & retia, ut animas noſtras ualeat captiuare. In regulis uolentium uiuere in Chriſto. Et: Diabolus licet in omnibus tentationibus inuentor ſoleat eſſe, tamen ſpiritualiter duabus tentationibus infeſtat nos, & maximè magis probatos in ſeruitio Dei: cum aut fidem ueram conatur nobis auferre, & ſpiritu blaſphemiæ ſubuertere: & huiuſmodi cogitationibus nos infeſtat, quas naturaliter abhorremus, ut deſperationem, uel noſtri occiſionem, & ſimilibus, licet quandoque & alijs ex cauſis iſta proueniant. In tractatu de profectu religioſorum, cap. 3. Item: Sciendum, quòd aduerſarius quando fortiter uincitur, aliquãdo diu expectat, quòd de eodem uitio non impugnat, donec iterum diſſueſcat pugnare, & tunc iterum ſubitò improuiſus ruit, ut improuidos tantò ſecurius proſternat, quantò ad repugnandum inuenit imparatiores. Ibidem capite quinquageſimoſexto.

Thomas, quòd homines impugnentur à Dæmonibus, aſſerit ex illo Epheſ. 6. Non eſt uobis colluctatio aduerſus carnem. Prima ſummæ, quæſtione 114. articulo primo. Et: Mali angeli impugnant homines dupliciter. Vno modo inſtigando ad peccatum. Et ſic non mittuntur à Deo ad impugnandum, ſed aliquando permittuntur ſecundum iuſta Dei iudicia. Aliquando autem impugnant homines puniendo. Et ſic mittuntur à Deo, ſicut miſſus eſt ſpiritus mendax ad puniendum Achab regem Iſrael, ut dicitur 3. Reg. ult. Pœna enim refertur in Deum, ſicut in primum autorem. Et tamen dæmones ad puniendum miſsi, alia intentione puniunt quàm mittuntur. Nam ipſi puniunt ex odio & inuidia: mittuntur autem à Deo propter eius iuſtitiam. Ibidem. Et: Diabolus inhabitare hominem, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo, quantum ad animam: altero modo, quantum ad corpus. Quantum ad animam quidem, non poteſt diabolus hominem inhabitare ſubſtantialiter. Quia ſolus Deus illabitur menti, nec ita diabolus cauſat culpam, ſicut Spiritus ſanctus gratiã. Spiritus enim ſanctus interius operatur, ſed diabolus exterius ſuggerit quantum ad ſenſum uel imaginationem. Dicitur tamẽ inhabitare affectum malitiæ, non ſolùm quando ex eius ſuggeſtione peccatum perpetratur, ſed etiam per peccatum quodcunque mortale. Quia ex quodlibetcunque peccato mortali homo ſeruituti diaboli adijcitur. Sed quantum ad corpus, diabolus poteſt hominem ſubſtantialiter inhabitare, ſicut patet in arreptitijs. Sed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ, quàm ad rationem culpæ. Pœnæ autem corporales huius uitæ non ſemper conſequuntur culpam: ſed quandoq; non peccantibus inferuntur, ut dicitur Iohan. 9. de cæco nato: & hoc eſt ſecundum altitudinem incomprehenſibilium iudiciorum Dei. Vnde non cum qualibet culpa mortali diabolus inhabitat hominem ſubſtantialiter etiam quantum ad corpus. Idem in quodlibetis,

quodlibet

quodlibet 3. artic. 8. Et: Diabolus ardet igne inuidiæ. Innidet enim ſaluti humanæ, quia uidet hominem ad beatitudinem, quam ipſe amiſit, poſſe aſcendere: & ideo ardens dolore inuidiæ hominem tentat, ut eum ad tartara trahat. Super Apocal. cap. 8. Item: Diabolus miſſus eſt in gentiles uel propria libidine, qua nocere appetit, ipſum impellente in corda hominum: uel ab ipſo Deo non impellente, ſed permittente: quia non poteſt nocere niſi à Deo permiſſus. Et ideo poteſt dici miſſus à Deo, non ut agente, ſed ut iuſtè permittente. Ibidem. Et: Licet tam malis quàm bonis nocere appetant dæmones, tamen exiſtentibus in gratia, non ſic permittuntur nocere, ut eis qui ſunt in culpa. Vnde incredulis ante paſsionem magis nocere poterat quàm bonis. Per paſsionem uerò cohibitus eſt quantum ad bonos, & etiam quantum ad malos, tamen credituros. Ibidem capite ſeptimo. Et: Diabolus totus eſt ardens ad perdendum animas. Vnde meretur permitti tentare homines, unde ſibi maior pœna accreſcat. ſuper Apocal. capite ſexto. Et: Licet diabolus ſedeat per dominationem in omnibus malis: tamen ſpecialius dicitur ſedere in falſis fratribus, qui fide carent, & tamen ſe ueros fideles, & uerbo & ſimulato opere mentiuntur. Ibidem. Item: Præliantur mali angeli contra bonos angelos, immittendo hominibus occaſionaliter, licet non cauſaliter, cogitationes malas, & perſuadendo mala, & debiles reddendo contra uicia, & nocendo eis quantum poſſunt. Ibidem capite duodecimo. Et: Dæmones importunum garrulant in cordibus multorum, perſuadendo fortiter errores per ſe & per alios hæreticos garrulatores: & mentis quietem auferunt, & morantur in locis lutoſis & immundis, ut ranæ. Ibidem capite decimoſexto. Et: Diabolus eſt plenus in ſe & in membris ſuis ad inuentionem blaſphemiarum & hæreſium, quibus facit homines blaſphemare Deum. In Apocal. capite decimoſeptimo. Item: Diabolus eſt omnibus conformis in malicia, & tamen omnes excedit in malicia. Ibidem. Et: Permittente Deo dæmones poſſunt turbationem aeris inducere, uentos concitare, & facere ut ignis de cœlo cadat. In Iob cap. 1. Et: Diabolus eſt cauſa mortis, culpæ & gehennæ, Oſeæ 13. Super Apocal. cap. 1. Et: Nota quòd diabolus ſedet in omnibus iniuſtis generaliter, ſpecialiter autem in hypocritis ſimulantibus ſanctitatem. Ibidem cap. 2.

Albertus: Angeli mali leguntur aliquando permiſſam ſibi habere poteſtatem, nõ tamen leguntur ſe dicere eſſe miſſos: quia magis maliciæ uoluntatis innituntur in perſequendo, iniunctum miniſterium, quàm autoritati poteſtatis: & ideo omni actu ſuo & opere ſemper peccant. Super Luc. cap. 1. Et: Maligni ſpiritus quaſi quidam latrunculi iter noſtrum obſident: & ideo uia eligenda eſt, occaſiones tentationum minus habens. Ibidem. Item: Semper graſſantur in malicia, ideo non ſufficit ei, quòd unum inferat nocumentum: ſed infert multa, impetrata licentia nocendi à Domino Ibidem capite undecimo. Et: Immundorum ſpirituum eſt ambulare in circuitu, quia ſemper declinant ab itinere recto. Ibidem. Item: Tentator eſt diabolus, qui inſidiando circumuolat, & promittendo decipit, & ſuadendo blanditur, & opprimendo rapit, & minando terret, & deſperando frangit. Idem in Iohan. capite ſexto. Et: Deſiderium diaboli eſt interficere. Ibidem cap. 8. Et: Damnationi ſuæ damnationem addit hominum. Et ſicut ipſe damnatione ſua erat mortuus, ita per mortem hominem cogitabat damnare. Ibidem. Et: Niſi diabolus uictus ſit, impedit regenerandos. Idem Alb. in Matth. capite quarto. Item: Diaboli officium eſt tentare. Ibidem. Et: Diabolus aut intendit experiri quod neſcit, aut propellere ad illicitum committendum. Et ſi intendit experiri, tunc inſidiando circumuolat. Si autem intendit propellere ad illicitum, aut hoc facit, aut quia à malo exitum impedit: & ſic deſperando frangit: aut quia retrahit ab eo quod eſt uerè bonum. Ibidem capite quarto. Et: Diabolus nobis dicit per id, quòd in nobis ſeminarium ſuæ perſuaſionis immittit. Ibidem. Et: Diabolus illam reuerentiam in oratione creatori debitam ſemper uſurpauit ſibi, quæ Græcè latreoſis dicitur. Et ideo etiam idololatriam inuenit, ut in idolis hæc ſeruitus ſibi exhiberetur. Ibidem. Item: Omne opus diaboli peccatum eſt. Ibidem capite decimotertio. Et: Diaboli enim uoluntas ſemper eſt ad nocendum. Etſi aliquando proſit temporaliter, hoc non facit, niſi ut poſtea amplius noceat. In Matth. capite octano. Item: Diaboli opus & omnium ſuorum miniſtrorum eſt diſpergere. Ibidem capite decimotertio. Et: Diabolus omni inimicitiatur operi diuino. Ibidem. Et: Diabolus autor omnis peruerſitatis. Idem in Iohan. cap. 13.

Cogitationes malas inſtillant. Alexander: Dæmones enim dicuntur immiſſores aliquãdo, uel immiſsionem facere mala-

rum cogitationum, in quātum malæ ſunt: non quia neceſſariò inducant, uel poteſtatem habeant inducendi neceſſariò, ſed quia mouent ad hoc: nec malum ad alind principiū reducitur in ſuggeſtione, quàm ad ipſum diabolum. parte ſecunda, quęſt. 40. membro 2.

Homicida. Alexander: Homicida dicitur diabolus ab initio, id eſt, ex quo homo fuit, quem decipiendo interfecit: uel dicitur homicida ab initio, ſcilicet mundi, id eſt, ſtatim poſt initium, cum hominem decepit, nō ab initio ſui eſſe. parte 1. quęſt. 14. memb. 3. §. 1. Et: Nota homicidam, non ſolùm qui facto, ſed qui uerbo occidit, ut diabolus primos parentes: & pòſt ſequitur, homo mendax, qui non babet de proprio, ſed ab alio accepit, id eſt, diabolus: & addit, & pater eius: pater eſt ipſius mendacij quod inuenit. parte 2. quęſt. 100. memb. 3. articulo 4.

Mendax. Alexander: Diabolus dicitur pater mendacij, quia ab ipſo, & non ab alio peccatum incœpit, non per modum efficientis cauſę, ſed per modum deficientia à ueritate. parte 1. quæſt. 14. memb. 3.

De potentia eorum inquit Alexander: Mali angeli nullam habent potentiam, niſi ſolùm quando eis permittitur. Coartata eſt enim eorum potentia. parte 1. quęſt. 22. memb. 6.

Non conuertuntur. Thomas; Non pertinet ad rationem diuinæ ſapientiæ, ut ulterius dæmonibus gratia infundatur, per quam reuocentur à malo primæ auerſionis, in qua immobiliter perſeuerant. & ideo quamuis diuerſa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccāt: quia in omni eorum electione permanet malicia primę electionis ipſorum. In diſputatis quæſtionibus de dæmonibus, artic. 5.

Reſiſtendum diabolo. Diabolus nō poteſt nocere conuerſis, dummodò ei per fidem, amorem & imitationem adbærere nolint. Idem ſuper Apoc. cap. 7.

Albertus: Arma quibus excluditur hoſtis diabolus, ſunt ſtudia & ſolertiæ & ſcripturæ. Super Matth. cap. 6.

Conſolatio contra diabolos. Bonauentura: Ipſe diabolus contra nos inermis eſt, & ſolis aſtutis ſuggeſtionibus nos impugnat ſuadendo ut peccemus, non cogendo. Benignus enim conditor noſter non dedit hoſti noſtro poſſe nos ui ad peccatū impellere: quia nimis fortis eſſet contra nos fragiles, & uix poſſemus ſine peccato ſubſiſtere. Sed tamē permittit eum nobis mala ſuadere: in noſtro autem arbitrio eſt, ſi uelimus ei conſentire. In tractatu de profectu religioſor. cap. 3.

Thomas ait: Licet tā malis quàm bonis nocere appetāt dæmones: tamen exiſtentibus in gratia, non ſic permittuntur nocere, ut eis qui ſunt in culpa. Vnde incredulis ante paſsionē magis nocere poterat quàm bonis. Per paſsionem uerò cohibitus eſt, quantū ad bonos, & etiā quātū ad malos, tamen credituros. Super Apoc. cap. 7. Et: Deus utitur malicia dæmonū in bonū ſanctorum, quibus præpararat coronas inuictis. Cōtra retardātes ab ingreſſu rel. c. 10.

De pœna diabolorum ait Thomas: Diabolus per maiorem ſuperbiam meruit maiorem cruciatum infernalem quàm alij. Super Apoc. cap. 9. Item: Nequitia diaboli per pœnam patet, quia propter ſuperbiā de cœlo cecidit, & illam nequitiam accumulat. Ibidem cap. 8. Et: Proiectus eſt, id eſt, proijcietur, ſcilicet in infernū in die iudicij, ne decæterò aliquem poſsit tentare. Tunc in perpetuum detrudetur cum dæmonibus in profundo inferni. Super Apocal. cap. 12. Item: Dæmones cum hominibus iuxta ſua merita damnabuntur. Ibidē cap. 16. Et: In die iudicij detrudetur diabolus in æternū ſuppliciū. Ibidem cap. 17. Itē: Dæmonibus duplex locus pœnalis debetur. Vnus quidē ratione ſuæ culpæ: & hic eſt infernus. Alius autem ratione exercitationis humanæ: & ſic debetur eis caliginoſus aer. prima ſummæ, quæſt. 81. artic. 4.

Damnatio diabolorū. Albertus: Lucifer, qui ſuper aſtra cœli exaltare uoluit ſolium ſuum, & ad infernum detractus eſt ad fundamenta laci. Super Lucam capite 14.

DE HOMINE.

HOmo dicitur caro, quia inter tot partes hominis, quæ actu ſunt partes, nulla habet tantum de anima ſicut caro. Hæc eſt ſenſibilis & animata. Albertus ſuper Lucam cap. 3.

Homo eſt ſpiritus uadens, & non rediens. Per ſe quidem uadit in peccatum, nō autem rédit de peccato niſi gratia appoſita. Niſi autem fortis ſit contra peccatum, iterum relabitur. Albertus ſuper Lucam cap. 3.

Vnde Alexander: Corpus primi hominis fuit conditum à Deo, ut ex textu Geneſ. patet, non ab angelo uel alia creatura. parte 2. quæſt. 78. membr. 1. Et: Cum ipſe Adam fuerit principium generationis omnium humanorum corporum, ſiue primus generator: uerum eſt nos fuiſſe ab uno ſicut à principio, & ex uno ſicut à principio materiali. Non ergò propagatio materialis à primo parente eſt tantùm in indiuiduis generis humani ratio ſeu cauſa dilectionis, ſed potius formalis,

malis, quæ eſt ſimilitudo aliqua occulta uel manifeſta, relictis indiuiduis huiuſmodi ex uirtute & operatione primi hominis generantis. Hæc autem plana ſunt conſideranti. Ibidem quæſt.83. memb.3. Item: Tota humana natura fuit in Adam, ſed ſecundum materiam aut ſecundum formã: dicendum, quòd ſecundum materiã, quia materia omnium corporum ſiue materiale, quod eſt de conſtitutione omnium corporum humanorum, erat in corpore Adę. Et ad maiorem huius noticiam ſciendum, quòd in corpore Adæ erat quantitas molis cũ ratione ſeminali. Ratione quãtitatis illius molis poterat extendi & diffundi ſecundum extenſionem corporis, quaſi improportionaliter maioris: ſicut gutta uini infuſa in magno uaſe aquæ, materia illius diffundit ſe per totũ uas illud: imò ut ponunt noti in philoſophia alia, aliquid paruæ quantitatis poſsibile eſt ad diffuſionẽ quaſi infinitam ratione quantitatis ſiue materiæ, ſicut qoantum ratione qua quãtum eſt, diuiſibile eſt in infinitum. Ratione ergo quantitàtis molis ſiue materialis corporis ad partes ipſius deciſæ in generatione, quantacunque eis facta fuerit additio per ſuſceptionem alimenti, diffundebat ſe ſecundum extenſionem quantitatis additę. Præterea ratio ſeminalis in illo uirtutem habuit actiuam, qua poterat ſe multiplicare in materia ſuſceptibili. Ibidẽ memb.2. articulo 1.

Bonauentura ait: Cogitationes & mentis affectiones & uoluntates, & alia mẽbra corporis noſtri, illa ſunt quibus meremur & demeremur: iſta dedit nobis creator, quaſi quædam inſtrumenta uirtutũ, quibus bona opera faceremus, & manſiones nobis in cœlis ædificaremus, & ipſi creatori noſtro per ea quaſi animis muniti hoſtẽ noſtrum diabolum impugnaremus. In tractatu de profectu religioſor. cap.3.

Thomas: Corpus noſtrum ſecundum duo poteſt conſiderari. Vno modo ſecundum eius naturam: alio modo ſecundum corruptionem culpæ & pœnæ. Natura autem corporis noſtri non eſt à malo principio creata (ut Manichæi fabulantur) ſed eſt à Deo. Vnde poſſumus eo uti ad ſeruitutem Dei, ſecundũ illud Rom.6. Exhibite corpora. Secunda ſecũdæ, quæſt.25. artic.5.

Albertus: Deus per creationem pater eſt omnium quos fecit ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. In Iohan. cap.8.

Aegidius: Solus Deus, prout placet ſibi, poteſt facere hominem eiuſdem ſpeciei cum alio homine de terra uel quacunq; materia. lib.2. Hexam. cap.28. Et: Homo non eſt factus quocunq; modo, ſed quaſi cum conſilio eſt productus, ac ſi trinitas inter ſe deliberaret de factione hominis: ut patet per Auguſtinum, cum dicitur, Faciamus hominem. Ibidem capite 40.

Malè angelis tribuit aliquam operationem in homine formando Albertus, cum inquit: Deus facit miraculum autoritate & prima potentia operante: angelus autem per miniſterium & præparando materiam. Vnde bene conceditur, quòd in coſta Adæ fecerunt angeli aliquid, ſcilicet ſeparando eam per diſpoſitiones. Sed formare non poterant: quia formare coſtam, eſt animare mulierem: & hoc non potuit eſſe, niſi creando ſibi animam rationalem. & hoc innuitur in textu, ubi dicitur, quòd ſolus Deus potuit formare coſtam, angeli autem ut agricolæ operantur ut ſegetes. Super 2. ſent. diſt.18. Verùm iſta pugnant cum articulo creationis.

Materia. Innocentius: Formatus eſt homo de puluere, de luto, de cinere, quodq; uilius eſt, de ſpurciſsimo ſpermate. lib.1. de contemptu mundi, cap.1. Item: Formatus eſt homo de puluere, de luto, de cinere, quodq; uilius eſt, de ſpurciſsimo ſemine, conceptus in ſpiritu carnis, in feruore libidinis, &c. Quod deterius eſt, in labe peccati, natus ad laborem, timorem & dolorem: quodq; miſerius eſt, ad mortem. Agit praua, quibus offendit Deum, offendit proximum & ſeipſum. Sermone in Dominica Quadrag.

Bonauentura ait: Omnis homo debet ſe puluerem & cinerem reputare ex parte carnis, de qua certus eſt quòd efficietur puluis. Geneſ.3. Puluis es, & in puluerem reuertẽris. Ex parte animæ debet ſe quilibet puluerem & cinerem reputare, & præcipuè propter tria. Primò propter uilitatem. Sicut enim cinis eſt uilis, quantumcunque fuerit de precioſiſsima materia: ſic anima ualde uilis eſt ex culpa, qoamuis ſit ualde nobilis ex natura. Secundò propter reſiſtendi difficultatem. quia ſicut cinis ſtatim diſpergitur, & non poteſt reſiſtere modico flatui: ſic homo non poteſt reſiſtere modicæ tentationi, imò frequenter cadit ad ſibilum modici uerbi. Tertiò, propter reſurgendi impoſſibilitatem. Nam ſicut cinis non poteſt redire ad ſtatum ſuæ materiæ: ſic homo peccator non poteſt redire ad ſtatum gratiæ, niſi ſola Dei uirtute. In 7. dieta cap.36. Item: Homo conſtat ex corpore & anima ſimul, tanquam ex materia & forma, quæ mutuum habent appetitum, & inclinationem mutuam. parte 7. Breuiloquij, cap.5. Et: Corpus primi hominis de limo terræ conditum & formatum, fuit animæ ſubiectum,

ctum, & proportionabile ſuo modo. proportionabile inquam fuit, quantum ad ęqualem complexionem, & quantum ad pulcherrimam & multiformem organizationem, & quantum ad ſtaturæ rectitudinem. Quamuis enim corpus & anima multum diſtent, tamen infimum ſpiritus & ſupernum corporis ſunt unibilia miro modo. parte 2. Centiloquij, cap. 25.

Thomas ait: Eſt autem humanà conditio talis, quòd ex terrena materia corpns eius compactum eſt. ſuper Iob cap. 4. Et: Corpus enim humanum tantùm dicitur, quod ex terra & aqua grauioribus elemẽtis abundantius conſtat, quod eius motus declarat. Vnde dicitur, quòd formauit Deus hominem de limo terræ. Hoc ergo luteũ corpus domus animæ dicitur, quia anima humana quantum ad aliquod eſt in corpore, ſicut homo in domo. Ibidem.

Quomodo. Alexander: Formauit Deus hominem de limo terræ: quia cum eſſet limus, nõ dum uenerat ad formam corporis humani, uel in parte uel in toto. Cũ autem iam erat coſta, iam aliquid formæ corporis humani habebat: ſed quaſi ædificium parabatur à ſummo artifice. pedes enim quaſi rationem fundamenti tenent: coſtæ quaſi latera ædificij ſunt: capnt uerò gerit uicem tecti. Et ſuccedit hæc operatio qnæ facta eſt de coſta, illi quæ fit ex limo: quarum utraq; à Deo immediatè. Operatio artificis in artificialibus ſuperadditur operationi naturæ. Primò enim naturaliter producitur lignnm & formatur, ſecundò ex lignis domus ædificatur: quodammodo ergo eſt ſimilitudo, licet ex alia parte eſt diſsimilitudo. parte 57. memb. 4. parag. 4. Item: Corpus primi hominis fuit conditum à Deo, ut ex textu Gen. patet, non ab angelo uel alia creatura, &c. Corpus primi hominis erat optimè factum & de optimis, imò potius optimum in genere corporum, tum ratione finis, utpote ſpirituali miniſterio Deo ſeruiturum, & conſequenter beatificandum: tum quia pricipinm omniũ ſui generis. Licet ergo non ſit de optimis ſimpliciter, eſt tamen de optimis in genere corporum. Præterea etſi non fuerit optimum per ſe, fuit tamen optimum in uniuerſo. Ibidem quæſtion. 78. memb. 1. Et: Multis de cauſis mulier debuit formari de uiro: quia omnes homines debuerunt eſſe ex uno, congruitate multiplici exigẽte: nec tãtùm corpus mulieris decens fuit formari ex uiro, ſed etiã ex coſta: & poteſt multipliciter ratio huius congruitatis aſsignari. Prima attenditur ſecundum exigentiam identitatis uiri, ſecunda ſecundum exigentiam ſignificationis ſiue præfigurationis, tertia attenditur ſecundum officium paritatis, quarta ratio ſecundum exigentiam ſocialis amoris. Prima ratio ſiue exigentia patet ſic. Si aliquod membrum debnit detrahi ad formandnm mulierem, illnd potiſsimùm fuit idoneum, in cuius ſubtractione mutilatio non præberet deformitatẽ, nec ablatio dãnificationem. Hoc aũt fuit coſta inter omnia membra organica. Detractio enim coſtæ nullam attulit deformitatẽ: quia coſta fuit de membris occultis. nec aliquod attulit damnum, &c. Alia fuit congruentia pręfigurationis ſiue ſignificationis. Modus etiam formandi mulierẽ fuit ordinatus ad inſtructionẽ noſtram. Nam ſicut debuerat mulier fieri, ut ſua coniunctione cum uiro ſignificaret coniunctionem Chriſti cũ Eccleſia: ſic & formari, ut ſua formatione ſignaretur formatio Eccleſię de Chriſto. Vnde Eph. 5. Et erũt duo in carne nna. Sacramentum hoc magnum in Chriſto & Eccleſia, &c. Tertia ratio fuit officium paritatis in procreatione prolis. Officium aũt illud mediũ tenet inter illos qui uacant huiuſmodi operi. Quia ergo hoc officiũ, ſcilicet generationis, eſt officiũ paritatis & æqualitatis: mulier quæ formata fuit ad hoc officiũ exequendũ, de loco paritatis debuit formari, ſcilicet de latere ſiue de coſta, hoc eſt, de loco qui mediũ tenet inter ſupremũ in corpore & infimũ, &c. Quarta aũt ratio eſt cõiunctio ſiue unio dilectionis. Ibidem quæſt. 88. memb. 2.

Bonauentura ait: Homini datus eſt duplex ſenſus: ſcilicet interior ſiue mẽtis, & exterior ſiue carnis. Datus eſt ei duplex motus: ſcilicet imperatiuus imperãs in uolũtate, exequutiuus exequens in corpore. Datũ eſt ei dnplex bonũ: unũ uiſibile, alterũ inuiſibile. Datũ eſt ei duplex præceptũ: ſcilicet naturæ & diſciplinæ. Præceptũ naturę, Creſcite & multiplicamini: præceptũ diſciplinæ, De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Datũ eſt ei quadruplex adiutorium: ſcilicet ſcientię & conſcientiæ, ſynderis & gratiæ. Et ſic ex prædictis poteſt colligi, quòd creatura mũdi eſt quaſi quidam liber, in quo relucet, repræſentatur et legitur trinitas fabricatrix ſecundum triplicem modum expreſsionis, ſcilicet per modum ueſtigij, & modum imaginis, & per modum ſimilitudinis. parte 3. Centiloquij, cap. 16. Item: Homo nudus formatus eſt, & ſi in ſtatu illo ſtetiſſet, nihil ſibi prorſus appropriaſſet. Homo uerò lapſus nudus naſcitur, nudus moritur. In tractatu de paupertate Chriſti.

Thomas ait: Homo licet corrumpatur ſecundum corpus, remanet tamen incorruptibilis

ruptibilis ſecundum animam,quæ totum genus corporalium tranſcendit.In lib.Iob cap.14. Et:Triplex eſt defectus humanæ cognitionis. Vnus quidem eſt,quia omnis cognitio à ſenſu procedit, & quia ſenſus corporis & corporalium ſunt, non poteſt iudex conſcientiam accuſati agnoſcere.Secundus eſt,quòd homo per ſenſus corporeos nec etiã omnia corporalia conſpicere poteſt. Non enim poteſt cognoſcere, quæ à remotis & in abſconditis ſiunt. Tertius defectus humanæ cognitionis eſt ex tempore, tum qnia homo de die in diem plus cognoſcit,tum etiam quia per tẽporis longitudinem obliuiſcitur ea quæ nouit.In lib.Iob cap.10.

Qualis homo.Innocentius: Homo cõſiderans aquatica,ſe uilem inueniet: conſiderans aerea,ſe uiliorem agnoſcet: conſiderans ignea ,ſe uiliſsimum reputabit: nec ualebit ſe pariſicere cœleſtibus, nec audebit ſe præferre terrenis, quia parem ſe iumentis inueniet. lib.1.de contemptu mundi.

Thomas ait: In duobus homo excellit omnes inferiores naturas:quorum unum eſt uirtus operatiua. Eſt enim dominus ſui actus per liberum arbitrium,quod nulli alij corporali creaturæ competit: & ſecundum hoc homo eſt potẽtior qualibet creatura corporali,unde & alijs utitur propter ſeipſum. Aliud autem,in qno excellit, eſt cognitio intellectiua: quæ cum ſit in mente,aliquod tamẽ indicium apparet in corpore,& præcipuè in facie,quam habet homo ualde diuerſam ab alijs animalibus. Ex ijs duabus apparet,quòd homo nõ ſic corrumpitur ſicut alia,ut in perpetuũ non ſint.In lib.Iob cap.14. Et: Diuinam inſpirationem in hac uita non poſſumus clare percipere, ſed cum quadam obumbratione ſenſibilium ſimilitudinum. Ibidem cap.38.

De ratione humana ait Thomas: Ratio fortior eſt inter omnes animæ uirtutes: cuius ſignum eſt,quòd alijs imperat,& eis utitur ad ſuum finem. Contingit autẽ,quòd ratio interdum ad modicum abſorbetur per concupiſcẽtiam, uel iram,aut alias inferiores uires,& ſic peccat: non tamen inferiores ſic poſſent rationẽ ligatam tenere, quin ſemper redeat ad ſuam naturam, qua in ſpiritualia tendit homo ſicut in proprium finem. Sic ergo pugna qnædam ſit etiam hominis ad ſeipſum,dum ſynderis remurmurat rationi propter hoc,quòd per concupiſcentiam uel iram abſorpta peccauit,&c. Et ſic homo dum ſit contrarius Deo per peccatum, ſit etiam ſibimetipſi grauis. In lib.Iob capite ſeptimo. Et: Cognitio hominis longè diſtat à perfecta comprehenſione diuinæ eſſentiæ: tum quia homo non poteſt niſi inter opera cõgnoſcere,quæ in infinitum diſtant ab excellentia eſſentiæ eius: tum quia etiam opera eius perfectè homo non cognoſcit. & ex hoc concludit, quòd Deus per ſuam excellentiam hominis cognitionem excedit. Ibidem capite trigeſimoſexto. Et: In quantum lumen rationis homini dedit Deus,quædam ſeminaria ſapientiæ & ſcientiæ naturaliter indidit rationi ipſius in pernicione primorum principiorum. Ibidem cap.38.

Albertus inquit: Homo rationalis eſt & intellectualis, & totus colens diuina: quod proprium eſt hominis & honor hominis. In Iohan.cap.1. Item: Et ſic erat homo rationalis & intellectualis,colẽs cõtemplationem. Homo enim eſt qui colit intellectum.Ibidem cap.3. Item: Homo ideo rationalis eſt, ut non tantùm agat bonum, ſed etiam ex ratione ſciat propter qnid & qualiter agendnm eſt: qnia aliter ageret,ſicut comburit ignis. In Matth.capite qninto.

Ad Imaginem. Alexander: Faciamus hominem ad imaginem,&c. Dicendum, quòd ſimilitudo attenditur ibi in gratuitis gratis dantis. Vel dicendum, quòd Deus dicitur feciſſe hominem ad ſuam imaginem & ſimilitudinem: non quia ſtatim cum dedit ei imaginem; ſimul etiam dederit ſimilitudinem: ſed quia alterum dedit, ſcilicet imaginem: & ad alterum habilem fecit,uidelicet ad ſimilitudinem, quam poſtmodum pro loco & tempore dedit. Vnde quantum eſt ex ui uerbi,non poteſt concludi, quòd ſimul & ſemel fuit in homine imago Dei & ſimilitudo. parte 2.quæſt.96.memb.1.

Innocentius: In creatione ſiquidem homo factus eſt ad imaginem Dei: ſed in recreatione Deus factus eſt ad imaginem & ſimilitudinem hominis. Et certè illud maioris dignitatis eſt, hoc autem maioris dignationis exiſtit. Pſal.5.pœnitent.

Thomas ait: Imaginẽ primi parẽtis tripliciter quis poteſt habere. 1. quidẽ quod ad ſimilitudinẽ naturæ,ſicut dicitur. Gen. 5. Vixit Adam 130. annis, & genuit filiũ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. 2.quantum ad culpam, de quo dicitur 1. Cor.15. Sicut portauimus imaginem terreni, &c. 3. ſicut pœnalitatẽ, ſicut habetur Zach.13. Homo agricola ego ſum, quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Primam igitur Adæ imaginem Chriſtus aſſumpſit cum noſtra natura, & nunquam depoſuit: ſecundam uerò nunquam habuit:

buit : tertiam quidem aſſumpſit, ſed in reſurrectione depoſuit. Opuſc.1.cont.error.Græc.cap.22.

Albertus:Homo factus ad imaginèm et ſimilitudinem Dei.Cœlum autem & terra non dicuntur facta ad imaginem, ſed ueſtigia dicuntur diuina. Cap.10.ſuper Lucam. Et: Primum exemplar Deo ſimile, uerbum eſt patris,imago patris filius.Vltimum autem homo factus eſt ad ſimilitudinem & imaginem Dei. Super Lucam cap. 1.Item: Imago triplex:creationis,recreationis & ſimilitudinis.& omnes has tres imagines habet in nobis pater cœleſtis. Ibidẽ cap.11. Item:Ad id quod obijcitur, Vtrum homo uel angelus ſit ad imaginem Dei:dicendum, quòd imago dicitur ab imitatione.poteſt ergo attendi imitatio imaginis ad unitatem eſſentiæ in tribus perſonis tátùm : & ſic angelus eſt ad imaginem Dei, ſicut & homo,& etiá potentijs ſimplicioribus,& etiam eſſentia ſimpliciori exprimit unitatem in trinitate.Si autem attendatur ratio imitationis ad unitatem eſſentiæ in tribus perſonis, & ordo naturæ perſonarum,tunc homo erit ad imaginem,& non angelus : quia homo habet tres potentias in una eſſentia,& etiam homo habet principium totius ſui generis & ſuæ naturæ,ſicut in patre eſt principium totius deitatis,& hoc non eſt in angelo. Super 2.ſent. diſt.2.

Aegidius : Homo erat creandus,qui nõ ſolùm ſuo generi & ſpeciei cõgrueret,ſed ad imaginem creatoris ſui fieret.lib.2.Hexam.cap.40. Item: Quando dicitur,Homo factus eſt ad imaginem & ſimilitudinẽ Dei: datur intelligi,quòd homo longè differẽtet ab alijs animalibus eſt diuina gratia decoratus. Nam imago Dei in nobis poteſt accipi ſecundum naturalia, ſed ſimilitudo Dei accipienda eſt in nobis ſecundum gratuita. Ex eo enim quòd habemus has naturales potentias,ſiue has naturales uires,ſcilicet memoriam,intelligẽtiam & uoluntatem, ſumus ad imaginem Dei. Sed ex eo quòd his ſupperadditur diuina gratia, uel ſuperadduntur bona gratuita,ſic conformamur, ut dicamur filij eius,& dicamur ſancti ad ſimilitudinem eius,&c. Et paulo pòſt:Primus itaq; homo fuit factus ad imaginem Dei,quantum ad naturalia : & ſimilitudinem, quantum ad gratuita:quia fuit productus cum originali iuſticia,quę eſt donum gratuitum & ſupernaturale.lib.2.Hexameron,cap.40.

De Noticijs ait Albertus : Noticia Dei omnibus naturaliter impreſſa eſt, & circa illam pauci deuiant. Super Matth.cap.23.

De animæ ſtatibus inquit Innocentius: Quatuor animæ ſtatus. Primus ſtatus eſt creationis, ſecundus uegetationis,tertius operationis,quartus reſolutionis.Serm.in die cinerum. Item : Triplex uis animæ. Rationalis,quæ diſcernit inter bonum & malum.Iraſcibilis,quæ abijcit malũ. Concupiſcibilis,quæ appetit bonum. Pſalm.1. pœnitent. Et: Anima in homine accipitur multis modis. Ipſa perſona,præſens uita,ſpiritus rationalis,ſpiritus animalis,intentio mentis, & ſenſualitas carnis. Ibidẽ.

Bonauentura ait: De anima rationali hæc in ſumma tenenda ſunt ſecundum ſacram doctrinam,ſcilicet quòd ipſa eſt forma ens,uiuens,intelligens, & libertate utens.Forma quidem ens non à ſeipſa, nec de diuina natura, ſed à Deo de nihilo per creationem in eſſe deducta.Forma autem uiuens non ex natura intrinſeca, ſed ſeipſa : non uita mortali, ſed uita perpetua. Forma uerò intelligens non tantùm creaturam,ſed etiam creatricem eſſentiam, ad cuius imaginem facta eſt,per memoriam, intelligentiam & uoluntatem. Forma libertate utens, quia ſemper eſt libera à coactionę.A' miſeria & coactione libera fuit in ſtatu innocentiæ, licet non in ſtatu naturæ lapſæ.Hæc autem libertas à coactione nihil aliud eſt quàm facultas uoluntatis & rationis, quæ ſunt potentiæ animæ principales. In 2.parte Breuiloquij,cap.9. Et: Propter hæc tria fecit Deus animam rationalem, ut ipſa eum laudaret, & ut ipſi ſeruiret, & ut ipſa in eo delectaretur & quieſceret.In tractatu de reductione artiũ ad Theolog.

Thomas ait: Non eſt in uno homine niſi una anima. In compend. Theol.cap.87. Et: Non eſt poſsibile, eſſe plures animas in homine. Oportet igitur quòd omnes potentię animæ ad eandem animam pertineant.Ibidem cap.89. Et: Anima rationalis non educitur in eſſe à uirtute, quæ eſt in ſemine,ſed à ſuperiori agente.Virtus enim quæ eſt in ſemine, eſt uirtus corporis cuiuſdam. Anima enim rationalis excedit omnem corporis naturam & uirtutem, cum ad eius intellectualem operationem nullum corpus pertingere poſsit. Ibidem cap.93. Item: Non credendum eſt, animam rationalem eſſe de ſubſtantia Dei, ſecundum quorũdam errorem. Deus enim ſimplex & indiuiſibilis eſt. Non igitur animam rationalem corpori unit,quaſi eandẽ à ſua ſubſtantia ſeparãdo. Ibidem cap 94. Et: Anima producta eſt à Deo immediatè, non mediantibus angelis.prima ſummæ, quæſt.90.articulo 3.

Albertus ait : Anima eſt pars animæ, quæ animat corpus uegetando & ſenſificando,

cando, à quo dicitur animalitas. Super Lucam cap.1. Et: Spiritus eſt pars mentis noſtræ ſuperior, quæ ad imaginem Dei eſt inſignita. ibidem. Et: Anima hominis lucem habet intellectus agentis. Super Matth. cap.5. Et: Anima enim dupliciter dicitur, ab animalitate uidelicet & animeitate. Dicta autem ab animalitate eſt brutalis, in qua nihil ultra commune genus animalium manifeſtatur: & hæc anima indiget cibis. Ibidem cap.6. Item: Anima non caro, ſed ſpiritus eſt. ibidem cap.9. Item: Dicitur anima ab animeitate, quæ eſt ſubſtantia ſpiritualis, quæ eſt interior homo in corde. Super Iohannem capite duodecimo.

Aegidius: Anima rationalis eſt forma corporum, & non corrumpitur corrupto corpore, ſed poſt ſeparationem à corpore habet per ſe eſſe. libro primo Hexam. capite quarto.

De uoluntate hominis ait Thomas: Homines ſecundum conditionem ſuæ naturę habent mutabilem uoluntatem, ut non ſolùm diuerſa poſsint eligere uel bona uel mala: ſed etiam poſtquam unum elegerunt, poſſunt ab alio reſipiſcere, & ad aliud conuerti: & hæc uolubilis uoluntas in homine manet, quamdiu corpori unitur uarietati ſubiecto. Cum autem anima à corpore fuerit ſeparata, eandem mutabilitatem uoluntatis habebit, quam naturaliter angelus habet. opuſc.2. contra Græc. cap.5.

De conſcientia inquit Thomas: Teſtimonium conſcientiæ habet tres gradus: quorum primus eſt, quando alicui conſcientia ſua teſtimonium reddit, quòd ſit iuſtus, ſecundum illud: Ipſe ſpiritus, &c. Secundus gradus eſt, quando aliquis, etſi non præſumat ſe eſſe iuſtum, tamen non prehendit eum conſcientia de aliquo peccato, ſecundum illud: Nihil mihi conſcius ſum. Tertius gradus eſt, quando aliquis, etſi ſit ſibi conſcius de peccato, tamē præſumit, uel quia non habuit malam intentionem, aut quia non fecit illud ex malicia uel dolo, ſed ex ignorantia & infirmitate. Sed nec hoc teſtimonium ualet homini contra Deum. Super Iob capite nono.

Immortalis. Thomas: Homo ſic erat incorruptibilis & immortalis, non quia corpus eius diſpoſitionem corruptibilitatis haberet, ſed quia inerat animæ uis quædam ad præſeruandum corpus à corruptione. prima ſummæ, quæſtione 102. artic.2.

De unione corporis & animæ inquit Innocentius: Tanta eſt familiaritas inter carnem & animam in homine counita, ut utrumque ab altera nunc ad hoc, nūc ad illud proprijs illecebris inſtigetur. Pſal.4. pœniten.

Thomas: Humana natura ex anima conſtat & corpore: anima autem non corporeæ, ſed ſpiritualis naturæ eſt. Opuſculo 2. contra Græcos, cap.6.

De forma hominis inquit Innocentius: Quid eſt homo ſecundum formam, niſi quædam arbor inuerſa? Cuius radices ſunt crines, truncus eſt caput cum collo, ſtipes eſt pectus cum aluo, rami ſunt ilia cum tibijs, frondes ſunt digiti cum articulis. libro quarto de tribus animæ potentijs.

De fine inquit Alexander: Corpus Adæ poteſt conſiderari quantum ad ſtatum unionis cum anima, ſiue quo uniebatur, & quantum ad ſtatum remunerationis. Prout conſideratur in primo ſtatu, erit finis duplex. Primus ſiue propinquus, unio cum anima: ſecundus ſiue conſequens, aptitudo ad meritum beatificationis. Propter hoc enim fecit Deus corpus Adæ, ut animæ uniretur, & mediante illa unione efficeretur aptum ad merendum beatitudinem, cooperando ipſi animæ. Prout autem conſideratur in ſtatu coninnctionis, multiplex eſt eius finis: Duplex ex parte animæ, & duplex ex parte illius. Ex parte animæ eſt primus, exercitium bonarum operationum ordinatarum miniſterio eiuſdem, non uoluptatis, quæ nullo modo cadunt ſub fine conditionis illius, neque unionis cum anima. Non enim condidit Deus corpus illud, neque animæ uniuit hoc fine, ut conuerteretur ad explenda opera uoluptatis. Secundus eſt augmentum meriti in exercendo debitè & ordinatè huiuſmodi opera. Propter hoc autem uoluit Deus, quòd corpus animæ uniretur, ut anima illo mediante ordinatè operaretur, & operando mereretur. parte 2. quæſt. octogeſima prima, memb.1. Et: Corporis eſt primus obedientia & cooperatio animæ mouenti: ſecundus dignitas ad beatificationem. Propter hoc enim uniuit Deus corpus Adæ animæ, ut illi imperanti obediret, & operanti cooperaretur: & ſic obediendo & cooperādo efficeretur dignum beatitudine. Ad hoc ſequitur finis obtinendus in ſtatu remunerationis, qui eſt beatitudo utriuſque. Beatitudo enim unius corporis dependet ex beatitudine animæ. Ibidem. Et: Reſpice uniuerſum mundum iſtum, & conſidera, ſi aliquid in eo ſit, quod tibi non ſeruiat. Omnis natura ad hunc finem curſum ſuum dirigit, ut obſequijs

tuis famuletur, & utilitati deſeruiat: tuiſque oble ctamentis pariter & neceſsitatibus, ſecundum adfluentiam indeficientē occurrunt hoc cœlum, hæc terra, hic aer, hæc maria, cum his quæ in eis ſunt uniuerſis, teque explere non ceſſant. Corpus autem humanum ſeruit animæ, & non ſolùm in his quę ſimpliciter & abſolutè ſunt ipſius animæ, cuiuſmodi ſunt ſcientialia tantùm, ſed in his quę ſpectant ad cultum Dei. Et non ſeruit illi ut inſtrumentum, ſed ut organum: propter quod aſſequitur primum cum ipſa anima, quod eſt finis eius. Propter hoc enim conditum eſt, ut huiuſmodi miniſterio hunc finem conſequatur. Vnde ſecus eſt de hoc corpore, & de alijs quæ huiuſmodi ſeruiunt, quorum licet homo ſit finis, non ex hoc ſequitur, quòd anima ſit finis corporis, cuius eſt perfectio & motor. Ibidem. Et: Multipliciter conueniebat ad manifeſtandam maieſtatem conditoris, quæ ex hoc manifeſtatur ex ordine multiplici. Primò propter ordinem producendi ab imperfecto ad perfectum. Secundum enim ordinem rectum, imperfectum præcedit perfectum: & prius eſt quod eſt animale, deinde quod eſt ſpirituale: 1. Corinth. decimoquinto. Secundò propter ordinem meriti ad præmium. Cum enim homo prius debebat poni in ſtatu meriti quàm præmij, debuit tale corpus eius fieri, quod eſſet aptius & efficacius ad merendum. Sed corpus animale maximè competit ſtatui merendi, ſpirituale ſtatui præmij. Et ideo prius animale, deinde ſpirituale. Tertiò propter originem lapſus ad reſurrectionem. Quia enim habuit liberum arbitrium, potens labi & reſurgere, debuit habere corpus quod poſſet etiā labi in mortem, ut poſtea anima facta inuertibili, ipſum per reſurrectionem omnino fieret immortale. Et ideo prius animale, deinde ſpirituale. Quartò propter ordinem qui attenditur in comparatione unius creaturæ ad alteram: ut ſicut homo in terris factus fuerat, ut ſeruaretur perfectus ordo ex comparatione hominum ad angelos, qui facti ſunt in cœlis: ſic & decebat, ut primò haberet corpus competens habitationi terreſtri magis quàm cœleſti. Sed corpus competens terreſtri habitationi eſt animale, ſicut cœleſti ſpirituale: & ideo prius animale, deinde ſpirituale. Quintò propter ordinem principij ad principiata in propagatione generis humani. Propter hoc enim conditum fuit corpus Adæ, ut ab eo propagaretur humanum genus ſecundum corpus: quod fieri non poſſet, niſi eſſet animale. Propter iſtum ergo multiplicem ordinem in prima conditione, ſcilicet propter ordinem imperfecti ad perfectum, meriti ad præmium, lapſus ad reſurrectionem, unius ſpiritus rationalis ad alterum, ſiue hominis ad angelum, principij ad principiatum, in genere hominum decebat animæ rationali dari corpus. Ibidem. Et: Finis creaturæ rationalis eſt ſummum bonum, quod eſt ſupra omnem naturam: finis uerò aliarum creaturarum eſt bonum creatum, quod eſt infra terminos naturæ. Ideo creatura rationalis magis indiget bono gratię, ut poſſit peruenire in ſuum finem, quàm aliæ creaturæ. Ibidem quæſt. 96. memb. 3. artic. 2. Item: Deus condidit hominem ut imperaret, non cupiditate dominandi, ſed officio conſulendi. Ibidem quæſtion. 99. memb. 1. Et: Homo conditus fuit, ut ſoli Deo ſubditus eſſet, & ei immediatè uniretur. Ibidem.

Thomas ait: Ab ipſa prima inſtitutione natura humana eſt ordinata ad finem beatitudinis, non quaſi debitum finem homini, ſecundum naturam eius, ſed ex ſola diuina liberalitate. Et ideo non oportet, quòd principia illi naturæ ſufficiant ad illum finem conſequendum, niſi fuerit adiuta bonis ſuperadditis ex diuina liberalitate. In ſumma de ueritate, materia decimaquarta, quæſt. decima. Et: Vltima perfectio ad quam homo ordinatur, conſiſtit in perfecta Dei cognitione, ad quam quidem peruenire non poteſt, niſi operatione & inſtructione diuina, qui eſt ſui perfectus cognitor. Huiuſmodi autem perfectæ cognitionis ſtatim homo in ſui principio capax non eſt. Vnde oportet, quòd accipiat per uiam credendi aliqua, per quę manu ducatur ad perueniendū in perfectam cognitionem: quorum quædam talia ſunt, quòd de eis in hac uita perfecta cognitio haberi non poteſt, eò quòd totaliter uim humanæ rationis excedunt. Quia illa oportet credere, quamdiu in ſtatu uiæ ſumus. Videbimus enim ea perfectè in ſtatu patriæ. Quædam uerò ſunt, ad quæ perfectè cognoſcenda in hac uita peruenire poſſumus: ſicut illa quę de Deo demonſtratiuè probari poſſunt. Quæ tamē à principio neceſſe eſt credere propter quinque rationes, quas Rabi Moiſes ponit: quarum prima eſt, profunditas & ſtabilitas illorum cognoſcibilium, quia ſunt remotiſsima à ſenſibus. Vnde homo principiò non eſt idoneus ea cognoſcere perfectè. Secunda eſt, debilitas humani intellectus in ſui principio. Tertia uerò eſt, multitudo eorum quę præexiguntur ad iſtorum demonſtrationem, quæ homo non

non niſi in longiſsimo tempore addiſcere poteſt. Quarta eſt, indiſpoſitio ad ſciendum, quæ accidit in quibuſdam propter prauitatem complexionis. Quinta eſt, neceſsitas occupationum ad prouidendum neceſſaria uitæ. Ex quibus omnibus apparet, quòd ſi oporteret per demonſtrationem ſolummodo accipere ea quæ neceſſariũ eſt cognoſcere de Deo, paucisſimi ad hoc peruenire poſſent, & hi etiam non niſi poſt longum tempus. Vnde patet, quòd ſalubriter eſt omnibus uia fidei prouiſa, per quam patet omnibus facilis aditus ad ſalutem ſecundum quodcunque tempus. Ibidem. Item: Deus eſt finis ſiue cauſa finalis hominis, ſcilicet finis per ſe ſiue principalis, ſcilicet diuina fruitio, ſiue Deus in quantum fruibilis. Super Apocal. capite undecimo. Et: Officium hominis & angeli eſt ſeruire Deo. Ibidem capite decimotertio. Item: Tota hominis cognitio & ſermo eſt de Deo per opera eius, quæ cum neque Iob, neque alius aliquis homo perfectè cognoſcere poteſt, &c. Super Iob cap. 36.

Aegidius: Homo non eſt factus ad terram, nec per terrã: ſed ad cœlum, & propter eum qui cœlum fecit: & factus eſt dominus & poſſeſſor terræ. lib. 2. Hexam. capite 40.

Ante lapſum. Alexander: Primus homo duplicem habuit gratiam in primo ſtatu, hoc eſt, antequam habuit gratiam gratum facientem, ſcilicet gratis datam, & communiter dictã. Ergo eo modo qood dictum eſt, & gratiam ſuperinfuſam, quæ erat continua influentia uirtutis à cauſa prima. Cum ergo dicitur, quòd primus homo poterat ſtare ex acceptis in conditione abſque gratia, hoc poteſt intelligi dupliciter: uel ita quòd excludatur continuatio diuinæ influentiæ, uel ita excludatur oppoſitio nouæ gratiæ. Primom ſimpliciter eſt impoſsibile, nonquam enim tentationi liberi arbitrij reſiſtere poſſet, niſi Deus ſuæ bonitatis influentia illud in bono conſeruaret. Secundo modo ueritatem habet pro ſtatu innocentiæ. Dicit enim Magiſter 2. ſentent. 24. diſtinctione centeſima: Hoc conſiderandum, &c. Illud adiutorium Domini datum in creatione, quo poterat manere, ſi uellet, fuit libertas arbitrij ab omni labe & corruptela immunis, atque uolontatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum, animæ ſinceritas atque uiuacitas. parte 2. quæſt. 96. artic. 1.

Bonauentura inquit: Homo cum ſit omnium creaturarum corporalium nobilior, habet locum ſuper omnia corpora, ad quem locum ante peccatum poterat per gratiam aſcendere, quamuis non poſſet per naturam totaliter. Sed propter peccatum gratia fuit ſibi ablata, & natura totaliter ſauciata: & ideo ad hoc, ut poſſet ad locum proprium remeare, indiget inſtrumento quodam, ſcilicet fide. In 8. dieta capite quadrageſimoſeptimo. Itsm: Ad intelligendum, qualiter corruptela peccati intrauit in mundum, conſiderare oportet lapſum primi parentis, traductionem culpæ originalis, & ortum ſiue radicem actualis peccati. Circa lapſum igitur primi parentis, hæc tria nobis occurrunt conſideranda: ſcilicet tentatio diabolica, culpa commiſſa, & pœna inflicta. Hæc igitur de tentatione ſunt tenenda, uidelicet, quòd cum Deus hominem condidiſſet in felicitate paradiſi in duplici ſexu, ſcilicet uirili & muliebri, (Hæc extra, imò contra ſacram ſcripturam dicuntur) diabolus inuidens homini, aſſumpta ſpecie ſerpentina aggreſſus eſt mulierem, primò quærendo: Cur præcepit uobis Deus ne comederetis? Secundò aſſerendo, dicens: Nequaquam moriemini. Tertiò promittendo: Eritis ſicut Dij, ſcientes bonom & malum: uolens iſta tentatione deijcere mulierem infirmiorem, & per illam poſtea proſternere ſexum uirilem: quod & fecit Domino permittente. In 3. parte Breuiloquij, capite ſecundo. Et: De toto homine in paradiſo collocato hæc tenenda ſunt, uidelicet quòd datus eſt ei duplex ſenſus, ſcilicet interior & exterior, mentis & carnis: Datus eſt ei doplex motus: ſcilicet imperatiuus in uoluntate, & exequutiuus in corpore. Datum eſt ei duplex bonum: unum uiſibile, alterum inuiſibile: Datum eſt ei duplex præceptum: ſcilicet naturæ, & diſciplinæ. Præceptum naturæ: ut, Creſcite & multiplicamini: præceptum diſciplinæ, De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas. Iuxta quæ datum eſt ei quadruplex adiutorium: ſcilicet conſcientiæ, ſcientiæ, ſyndereſis & gratiæ: ex quibus ſufficiẽter habuit, ot poſſet ſtare in bono & proficere, & à malo cauere & declinare. In 2. parte Breuiloquij, cap. 11.

Thomas: Immortalitas primi ſtatus erat ſecundum uim quandam ſopernaturalem in anima reſidentem, non autem ſecundum aliquam diſpoſitionem inhærentem corpori. Vnde per actionem caloris aliquid de huiuſmodi illius corporis poterat deperdi: & ne totaliter conſomeretur, neceſſe erat per aſſumptionem cibi homini ſubuenire. Prima ſecundæ,

cundæ, quæſtion. 97. articul. 3. Opinio Thomæ eſt, cum inquit: Primus homo Deum per eſſentiam non uidit ſecundum communem ſtatum illius uitæ, niſi fortè dicatur, quòd uiderit eum in raptu, quando Dominus immiſit ſoporem in Adam, ut dicitur Geneſ. 2. Et huius rationem, quia (cùm diuina eſſentia ſit ipſa beatitudo) hoc modo ſe habet intellectus uidentis diuinam oſſentiam ad Deum, ſicut ſe habet quilibet homo ad beatitudinem. Manifeſtum eſt autem, quòd nullus homo per noluntatem à beatitudine auertitur. Naturaliter enim & ex neceſsitate homo uult beatitudinem, & fugit miſeriam, Vnde oullus uidens Deum per eſſentiam, poteſt uoluntate auerti à Deo, quod eſt peccare ; & propter hoc omnes uidentes Deum per eſſentiam, ſic in amore Dei ſtabiliuntur, qnòd in æternum peccare non poſſunt. Cum igitur Adam peccauerit, manifeſtum eſt, quòd Deum per eſſentiam non uiderit. Cognoſcebat tamen Deum quadam altiori cognitione quàm nos cognoſcimus. Et ſic quodammodo eius cognitio media erit inter cognitionem præſentis ſtatus, & cognitionem patriæ, qua Deus per eſſentiam uidetur. prima ſecundæ, quæſtione nonageſimaquarta. Et: Originale iuſticiæ bonum ſic humano generi in primo parente diuinitùs attributũ fuit, ut tamen per ipſum deriuaretur in poſteros. In Compend. Theolog. articul. 1. capite undecimo. Item: Hoc uidetur ad integritatem primi ſtatus pertinuiſſe, ut inferiores uires totaliter rationi ſubderentur. Quæ quidem ſubiectio per peccatum primi parentis eſt ſublata, non ſolùm in ipſo, ſed etiam in alijs, qui ab eo contrahunt peccatum originale. Ibidem tractat. 2. capite quadrageſimo. Et: Roma. 5. dicitur: Per peccatum intrauit mors in mnndum. Ergo ante peccatum erat homo immortalis. Prima ſummæ, quæſtione nonageſimaſeprima, articulo primo. Item: Iuſticia originalis erat quoddam donum gratiæ, toti humanæ naturæ diuinitùs collatum in primo parente, quod quidem primus homo amiſit per primum peccatum. Vnde ſicut illa originalis traducta fuiſſet in poſteros ſimul cum narura, ita etiam inordinatio. Sed alia actualia peccata uel primi parentis, uel aliorum, non cortumpunt naturam, quantum ad id quod naturæ eſt, ſed ſolùm quantum ad id quod perſonæ eſt, id eſt, ſecundum proprietatem ad actum, unde alia peccata non traducuntur. Ibidem quæſtione octogeſimaprima, articul. 2. Item: Homo in ſtatu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ ſuperadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum naturaliter ſuper omnia, licet indigeret auxilio Dei ad hoc eum mouente. Sed in ſtatu naturæ corruptæ indiget homo etiam ad hoc, auxilio gratiæ naturam ſanantis. Ibidem quæſt. 109. articul. 3. Item: Originalis inſticia pertinebat primordialiter ad eſſentiam animæ. Erat enim donum diuinitùs datum humanæ naturæ. Ibidem quęſtione octogeſimatertia, articulo 2. Et: Sic homo erat in ſtatu innocentiæ inſtitutus, ut nnlla eſſet rebellio carnis ad ſpiritum. Secunda ſecundæ, quæſt. 163. artic. 1.

Albertus ait: Status hominis in paradiſo eximiæ uirtutis fuit, & tamen alimonia indiguit. Super Matth. cap. 16.

Aegidius inquit: Ante peccatum hoc faciebat donum originalis iuſticiæ, quòd in humano corpore non poſſent homines hnmores corrumpere: ideo ante peccatũ nihil eſſe poterat homini uenenoſum. Poſt peccatum itaque talia nocere cœperunt homini. lib. 2. capite quadrageſimo Hexam.

De ſtatu hominum inquit Alexander: Naturalis rectitudo dignitas eſt corporis humani, & aderat iſta dignitas homini ſecundum triplicem ſtatum: innocentię, gloriæ, gratiæ. Veſtigium ergo innocenriæ, quod ad tria repræſentatur in hac rectitudine, quo ad potentiam in præſidendo, ſapientiam in loqnendo, bonitatem in diligendo. Hęc tria, potentia, ſapientia & bonitas, erant conditiones hominis, quantum ad ſtatum innocentiæ, antequam cecidit in infirmitatem potentię, & tenebras ignorantiæ, & maliciam concupiſcentiæ. parte 2. quæſtione octogeſimaquarta, memb. 2. Et: Vnde tres ſunt ſtatus hominis, ſcilicet innocenriæ, lapſus & gloriæ, in quibus corpus & anima primi hominis quandam paritatem in nobilitate communicabant. Sicut enim anima in primo ſtatu, ſcilicet ante lapſum, ſortita fuit eſſe nobile, in qno niuebat nita naturę integrè roborata & ſuſtentata uita gratiæ, quæ erat in potentia & habilitate ad eſſe eius finale, & ultimatum nobilitate: ſimiliter corpus in illo ſtatu erat in integritate naturæ optimę in genere ſuo, & mediantibus fructibus ſibi datis ad ſuſtinamentũ poterat perpetuari in eſſe illo, qnoadusq; eſſet productum ad eſſe corporis nobiliſſimum. Vnde ſicut anima in uita naturæ alebatur & ſuſtentabatur graria, quaſi alimento ſpirituali, progreſſu ad ſnum eſſe optimum: ſic corpus alimento corporali fructibus paradiſi. Ibidem quæſtione 85. memb. 2.

Tho-

Thomas inquit: Três ſunt ſtatus hominum: ſcilicet innocentiæ, culpæ & glorię. Tertia ſummę, quęſtione decimatertia, articul.2. Item: Hominis ſine gratia duplex ſtatus conſiderari poteſt. Vnus quidem naturæ integræ, qualis fuit in Adam ante peccatum: alius autem naturæ corruptæ, ſicut eſt in nobis ante reparationem gratiæ. Si loquamur de homine exiſtente ſub peccato, nullus in ſtatu peccati exiſtẽs poteſt uitam æternam mereri, niſi prius Deo reconcilietur dimiſſo peccato, quod fit per gratiam. Peccatori enim non debetur uita, ſecundum illud Roman.6. Stipendium peccati, &c. In prima ſummæ ſecundæ, quæſt.114. artic.2.

De lapſu hominis ait Bonauentura: Quoniam homo ſic factus erat, ut per uictoriam pugnæ perueniret ad præmium quietis æternæ: licet Deus ſciret hominẽ tentationi ſuccumbere, debuit tamen hominem permittere tẽtari ab eo qui ſciret, poſſet & uellet. Quoniam ergo diabolus, quia prius erat ſciens & rectus, per ſuperbiam cadendo factus eſt uerſutus & inuidus, ideo per inuidiã tentare uolebat, & per aſtuciam ſciebat, & ideo tentauit iuxta quod potuit & Deus permiſit. Quòd igitur in tentando ſpeciem ſerpentinam aſſumpſit, diſpenſationis diuinæ fuit, ut non ſolùm deprehendi eius uerſutia poſſet, uerùm etiam ut ex illa effigie uerſutia diabolica in tentando cunctis filijs Adæ innoteſcere poſſet. Rurſus quia tentauit de præcepto diſciplinæ, hoc ſimiliter fuit diſpenſationis diuinæ, ut ſiue uinceretur, ſiue uinceret, innoteſceret meritum obedientiæ, ſiue demeritum inobedientiæ. Quòd autem incepit à muliere, hoc fuit uerſutiæ ſuæ, quia facilius eſt uincere minus fortem: unde & uerſutia hoſtis ex infirmiori parte aggreditur ciuitatem. Similiter modus quo in tentatione proceſsit, maximæ uerſutiæ fuit: quia experiendo, impellendo & alliciendo proceſsit. Experientiam enim ſumpſit in interrogatione, impulit in aſſeueratione, allexit autem in promiſsione. Primò cum interrogauit de cauſa mandati, ut rationem duceret in dubium. Secundò autem dubitatione habita, Ne fortè moriamur, coaſſeuerauit, ut iraſcibilem duceret in contemptum. Tertiò promiſit, ut concupiſcibilem duceret in appetitum, & ſic his tribus modis libertatem arbitrij traheret ad conſenſum. parte 3. Breuiloquij, capite ſecundo. Item: De culpa primorum parentum ſunt hæc tenenda, ſcilicet quòd mulier aſſentiens tentationi diaboli, appetit ſcientiam & excellentiam ad modum Dei: appetit nihilominus experiri ſuauitatem ligni ueti-ti, & tandem incidit in tranſgreſsionem mandati: nec his contenta, offerendo fructum ligni uetiti induxit uirum, qui nolẽs ſuas delicias contriſtare, mulierem non corripuit, ſed potius conſenſum præbuit malè ſuadenti, & oblatum pomum guſtando effectus eſt trãſgreſſor diuini pręcepti. Ibidem cap.3.

Thomas ait: Ab intellectu diuinarum duplici ratione defecimus. Primò quidẽ, quia inuiſibilia Dei cognoſcere non poſſumus, niſi per ea quæ facta ſunt. Secundò, quia ipſum creaturarum ordinem ad plenum comprehendere non poſſumus, ſecundum quod à diuina prouidentia diſpenſatur. In lib. Iob capite decimoquarto. Et: Conſecutum eſt etiam (poſt lapſum) ut in corpore ſentiret corruptionis defectus, ac per hoc homo incurreret neceſsitatem moriendi, quaſi anima iam nõ ualente in perpetuum continere uitam ei præbendo. Vnde homo factus eſt paſsibilis & mortalis, non ſolùm quaſi potens pati & mori, ſed quaſi neceſsitatem habens ad patiendum & moriendum. In Compend. Theologico tractatu 2. capite nono. Item: Mulier repromiſſam celſitudinem ſimul & perfectionem ſcientiæ concupiuit. Acceſsit etiam ad hoc pulchritudo & ſuauitas fructus alliciens ad edendum. Et ſic metu mortis contempto, præceptum Dei trãſgreſſa eſt de uetito ligno edendo. Et ſic eius peccatum multiplex inuenitur. Primò quidem ſuperbiæ, qua inordinatè excellentiam appetijt. 2, Curioſitatis, qua ſcientiam ultra terminos ſibi præfixos cõcupiuit. 3, Gulæ, quia ſuauitate cibi permota eſt ad edendum. 4, Infidelitatis, per falſam æſtimationem de Deo, dum credidit uerbis diaboli contra Deum loquẽtis. 5, Inobedientiæ, præceptum Dei tranſgrediendo. In Compend. Theolog. tractatu 2. cap.6.

Albertus ait: Primus homo per ſuperbiam cecidit, & omnis poſteritas cum eo. Super Iohan. capite decimotertio. Et: Qualiter corruptus fuit terrenus pater, tales ſunt terreni filij, quos ad imaginem & ſimilitudinem ſuæ corruptionis profudit. Ibidem cap.8.

Aegidius ait: Sic enim imaginari debemus, quòd Deus fecit hominem rectum: ſed ipſe per auerſionem à Deo infinitis ſe miſcuit quęſtionibus, & innumerabilibus modis peccandi ſe ſubiecit. Adam ergo creatus eſt rectus, quia in eo omnia inferiora ſuperioribus erant ſubiecta. Caro enim in eo erat ſubiecta animæ: quia nullus morbus, nulla paſsio, nulla indiſpoſi-

tio poterat inſurgere in carne, quæ animę repugnaret. Rurſus uires inferiores ſubiectæ erant ſuperioribus: ut concupiſcibilis & iraſcibilis ſic erant ſubditæ menti & rationi, ut nihil in eis inſurgeret, niſi ſecundum ordinem & ductum rationis. In tractatu de origin. peccat. capite ſecundo. Item: Primus homo à latronibus, id eſt, diabolo fuit ſpoliatus gratuitis, uulneratus in naturalibus, & ſecundum ipſa naturalia ſic uulneratus remanſit, & factus eſt quaſi ſemiuiuus, ut non haberet ea ſic habilia ad bonum ut prius. lib. 2. Hexam. cap. 40.

Effectus lapſus. Innocentius: Homo peccando ſpoliatus eſt gratuitis, & in naturalibus uulneratus. Pſalm. 5. pœnitent.

Bonauentura: De pœna primorum parentum hoc eſt tenendum, uidelicet quòd uir & mulier ſtatim poſt lapſum & culpã ſenſerunt pœnam rebellionis & erubeſcentiæ in carne, & ideo ad operienda uerenda fecerunt ſibi perizomata: poſtea uerò diuino iudicio uir incurrit pœnam laboris & anguſtiæ, pœnam famis & indigentiæ, pœnam mortis & reſolutionis in cinerem. iuxta quod dicit Scriptura, Maledicta terra in opere tuo, &c. Mulieris uerò duplicata eſt pœna: quia inflicta eſt ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna ſubiectionis ad uirum in conuictu. ac per hoc, ſecundum quod apparet, ſatis grauiter punitum fuit peccatum illud, ſcilicet ligni ueriti eſus, licet fuerit faciliter perpetratum. parte 3. Breuiloquij, capite quarto. Et: Quia homo uolens eſſe ſapiens ut Deus, peccauit in ligno uetito, uolens delectari, ita quòd inclinatus eſt ad libidinem, erectus in præſumptionẽ, ac per hoc totum genus humanum infectum eſt, & perdidit immortalitatem, incurrit debitã mortem. Hinc eſt, quòd ad hoc, quòd homo repararetur cõuenienti remedio, Deus homo factus eſt, & uoluit humiliari atque in ligno pati. parte 4. Breuiloquij, capite 9. Et: Homines patiuntur propter lapſum pœnas naturales, de quibus dicit Greg. quòd ſeptem ſunt ſagittæ naturam hominum moleſtantes: ſcilicet frigus, calor, fames, ſitis, labor, morbus & mors. Hę ſunt pœnæ naturales & generales, quæ à primis parentibus ad poſteros ſunt tranſmiſſæ, & in ipſis progenitoribus inchoatæ. Nam primi parentes ſtatim poſt culpã ſenſerunt pœnam rebellionis & erubeſcentiæ in carne: & pòſt diuino iudicio uir incurrit pœnam laboris & anguſtiæ, pœnam famis & indigentiæ, pœnam mortis & incinerationis. Mulieri autem duplicata eſt pœna: quia inflicta eſt ei pœnalitas multiplicium ærumnarum in conceptu, pœna doloris in partu, pœna ſubiectionis ad uirum in conuictu. Patiuntur etiam pœnas perſonales plures. Plurimi enim filiorum Adam patiuntur in membris diminutionem, quidam ſuperfluitatem, quidam intrinſecam corruptionem, quidam extrinſecam deformitatem: quidam ſunt paralitici, & alij ſunt diuerſis infirmitatibus & ægritudinibus & ſpecialibus morbis oppreſsi, alij leproſi, alij à dæmonibus obſeſsi. Patiuntur quoque pœnas temporales. Nam teſte Oroſio, ab Adam uſq; ad nos ſunt ſecula tranſacta, nunc bellis grauia, nunc morbis corrupta, nunc fame triſtia, nunc terrarum motibus terribilia, nũc inundationibus aquarum inſolita, nunc eruptionibus ignium metuenda, nunc ictibus fulminum plagiſque grandinum ſæua, nunc parricidijs flagitijsque miſera. parte 2. Breuiloquij, cap. 3.

Quales naſcantur. Albertus: Sicut enim Adam decidens ab imitatione imaginis & ſimilitudinis diuinæ, genuit poſtea ad imaginem peccatoris, & non ad imaginem Dei. In Matth. cap. 1.

Eſt peccator poſt lapſum. Albertus: Pudeat hominem non ſolùm Deo & angelis inferiorem, ſed etiam in humanis honeſtatibus nullum, ſed etiam beſtijs per immundos actus inferiorem, alta ſapere, & & non humilibus conſentire. Albertus ſuper Lucam cap 9.

Hoſtes hominis. Albertus: Inimici ſunt caro & mundus, odientes autem nos dæmones. Caro quidem ut domeſticus hoſtis mouet ſeditiones: mundus autem conſurgens facit perturbationem & impeditionem: dæmones aperti hoſtes inſurgũt ad bella. unde dictum eſt: Mundus, caro, dæmonia, diuerſa mouent prælia: Incurſu tot phantaſmatum, turbatur cordis ſabbatum. Super Lucam cap. 1.

De corrupto homine inquit Thomas: Cum homo compoſitus ſit ex natura ſpirituali & carne terrena, malum hominis in hoc conſiſtit, quòd derelictis ſpiritualibus bonis, ad quam ſecundum rationem ſequuntur, rectè terra dicuntur. In lib. Iob capite primo. Item: Homo poſt corruptionem humanæ naturæ, perſeuerare non poteſt ſine gratia Dei.

De renato. Thomas: Homo etiã in gratia conſtitutus indiget ut ei perſeuerãtia à Deo detur. Prima ſecũdæ, quæſt. 109. artic. 10. Et: Reparatio gratiæ Chriſti etſi ſit inchoata quantũ ad mentem, nõdum tamẽ eſt conſummata quantũ ad carnem: quod erit in patria, ubi homo non ſolùm perſe-

uerare

uerare poterit,ſed etiam peccare non poterit.Ibidem.

De propagatione inquit Alexander: Quare conueniebat genus humanum propagari ex uno, non ex pluribus: quarum una ſumpta eſt à perfectione conditionis rerum, alia à Sacramentorum expreſsione,tertia ab expeditione meritorum,quarta à commendatione diuinorum iudiciorum. Perfectio conditionis ſumitur à duobus: ſcilicet ab origine in producendo, & à ſufficientia numerali in multiplicando. Vna ergo ratio ſumpta eſt ab ordine propagationis,ut ſcilicet homo modo propagandi ordinem teneret eundem : propter hoc conueniens fuit,cum in conditione ſiue creatione rerum originalium conditi eſſent angeli, ita quòd nullus ex alio eſſet propagandus, bruta uerò itaut omnia erant propaganda ex duobus, quòd in genere hominum, quod eſt medium tenens in ordine, unus eſſet conditus, ex quo alij propagarentur. parte 2.quæſt.82.memb.1.

Innocentius ait: Conceptus homo in pruritu carnis, in feruore libidinis, in fœtore luxuriæ, quodq; deterius eſt, in labe peccati: natus ad laborem,dolorem,timorem, quodque miſerius eſt, ad mortem: agit praua, quibus offendit Deum,proximum & ſeipſum; agit turpia, quibus polluit famam, polluit conſcientiam, polluit perſonam: agit uana,quibus negligit ſeria, negligit utilia, negligit neceſſaria. lib.1. de contemptu mundi, cap.1.

Albertus ait: Omnes homines naturaliter ex commixtione uiri & mulieris naſcuntur, præter Adam & Euam & Chriſtum, in quo fuit diuina generatio. Super Iohan.cap.1.

Coniunctio hominis ad Deum. Coniunctio hominis ad Deum eſt duplex.Vna quidem per affectionem, & hęc eſt per charitatem, quæ quodammodo facit per affectionem hominem unum cum Deo,ſecundum illud 1.Corinth.6. Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum eo. Per hanc etiam Deus hominem inhabitat, ſecundum illud Iohan.14. Si quis diliget me, ſermonẽ meum ſeruabit,&c. Facit etiam hominem eſſe in Deo ſecundum illud Iohan. 4. Qui manet in charitate,&c. ille igitur per acceptum donum gratuitum efficitur Deo gratus, qui uſq; ad hoc perducitur, ut per charitatis amorem unus ſpiritus fiat cũ Deo, quòd ipſe in Deo ſit, & Deus in eo. Vnde Apoſtolus dicit 1.Corint.13. quòd ſine charitate cætera dona hominibus non proſunt, quia gratum Deo facere nõ poſſunt, niſi charitas adſit. Hæc autem gratia eſt omnium ſanctorum communis. Alia uerò coniunctio eſt hominis ad Deum,non ſolùm per effectum,aut per inhabitationem, ſed etiam per unitatem hypoſtaſis ſeu perſonæ, ut ſcilicet una & eadem hypoſtaſis ſit ſeu perſona,Deus & homo.Et hæc quidem coniũctio hominis ad Deum eſt propria Ieſu Chriſti. In Compend. Theolog. tractatu 2.cap.30.

Conſideratio miſeriæ. Bonauentura: Quid ſumus, niſi puluis & cinis, miſeri & Inopes, repleti multis miſerijs, expoſiti omnibus periculis? & penè nihil in nobis niſi labi continuè: & tamen cum iſta uilitate & miſeria Deo omnipotenti rebelles ſumus, & pro dilectione & beneficijs reddimus ei contumelias & contemptum, inobedientes, negligentes, ingrati & elati. In tractatu de profectu religioſorum, cap. 63.

De habitatione inquit Ægidius: Animaduertendum, quòd cum dicitur, Deus poſuit hominem in paradiſo, ut operaretur & cuſtodiret illum: dupliciter poteſt intelligi. Primo modo, ut homo poſitus ſit in paradiſo, ut cuſtodiret eum ſibi ipſi, ne per peccatum amitteret illum: ſic homo poſitus in paradiſo bonæ conſcientiæ, ut operando ſibi ipſi cuſtodiret ſanctitatem, id eſt, paradiſum ſuum. Secundo modo poteſt exponi, quod dictum, quòd Deus poſuit hominem in paradiſo, ut cuſtodiret ipſum hominẽ. In tractatu de parad. cap. 5.

DE PECCATO.

INnocentius: Delictũ in omittendo, peccatum in committendo conſiſtit. Delictum eſt, non agnoſcere faciendum: peccatum, facere non agendum. Sermone in feſto Mariæ Magdalenæ.

Dicitur enim cõcupiſcentia, fames peccati, lex membrorum, ſiue lex carnis, languor naturæ & tyrannus. Ægidius in tractatu de orig. peccato, cap. 1.

Vetuſtas hominis intelligitur culpa, quę contrahitur originaliter ab Adam. Innocentius Serm.3. Dominica 2. Aduentus.

Malum eſt dupliciter malum, ſcilicet malum culpæ, & malum pœnæ. Alexander parte 1.quæſt.25.memb.3. Item: Malum enim dicitur nihil eſſe, quia priuatur ratione, quæ eſt malum ordine, id eſt, ad ſummum bonum & à ſummo bono. parte 2. quæſt.100.memb.1. Item. Malum culpæ non eſt à Deo, ſed malum pœnę eſt à Deo, quantum eſt pœna. Ibidem memb.3. art.2. Et: Dicendum, quòd malum eſt ex aliquo & in aliquo: quærendo uerò cauſam efficientem ſiue exemplarẽ, dicendum quòd malum non eſt ex bono tanquam efficiente uel exemplari, ſed eſt ex mutabili, quantum eſt ex nihilo. Loquimur autem hic de malo, ſecundum quod dicit defectum

ſiue naturalem ſiue uoluntarium. Ibidem articulo tertio. Et: Malum eſt primò à diabolo. Ibidem articulo quarto. Et: Malum eſt inuentum à diabolo, non excludit quin homo poſsit per ſe inuenire peccatum, ſicut habetur Eſaiæ tertio: Ad inuentionea eorum contra Dominum. Sed quia diabolus primò approbauit, & ita nouit per approbationem, & ſic inuenit, id eſt, in noticiam per approbationem uenit. Ibidem.

Thomas ait: Malum culpæ, quod priuat ordinem ad bonum diuinum, Deus nullo modo nult: ſed malum naturalis defectus, uel malum pœnæ nult. prima parte ſecundæ, quæſtione decimanona, articulo nono. Et: Deus eſt autor mali pœnæ, non autem mali culpæ. Ibidem quæſtione quadrageſimaoctaua, articulo ſexto. Et: Deus eſt antor mali quod eſt pœna, non autem mali quod eſt culpa. Ibidem quæſtione 49. articulo ſecundo.

Peccatum eſt declinare à prima ueritate, inquit Alexander parte 1. quæſtione 41. memb. 5.

Bonauentura ait: Duæ inueniuntur definitiones peccati. Vna eſt hæc: Peccatum eſt actus incidens ex defectu boni. 2. Peccatum eſt demeritum pœnæ æternæ. parte prima Centiloquij, capite tertio.

Thomas: Peccatum eſt obliquatio à lege Dei. Super Iob capite undecimo. Et: Conſiderandum eſt, quòd cum peccatum ſit obliquatio à lege Dei, non poteſt plenè cognoſci peccatum, uel quanritas eius, niſi lex Dei cognoſcatur. Ibidem. Et: Notandum, quòd offendere contra omnia præcepta, eſt dupliciter. Aut primò & directè, & ſic ſolus facit contra omnia præcepta, qui qnodlibet præceptum tranſgreditur faciendo actu: opponitur directè cuilibet præcepto, ut præceptum de non occidendo per actum occiſionis. Super Apocalypſin capite tertio. Item: Duplex eſt malum: malum culpæ, & malum pœnæ. Prima ſummæ, quæſtione decimanona, articulo nono. Et: Mala culpæ non ſunt facienda ut eueniant bona, ſed mala pœnæ ſunt inferenda propter bonum. Ibidem quæſtione ſeptuageſimanona, articulo quarto. Et: Malum culpæ non eſt à Deo ſicut ab actore, ſed eſt à nobiſipſis, in quantum à Deo recedimus. Malum autem pœnæ eſt quidem à Deo actore, in quantum habet rationem boni, prout ſcilicet eſt iuſtum, ſecundum quod iuſtè nobis pœna infligitur, licet hoc primordialiter ex merito noſtri peccati contingat. Idem ſecunda ſecundæ, quæſtione decimanona, articulo primo. Item: Nomine mali nihil aliud intelligitur, quàm priuatio eſſe perfecti. In compend. Theolog. capite centeſimo decimoquarto. Et: Malum eſt duplex: ſcilicet malum pœnæ, & malum culpæ. Secunda ſecundæ, qnæſt. 19. artic. 2.

Mala definitio eſt Alberti: Peccatum eſt dictum uel factum uel concupitum contra legem Dei. Super Marth. cap. 5.

Albertus ait: Malum alind mortale, aliud ueniale. Super Matth. cap. 5.

Quid. Thomas: Peccatum non ſolùm ſignificat ipſam priuationem boni, quæ eſt inordinatio: ſed ſignificat actum ſub tali priuarione, quæ habet rationem mali. Prima ſecundæ, quæſtione ſeptuageſimaquinta, articulo primo. Et: Peccatum non eſt pura priuatio, ſed eſt actus debito ordine priuatus. Ibidem quęſtione ſeptuageſimaſecunda, artic. 1.

Albertus: Peccatum eſt actus incidens ex defectu boni habitualis, ſicut mortale: uel actualis boni defectu, ſicut ueniale, & hoc nemo diu caret. In prolog. Hieron. ſuper Lucam.

Ægidius: Quòd originalis noxa ſit iniquitas & peccatum, ſatis aperit pſalmus, cum dicit: Ecce in peccatis cōceptus ſum, &c. In tractatu de peccato orig.

Quotuplex. Alexander: Peccatum contra ordinem rationalis naturæ, aut eſt peccatum contra ordinem rationis, ant contra ordinem legis ſcriptæ. Peccatum contra ordinem rationalis naturæ, eſt peccatum originalis culpæ, & eius ſequela peccatum ueniale. Peccatum contra ordinem rationis, eſt peccatum actuale mortale, qnod eſt malum ſecundum ſe. Peccatum uerò contra ordinem legis ſcriptæ, eſt peccatum quod dicitur præuaricatio, quod eſt malum ex prohibitione. parte 3. quæſtione quinquageſimaoctana, membro octauo, articulo tertio, paragrapho 1. Et: Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia, differenter ſumitur. Hic ſumitur pro malitia pœnæ, quæ ex peccato mortali conſequitur: ibi uerò ſumitur pro malitia culpæ, non quæ neceſſariò præcedit peccatum in Spiritum ſanctum. Sed dicitur certa malitia, cum homo ſcienter peccat: eo modo quo dicitur peccare ex certa malitia, impugnando gratiam Spiritus ſancti, per quam ſit remiſsio peccatorum in Eccleſia. Dicitur ergo certa malitia, quia certitudo præcedit, reſpectu huius generis peccati; & ita differenter ſumitur ma-

licia

licia, cum dicitur quòd quis peccat ex certa malitia, & cum dicitur quòd peccans cadit in malitiam pœnæ. parte ſecunda, quæſtio.102. membro tertio, articulo tertio. Item: Peccatum aliud mortale, aliud ueniale, accipitur iuxta illam definitionem: Peccatum eſt auerſio indebita ad mutabile bonum. uel potius ad illam, quæ ponitur: Peccatum eſt meritum pœnæ. Nam ſecundum quod conuerſio eſt indebita ad mutabile bonum, poteſt eſſe dupliciter. Aut ſub Deo: & ſic eſt ueniale. Aut præferendo Deo, ſiue contra Deum: & ſic eſt mortale. In quantum autem mortale, dicit reatum pœnæ æternæ: ueniale uerò, reatum pœnæ non æternæ, quantum eſt de ſe. Secundum hoc conuenit ipſam accipi iuxta iſtam, Peccatum eſt meritum pœnæ, quæ non ſuppoſita eſt, eo quòd non inuenitur à ſanctis, ſed eſt magiſtralis. Ibidem quæſtione 123. membro ſecundo.

Innocentius ait: Peccatum diſtinguitur in originale, ueniale & mortale. Hi ſunt, ſerpens, mulier & uir. Serpens, id eſt concupiſcentia, ſuggerit originaliter. Mulier, id eſt ſenſualitas, comedit uenialiter. Vir, id eſt ratio, conſentit mortaliter. Serm. in die cinerum. Et: Duo genera peccatorum: quorum quidam de ſua deſperant miſeria, dicentes miſerabiliter cum Cain: Maior eſt iniquitas, &c. Et eorum quia deſperabilis eſt infirmitas, ipſorum quoque ſanitas deſperatur. Sermo. tertio in dedicat. templi. Item: Nouem peccatorum diuerſitates. Originale peccatum, mortale, ueniale: item peccatum cogitationis, locutionis, operis: rurſus peccatum fragilitatis, ſimplicitatis, malignitatis. Pſalmo primo pœnitent. Item: Caue ne peccatum facias in occulto: magis autem, ne facias in aperto. Quia peccatum ſecretum obeſt tantummodo facienti: manifeſtum uerò & facienti obeſt & imitanti. Super pſalmum tertium pœnitent. Et: Peccatum duplex: originale & actuale. Originale, quod abſque conſenſu contrahitur: actuale, quod committitur cum conſenſu. Originale igitur, quod ſine conſenſu contrahitur, ſine conſenſu per uim remittitur Sacramenti. Actuale, quod cum conſenſu contrahitur, ſine conſenſu minimè relaxatur. libro ſecundo de contemptu mundi, capite quadrageſimoprimo. Item: Culparum aliæ ſunt originales, quæ contrahuntur: & aliæ actuales, quæ committuntur. De originalibus ait: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. Et de actualibus addit: Quorum tecta ſunt peccata. Cæterùm actuales culpas diſtinguit in peccata cogitationum, locutionum & actionum. De peccatis cogitationum præmittit: Quorum tecta ſunt peccata. De peccatis actionum ſubiungit: Beatus uir cui non imputabit Dominus peccatum. De peccatis locutionum annectit: Nec eſt in ore eius dolus. Poteſt & aliter diſtingui in iſta, ut per ea intelligantur tria peccata: originale, ueniale, mortale. De originalibus ait: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. De uenialibus addit: Et quorum tecta ſunt peccata. De mortalibus: Beatus uir cui non imputabit Dominus peccatum. De originalibus dicit, quòd remittuntur: de uenialibus, quòd teguntur: de mortalibus, quòd non imputantur beato uiro. Originale namque peccatum & appellatur iniquitas, ut iniquitatis uocabulum priuatiuum ſit æquitatis. Æquitas autem eſt, ut filius non portet iniquitatem patris, nec pater iniquitatem filij: ſed anima quæ peccauerit, ipſa moriatur. Originale uerò peccatum filij non committunt, ſed contrahunt à parentibus, & tamen damnantur pro illis, ut dicere ualeant: Patres noſtri comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: Hieremiæ trigeſimoprimo. Et quia præter huiuſmodi æquitatem originale peccatum punitur, uериſimiliter iniquitas appellatur, quamuis ex alia cauſa iuſta ſit eius pœna. Tunc autem originale peccatum eſt intenſum in homine, cum & ſecundum reatum, & ſecundum actum exiſtit in illo, ut reatus ad labem, & actus ad fomitem referatur. Verùm in baptiſato labes mundatur, ſed fomes relinquitur: quia tranſit reatus, & remanet actus. Et ideo remiſſum eſt poſt baptiſmum, quod ante baptiſmum erat intenſum, &c. Veniale uerò peccatum non ſolùm habetur cum uitijs, uerùm etiam cum uirtutibus exercetur: quia homo uirtutibus præditus ſæpe committit ueniale peccatum. Super ſecundũ Pſal. pœnitent.

Bonauentura ait: Peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia ſiue induſtria perpetratur. Quod alijs uerbis in Euangelio dicitur: Eſt peccatum in patrem, in filium, & in ſpiritum ſanctum. In patrem, cui tribuitur potentia, peccare dicitur, quando quis peccat ex infirmitate. In filium, cui attribuitur

ſapientia,

ſapientia, peccare dicitur, quando quis peccar ex ignorantia. In Spiritum ſanctum cui tribuitur bonitas, qui peccat ex induſtria ſiue ex certa malitia. Prima parte Breuiloquij, capite nigeſimoquinto. Et: Peccatum diuiditur in originale & actoale, ueniale & mortale, delictum & commiſſum. Et hæc ſumuntur diuiſiones penes cauſam formalem. Item, in peccatum cordis, oris & operis. Item, in peccatum ſuperbiæ ſiue inanis gloriæ, inuidiæ, iræ, acediæ, auaritiæ, gulæ, luxuriæ. In concupiſcentiam carnis, oculorum, & ſuperbiam uitæ. In peccatum cogitationis, delectationis, conſenſus operis & conſuetudinis. Et hæc ſumuntur penes cauſam materialem. Item, peccatum aliud ex infirmitate, aliud ex ignorantia, aliud ex certa malitia perpetratut. Item, peccatum aliud ex timore malè humiliante, alind ex amore malè accendente: & hæc penes conditiones peccantis. Item, peccatum aliud in Deum, aliud in ſe, aliud in proximum: & hæc ſumuntur penes circumſtantias eius in quem peccatur. In prima parte Breuiloquij, capite quarto, de peccato originali.

Thomas inqnir: Duplex eſt peccatum impediens ab ingreſſu regni cœleſtis, ſcilicet originale & actuale. Per paſsionem autem Chriſti liberati ſumus ab utroque peccato. De humilitate Chriſti capite decimooctauo. Et: Eſt peius peccare publicè quàm occultè: tum quia publicus peccator nidetur ex maiori contemptu peccare, tum etiam quia peccat cum ſcandalo aliorum. Tertia ſummæ, quæſtione octogeſimaquarta, articulo ſexto. Et: Peccata ſpiritualia ſunt maioris culpæ, qnàm carnalia. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi quodliber peccatum ſpirituale ſit maioris culpæ quolibet peccato carnali; ſed quia conſiderata hac ſola differentia ſpiritualitatis & carnalitatis, grauiora ſunt quàm cætera peccata, cæteris paribus. cuius triplex ratio poteſt aſſignari. Prima quidem ex parte ſubiecti. Nam peccata ſpiritualia pertinent ad ſpiritum, cuius eſt conuerti ad Deum, & ab eo auerti: peccata uerò carnalia conſummantur in delectatione carnalis appetitus, ad quem principaliter pertinet ad bonum corporale conuerti. Secunda ratio poteſt ſumi ex parte eius, in quem peccatur. Nam peccatum carnale, in quantum huiuſmodi, eſt in corpus proprium, quod eſt minus diligendum ſecundum ordinem charitatis quàm Deus & proximus, in quos peccatur per peccata ſpiritualia: & ideo peccata ſpiritualia, in quantum huiuſmodi, ſunt maioris culpæ. Tertia ratio poteſt ſumi ex parte motiui: quia quantò eſt grauius impulſiuum ad peccandum, tantò homo minus peccat. peccata autem carnalia habent uehementius impulſiuum, id eſt, ipſam concupiſcentiam carnis nobis innatam: & ideo peccata ſpiritualia, in quantum huiuſmodi, ſunt maioris culpæ. Prima ſecundæ, quæſtione ſeptuageſimatertia, articulo quinto. Et: Peccatum diuiditur in trias ſcilicet peccatum oris, cordis, operis. Conſummatio peccati eſt in opere. Sed prima inchoatio eius quaſi fundatio in corde: ſecundus autem gradus in ore, ſecundum quod homo prorumpir facilè ad manifeſtandum conceptum cordis: tertius autem gradus iam eſt in conſummatione operis. Ibidem quæſtione ſeptuageſimaſecunda, articulo ſeptimo. Et: In eadem ſpecie peccati inuenitur omiſsio & commiſsio. Ibidem articulo ſexto. Item: Duplex eſt genus peccati, ſcilicet delictum & omiſſum. De modo confitendi capite nigeſimooctauo. Et: Si non eſt alia ratio aduerſitatum præſentium, ut amici Iob opinabantur, neceſſe eſt maxima peccata eſſe, quæ maximis afflictionibus puniuntur. Peccatorum antem quædam ſunt commiſſa, qnæ contra præcepta legis negatiua fiunt: quædam omiſſa, quibus præcepta affirmatiua negliguntur. Committitur autem aliquid contra præceptum legis tripliciter. Vno modo, quia eſt in nocumentum proximi: ut furtum, homicidium, & huiuſmodi, quæ propriè iniquitates dicuntur, quia æquitati iuſtitiæ, quæ eſt ad alterum, contrariantur. Alio modo, ſecundum quod homo peccat in ſe ipſo per deordinationem ſui actus, ut apparet in peccatis præcipuè gulæ & luxuriæ: & hæc dicuntur peccata quaſi deordinationes quædam hominis. Tertio modo committitur aliquid directè contra Deum: ut blaſphemiæ, ſacrilegium, & huiuſmodi: & hæc propter ſui grauitatem ſcelera dicuntur. Super lib. Iob capite 13.

Albertus: Debitum aliud ex omiſſo, aliud ex commiſſo. Ex omiſſo quidem, quia quod debuimus facere omiſimus. Er hoc eſt tripliciter: omiſſum obedientiæ, conceſsi temporis, & omiſſum lucrum gratiæ conceſſæ, &c. Debitum commiſsi eſt, quod committendo nos debitores efficit, & hoc eſt peccatum tranſgreſsionis. Super Lucam capite undecimo.

Ægidius ait: Iuſtitia Dei, inquit, exigit, ut ſicut eſt duplex peccatum, origina-

le &

le & actuale: ita duplex ſit pœna, damni ſcilicet & ſenſus. Pœna autem damni reſpondet peccato originali: ſed pœna ſenſus, ut communiter ponitur, reſpondet actuali. Hæ aũt duæ pœnæ habent ſe quodammodo ad inuicem, ſicut ipſa peccata. Nam ſicut cõtingit aliquos ſolùm originale peccatum habere, qui nunquam actualiter peccarunt, aliqui uerò ſupra peccatum originale plura peccata actualia addiderunt: ſic aliqui punientur ſolùm pœna damni, aliqui uerò ſimul cum pœna damni experientur pœnam ſenſus. In tractatu de pec. orig. cap. 3.

De peccato omiſsionis & commiſsionis inquit Alexander: Peccatum omiſsionis & commiſsionis in diuerſis. quantum ad quantitatem peccati, ſe habent ut excedentia & exceſſa: quia aliquando eſt maius peccatum omiſsio quàm commiſsio, aliquando econuerſò. Si uerò fiat comparatio unius ad alterum in genere, maius malum eſt commiſsio quàm omiſsio. Nam arbor quæ fructum malum facit, plus nocet, quàm illa quæ nullum fructum facit. Commiſsio uerò eſt ſicut arbor quæ malum fructum facit: omiſsio autem, ſicut arbor quæ non facit fructum bonum. Vtraque autem excideretur, & in ignem proijcietur. Nihilominus tamen ad differentiam paruulorum non baptiſatorum, qui non faciunt fructum bonum, quia nullum faciunt, dicuntur omittentes facere fructum malum. Nam non facere, cum debet & poſsit, eſt fructus malus: ſed non ſic, ſicut facere malum directè, ad cuius contrarium tenetur. parte 2. quæſt. 130. memb. 6.

Bonauentura inquit: Commiſsio eſt tranſgreſsio legis diuinæ prohibẽtis, quantum ad præcepta negatiua. Poteſt autem aliquid committi contra naturam, & hoc dupliciter: ſcilicet contra naturam communem hominibus & brutis, ut quòd maſculus pro fœmina ſit, & hoc eſt peccatum Sodomiticum: aut contra naturam particularem, ut in natura angelica & humana, & hoc eſt naturale iudicatorium, dictans malum eſſe fugiendum. parte 1. Centiloquij, cap. 9.

Thomas ait: Sicut peccatum tranſgreſsionis opponitur præceptis negatiuis, quæ pertinent ad declinandum à malo: ita peccatum omiſsionis opponitur præceptis affirmatiuis, quæ pertinent ad faciendum bonum. Secunda ſecundæ, quæſt. 79. artic. 3.

Deus non eſt cauſa peccati. Thomas: Quamuis autem quoſdam peccatores Deus ad ſe non conuertat, ſed in peccatis ſecundum eorum merita relinquat: non tamen eos ad peccandum inducit. Homines enim peccant per hoc, quòd deuiant ab ipſo, qui eſt ultimus finis. Contra gentiles capite nono. Et: Non Deus præordinat ad peccandum homines reprobos, ſicut prædeſtinatos præordinat ad merendum. In ſumma de ueritate, materia 6. quæſtione 4. Item: Deus non eſt cauſa peccati. Relinquitur ergò, quòd nihil aliud ſit directè cauſa peccati humani, niſi uoluntas. Sic ergo manifeſtum eſt, quòd diabolus non ſit propriè cauſa peccati, ſed per modum perſuadentis tantùm. In diſputatis quæſtionibus de cauſa peccati, articul. 3.

Albertus: Attende quòd ruinæ eorum Chriſtus nec eſt cauſa per ſe, nec per accidens: nec etiam occaſio, quæ minor eſt quàm cauſa per accidens. Super Lucam capite 2.

Vnde. Alexander: Hæc corruptio, ſecundum quod dicit defectum culpabilem, non eſt à Deo: ſed ſecundum quod nominat defectum pœnalem ſiue pœnam, qua punitur anima, eſt à Deo: quia fundatur in aliquo ente, ut dictum eſt, ſcilicet in reſiſtentia iſtius uis ad bonum, & pronitate ad malum: & per hoc ponitur ens quoddam. parte 1. queſtione 18. membro 9. Item: A diabolo tanquam ſuggerente illud unde uenit excæcatio: à Deo autem eſt, ut eſt pœna iuſta, tanquam à iuſto puniente & permittente. Ibidem quæſtione 29. membro 4. Item: Attendendo genus peccati, attendendo circumſtantiam peccati, attendendo occaſionem peccati, attendẽdo genus, tam angelus quàm homo peccauit per ſubſtantiam, ſed differenter. Homo enim peccauit appetendo omnem ſcientiam Dei. Geneſis tertio: Eritis ſicut Dij, ſcientes bonum & malum. Sed angelus appetendo peccauit omnipotentiam. unde Eſaiæ decimoquarto: Aſcendam in cœlum, &c. In Deo enim ſunt duo: ſcilicet omnipotentia, & omniſcientia. Omnipotentiam autem ſuam nunquam uoluit communicare alicui creaturæ, quia ſecundum illam eſt principium: quia ergo angelus appetit eſſe principiũ, & ſimilis eſſe Deo in potentia, propter hoc appetijt id, ad quod nullo modo erat ordinatus: & propter hoc non habet excuſationem aliquam: & propter hoc peccatum eius eſt irremediabile. Scientiã autem omnem uult communicare creaturæ. Ad illam enim eſt homo ordinatus in gloria, ſed non ad potentiam omniũ. Vnde & Chriſtus, ſecundũ quod homo, nõ habuit omnipotentiam, ſed habuit omniſcientiam,

am. Quia ergo ſumma inordinatio eſt appetere illud, ad quod nulla creatura eſt ordinata: homo autem erat ordinatus ad ſcientiam quam appetebat: ideo peccatum hominis eſt remediabile, peccatum angeli non, quia illud appetijt quod erat proprium creatoris. parte 3. quæſtion. 1. memb. 2. Et: Inuidia fuit cauſa caſus diaboli, & mouens ipſum ad tentandum hominem, cuius felicitati inuidebat, ut per peccatum demereretur humana natura aſſumptionem & unibilitatem ad Deum. ex quo patet, quòd lucifer intellexit unionem humanæ naturæ ad Deum, non exiſtente lapſu humanæ naturæ: & ipſum lapſum intellexit ut impeditiuum unionis, propter quod procurauit lapſum. Ibidem quæſtio. 3. membr. 13. Et: Licet diabolus fuerit inuentor mali, tamen non dicitur per ſe cauſa mali niſi in ipſo, ſed non dicitur cauſa mali in alio, ſed occaſionaliter. In hoc enim quòd homo uel angelus concordat primo peccato, in hoc dicitur eſſe cauſa peccati. Quod autem dicitur, Inter apoſtaſiam primi peccati & ultimam pœnam ignis gehennæ, media ſunt peccata & pœnæ peccatorum: & ſic uidetur, quòd prima apoſtaſia ſit cauſa omnis peccati. Reſpondendum eſt, quòd prima apoſtaſia dicitur illa, qua primus parens apoſtauit à Deo, ſecundum illud Sapien. 10. Initium ſuperbiæ hominis apoſtatare à Deo, quum ab eo qui fecit illum receſsit cor eius. Illa autem apoſtaſia dicitur eſſe cauſa omnis peccati per ſe, uel per inclinationem. Apoſtaſia uerò diaboli dicitur cauſa omnis peccati per conſenſum uel ſuaſionem. parte 2. quæſt. 109. membr. 6. Item: Diabolus dicitur caput malorum propter duplicem proprietatẽ capitis. Prima proprietas, quòd caput primum eſt & ſupremum in corpore, unde eſt quaſi initium corporis: ſic diabolus fuit initium malitiæ, cum primò peccauit per ſuperbiam. & ideo dicitur Eſa. Secundum quod malum inuentum fuit à diabolo. An enim ſuperbia diaboli nullum fuit peccatum? Sed tamen ſi poſt illam malitiam non eſſent ſecutæ malitiæ hominum per ſuggeſtionem, uel aliorum dæmonum per conſenſum, non ad hoc diceretur caput: nec propter hoc Adam dicitur caput malorũ. Non enim fuit primus malus, ſed primus inter homines malos. Secunda proprietas eſt, quia quodammodo fluxit in membra per ſuggeſtionem. Ibidem. Et: Nec ratione ſuggeſtionis, nec conſenſus, dicatur eſſe caput malorum hominum. In paruulis enim, in quibus eſt peccatum originale, ſolùm eſt ratio membri ad caput, cum ſint filij iræ: nec tamen ibi eſt ſuggeſtio ex parte ipſius diaboli, uel conſenſus ex parte paruuli. propter quod uidetur uniuerſaliter dicendum, quòd ratio capitis ad membra uidetur eſſe per ſuggeſtionem propinquam uel remotam, & conſenſum quidem in ipſis uel in parentibus. Paruuli ergo licet non recipiant ſuggeſtionem, uel conſentiant: ſuggeſtio tamen facta eſt primis parentibus, & conſenſus ſecutus eſt in eis, ex quibus facta eſt quædam conuenientia conſequenter ipſorum paruulorum in deformitate peccati, ad ipſum diabolum, qui eſt origo peccati. Ibidem. Itẽ Homo peccauit diabolo ſuggerente, & ex hoc una ratio eſt propter quã eius peccatum eſſet remediabile. Vnde non propter ſe introduxit Scriptura peccatum tentationis diaboli. Decurſus enim ſacræ ſcripturæ eſt ad oſtendendam totam ſeriem, ſecundum quam genus humanum per Chriſtum eſt liberatum, & ad dignitatem reſtitutum. Quod autem agitur de peccato diaboli, hoc non eſt niſi ex quadam antitheſi, uel ut oſtendatur eius peccatũ fuiſſe occaſio peccati hominis. Ibidem quęſt. 119 memb. 1.

Bonauẽtura ait: Diabolus ſemel habuit uxorem, & ex ea habuit ſeptem filias, eo maritauit eas. Superbiam dedit mulieribus, quæ totum ſtudium ſuum ponunt in uanitate, & in ſpeculo, pectine, crinibus, & ornatu capitum. Vſuram dedit burgenſibus. Rapinam dedit militibus & raptoribus & magnatibus: Simoniam clericis & prælatis, Hypocriſin religioſis, Luxuriam uniuerſis. In 3. dieta cap. 18.

Thomas ait: Dicendum quòd diabolus humani peccati cauſa eſſe poteſt per modum diſponentis uel perſuadentis interius aut exterius: aut etiam per modum præcipientis, ut apparet in his qui ſe manifeſtè diabolo ſubdiderunt. Sed per modum perficientis cauſa peccati eſſe non poteſt. De cauſa peccati artic. 3. Item: Diabolus eſt cauſa omnium peccatorum noſtrorum, quia ipſe inſtigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato conſecuta eſt in toto humano genere quædam pronitas ad omnia peccata. ibidem artic. 5. Item: Si Adam non peccaſſet, nõ generaret ex ſe filios gehennæ, ita ſcilicet quòd ab ipſo peccatum contraherent, quod eſt cauſa gehennæ. Poſſent tamen fieri filij gehennæ per liberum arbitrium peccando. Vel ſi filij gehennæ non fierent per peccatum, hoc non eſſet per hoc, quia eſſent in iuſtitia confirmati: ſed propter diuinam prouidentiam. per quam à peccato conſeruarentur immunes. Prima ſummæ

quæſt.

quæſt. 100. artic. 2. Et: Offenſa peccati mortalis procedit ex hoc, quia uoluntas hominis eſt auerſa à Deo per conuerſionem ad aliquod bonum commutabile. Tertia ſummæ, quæſt. 46. artic. 2. Item: Commixtio ſexus, quæ ſine libidine eſſe non poteſt poſt peccatum primi hominis, tranſmittit peccatum originale in prolem. In compend. Theologico tractatu 2. cap. 40. Item: Cauſa alicuius poteſt dici aliquid dupliciter: uno modo directè, alio modo indirectè. Indirectè quidem, ſicut quum aliquod agẽs cauſam aliquam uel diſpoſitionem ad aliquem effectum, dicitur eſſe occaſionaliter & indirectè cauſa illius effectus: ſicut ſi dicatur, quòd ille, ſi ſiccat ligna, eſt cauſa combuſtionis eorum. Et hoc modo dicendum eſt, quòd diabolus eſt cauſa omnium peccatorum noſtrorum: quia inſtigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato conſecuta eſt in toto genere humano quædam pronitas ad omnia peccata. Directè autem dicitur aliquid eſſe cauſa alicuius, quod operatur directè ad aliud. Et hoc modo diabolus non eſt cauſa omnis peccati. Non enim omnia peccata committuntur diabolo inſtigante, ſed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione. Quia (ut Orig. dicit) etiamſi diabolus non eſſet, homines haberent appetitum ciborum & uenereorum, & huiuſmodi, circa quæ multa inordinatio contingit, niſi per rationem talis appetitus refrenetur, & maximè ſuppoſita corruptione naturæ. Sic ergo non eſt neceſſarium, omnia peccata ex inſtinctu diaboli prouenire. Si quæ tamen ex inſtinctu eius proueniunt, ad ea complenda eo blandimento decipiuntur homines nunc, quo primi parentes, ut Iſidorus dicit. Prima ſummæ, quæſt. 114. articulo 3. Et: Occaſionaliter quidem & indirectè diabolus eſt cauſa omnium peccatorum noſtrorum, in quantum induxit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato in tantum uitiata eſt humana natura, ut omnes ad peccatum procliues ſimus. Directè autem non eſt cauſa omnium peccatorum humanorum, ita quòd ſingula peccata perſuadeat. prima ſecundæ, quæſtione 80. articulo 4. Item: Voluntas ſine adhibitione regulæ rationis uel legis diuinæ eſt cauſa peccati. Ibidem quæſtione 75. articulo 1. Et: Cauſa interior peccati eſt & uoluntas, ut perficiens actum peccati: & ratio, quantum ad carentiam debitæ regulæ: & appetitus ſenſitiuus inclinans. Ibidem articulo 3. Item: Sapient. 11. dicitur: Nihil odiſti eorum quæ feciſti, &c. Odit autem Deus peccatum, ſecundum illud Sapient. 14. Odio eſt Deo impius, &c. Ergo Deus non eſt cauſa peccati. Ibidem quæſtione 79. articulo 1. Item: Homo dupliciter eſt cauſa peccati uel ſui, uel alterius. Vno modo directè, inclinando ſcilicet uoluntatem ſuam uel alterius ad peccandum. Alio modo indirectè, dum ſcilicet non retrahit aliquos à peccato. Deus autem non poteſt eſſe directè cauſa peccati, uel ſui, uel alterius: quia omne peccatum eſt per receſſum ab ordine, qui eſt in Deum ſicut in finem. Deus autem omnia inclinat & conuertit in ſeipſum, ſicut in ultimum finem. Vnde impoſsibile eſt, quòd ſit ſibi uel alijs cauſa diſcedendi ab ordine, qui eſt in ipſum. Vnde non poteſt directè eſſe cauſa peccati. Similiter etiam neque indirectè. Contingit enim, quòd Deus aliquibus non præbet auxilium ad euitandum peccata: quod ſi præberet, non peccarent. Sed hoc totum facit ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ & iuſticiæ, cum ipſe ſit ſapientia & iuſticia. Vnde non imputatur ei quòd alius peccet, ſicut cauſæ peccati. Ibidem. Item: Corruptio infuſa eſt per primos parentes humano generi. Idem de Sacramento altaris capite 1. Et: Diabolus, qui iam peccauerat, uidens hominem taliter inſtitutum, ut ad perpetuam felicitatem peruenire poſſet, à qua ipſe deciderat, & nihilominus poſſet peccare, aggrediens hominem ex parte debiliori, tentans fœminam, in qua minus uigebat ſapientiæ donum uel lumen, &c. In compend. Theolog. tract. 2. cap. 5.

Albertus: Omnis peruerſitas hominis oritur ex hoc, quòd caro præit & imperat ſpiritui. Nititur ergo diabolus, quòd ſpiritus non ſit ductor operum & actor, ſed carnalis concupiſcentia, & hoc ſub prætextu neceſsitatis, ut minus aduertatur. In Matthæum cap. 4.

Ægidius: Quia de peccato dicimus quantum ad factionem. Nam non faciendo, peccatum facimus. Habet enim peccatum non cauſam efficientem, ſed deficientem. lib. 1. Hexamer. cap. 3. Et hanc ſuam Ægidius ſententiam probat ex 12. lib. Auguſt. de Ciuitate Dei, cap. 7. poſtea ſubijcit ſimile, quo declarat, quomodo peccatum non ſit efficiens, ſed deficiens. Deinde uerò definit peccatum, quòd ſit actio deficiens à regulis rationis uel diuinis. Verba hæc ſunt: Vt defuit homini actio à regulis rationis uel à regulis diuinis, ideo eſt obliqua & mala & peccatum, Ibidem. Et: Homo uel diabolus fuit ſecundum operans. Sed uterque ſecundus

operans fuit malus. Ideo opus ſecundæ diei non dicitur eſſe bonum: non quia in ſe non bonum eſſet, ſed quia poterat eſſe ſignum & figura ſecundi operantis, ſcilicet diaboli uel hominis, qui uterq; malum eſt operatus. libro 2. Hexam. cap.22. Et: Innocentibus & paruulis, liberi arbitrij uſum non habentibus, protoplaſtorum noxa imputatur ad culpam. Erit'ne peccatũ aliquod nõ uoluntariũ, cum per ſanctos tuos Spiritu ſancto inſpiratos hãc ſententiam protuleris, omne peccatum adeò uoluntarium eſſe, quòd ſi uoluntarium non exiſtat, peccati rationem amittat? Iſti namque paruulo ſi per originem, quam uitare non potuit, originale peccatum imputatur ad noxam, non'ne fateri cogimur, eſſe peccatum aliquod, quod non uoluntate, ſed neceſsitate contrahitur? In tractatu de peccato originali cap.1. Et: Ante peccatum & poſt naſcebãtur fructus: ſed prius non naſcebantur homini ad laborem, ſed pòſt ſic. libro 2. Hexam. capite 28.

Materialis. Alexander: Cauſa enim materialis, in qua eſt peccatum, eſt ipſa concupiſcentia, & propter hoc dicitur prima ſuperfluitas concupiſcentiæ. Cum enim concupiſcit homo quod concupiſcendum eſt, modus eſt concupiſcentiæ. Cum autem concupiſcit homo quod non concupiſcendum eſt, ſuperfluitas eſt concupiſcentiæ. Hæc autem concupiſcentia eſt appetitus generalis. parte 2. quæſtio. 108. memb.1. artic.1.

Subiectum peccati. Thomas dicit non ſolum uoluntatem eſſe ſubiectum peccati, ſed omnes illas potentias, quæ poſſunt moueri ad ſuos actus, uel ab eis reprimi per uoluntatem. Prima ſecundæ, quæſtione 74. articulo 2. Et: Peccatum poteſt inueniri in qualibet potentia, cuius actus poteſt eſſe uoluntarius & inordinatus, in quo conſiſtit ratio peccati. Manifeſtum eſt autem, quòd actus ſenſualitatis poteſt eſſe uoluntarius, in quantum ſenſualitas, id eſt appetitus ſenſitiuus, nata eſt uoluntate moueri. Vnde relinquitur, quòd in ſenſualitate poſsit eſſe peccatum. Ibidem artic.3. Item: Ab anima origo peccati proceſsit, & ea eſt ſubiectum peccati. In compendio Theologico tractatu 2. cap.20.

Formalis. Alexander: Secunda uerò definitio data eſt ſecundum cauſam formalem. Quid enim eſt iuſticia, niſi rectitudo uoluntatis à principio uſque in finem? Defectus autem iſtius formæ ſiue carentia nihil aliud eſt quàm peccatum. Reſtat ergo, quòd ex parte cauſæ formalis hæc definitio ſumitur: non quia peccatum habeat cauſam formalem, ſed defectum formæ. parte 2. quæſtione 108. memb.1. articulo 1.

Thomas inquit: Sciendum eſt etiam, hominem tripliciter peccare. Sunt enim quędam peccata, quibus peccatur in proximum: ſicut homicidia, adulteria, furta, & alia huiuſmodi. Quædam quibus peccatur in Deum: ſicut periurium, ſacrilegium, blaſphemia, & ſimilia. Quædam quibus unuſquiſq; in ſeipſum peccat, ſecundum illud Pauli: Qui fornicatur, in corpus ſuum peccat. In proximum autem quis peccat dupliciter: occultè per dolum, & manifeſtè per uim. Super Iob capite 1. Et: Tunc homo ſufficienter Deo reſpondet, quando in eo nihil inuenitur, quod iuſtè à Deo reprehendi poſsit: quod nulli hominum in hac uita contingit, ſecundum illud: Quis poteſt dicere, cor mundum, &c. Ibidem capite 9. Item: Omnia peccata conueniunt in auerſione à Deo, licet ad inuicem differant ſecundum conuerſionem ad diuerſa commutabilia bona. Tertia ſummæ, quæſt.8. artic.7.

Motus peccati. Albertus: Cogitatio effectiua ſiue operatiua, ſiue practica Græco nomine, meo iudicio primus motus eſt ad peccatũ: ſed minima differẽtia eſt peccati, ita etiã quòd deletur per auerſionem ab illicito concepto, & tunc dicitur conteri caput ſerpentis. ſecundus motus eſt delectatio, tertius conſenſus uel diſsimulatio rationis, & quartus uoluntas perficiendi, & quintus impetus ad opus. Super Matth. cap.4.

Bonauentura ait: Quinque modis poteſt homo facere peccatum. Primò, quando peccatum perpetrat: ſecundò, quando ad peccandum alios inuitat: tertiò, quando peccantem defenſat: quartò, quando peccantem acceptat: quintò, quando peccantem diſsimulat, nec arguit, nec punit: & hoc eſt maximum periculum, quando quis aliquem caſtigare negligit. Serm. de decem præceptis.

Quomodo peccetur. Innocentius: Tribus modis peccamus: ſcilicet corde cogitando, ore loquendo, & opere perpetrando. lib.2. myſt. Miſſæ, cap.13.

Modi delinquendi. Innocentius: Mortalitas humana ſeptem modis delinquit: in corde, ore, in opere, per ignorantiam & impotentiam, per negligentiam & inuidentiam. Videlicet peccatum cogitationis in corde, peccatum locutionis in ore, peccatum executionis in opere, delictum ſimplicitatis per ignorantiam, delictum fragilitatis per impotentiam, delictum

ſecuri-

ſecuritatis per negligentiam, & delictum malignitatis per inuidentiam. Serm. in feſto Mariæ Magdal.

Tripliciter peccatur: ex infirmitate, ex ignorantia, & induſtria. Maius autem peccatum eſt ex induſtria, cum ſcienter quis peccat. Tale autem fuit peccatum Adæ. Sciuit ſibi eſſe præceptum de non comedendo, & tamē comedit. Ergo maius fuit eius peccatum. Alexander de Ales quæſt. 120. memb. 4. §. 1.

In peccato duo ait eſſe Alexander: In peccato ſunt duo: ſcilicet auerſio ab immutabili bono, & conuerſio ad commutabile. Ratione cōuerſionis inflicta eſt concupiſcentia, quia illa ſolùm inclinat ad bona cōmutabilia. parte 1. quęſt. 19. memb. 7.

Thomas ait: In peccatore ſunt duo conſideranda: ſcilicet natura, quam Deus diligit: & culpa, quam odit. Secunda ſecundæ, quæſt. 164. artic. 1.

Quę in peccato. Albertus: Quatuor ſunt in peccato, quæ ſolus Deus dimittit. Tenebras quidem, quas incurrit homo per auerſionem ab incommutabili bono. 2. Culpa, quæ eſt crimen, quam committit contra gratiam beneficij. 3. Maculā, quam incidit in læſione & diminutione naturalis boni. 4. Reatum, quæ eſt obligatio ad pœnam æternam. Super Lucam cap. 5.

Ægidius: In peccato quatuor eſt conſiderare: uidelicet pœnam peccato debitam, ipſum peccatum commiſſum, & Deum qui offenditur pro peccato. Omnibus his declaratis uicijs, patet decens eſſe pro peccato temporali debere infligi pœna æterna. Prima uia ſumitur ex parte pœnarum inflictarum pro peccatis. In tractatu de inferno capite 15. Item: Sunt ergo in peccato duo: auerſio ab incōmutabili bono, & conuerſio ad commutabile bonum. Ex parte autem auerſionis, peccatum eſt infinitum, quia auertit ſe ab incommutabili & infinito bono: ſed ratione conuerſionis eſt finitum, quia conuertit ſe ad finitum bonum. Cum ergo peccamus in infinitum, ſi ſcilicet menſura delicti & peccati debet eſſe menſura pœnę: oportet hác menſuram eſſe finitam & infinitam. Ibid.

De grauitate peccatorum. Thomas: Secundum diuerſitatem obiectorum attenditur diuerſitas grauitatis in peccatis. Peccatum quod eſt circa ipſam ſubſtantiam hominis, ſicut homicidium, eſt grauius peccato quod eſt circa res exteriores, ſicut furtum. Et adhuc eſt grauius peccatum, quod immediatè contra Deum committitur: ſicut infidelitas, blaſphemia, & huiuſmodi. Et in ordine quorumlibet horum peccatorum, unum peccatum eſt grauius altero, ſecundum quod eſt circa aliquid principalitatis, uel minus principale. prima ſecundæ, quæſtione 73. artic. 3. Item: Grauitas peccati dupliciter poteſt conſiderari: uno modo ſecundum ſuam ſpeciem, alio modo ſecundū circumſtantias. Cum quæritur in communi de duobus peccatis, quod ſit grauius, intelligenda eſt quæſtio de grauitate quæ attenditur ſecundum genus peccati. Genus autem ſeu ſpecies peccati attenditur ex obiecto, & ideo illud peccatum, quod maiori bono contrariatur, ex ſuo genere eſt grauius, ſicut peccatum in Deum, quàm in proximum. Manifeſtum eſt autem, quòd infidelitas eſt peccatum cōtra ipſum Deum, ſecundum quod in ſe eſt ueritas prima, cui fides innititur. Schiſma autem eſt contra unitatem Eccleſiæ, quæ eſt quoddam bonum participatū, & minus quàm ſit ipſe Deus. Vnde manifeſtum eſt, quòd peccatum infidelitatis ex ſuo genere eſt grauius, quàm peccatum ſchiſmatis. Secunda ſecundæ, quæſt. 39. artic. 2.

Albertus: Quatuor peccati aggrauationes, conſenſus, operis, conſuetudinis, & blandimenti, quo peccator fouetur in peccatis, quæ ſunt mors animæ. Super Iohan. capite 11.

De neceſsitate peccandi inquit Alexander: Neceſsitatem peccandi dupliciter poteſt intelligi aliquis habere: aut quia neceſſe habet in peccatum cadere, aut quia neceſſe habet in peccato permanere. Primo quidem modo reperitur neceſsitas in ſtatu naturæ humanæ poſt lapſum, ſed ſecundo modo in ſtatu ruinæ angelicæ. Si quia ergo recto intellectu uelit arguere, ex hoc non habebit, quòd Adam, ſi obediuiſſet, neceſsitatem habuiſſet permanēdi in iuſticia, ſicut habent angeli, qui non poſſunt labi: ſed quòd ſtatu illo manente, neceſſe eſſet ipſum in aliquod opus bonum & laudabile exire. parte 2. quæſtione 95. memb. 1. artic. 3.

De permiſsione Dei ait Albertus: Quando permittit Deus aliquod malum fieri, nunquam uoluntas Dei eſt de malo quod fit, ſed potius de bono, quod inde ordiatur: ſicut quando permittit martyres occidi, non uoluit occiſionem actiuam, ſed uoluit patientiam martyrum, & conſtantiæ fidei relinquere exemplum. Super Matth. capite 5.

De peccato contra conſcientiam inquit Alexander: Qui agit contra conſcientiam, ædificat ad gehennā. tomo 2. qu. 137. art. 2.

De natura peccati ait Bonauētura: Peccatum eſt ſicut putredo in pomo. Sicut enim putredo aufert pomo decorem, co-

m a lorem,

lorem,odorem,ſaporem: ſic peccatum au fert animæ decorem uitæ,odorem famæ, ualorem gratiæ,& ſaporem gloriæ. 2,Peccatum eſt ſicut uulnus in corpore humano. Nam recenter uulneratus permittit ſe tangi,& uulnus premi & inueſtigari. Sed poſt tertium diem non ſine magno dolore tãgitur in uulnere. Sic peccatum in ſua recẽtia citò cũratur, & poſt tertium diem eſt grauiſsimus dolor uulnerum. 3,Peccatum eſt ſicut falſitas in panno. Nam ſicut mercator de falſo panno non oſtẽdit emptori mediũ neq; finem,ſed caput:ſic diabolus, qui eſt mercator peccati, oſtendit fatuo peccatori ſolum caput panni, id eſt, delectationem culpę:non medium,id eſt, non remorſum conſciẽtiæ: uel finem,hoc eſt pœnam gehennæ,&c. 4,Peccatum eſt ſicut taberna diaboli, in qua uẽdit uinum uoluptatis in mundo pro precio animæ. Et ſicut tabernarius ponit tres taxillos in taberna,quibus occupantur ubaldi:ſic diabolus in taberna peccati ponit pro ubaldis, hoc eſt, pro amatoribus uoluptatum tres taxillos, id eſt tres concupiſcentias mundanas. 5,Peccatum eſt ſicut ludus aleatoris,qui uulgò dicitur ludus corugiæ. Nã ſicut ille falſus aleator, id eſt corugeator, permittit illos homines in principio aliquid lucrari, finaliter aufert & recuperat totum quod amiſerat, & cum hoc lucratur ab eis quicquid habẽt,etiam quandoq; ueſtes: ſic diabolus tanquam falſus aleator permittit peccatorẽ in aliquo tempore proſperari,ſed finaliter aufert animã & corpus, gratiam & gloriam, & temporalem ſubſtantiam. 6,Peccatum eſt ſicut rete & ſicut uirga inuiſcata. Nam ſicut piſcis in retibus ſe agitando plus innoluit,& auis plus ambulans per uirgam inuiſcatã, fortius ſe capit: ſic peccator magis elongatur à Deo,& ſtrictius illaqueatur à diabolo. 7,Peccatum eſt ſicut uinculũ, quo ducitur porcus ad macellum,& bos ad uictimam, & quo ligatur falco ad perticam,& ſimia ad truncum.Sicut enim carnifex ducens porcum, non ſtringit nimis pedem eius, ne clamet: ſic diabolus non ſtringit nimis peccatorem per temporalem aduerſitatem, ne clamet per confeſsionem & orationem, ut ſic ducat eum libentius ad macellum infernale.De dieta 1.cap.2.

De fine & effectu peccati inquit Innocentius: Tres offendit peccatum: Deum, noſipſos,& proximum. Ser.2.de martyribus. Item:Peccata nos debitores pœnæ conſtituunt.Tria ergo ſunt debita quę petimus nobis dimitti: uidelicet peccatum in Deum,peccatum in proximum,& peccatum in noſipſos.lib.5.myſt.Miſſæ,ca.23.

Bonauentura ait: Peccatum ſpecialiter & propriè propter tria eſt uitandũ. 1,quia eſt deformitas,quã Deus deteſtatur ſummè. Nam Deus propter peccatum ſemel ferè diſsipauit omnia opera ſua,ſcilicet totum mundum per diluuium,Gen.7. 2,Iniquitas, quam dæmon amplexatur: quia diabolus in procurando peccatum nunquam fatigatur. 3,Infirmitas,qua mũdus diſsipatur. Eſt enim peccatum febris tertiana propter triplicem concupiſcentiam, ſcilicet diuitiarum, delitiarum & honorum.unde dicitur 1.Iohan.1. Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia uitæ. In tractatu de dieta uitæ. Item: Deus non ſolum peccatum,ſed uaſa peccati,id eſt creaturas rationales,ſcilicet animas ad imaginem ſuam factas, & redemptas ſuo precioſo ſanguine,in odium peccati proijcit in oceano infernali. Ibid. Et: Sicut febris continua aufert uitam corporalem, ſic peccati infirmitas aufert uitam non tantùm temporalem, ſed & aliquando ſpiritualem: quia confert mortem infernalem uel æternalem. Podagra pedum eſt propter peccatum accidiæ,paraliſis manuum propter peccatum inuidiæ uel immiſericordiæ, hydropiſis eſt propter peccatum auariciæ, dolor uiſcerum uel torſiones propter peccatum iracundiæ,ſquirantia propter peccatum gulæ,lepra propter peccatum luxuriæ.Ibid.

Thomas ait: Omnia peccata mortalia habent in hoc conuenientiam quandam, quòd pro eorum quolibet homo ſeparatur à Deo. Vnde gratia quæ Deo hominem coniungit, ab omni peccato mortali liberat,non autem ab omni ueniali: quia uenialia à Deo non ſeparantur. In ſumma de ueritate,materia 12. Item: Peccatores, qui ſunt auerſi à uoluntate diuinæ bonitatis, diſcordant in pluribus ab his quæ Deus uult,eaq; improbantes,& nulla ratione aſſentientes.Ibidem. Et:Homo per peccatum decidit à ratione dignitatis,& contra rationem agens,irrationabilibus comparatur.Super Iob.capite 40. Item: Iniqua uita eſt cauſa damnationis. Super Apocal. capite 16. Et: Peccatum animam uulnerat,maximè peccatum nequitiæ & maliciæ.Ibidem. Et: Hoc habet ordo iuſticiæ,ut pro peccato pœna infligatur. opuſcul.2. contra Græcos, cap.7. Et:Per peccatum originale totum genus humanum inficitur.Tertia parte ſummæ, quæſtione 1.artic.4.. Et: Conſecuti ſunt in homine per conſequens (poſt lapſum) multi alij defectus. Abundantibus enim in appetitu inferiori inordinatis motibus

paſsionum, ſimul etiam in ratione deficiente lumine ſapientiæ, quo diuinitùs illuſtrabatur uolũtas, dum erat Deo ſubiecta, per conſequens effectum ſuum rebus ſenſibilibus ſubdidit, in quibus aberrans à Deo multipliciter peccauit,& ulterius im mundis ſpiritibus ſeſe ſubdidit, per quos credidit in huiuſmodi rebus agendis acquirendis ſibi auxilium præſtari. Et ſic in humano genere idololatria, & diuerſa peccatorum genera proceſſerunt: & quò magis homo in his corruptus fuit, eò amplius à cognitione & deſiderio bonorum ſpiritualium & diuinorũ receſsit. In compend. Theolog. tractat.2.cap.10. Et: Primus parens ſuo peccato infecit naturam. Ibid.cap.12. Item: Quòd per actum ſingularem primi hominis tota natura eſt uiciata, per accidens eſt conſecutũ, in quantum eo priuato innocentiæ ſtatu, per ipſum in alios deriuari non potuit. Ibidem cap.14. Item: Per peccatum primi parentis perditio in totum genus humanum deuenit. In compend. Theol. tract.2.cap.42. Item: Poſt peccatũ propter corruptionem nullus euadit concupiſcentiã, præter Chriſtum & uirginem glorioſam. Et quando concupiſcẽtia adeſt, adeſt uel cum ueniali, uel cum mortali, quando ſcilicet dominatur in corde. Rom.6. Non regnet peccatum,&c.& non dixit, Non ſit: quia ſicut ipſe dicit: Scio quòd nõ habitat in me,&c. Regnat autem peccatum in carne, quamprimùm regnat in corde concupiſcentia conſentiẽdo. Et ideo ſubdit Apoſtolus, Vt ſcilicet obediatis concupiſcentijs carnis. 2, quando dominatur in ore conceptum exprimendo. Matth.12. Ex abũdantia cordis,&c.3, quãdo egreditur in opere membris concupiſcentię ſeruiendo. Roman.6. Sicut exhibuiſtis mẽbra,&c. Iſti ergo ſunt gradus concupiſcẽtię. De pręceptis duob. charitatis cap.29. Item: In peccato ſunt duo: ſcilicet culpa, qua offenditur Deus: & pœna, quæ debetur pro culpa. In expoſit. orat. Dominicæ cap.9. Et: Quia peccata contingunt ex hoc, quòd actiones deficiunt à recto ordine ad finem: ad finem autem ordinatur homo non ſolùm per naturalia auxilia, ſed per gratuita: neceſſe eſt, quòd peccata hominum non ſolùm naturalibus auxilijs, ſed & gratuitis cõtrarientur. Contraria autem ſe inuicem expellunt. Vnde ſicut per peccatum huiuſmodi gratuita auxilia ab homine tolluntur, ita per gratuita dona homini remittuntur. Alioquin malitia hominis in peccãdo plus poſſet, dum remouet gratiam diuinam, quàm diuina bonitas ad remouendũ peccata per gratiæ dona. Item: Deus rebus prouidet ſecundum earum modum. Hic autem eſt modus mutabilium rerum, ut in eis contraria alternari poſsint, ſicut generatio & corruptio in materia corporali, & album & nigrum in corpore colorato. Homo autem eſt mutabilis ſecundum uoluntatem, quamdiu in hac uita uiuit. Sic igitur diuinitùs gratuita dona homini dãtur, ut ea poſsit per peccatum amittere: & ſic peccâta perpetrat, ut ea per gratuita dona remitti poſsint. Porrò in his quæ contra naturam aguntur, poſsibile & impoſſibile attenditur ſecundum potentiam diuinam, non ſecundum potentiam naturalem. Quòd enim cæcus illuminari poſsit, uel mortuus reſurgere, non eſt naturalis potentiæ, ſed diuinę. Dona autem gratuita ſunt ſupernaturalia. Quòd igitur ea aliquis conſequi poſsit, ad diuinam potentiam pertinet. Dicere igitur, quòd aliquis poſt peccatũ gratuita dona conſequi non poſsit, eſt diuinæ potentiæ derogare. Gratuita autem dona ſimul cum peccato eſſe non poſſunt, cum per gratuita dona homo ordinetur ad finem, à quo per peccatum auertitur. Dicere igitur, peccata remiſsibilia non eſſe, diuinæ potentiæ contrariatur. In compend. Theolog.cap.144. Item: Triplex eſt Væ, quod per peccatum incurrit homo: uidelicet uæ culpæ, pœnæ, & miſerię. De Sacramento Euchariſt.ca.1. Et: Primi parentes propter ſuum peccatum priuati ſunt beneficio diuino, quo humanæ naturæ integritas in eis conſeruabatur. Secunda ſecundæ, quæſt.164.art.2. Item: Quæcunq; mulier concipit, neceſſe eſt quòd ærumnas patiatur, & cum dolore pariat, præter beatam uirginem, quę ſine corruptione concepit, & ſine dolore peperit: quia eius conceptio non fuit ſecundum legem naturæ à primis parentibus deriuata. Ibid. Item: Humanum genus per peccatum primi parentis meruit priuari auxilio gratiæ, & ideo quibuſcunque non datur, hoc eſt ex iuſticia, ut Auguſtinus dicit in lib. de perfectione iuſticiæ. Vnde non eſt acceptio perſonarum apud Deum ex hoc, quòd non omnibus à principio mundi legem gratiæ propoſuit. Idem prima ſecundæ, quæſt. 106. artic.3. Et: Remanet quæſtio, utrum defectus originalis iuſticiæ in his qui ex primo parente prodierunt, rationem culpæ poſsint habere. Hoc enim ad rationem culpæ pertinere uidetur, ut malum quod culpabile dicitur, ſit in poteſtate eius cui imputatur in culpa. Nullus enim culpatur de eo quod non eſt in eo facere, uel non facere. Non eſt autem in poteſtate eius qui naſcitur, ut uel in originali iuſticia naſcatur, uel

ſine ea. Vnde ui‑ tur, quòd talis defectus rationẽ culpæ habere non poſsit. Sed hæc quæſtio de facili ſoluitur, ſi diſtinguitur inter perſonam & naturam. Sicut enim in una perſona multa ſunt membra, ita in una humana natura multæ ſunt perſonæ, ut participatione ſpeciei multi homines intelligantur quaſi unus, ut Porphyrius dicit. Eſt autem hoc aduertendum in peccato unius hominis, quòd diuerſis membris diuerſa peccata exercentur: nec requiritur ad rationem culpæ, quòd ſingula peccata ſint uoluntaria uoluntate membrorum quibus exercentur, ſed uoluntate eius quod eſt in homine principaliter, hoc eſt, intellectiuæ partis. Non enim poteſt manus non percutere, aut pes non ambulare, uoluntate iubente. Per hunc igitur modũ defectus iuſticię originalis eſt peccatum naturæ, in quantum deriuatur ex uolũtate inordinata primi principij in natura humana, ſcilicet primi parentis. Et ſic eſt uoluntarium, habito reſpectu ad naturam, uoluntate ſcilicet primi principij naturæ. Et ſic trãſit in omnes, qui ab ipſo humanam naturam accipiunt, quaſi in quædam membra ipſius: & propter hoc dicitur originale peccatũ, quia per originem à primo parente in poſteros deriuatur. Vnde cum alia peccata, ſcilicet actualia, immediatè reſpiciunt perſonam peccantem, hoc peccatum directè reſpicit naturam. Nam primus parens ſuo peccato infecit naturam, & natura infecta inficit perſonas filiorum, qui ipſam à primo parente ſuſcipiunt. In compend. Theolog. opuſc. 3. cap. 12.

Albertus ait: Peccatum debitotem facit pœnæ. Super Lucam cap. 13. Item: Perditio fit per peccatum, per reatum qui peccatum conſequitur, ad diaboli & inferni captiuitatem. Ibidem capite 15. Et: Aliquis intellectus eſt purus, qui eſt ſine peccato, ſicut intellectus primi hominis ante peccatum. Aliquis intellectus eſt obtenebratus, ſicut noſter intellectus poſt peccatum. Etiam aliquis intellectus eſt, qui illam obnubilationem primi peccati auxit per actualia peccata. Super Iohan. cap. 1. Item: Peccatum miſeros facit populos. Supet Matth. cap. 5. Et: Peccatum hominis non ſolùm mutauit naturam hominis, ſed ſtatum omnis creaturæ deteriorauit. Et ideo quæ ante peccatum ſine labore ſua expleuerunt officia, poſt peccatum laborem habent in explendo ex inobedientia mobilis ad motores. Ibid. Item: Peccatum eſt iræ Dei cauſa. Supet Iohan. cap. 3. Et: Qui terrenam & concupiſcentiæ habet natiuitatem, in cœlum non aſcendit: quia hoc peccatum originale traxit, quod paradiſum clauſit. Ibidem. Item: Sententia mortis in omnes originali peccato natos prolata eſt. Ibid. capite 12.

Ægidius ait: Duo contraxit Adam ex eo, quòd ſe auertit ab ipſo Deo: uidelicet neceſsitatem moriendi, & neceſsitatem peccandi. Quamdiu quidem ſtetit in ſuá rectitudine, poterat non mori, & poterat non peccare. Poterat non mori, quia eo ſic ſtante, nihil inſurrexiſſet in corpore, quod repugnaret animę. Poterat non peccare, quia uires inferiores erant omnino ſubiectæ ſuperioribus. Acceperat enim Adam per originalem iuſticiam, unde poſſet ſtare: poterat etiã per eam omnia peccata uitare. Eo autem peccante, & à Deo ſe auertente, perdidit hanc originalem iuſticiam, & hanc rectitudinem, qua inferiora ſuperioribus ſubiecta erant: & quia huiuſmodi rectitudinem peccando perdidit, non potuit eam in poſteros transfundere. In tractatu de originali peccato cap. 2.

De pœnis peccatorum ait Bonauentura: Malum ſiue peccatum punitur pœna multiplici: in præſenti, quantum ad animam, & quantum ad corpus. Quantum ad animam, punitur in uulneratione naturalium, & expoliatione gratuitorum. Peccauit per rationalem primus parens, ſcientiam indebitam appetendo, & ideo in naturali potentia eſt punitus per ignorantiam. Peccauit in concupiſcibili, appetendo cibum uetitum: & ideo in concupiſcibili eſt punitus per caſum in maliciam, quæ dicitur pronitas ad malum. Peccauit in iraſcibili, appetendo indebitam poteſtatem: & ideo in iraſcibili eſt punitus cadendo in infirmitatem. Ex tribus prædictis concupiſcentia eſt conflata. Hęc autem quadruplex pœna, uulnerans animam per originale peccatum, ad poſteros eſt transmiſſa. parte 2. Centiloquij, capite 1. Item: Peccator qui non obſeruat mandata primæ tabulæ, quæ ordinant ad Deum, non meretur habitare in cœlo, ubi Deus eſt: & qui non obſeruat præcepta ſecundæ tabulæ, quæ ordinant ad proximum, non eſt dignus habitare in terra, uel in mundo, ubi eſt proximus. Et ſic per conſequens relinquitur, quòd habitet in inferno, ubi eſt diabolus. In 3. dieta cap. 18.

Phraſes. Dicitur (Deus) tradere eos (impios) in reprobum ſenſum, in quantum non prohibet eos, quin ſuum reprobum ſenſum ſequantur. Thomas prima ſecundæ, quæſt. 79. artic. 1.

Excæcatio & obduratio duo importtant. Quorum unum eſt motus animi humani inhærentis malo, & auerſi à diuino lumine: & quantum ad hoc, Deus non eſt cauſa excæcationis & obdurationis, ſicut non eſt cauſa peccati. Aliud auté eſt ſubtractio gratiæ, ex qua ſequitur, quòd mẽs diuinitus non illuminetur ad rectè uidendũm, & cor hominis non emolliatur ad rectè uiuendum: & quãtum ad hoc, Deus eſt cauſa excæcationis & obdurationis. Thomas prima ſecundæ, quæſt. 79. art. 3.

Indurabo cor Pharaonis.) Albertus: Circa hoc non uult Dominus actum quem permittit, ſed potius bonum quod inde elicitur. Super Matth. cap. 6.

DE ORIGINALI.

Quid. Bonauentura: Peccatum originale eſt illud, quod cum natura traducitur. Eph. 2. Omnes naſcimur filij iræ. Peccatum mortale eſt illud, per quod tota uita ſpiritualis deſtruitur uel conſumitur. Ezechiel. 18. Anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Peccatũ ueniale eſt illud, per quod natura debilitatur. Et iſta duo ſic differũt. Nam peccatum ueniale eſt in anima, tanquam punctura pulicis in corpore, quæ modicum lædit. Sed peccatum mortale eſt in anima, ſicut morſus ſerpentis in corpore, qui ueneno hominẽ interficit. Item aliter. Peccatum mortale opponitur charitati: ſed ueniale opponitur feruori charitatis. Vnde ſicut homo, quando proijcit in ollam feruentem modicum aquæ frigidæ, impedit feruorem, ſed non tollit caliditatem: ita peccatũ ueniale impedit feruorem charitatis, quia ex hoc efficitur homo tepidus: ſed non tollit charitatẽ, quia compatiuntur ſe ad inuicem in eodẽ ſubiecto. Sed mortale deſtruit totum. libro 2. de tribus ternarijs peccat. infan.

Thomas: Originale peccatum, cum ſit peccatum naturæ, eſt quædam inordinata diſpoſitio ipſius naturæ, quæ habet rationem culpæ, in quantum deriuatur ex primo parente. prima ſecundæ, quæſt. 82. artic. 1. Item: Peccatum originale dicitur eſſe peccatum naturale. Ibidem quęſt. 83. artic. 2. Item: Peccatum originale eſt peccatum naturæ. Sed natura æqualiter eſt in omnibus. Ergo & peccatum originale. Ibidem quæſt. 82. artic. 4. Et: Peccatum originale dicitur peccatum totius naturæ, ſicut peccatum actuale dicitur peccatum perſonale. Vnde quæ eſt comparatio peccati actualis ad unam perſonã ſingularem, eadem eſt comparatio peccati originalis ad totam naturam humanam, traductam à primo parente, in quo fuit primum initium, & per cuius uoluntatem in omnibus originale peccatum quaſi uoluntarium reputatur. Sic ergo peccatum originale eſt in anima, in quantum pertinet ad humanam naturam: humana autem natura traducitur à parente in filium per traductionem carnis, cui poſtmodum anima infunditur. In diſputatis quæſtionibus, quæſt. ſeu mater. 3. articulo 9. Et: Peccatum originale opponitur iuſticiæ originali, per quam ſuperior pars animæ & Deo coniungebatur, & inferioribus uiribus imperabat, & etiam corpus abſque corruptione poterat conſeruare. Per baptiſmum ergo tollitur peccatum originale, quantum ad hoc quòd gratia datur, per quam ſuperior pars animæ Deo coniungitur. Non autem datur animæ uirtus, per quam poſsit conſeruare corpus abſq; corruptione, aut per quã poſsit ſuperior pars animæ conſeruare inferiores abſque omni rebellione. Vnde manet poſt baptiſmum & neceſsitas moriendi, & concupiſcentia, quæ eſt materiale in originali peccato. Et ſic quantum ad ſuperiorem partem animæ, participat nouitatẽ Chriſti: ſed quantum ad inferiores animæ uires & ipſum corpus, remanet adhuc uetuſtas, quæ eſt ex Adam. Manifeſtum eſt autem, quòd homo baptiſatus non generat ſecundum ſuperiorem partem animę, ſed ſecundum inferiores uires & ſecundum corpus. Et ideo homo baptiſatus nõ transfundit in prolem natiuitatem Chriſti, ſed uetuſtatem Adæ. Et propter hoc, licet non habeat peccatum originale, in quantum eſt culpa, tranſmittit tamen peccatũ originale in prolem. In quæſtionib. diſputatis de originali peccato, artic. 6.

Vnde. Alexander: Originale proceſsit ex actuali primi parentis: actuale uerò primi parentis proceſsit ex ſuggeſtione diaboli. Prima ergo multiplicatio peccati fuit ſecundum hæc diuerſa ſubiecta: ſequens uerò multiplicatio in homine fuit per actuale & originale. Vnde licet diuiſiones ſint excedentes & excéſſæ: tamẽ quia originale originem ſumpſit aliunde, uolentibus inueſtigare peccatum ſecũdum originẽ peccati, primò occurrit dicere de peccato angeli ſiue angelorũ. Circa quod quæruntur duo. Primò de peccato eius, & de pertinentibus ad ipſum. Secundò de peccato eius in comparatione ad hominem, quo ſcilicet inuidens homini tentauit ipſum, & adhuc tentare non ceſſat. Parte 2. quæſt. 8. memb. 2.

Bonauentura ait: De peccato originali, quomodo diſtinguatur, & quid ſit, habes prolixum tractatum in 2. libro de tribus ternarijs peccatorũ infamibus. Item

de mortali peccato, utrum ſit mortale peccatum, & quid ſit. Item de peccato ueniali, de ipſius eſſentia, efficacia, ſufficientia & indulgentia. Item: Ad intelligendum qualiter corruptela peccati diffuſa ſit in mundum, conſiderare oportet lapſum primi parentis, traductionem culpæ originalis, & ortum ſiue radicem peccati actualis. In tertia parte breuiloquij cap. 2.

Thomas inquit: Ex hoc ipſo quòd homo de muliere per concupiſcentiam carnis naſcitur, maculam cõtrahit. In lib. Iob cap. 25. Item: Peccatum originale in Adam, quod eſt peccatum naturæ, deriuatum eſt à peccato actuali ipſius, quod eſt peccatum perſonale: quia in eo perſona corrumpit naturá, qua corruptione mediante peccatum primi hominis deriuatur ad poſteros, ſecundum quod natura corrupta corrumpit perſonam. Sed gratia non deriuatur à Chriſto in nos mediante natura humana, ſed per ſolá perſonalem actionem ipſius Chriſti. Tertia ſummæ, quæſt. 8. artic. 5. Et: Per uirtutem ſeminalem traducitur humana natura à parente in prolem, & ſimul cum natura naturæ imperfectio. Ex hoc enim fit iſte qui naſcitur conſors culpæ primi parentis, quòd naturam ab eo ſortitur per quandam generatiuam motioné. Prima ſecundę, quęſtione 81. artic. 1. Item: Peccatú Adæ non deriuatur ad alios, niſi per carnalem generationem. Tertia ſummæ, quæſt. 19. artic. 4. Et: Peccatum Adæ, qui conſtitutus eſt à Deo principiú totius naturę, ad alios per carnis propaginé deriuatur. Ibidem. Item: Peccatum originale in Adam, quod eſt peccatum naturæ, deriuatum eſt à peccato actuali ipſius, quod eſt peccatú perſonale, &c. Tertia ſummæ, quæſtione 8. articulo 5.

Albertus: Obijciunt autem quidam, quòd ſecundum hoc, homo factus purgatus à peccato deberet generare filium nó in peccato exiſtentem, quia generauit in forma ſpiritus quem habet, & habet S. S. Reſp. Omnis homo in natura eſt Adam uiciatus, & per hanc naturam uiciatam generat uiciatum, & regeneratione indigentem: quia hoc uicium naturæ non purgatur ſanctitate perſonæ, quamdiu in natura remanet lex concupiſcentiæ. Et ideo ſicut circumciſus generat præputiatum: & ſicut granum à palea purgatum, generat paleatum granum: ita exiſtens in gratia, generat eum qui in originali naſcitur peccato, propter legem concupiſcentiæ remanentem in natura uiciata, à qua nullus liberatur niſi per regenerátem ſpiritum gratiæ. Super Iohan. cap. 3. Et: Tanquam ex filia peccati naſcitur peccatum originale in paruulo. Ibidem cap. 1. Item: Peccatum originale trahitur à primis parentibus. Ibidem cap. 9.

Proprietates. Thomas: In originali peccato duo ſunt: quorum unum eſt defectus originalis iuſticiæ, aliud autem eſt relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, à quo per uitiatam originem deducitur. Prima ſecundæ, quæſt. 82. artic. 4.

Aegidius ait, omne peccatum eſſe in anima: & dicit tripliciter conſiderari paruulum iſtum, qui in originali concipitur peccato: 1, ut eſt aliquid in ſe. 2, refertur ad parentes proximos. 3, ut referatur ad Adam protoplaſtum. In tractatu de peccato originali, cap. 5. Et: In peccato ergo originali tria eſt conſiderare. 1, carentiam ipſius originalis inſticiæ. 2, infectionem animæ. 3, naturalem originé, per quam talis infectio contrahitur. Et dicit, quòd circa illam materiam tripliciter erretur. Ibidem.

Carentia. Alexander: Dicendum eſt, quòd utrobique eſt carentia debitæ iuſticiæ. Sed in originali peccato eſt carentia debitæ iuſticiæ aliunde cõtracta, ſicut eſt in paruulis: in actuali uerò peccato mortali eſt carentia debitæ iuſticiæ, quam homo ſibi facit: nihilominus tamen ratio iuſticiæ communis eſt. Parte 2. quæſt. 108. memb. 1. artic. 2. parag. 1.

Aegidius: Cum ergo homines baptiſati adhuc in ſeipſis ſentiant concupiſcentiam, id eſt, aptitudinem ad concupiſcendum: & cum uideant quandam legem in membris ſuis, repugnantem legi mentis ſuæ: & cum ex hoc ſit in eis quidá fomes peccati, & quidam languor naturæ: & ulterius ſit in eis quodammodo quidam tyrannus, quia ex hoc habent quandá promptitudinem ut ſeruiant peccato: qualitercunque accipiatur originale peccatú, non uidetur quòd dimittatur in baptiſmo. Sciendum ergo, quòd originale peccatú eſt carentia iuſticiæ cum debito habendi illam. Sic enim requirebat ordo naturæ inſtitutæ, ut ad conſequendam ſalutem neceſſaria eſſet originalis iuſticia. Quare cú originalem iuſticiam ſecundum ordinem illum deberemus conſequi, in quantum eſſemus membra ipſius Adæ: patet quòd ſalutem conſequi debueramus ſecúdum ordinem naturæ inſtitutæ, exiſtétes membra ipſius Adæ. Peccante itaque Adam, ordo ille non ſolùm fuit interruptus, ſed etiam quodammodo fuit in contrarium permutatus, ita quòd, ſicut ex Adam prothoparente ſecundum naturam inſtitutam nati fuiſſemus innocentes & habentès

tès

tes originalem iuſticiam, ſic ſecundum naturam corruptam ex Adam naſcimur natura filij iræ, & priuamur illa rectitudine naturali. Itaque ſecũdum huncordinem, quem habemus ab Adam, non ſolùm ſalutem non conſequimur: ſed in ipſo morimur, quia in ipſo peccauimus omnes. Oportuit igitur, quòd per alium ordinem conſequeremur ſalutẽ. In tractatu de pec. orig. cap. 6.

Non eſt ſubſtantia. Bonauentura: De corruptela peccati in ſumma tenendũ eſt, quòd peccatum non eſt natura aliqua, ſed defectus & corruptela, qua ſcilicet corrũpitur modus, ſpecies & ordo in uoluntate creata: ac per hoc peccati corruptio eſt contraria ipſi bono: non tamen habet eſſe niſi in bono, nec ortum trahit niſi à bono, quod quidem bonum eſt liberum arbitrium uoluntatis: & ipſum nec eſt ſummè malum, cum poſsit uelle bonum: nec ſummè bonũ, cum poſsit declinare in malum. Parte 3. Breuiloquij, cap. 1.

Thomas: Impoſsibile eſt malum eſſe aliquam naturam. Nam omnis natura uel eſt actus, uel potentia, aut compoſitum ex utroque. In Compend. Theolog. capite 115.

Defectus. Alexander: Ex lapſu in peccatum, triplex defectus ipſius animæ, ſecundum tres uires: ſecũdum rationalem, iraſcibilem & concupiſcibilem. Secundum rationalem, cecidit in ignorantiam: ſecundum iraſcibilem, cecidit in ſuperbiam uel inobedientiam: ſecundum concupiſcibilem, in cõcupiſcentiam. Neceſſarium fuit animę lapſæ, ut reuerteretur per noticiam gratiæ, & obedientiã in his quæ placent Deo, & per exercitationem utilium, quæ appetenda ſunt propter ipſam ſalutẽ. Primò enim neceſſaria fuit noticia gratię aut ſalutis, ut ad quam tenderet: deinde obedientia ſiue humilitas, ut inclinaret ad ea, per quæ congruum eſſet tendere: tertiò ipſa exercitatio in utilibus aut ſalubribus, ut per eam, gratiam & ſalutem conſequeretur. Et ideo data ſunt Sacramẽta ad eruditionem, ut per id quod foris in ſpecie uiſibiliter cernitur, ad inuiſibilem uirtutem, quæ intus eſt, cognoſcendam melius erudiatur. Neceſſaria etiam erat propter humiliationem, ut ſicut pernicioſa fuit elatio, ſuperiori nolle ſubijci: ſic laudabilis & fructuoſa deuotio eſſet, propter ſuperiorẽ etiã infirmioribus inclinari. Et quemadmodum damnabilis fuit ſuperbia, pręſentem deſpicere: ſic laudabilis eſſet humilitas, quaſi abſentem quærere, & perſeueranti amore uſque ad inuentionem ab inquiſitione non ceſſare. Propter exercitationem neceſſaria erat, ut uita humana mutabilis, ne ſua mutabilitate diſſoluta deficeret ad deteriora: ideo talib. ſtudijs nutriẽda fuerat, in quibus & rerũ uarietate foris exercitata, & æmulatione uirtutũ intus accenſa, proficiendi occaſionẽ inueniret. Parte 4. quæſt. 2. memb. 2. artic. 3.

Bonauentura ait: In nobis quadruplex defectus eſt, unde ad malũ proni ſumus: Ignorantia, concupiſcentia, malicia & infirmitas. Ignorantia excæcat, ne uerum agnoſcamus, & erremus in iudicio boni & mali. Concupiſcentia emollit ad appetendum & diligendũ uiſibilia & delectabilia carni. Malicia exaſperat & amaricat cor ad iram, triſticiã, inuidiam & odium. Infirmitas debilitat ad reſiſtendum malo, & adhærendum bono. Hæc quatuor incidimus ex pœna primi peccati, & ea originaliter contrahimus ex peccato, ex quo naſcimur filij iræ. In tractatu de profectu religioſorum cap. 12.

Propagatur. Alexãder: Peccatum enim traducitur per naturam corruptionis: gratia uerò per Spiritum ſanctum. Sicut ergo uidemus continuationem ab Adam uſq; ad ultimum filium Adę, & hanc continuationem facit natura: & quia ipſa corrupta fuit in Adam, ideo corrupta eſt in omnibus alijs: & ideo per ipſum traducitur corruptio originalis in filijs Adæ. Parte 3. quęſtione 12. memb. 2.

Innocẽtius: Hoc quibuſdam abſonum uidetur, quamuis probabiliter dici poſſit, unum eſſe in anima originale peccatum, quod tamen minus propriè peccatum dicitur, & complectitur in ſe duo, uidelicet labem & fomitem. Labes eſt fœditas corporis, ex qua anima eſt immunda, propter quam eſt uiſione diuina indigna, uel potius carẽtia diuinæ uiſionis eſt digna, ſecũdum quod legitur: Beati mundo corde, &c. Et ab hac fœditate uel immũdicia purgatur anima paruuli ex aqua & Spiritu per baptiſmum. Fomes autem eſt infirmitas ſeu languor naturæ, quædã uidelicet paſsibilis qualitas, ſiue quædam priuatio, ex qua primi motus peccandi ſiue concupiſcendi procedunt. Et talis qualitas uel priuatio manet etiam poſt baptiſmum. Vnde dicitur, quòd originale peccatum tranſit reatu quantum ad labem, & remanet actu quantum ad fomitem, ex quo ſurgunt actus uel motus peccandi: ſicut econtrariò ſolet dici, quòd actuale peccatum tranſit actu, & remanet reatu. Et attenditur huiuſmodi qualitas & priuatio circa uim concupiſcibilem præſcripto modo corruptam atque fœdatam: quoniam ex concupi-

ſcentia

ſcentia procedit pruritus circa ianuam humanæ propaginis, per quã transfunditur originalis cauſa peccati. Super Pſalm. 4. pœnitent.

Thomas: Peccatum primi hominis originaliter tranſit in poſteros, propter quod etiam pueri mox nati deferuntur ad Baptiſmum, tanquam ab aliqua infectione culpæ abluendi. Prima ſecundæ, quęſtione 81. art. 1. Et: Corruptio originalis peccati traducitur per actum generationis. Vnde potentiæ, quæ ad huiuſmodi actum concurrunt, maximè dicuntur eſſe infectæ. Huiuſmodi autem actus deſeruit generatiuæ, in quantum ad generationem ordinatur. Habet autem in ſe delectationem tactus, quæ eſt maximum obiectum concupiſcibilis. Et ideo omnes partes animæ dicuntur eſſe corruptæ per peccatum originale. Specialiter tres prædictæ (potentia generatiua, uis concupiſcibilis, & ſenſus tactus) dicuntur eſſe corruptæ & infectæ. Ibidem quæſt. 83. artic. 4. Item: Quia omnis corruptio culpę & pœnę prouenit in nos per carnalē propagationem ex primo peccato primi parentis, ideo circumciſio fiebat in membro regenerationis. Vnde Apoſtolus dicit ad Coloſſ. 2. Circumciſi eſtis in Chriſto circũciſione, &c. Ibidem quæſt. 102. artic. 5.

Ægidius: Sicut homo non fuit prius in paradiſo poſitus, ſed conditus: ſic nos ex primordiali generatione noſtra corpora, cum in peccato naſcimur, non habemus quòd ſimus filij Eccleſiæ, ſed ex regeneratione ſpirituali. In tractatu de paradiſo cap. 6.

Omnes ſub peccato. Thomas: Primo modo ante reparationem dominabatur Deus hominibus, quia ſubiecti erant homines dominio peccati omnes uniuerſaliter, ſecundum aliquem, ſcilicet uel quantum ad culpam, uel quantum ad pœnam, ſiue reatũ pœnæ, ad munus ſcilicet carentiæ diuinæ uiſionis. Rom. 3. Omnes peccauerunt, &c. Poſt reparationem autem ſuper eos qui perfectè ſibi adhærent, dominatur ſecundo modo, ſcilicet quia culpa mortalis eos nõ premit, nec reatus pœnæ ſenſibilis, nec reatus carentiæ diuinæ uiſionis. Super Apoc. cap. 5. Item: Certum eſt, quòd ex conditione fragilitatis humanæ nullus homo eſt immunis à peccato, quantumcunq; iuſtus appareat: ſed tamen in uiris iuſtis non ſunt peccata grauia & mortalia, ſed ſunt in eis peccata leuia & uenialia, quæ ex negligentia & ſurreptione proueniunt. In librũ Iob cap. 6. Item: Non oportet, quòd omnia peccata alia (quàm originale) uel primi parentis, uel etiam cæterorum traducentur in poſteros: quia primum peccatum primi parentis ſuſtulit donum totum, quod ſupernaturaliter erat collatum in humana natura perſonæ primi parentis: & ſic dicitur corrupiſſe uel infeciſſe naturam. Vnde peccata conſequentia non inueniunt aliquid huiuſmodi, quod poſſint ſubtrahere à tota natura humana: ſed auferunt ab homine, aut diminuunt aliquod bonum particulare, ſcilicet perſonale: nec corrumpunt naturam, niſi in quantum pertinet ad hanc uel illam perſonã. Homo autem non generat ſibi ſimilem in perſona, ſed in natura: & ideo non traducitur à parente in poſteros peccatum quod uiciat perſonam, ſed primum peccatum quod uiciauit naturam. In Compend. Theolog. tractatu 2. cap. 13. Item: Secundũ fidem catholicam firmiter eſt tenendum, quòd omnes homines præter ſolum Chriſtũ ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt: alioquin non omnes indigerēt redemptione, quæ eſt per Chriſtum. Prima ſecundæ, quæſt. 81. art. 3. Et: Sicut peccatum Adæ traducitur in omnes qui ab Adam corporaliter generantur, ita gratia Chriſti traducitur in omnes qui ab eo ſpiritualiter regenerãtur per fidem & baptiſmum, & non ſolùm ad remouendum culpam primi parentis, ſed etiam ad remouendum peccata actualia, & ad introducendum in gloriam. Ibidem quæſt. 81. artic. 3. Et: Peccatũ originale omniũ hominum fuit quidem in ipſo Adam, ſicut in prima cauſa principali, ſecundum illud Apoſtoli Rom. 5. In quo omnes peccauerũt. In ſemine autem corporali eſt peccatum originale, ſicut in cauſa inſtrumentali, eo quòd per uirtutem actiuam ſeminis traducitur peccatum originale in prolem ſimul cum humana natura. Sed ſicut in ſubiecto peccatum originale nullo modo poteſt eſſe in carne, ſed ſolùm in anima: cuius ratio eſt, quia hoc modo ex uoluntate primi parentis peccatũ originale traducitur in poſteros per quandam generatiuam motionem, ſicut à uoluntate alicuius hominis deriuatur peccatũ actuale ad alias partes eius: in qua quidem deriuatione poteſt attendi, quòd quicquid prouenit ex motione uoluntatis peccati ad quamcunque partem hominis, quæ quocũq; modo poteſt eſſe particeps peccati, uel per modum ſubiecti, uel per modum inſtrumenti, habet rationem culpæ. Sic ergo cum anima poſſit eſſe ſubiectum culpæ, caro autem de ſe non habet, quod ſit ſubiectum culpæ: quicquid peruenit ad corruptionem primi peccati ad animam,

mam,habet rationẽ culpę. Quod aũt peruenit ad carnem,non habet rationem culpæ,ſed pœnæ. Sic igitur anima eſt ſubiectum peccati originalis, non autem caro. Ibidem quæſt.83.artic.1.]

Albertus: Originale peccatum eſt in omnibus lege concupiſcentiæ ab Adã progenitis: & qualiter ſit hoc intelligendum, quòd duplex eſt corruptio in corpore ex peccato. Vna eſt, quæ principiũ agens & cauſam habet in corpore, ſed actũ habet ex culpa primi parentis:& hæc eſt fames, ſitis,infirmitas,mors,& huiuſmodi: & hæ dicuntur naturales defectus, quia licet actua eorũ ſit ex culpa,tamen potentia eſt ex natura, & uocatur à Magiſtris Corruptio paſsibilitatis. Alia eſt corruptio,quæ ſecum actum & potentiam eſt cauſata ex culpa primorum parentum, & non eſt in corpore,in quantum eſt ex contrarijs,nec in quantum eſt corpus hominis, ſed in quantum defluxit à gratia innocentię per culpam.hic autem defectus eſt habitualis concupiſcentia reſperſa in organis, prout ſunt mobilia ab anima rationali, ſecundũ legem naturæ ſibi inſertam.Huic enim legi contrariatur iſta lex membrorum, faciens difficilè mobilia in bonum,& facilè mobilia in malũ ex libidine mali,ut nunc habitualiter ſparſa in corpore.Super 2.ſent.diſtinct.30.

Paruuli hac labe infecti.Alexander:Paruulus dum eſt una caro per quandã continuationem cum matre, ſubiacet legi originalis peccati, quod per carnem contractum eſt,ut duceret ratio iuſticiæ manente illa continuatione. Parte 4. quæſtione 5.memb.1.

Thomas ait: Pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt: quod patet ex hoc, quòd ſunt mortalitati ſubiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertranſijt,ut Apoſtolus dicit. Tertia ſummę,quæſt.68.artic.9.

Quomodo peccatum originis in hominibus.Alexander: Originale peccatum in primis parentibus, & in ipſis paruulis deſcendentibus, quodammodo tamen conueniunt.Conueniunt enim quo ad pœnã, quæ eſt carentia uiſionis Dei. Differunt tamen, quia in eis perſona corrumpit naturam: quo ad paruulos uerò, perſona ex natura corrumpitur. Originalis ergo culpa fuit in primis parentibus, ſicut in ſubiecto. Fuit etiam cauſa tranſmittendi originalem culpã in paruulos. Ad obiectum ergo dicendum eſt, quòd licet utrobique eſſet originalis culpa, in primis parentibus erat à ſe,in paruulis uerò erat ab ipſis. Cum autem obijcitur in contrariũ, quòd originale tranſmittitur per fœditatem carnis,uel per libidinem quæ eſt cum propagatione,hoc intelligitur de originali propriè dicto,quod eſt in paruulis:non de originali ſecũdum quod effectiuè dicitur, in quantum eſt origo,per quam fiunt paruuli peccatores. Parte 2.quæſt.122.memb.5.

Originale eſſe peccatũ.Aegidius: Dubitabatur à multis, cum omne peccatum ſit uoluntariũ,& adeò ſit uoluntarium,quod ſi non eſt uoluntarium, nõ eſt peccatum: quomodo originalis noxa, cũ non uoluntate,ſed quadã neceſsitate originis cõtrahatur, habeat rationẽ peccati, & maximè quomodo habeat rationem culpæ. Nam culpa ſuper peccatum uidetur addere noluntariam inordinationem.Concedimus enim, aliquãdo peccatũ eſſe in agentibus naturaliter,dum tamen eiuſmodi agentia contingat inordinatè agere: ut ſi per actionem naturalem fiat ſextus digitus in manu, uel contingat aliud aliquod monſtrũ, dicimus peccatum eſſe in natura, non tamen ibi eſſe culpam. Videtur ergo culpa omnino importare uoluntariã nequitiam & inordinationem,&c. In tractatu de peccato origin.cap.4. Item: Dicamus ergo, quòd originale peccatum ratione qua dicit carentiã originalis iuſticiæ, non eſt formaliter culpa, ſed magis eſt quædam habilitas ad culpam: ratione uerò qua dicit debitum habendi eam,habet quod ſit formaliter culpa.Ex eo igitur quòd tenemur uel debemus habere originalem iuſticiã, & non habemus eam,eſt nobis culpa originalis.Ibidem cap.6.

De effectu originalis peccati inquit Alexãder: Duplex corruptio ex originali peccato: ſcilicet corruptio naturæ, & corruptio perſonæ.Parte 3.quæſt.3.mẽb.11. Et: Pœna originalis peccati eſt, carentia uiſionis Dei.Actualis uerò peccati pœna eſt,gehennæ perpetuę cruciatus.Vnde ſi primũ dimitteretur alicui,altero non dimiſſo: talis non careret uiſione Dei propter originale dimiſſum, & cruciaretur in gehenna perpetuò propter reatum criminis actualis.Ibid.quæſt.69. memb.1. parag.2. Et: Nunc uerò, quia uirtus illa maximè exiuit rationis imperium, dum ratio amiſit originalis iuſticiæ uinculum & retinaculum, per quod imperabat uiribus inferioribus,ideò laxatis ſibi habenis,toto impetu & conatu ſe præcipitat in delectabile ſibi oblatũ:non propter intenſionem uirtutis mouentis, ſed propter defectum uirtutis retardãtis. Vnde ſicut equus laſciuus rupto freno uelocius currit & impetuoſius, quàm cũ infrenatur & detinetur à ſuo ſeſſore, licet non habeat maiorem

uirtutem:

uirtutem: ſicin propoſito intelligendum eſt ſe habere. Parte 2.quæſt.94. memb.2. Item: Tertia uerò definitio data eſt ex defectu finis ſiue finalis cauſę. Bonum enim & finis idem. Priuatio ergo boni, priuationem dicit finis. Ibidem quæſt.108.memb. 1.art.1. Item: Quàm maxima fuit pœna iſtius peccati, ſcilicet corruptio humani generis. Ibidem quæſt.120.memb.3. Et: Adam & Eua uoluerunt rapere diuinitatem, & amiſerunt felicitatem. Ibid.membro 4. Item: Originalis culpæ duplex fuit debita pœna. Vna, quę eſt carentia uiſionis Dei: & quia hæc non fuit promouens, ſed ſuffocans, ideo hoc remouetur in baptiſmo cum culpa. Alia uerò pœna fuit pronitas: & hæc non fuit pœna ſuffocans, ſed promouens illi cui infligebatur. Ibidem quæſt.122.memb.1. Item: Originale, quo ad carentiam debitæ iuſticiæ, eſt culpa tantùm, ita quòd non eſt pœna reſpectu alicuius, quando ſit in ipſo originali: nihil tamen prohibet ipſam eſſe pœnam reſpectu uoluntatis humanæ in Adá peccantis. Cum ergo quæritur, utrum originale peccatum ſecundum idem ſit pœna & culpa: dicendũ eſt, quòd ſecundum carentiam debitæ iuſticiæ eſt culpa, ſecundnm concupiſcentiam uerò eſt pœna. nihilominus tamen ſecundum ipſam carentiam poteſt eſſe pœna, non alicuius qnod ſit in ipſo peccato originali, ſed eius quod fuit in peccato primorũ parentum: & poteſt dici uoluntarium, quia uoluntate primi parentis ſeminatum: & poteſt dici pœnale, & ita inuolũtarium, quia iuſtè à Deo inflictum. Quòd autem dicitur iuſtum & iniuſtum, ad diuerſa referuntur. Iniuſtum enim dicitur ratione peccantis, iuſtum autem ratione pœnam infligentis. Iniuſticia enim dicitur reſpectu ipſius Adæ, uel paruuli ad Adam peccantis: iuſticia uerò, Dei pœnam infligentis. Ibidem memb.2. art. 4. E: Cum peccatum originale ſit culpa & pœna, ab alia cauſa trahit rationem culpæ, & ab alia rationem pœnæ. Rationem pœnæ trahit à fœditate uicioſa, quæ eſt in carne. Quàm citò enim anima infunditur carni, tam citò fœdatur, ſicut à uicio uaſis uinum corrumpitur. Rationem uerò culpæ trahit à carentia debitæ iuſticiæ. Ibidem memb.4.

Bonauentura inquit: Homo cum ſit omnium creaturarum corporalium nobilior, habet locum ſuper omnia corpora, ad quem locum ante peccatum poterat per gratiam aſcendere, quamuis non poſſet per naturam totaliter: ſed propter peccatum gratia ſibi fuit ablata, & natura totaliter lauciata. In 8.dieta cap.47. Item: Quoniam certiſsimum eſt, quòd à noſtra origine multiplicé trahimus miſeriæ pœnam: certum eſt, quòd omnes naſcimur natura filij iræ, ac per hoc priuati rectitudine originalis iuſticiæ, quam priuationẽ uocamus originalem culpam. Et quia omnis culpa dicit receſſum à bono incommutabili, & acceſſum ad bonum commutabile: & recedere à bono incommutabili, & recedere à ſumma uirtute & bonitate: accedere autem ad bonum commutabile, eſt plus debito in illum per amorem tendere: hinc eſt quòd perdens originalem iuſticiam, incurrit infirmitatem, ignorantiam, maliciam & concupiſcentiam. Parte 3.Breuiloquij, capite 5. Et: Originale peccatum priuat animam uita gratiæ, & omnium uirtutum rectitudine habilitante, & pronam quodammodo reddit ad omne genus culpæ, & traducitur aliunde, & paruulum facit concupiſcibilem, & adultum actu concupiſcentem redigit etiam in diabolicam ſeruitutem, & in poteſtatem principis tenebrarum. Parte 6.Breuiloquij, cap.7.

Thomas: Primum peccatum corrumpit naturam humanam corruptione ad naturá pertinente: alia uerò peccata corrumpunt eam corruptione pertinente ad ſolam perſonam. Prima ſecundæ, quæſt. 81.artic.2. Item: Totum donum iuſticiæ originalis eſt ſublatũ (per peccatum.) Ibidem quæſt.82.artic.4. Item: Per peccatũ non poteſt totaliter tolli quod ſit rationalis, quia iam non eſſet capax peccati. Ibid. quæſt.85.artic.2. Et: Peccatum originale hoc modo proceſsit, quòd primò perſona inficit naturam, poſtmodum uerò natura inficit perſonam. Chriſtus uerò conuerſo ordine prius reparat quod perſonæ eſt, & poſtmodum ſimul reparabit in omnibus quod naturæ eſt. Et ideo culpá originalis peccati, & etiam pœnam caréntiæ uiſionis diuinæ, quæ reſpiciunt perſonam, ſtatim per baptiſmum tollit ab homine. Sed pœnalitates prę́ſentis uitę, ſicut mors, fames, & alia huiuſmodi, reſpiciunt naturam, ex cuius principijs cauſantur, prout eſt deſtituta originali iuſticia. Et ideo iſti defectus non tollentur, niſi in ultima reparatione naturæ per reſurrectioné glorioſam. Tertia ſummæ, quæſt.69.artic.3.

Albertus ait: Sentẽtia mortis ad omnes originali peccato natos prolata eſt. Super Iohan.cap.21.

De pœna peccati originalis. Alexãder: Cum Dominus non puniat creaturas pro abſentia iuſticiæ, in quibus iuſticia eſſe nõ debet, ſed ſolùm illos, in quibus debet eſſe: non ideo punit pro nihilo, quia punit

nit pro debito habendi, cum abſit quod adeſſe debet. Dicit autem ſic, licet pariter nihil ſit abſenria iuſtitiæ, & ubi debet eſſe iuſtitia, & ubi non debet eſſe: punit tamen Deus peccatores non pro nihilo, ſed propter aliquid. Creaturas autem in quibus iuſtitia eſſe non debet, nõ punit pro abſentia iuſtitiæ, hoc eſt, pro nihilo: quia non eſt aliud quod ab illis exigat; nec ordo congruus uniuerſitatis rerum hoc expoſtulat. Sic itaq; cũ punit Deus pro peccato, quod eſt abſentiæ debitæ iuſtitiæ, quæ nihil eſt, non omnino punit pro nihilo. Et uerũ eſt, quia niſi ſit aliquid propter quod puniri debeat, omnino non punit pro nihilo. parte 2. quæſt. 80. memb. 2. artic. 3. parag. 2. Itẽ: Originale habet utrumq; in ſe, & culpã & pœnam, Culpa eſt carentia debitæ iuſtitię, ſiue deformitas quædã, qua ipſa anima deformatur. Cõcupiſcentia uerò eſt ipſa pœna, quæ in paruulis dicitur concupiſcibilitas, in adultis uerò dicitur concupiſcentia actu. Ibid. quæſt. 122. memb. 2. artic. 1. Item: Duplex eſt pœna. Vna eſt pœna illata, ut pœna gehẽnæ: & hæc abſolutè dicitur eſſe à Deo, quia Deus punit illa pœna. Vnde abſolutè dicitur eſſe à Deo, quia iſte damnabit, prout nominatur pœna illata. Alia autem eſt pœna, quæ dicitur pœna cõtracta: hæc eſt illa quę contrahitur cum peccato, & talis pœna eſt excæcatio. Ipſa enim cum peccato mortali cõtrahitur. parte 1. quæſt. 29. memb. 4.

Thomas ait: Abſq; omni dubio ſecundũ fidem catholicã tenendũ eſt, quòd mors & omnes huiuſmodi defectus præſentis uitæ, ſunt pœna peccati originalis. In quęſtionibus diſputatis de pœna peccati originalis, artic. 4.

Ægidius: Patet ergo, quòd ſicut per peccatum originale punimur, ſic eſt culpa, & ſic uoluntariũ. Punimur autẽ ut ſumus mẽbra Adæ, ideo ſufficit ꝙ per hoc peccatum peccauimus in Adã, & ꝙ fuerit uoluntariũ in ipſo. In tractatu de peccato orig. cap. 4.

In baptiſmo nõ tolli. Alexander: In baptiſmo non tollitur, ſed relinquitur homini ad exercitiũ, contra quod pugnãs exercitatur & promouetur etiam: quod patet, quia ipſi ſic exercitato redditur corona pro certamine, quæ aliter non redderetur eidẽ, ſicut dicit Apoſtolus 2. Tim. 2. Nõ coronabitur, niſi qui legitimè certauerit. Vnde ſi aliter fieret homo beatus, & nõ certãs cõtra illam pronitatem: nunquam tamen redderetur ei corona pro certamine, quia ualde eſt ipſi homini glorioſum. parte 2. quæſt. 122. memb. 1.

Thomas ait: Cõſiderandũ eſt etiã, quòd licet aliquis per gratię ſacramẽta ſic ab originali peccato mũdetur, ut ei nõ imputetur ad culpã, quod eſt perſonaliter ipſum à peccato originali liberari, nõ tamẽ natura totaliter ſanatur. Et ideo ſecundũ actũ naturę, peccatũ originale tranſmittitur in poſteros. In ſumma cõtra gentiles li. 4. cap. 53. Itẽ: Poſt iuſtificationẽ peccatoris remanet multiplex ſequela peccati, & hoc habet præcipuè locũ in eis qui inde proceſſerũt, multũ in auſtera & feruẽti pœnitẽtia, quæ multũ illas ſequelas attenuat. Super Apoc. cap. 4. Et: Humana natura licet per gratiã ſanetur quantũ ad mentẽ, remanet tamen in ea corruptio & infectio quantũ ad carnẽ, per quam ſeruit legi peccati, ut dicitur Rom. 7. Remanet etiã quædã ignorantiæ obſcuritas in intellectu, ſecundũ quam, ut & dicitur Rom. 8. quid oremus ſicut oportet neſcimus. Propter uarios enim rerũ euẽntus, & quia etiã noſipſos non perfectè cognoſcimus, non poſſumus ad plenũ ſcire, quid nobis expediat, ſecundũ illud Sapien. 9. Cogitationes mortaliũ, &c. Et ideo neceſſe eſt nobis, ut à Deo dirigamur & protegamur, qui omnia nouit & omnia poteſt. & propter hoc etiã renatis in filios Dei per gratiam cõuenit dicere: Et ne nos inducas, &c. Fiat uolũtas, &c. Prima ſecundę, quæſt. 109. art. 9. Item: Peccatum originale per baptiſmum aufertur reatu, in quantũ anima recuperat gratiã, quantũ ad mentẽ: remanet tamen peccatũ originale actu quantũ ad fomitem, qui eſt inordinatio partiũ inferiorũ ipſius corporis, ſecundum quod homo generat, & nõ ſecundũ mentem. Et ideo baptiſati traducunt peccatũ originale. Non aũt parentes generãt in quantum ſunt renouati per baptiſmũ, ſed in quantũ retinẽt adhuc aliquid de uetuſtate primi peccati. Ibidẽ quæſt. 81. art. 3.

Opinio, peccatũ originia non contrahi à matre. Thomas: Peccatũ originis nõ contrahitur à matre, ſed à patre: & ſecundum hoc, ſi Adam non peccante Eua peccaſſet, filij originale peccatũ non contraherent: econuerſò autem eſſet, ſi Adam peccaſſet, & Eua non peccaſſet. Prima ſecundæ, quęſtio. 81. artic. 5.

Opinio de Maria. Thomas: De ſanctificatione B. Mariæ, quòd fuerit ſanctificata in utero, nihil in ſcriptura canonica traditur, quæ etiam nec de eius natiuitate mentionem facit. Sicut tamen Auguſt. in ſer. de aſſumpt. ipſius uirginis rationabiliter argumenratur, quòd cum corpore ſit aſſumpta in cœlũ, quod tamẽ Scriptura non tradit: ita etiã rationabiliter argumentari poſſumus, quòd fuerit ſanctificata in utero. Rarionabiliter enim creditur, quòd illa quę genuit unigenitũ à patre plenũ gratię

& ueritatis, præ omnibus maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde legitur Lucæ 1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus aũt quibuſdam alijs hoc priuilegialiter eſſe cõ ceſſum, ut in utero ſanctificarentur, ſicut Ieremias, cui dictũ eſt: Antequã exires de uulua, &c. & ſicut Iohannes Baptiſta, de quo dictũ eſt Luc. 1. Spiritu ſancto replebitur, &c. Vnde rationabiliter creditur, quòd B. Virgo ſanctificata fuerit, antequam ex utero naſceretur. Tertia ſummæ, quæſt. 27. art. 1. Et: Credendum eſt, eam (Mariã) ab omni labe actualis peccati immunem fuiſſe, non tantùm mortalis, ſed etiam uenialis: quod nulli ſanctorum conuenire poteſt poſt Chriſtum, cum dicatur 1. Ioh. 1 Si dixerimus, quoniam peccatum nõ, &c. In Compend. Theolog. tracta. 3. cap. 40. Et: Beata uirgo (Maria) in ſui ſanctificatione fuit ab originali peccato purgata, in filij ſui cõceptione totaliter à fomite mundata, in ſui uerò aſſumtione ab omni miſeria liberata. De humanitate Chriſti cap. 3. Item: Maria puriſsima fuit, & quantum ad culpá, quia ipſa uirgo nec mortale nec ueniale peccatũ incurrit: item quantũ ad pœnam. Tres enim maledictiones datæ ſunt hominibus propter peccatum. Prima data eſt mulieri, ſcilicet quòd cum corruptione cõciperet, cum grauamine portaret, & in dolore pareret. Sed ab hac immunis beata uirgo, quia ſine corruptione cõcepit, in ſolatio parturiuit, & in gaudio peperit Saluatorem. Eſa. 35. Germinans germinabit, &c. Secunda data eſt homini, ſcilicet quòd in ſudore uultus, &c. Ab hac immunis fuit beata uirgo: quia, ut dicit Apoſt. 1. Cor. 7. Virgines ſolutæ ſunt, &c. Tertia fuit cõmunis uiris & mulieribus, ſcilicet ut in puluerem reuerterentur. Et ab hac immunis fuit beata uirgo, quia cum corpore aſſumpta eſt in cœlum. Credimus enim, quòd poſt mortem reſuſcitata fuerit, & portata in cœlum, &c. Sic ergo immunis fuit ab omni maledictione, & benedicta in mulieribus: quia ipſa ſola maledictionem ſuſtulit, & benedictionem portauit, & ianuam paradiſi aperuit. In expoſit. ſalutationis Angelicæ.

DE ACTVALI.

Alexander inquit: Peccatum actuale fit ab actu perſonæ ex ipſa: peccatũ uerò originale eſt ex uitio naturæ ipſius perſonæ, & non ex ipſa, ſed ex alio, ſicut dicit Anſhelmus. Quia perſona corrumpit naturã, ſed natura nõ corrũpit perſonã. Ideo non ſequitur, quòd ſi perſona poſſet ſatisfacere pro actuali, quòd poſsit ſatisfacere pro originali, quod eſt minus: quia originale & actuale nõ ſunt peccata eiuſdẽ generis: & ideo non eſt propria comparatio ſecundum maius & minus inter ea. parte 3. quæſtio. 1. memb. 5. artic. 2.

Bonauentura ait: Peccatum actuale eſt actualis inordinatio uolũtatis. Illa autem inordinatio aut tanta eſt, quòd ordinem iuſtitiæ exterminat: & hoc modo dicitur mortale peccatum, quia natum eſt auferre uitam, ſeparando ipſam à Deo, per quem uiuificatur anima iuſta. Aut eſt tam modica, quòd ordinem illũ non perimit, ſed tamen in aliquo perturbat: & tũc dicitur ueniale peccatũ, quia de ipſo adipiſci citò ueniã poſſumus, pro eo quòd gratia nõ tollitur per ipſum, nec inimicitia diuina incurritur. parte 3. Breuiloq. cap. 8. Et: Peccatũ operis eſt tranſgreſsio legis diuinæ per inordinationẽ extrinſeci motus mentis. Ad peccatũ operis reducitur peccatũ conſuetudinis. Peccamus enim cogitatione, delectatione, conſenſu, uerbo, opere & conſuetudine. parte 1. Breuiloq. cap. 14. Itẽ: Peccatũ cordis eſt tranſgreſsio legis diuinæ per deordinationem intrinſeci motus mentis. Differentiæ eius ſunt, peccatũ cogitationis, delectationis & conſenſus. Ad peccatũ cogitationis pertinet error, prauũ iudiciũ, & acceptio perſonarũ. Error quidam eſt infirmantis, qualis eſt in febricitantibus, quibus dulcia uidentur amara: quidã eſt infirmitatis originalis, quo corrumpitur ratio in iudicijs, & frequẽter deuiat. Iſte error, quia nõ eſt uoluntarius, nõ eſt peccatũ, ſed pœna peccati. Quidã eſt error peruerſæ uoluntatis, cuius eſt habere falſa pro ueris. Talis aũt error aut eſt contra fidem, aut bonos mores, & ille ſemper eſt peccatũ. Si non eſt contra fidem aut bonos mores, tũc aut accidit in his quæ ſunt ſupra iudicium humanum, ut iudicare de intentionibus cordium: & ſic ſemper eſt peccatum, quia tunc uſurpat quod ſolius Dei eſt. Prauum iudicium eſt ex errore proueniens temeraria ſententia uel ſuſpicio mali de occultis aliorum. Ibidem cap. 10.

Diuiſio. Innocentius: Actualia peccata in uenialia & criminalia diſtinguuntur. Serm. ſuper 3. pſal. pœnitent.

Vnde. Bonauentura: De ortu peccati actualis hæc in ſumma tenenda ſunt, uidelicet quòd peccatũ actuale originem trahit à libera uolũtate uniuſcuiuſq; per ſuggeſtionẽ delectationẽ, conſenſum & operationẽ, iuxta quod dicit Scriptura: Vnuſquiſq; tentatur à cõcupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde cõcupiſcentia cum conceperit, peccatũ parit: peccatũ aũt cum conſummatũ fuerit, generat mortẽ. Si aũt ſuggeſtio & delectatio ſiſtat circa conſenſum, eſt ueniale peccatum. Si uerò conſequatur

quatur conſenſus & opus in his quæ diuina lege prohibita ſunt, peccatum eſt mortale conſummatũ. Quòd ſi medio mõdo fit, ut cõſenſus ſine opere ſit, aut qnia uult in opus procedere, ſed nõ poteſt, tunc uoluntas pro facto reputatur: tamen minus culpabilis eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur. Aut quia nõ uult in opua procedere, ſed quia uult interius uoluptati indulgere: & tunc manducat mulier, ſad nõ uir: & licet nõ ſit peccatum plenè conſummatum, eſt tamen inter mortalia computandum, quia muliere manducante totus homo damnari meretur, quod maximè habet in peccatis carnalibus. Tertia parte Breuiloq. cap. 8.

Albertus: Omne peccatum ex uoluntate, ſicut ex radice procedit. In Iohan. cap. 5.

Forma. Thomas: Peccata actualia ſunt peccata perſonalia. Prima ſecundæ, quæſt. 83. artic. 2.

Albertus: Peccatũ actuale in quantum contrariũ eſt gratię, culpa uocatur: in quantum autem contrarium eſt uirtuti, uocatur uitiũ. Et in actu interiori uel exteriori uerbi uel facti conſideratũ, uocatur peccatum habens tres effectus: quorũ unus eſt priuatio boni naturalis, & ſic uocatur malũ. Ex illa autẽ priuatione ſurgit deformitas: & quo ad hanc, uocatur macula: nõ quidem poſitiuè, ſicut eſt nigredo nel albedo, ſed potius ut dictũ eſt, priuatiuè, ſicut mutilatio auget maculã, uel cæcitas: quia cũ peccatũ ſit defectus, nõ poteſt imprimere maculã, quæ poſitiuè aliquid ſit. Adhæc quoniã omne qnod ponitur eſt ens, & omne ens eſt à Deo: ſi macula poſitiuè eſſet aliquid, eſſet à Deo, quod ridiculum & abſurdum eſſet. Vnde ſicut mutilatio & eſt defectus naſi, & deformitas ſiue macula faciei: ita peccatũ eſt priuatio naturalis boni, & ſic eſt malũm: uel deformitas ſiue macula animæ, & ſic eſt turpitudo. Tertius autem effectus eſt, in quantũ eſt carens rectitudine legis: & ſic obligat ad pœnam, & uocatur reatus. Super Matth. cap. 4.

Voluntariũ. Albertus: Omne peccatũ eſt uoluntariũ: ſed non eſt uno modo uoluntariũ, ſed multipliciter. Quoddã enim eſt uoluntarium, quod ſola uoluntate cauſatur, nullo alio inclinante ad peccandum, nec interiori nec exteriori: & ſic primum peccatum dæmonis fuit noluntariũ. Alio modo dicitur noluntariũ, quod cauſatur à ſola uoluntate interius inclinante, licet habeat exterius inclinãs: & ſic dicitur peccatum primorũ parentum. Aliquando dicitur uoluntariũ peccatum, cuius actus eſt uoluntarius, ſed cum uolũtate inclinat ad idem alia interius & exterius, & ſic dicuntur actnalia peccata mortalia in nobis. Aliquando dicitur peccatũ uoluntarium uoluntate cauſante cauſam primi peccati, licet non ipſum peccatũ. Aliter dicitur uoluntarium peccatum, quod in ſingulari poteſt præuenire uoluntas, licet non in uniuerſali. Super 2. Sentent. diſt. 41.

Oris peccata. Bonauentura: Peccata oria ſunt mendacinm, in quo neritas deſtruitur: periurium, in qno ueritas contemnitur: contentio, in qua ueritas impugnatur. Eſt enim contentiò ueritatis impugnatio, cum cõfidentia clamoris. Definit. Auguſt. Mendaciũ eſt falſa ſignificatio uocis', cum intentione fallendi. Et nota, qnòd cũ mentiri ſit contra mentem ire, poteſt homo mentiri dicendo falſitatem ex certa ſcientia. Item, poteſt homo mentiri dicendo ueritatem: quia quamuis ſit uetum qnod loquitur, tamen aliud ſentit in conſcientia. Item, poteſt homo dicere falſum nõ mentiendo nec peccãdo, ut quãdo fallitur, adhibita tamẽ debita diligentia, &c. De diuiſione mẽdacij in parte 1. Centiloq. cap. 12.

De conſenſu ait Bonauentura: Conſenſus peccati eſt nutus uoluntatis ſpontaneus, uel motus animi liber ſul. Et cum nihil ita ſit in poteſtate noſtra, ſicut conſentire nel diſſentire: hinc eſt quòd conſummatur ibí omne peccatum. Initiatur enim in cognitione, creſcit in delectatione, perficitur uerò in conſenſu & uoluntate. parte 1. Centiloq. cap. 11.

De tentatione. Bonauentura: A' carne, à mundo, à diabolo & à Deo procedunt tentationes. A' carne tentamur, qnando naturalibus uitiorũ motibus ad peccandum ſolicitamur: ut cùm luxuria uel gula nos tentat. Item à carne tentamur, quando delicata caro noſtrà horrendo labores retrahit nos, ne in ſtudijs ſpiritualibus & nirtutũ conatibus ſicut expedit exerceamur. Et ſic dupliciter nos impngnat caro, dum aut appetit mala, aut retardat ad bona. Licet aũt ira & inuidia & inanis glorià non uideantur eſſe in carne, ſed in ſpiritu: tamen à carnis corruptione trahitur corruptio ſpiritualium affectionũ. Et licet dicatur, quòd dæmones huiuſmodi uitia ſuggerant hominibus: tamen nos habemus tentationũ materiam intra nos, ut etiamſi non adeſſent dæmones, ipſa tamen concupiſcentia noſtra pareret peccatum, ſi ei conſentiretur. In nobis eſt omne quo peccamus. In tractatu de profectu religioſorum cap. 3.

Thomas ait: Sed cõſiderandũ eſt, quòd interior tentatio nõ ſubitò hominem proſternit, ſed paulatim, cũ per negligentiã aliquis in ſeipſo peccati initia repiimere nõ curat. Exterior aũt tẽtatio hominẽ plerũq;

ſubitò proſternit:ſicut Dauid ad aſpectum mulieris in adulterium prorupit, & etiam multi in tormentis fidem negauerunt. Super lib Iob cap. 4.

De malitia ait Thomas: Omnis malitia hominum à ſuperbia initium habet. Item: Inter cũcta uitia Deus maximè ſuperbiam deteſtatur, quia ſuperbi Deo rebellant. In lib. Iob cap. 40.

Pœnæ. Bonauentura: Omnes actualiter peccãtes, qui erũt dãnati, punientur pœna triplici. Propter auerſionẽ, carẽtia uiſionis Dei. Propter conuerſionẽ ad bonũ cõmutabile, pœna incẽdij materialis. Propter pugnã uolũtatis & rationis, pœna uermis. ut ſic ex hac multiplicitate pœnarũ afflicti, uariè & acerbè & æternaliter crucientur, & tormentorũ eorũ fumus aſcendat in ſecula ſeculorũ. In 6. parte Breuiloquij, cap. 7.

In pueris negat eſſe actuale peccatum Guilhelmus. In paruulis ſolũ eſt originale peccatũ, & nõ actuale, cum uſu rationis careãt. De Sacramẽto baptiſmi cap. 5. in fine.

Thomas etiam ait: In pueris nõ eſt niſi peccatũ originale. quod nõ cõſiſtit in actuali deordinatione uoluntatis, ſed in quadã habituali deordinatione naturæ. Et ideo remittitur eis peccatũ cũ habituali immutatione per infuſionẽ gratiæ & uirtutũ, nõ aũt cum actuali. Sed adulto, in quo ſunt actualia peccata, quæ cõſiſtunt in deordinatione actuali uolũtatis, nõ remittũtur peccata etiã in baptiſmo ſine actuali immutatione uoluntatis, quod fit per pœnitentiã. Tertia ſummæ, quæſt. 86. artic. 2.

Næuus de Maria. Thomas: Beata uirgo nullum actuale peccatum commiſit, nec mortale, nec ueniale. Tertia ſummæ, quæſtio. 27. artic. 4.

DE MORTALI.

De mortali inquit Alexander: Peccatũ mortale duo facit: quia uulnerat in naturalibus, & ſpoliat gratuitis. quantũ ergo ad ultimũ effectũ, dicimus, quòd nullo modo cõuenit ueniale cũ mortali: quantũ ad primũ, cõuenit cũ illo, quãuis nõ ſonet in tantum, ut uulnerare dicatur. Secundũ hoc ſolebat dici, quòd ueniale facit nemini mortale uulnus. parte 3. quæſt 29. memb. 8. Itẽ: Mortale peccatũ dicendũ eſt, quod aut fit animo malignãtis, aut fit cauſa neceſsitatis, aut fit cauſa exercitationis, aut ex quadã titillatione gloriæ & honoris. Si fit cauſa malignitatis, ut qui uolũt iniuſtè uincere, uel animos ſimplicium ſubuertere: ſecundũ hunc modũ eſt mortale peccatum, & ſecundũ hũc modũ prohibetur ab Apoſtolo, cũ dicit: Noli contendere uerbis, &c. & dicit gloſſa: Contentio nihil poteſt, niſi ſubuertere audiẽtes, dũ uerboſus par uel ſuperior uidetur eſſe catholico. Contentio minus ſtabilitatis, ſæpe generat ſcrupulũ. Et dicitur Iob 7. in glo. Inquiſitionibus nõ uidentur ueritatẽ aſſequi, ſed uictores uideri. Hoc aũt poſſet eſſe ex quadam leuitate in his, ubi non eſt periculum: & tunc nõ dicitur mortale peccatũ. Si uerò cauſa neceſsitatis, tunc non eſt peccatũ, ſecundum quod dicitur 3. Prouer. ſuper illud, Nõ contendas aduerſus hominẽ fruſtra: nõ uetat contendere aduerſus eũ qui malè fecit, ut corrigatur: quia hoc fruſtra nõ fit, quod certa neceſsitas cogit. Si fiat cauſa exercitationis, non eſt peccatũ mortale, etſi aliquando propter modũ contingat eſſe ueniale. Si uerò cauſa eruditionis. nec ſic eſt peccatũ, ſecundũ quod dicitur Prouerb. 29. Vir ſapiens ſi cũ ſtulto contenderit, &c. Gloſſ. Doctor fidelis & ſapiẽs ſi cũ infideli & contumace cõtenderit, ſiue tormenta reproborũ, uel gaudia narret bonorũ, fruſtrà erga inſenſatũ laborat. Si uerò fit ex quadã titillatione honoris uel gloriæ, ueniale uidetur peccatũ, & ſecundũ hoc uidetur accipi illud Luc. 22. Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum uideretur eſſe maior. & dicit gloſ. Non eſt incredibile, quòd honore inuicẽ ſe præueniendo certarent: ſed qualibet ex cauſa cõtẽderint, nõ quid adhuc carnales geſſerint, ſed quid ſpiritualis magiſter iuſſerit, audiamus. ex quo accipitur, quòd carnales erant contendẽdo de præuẽtione honoris. parte 2. quæſt. 141. memb. 2. parag. 1. Itẽ: In peccato mortali ſunt duo: auerſio à ſummo bono, & cõuerſio ad bonum defectibile. His autem duobus reſpondent alia duo: offenſa Dei, & libido peccati. quibus duobus reſpõdet duplex pœna infinita, ſcilicet dãni & ſenſus. Iſtis aũt duobus reſpondent duo in ſatisfactione ex parte pœnitentis: dolor perpetuus de offenſa, & ſuſtinentia pœnæ exterioris, cũ diuina miſericordia conferente gratiam, qua utrunq; prædictorũ efficitur Deo acceptũ. Quia enim peccator peccando offendit illũ qui eſt bonitatis ſimpliciter æternę & infinitæ, oportet quòd in ſuo infinito & æterno puniatur dolendo pro offenſa illa & deteſtando: quia uerbo diuina miſericordia pręuenit ſatisfactionẽ pœnitentis, gratiã conferendo & reatũ infinitum indulgendo. Poſsibile eſt pœnitenti ſatisfacere opere interiori dolendo de offenſa, & opere exteriori de libidine habita in actu peccati. Et in utraq; iſtarũ cõcurrunt ex parte Dei miſericordia & iuſtitia: miſericordia indulgendo reatũ infinitum ſimpliciter, quantũ ad pœnã dãni, & quantũ ad pœnã ſenſus: & iuſtitia in exigendo pœnã aliquã. Idẽ parte 4. quæſt 84. mẽb. 1.

Innocentius

Innocétins ait:Eſt quoddã peccatũ mortale,pro quo nõ eſt orãdũ:quia nec in hoc; nec in futuro ſeculo remittitur: Serm.2.in die Conuer.Pauli. Itẽ: Mortale peccatũ quãdoq; dimittitur & quantũ ad culpã,& quantũ ad pœnã:quãdoq; dimittitur quãtum ad culpam,ſed nõ omnino quantũ ad pœnam.Serm.in 2.pſal.pœnitent.

Bonauentura ait: Circa ortũ peccatorũ capitaliũ hoc eſt in ſumma tenendũ,uidelicet quòd peccatorũ actualiũ unũ eſt initium,duplex radix,duplex fomentũ,ſeptiforme caput ſiue capitale peccatũ.Vnũ eſt capitale initiũ, ſcilicet ſuperbia , iuxta qđ Scriptura dicit: Initiũ omnis peccati ſuperbia.Duplex radix: ſcilicet timor malè humiliãs,& amor malè accendẽs.Triplex fomentũ, ſecundũ tria quæ ſunt in mundo: ſcilicet concupiſcentia carnis, cõcupiſcentia oculorũ, & ſuperbia uitæ. Septiforme uerò caput:ſcilicet ſuperbia,inuidia,ira,acedia,auaritia,gula,luxuria.Inter quę qnq; præcedentia ſunt peccata ſpiritualia, duo uerò ultima ſunt carnalia . Tertia parte Breuiloquij,cap.9.

Thomas ait: Nõ quilibet contẽptus facit peccatũ mortale,ſed contẽptus Dei ſolus:per hoc enim ſolùm auertitur homo à Deo.In ſumma de ueritate,materia 15.quæſtio 5. Et:Quãdo cõſcientia in aliquo nõ eſt probabilis,tunc debet eã deponere:ſed tamẽ dũ manet,ſi cõtra eã facit,mortaliter peccat.Ibidẽ materia 17.quæſt.4. Itẽ:Qui peccat mortaliter, nõ diligit Deum ſuper omnia,ſicut diligendus eſt ex charitate,cũ aliquid aliud præferat amori Dei,propter quod Dei mandatũ contẽnit.In diſputatis quæſt.de charitate artic.6. Et:In mortali peccato , in quo quis decidit , eſt quatuor attẽdere: ſcilicet actũ malũ interiorẽ, item delectationẽ actus,item iniuriã ſiue offenſam per præmiſſa cõtra Deũ cõmiſſam, itẽ finalẽ impœnitentiã,quę facit quòd peccatum deinceps eſt indelebile in perpetuũ. Quantũ ad primũ & ſecundũ,plus cruciabitur peccator, quàm ſe in peccatis glorificauit,uel oblectauit:quia pœna nõ tranſit, ſicut actus trãſit uel delectatio: item pœna erit acerbior,quàm delectatio. Quantũ autem ad tertiũ , tantũ cruciabitur faciendo cõparationẽ in genere,nõ in ſpecie,quantũ ſe glorificauit & oblectauit:quia ſecundũ quãtitatẽ iniurię uel offenſæ,erit quantitas tormentorũ cõparando in genere. id eſt,ſi multũ offendit,multũ cruciabitur:ſin minus , minus . & ſic accipitur qđ dicitur, Quantũ glorificauit,&c.quaſi dicat: Quantũ offendit uel peccauit in glorificãdo & delectãdo ſe,tantũ,&c. Quantũ autem ad quartũ,reſpõdet pœna culpę in inferno ſecũdũ durationẽ:quia ſicut macula offenſæ ſemper manebit in anima,ſic pœna eſt perpetua.Super Apocal.cap.18. Et:In peccato mortali ſunt duo:ſcilicet auerſio ab incommutabili bono,& cõuerſio ad cõmutabile bonũ inordinata.Ex parte ergo auerſionis ab incõmutabili bono , cõſequitur peccatũ mortale,reatus pœnæ æternæ,ut qui cõtra æternũ bonũ peccauit,in æternũ puniatur. Ex parte etiã cõuerſionis ad bonũ cõmutabile,in quantũ eſt inordinata, conſequitur reatus alicuius pœnę:quia inordinatio culpæ nõ reducitur ad ordinẽ iuſtitiæ, niſi per pœnã.Iuſtũ enim eſt, ut qui uolũtati ſuæ plus indulſit quàm debuit,cõtra uoluntatẽ ſuã aliquid patiatur . Sic enim erit ęqualitas.Vnde Apo.14.dicitur:Quãtũ glorificauit ſe & in delicijs fuit,&c.Quia tamẽ cõuerſio ad bonũ cõmutabile eſt finita,nõ habet ex hac parte peccatũ , ꝙ debeatur ei pœna ęterna. Vnde ſi ſit inordinata cõuerſio ad bonum cõmutabile ſine auerſione à Deo,ſicut eſt in peccatis uenialibus,nõ debetur peccato pœna æterna, ſed tẽporalis. Quãdo igitur per gratiã remittitur culpa, tollitur auerſio animę à Deo, in quantum per gratiã anima Deo coniũgitur. Vnde & per gratiã ſimul tollitur reatus æternę pœnæ , poteſt tamẽ remanere reatus alicuius pœnæ tẽporalis.Tertia ſummæ, quæſt. 86. art.4. Itẽ:Culpa mortalis utrũq; habet,& auerſionẽ à Deo , & conuerſionẽ ad bonũ creatum.Sed auerſio à Deo eſt ibi ſicut formale,cõuerſio aũt ad bonũ creatũ eſt ibi ſicut materiale . Remoto aũt formali cuiuſcũq; rei,tollitur ſpecies:ſicut remoto rationali , tollitur ſpecies humana: & ideo ex hoc ipſo dicitur culpa mortalis remitti , ꝙ per gratiã tollitur auerſio animæ à Deo ſimul cũ reatu pœnę ęternæ . remanet tamẽ illud qđ eſt naturale, ſcilicet ordinata cõuerſio ad bonum creatũ,pro quo debetur pœnæ tẽporalis reatus . Ibid.quæſt.86.art. 4. Item: Deliberatus cõſenſus in his quæ ſuo genere ſunt mortalia,eſt mortale peccatũ,& ideo ratio ſuperior ſemper mortaliter peccat,ſi actus inferiorũ uiriũ,in quos conſentit,ſint peccata mortalia. Prima ſecundæ,quæſt.74.artic.10.

Albertus : Peccata mortalia introducũt ad mortẽ.Sup Mart.cap.15. Et:Nõ eſt peccatum niſi mortale peccatũ. De alijs enim uenialibus non eſt corruptio.Ibidẽ cap.18.

Ægidius:Quicũq; in peccato mortali decidit in ꝑpetuũ dãnabitur,iuxta illud Eze. 18.Si impius,&c.In tractatu de inferno c.11.

DE VENIALI.

De ueniali inquit Thomas : Ille qui uenialiter peccat, quamuis nõ conformet in actu ſuã uoluntatẽ diuinæ,cõformat tamẽ

habitu. Nec tenetur ut ſemper in actū exeát. Sed pro loco & tēpore tenetur, ut nunquam contrarium agat. Peccans enim uenialiter, nō agit contra conformitatē prædictā, ſed præter eam. Vnde non ſequitur, quòd peccet mortalirer. In ſumma de ueritate, materia 23. quæſt. 7. Et: Veniale dicitur triplex. Vno modo ex cauſa, quia ſcilicet habet aliquā cauſam ueniæ, quę diminuit peccatū: & ſic peccatū ex infirmitate uel ignorātia dicitur ueniale. Alio modo ex euentu, ſicut omne peccatū per pœnitētiā fit ueniale, id eſt cōſequitur ueniā. Tertio modo dicitur ueniale ex genere, ſicut uerbū ocioſum, & hoc ſolū ueniale opponitur mortali. Prima ſecūdę, quęſt. 77. art. 8.

Albertus: Infirmitas aūt eſt ex multitudine uenialiū & impedimēto ſeculariū curarū. In Matth. cap. 10. Et: Dicitur enim ueniale peccatū, uenia dignū tribus modis: genere, euētu & circūſtantia. Genere quidē, quod ſecundū totū genus humanū uenia dignū eſt, & nō morte æterna: ſicut uerbū ocioſum. Euentu aūt, ſicut quod in ſe eſt quidē mortale, ſed tamē per euentū ſequentē factū eſt ueniale: ſicut peccatū omne poſt pœnitentiā fit ueniale. Circūſtantia uerò, ſicut quod licet in ſe mortale ſit, tamen habet circumſtantiā, ex qua magis congruat ipſum remitti. In Matth. cap. 12.

Ægidius: Si aliqua peccata uenialia cōmittuntur, propter hæc peccata non damnabimur: quia adhuc manet fundamentū, quod eſt Chriſtus, quo manente perire nō poſſumus. In tractatu de inferno cap. 11.

De ueniali non rectè Thomas loquitur: Ad remiſsionē peccati uenialis non requiritur nouæ gratiæ infuſio: ſed ſufficit aliquis actus procedēs ex gratia, quo aliquis deteſtetur peccatū ueniale, uel explicitè, uel ſaltē implicitè: ſicut cū aliquis feruenter mouetur in Deum. Et ideo triplici ratione aliqua cauſant remiſsionem uenialium peccatorū. Vno, in quantū eis infunditur gratia: quia per infuſionē gratiæ tolluntur uenialia peccata. & hoc modo per Euchariſtiam & extremam unctionem, & uniuerſaliter per omnia Sacramenta nouę legis, in quibus confertur gratia, peccata uenialia remittuntur. 2, In quantum ſunt cū aliquo motu deteſtationis peccatorū: & hoc modo confeſsio generalis, tonſio peccatoris, & oratio Dominica operantur ad remiſsionē uenialiū peccatorum. Nam in oratione Dominica petimus, Dimitte nobis, &c. Tertio modo, in quantum ſunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deum, & ad res diuinas: & hoc modo benedictio epiſcopalis, aſperſio aquæ benedictæ, ſacramentalis unctio, oratio in Eccleſia dedicata, & ſi quā alia ſunt huiuſmodi, operātur ad remiſsionē peccatorū. Tertia ſummæ, quæſt. 87. artic. 3. Itē: Venialiter peccans non facit quod lex prohibet, nec permittit id ad qđ lex per præceptū obligat: ſed facit præter legē, quia nō obſeruat modum rationis, quā lex intendit. Idē prima ſecūdæ, quæſt. 88. art. 1. Et: Peccatū mortale habet reatū pœnæ æternæ: peccatum autem ueniale, reatum pœnæ temporalis. Ibid. artic. 4. Item: Impoſsibile eſt, quòd peccatum ueniale ſit in aliquo cum originali peccato abſq; mortali. Ibidem quæſt. 89. artic. 6. Et: Peccata mortalia poſt hāc uitam non remittuntur, uenialia uerò dimittuntur. Nam peccata mortalia ſunt per auerſionē à fine ultimo, circa quem homo immobiliter firmatur poſt mortem: peccata uerò uenialia nō reſpiciunt ultimum finem, ſed uiam ad finem ultimū. Sed ſi uoluntas malorū poſt mortem obſtinatè firmatur in malo, ſemper appetent ut optimum, quod prius appetierunt. Non ergo dolebūt ſe peccaſſe. Nullus enim dolet ſe proſecutū eſſe, quod æſtimat eſſe optimū. Sed ſciendum eſt, quòd damnati ad ultimam miſeriā ea quæ appetierant ut optima, habere poſt mortē non poterunt. Nō enim ibi dabitur luxurioſis facultas luxuriandi, aut iratis aut inuidis facultas offendendi & impediendi alios: & idem eſt de ſingulis uitijs. Dolent igitur mali, quia peccata cōmiſerunt, nō propter hoc quia peccata eis diſpliceāt, quia etiā tunc mallent peccata illa cōmittere, ſi facultas daretur, quām Deū habere: ſed propter hoc, quòd illud quod elegerunt habere nō poſſunt, & illud quod reſpuerunt poſſent habere. Sic igitur & uoluntas eorum perpetuò manebit obſtinata in mundo, & tamen grauiſsimè dolebūt de culpa commiſſa & de gloria commiſſa. Et hic dolor uocatur remorſus conſcientiæ, quia metaphoricè in Scripturis uermis nominatur, ſecundū illud Ieſaiæ ult. Vermis eorū non morietur. In compend. Theolog. tractatu 1. cap. 1.

IN SPIRITVM SANCTVM.

Alexāder inquit: Similiter peccatum ex ignorātia dicitur peccatū in filiū, quia per illud diſconuenit homo à filio, qui eſt Dei ſapiētia. Peccatum aūt in Spiritū S. dicitur peccatū ex malitia, quia per illud diſcōuenit homo à Spiritu ſancto, qui eſt ſumma bonitas parte tertia, quæſtio. 25. memb. 3. Item: Peccatum dicatur remiſsibile, & peccatum in Spiritum ſanctum dicatur irremiſsibile, tamen ex differenti ratione. Peccatum enim illud dicitur remiſsibile maximè propter ſtatū ipſius perſonæ: peccatum uerò in Spiritum ſanctum irremiſſibile

ſibile ratione additionis ipſius peccati: & ideo peccatum in Spiritum ſanctum dicitur peccatum ex certa malicia. Illæ enim differenriæ peccati, cum dicitur peccatum in patrem, &c. ſunt differentiæ non primi peccati: ſed cum ſuperadduntur aliquę cõditiones malæ, inclinantes ad peccatũ: ſicut ſunt ignoranria ex parte intellectus, malicia ex parte affectus, & infirmitas ex parte carnis. nel infirmitas contra potentiam, ignorantia contra ſcientiam, malicia contra bonitatem: & ſi inueniatur quòd peccanit peccato præſumptionis, ſicut habetur in libro de uera religione, quòd de uanitate ſua præſumpſerit, cum nõ omnis præſumptio ad peccatum in Spiritũ ſanctum ſit reducenda, ſed illa præſumptio quæ eſt de Dei miſericordia, meritis exigentibus contrarinm. Vnde cum nulla mala merita præceſsiſſent in diabolo, non dicitur ſecundum hunc modum peccatũ in Spiritum ſanctum. Sed ſi inuenistur, quòd huiuſmodi peccatum dicatur in Spiritum ſanctum, hoc magis eſt ratione circũſtantiarum, quàm ratione generis peccati. parte 2. quæſt. 109. memb. 4. artic. 2. Item: Peccatum in Spiritum ſanctum dupliciter dicitur. Vno modo, ſecundum quod addit conditionem ſuper genus peccati. Alio uerò modo, prout eſt genus quoddã peccati. Secundum quod addit conditionẽ ſuper genus peccati, dicitur, quòd peccatum in Spiritum ſanctum eſt quodcunq; mortale peccatũ ex certa malicia cum mentis pertinacia: & hoc modo poſuerunt illas tres conditiones ad eſſe peccati in Spiritũ ſanctũ, ut peccatũ in Spiritũ ſanctũ ſit peccatum ex induſtria quadã conditione ſuperaddita. Alio uerò modo, ſecundũ quod dicit Aug. non quodcunq; peccatũ eſt in Spiritũ ſanctũ: ſed ubi per ſe impugnatur ipſa gratia Spiritus ſancti, in qua ſit remiſsio peccatorũ: & hoc modo dicunt quędã peccata ſpiritualiter in Spiritũ ſanctũ, & ſecundum hoc dicitur ille peccare in Spiritũ ſanctum, qui recuſat eſſe in unitate corporis Chriſti, quod uiuificat Spiritus ſanctus, ſecundũ quod in eo ſit remiſsio peccatorũ: & hoc modo cõtinet in ſe impugnarionẽ ueritaris agnitæ & ſupernæ gratiæ, & quędã alia peccata ſpiritualia. Ibidẽ quæſt. 173. memb. 1. Item: Deſperatio tũc eſt peccatũ in Spiritum ſanctũ, quando nec habet per ſe occaſionẽ ex infirmitate, nec ex ignorãtia, ſed ſcienter de miſericordia Dei deſperat, nulla ſtimulante carnis humanæ fragilitate, ſed peccatorũ immenſitate. Non negatur ergo, quòd aliqua deſperatio poſsit procedere ex infirmitate uel ignorantia, ſed talis procedit ex certa malicia. Ad ſecundũ uerò dicendũ, quòd licet ſpes determinet actũ uirtutis, non tamen in perfectione, ſed in imperfectione. Deſperatio tamen quæ opponitur ei, determinat peccatum in conſummatione maliciæ. Vnde Bernhardus: Quemadmodum perfectionem ſapientiæ ſibi uendicat amor Dei, ita deſperatio omnẽ maliciæ conſummationẽ. & ſicut ex noticia tui uenit in te timor Domini, & ex noticia Dei amor eiuſdem: ita de ignorantia tui ſuperbia, de obliuione Dei deſperatio. Hæc autẽ conſummatio maliciæ, eſt in deſperatione, prout eſt peccatũ in Spiritũ ſanctum. Ad tertium uerò dicendũ, quòd præſumptio, quãdo directè impugnat iuſticiã Dei, quaſi Deus eſſet miſericors & nõ iuſtus, eſt peccatũ in Spiritum ſanctũ, non propter hoc quòd poſsit Dei miſericordiã excedere ſuum peccatũ, ſed quia poſsit miſericordia Dei eſſe ſine iuſticia: non aſſerẽdo in intellectu, hoc enim eſſet infidelitas: ſed ſic afficiẽdo, quòd unũ eſſet ſine altero. Ad quartũ uerò dicendũ, quòd inuidentia fraternæ gratiæ, ſecundũ quod eſt peccatũ in Spiritũ ſanctũ, attenditur, cum homo ſcienter impugnat gratiã fraternitatis: neq; mouetur ad hoc ex leuitate, uel ex aliqua infirmitate. Vnde nõ eſt dicẽdũ, quòd omne odiũ fratris uel inuidia in fratrẽ ſit peccatũ in Spiritũ ſanctũ. Ad quintũ uerò dicendũ, quòd cũ aliquis impugnat ueritatẽ prius agnitã, poteſt per ſeductionẽ aliorũ cadere in errorẽ & impugnationẽ illius ueritatis, & defenſionem falſitatis: & talis nõ dicitur peccare in Spiritũ ſanctũ, ſecundũ quod dicit Auguſtinus cõtra Manichęos: Qui reſiſtunt cõtumaciter, & peſtifera dogmata emendare nolũt, ſed defenſare perſiſtunt, cũ tamẽ credãt contrariũ habere ueritatẽ. Poſſunt enim dici hæretici, & nõ peccãtes in Spiritũ ſanctũ, ſi ex falſa credulitate & ignorãtia hoc faciũt. Ad ſextũ uerò dicendũ, quòd obſtinatio tũc eſt peccatũ in Spiritũ ſanctũ, quando tenaciter malo adhærent, non ex ignorantia aut infirmitate, ſed ex ipſa animi malignitate. Et dicitur Matth. 12. in gloſ. Cùm diabolica obſtinatione de diſperſione à congregatione ad congregationem nunquã reditur, tunc iudicatur peccatũ in Spiritum ſanctum. Ibidem quæſt. 3. Item: Peccatum in Spiritum ſanctum, ſicut dictum eſt, ſub duplici ratione ſumebatur. Vno modo, quod erat peccatũ per ſe diſtinctum: alio modo, ſecnndum quod dicebat aggrauationẽ ſuper genus peccati. Secundum primũ modum non omne peccatũ poteſt eſſe peccatum in Spiritum ſanctum, ſicut non omne peccatũ nõ eſt aliquid ſex dictorũ peccatorũ. Secũdo uerò modo põt illud peccatũ

fieri peccatum in Spiritũ ſanctum peraggrauationem circumſtantiæ. Sed diſtinguendum eſt, ſi motus peccati originẽ habet ex fragilitate uel ignorantia, nõ propriè dicitur peccatum in Spiritum ſanctũ, licet ulterius progrediatur per aggrauationem circumſtantiæ: ſed ſi nec fiat ex fragilitate, nec ex ignorantia, ſed ſolùm ex certa malicia, tunc dicetur peccatum in Spiritum ſanctum. Si autem aliquis motus, qui diu durat, primò ſit ex infirmitate, deinde progrediendo ex induſtria: non propter hoc dicendum eſt, quòd idem ſit peccatũ in patrem & in Spiritum ſanctum: ſed ſecundum unam partem motus dicetur peccatum ex infirmitate, ſecundũ aliã in Spiritum ſanctum. Ibidẽ diſt. 174. memb. 4.

Bonauentura ait: Blaſphemia peccatũ eſt in Spiritum ſanctum, quæ non remittitur in hoc ſeculo, neq; in futuro, &c. Sunt autem ſex peccata in Spiritum ſanctum, quorum inuidia eſt unũ, ſcilicet inuidẽtia fraternę gratię, impugnatio ueritatis agnitæ, præſumptio de impunitate, obſtinatio mentis, deſperatio, & finalis impœnitẽtia. Dicũtur enim peccata in Spiritum ſanctũ, ſcilicet quia impugnant gratiam Spiritus ſancti. In 1. dieta cap. 4. Item: De peccatis finalibus ſiue irremiſsibilibus, cuiuſmodi ſunt peccata in Spiritum ſanctum, hoc eſt tenendnm, quòd licet omne peccatũ generaliter ſit contra Deum trinum & nnũ, apropriatè tamen dicitur peccatum, & aliquid eſſe in patrẽ, aliquid in filinm, aliquid in Spiritum ſanctum. Hoc autẽ peccatũ in Spiritum ſanctum irremiſsibile dicitur in hoc ſeculo & in futuro: non quia in hoc ſeculo non poſsit dimitti, ſed quia rarò dimittitur, aut uix in hoc ſeculo quantũ ad culpam, modicum autẽ & qnaſi nihil fiet remiſsio ſibi in futuro quantum ad pœnam. Huius autem peccati ſex ſnnt differentiæ ſeu ſpecies: ſcilicet inuidia fraternæ gratiæ, impugnatio ueritatis agnitæ, deſperatio, præſumptio, obſtinatio mẽtis, & impœnitentia finalis. parte 3. Breuiloq. cap. 11. Item: Sex ſunt peccata in Spiritum ſanctũ: ſcilicet impugnatio ueritatis agnitæ, inuidẽtia fraternę gratiæ, præſumptio de impunitate, obſtinatio, deſperatio, finalis impœnitentia. Iſtę ſunt ſex blaſphemię in Spiritum ſanctũ, quę nõ remittũtur in hoc ſeculo, nec in futuro. In 3. dieta 19.

Thomas ait: Peccatum in Spiritum ſanctum non dicitur irremiſsibile, quia in hac uita non poſſet remitti, ſed quia non facilè. In ſumma de ueritate, mareria 24. qnæſtion. 11. Et: Ille dicitur loqui uerbum irremiſsibile in Spiritum ſanctum, qui corde, ore & opere ſic remiſsioni peccatorum repugnat, ut in peccato perſeueret uſqne ad mortẽ. In quæſt. diſputatis, de cauſa peccati, art. 14. Et: Secundum ſenrenniã antiquorum ſanctorum eſt peccatũ uerbi, quo quis cõtra Spiritũ ſanctum blaſphemat. Secundum uerò alias opiniones oportet dicere, quòd etiã eſt uerbũ quoddã cordis & operis: qnia in corde aliquid dicimns, ſecundũ illud 1. Cor. 12. Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in Spiritu ſancto, id eſt, corde, ore & opere. Ibidẽ. Et: Deſperatus, qui dicitur peccare in Spiritũ ſanctum, putat ſe ſua malicia exuperare diuinã bonitatẽ, non quantũ ad opinionẽ, ſic enim peccaret peccaro infidelitatis: ſed quia habet ſe ad modum ita putãtis, in qnantum ex conſideratione ſuorum ſcelerum de diuina bonitate diffidit. Ibidẽ. Itẽ: Peccatũ in Spiritũ ſanctum dicitur eſſe inſanabile ex perfecta inhęſione uoluntatis ad peccatũ. Qui enim peccat per ignorantiã, nõ eligit peccatum, niſi per accidens. Eligit enim id quod eſt peccatum, quod tamen neſcit eſſe peccatum. Qui uerò peccat per infirmitatem, eligit quod eſt peccatum per ſe, ſed tamen ex cauſa de facili tranſeunte, ſcilicet propter impetũ paſsionis. Sed ille qui ex certa malicia peccat, eligit peccatum ut ſecundum ſe appetibile. Et ideo talis inſanabilitas pertiner ad grauitatẽ peccati. Idem in quæſt. diſpntatis de auaricia, artic. 2. Item: Peccatum in Spiritum ſanctum eſt irremiſsibile in hoc ſeculo, & in futuro: nõ qnia in hoc ſeculo non poſsit dimitti, ſed quia nõ dimittitur niſi rarò, aut uix in hoc ſeculo quantum ad culpam, & modicum in futuro quantum ad pœnam. Huius autẽ peccati ſex ſunt differentiæ: inuidẽtia fraternæ gratiæ, impugnatio ueritatia agnitæ, deſperatio, pręſumptio, obſtinatio, & finalis impœnitentia. De modo conferendi cap. 28.

Albertus ait: Peccatum in Spiritum ſanctum dicitur dupliciter: ſcilicet ab obiecto circa quod eſt peccatum, & à cauſa mouẽte ad peccatum. Ab obiecto ſcilicet, quando eſt contra perſonam Spiritua ſancti, etiam contra perſonam filij, & pauciores contra perſonam patris. In cauſa mouente ad peccatum habet contrarietem ad bonitatem Spiritus. Super 2 ſentent. diſtinct. 41. Et: Diuina natura in Chriſto manifeſtatur actionibua potentiæ & ſapientiæ & bonitatis, non humanis, ſed diuinis. Et cognoſcens hos actus eſſe proprios Spiritui ſancto & diuinæ naturæ, & tribuens ſpiritui immundo, non peccat ex infirmitate, neque ex ignorantia, ſed contra conſcientiam ex certa malicia. Et hoc peccatum uocatur impugnatio ueritatis agnitæ, &c

tæ, & proprium Spiritui ſancto effectum. Et ideo illud nullam remiſsibilitatem habet ex congruitate peccati. Super Matth. cap.12. Item: Inuidia gratiæ, eſt peccatum in Spiritum ſanctum. Ibidem cap.21.

Irremediabile. Alexander: Irremediabile contrariè eſt, quod habet contrariam diſpoſitionem ad remittendum, ſine qua nullo modo poteſt remitti. Primo modo dicitur irremediabile peccatum angeli, & peccatum damnatorum. Secundo modo dicuntur irremiſsibilia peccata in Spiritum ſanctum, ſcilicet deſperatio, præſumptio, inuidentia fraternæ gratiæ, propoſitum non pœnitendi, peccata ex certa malicia. Iſta enim ſunt ſub diſpoſitionibus contrarijs ad remiſsionem. Illis autem ablatis, poſſunt remitti. Vnde ad hoc quòd Deus remittat deſperationem, oportet quòd habeatur ſpes: & ſimiliter præſumenti exigitur quòd habeat timorem, quòd Deus puniat pro peccato. Similiter autem & peccatum ex certa malicia, non habens colorem excuſationis, hoc modo dicitur irremiſsibile. Tertio modo dicitur omne peccatum mortale irremiſsibile, quia nullum mortale habet aliquid, per quod ſit dignum remiſsione. Ad hoc ergo quod obijcitur, quòd homo non poteſt ſatisfacere de peccato mortali, dicendum quòd uerum eſt, quòd de ſe non habet, unde poſsit ſatisfacere, niſi Deus det illud. Habet enim poſſe à Deo recipiendi illud, per quod ſatisfaciat de peccato mortali, ſcilicet gratiã à Deo. Deus enim ſemper corda irradiat, paratus dare unde poſſumus ſatisfacere pro peccato mortali. Concedendum eſt, quòd non poſſet fieri ſatisfactio ab homine pro illo, niſi ab infinito bono, quod eſt Deus, acciperet homo diuinam gratiam, per quã fit ſatisfactio & recompenſatio pro peccato mortali. Et per hoc patet ſolutio ad ea quę obijciuntur de peccato mortali in genere. Ad id quod obijcitur de peccato Adæ, dicendum, quòd peccatum Adæ non fuit in Spiritum ſanctum, ſed habuit excuſationem, ſcilicet ignorantiam quantitatis peccati. Ad aliud uerò, quòd plus nocere dicitur dupliciter, ſcilicet quantitatiuè & qualitatiuè. Peccatum ergo Adæ plus nocuit quantitatiuè, quia pluribus nocuit: ſed nõ tantum nocuit qualitatiuè, quantum peccatum angeli: quia ſecundum intentionẽ nocumenti, quod attenditur in irremiſsibilitate, non tantum nocuit peccatum Adæ. Et ſecundum intentionem illam attẽditur maioritas nocumenti peccati. Ad aliud dicendum, quòd liberum arbitriũ in homine & in angelo omnino ſunt improportionabilia, ut finitum & infinitum, ut dictum eſt. Ad aliud dicendum, quòd peccatum angeli dicitur irremiſsibile, nõ quia Deus nõ poſſet ipſum remittere, ſed quia ipſum non poteſt remitti, tum propter cõditiones & circumſtantias dictas, tũ propter genus peccati: tamen Deus poſſet ipſum remittere mutando naturam angeli. Ad aliud quod obijcitur, quòd indignitatis eſt in homine reuerti ad bonum per liberum arbitrium, dicendum, quòd hoc eſt uerum: ſed nõ eſſet hoc dignitatis in Deo, ut mutaret illud quod elegit per liberum arbitrium diuinum, nec etiam in angelo, quia hoc poneret æqualem mutabilitatẽ naturæ in angelo & in homine. Vnde hoc non eſt dignitatis ſimpliciter, ſed ſolùm in ſubiecto, quod eſt homo. parte 3. quæſt. 1. memb. 1. artic. 1.

Thomas ait: Peccatum diaboli fuit irremediabile, quia nec aliquo ſuggerẽte peccauit, nec habuit aliquam pronitatem ad peccandum ex præcedenti ſuggeſtione cauſatam: quod de nullo hominis peccato dici poteſt prima ſecundæ, quæſt. 80. artic. 4. Item: Angelorum peccatum remedium habere non potuit, quia ſecundum immutabilitatem ſuæ naturæ impœnitibiles ſunt ab eo in quod ſemel conuertuntur. Opuſculo contra Græcos, capite quinto.

De blaſphemia ait Thomas: Crimen blaſphemiæ tam horribile eſt, ut pia ora ipſum nominare proprio nomine reformident, ſed ipſum per contrarium ſignificant: & conuenienter pro peccato blaſphemiæ holocauſta offeruntur, quia ea quæ in Deum committuntur, honoratione diuina ſunt expurganda. Solet autem contingere, quòd diuinus cultus à quibuſdam deuotè perficiatur, ſi rarus ſit. Cum autem frequens fuerit, in faſtidium uenit, quod eſt peccatum accidiæ. Super lib. Iob cap. 1.

DE LIBERO *arbitrio.*

Alexander inquit: Liberum enim arbitrium eſt, quod ſui gratia eſt, & hoc in Deo. In creatura autem libertas eſt, qua ſcilicet habet poteſtatem faciendi. parte 1. quæſtione uigeſimaſecundâ, memb. 2. Item: Liberum arbitrium facultas eſt uoluntatis & rationis. Ibidem quæſt. 29. memb. 5. artic. 1. Et: Dicendum, quòd cum liberum arbitrium ſit facultas uoluntatis & rationis. Idem parte 3. quęſt. 27. membr. 2. articulo 2. Item: Nam etſi conuertatur liberum arbitrium & facultas uolũtatis & rationis, non tamen propter hoc datur intelligi, quòd iſta facultas ſit oppoſitorũ. Intelligitur autẽ per hoc

quod

quod ſequitur, qua bonum eligitur, &c. Præterea duplex eſt facultas uoluntatis & rationis. Eſt enim quędam facultas uoluntatis naturalis, quæ eſt determinata ad unum tantùm, & iſta non conuertitur cum libero arbitrio. Eſt alia facultas uolũtaria, quæ ſe habet ad oppoſita, & hæc conuertitur cum libero arbitrio, & hæc determinatur per hoc quod ſequitur, qua bonum eligitur. idem parte 2. quæſt. 73. memb. 2. artic. 2. Item: Impoſsibile fuit hominem primum uel aliquam creaturam rationalem habere liberum arbitrium inuertibile ad malum, quia hoc repugnat naturæ ipſius creaturæ rationalis, & à parte principij initialis, & à parte termini finalis: quod ſic patet. Si liberum arbitriũ creaturæ rationalis fieret naturaliter inuertibile ad malum, aut hoc eſſet propter ipſius artationẽ ad bonũ, aut propter ipſius determinationẽ ad bonum. Si propter artationẽ, ut ſcilicet faceret bonũ, ſicut lapis tendit deorſum: iam reuera nec liberũ arbitrium eſſet liberũ, nec opus eius laude dignũ, & ita ineptũ eſſet ad finem propter qnem eſt factum, ſcilicet ad præmium gloriæ. Si aũt inflexibile eſſet ad malum propter determinationem ad bonum, quia ſic potens eſſet per naturam propri[illegible] in bonũ, ut non poſſet uerti in malum, ſicut eſt de libero arbitrio diuino, quod ad ſola bona determinatum: iam tale liberum arbitrium careret uanitate per naturá ſuam. Ergo iam non eſſet creatura nec productum ex nihilo, & ita hoc eſſet contra naturam principij initialis, quantum ad hoc quòd dicimus creaturam rationalem ex nihilo eſſe productam. Repugnante ergo natura rationalis creaturæ, & ex parte principij initialis, & ex parte termini finalis, impoſsibile fuit primum hominem uel aliam creaturam rationalem habere liberũ arbitriũ per naturam innertibile ad malum. per naturá dico, propter illos qui habent hoc per beneficiñ gratiæ perfectę, ſicut illi qui iam gaudent beatitudine. Ibidem quæſtio. 96. memb. 2. artic. 3. Item: Liberum arbitriũ eſt principium omnis mali culpabilis, ſi attendimus ad potentiá. Ibidem quæſt. 100. memb. 3. artic. 4. Et: Dicitur liberum arbitrium, quia in ſua ſit poſitum poteſtate agendi quod uelit, uel non agendi, & agendi ſic uel ſic. Ibidem memb. 5. artic. 2. Item: Liberum enim arbitrium hominis ita liberum eſt, quòd in noluntate eius fuit peccare & non peccare, & ita ſequi ſuggeſtionẽ diaboli & non ſequi. Ibidẽ qnęſt. 109. mẽb. 4. artic. 3. Et: Liberum arbitrium dicitur facultas uoluntatis & rationis. Ibidem quæſt. 122. memb. 2. articul. 3. Item: Liberum arbitrium eſt facultas rationis & uolnntatis, qua bonum eligitur gratia aſsiſtente. parte 4. qnæſt. 55. memb. 3. articul. 2. Item: Licet in anima ſit eadem potentia bene operandi & malè, eadem ei potentia, ſcilicet uoluntate & liberi arbitrij, fuit bona & mala: non tamen eſt eadem potentia effectiua uitæ ſpiritualis & mortis. Nam uita eſt à Deo, mors à nobis. Licet ergo eadem ſit potentia bene operandi & malè, non tamen eſt eadem potentia effectiua uitæ & mortis. Præterea ſi diceretur, quòd eadem eſſet potentia uitæ ſpiritualis & mortis, quia eadem eſt potentia bene operandi & malè, non tamen ſequeretur ex hoc, quòd eadẽ eſſet potentia mortalitatis & immortalitatis ipſius corporis: quia ex parte corporis non eſt principinm effectiuũ neq; coeffectinum ſine cooptatiuum uitæ corporalis, ſicut eſt ex parte animę uitę ſpiritualis: quantũ aũt ad aliquid, eſt ſimile. Nam ſicut nec mortalitas nec immortalitas ab eadẽ potentia, licet in eadẽ ſint: nec mors & uita ab eadem: nam hæc à libero arbitrio, illa autem à Deo: idem tamen eſt principium ſiue potentia ſuſceptibilis utriuſq;, ſcilicet uitæ & mortis ſpiritualis, nt uoluntas aut liberum arbitriũ. Idem parte 2. quæſt 93. memb. 4.

Innocentius inquit: Diuina miſericordia nõ ſolùm præuenit & pręparat, uerùm etiá ſubſequitur & proſequitur uoluntatẽ humaná. præuenit inſpirádo, ſubſequitur adiuuando: præparat ut incipiat, proſequitur ut perficiat. Sermo. de uno martyre.

Thomas ait: Natura humana poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo in ſui integritate, ſicut fuit in primo parẽte ante peccatum. Alio modo, ſecũdum quod eſt corrupta in nobis poſt peccatũ primi parentis. Secundum autem utrumq; ſtatum natura humana indiget auxilio diuino ad uolendum uel faciendum quodcunq; bonum, ſicut primo mouente. Sed in ſtatu naturæ integræ, quantum ad ſufficientiam operatiuæ uirtutis, poterat homo per ſua naturalia uelle & operari bonum ſuę naturę proportionatũ, quale eſt bonũ uirtutis acquiſitæ: non aũt bonũ ſuperexcedẽs, quale eſt bonum uirtutis infuſæ. Sed in ſtatu corruptæ naturę etiam deficit homo ab hoc quod ſecnndum ſuam naturam poteſt, ut non poſsit totum huiuſmodi bonũ implere per ſua naturalia. Quia tamen natura humana per peccatum non totaliter corrupta eſt, ut ſcilicet toto bono naturæ priuetur, poteſt quidem etiam in ſtatu naturæ corruptæ per uirtutem ſuæ naturæ aliquod bonum particulare agere, ſicut ædificare domos, plantare uineas,

&alia

& alia huiuſmodi: non tamen bonum ſibi connaturale, ita quòd in nullo ædificat. Sicut homo infirmus poteſt per ſeipſum aliquem motum habere, non tamen perfectè poteſt moueri motu hominis ſani, niſi ſanetur auxilio medicinæ. Sic igitur uirtute gratuita ſuperaddita uirtuti naturæ indiget homo in ſtatu naturæ integræ, quãtum ad unum, ſcilicet operandum uel uolendum bonum ſupernaturale: ſed in ſtatu naturæ corruptæ, quantum ad duo, ſcilicet ut ſanetur, & ulterius ut bonum ſupernaturalis uirtutis operetur, quod eſt meritorium. Vlterius autem in utroq; ſtatu indiget homo auxilio diuino, ut ab ipſo moueatur ad bene agendum. Prima ſecundæ, quæſt. 109. articulo 2. Et: Homo non poteſt ſe præparare ad lumen gratiæ ſuſcipiendum, niſi per auxilium gratuitum interius mouens. Ibidem articul. 6. Et: Apoſtolus dicit ad Galat. 2. Si data eſt lex, quæ poſſet iuſtificare, &c. Pari ergo ratione, ſi homo haberet naturam, per quã poſſet iuſtificari, Chriſtus gratis, id eſt, ſine cauſa mortuus eſt. Sed hoc eſt inconueniens dicere. Ergo non poteſt ſeipſum iuſtificare, hoc eſt, redire de ſtatu culpæ ad ſtatum iuſticiæ. prima ſummæ, quæſt. 109. articul. 7. Item: Deus relinquit hominem in manu conſilij, non quia liceat ei facere quod uelit: ſed quia ad id quod faciendũ eſt, non cogitur neceſsitate naturæ, ſicut creaturæ rationales, ſed libera electione ex proprio conſilio procedente. Secunda ſecundæ, quæſt. 104. artic. 1.

Albertus: Ex ſe enim nihil homo habere poteſt ſine gratia. Super Matth. cap. 18.

Libero arbitrio nimium tribuit Alexander: Liberum arbitrium ſecundum duplicem rationem comparatur ad gratiam, ſcilicet in ratione recipientis, & in ratione operantis: & tantum utrumque eſt uoluntatis ſeu lib. arb. ſcilicet recipere gratiam, & cum gratia operari. Dicendum ergo, quòd ſecundum quod operatur ad ipſam in ratione recipientis, ſecundum hoc dicitur gratia operans, nec ipſum arbitrium dicitur cooperans ipſi ſecũdum hanc rationem, quia cooperatur ei in ratione: ſecundum autem quod ipſum liberum arbitriũ agit per gratiam, ſecundum hoc operatur ad gratiam in ratione cooperantia, & ſecũdum hoc dicitur gratia cooperans, quia ſimul liberum arbitriũ operatur cum gratia. parte 3. quæſt. 69. memb. 3. artic. 3.

Sic & Innocentius: Gratia principaliter operatur, cui ſecundariò cooperatur arbitrium, iuxta quod dicit Apoſtolus: Gratia Dei ſum quod ſum. Sermo. de uno martyre. Item: Ad caſum ſufficit ſibi homo, quia ſolus præcipitare poteſt ſeipſum: ſed iam confractus ex caſu non poteſt per ſeipſum ſurgere ſolus, ſed alio indiget adiutorio. Super 2 pſal. pœnit.

Similiter & Bonauentura: Prima præparatio, quæ fit ad gratiam gratum facientem, eſt cogitatio uel apprehenſio: & illa non poteſt fieri abſq; gratia gratis data: & ratio huius eſt, non quia gratia gratum faciens prę exigat neceſſariò diſpoſitionem gratiæ datæ, ſed quia ipſa eſt quid diuinũ & res exiſtens ſuper liberum arbitrium, & etiam ſupra naturale iudicium, ideo liberum arbitrium uel uoluntas libera non aſſurgit ad ipſam uel petendam uel cognoſcendam, niſi aliquo modo adiuuetur de ſurſum, & excitetur: & ideo per additionem gratiæ gratis datæ, quæ tenet mediũ inter gratiam gratum facientem & naturale iudicium, diſponitur & excitatur ad ipſam gratiam gratum facientem. In tractatu de reſur. hominis à peccato ad gratiam. Et: Non tãtùm liberum arbitrium per gratiam meretur augmentum gratiæ in ſtatu uitæ merito digni, uerùm etiam complementum in ſtatu patriæ merito condigni. lib. 2. parte 5. Breuiloq. cap. 2. Item: Liberum arbitrium, licet ſit ſub Deo potentiſſimum, poteſt tamen per ſe in peccatũ corruere: ſed nullatenus poteſt reſurgere ſine adiutorio diuinæ gratiæ, quæ dicitur gratia gratum faciens. Illa autem gratia licet ſit ſufficiens remedium contra peccatum, non tamen infunditur adulto, niſi adſit liberi arbitrij conſenſus. Ex quo colligitur, quòd ad iuſtificationem impij quatuor cõcurrunt: ſcilicet infuſio gratiæ, expulſio culpæ, contritio, & motus liberi arbitrij. Expellitur ergo culpa à Dei dono, non à libero arbitrio, non tamen ſine libero arbitrio. Nam gratiæ gratis datæ eſt liberum arbitrium reuocare à malo, & excitare ad bonum, & liberi arbitrij eſt conſentire uel diſſentire, & conſentientis eſt gratiam ſuſcipere, & ſuſcipientis cooperari eidem, ut tandem perueniat ad ſalutẽ. Ibidẽ ca. 3.

Thomas etiam nimium ei adſcribit, inquiens: Abſq; omni dubitatione hominẽ liberi arbitrij ponere oportet. Ad hoc enim & fides reſtringit, cũ ſine libero arbitrio non poſsit eſſe meritũ, iuſta pœna uel prę mium. Ad hoc etiã inducunt manifeſta indicia, quibus apparet hominẽ liberè eligere unũ, & aliud refutare. In ſumma de ueritate, mater. 24. quæſt. 1. Et: Homo per uirtutem rationis iudicans de agẽdis, poteſt etiam de ſuo libero arbitrio iudicare, in quantum cognoſcit rationem finis, & eius quod eſt ad finem habitudinẽ, & ordinem unius ad alterum. Et ideo non

eſt

eſt ſolùm cauſa ſui ipſius in mouendo, ſed etiam in iudicando, & ideo eſt liberi arbitrij, ac ſi diceretur liberi iudicij de agendo uel non agendo. Ibidem. Item: In opere hominis eſt duo inuenire: ſcilicet electionem operũ, & hoc ſemper in hominis poteſtate conſiſtit: & operum geſtionẽ, ſiue executionem, & hoc non ſemper in hominis poteſtate eſt, ſed diuina prouidentia gubernante, propoſitum hominis ad finẽ quandoq; perducitur, quandoq; non. Et ideo homo non dicitur eſſe liber ſuarum actionum, ſed liber ſuæ actionis, quę eſt iudicium de agendis: & hoc ipſum nomen liberi arbitrij demonſtrat. Ibidem. Et: Non eſt poſſibile aliquem adultum eſſe in ſolo peccato originali ſine gratia: quia ſtatim cum uſum liberi arbitrij acceperit, ſi ſe ad gratiam præparauit, gratiam habebit, aliàs ipſa negligentia imputabitur ei ad peccatum mortale. Ibidem quæſt. 12. Et: Præparare ad gratiam aliquo modo dicitur facere quod in ſe eſt, ſicut eſt conſuetum dici, Si homo facit quod in ſe eſt, Deus dat gratiã. In ſumma de ueritate, materia 24. quæſtion. 15. Item: Indicitur nobis, quòd conuertamus nos ad Deum: quia hoc facere poſſumus, ſed non ſine diuino auxilio. Vnde etiam ab eo petimus Threnor. 3. Conuerte nos ad te Domine, & conuertemur. Ibidem. Item: Aperire cor noſtrũ Deo poſſumus, ſed non ſine diuino auxilio, ut petitur 2. Maccab. 1. Adaperiat Dominus cor ueſtrum. Ibidem. Et: Homo indiget auxilio gratiæ non ſolùm ad merendum, ſed etiã ad hoc, quòd ſe ad gratiam præparet, aliter tamen ac aliter. Idem in quodlibeto 1. artic. 7. Et: Per hoc quòd hominis eſt ſe ad gratiam præparare per liberum arbitrium, non excluditur neceſſitas auxilij diuini. Ibidem. Item: Quantumcunque eſt prædeſtinatus, oportet quòd per induſtriam liberi arbitrij ſe diſponat ad coronam: alioqnin non eſt prædeſtinatus, nec ſaluabitur. Deus enim prædeſtinans exigit conatum liberi arbitrij. Super Apocal. cap. 3. Et: Si poteſt homo ſe abluere, cur dicit pſalmus, Laua me? Reſpon. per diſtinctionem: Eſt lauare effectiuè, & ſic ſolus Deus lauat hominem: item diſpoſitiuè, & ſic ipſe homo lauat ſe, dum ſe per liberum arbitrium ad lotionem à Deo faciendam diſponit. Ibidem cap. 7. Item: Dicendum quòd homo eſt liberi arbitrij, alioquin fruſtra eſſent conſilia, exhortationes, præcepta, prohibitiones, pręmia & pœnæ. Prima ſummæ, quæſt. 83. artic. 1. Item: Verbum illud Apoſtoli Roman. 9. Non eſt currentis, &c. non ſic eſt intelligendum, quaſi homo non uelit & nõ curratː ſed quia liberum arbitrium ad hoc non eſt ſufficiens, niſi moueatur & iuuetur à Deo. Ibidem. Et: Homo peccando liberum arbitriũ dicitur perdidiſſe, non quantum ad libertatem naturalem, quæ eſt à coactione: ſed quantum ad libertatem, quæ eſt à culpa & miſeria. Ibidem artic. 2. Item: Homo poteſt per ſeipſum ruere in peccatum, ſed ad meritum proficere non poteſt, niſi auxilio diuino, quod homini exhibetur mediante miniſterio angelorum. Et ideo ad omnia bona noſtra cooperantur angeli: non tamen omnia noſtra peccata ex dæmonum ſuggeſtione proueniunt, quamuis nullum genus peccati ſit, quod non interdum ex dæmonum ſuggeſtione proueniat. Ibidem quæſt. 114. articulo 3. Item: Libertas à peccato fit per charitatẽ, quæ diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, ut dicitur Roman. 5. & inde eſt, quod dicitur 2. Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi libertas. Secunda ſecundæ, quæſt. 183. artic. 4. Item: In creaturis rationalibus inuenitur meritum & demeritum propter liberum arbitrium: & per hoc debentur eis pœnæ & præmia. Super Lib. Iob cap. 7. Item: Deus hoc modo hominem conſeruat, ſcilicet ſi diuinæ gratiæ cooperetur. Super Apoc. cap. 3.

Albertus: Affectus in anima habet liberum arbitrium, uoluntatem, ſynderesin, quæ malis remurmurat. Super 10. cap. Lucæ. Item: Liberum arbitrium potentia actiua eſt, & ſecundum quod coniungitur his quæ informant actus, ſic fiunt actus eius: & ſi coniungitur in deliberando & cõuerſione ad bonum naturæ, fit actus eius adductiuus illius boni, & habet hoc bonũ finem. Si autem coniungitur cum bono uirtutis politicæ, erit actus eius informatus ab illo bono: & ſi coniungitur actus eius bono gratię, erit iterum habens formã & finem illud bonum. Si autem non coniungitur alicui horum, ſed potius deflectitur ab omnibus his, tũc incidet peccatum ex infirmitate & priuatione eorum, quæ ad opus rectum exigebãtur. Super 1. ſent. diſt. 2. Item: Liberum arbitrium eſt facultas rationis & uoluntatis, in quantum practicæ, non ſpeculatiuæ ſiue theoricæ. Super 2. Sententiarum, diſtinct. 3. Item: In uoluntate noſtra eſt obicem fidei ponere, uel conſentire ad credendum. Et per conſequens, in uoluntate noſtra eſt in peccatis mori, uel de peccatis exire. Super Iohan. cap. 4. Item: Liberum arbitrium Deus in nullo cogit. Ibidem.

Aegidius ait: Sicut in paradiſo erat arbor ſciẽtię boni & mali, ſic in anima ſancta eſt liberum arbitrium, per quod poſſumus

bene

bene & malè agere. Licet enim uirtutib. non contingat malè uti, ut uult Auguſtinus in libro ſecũdo de libero arbitrio,&c. In tractatu de paradiſo cap.5.

De imbecillitate liberi arbitrij inquit Alexãder de Ales: Sẽper poteſt homo eligere bonũ gratia aſsiſtente:non tamẽ poteſt ſemper facere bonũ ipſa aſsiſtẽte. Vnde ſemper eſt poſſe, non tamẽ ſemper facere,& hoc propter fomitẽ peccati, qui in ipſo eſt inclinãs ipſum ad malum, & auertens à bono: quia ponit in eo difficultatẽ faciendi bonum: propter quod exclamat Apoſtolus ad Rom.7. Quod nolo malum, hoc ago,&c. Et iterũ: Video legẽ in membris meis repugnare,&c. Poteſt ergo homo per gratiam aſsiſtentem eligere bonũ & uitare malũ quodlibet in ſingulari, ſed non quodlibet malum in uniuerſali: quia poteſt per ipſam uitare hoc uerbum ocioſum,& hunc motum concupiſcentiæ carnalis, & ſic de quolibet ſingulariter per ſe. Parte 3.quæſt.70.memb.5.

Cur datũ ſit. Alexander: Deus enim dedit libero arbitrio, ut conſentiat, uel non conſentiat ſi uelit: & quicquid faciat, ſiue bonũ ſiue malum, ſemper ordinat ipſum prouidẽtia. Vnde ſubſunt prouidẽtiæ ſecundum ordinationẽ: quia non cogit liberum arbitrium, licet ſub ipſa ſit, ſed permittit ei facere quicquid uult: ſed in bono ipſum adiuuat inſtinctu gratię, in malo autem non. Parte 1.diſt.26.memb.4.artic.3.

DE LEGE.

ALbertus: Lex enim à ligando dicitur, quia coactiuo ſermone ligat ad implendum ea quæ præcipiuntur à legiſlatore. Et ſic dicitur Lex mandatorum. In Matth.cap.5. Et: Lex dicitur à ligando, quia ligat pœnis & præmijs ad implendum. Ibidem.

Generalis diuiſio legũ. Alexander: Triplex ergo eſt genus præcepti in lege: ſcilicet morale, quod pertinet ad Decalogũ, quod ſignificatur ibi per decem uerba, & ceremoniale atq; iudiciale. Parte 3.queſt. 28.memb.2.artic.1. Item: Triplex genus mandati in lege, ſcilicet ceremoniale, morale & iudiciale. Et triplex qualitas reſpõdens ſingulariter illis tribus: ut dicatur mandatũ ſanctum, quantũ ad ceremonialia: iuſtum, quantũ ad iudicialia: bonum, quantum ad moralia. Vnde per hoc uult ipſe Apoſtolus notare quaſi proprias diſpoſitiones mandatorum ſecundum ſua genera. Ratio tamen boni currit per ſingula, propriè tamẽ dicitur ſanctum reſpectu ceremonialium. Ad hoc enim fuerunt ceremonialia, ut parati eſſent ad cultũ diuinum: & hoc reſpicit ſanctũ. Iudicialia uerò erant ad puniendũ malos: & hoc reſpicit iuſtum. Moralia uerò conferebant bonitatem ſecundum ramos charitatis, qui ſunt dilectio Dei & proximi. Parte 3.quæſtione 28.memb.2.artic.2.

Innocentius: Facit triplicem legem: Naturæ, Scripturæ & Gratiæ. Indidit Deus legem naturalem mentibus hominum ab ipſo creationis exordio, geminum continentem mãdatum. Vnum affirmatiuum, quod ad præſtandum beneficia docetur in Euãgelio: Quęcunq; uultis ut faciãt uobis homines,&c. Alterum negatiuũ, quod ad uitandũ iniurias legitur in Tobia: Quę tibi odis fieri,&c. Ser.1.in aduẽtu domini.

Bonauentura ait: In lege Moſaica ſunt præcepta iudicialia, figuralia & moralia, utpote decem præcepta Decalogi in duabus tabulis conſcripta digito Dei. Lex autem Euangelica iudicialia temperat auferendo, figuralia euacuat adimplendo, moralia conſummat adijciendo. Adijcit autẽ documenta inſtruentia, promiſſa excitantia,& conſilia perficientia: cuiuſmodi ſunt conſilium paupertatis, cõſilium obedientiæ,& conſilium caſtitatis, ad quę implenda inuitat Dominus noſter Ieſus Chriſtus eum qui uult eſſe perfectus. In quinta parte Breuiloquij, cap.9.

Thomas: De lege eſt loqui quãtum ad moralia: & quantũ ad hoc, ſeruãda eſt lex ſimpliciter. Vt: Si uis ad uitã,&c. Matth.9. Item, quantum ad ferialia ſiue ceremonialia: ut de agno, hœdo. Et hęc poſſunt attendi ſecundum literam,& ſic non ſunt obſeruanda, quia umbra ceſſat ueritate præſente: uel ſecundũ ſpiritum, ſcilicet quantum ad ſpirituale ſignantur: & ſic lex ſeruanda eſt, quantum ad ceremonialia: quia illa ſunt facienda, quæ pro ferialia ſignantur implenda à nobis, præter ueritatẽ credendorũ, quam Chriſtus exhibuit in ſeipſo. Super Apocal. cap.15. Item: Lex diuina ſecundum quod eſt in ſapientia Dei, ad omnia particularia & minima ſe extendit. In Hiob.cap.11. Item: Mandatorum diuinorum aliud eſt ceremoniale: ut de oblatione uitulæ rufæ, & ſimilia. Aliud iudiciale: ut de emptione ſerui. Aliud morale, directè pertinens ad ueritatẽ morum & uitæ: ut Decalogus. Sed Chriſtus Deus & homo, legifer noſter, rex noſter, figuras per ueritatis exhibitionem adimplens, ceremonialia generaliter abrogauit, iudicialia derogauit, moralia prorogauit, & ſecundum hoc finis legis Chriſtus ad iuſticiam omni credenti rigorem manſuetudine tẽperans iudicialibus derogauit. Matth.5. Audiſtis quia dictum eſt, Oculum,&c. Ego autem dico,&c. Moralia

equidē confirmās & ampliās interpretando moralia propagauit: Vos audiſtis quia dictū eſt, Nō occides, &c. Ego aūt dico uobis: Nolite iraſci, nō enim ueni ſoluere. De dilectione Dei & proximi cap. 48. Item: Præceptorū quæ in ſacra Scriptura inueniuntur, quędā ſunt de ſubſtantia legis, quædā uerò ſunt pręambula ad legē. Pręambula quidē ſunt ad legem illa, quibus non exiſtentibus lex locū habere non poteſt. Huiuſmodi autem ſunt præcepta de actu fidei & actu ſpei: quia per actum fidei mens hominis inclinatur, ut recognoſcat actorē legis talem, cui ſe ſubdere debeat. Per ſpem uerò pręmij homo inducitur ad obſeruantiam præceptorum. Pręcepta uerò de ſubſtātia legis ſunt, quę homini iam ſubiecto, & ad obediendum parato imponuntur, pertinentia ad rectitudinem uitæ. Et ideo huiuſmodi præcepta ſtatim in ipſa legislatione proponūtur per modum præceptorum: quia niſi homo iam crederet & ſperaret, fruſtra ei lex proponeretur. Sed ſicut pręceptum fidei proponendum fuit per modum denunciationis & cōmemorationis, ita etiam præceptum ſpei in prima legislatione proponēdum fuit per modū promiſsionis. Qui enim obedientibus præmia promittit, ex hoc ipſo incitat in ſpem. Vnde omnia promiſſa, quæ in lege continentur, ſunt ſpei excitaticia. Secunda ſecundæ, quæſt. 22. art. 1. Itē: Quadruplex lex inuenitur. Prima dicitur lex naturæ, & hæc nihil aliud eſt, niſi lumen intellectus inſitum nobis à Deo, per quod cognoſcimus quid agendum, & quid uitandum. Hoc lumen & hanc legem dedit Deus homini in creatione. Sed licet Deus homini in creatione dederit hanc legem, ſcilicet naturæ: diabolus tamē in homine ſuperſeminauit aliam legem, ſcilicet concupiſcentiæ. Quouſq; enim in primo homine anima fuit ſubiecta Deo, ſeruando diuina præcepta, etiā caro fuit ſubdita in omnibus animæ uel rationi. Sed poſtquā diabolus per ſuggeſtionem retraxit hominem ab obſeruātia diuinorum præceptorum, ita etiam caro fuit inobediens rationi. Et inde accidit, quòd licet homo uelit bonum ſecundum rationē, tamen ex concupiſcentia ad contrarium inclinatur. Et hoc eſt quod Apoſtolus ad Roman. 7. dicit: Video aliam legem, &c. Quia ergo lex naturæ per legē concupiſcentię deſtructa erat, oportebat, quòd homo reduceretur ad opera uirtutis, & retraheretur à uicijs, ad quæ neceſſaria erat lex ſcripturæ. Sed ſciendum, quòd homo retrahitur à malo & inducitur ad bonum duobus, ſcilicet timore & amore. Primum enim, propter quod quis maximè incipit uitare peccatum, eſt cōſideratio inferni & extremi iudicij. Et ideo dicitur Eccleſ. 1. Initium ſapientiæ, &c. Et ibidē: Timor Domini expellit peccatum. Hoc ergo modo retrahitur homo à malo, & inducitur ad bonum per legem Moiſi. Sed quia modus iſte eſt inſufficiens, & Lex, quę data erat per Moiſen, hoc modo, ſcilicet per timorem, retrahebat à malis, inſufficiēs fuit. Licet enim coercuerit manum, nō coercebat animū. Immò eſt alius modus retrahendi à malo & inducendi ad bonum, modus ſcilicet amoris. Et hoc modo fuit data lex Chriſti, ſcilicet lex Euāgelica, quę eſt lex amoris. In tract. de duobus præceptis charitatis, cap. 1. Quartam legē uocat legem charitatis in eodem lib. cap. 2.

Albertus ait: Quinq; leges homini propoſitæ. Vna ſicut exemplar, quę eſt lex rectitudinis diuinæ iuſticiæ in mente Dei, ad quam homo rectificatur. Alia in corde, quæ eſt lex naturalis iuſticiæ, ſcripta in corde hominis. Tertia ſcripta, quę eſt lex mandatorum Dei. Quarta inuenta per rationē, quę eſt lex ciuilis & humana, quam opinio hominum genuit. Quinta, quę eſt lex charitatis, quæ finem & terminū neſcit: quia ex affectu facit quicquid poteſt & expedit. cap. 9. ſuper Lucam.

De æterna lege inquit Alexander: Lex æterna poteſt conſiderari ſecundum reſpectum ad bona uel mala, uel ſecundum quod reſpicit bona tantùm: & hoc dupliciter, quia poteſt conſiderari ſecundum quod reſpicit bona generaliter, uel bona ſpecialiter, quæ ſunt bona rationalis creaturæ tantùm. Quantum ergo ad primam rationem, conuenit ei hæc ratio: Lex æterna eſt, qua iuſtum eſt ut omnia ſint ordinatiſsima. Lex enim æterna, ſecūdum quod eſt ius ordinandi, reſpicit bona & mala: quia Deus bona facit & ordinat, malum autem non facit, ſed ordinat. Vnde ordinare eſt actus communis ipſius legis, reſpectu bonorum & malorum: & ita hæc eſt notio ipſius, prout reſpicit bona & mala. Secundum autem quod reſpicit bona generaliter, ſeu ſint bona rationalis creaturę, ſeu irrationalis, conuenit ei iſta ratio: Lex æterna eſt lex omnium artium, & lex omnipotentis artificis: in quantum enim eſt ars omnipotentis artificis, reſpicit cauſſam diuinam, quæ eſt ars & cauſſa omnium bonorum. Secundum autem quod reſpicit bona rationalis creaturæ, tantùm conuenit ei iſta definitio: Lex æterna eſt ſumma ratio, cui ſemper obtemperandum eſt. Parte 3. quæſtione 26. membro 3.

Thomas ait: Lex æterna nihil aliud eſt, quàm ratio diuinæ ſapientiæ, ſecundum quod eſt directiua omnium actuum & motionum. Prima ſecundæ, quæſtione 93. Item: Prouerbiorum 8. diuina ſapientia dicit, Per me reges regnant, & legum conditores, &c. Ratio autem ſapientiæ diuinæ eſt lex æterna. Ergo omnes leges à lege æterna procedunt. Ibidem articulo 3. Item: Omnes leges, in quantum participant de recta ratione, in tantum deriuantur à lege æterna. Ibid. Item: Legi æternæ ſubduntur omnia, quæ ſunt in rebus à Deo creatis, ſiue ſint contingentia, ſiue ſint neceſſaria. Ea uerò quæ pertinẽt ad naturá uel eſſentiá diuiná, legi ęternę non ſubdũtur, ſed ſunt realiter ipſa lex æterna. Ibid. artic. 4. Itẽ: Quòd ratio humana ſit regula uolũtatis humanę, ex qua eius bonitas menſuretur, habet ex lege æterna, quę eſt ratio diuina, ut in pſalmo dicitur: Multi dicunt, Quis oſtẽdit nobis bona, &c. quaſi diceretur: Lumen rationis quod in nobis eſt, in tantũ poteſt nobis oſtendere bona, & noſtram uolũtatem regulare, in quantum eſt lumen uultus tui, id eſt, à uultu tuo deriuatũ. Ibidem quæſtione 19. artic. 4. Et: In his quæ aguntur per uoluntatem, regula proxima eſt ratio humana, regula autem ſuprema eſt lex æterna. Quando ergo actus hominis procedit in finem, ſecundum ordinem rationis & legis æternæ, tũc actus eſt rectus: quando autẽ ab hac rectitudine obliquatur, tunc dicitur peccatum. Prima ſecũdæ, quæſt. 21. artic. 1.

Quid lex. Alexander: Lex eſt principium ordinis rationalis creaturæ. Parte 3. quæſt. 26. memb. 3.

Vnde. Alexander ait: Lex Moiſi data eſt à bono Deo. Parte 3. quæſtione 28. membro primo, articulo quinto. Item: Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. In quo oſtenduntur duo: Quis loquatur in Decalogo, & cui loquatur. Loqtur Deus trinitas, unus in eſſentia, trinus in perſonis: & homo eſt cui loquitur. quod dicitur, Ego ſum Dominus Deus tuus: nomine Domini intelligitur potentia, in qua magnificatur pater: nomine Dei, qui interpretatur θεὸς græcè, id eſt, uidens, intelligitur ſapientia, in qua magnificatur filius: in pronomine poſſeſsiuo, quod loco determinationis additur, ſcilicet Tuus, inſinuatur bonitas, per cuius participationem efficitur meus uel tuus, in qua magnificatur Spiritus ſanctus. Inſinuatur ergo per iſta tria uocabula, Dominus Deus tuus, pater & filius & Spiritus ſanctus: unitas uerò eſſentiæ per hoc quod ſingulariter dicitur, Ego ſum. Parte 3. quæſtione 39. membro 5.

Bonauentura ait: Præcepta Dei ſunt leges ſummi imperatoris, æditæ in conſiſtorio trinitatis, quæ leguntur à doctoribus per catholicam prædicationem, repetuntur à ſcholaribus per bonam operam. Sunt enim præcepta diuina, æterna, ſicut donatio inter uiuos, & irreuocabiliter donatur uita æterna illis qui inter uiuos, id eſt, in ſtatu gratiæ obſeruant mandata diuina. In 3. dieta, cap. 17. Item: Præcepta diuina quomodo fuerunt diſtincta in duas tabulas, uide cap. 18. Item: Præcepta moralia fuerũt conſcripta digito Dei in duabus tabulis lapideis, & in ſignũ geminæ charitatis, diuinæ ſcilicet & humanæ. cap. 33. in 3. parte Centiloquij.

Bonauentura: Decem præcepta ſcripta ſunt in tribus locis: In lapidibus marmoreis, in profundo pectoris, & in pergameno humani cordis. In ſcriptura marmoris duo fuerunt tabularum paria: primæ poſt ſcripturam fuerunt fractę, inſtar illarũ fuerunt aliæ renouatæ. Item: Præcepta Dei ſcripta ſunt in triplici noſtri corporis parte, quaſi pro ſempiterno & continuo memoriali. Scripta enim ſunt in manibus, ubi ſunt decẽ digiti: in pedibus, ubi ſunt decẽ articuli: & in quinq; ſenſibus, ubi ſunt decem organa, ſicut ſunt duo oculi ad uidendum, duæ aures ad audiendum, duæ nares ad odorandum, duæ fauces ad guſtandum, duæ manus ad tangendum. per quod patet, quòd præcepta diuina debẽt in nobis dirigere greſſus affectionis. Ibidem in 3. dieta cap. 17.

De forma legũ. Alexander: Ad quamlibet legẽ concurrũt tria: ſcilicet authoritas, ueritas & bonitas. & hoc ſecundũ tria, quę cõcurrũt ad hoc, quòd ſit lex: ſcilicet principium legis, forma legis & finis. Ratione principij debetur ei authoritas: quia non poteſt eſſe principiũ legis, niſi habens authoritatẽ. Ratione uerò formæ debetur ei ueritas: quia lex nunquá fertur ſine recta ratione. Item, ratione finis debetur ei bonitas: quia lex non eſt niſi ad bonum. Parte 3. quæſt. 26. memb. 4.

Bonauentura ait: Pręcepta ſunt deſcripta indelebiliter, diſtincta rationabiliter, ædita uniuerſalibus. In tertia dieta de pręceptis, cap. 17.

Thomas ait: Duplex eſt modus diuinorum mandatorum. Quædam enim ſunt affirmatiua, quædam uerò prohibitoria. De duobus præceptis charitatis, cap. 2.

De ſumma legũ inquit Bonauentura: Saluator noſter aſſerit, totá legẽ prophe-

taſq; pendêre in duobus præceptis eiuſdem, ſcilicet in dilectione Dei & proximi: quæ duo uniuntur in uno ſponſo Eccleſię Ieſu Chriſto, qui ſimul eſt proximus & Deus, ſimul frater & Dominus, ſimul etiã rex & amicus, ſimul nerbũ increatũ & incarnatum, formator noſter & reformator, α & ω. Qui etiam ſummus Hierarcha eſt purgans, illuminans & perficiens ſponſam, ſcilicet totam Eccleſiam, & quálibet animam ſanctam, &c. In tractatu cui eſt titulus, De itinerario mentis in Deũ, cap. 4.

Thomas: Vnicuiq; pręcipitur, ut Deum diligat quantũ poteſt: quod ex ipſa forma præcepti apparet, cũ dicitur: Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo. Vnuſquiſq; aũt hoc obſeruat ſecundũ ſuam menſurã, unus quidẽ perfectius, alius autẽ minus perfectè. In opere contra retrahentes homines ab ingreſſu religionis, cap. 6.

Quibus data. Alexãder: Lex enim errantibus & malè agẽtibus poſita eſt, ſicut dicit Apoſtolus 1. Tim. 1. Nõ eſt iuſtis poſita lex, ſed iniuſtis. Qui uerò ducem habent Spiritũ, non errãt: & ita ſub lege non ſunt, quia non eſt iuſtis lex poſita, ſed iniuſtis. Parte 3. quæſt. 60. memb. 10. artic. 1.

Cur ſeruanda Lex. Bonauentura: Quatuor ſunt quæ debent nos mouere ad obſeruãdum mandata Dei. Primum eſt, authoritas mandãtis. Secundum eſt, obſcuratio mentis. Tertium eſt, trãſgreſsionis periculum. Quartũ eſt, irreprehẽſibilitas mandatorũ. In ſermone de 10. præceptis.

De fine legis Alexander ait: Lex eſt ad uitã, & iubet bona, & mala prohibet, & facit peccatũ cognoſcere: unde dicitur ſancta, id eſt, ſanctũ docens mandatũ: iuſta, id eſt, iuſtificãs peccatorẽ: & bona, id eſt, utilem uitã acquirẽs. Sed quòd nõ ſequatur bonum, ſed peccatũ ex lege, hoc nõ eſt ex lege, ſed ex faciẽte. Parte 3. qu. 28. memb. 1. art. 1. Itẽ: Datur ſecũdum ordinẽ diuinę iuſticiæ: quia ſemper datur, uel ut peruerſus puniatur, uel ut peccare uolẽs coërceatur. & utrunq; eſt bonũ: nam & ipſa diuina iuſticia punit malos in ſupplicijs. Ibid. Item: Lex dicitur miniſtratio dãnationis, non ut oſtẽdatur mala, ſed ut oſtendatur malum, cuius eſt occaſio illi qui nõ habet gratiã. Ibid. art. 5. Et: Sicut medicina non eſt cauſſa mortis, ſi oſtẽdat uenena mortifera, licet his mali homines abutãtur ad mortem ſuam uel aliorum: ſic lex quæ uenena peccatorũ demonſtrat, & hominem libertate ſua abutẽte quaſi freno cohibet, & compoſito greſſu incedere docet, non eſt efficiens cauſſa peccati, ſed potius uitiũ hominis, id eſt fomes. Quæſt. 60. membro 3. art. 5. parte 3. Itẽ: Data eſt enim lex propter tranſgreſsiones, ut peccata notando, tranſgreſsiones innueret, & de tranſgreſsione conuinceret tranſgreſſores. Ibidem memb. 10. artic. 1.

Thomas ait: Lex diuina ad hoc ordinat hominẽ, ut ſit totaliter ſubditus Deo. Sed ſicut homo ſubditur Deo amando, quãtum ad uoluntatem: ita ſubditur Deo credendo, quantũ ad intellectum, non autem credẽdo aliquid falſum: quia à Deo, qui eſt ueritas, nullũ falſum homini proponi poteſt. Vnde qui credit aliquod falſum, Deo non credit. Ex lege ergo diuina ordinantur homines ad fidem rectam. In ſumma contra gentiles, cap. 118. Item: Eſt duplex regula humanæ uitæ. Prima quidem eſt lex naturalis, à Deo mentibus hominũ impreſſa, per quam naturaliter homo intelligit quod eſt bonum, ex ſimilitudine diuinæ bonitatis: in quo primò attendendum eſt, quòd homo ſecundum ſuum poſſe imitetur in ſuis affectionibus & operibus diuinæ bonitatis operationem, ſecundum illud: Eſtote perfecti, &c. Eſtote imitatores. Secunda autem regula humanæ uitæ eſt lex exterior diuinitùs tradita, &c. In librum Hiob. capite 23. Et: Ad legẽ pertinet dirigere humanos actus ſecundum ordinem iuſticię, in quo etiam ſeparatim dat lex noua legi ueteri interiores actus animi ordinando, ſecundum illud Matth. 5. Niſi abundauerit iuſticia, &c. Et ideo dicitur, quòd lex uetus cohibet manum, lex noua animum. Prima ſecundæ, quæſt. 101. art. 5. Itẽ: Alius eſt finis legis humanę, & alius diuinę. Legis enim humanæ finis eſt, temporalis tranquillitas ciuitatis. Finis autem legis diuinæ eſt, perducere hominem ad finem felicitatis æternæ: qui quidem finis impeditur per quodcunq; peccatum, & non ſolùm per actus exteriores, ſed etiam interiores. Et ideo illud quod ſufficit ad perfectionem legis humanæ, ut ſcilicet peccatum prohibeat & pœnã apponat, non ſufficit ad perfectionem legis diuinę: ſed oportet quòd hominẽ faciat totaliter idoneum ad participationẽ felicitatis æternæ, quod quidem fieri non poteſt, niſi per gratiam Spiritus ſancti, per quẽ diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ legem adimplet. Gratia enim Dei uita æterna, ut dicitur Rom. 6. Hanc autẽ gratiam lex uetus conferre non potuit, reſeruabatur enim hoc Chriſto: quia, ut dicitur Io. 1. Lex per Moyſen, &c. Et inde eſt, ꝙ lex uetus bona quidem eſt, ſed imperfecta, ſecundum illud Ebræ. 7. Nihil ad perfectũ adduxit lex. Prima ſecũdæ, qu. 98. art. 1. Itẽ: Virtus peccati dicitur lex, in quantum ſcilicet per legem

occaſio-

occaſionaliter peccatum eſt augmentatum, & quaſi ad maximum ſuum poſſe prouenit. Prima ſecundæ, quæſt. 55. art. 3.

Albertus ait: Accuſat in extremo iudicio legiſlator per legis tranſgreſſum uel omiſſum præceptum. In Iohannem cap. 5.

Lex non aufert peccata. Albertus: Lex non auferebat peccatum. In Matth. cap. 5.

Eſſe ſub lege quid, exponit Alexander: Eſſe ſub lege poteſt dupliciter accipi, uel prout dicit neceſsitatem coactionis, uel uoluntatē obediendi: ſicut dicimus quòd aliter eſt filius ſub patre, & ſeruus: quia ſeruus ſub patre eſt neceſsitate timoris, filius autem uoluntate obediendi. Iuſti ergo ſunt ſub lege uoluntariè & non neceſsitate coactionis. Vnde Pſalmus: In lege Domini uoluntas eius. gloſſa: Aliud eſt in lege eſſe, aliud ſub lege. Qui in lege eſt, ſecundum legem agit uoluntariè obediens legi: qui autem ſub lege eſt, ſecundum leges agit neceſsitatis timore coactus. Et hoc modo non eſt iuſtus ſub lege, ſed primo modo, ut dictum eſt: unde primo ſenſu dicitur ad Galat. Miſit Deus filium ſuum factum ſub lege, ſcilicet uoluntariè, & nō neceſsitatis coactione. Parte 3. quæſtione 26. memb. 8. artic. 5.

Thomas: Chriſtus ſua doctrina adimpleuit præcepta legis tripliciter. Primò quidem, uerum intellectum legis exprimendo: ſicut patet in homicidio & adulterio, in quorū prohibitione ſcribæ & phariſæi non intelligebant niſi exteriorem actum prohibitū. Vnde Dominus legem adimpleuit, oſtendendo etiam interiores actus peccatorum cadere ſub prohibitione. Secundò adimpleuit Dominus præcepta legis ordinando quomodo tutius obſeruaretur, quod lex uetus ſtatuerat. Sicut lex uetus ſtatuerat, ut homo non periuraret: & hoc tutius conſeruaretur, ſi omninò à iuramēto abſtineat, niſi in cauſſa neceſsitatis. Tertiò adimpleuit Dominus præcepta legis ſuperaddendo quædā perfectionis conſilia, ut patet Matth. 19. Vbi Dominus dicēti ſe obſeruaſſe præcepta ueteris legis, dicit: Vade, uende, &c. Prima ſecundæ, quæſt. 107. artic. 2.

De legis impletione ait Alexāder: Quātum ad moralia, Chriſtus adimpleuit legem multipliciter: intellectum moralium ꝓfundius manifeſtādo, ad illa adimplenda gratiam præſtando, caſum in illis reuelando, occaſionem peccati tollendo.

Legē putat impleri poſſe Thomas: Lex diuina nō inducit ad impoſsibile, inducit autem ad perfectionem, ſecundum illud Matth. 5. Eſtote perfecti, &c. Ergo uidetur quòd aliquis in hac uita poſsit eſſe perfectus. Secunda ſecundæ, quæſt. 184. artic. 2. Item: Cū id quod cadit ſub præcepto, diuerſimodè poſsit impleri, nō efficitur trāſgreſſor præcepti aliquis ex hoc, quòd non optimo modo implet: ſed ſufficit, quòd quocunq; modo impleat illud. Perfectio autē diuinæ dilectionis uniuerſaliter quidem cadit ſub præcepto, ita quòd etiam perfectio patriæ non excluditur ab illo præcepto, ut Auguſtinus dicit: ſed perfectionem præcepti euadit, quocunq; modo perfectionem diuinæ dilectionis attingit. Eſt autem infimus diuinæ dilectionis gradus, ut nihil ſupra eum, aut cōtra eum, aut æqualiter ei diligatur: à quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet præceptum. Eſt autem alius gradus perfectæ dilectionis, qui nō poteſt impleri in uita, à quo qui deficit, manifeſtum eſt, quòd non eſt tranſgreſſor præcepti: & ſimiliter nō eſt tranſgreſſor præcepti, qui non attingit ad medios perfectionis gradus, dummodo attingat ad infimum. Ibidem.

De lege naturæ Alexander: Lex naturalis eſt à lege æterna, tamen ſecundum propinquius & remotius, ſecūdum quod naturæ in quibus eſt, ſe habet ſecundum propinquius & remotius ad Deum. Item: Eſt enim lex naturalis triplex. quædam quæ reſpicit ordinem rationalis creaturæ, de qua habetur ad Rom. 2. Cū gentes, quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciūt, &c. & etiā dicit ibi gloſſa: Lex naturæ, qua intelligit unuſquiſque & ſibi cōſcius eſt, quid ſit bonū, & quid malum. Item eſt lex naturalis reſpiciens ordinem creaturæ irrationalis ſenſibilis, de qua dicit Iſidorus: Lex naturalis eſt, qua natura docuit omnia animalia, ut maſculus cum fœmina, &c. Item: Eſt lex naturalis reſpiciens ordinē omnis alterius creaturæ, ſcilicet irrationalis & inſenſibilis. Parte 3. quæſtion. 26. memb. 3. art. 4. Itē: Lex naturalis eſt, qua quis intelligit & ſibi conſcius eſt, quid bonum & quid malum. Ibid. quæſt. 27. memb. 1. art. 1. Item: Lex naturalis eſt principiū ad omne ius morale, ſecundum quod uita hominis debeat ordinari. Eſt autē ius naturale triplex: ſcilicet natiuum, humanum, diuinum. Ius natiuum dicitur cōmuniter, quia eſt illud debitum quod innaſcitur: et eſt cōmune non ſolūm ratione naturæ ſingularis, ſed etiā ratione ſpeciei: & ſecundum hoc ius naturæ ſe extēdit ad omnia animalia, ſicut dicit Iſidorus, q. lex naturæ ſit, quod natura docuit omnia animalia. Ius autē humanū ſolum reſpicit ordinationē naturæ ſingularis. Vnde hoc modo appellatur ius humanum, ſecundū quod dicitur ius gentium:

quia ſic habetur ff. de iuſticia & iure: Ius gentiū eſt, quo gentes humanæ utuntur. Sed hoc ſolū pertinet ad rationalē creaturam. Ius autē diuinū dicitur, quo ordinatur rationalis creatura ad gratiā: & ſecundum hoc moralia legis Moyſi emanant à lege naturali. Ibid. memb.4.art.1. Item: Lex naturalis dictat, q̄ omnia ordinatè fiāt: dictat, q̄ debet ſeruari iſte ordo. Ibid. memb.4.art.3. Itē: Lex naturalis eſt, qua quiſq; ſibi conſcius eſt, quid bonum, quid malū naturaliter. Ibid. quæſt.60.memb.1.

Thomas ait: Lex naturalis nihil aliud eſt, quàm participatio legis æternæ in rationali creatura. Prima 2.quæſt.91.art.1.

Albertus: Deus dedit duplicem legem, & unam ſcriptā in lapidibus, & aliam ſcriptam in cordibus ſapientū. Et in illa quæ ſcripta erat in cordibus ſapientum, unum mandatum arguebatur ex alio. In Matth. cap.5. Item; Leges diuinæ inſcribuntur cordibus noſtris inuiolabiliter obſeruandæ. Ibid. cap.6.

De diſcrimine diuinæ legis & humanarū inquit Alexāder: Solùm de illis iudicat lex temporalis, quę ſunt ad ſuū finem, uel contra ipſum. Liberos ergo iudicat, quos nō inuenit cōtrarios paci inter homines, quę pax eſt finis ipſius. Sed lex æterna nō ſolùm reſpicit pacē iſtam, ſed etiā pacē hominū ad Deū: & propter hoc iudicat reos, quos tēporalis liberos, ſicut fornicatores & huiuſmodi, & punit eos: & ita imperfecta eſt lex temporalis reſpectu legis æternæ, & non contraria. Parte 3.quæſtio.26. membro 7.artic.3.

Thomas ait: Pręcepta Decalogi ab alijs præceptis differūt in hoc, q̄ pręcepta Decalogi per ſeipſum dicitur Deus primò propoſuiſſe, alia uerò præcepta propoſuit populo per Moiſen. Prima ſecūdæ, quæſt. 100.art.3. Itē: Hæc eſt differētia inter legē diuinā & mundanā, quia lex mundana iudicat dicta & facta tantùm, ſed lex diuina iudicat etiā uoluntatē ſeu animū. Et ratio huius eſt, quia illa eſt per homines, qui iudicant ea quæ apparet exterius: ſed diuina eſt à Deo, qui exterius interiusq; conſpicit. 1.Reg.16. Homo uidet quę foris, &c. De duobus præceptis charitatis, cap.28.

De legibus humanis ait Alexander: Omnis lex humana, & omnes leges, quantū ad id quod habent iuſſum & legitimū in ſe, tractæ ſunt à lege æterna: ſicut omne id quod bonū eſt in creatura, tractum eſt ex bonitate prima: & quod uerum, ex ueritate prima. Parte 3.quæſtione 26. membro 7.articulo 3.

Thomas ait: Lex humana in tantum habet rationem legis, in quantum eſt ſecundum rectam rationem: & ſecundum hoc manifeſtum eſt, quòd à lege æterna deriuatur. in quantum uerò à ratione recedit, ſic dicitur lex iniqua, & ſic non habet rationem legis, ſed magis uiolentiæ cuiuſdam: & tamen in ipſa lege iniqua, in quantū ſeruatur aliquid de ſimilitudine legis propter ordinationē poteſtatis eius qui legem fecit, ſecundum hoc etiam deriuatur à lege æterna. Omnis enim poteſtas à Domino Deo eſt, ut dicitur Roman.13. Prima ſecundæ, quæſt.93.artic.3.

De legibus humanis ait Thomas: Omnis lex humanitùs poſita in tantum habet de ratione legis, in quantum à lege naturæ deriuatur. Si uerò in aliquo à lege naturali diſcordet, iam non erit lex, ſed legis corruptio. Ibid. quæſt.95. artic.2. Item: De ratione legis humanæ eſt, quòd ſit deriuata à lege naturæ: & ſecundum hoc diuiditur ius poſitum in ius gentium, & ius ciuile. Ad ius gentium pertinent ea quæ deriuantur ex lege naturæ, ſicut cōcluſiones ex principijs: ut iuſtæ emptiones, uenditiones, & alia huiuſmodi, ſine quibus homines ad inuicem conuiuere non poſſunt. Quæ uerò deriuantur à lege naturæ per modū particularis determinationis, pertinent ad ius ciuile, ſecundum quod quælibet ciuitas aliquid ſibi accommodè determinat. Ibidem artic.4. Item: Leges poſitæ humanitùs uel ſunt iuſtæ, uel iniuſtæ. Si quidem iuſtæ ſint, habent uim obligandi in foro conſcientiæ à lege æterna, à qua deriuantur, ſecundum illud Prouerb.8. Per me reges, &c. Iniuſtæ autem ſunt leges dupliciter. Vno modo per contrarietatem ad bonum humanum, uel ex fine: ſicut cum aliquis præſidens leges imponit oneroſas ſubditis, non pertinentes ad utilitatem communem, ſed magis ad propriam cupiditatem uel gloriam. uel etiam ex actore: ſicut cum aliquis legem fert ultra ſibi commiſſam poteſtatem. uel etiam ex forma, cum inæqualiter onera multitudini diſpenſantur, etiāſi ordinentur ad bonum cōmune: & huiuſmodi magis ſunt uiolentiæ, quàm leges. Vnde tales leges non obligant in foro cōſcientię, niſi fortè propter uitandū ſcandalum, uel turbationem, propter quod etiam homo iuri ſuo debet cedere, ſecundū illud Matth. 5. Qui anguriauerit te, &c. Alio modo leges poſſunt eſſe iniuſtæ per contrarietatem ad bonum diuinum, ſicut leges tyrannorū inducētes ad idololatriā, uel ad quodcunq; aliud quod ſit cōtra legē diuinam: & tales leges nullo modo licet obſeruare, quia ſicut dicitur Act.4. Obedire oportet Deo, &c. Ibid. qu.9.art.4. Et Ius diuinū,

quod

quod eſt ex gratia,non tollit ius humanũ, quod ex naturali ratione eſt. Ideo diſtinctio fidelium & infidelium ſecundum ſe conſiderata non tollit dominium & prælationem infidelium ſuper fideles. Poteſt tamen iuſtè per ſentẽtiam uel ordinationem Eccleſiæ, authoritatem Dei habentis, tale ius dominij & prælationis tolli: quia infideles meritò ſuę infidelitatis merentur poteſtatem amittere ſuper fideles, qui transferuntur in filios Dei. Secunda ſecundæ,quæſt.10.artic.10.

De differentia legis & Euangelij Alexander inquit: Secundum conſiderationem ſeueritatis dicitur Lex & Euangeliũ differre, quia illa dicitur Lex iræ, iſtud uerò Lex miſericordiæ. Rom.4. Lex iram operatur. Gloſſa: Vtreos faceret temporali pœna. Exod.21. Oculum pro oculo,&c.& ita iram operatur. Et Lucæ 10. Samaritanus infundit uinum & oleum. Vinum auſteritatem legis, oleum miſericordiam & lenitatem Euangelij notat. Et iuxta hanc differentiam dicitur lex Moyſi lex timoris, Euãgelium uerò lex amoris. Vnde Auguſtinus contra Adamantinum: Breuiſsima differentia legis & Euangelij, timor & amor. Et Hebr.12. Non acceſsiſtis ad tractabilem ignem & turbinem & tubæ ſonum. Loquitur de latione legis, pro quo Moſes dicit: Exterritus ſum & tremebundus. Sed acceſsiſtis ad Syon montem, & teſtamenti noui mediatorem. Item iuxta eandem conſiderationem lex Moyſi dicitur lex ſeruitutis, lex uerò Euangelij lex libertatis. ad Rom.8. Non accepiſtis iterum ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed ſpiritum adoptionis filiorum. Et Iacob.1. Qui perſpexerit in lege perfectę libertatis,&c. Nota ergo, quòd lex Moyſi eſt lex iræ in comminatione ſeu in pœnarũ determinatione, lex timoris in affectione, lex ſeruitutis in executione. Item ſecundum conſiderationem bonitatis differunt lex & Euangeliũ: quia lex Moyſi eſt lex imperfectionis boni, lex uerò Euangelij eſt lex perfectionis. Hebr.7. Nihil ad perfectum adduxit lex. & Matth.5. Non ueni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Gloſſ. Implet Chriſtus legem, dum præmiſsis ad incoationem uitæ agendæ ſuperaddit plura ad perfectionem moralium præceptorũ: & ſecundum hanc conſiderationem dicitur lex prohibere manum tantùm, Euangelium uerò uoluntatem ſeu animum. Vnde in Pſalm. Lex Domini immaculata conuertens animas. Gloſſ. Nõ quòd ait animas, id eſt uoluntates, non ſolummodo manus, ut uetus lex, quæ manum maximè, non animũ cohibebat. Hac etiam ratione dicitur lex Moyſi, lex factorum, Euãgelium uerò lex fidei. Roman.3. Excluſa eſt gloriatio tua: per quam legem? factorum? non: ſed per legem fidei. Gloſſ. Lex cohibet manum, non animum. Item ſecundum hanc conſiderationem dicitur lex litera occidens, lex Euangelij ſpiritus uiuificans. 2. Cor.3. Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat. Et Auguſt. lib. de ſpiritu & litera: Litera quæ occidit, certè eſt decalogus, in illis duabus tabulis ſcriptus: quia lex ſubintrauit ut abundaret delictum, ad Roman.5. Item, ſecundum eandem conſiderationem dicitur lex continere præcepta non bona, Euangelium uerò continet præcepta bona: quia, ſicut dicit Iſidorus in libro differentiarum, præcepta legis non bona ſunt Euangelio comparata: quia in eis quædam inutilia infirmioribus ſenſibus agenda permiſſa ſunt: ut libellus repudij, & cupiditas Iſraelitarum ſpolijs Ægyptiorum ſatianda permittitur. Notandũ igitur, quòd per tria oſtenditur maximè imperfectio legis. Primò ex hoc, quòd non prohibebat mali cauſſam, ſed uoluntatem. Secundò ex hoc, quòd præbebat mali occaſionem, ſecundum quod dicitur litera occidens. Tertiò propter malorum quorundam permiſsionem. quæ tria potiſsimè monſtrant legis imperfectionẽ, contraria uerò Euangelij perfectionẽ. Item, ſecundum cõſiderationem remunerationis differunt lex & Euangelium, quia in lege eſt promiſsio æternorum. Vnde Hebr.7. Melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Chriſtus. Gloſſa: Melius eſt nouum Teſtamentum, quàm Vetus: quia meliora bona promittit, id eſt æterna, Vetus uerò temporalia. Et Iſidorus in lib. differẽtiarum: In ueteri lege Chanaan regnum & promiſsiones temporalium rerum cõtinentur. Iſa.1. Si audieritis me, bona terrę comedetis. In Euangelio uerò uita æterna & regnũ cœlorum promittitur. Matt.3.& 4. Pœnitentiam agite, appropiuquauit enim regnum cœlorum. & Matt.5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorũ eſt regnum cœlorum. Item ſecundum cõſiderationem lationis differunt lex & Euangelium: quia Euangelium eſt lex uniuerſalis, lex Moyſi lex particularis. Lex enim Moyſi ſemini Abrahæ data eſt, ſecundum quod dicitur ad Gal.3. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones & ſemini eius. Et Deut.4. Quæ eſt alia gens ſic inclyta, ut habeat ceremonias iuxta iudicia & uniuerſam legem? Euangeliũ uerò datum eſt omni generi hominum. Vnde Marc. ultimo: Prædicate Euangelium omni creaturæ. Et Matt. ultim. Ite, & gentes omnes docete. Hi ergo ſunt modi dif-

ferentiarum Legis & Euangelij. parte 3. quæſt.60. membro 6.artic.2. Item: Lex Moyſi rectè dicitur lex timoris, iræ & ſeruitutis. Lex iræ dicitur, quia in pœnis habuit diſtrictionem: raram uerò miſerationem. Vnde ad Rom.4. Lex iram operatur, id eſt, pœnã. Ad hoc enim data eſt, ut reos faceret temporali pœna, ſecundum illud, Dentẽ pro dente, &c. Exod.21. Lex uerò timoris dicitur, quia plurimas habet comminationes, paucas promiſsiones, ſicut patet ex ſerie legis. Lex uerò ſeruitutis dicitur, quia in commonitionibus præceptorum ſemper pro ratione ſupponit dominium diuinæ maieſtatis. Vnde ad præcepta ſupponitur, Hoc facite: & hoc, Ego ſum Dominus: ut Exod.20. quaſi dicat: Ego dominator, & uos ſerui, & ideo eſtis obnoxij meis obedire mandatis. Item: Euangelium uerò rectè dicitur lex amoris, lex miſericordię, lex libertatis. Lex miſericordiæ ſeu clementiæ dicitur, quia in pœnis legis habet miſericordiam & relaxationem. unde & mulieri deprehenſæ in adulterio dicitur: Vade, & amplius noli peccare: Iohan.8. Lex uerò amoris dicitur, quia plurimas habet promiſsiones, raras comminationes, ſicut patet ex ſerie Euangelij. Promiſsionibus autem generatur amor. Lex uerò libertatis dicitur, quia in monitionibus præceptorum pro ratione ſupponit gratiam diuinæ paternitatis. Vnde Lucæ 6. poſtquam dixit, Eſtote miſericordes, & benefacite, & diligite inimicos ueſtros: ſubiunxit, Vt ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt. quaſi dicat: Hoc facite in libertate filiali, non in obnoxietate ſeruili: intuitu paternitatis, non intuitu damnationis. Ibid. artic.4.

De abrogatione legis inquit Alexãder: Prima enim cauſſa ceſſationis legaliũ fuit Christus. parte 4. quæſt.6. memb.5. art.2.

De maledictione ait Bonauentura: Maledictum uariatur quadrupliciter. Eſt enim maledictũ ſurreptionis. Maledictum laſciuiæ eſt, cum alicui non ex animo maledicimus. Eſt & maledictum odij, quod ex corde procedit zelo uindictæ. Quartum eſt maledictum iuſticiæ, quod ex charitate procedit, ſcilicet cum alicui amico noſtro maledicimus ad eius correctionẽ. In prima parte Centiloquij, cap.13.

Non rectè docet Albertus, legem tantùm terrena promiſiſſe. Sic enim inquit: In regno cœlorum Euãgelium differt ſecũdum finem à lege Moyſi, quæ non promittebat niſi terrena: ſed Euãgelium promittit cœleſtia. In Matt. cap.10.

De iudicialibus. Thomas: Iudicialia præcepta non habuerũt perpetuam obligationem, ſed ſunt euacuata per aduentum Chriſti, aliter tamen quàm ceremonialia. Nam ceremonialia à Deo ſunt euacuata, ut nõ ſolùm ſint mortua, ſed etiam mortifera obſeruantibus poſt Chriſtum. Præcepta autem iudicialia ſunt quidem mortua, quia non habent uim obligandi, non tamen ſunt mortifera. Quia ſi quis princeps ordinaret in regno ſuo illa iudicari, obſeruari, non peccaret, niſi fortè hoc modo obſeruarentur uel obſeruari mandarentur, tanquam habentia uim obligandi ex ueteris legis inſtitutione. Talis enim intentio obſeruandi eſſet mortifera. Prima ſecundæ, quæſt.104. artic.3. Item: Præcepta iudicialia non ſunt inſtituta ad figurandum, ſed ad diſponendum ſtatum illius populi: Chriſto iam ueniente, iudicialia præcepta obligationem amiſerunt. Lex enim fuit pædagogus ducẽs ad Chriſtum, ut dicitur Galat.3. Ibid.

De ceremonialibus ait Thomas: Ceremonialia dicuntur, quę ordinantur ad cultum Dei. prima 2. quæſt.101. artic.2. Et: Finis præceptorum ceremonialiũ eſt duplex. Ordinabantur enim ad cultum Dei pro tempore illo, & ad figurandum Chriſtum. Sic igitur rationes præceptorum ceremonialium ueteris legis dupliciter accipi poſſunt. Vno modo ex ratione cultus diuini, qui erat pro tempore illo obſeruandus. Alio modo poſſunt eorum rationes aſsignari, ſecundum quod ordinantur ad figurandum Chriſtum. Ibid. qu.125. art.2.

Innocentius: Decalogus legis in duabus tabulis ſcriptus. Altera continet dilectionem Dei, reliqua proximi. Ibid. Et: In prima lege contulit Deus homini poſſe, in ſecunda noſſe, in tertia uelle. In prima contulit potentiam per naturam, in ſecunda ſcientiam per ſcripturam, in tertia uoluntatem per gratiam. In aduentu Domini ſerm.1.

Thomas: Præcepta Decalogi diuerſimodè à diuerſis diſtinguuntur. Eſitius enim Leuit.26. ſuper illud, Decem mulieres in uno clibano coquunt panes, dicit pręceptum de obſeruatione ſabbathi non eſſe de decem præceptis, quia non eſt obſeruandum ſecundum literam, ſecundum omne tempus. Diſtinguit tamen quatuor præcepta pertinẽtia ad Deum, ut primum ſit, Ego ſum Dominus Deus tuus: ſecundum ſit, Nõ habebis Deos, &c. Et ſic etiam diſtinguit hæc duo Hieron. Oſ.10. ſuper illud, Propter duas iniquitates tuas. Tertium uerò præceptum eſſe dicit, Non facias tibi ſculptile. Quartum uerò, Non aſſumes nomen Dei tui, &c. Pertinentia uerò ad proximum dicit eſſe ſex: ut primum ſit, Ho-

,Honora patrem: ſecundum, Non occi- es: tertium, Non mœchaberis: quartum, on furtum facies: quintum, Non falſum, c. ſextum, Non concupiſces. Sed primò oc uidetur inconueniens, quòd præce- tum de obſeruatione ſabbathi, pręceptis ecalogi interponatur, ſi nullo modo ad ecalogum pertineat. 2. Quia cum ſcri- tum ſit, Nemo poteſt duobus dominis, c. eiuſdem rationis eſſe uidetur, & ſub odem præcepto cadere, Ego ſum Domi- us, &c. &, Non habebis, &c. Vnde Orige- es diſtinguens etiam quatuor præcepta rdinantia ad Deum, ponit iſta duo pro no pręcepto: ſecundum uerò ponit, Non facies ſculptile: tertium, Memento, &c. A- lia uerò ſex ponit ſicut Eſitius. Sed quia fa- cere ſculptile uel ſimilitudinem, non eſt prohibitum, niſi ſecundum hoc, ut non co- lātur pro dijs (Nam in tabernaculo Deus præcepit fieri imaginem Seraphim, ut di- citur Exo. 25.) conuenientius Auguſtinus ponit ſub uno pręcepto, Non habebis, &c. &, Non facies ſculptile. Similiter concu- piſcentia uxoris alienæ ad commixtio- nem, pertinet ad concupiſcentiam carnis. Concupiſcentia autem aliarū rerum, quæ deſiderantur ad poſsidēdum, pertinet ad concupiſcentiam oculorum. Vnde etiam Auguſtinus ponit duo præcepta de non concupiſcendo rem alienam & uxorem alienam, & ſic ponit tria præcepta in ordine ad Deum, & ſeptem in ordine ad proximum: & hoc melius eſt. prima ſecūdæ, quæſt. 100. artic. 4. Item: Illa præcepta quæ ſunt purè moralia, habent manifeſtā rationem: unde non oportuit, quòd aliqua ratio adderetur. Sed quibuſdam pręceptis additur ceremoniale, uel determinatiuum præcepti moralis communis: ſicut in primo præcepto, Non facies ſculptile, & in tertio pręcepto determinatur dies ſabbathi: & ideo utrobiq; oportuit rationem aſsignari. Ibid. artic. 7. Et: Præcepta Decalogi ſunt omnino indiſpenſibilia. Ibid. artic. 5. Et: Neceſſe fuit in lege Dei proponi diuerſa præcepta, affirmatiua & negatiua, ut gradatim homines introducerentur ad uirtutem, prius quidem abſtinendo à malo, ad quod introducimur per præcepta negatiua: & poſtmodum faciendo bonum, ad quod inducimur per præcepta affirmatiua. Et tamen affirmatiua & negatiua non pertinent ad diuerſas uirtutes, ſed ad diuerſos gradus uirtutum. Ibid. quæſt. 72. artic. 6. Item: Tria prima præcepta Decalogi ſunt de actibus religionis. Secunda 2. quæſt. 122. artic. 1.

De præceptis inquit Bonauentura: Præcepta affirmatiua ligant ſemper, ſed pro loco & tempore. Negatiua uerò ligant & ſemper & ubiq;. In 3. dieta ſalutis de præceptis, cap. 17.

Præceptorum diuiſio. Bonauentura: Omnia mandata aut ſunt affirmatiua, aut negatiua. Affirmatiua ſunt, ut homo faciat bonū: negatiua, ut homo uitet mala. Sed impoſsibile eſt, ut homo uitet malum, niſi per timorem: & quòd faciat bonum, niſi per amorem. Propter hoc ad obſeruantiam mādatorum duo ſunt neceſſaria, ſcilicet timor & amor. In Serm. de 10. præceptis. Item: In ſecūnda tabula continentur ſeptem præcepta. Vnum eſt affirmatiuum, & ſex ſunt negatiua. Ratio: Quia omnia mandata reducuntur ad duo: Hoc facias alijs quod tibi uis fieri, Non facias alijs quod tibi non uis fieri. Ibid.

De dilectione Dei inquit Bonauentura: Diligere debemus Deum ſuper omnia propter tria: quia bonus eſt in ſe, nec tantummodo bonus, ſed etiam ipſa bonitas eſt, quia nihil melius cogitari uel eſſe poteſt, ex quo omne quod aliquo modo bonum eſt, bonum eſt. Si enim omne quod bonum eſt, diligendum eſt, in quantum bonum: ille qui ſummè bonus eſt, & infinitum bonum eſt, ſummè, & ſi poſsibile eſſet, in infinitum diligendus eſt iuxta meritum dignitatis eius. Item: Quia ipſe prior dilexit nos, & plus diligit nos, quàm nos ipſi nos. In tractatu de profectu religioſorum, cap. 23. Item: Deus eſt diligendus toto corde, quia creator: tota anima, quia redemptor: tota mente, quia remunerator. In initio libri ſupra orationē Dominicam, cap. 22. Item: Charitas eſt dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum uel in Deo. Charitas comparatur auro probato, ferrò ignito, uino condito: cōparatur etiam aui prædam rapienti, naui mare nauigāti, & morti carnem periméti, &c. Eſt etiam ſicut funis bene tortus, ſicut canis bene doctus, & later bene coctus. Comparatur etiam charitas arbori uel ligno, oneri uel iugo, glutino uel cæmento: item comparatur ueſti nuptiali, fonti naturali, & igni uirtuali. Veſtis charitatis à quatuor præcipuè cōmendatur, à quibus conſueuit cōmendari ueſtis nuptialis: ſcilicet ab artificio, quia magno ſtudio componitur à Deo, à materia, à colore, à fragrantia. Charitas patiens eſt benigna, id eſt, non ęmulatur, nō agit perperam, nō inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, nō gaudet ſuper iniquitatē, cōgaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas nunquā excidit. in 4. dieta ca. 24.

De dile-

De dilectione ait Alexander: Dilectio aliter eſt gratiæ, aliter eſt naturæ. Naturæ uerò eſt maximè inſtitutæ ex quadam habilitate & rectitudine reſpectu boni. Gratiæ uerò eſt, in quantum captiuatur affectus in obſequium Chriſti diligendo, ſicut intellectus per fidem ſiue credendo. Tunc autem captiuatur intellectus in obſequium Chriſti, quando contra id quod dictat ratio, aſſentit primæ ueritati: ſic & affectus, quando id ad quod diligendum naturaliter inclinatur, amore Chriſti paratus eſt odire: uel è conuerſo, ut quando id ad quod odiendum naturaliter inclinatur, paratus eſt amare. & talis eſt affectus, qui contemnit honores, diuitias, & omne delectabile carni, & amat odientes ſe & perſequentes, propter Deum: & huiuſmodi affectus nõ eſt à natura, ſed ſolùm à gratia: nõ tamẽ in ſtatu naturæ cõditæ fuiſſet illa dilectio. Alia eſt doctrina, qua quandoq; dilectio eſt à cognitione naturali, & illa ſimiliter eſt naturalis: alia eſt à cognitione fidei. & differt hæc cognitio ab illa, quia cognitio naturalis cognoſcit Deum ſummè bonum propter diffuſionem ſuæ bonitatis in effectibus cauſſatis, ſed fides dictat Deum ſummè bonũ propter communicationem ſuæ bonitatis in diuinis perſonis: & utraque cognitio dicit Deum ſummè bonum & ſummè diligẽdum, ſed melius fides ſiue cognitio gratuita. Per hunc modum utraq; dilectio eſt ſumma reſpectu Dei, ſed modo nobiliori dilectio gratuita. Alia eſt doctrina, qua dilectione naturali diligit Deum animus ſiue affectus rectus, quia bonus ſibi ſummè bonus, & omne bonum quod eſt & quod habet ab ipſo eſt, & nihil eſſet niſi per ipſum, ideo plus illum diligit quàm ſeipſum. Sed dilectione gratuita diligit quis Deũ, quia ſimpliciter bonus, & quia ſummè bonus ſummè diligit: & quia ipſe homo non eſt bonus, niſi in quantum eſt ad Deum, diligat ſe propter Deũ, ſcilicet dilectione gratuita. Et ſic triplex eſt doctrina. Prima eſt à parte modi diligendi, ſecunda à parte cognitionis diſponentis ſiue principij, tertia à parte motiui. Et ſic patet, quòd primus homo poterat diligere Deum dilectione naturali, ratione qua erat in optima habilitate & rectitudine naturali reſpectu boni, & ratione quæ habebat cognitionem naturalem bene diſponentem ad hoc, & ratione qua Deus erat ſibi ſummè bonus: non tamen hoc poterat dilectione gratuita. Parte 2. quæſt. 96. memb. 1.

Innocentius inquit: Tanta eſt charitas uirtus, ut etiam prophetia & martyrium ſine illa nihil eſſe credatur. Charitas omnium uirtutum obtinet principatum: unde & uinculum dilectionis ab Apoſtolo dicitur, quia omnes & uniuerſæ uirtutes eius uinculo religantur. In Encom. charitatis. Item: Sicut aurum præeminet uniuerſis metallis, ita charitas excellit uniuerſas uirtutes. de qua dicit Apoſtolus: Horum maior eſt charitas. Lib. 1. de myſter. Miſſæ, cap. 22.

Thomas: Charitas habet duo obiecta. Vnum principale, ſcilicet bonitatem diuinam: & aliud ſecũdarium, ſcilicet bonum proprium. Secunda 2. quæſt. 39. artic. 2.

Albertus: Ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima præcipitur diligi: hoc eſt, ex tota cordis uoluntate, ne alliceatur: ex tota mentis intentione, ne decipiatur: ex omnibus animę uiribus, ne abſtrahatur diligi. Item: Tota dilectio fundari debet in affectu carnis. In Iohan. cap. 21.

De dilectione proximi ait Bonauentura: Dilectio proximi ex dilectione Dei naſcitur: quia propter Deum, & in Deo, & ſecundum Deum eſt proximus diligendus. Propter Deum, quia ipſe mandauit. 1. Iohan. 4. Hoc mandatum habemus à Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum. In Deo: id eſt, ea affectione diligere debet proximum, qua Deum, id eſt, ea forma. Secundum Deum: id eſt, ad hoc diligere debemus proximum, ad quod nos diligit Deus, id eſt, ad ſalutem animæ & profectum in ſpiritu: hoc eſt uerè & purè & ordinatè diligere. Verè & non fictè, ſicut illi qui uerbo tantùm & lingua diligunt, non opere & ueritate. Purè & non ex carnali affectione, nõ pro utilitate propria, non ex cauſſali affectione, & ſeculari ſocietate tãtùm: quæ etſi non ſint ſemper mala, tamẽ non ſunt meritoria, niſi ex ſpirituali dilectione accipiant condimẽtum. Ordinatè, ut non ad uitia & cõmoda carnis, & temporalem proſperitatem, ſed ad æternam ſalutem. In tractatu de profect. religioſorum, cap. 26. Item: Dilectionis proximi primus gradus eſſe uidetur, Nullum odire, nulli malũ cupere, nullius uelle bonum impedire, in neceſsitate proximo auxilium ſubuentionis non ſubtrahere: & breuiter, ut nulli faciat malum uel cupiat cum uoluntatis cõſenſu, & bonum proximo optet, & faciat ſicut ſibi uelle deberet, ſi indigeret. In his duobus conſiſtit impletio illius præcepti, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: ſcilicet, Quod tibi odis ab alio fieri, tu ne alteri facias: & Quæcunq; uultis ut faciant uobis homines, hæc & uos facite illis. Hæc eſt Lex & prophetæ: hoc enim docet lex naturæ & Scripturæ pariter, ſecundũ expoſitionem

ſanctorum

ſanctorum orthodoxorum. Ibid. cap. 28. Item: Charitas debet habere tria: ſcilicet ſpecioſam puritatem, fructuoſam bonitatem, candidioſam ueritatem. Debet enim charitas eſſe puritate ſpecioſa, ut nō ſit immunda: bonitate fructuoſa, ut non ſit dilectio uana: ueritate radioſa, ut non ſit dilectio ficta. In 7. dieta cap. 50. Item: De diligendis hæc tradenda ſunt, quòd licet omnia opera diuina ſunt ualde bona, quatuor tamen ſunt ex ijs propriè ex charitate diligenda: ſcilicet Deus æternus, quod nos ſumus, proximus noſter, & corpus proprium. In quorum dilectione ſeruandus eſt ordo & modus, ut Deus primò diligatur & ſuper omnia, & propter ſe: ſecundò quod nos ſumus, ſub Deo & pro Deo: tertiò proximus noſter, ſicut & nos: quartò corpus noſtrum infra nos & infra proximum, tanquā bonum minus præcipuū. Ad hoc autem exequendum datur unus charitatis habitus, & duplex mādatum, in quo pendet uniuerſitas legis & prophetarum, non ſolùm quantum ad uetus Teſtamētum, uerùm etiam quātum ad nouum. In 5. parte Breuiloq. cap. 8. Item: Amor, dilectio & charitas inter ſe diſtinguuntur. Nam amor competit rationalibus & irrationalibus creaturis: dilectio uerò & charitas dicitur rationalibus conuenire. Item differunt etiam dilectio & charitas. Nam dilectio quaſi de diuerſis electio, rationalibus cōuenit, ſiue iuſtis, ſiue iniuſtis: charitas uerò ſolùm eſt iuſtorum. In 3. parte Centiloq. cap. 40. Item: Vt imaginem ac ſimilitudinem maieſtatis diuinæ conſiderans in cunctis hominibus, ita omnes diligas intimæ charitatis affectu, omniumq; & maximè infirmorum & quorumcunq; indigentium curam geras, dūmodo circa ſpiritualia tibi non fiat nociua diſtractio, ſicut bona mater diligit atq; curat unicū filium prædilectum. In Regulis uolētium in Chriſto uiuere. Item: Tripliciter quis proximo ſuo nocet: peruerſitate operis, falſitate ſermonis, & improbitate uolūtatis. Et propter hoc legiſlator primò prohibet nocumentum, quod prouenit ex peruerſitate operis. Peruerſitas autem operis, qua quis iniuriatur alij, eſt triplex. Aut enim quis iniuriatur alij in propria perſona, aut in coniuncta perſona, aut in temporali ſubſtantia. In ſerm. de decē præceptis. Item: Affectus dilectionis datus fuit homini, ut diligeret Deum ſuper omnia, & ſe & proximū ſuum propter Deum & ſecundum Deum, & omnia opera ſua diligeret propter factorem, quodlibet iuxta ſuā dignitatem, ut uteretur miniſterio creaturæ ad Dei uoluntatē & ſui æternam ſalutem, & horum omnium delectationē & uſum referret ad creatoris dilectionem & cognitionē, donec ad ipſum perueniret, in quo ſibi uiuūt omnia, ſcilicet externa ratione. Sed ille affectus quaſi extinctus eſt, dilapſus eſt ad amorem carnis & turpis dilectionis. In tract. de prof. relig. cap. 6.

Timor Dei. Bonauentura: Timor Dei eſt ſicut bonus oſtiarius, qui diligenter cuſtodit oſtium cordis, ne intret inimicus, id eſt, diabolus: & etiam ſicut bonus iuſticiarius, qui perimit maleficos, & ſuſpēdit: ſicut bonus terrarius & ſpeculator, qui euigilat exercitū. In 5. dieta cap. 32. Item: Timor Dei habet ſeptem effectus. 1, Curat hominem à culpa perpetrata. Eſt enim ſufficiens medicina cōtra omnia peccata. 2, Cuſtodit hominē à culpa futura. 3, Abijcit temporalia uel terrena, quæ ſunt ſæpe peccandi materia. 4, Contemnit & ſuſtinet temporalia mala, ut euadat æterna. 5, Gratiam & bona opera introducit. 6, Super omnia facit fugere & euadere ſupplicium gehennæ, facit etiam alijs ad melius fugiendum, facit etiam hominē montes & colles tranſire, ut poſsit diabolum fugere, & inferni præcipitium cauere. 7, Meretur ſtipendium uitæ æternæ: hominem namque humiliat, & ſic ſecundum regulam Saluatoris ad gloriam exaltat. Ibidem.

Thomas ait: Timor Dei triplex eſt: ſcilicet ſeruilis, qui habet oculum tantùm ad pœnam. in hoc timore eſt uoluntas peccandi, licet actus cohibeatur, qui tamē ſequeretur, ſicut dicit Auguſtinus, ſi ſepararetur impunitas. Item in malis, qui habent oculum partim ad pœnam, partim ad offenſam diuinam, ſed principaliter ad offenſam. Item filialis, qui habet oculum ad offenſam ſimul & reuerentiam, principaliter tamen ad reuerentiam. Super Apocalyp. cap. 14.

Albertus: Timor alius eſt ſeruilis, qui eſt initium ſapientiæ, & donum ſpiritus ſancti. Timor initialis, qui eſt, quando facies iudicis ſic timetur, ut tamen præſentia ipſius ametur: qui ſic timet pœnam, quòd etiam amat gloriam. Timor filialis, qui timet offenſam, cùm filius patrem nolit offendere. Timor ſponſalis, qua ſponſa, ſi non ſemper ſe decoram & ſpecioſam exhibeat, timet diſſerri amplexus ſponſi. capite 1. ſuper Lucam.

De ſpe ait Thomas: Spes noſtra in duobus cōſiſtit: ſcilicet in eo quod expectatur poſt mortem, & in auxilio Dei, quo in hac uita iuuamur ad futuram beatitudinem per opera liberi arbitrij promouendam. 2. opuſc. contra Sarracenos.

Diuinatio.

Diuinatio.Thomas: Diuinatio non dicitur,ſi quis pronunciet ea quæ ex neceſſitate eueniunt,uel ut in pluribus, quæ humana ratione prænoſci poſſunt:neque etiam, ſi quis futura alia contingentia Deo reuelante cognoſcat.Tunc enim non ipſe diuinat,id eſt, quod diuinum eſt facit, ſed magis quod diuinum eſt ſuſcipit.Hoc autem conſtat eſſe peccatum. Vnde diuinatio ſemper eſt peccatum.Secunda ſecundæ,quæſt.95.artic.1.

Magia.Thomas: Imagines quas Aſtronomicas uocāt,ex operatione dæmonum habent effectum : cuius ſignum eſt, quod neceſſe eſt eis inſcribi quoſdam characteres,qui naturaliter ad nihil operātur.Non enim eſt figura, actionis naturalis principium . Sed in hoc diſtant aſtronomicæ imagines à nigromanticis, quòd in nigromanticis fiunt expreſſæ inuocationes, & præſtigiæ quædam, unde pertinet ad expreſſa pacta cum dæmonibus inita: ſed in alijs imaginibus ſunt quædam tacita pacta per figurarum ſeu characterum quædam ſigna.Secunda 2.quæſtio.96.artic.3. Item:Si ſimpliciter adhibeantur res naturales ad aliquos effectus producendos,ad quos putantur naturalem habere uirtutem, non eſt ſuperſtitioſum uel illicitum. Si uerò adiungantur uel characteres aliqui,uel aliqua nomina,uel aliæ quęcunq; bonæ obſeruationes,quæ manifeſtum eſt naturaliter efficaciam non habere,erit ſuperſtitioſum & illicitum.Ibid.artic.2. Et: Ad dominium diuinę maieſtatis pertinet, cui dæmones ſubſunt, ut eis utatur Deus ad quodcunq; uoluerit. Sed homini non eſt poteſtas ſuper dæmones commiſſa, ut eis licitè poſsit uti ad quodcunq; uoluerit: ſed eſt ei contra dæmones bellum indictum , unde nullo modo licet homini dęmonum auxilio uti per pacta tacita uel expreſſa.Ibid.

Aſtrologia.Thomas:Si quis conſideratione aſtrorum utatur ad præcognoſcendos futuros caſus uel fortuitos euentus, aut etiam ad cognoſcendum per certitudinem futura opera hominum, procedit hoc ex falſa & uana opinione, & ſic operatio dæmonis ſe immiſcet, unde erit diuinatio ſuperſtitioſa & illicita. Si uerò aliquis utatur conſideratione aſtrorum ad præcognoſcendum futura , quæ ex cœleſtibus cauſſantur corporibus,puta ſiccitates & pluuias, ac alia huiuſmodi, non erit illicita diuinatio,nec ſuperſtitioſa.Secunda 2.quæſt.95.artic.5.

De conſilijs malè docet Thomas: Conſilia ſunt quædam inſtrumenta perueniendi ad perfectionem, dum dicitur:Si uis perfectus eſſe, uade & uende. quaſi dicat, Hoc faciendo ad hunc finem peruenies. Ibid.quæſt.184.artic.3.

De ieiunio ait Thomas: Aſſumitur ieiunium principaliter ad tria:primò quidem ad concupiſcentias carnis reprimendas. Secundò aſſumitur ad hoc, quòd mens liberius eleuetur ad ſublimia contemplanda: nnde dicitur Daniel.10. quòd poſt ieiunium trium hebdomadarum reuelationem accepit à Deo. Tertiò ad ſatisfaciendū pro peccatis: unde dicitur Ioel.2. Conuertimini ad me in toto corde,&c. Secunda 2.quæſt.147.artic.1.

Contra Aſtrologiam.Thomas: Sunt aliqui,qui res humanas fatali neceſsitati ſyderum ſubdunt,contra illud quod dicitur Ierem.10. A' ſignis cœli,&c.Secundum autem hunc errorem tollitur orationis fructus. Nam ſi neceſsitati ſyderum uita noſtra ſubijcitur, nō poteſt circa hoc aliquid immutari. Fruſtra igitur orando peteremus uel aliqua bona conſequi,uel liberari à malis. In compendio theolog.tract.2. parte 2.cap.6. Et: Error eſt mathematicorum dicentium, homines fatalibus ſtellis obligatos, ita ſcilicet quòd eorum opera ſint neceſsitati ſtellarum ſubiecta.Contra quos dicitur Ierem.10. A' ſignis cœli, &c.In tractatu de articulis fidei, capite 4. Et:Virtus cœleſtium corporum ad immutanda corpora inferiora ſe extendit. Et ideo ſi aliquis iudicijs aſtrorum utatur ad prognoſcendum corporales effectus,pnta tempeſtatem & ſerenitatem aëris, ſanitatem uel infirmitatem corporis, uel ubertatem & ſterilitatem frugum, & ſimilia,quę ex corporalibus & naturalibus cauſsis dependent, nullum uidetur eſſe peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obſeruatione utuntur corporum cœleſtium: ſicut agricolæ ſeminant & metunt certo tempore,&c.nautæ nauigationem uitant in plenilunio,uel etiam in lunæ defectu: medici circa ægritudines criticos dies obſeruant, qui determinantur ſecundū curſum Solis & Lunæ.Vnde non eſt inconueniens,ſecundum aliquas alias occultiores ſtellarum obſeruationes circa corporales effectus uti aſtrorum iudicio. Hoc autem oportet tenere, quòd uoluntas hominis non eſt ſubiecta neceſsitati aſtrorum.Alioquin periret homini liberū arbitrium:quo ſublato,non deputarentur homini bona opera neq; ad meritum,neque mala ad culpam. Et ideo certiſsimè tenendum eſt cuilibet Chriſtiano, quòd ea quę ex hominis uoluntate dependent, qualia ſunt omnia humana opera,non ex neceſsitate aſtris ſubduntur.Et ideo dicitur Ier.10.

tur Ierem.10. A signis cœli,&c. Sed diabolus,ut omnes pertrahat in errorem,immiſcet ſe operationibus eorum qui iudicijs aſtrorum intendunt. Et ideo Auguſtinus inquit 2.de Doctrina Chriſtiana, quòd tales aſtrorum obſeruationes referédæ ſunt ad quædam pacta cum dæmonibus habere,ſecundum illud 1.Cor.10.Nolo uos fieri ſocios dæmoniorum. Et ideo certò tenendum eſt, graue peccatum eſſe,circa ea quæ à uoluntate hominis dependent, iudicio aſtrorum uti. Tertia ſummæ,quæſt. 37.artic.2.

Confeſsio.Thomas: Quãdo honor Dei uel utilitas proximi hoc expoſcit,non debet eſſe contentus homo,ut per fidem ſuã ipſi ueritati diuinæ coniungatur, ſed debet fidem exterius confiteri. Secunda 2. quæſt.3.artic.2. Item: In caſu neceſsitatis,ubi fides periclitatur, quilibet tenetur fidem ſuam alijs propalare,uel ad inſtructionem aliorum fidelium,ſiue confirmationem,uel ad reprimendum infidelium inſultationem:ſed alio tempore inſtruere homines de fide non pertinet ad omnes fideles.Ibid.

Confeſsio. Thomas: Deus qui omnia uidet,& cuius ſunt omnia, & actum operis & confeſsionem oris & deuotionem cordis requirit.Super Apocal.cap.13.

Blaſphemia. Alexander: Blaſphemia propriè dicta eſt in Deum, quod aut dicitur in ſanctos,uel in creaturã: hoc eſt,quia in illis blaſphematur Deus,qui eſt conditor creaturæ,& rector & dator ſanctitatis. Directè ergo & indirectè omnis blaſphemia eſt in Deum. Ponitur iterum definitio blaſphemiæ talis: Blaſphemia eſt,per quam de Deo ipſo falſa dicuntur. parte 2. quæſt.48.memb.1.

Albertus:Blaſphemia eſt impoſitio falſi in Deum. Quæ duobus modis fit: uel, quando Deo attribuitur quod non conuenit:uel,quando aufertur ab eo quod ſibi ſoli conuenit.cap.5.ſuper Lucam.

Idololatria.Alexãder:Idololatria enim tunc dicitur eſſe,quando aliquid numinis creditur ineſſe creaturæ, & ei ſeruitus exhibetur quæ propriè debetur creatori. Unde diligere aliquid ſupra Deũ dicitur dupliciter:uel cum diligitur contra uoluntatem Dei,& contra eius pręceptum:& hoc modo non dicitur idololatria. Alio uerò modo dicitur aliquid diligi ſupra Deum, quando honor exhibendus eſt Domino in adoratione, & huiuſmodi exhibetur creaturæ: & hoc modo non cum omni amore indebito creaturæ eſt idololatria. Per hoc patet, quòd aliter eſt idololatria reſpectu amoris qui eſt charitas, & aliter reſpectu amoris illiciti. Amor enim charitatis, ſecundum quod in Deum refertur, ad latriam pertinet, ſed non dicit totam rationem latriæ. Debemus enim Deo amorẽ non tantùm ſuper omnia,ſed etiam fidem & maieſtatis reuerentiam, & ſacrificiorum exhibitionem: amor autem indebitus creaturę poteſt exhiberi ſine illis. parte 2.quæſt.176.memb.4. Item:Licet non ponat Deum eſſe ſummum bonum, ſummè potentem,ſummè ſapientem,hoc non conuenit idolo uel ſpiritui in idolo præſidenti: nihilominus tamen ratio humana reſpiciens ad effectum,& non diligenter,ſed particulariter,& per hoc decepta,incidit in idololatriam. Ad tertium dicendum,quòd ſi homo pertractaret ſecundum rationem rectam, inueniret creatorem & gubernatorẽ eſſe colendum, creaturis uerò nullatenus cultum diuinũ eſſe exhibendum,ſecundum quod dicitur Sapientiæ 13.Si ſpecies rerum delectati deos putauerunt, quantò magis dominator eorum ſpecioſior eſt ſpeciei generator, qui hæc omnia conſtituit. Aut ſi uirtutem & opera eorum mirati ſunt,intelligant ab ipſis, quantum qui hæc omnia conſtituit, fortior eſt illis: à magnitudine enim ſpeciei & creaturæ cognoſcibiliter poterit eorum creator uideri. Quia reſpiciebant in aliquibus neceſsitatibus ad aliquã uirtutem adiutricem, ſecundum quod æſtimabant,nec eleuabant intellectũ ad ſummam cauſſam, à qua eſt omne adiutoriũ, & uniuerſaliter eſſe & bonum:ideo in idololatriam & ſuperſtitionem incidebant. Ibid.quæſt.178.memb.2. Item:Idololatria dicitur eſſe cauſſa omnis mali per occaſionem,non eſſentialiter:non enim neceſſe eſt peccãtem peccato idololatriæ cadere in alia genera peccatorum: ſed ſi in tãtum deſipit ratio humana,ut creaturam pro creatore colat,ueriſimile eſt,ut in alijs deſipiat,in quibus propter delectationem alicuius boni mutabilis, contemnitur maieſtas Dei præcipiẽtis. Ad illud uerò quod obijcitur, quòd idololatria eſt cauſſa, initium & finis omnis mali, dicendum eſt, quòd ex alia & alia cauſſa dicitur eſſe initium & cauſſa & finis. Initium enim dicitur, quia ab illo peccato facta eſt incoatio malorum in ipſis gentilibus: cauſſa uerò, quia diſponebat magnitudo illius erroris ad corruptionem errorum in alijs generibus peccatorum: finis uerò, quia propter hoc,ut placerent ſpiritibus in idolis præſidentibus,& ab eis impetrarent ſecundũ quod credebant, plurima mala perpetrabant. Item:Peccatum idololatriæ cauſſa eſt ſiue occaſio peccati contra naturam,ut

notetur, quòd ad deordinationem hominis reſpectu naturæ utilis, ſequatur deordinatio uolũtatis humanæ reſpectu naturæ particularis. & eſt illud peccatum non tantùm peccatum, ſed pœna peccati: & ideo dicitur, quòd Deus tradidit eos in reprobum ſenſum, id eſt, permiſit tradi: in quantum enim eſt peccatum, eſt à mala uoluntate hominis: in quãtum autem eſt pœna, eſt à Deo, & rectè punitur in illo, ut ex hoc intelligat enormitatem ſui peccati. Si enim tanta enormitas eſt facere contra naturam propriam, quantò magis eſt facere cõtra naturam increatam, à qua eſt principium eſſe humani? Item: Peccatum idololatriæ maximum eſt, eò quòd maximè opponitur rectitudini fidei: deſtruit enim totaliter primum quod eſt in fide, ſcilicet credulitatem Dei omnipotẽtis, creatoris cœli & terrę. Parte 2. qu. 178. mẽb. 4. 5.

De imaginibus malè docet Thomas: Neq; in ueteris legis tabernaculo ſeu templo, neq; etiam nunc imagines in eccleſia inſtituuntur, ut eis cultus latriæ exhibeatur: ſed ad quandam ſignificationem, ut per huiuſmodi imagines mentibus hominum imprimatur & confirmetur fides de excellentia angelorum & ſanctorũ. Secus autem eſt de imagine Chriſti, cui ratione diuinitatis latria debetur. Secunda 2. quæſtione 94. artic. 2.

De ſabbatho. Thomas: Præceptum de ſanctificatione ſabbathi literaliter intellectum, eſt partim morale, partim autem ceremoniale. Morale quidem, quantum ad hoc, quòd homo deputet aliquod tempus uitæ ſuæ ad uacãdum diuinis. Ineſt enim homini naturalis inclinatio ad hoc, quòd cuilibet rei neceſſariæ deputet aliquod tempus: ſicut corporali refectioni, ſomno, & alijs huiuſmodi. Vnde etiam ſpirituali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, ſecũdum dictamen naturalis rationis aliquod tempus deputet homo: & ſic, habere aliquod tempus deputatum ad uacandũ diuinis, cadit ſub pręcepto morali: ſed quãtum in hoc præcepto determinatur ſpeciale tempus in ſignum creationis mundi, ſic eſt pręceptum ceremoniale. Sic etiam ceremoniale eſt ſecundum allegoricam ſignificationẽ, prout ſiat ſignum quietis Chriſti in ſepulcro, quæ ſiat ſeptima die: & ſimiliter ſecundum moralem ſignificationem, prout ſignificat ceſſationẽ ab omni actu peccati, & quietem mentis in Deo, & ſecundum hoc quodammodo eſt pręceptum generale. Similiter etiam ceremoniale eſt ſecundum ſignificationem anagogicam, prout ſcilicet præfigurat quietẽ fruitionis Dei, quæ erit in patria. Vnde pręceptum de ſanctificatione ſabbathi ponitur inter præcepta Decalogi, in quãtum eſt præceptum morale, non in quãtum eſt ceremoniale. Secunda 2. quæſt. 122. art. 4. Item: Opus corporale pertinens ad conſeruandam ſalutem proprij corporis, non uiolat ſabbathum. Non enim contra obſeruantiam ſabbathi, quòd aliquis comedat, & alia huiuſmodi faciat, quibus ſalus corporis conſeruatur. Et propter hoc Machabæi non polluerunt ſabbathum, pugnantes ad ſui defenſionem die ſabbathi, ut legitur 1. Mach. 2. Similiter nec etiam Elias fugiens à facie Iezabel in die ſabbathi. Et propter hoc etiam Dominus Matthæi 12. excuſat diſcipulos ſuos, qui colligebant ſpicas in die ſabbathi propter neceſsitatem, quam patiebantur. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad ſalutem corporalem alterius, non eſt contra obſeruantiam ſabbathi. Vnde dicitur Iohan. 7. Mihi indignamini, quia totum hominem, &c. Similiter etiam opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris uitandum, non uiolat ſabbathum. Vnde dicit Dominus Matthæi 12. Quis erit ex uobis homo, &c. Secunda 2. quæſt. 123. artic. 4. Item: Obſeruatio feſtorum non impedit ea quæ ordinantur ad hominis ſalutem etiam corporalem. Vnde Dominus arguit Iudæos, dicens Iohan. 7. Mihi indignamini, quia totum hominem, &c. Et inde eſt, quòd medici licitè poſſunt omnes medicari in die feſto. Multò magis autem obſeruanda eſt ſalus reipublicæ, per quam impediuntur occiſiones plurimorum, & innumera mala corporalia & ſpiritualia, quàm ſalus corporalis unius hominis: & id eſt, pro tuitione Reipublicæ fidelium licitum eſt iuſta bella exercere in diebus feſtis, ſi tamẽ hoc neceſsitas expoſtulat. Hoc enim eſſet tentare Deum, ſi quis imminente tali neceſsitate uellet à bello abſtinere. Sed neceſsitate ceſſante non eſt licitum bellare in diebus feſtis. Secunda 2. quæſt. 40. artic. 4.

De ſanctificatione Albertus ait: Sanctificatur nomẽ diuinum in nobis ſex modis. 1, Emundatur per immundantiũ & inquinãtium abiectionem. 2, Deputatur autem per impurorum ſeparationem. 3, Manifeſtatur per obſcurantium ipſum illuminationem. 4, Clarificatur per uenuſtantium ipſum appoſitionem. 5, Confirmatur per inſcriptionem. 6, Per fortiſsimam cordis impreſsionem. cap. 11. ſuper Lucam.

De exercitijs pietatis ait Bonauentura: Seruus Dei in his quatuor exercitijs debet uerſari, ut Deo intendat orando, pſallendo, meditando, ſtudendo deuotionis

aut de

aut de Deo tractet legendo, ſtudendo, ſecum conferendo, diſcendo, docendo: aut pro Deo laboret operando, ſeruiendo, corpus caſtigando, & uirtutibus ſtudēdo: aut corporis refectioni moderatè indulgēdo, quieſcendo, dormiēdo, cibum uel potum ſumendo, ad hoc ut corpus poſsit ſpiritui ſeruire. In tract. de prof. relig. cap. 32.

Simonia. Thomas: Simonia hæreſis dicitur ſecundum exteriorem proteſtationem: quia in hoc quòd aliquis uendit donum Spiritus ſancti, quodammodo proteſtatur ſe eſſe dominum ſpiritualis boni, quod eſt hæreticum. Secūda 2. quæſt. 100. artic. 1. Item: Accipere pecuniam pro ſpirituali ſacramentorum gratia, eſt crimen Simoniæ. Accipere autē aliqua ad ſuſtentationē eorum qui ſacramenta Chriſti miniſtrant, ſecundum ordinationē Eccleſiæ, & conſuetudines approbatas, non eſt Simonia neq; peccatum: non enim ſumitur tanquam precium mercedis, ſed tāquam ſtipendium neceſsitatis. Ibid. artic. 2.

De iuramento inquit Bonauentura: Primò iuramentum debet fieri in ueritate. Vnde dicit: Non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum, hoc eſt, ſine ueritate. Intelligendum autem eſt, quòd eſt duplex iuramentum, ſcilicet aſſertorium & promiſſorium. In ſermone de 10. præceptis.

Thomas ait: Aſſumitur ab homine diuinū nomen tripliciter. Vno modo per modum iuramenti ad propria uerba confirmanda, alio modo per modum adiurationis ad alios inducendum, tertiò modo inuocationis ad orandūm uel laudandum. Secunda 2. quæſt. 89. art. 1. Item: Duplex eſt modus iurandi. Vnus quidem per ſimplicem conteſtationem, ſicut cum aliquis dicit, Eſt mihi Deus teſtis: uel, Corā Deo loquor, uel per Deum, quod idem eſt, ut dicit Auguſtinus. Alius modus iurandi eſt per execrationem, dum ſcilicet aliquis ſe, uel aliquid ad ſe pertinēs, ad pœnam obligat, ut ſit uerum quod dicitur. Ibidē. Et: Duplex eſt iuramentum. Vnum quidem quod fit per ſimplicem cōteſtationem, in quantum ſcilicet teſtimonium Dei inuocatur: & hoc iuramentum innititur diuinę ueritati, ſicut & fides. Fides autem per ſe quidem & principaliter eſt de Deo, qui eſt ipſa ueritas: ſecundariò autē de creaturis, in quibus ueritas Dei relucet. Et ſimiliter iuramentum principaliter refertur ad ipſum Deum, cuius teſtimoniū inuocatur: ſecundariò autem aſſumūtur ad iuramentum aliquæ creaturæ, non ſecūdum ſe, ſed in quantum in eis diuina ueritas manifeſtatur, & per ſanctos qui hanc ueritatem crediderunt & obſeruauerūt. Alius autem modus iuramenti eſt per execrationem, & in hoc iuramento inducitur creatura aliqua, ut in qua diuinum iudiciū exerceatur: & ſic ſolet homo iurare per caput ſuū, aut per filium ſuum, aut per aliquā aliam rem quam diligit, ſicut & Apoſtolus iurauit 2. Cor. 1. dicens: Ego teſtem Deum inuoco in animam meam. Ibid. artic. 2.

Apoſtaſia. Bonauentura: Triplex eſt apoſtaſia: ſcilicet perfidię, cum quis recedit à fide, ut Iulianus apoſtata: inobedientiæ, cum quis recedit à præceptis Eccleſiæ, & ſic initiū ſuperbiæ hominis eſt apoſtatare à Deo: irregularitatis, cum quis recedit à religione clauſtrali uel clericali. In prima parte Centiloq. cap. 26.

De honore ait Alexander: Honor aliquando eſt actus reuerentię, & idē honorare quod reuereri, ſecundū quem modū exponitur Leuit. 19. Vnuſquiſq; patrem & matrē timeat, id eſt, reuereatur. ſecūdum quem modū dicit Apoſtolus: Honore inuicem præuenientes. Aliquādo honor eſt actus obedientiæ, & ſic honorare idem eſt quod obedire, ſecundū quam ſignificationem exponitur hoc præceptū Deut. 21. Si inuenerit homo filiū contumacē, qui non audiat patris & matris imperiū, & coercitus obedire cōtempſerit, apprehēdent eū. Aliquādo honorare dicitur actus obedientię, ſecundum quod Dominus exponit illud pręceptū Matt. 15. ubi Dominus arguit ſcribas, qui filios Hebræorū docuerant, ut uouerent res ſuas Deo, & ſic ſubtraherēt à beneficio parentum, cum dicitur: Deus dixit, Honora patrē & matrē. uos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri & matri, Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit: & nō honorificauerit patrē ſuum, &c. & irritū feciſtis mandatū Dei propter traditionē ueſtrā. Ponit ibi Dominus uerbū quod ſcribę & phariſæi docuerant filios Iudæorum, ut patribus indigentibus reſponderent, ut poſtulanti patri beneficium filius reſpōderet: Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit. quaſi diceret: Quicquid poſſum dare ex me, hoc eſt, munus quod ex me tibi proderit: id eſt, ad utilitatem tuam erit & perfectum & beneplacitū. Hoc autem dicentes ſubinferebant, ſe nihil poſſe dare, cum omnia deuouiſſent. Item, nota quòd eſt pater ſpiritualis, tēporalis & naturalis. Spiritualis, ut prçlatus clericus, cui debetur honor. Rom. 13. Cui honorem, honorem. Pater tēporalis, ſecularis princeps laicus, cui debetur honor. 1. Pet. 2. Regem honorificate. Pater naturalis, qui generat, cui etiam debetur honor, ſecūdum quod dictum eſt. Tot ergo modis accipitur, Honora patrem. Parte 3. quæſt. 39. memb. 5.

Ocium. Alexander: Ocium,ſecundum quod dicitur improba uoluntas quieſcēdi ab opere iuſtę neceſsitatis & pię utilitatis, quādoq; ueniale peccatum eſt,quandoq; mortale.Veniale peccatū eſt,cum ſit delectatio in aliquo quod eſt citra Deū, quod eſt apparens delectabile: mortale uerò,cū præponitur aliquod cōmutabile bonum incōmutabili.parte 2.quæſt.126.memb.2.

Ira.Alexander: Iraſci ſecundum ſe non eſt malum ſiue peccatū,unde non ſemper eſt malum culpæ,imò alicui dicitur quòd eſt bonū gratię,ſicut patet 5.ad Eph.ſuper illud: Iraſcimini, & nolite peccare. Gloſſa: Iraſcimini uobiſmetipſis de præteritis peccatis,quod eſt pœnitentiæ.Quid eſt enim homo pœnitēs, quàm iraſcens ſibi,ut accipiat ueniam:id eſt,de ſeipſo exigit pœnam. & poſtea ſequitur:Indignamini uobiſmetipſis tanta uehementia, ut pèccare deſiſtatis: quia ſuper hanc irā non occidit ſol iuſticiæ,ſed potius illi irradiat illud.ergo iraſci determinat bonū gratię,quia uirtuoſum eſt illud.Itē aliquādo determinat bonū naturæ.Sic loquitur de ipſa dānatione,cū dicitur:Quòd ira eſt fetuor ſanguinis,&c.Item aliquando determinat malū pœnę,ſcilicet ſecundū quod importat pœnā quandā:quia aliquādo dicitur cum culpa,aliquādo ſine culpa,prout ſine culpa & turbatione.Sic fuit in Chriſto:Chriſtus enim aſſumpſit pœnalitates noſtras & anguſtias ad liberationem generis humani: ſed ſine perturbatione accepit illas. Itē aliquādo dicitur malū culpæ,ſecundū quod habetur Matt.5.ſuper illud:Omnis qui iraſcitur fratri ſuo.Gloſſa:Subitus motus,cui nō cōſentitur,propaſsio eſt: accedēte conſenſu,paſsio eſt,mors in domo.Et tāgit ibi iram ueniale & mortalē. Venialis dicitur propaſsio,mortalis cui conſentitur.Nā ſic dicit Gloſſa eodem capite ſuper illud,Qui uiderit mulierē: Propaſsio eſt ſubitus motus ſine deliberatione boni uel mali operis.Paſsio eſt affectatio deliberati animi,ſi ſit locus perficiēdi. Vnde ira propaſsio eſt uenialis, quia hæc eſt motus iræ primus, qui non eſt in poteſtate noſtra,cui nō prębetur cōſenſus.Vnde gloſſa ſuper illud, Iraſcimini,dicit: Si motus animi ſurgit,qui nō eſt in poteſtare noſtra,non ei cōſentiat ratio: uenialis enim ira eſt, qui non ducitur ad effectum.parte 2.qu.156.memb.2.

Bonauētura:Ira eſt libido uel appetitus uindictæ.Eius cōparationes, deinde effectus,itē q̄ ſint eius filiæ,uide ꝑ totū cap.5.

Inuidia.Bonauentura:Inuidia eſt triſticia alienæ felicitatis, & in aduerſitate lætitia. Inuidia habet multas ſimilitudines odioſas,quas ordine lege in cap.4.

Thomas ait:Inuidia nihil aliud eſt,q̄ triſticia de ꝓſperitate alicuius.In li.Iob.ca.5.

Triſticia.Alexāder:Triſticia dicitur eſſe peccatum ad mortem dupliciter.Vno modo,quādo terminatur in deſperationē uenię,& tunc propriè dicitur eſſe peccatū ad mortē, & hoc modo eſt peccatū in ſpiritū ſanctū & irremiſsibile. Alio modo dicitur triſticia eſſe ad mortē,quia ſcilicet ordinat ad mortē culpæ : quia ſicut bona triſticia, quæ eſt pœnitētia,ordinat ad uitā:ita triſticia ſeculi ordinat ad mortē,hoc eſt ad culpam. Et hoc modo dicitur 2.Cor.7.quòd triſticia ſeculi mortem operatur. Sed hoc modo non eſt peccatū maximum & irremiſsibile: quia in multis accidit, qui ſunt ad hoc diſpoſiti,ſicut in melancholicis:unde multoties contingit ex infirmitate melancholię,uel etiam alia,& ideo non dicitur maximum eſſe peccatum nec irremedicabile.parte 2.quæſt.57.memb.8.

De uindicta.Alexander: Expetere uindictam priuatæ perſonæ non eſt licitum: expetere uerò uindictam perſonæ iudicis uno modo eſt licitū, alio modo illicitum: licitum ex charitate & zelo iuſticiæ,illicitū ex odio & libidine iræ: licitū deſiderio correctionis,illicitū deſiderio afflictionis. Et hoc eſt quod dicit Aug. ſuper Matth.5. Non prohibetur uindicta quæ fit ad correctionem. Sed hoc etiam non conceditur, niſi ei cui poteſtas ordine data eſt, & ſine ira : ut patri in filium. Ad illud ergo quod primò obijcitur, quòd non peccat qui iuſtè uult uindicare, nec qui exigit debitū: dicendum, quòd ſi priuata perſona per ſe uellet uindicare, cùm non habet uindicariam poteſtatem, uellet uindicare iniuſtè. Iniuſta eſt enim uindicatio, quæ à non habente uindicariam poteſtatem infertur. Parte 3.quæſt.47.memb.2.

Thomas:Rixa uidetur eſſe quoddā priuatum bellum, quod inter priuatas perſonas agitur,non ex publica aliqua authoritare,ſed magis ex inordinata uolūtate: & ideo rixa ſemper importat peccatū, & in eo quidem qui alterū inuadit iniuſtè, eſt peccatū mortale.Inſerre enim nocumentum proximo etiam opere manuali, non eſt abſq; mortali peccato.In eo autem qui ſe defendit,poreſt eſſe ſine peccato,& quādoq; cum peccato ueniali,& quandoque cum peccato mortali, ſecūdum diuerſum motum animi eius, & diuerſum modū ſe defendendi. Nam ſi ſolo animo repellēdi iniuriam illatam, & cum debita moderatione ſe defendat,nō eſt peccatū,nec propriè poteſt dici rixa ex parte eius . Si uerò cū animo uindictę uel odij,uel cū exceſſu debitę moderationis ſe defendat, ſemper eſt pec-

eſt peccatum, ſed ueniale quidem, quãdo aliquis leuis motus odij uel uindictæ ſe immiſcet, uel cum non multum excedat moderatam defenſionẽ: mortale autem, quando obfirmato animo in impugnantẽ inſurgit ad eum occidendũ, uel eum grauiter lędendum. Secunda 2.qu.41.artic.1. Itẽ: Principibus habẽtibus publicã authoritatẽ ſolùm licet malefactores occidere, nõ aũt priuatis perſonis. Ibid.qu.46.art.3.

Homicidia. Thomas: Occiſio hominis prohibetur in Decalogo, ſecundum quod habet rationẽ indebiti. Sic enim præceptũ cõtinet ipſam rationẽ iuſticiæ. Lex autem humana hoc cõcedere nõ poteſt, quòd licitè homo bonus indebitè occidatur: ſed malefactores occidi, uel hoſtes reipublicæ, hoc nõ eſt indebitũ: unde hoc nõ contrariatur pręcepto Decalogi, nec talis occiſio eſt homicidiũ quod pręcepto Decalogi prohibetur, ut Auguſt. dicit in primo de libero arbitrio. Quãdo filij Iſrael pręcepto Dei tulerũt Ægyptiorũ ſpolia, non fuit furtum: quia hæc eis debebãtur ex præcepto Dei. Similiter & Abraham, cũ conſenſit in homicidiũ: quia debitum erat eum occidi per mandatũ Dei, qui eſt dominus uitæ & mortis. Ipſe enim eſt qui pœnã mortis infligit omnibus hominibus, iuſtis & iniuſtis, pro peccato primi parẽtis: cuius ſententiæ ſi homo ſit executor authoritate diuina, nõ erit homicida, ſicut nec Deus. Et ſimiliter etiam Oſeas accedens ad uxorem fornicariã, uel mulierem adulterã, non eſt mœchatus uel fornicatus: quia acceſsit ad eam quæ ſua erat ſecũdum mandatũ diuinũ, qui eſt author inſtitutionis matrimonij. Sic ergo præcepta ipſa Decalogi, quantum ad rationẽ iuſticię quam continet, immutabilia ſunt: ſed quãtum ad aliquã determinationem per applicationẽ ad ſingulares actus, ut ſcilicet hoc uel illud ſit homicidium, furtum uel adulteriũ, aut non, hoc quidẽ eſt mutabile quandoq; ſola authoritate diuina, in his ſcilicet quæ à Deo ſolo ſunt inſtituta, ſicut in matrimonio & in alijs huiuſmodi. Prima 2.qu.100.art.8.

Infirmitas & malicia quid debeant. Alexander: Infirmitas reſpicit pœnam animę, ſecũdum quod contrahit debilitatẽ quandam carnis adiunctæ: malicia uerò dicit defectibilitatem uoluntatis ſecũdum ſeipſam, quæ tamen naſcitur ex corruptione uoluntatis præcedentis: & ita differt ratio potentię ſecundum quod infirmitas dicitur defectus potentiæ, & ſecundum quod malicia dicit defectibilitatem potentiæ, quę eſt uoluntas propria corruptione. Parte 2.quæſt.102.memb.3.artic.3.

De bellis ait Thomas: Quòd aliquod ſit iuſtum, tria requiruntur. Primò quidẽ authoritas principis, cuius mandato bellum eſt gerendũ. Non enim pertinet ad priuatam perſonã bellum mouere, quia poteſt ius ſuum in iudicio ſuperioris perſequi. Similiter etiã conuocare multitudinẽ, quod in bellis oportet fieri, non pertinet ad priuatam perſonã. Cum autẽ cura reipublicę commiſſa ſit principibus, ad eos pertinet rempublicã ciuitatis uel regni, ſeu prouinciæ ſibi ſubditæ tueri. Et ſicut licitè eã defendũt materiali gladio contra interiores quidem turbatores, dum malefactores puniunt, ſecundum illud Apoſtoli Rom.13. Non ſine cauſſa gladium, &c. ita etiam gladio bellico ad eos pertinet rempublicam tueri ab exterioribus hoſtibus. Vnde & principibus dicitur in pſalmo: Eripite pauperem & egenũ, &c. 2. Requiritur cauſſa iuſta, ut ſcilicet illi qui impugnantur, propter aliquam culpam impugnationẽ mereantur. 3. Requiritur, ut ſit intentio bellantium recta, qua ſcilicet intẽditur uel ut bonum promoueatur, uel ut malum uitetur. Poteſt autem contingere, ut ſi ſit legitima authoritas indicentis bellum, & cauſſa iuſta, nihilominus propter prauam intentionem bellum reddatur illicitum. Secunda 2.quæſt.40.artic.1. Item: Exercitia hominum ad res bellicas ſpectantia non ſunt uniuerſaliter prohibita, ſed inordinata exercitia & periculoſa, ex quibus occiſiones & deprædationes proueniũt. Ibid. Item: Inſidijs licitũ eſt uti in bellis iuſtis, nec propriè huiuſmodi inſidiæ uocantur fraudes, nec iuſticiæ repugnant, nec ordinatæ uoluntati. Ibid.quæſt.4.artic.3.

Fornicatio. Alexander: Fornicatio aliquando accipitur generaliter pro quocũque peccato mortali, ſecundũ quod accipitur in pſal. Perdidiſti omnes qui fornicãtur abs te. Aliquando uerò accipitur pro peccato carnis cõmuniter, ſecũdum quod accipitur 1.Cor.6. Aliquãdo uerò pro illicito cõcubitu cum ſoluta, & hoc propriè: & ſic diuidit cõtra adulterium & alia. Aliquando uerò accipitur pro concubitu in ſecundis nuptijs. Et hoc modo dicit Chryſoſt. Secundam quidem accipere licitum eſt iuxta præceptum Apoſtoli, ſecundũ autem ueritatis rationem eſt fornicatio. Sed cùm permittente Deo publicè & licenter cõmittatur, ſit honeſta fornicatio. Et hoc modo fornicatio dicit diuiſionem ſuæ carnis in plures, & nõ determinat peccatum. Reliquis autem modis peccatum determinat uel generaliter, uel ſpecialiter, uel ſpecialiſsimè. parte 2.quæſt.164. memb.1.

Thomas ait: Duplex eſt fornicatio. Spiritualis: & hæc eſt in omni mortali, cum

ſcilicet anima recedit à ſuo ſpõſo. Corporalis: & hęc aliquando dicitur cõmuniter, ſcilicet pro actu illiciro carnali. Super Apocal. cap. 9. Item: Licet aliqui credãt adulteriũ eſſe peccatũ, tamen non credunt ſimplicem fornicationẽ eſſe peccatum mortale. Contra quos Apoſtolus Hebr. 13. Fornicatores, &c. 1. Cor. 6. Nolite errare, &c. À regno autẽ Dei non excluditur aliquis, niſi per peccatum mortale. Sed fortè dices: Non eſt ratio quare ſit peccatũ mortale, cũ nõ detur corpus uxoris, ſicut in adulterio. Dico, quòd ſi non detur corpus uxoris, datur tamẽ corpus Chriſti, quod ſibi datum fuit & conſecratum in baptiſmo. Vlterius ſciẽdum, quòd alij dicũt, commixtionem uiri & uxoris non eſſe ſine peccato: quod eſt hæreticum. Apoſtolus Hebr. 13. Sit honorabile, &c. Talis autem coniunctio aliquando non ſolùm ſine peccato eſt, ſed etiam eſt ad meritum uitæ æternæ babentibus charitatẽ: aliquando eſt cum peccato ueniali, aliquando cum mortali. Quando enim cum intentione procreãdæ prolis, tunc eſt opus uirtutis: quando autem cum intentione reddendi debitum, tunc etiam eſt opus iuſticiæ. Quãdo autem eſt cauſſa exercendæ libidinis, tunc eſt cum ueniali, quàndo ſcilicet non excedit limites matrimonij. Quando autem excedit, ut ſcilicet, ſi poſſet, extẽderet ſe ad aliam, tũc eſt mortale. De duobus præceptis charitatis cap. 23. Et: Fornicatio & omnis cõcubitus qui eſt præter uxorem, eſt peccatum mortale. Secunda 2. quæſt. 154. art. 2. Item: Nihil excludit à regno Dei, niſi peccatum mortale. Fornicatio autem excludit, ut patet per Apoſtolum Gal. 5. ubi præmiſſa fornicatione & alijs quibuſdam uicijs, ſubdit: Quòd qui talia agũnt, regnum Dei non conſequentur. Ergo fornicatio ſimplex eſt peccatum mortale. Ibid.

Adulterinm. Alexander: Adulteriũ propriè dicitur, cum ad alienum thorum ſit acceſſus: nihilominus tamen dicitur adulteriũ, cum coniugatus uel coniugata ad perſonam ſolutam accedit: extenſo autem uòcabulo dicitur adulterium aliquãdo cum propria uxore, ſed hoc eſt ſecũdum quandam iuris interpretationẽ. Dicitur enim adulterium, cum ita ardenter diligit uxorem ſuam, ut ſi eſſet uxor alterius, non minus carnaliter commiſceret ſe cum ea: ſimilitudine ergo adulterinæ libidinis dicitur adulterium, non quia pœna adulterij ei debeatur, ſecundum illud quod dicitur, Quòd adulterium ſecũdum locum tener iu pœnis. & pro hoc ſoluitur illud quod obiectum eſt primo. parte 2. quæſt. 166. membro 1.

Caſtitas. Bonauentura: Caſtitas eſt florens, ſicut liliũ inter ſpinas, habet precium inrer gemmas, tenet ſolium ſuper ſtellas: habet liliũ incorruptibile, habet precium imprecabile, habet ſolium inſuperabile. In 4. diæta, cap. 22. Item: Caſtitas habet excellens ſoliũ ſuper omnes ſtellas, quòd figuretur per thronum de labore grandi. Habet etiam uberrimum fructum, celerrimum curſum, pulcerrimum ſertum, &c. cap. 22. uſq; ad finem.

Superbia. Alexãder: Superbia enim eſt, ſi creatura uelit aſsimilari creatori. Hoc diabolo & homini fuit initium perditionis. Exponitur etiam illud, Initium omnis peccati eſt ſuperbia, de peccato ipſius diaboli: quia illud fuit initium omnium peccatorum, ſecundum unam expoſitionem. & ideo dicit Iſidorus, quòd malum à diabolo fuit inuentũ. Parte 2. qu. 119. memb. 2.

Innocentius ait: Hęc duo uitia, ſuperbia & cupiditas, ſunt radix omniũ malorum. Nam de ſuperbia legitur Eccleſ. 10. Initium peccati ſuperbia eſt. De cupiditate Apoſtolus 1. Timot. 6. Radix omnium malorum eſt cupiditas. In aduentu Domini ſermone 1.

Bonauentura inquit: Superbia eſt primum ac principale ac capitale uitium, habet multiplicẽ typum in uatura & in Scriptura, cui cõgruè comparantur. Ponic deinde 9. comparationes, quas ordine comparat ſuperbiæ, cap. 3. Item: Superbiæ ſunt ſeptem filiæ; ſcilicet præſumptio, ambitio, inobedientia, irreuerẽtia, erubeſcentia boni & irriſio bonorũ uel ſimplicium, uana gloria, & hypocriſis. Hæc autem peccata quæ à ſuperbia naſcuntur, figurantur per ſeptem annos, quibus filij Iſrael ſeruierunt. De prima diæta cap. 3. Item: Triplex eſt ſuperbia. Prima, ſibimetipſi nimis placere, & maiorem reputare quàm ſit in ueritare: & hoc eſt initium omnis peccati. Secunda eſt, appetere & ſtudere alijs placere, & maior uelle ab eis credi, quòd ſit iuſtior: hæc eſt inanis gloria. Tertia eſt, ambire & alijs præire, & ſub ſe uelle eos eſſe. In tract. de profectu religioſorum, cap. 10.

Thomas: Principium peccatorum eſt ſuperbia. In libro Hiob cap. 33. Item: Ex ſuperbia omne genus peccati prouenit, & extinctio totius boni in homine. Vnde qui ſuperbiam odit, à multis peccatis eſt procul. Super Apocal. cap. 2.

Albertus ait: Superbia (quę eſt in appetitu laudis) non ſolùm in malis operibus inſidiatur ut pereant. In Matth. cap. 6.

Humilitas. Bonauentura: Humilitas eſt breuis ſcala deuotionis, breuis ſcbola perfectionis, breuis uia ſaluationis: breuis

ſcala.

ſcala, ſi uis aſcendere: breuis ſchola, ſi uis addiſcere: breuis uia, ſi uis incedere, &c. in diæta 7. cap. 36. Itē: Humilitas eſt ex intuitu propriæ conditionis uel fragilitatis uoluntaria mētis inclinatio. In tractatu de profectu religioſorū, cap. 25. Item: Triplicem humilitatē debemus habere, in nobis, ad proximū, & ad Deū. In nobis debemus eſſe humiles, noſmetipſos ex conſideratione propriæ uilitatis deſpiciendo, ut omnia quę in nobis deſpicabilia agnoſcimus, tā in naturalib. defectibus, quàm fortuitis, & maximè in culpabilibus & uitioſis, diligēter attēdamus, & ex eorū intuitu apud nos humiliemur. Secūdò in nobis ſimus humiles, mores & geſtus humiles habēdo, & uerba humilia & reſponſa. Tertiò, ut in humilib. obſequijs, operib. & officijs noſmetipſos exerceamus, in quibus apparet uilitas, & quæ alij horrent & deſpiciūt: ut ſordes purgare, ruſticalia opera facere, & ueſtibus uilioribus cōtentos eſſe; & cibis ac alijs ſimilibus. Vnde Dauid 2. Reg. 6. Ludam & uilior fiam plus quàm factus ſum, & ero humilis in oculis meis. In tractatu de ꝓfectu religioſorū, cap. 29. Item: Ad proximū debemus eſſe humiles, primò meliores & digniores ipſos nobis reputādo, non eos deſpiciēdo, uel temerè iudicando. Secūdò, honore exteriori inuicem præuenientes, reuerēdo, inclinādo, locum primū ubiq; præbendo: nō eis detrahendo, ſed obediēdo, obſequēdo, promouendo, & eos apud cæteros exaltare, & facta eorū cōmendare, laudare & extollere, dummodò bona ſint: & mala eorū tegere, non fictè, ſed purè. Tertiò, patiēter eorum infirma opera tolerare, & læſiones ſuſtinere, ſi quas inferunt nobis, & malū pro malo nō reddere, nec odiū, nec iurgia, nec clamores cōtra eos exercere, & correptiones eorū patienter ſuſcipere. Ibid. cap. 31. Itē: Ad Deū debemus eſſe humiles, primò ut ipſum eſſe Deū ac dominū & iudicē noſtrum humiliter cognoſcamus, & ei in omnib. obediamus, ſicut ſerui domino ſuo, & opus factori ſuo: & ſi peccauerimus ei, ut citò & dignè pœniteamus & ſatisfaciamus & emendemus. Secundò, ut flagella eius humiliter toleremus, & non remurmuremus correpti, ſed iuſtū eius iudiciū cōmendemus, & nos correptione dignos agnoſcamus, dicendo: Iudicium Domini portabo, quoniam ipſe peccaui. Tertiò, ut de beneficijs eius non extollamur: ſed agnoſcamus, quòd nō pro merito noſtro, ſed purè pro ſua bonitate dilexit nos, & elegit nos, & uocauit nos, & iuſtificauit ac magnificauit nos. Ibidem cap. 32.

Albertus: Humilitas ab humo dicitur, eò quòd ſe in humum in infimo proſternit. Spernit enim mundum, ſpernit nullum, ſpernit ſeſe, ſpernit ſe ſperni. capite 1. ſuper Lucam.

Mendacium. Alexander: Mendacium accipitur dupliciter. Vno modo, prout definit Auguſtinus: Mendaciū eſt falſa uocis ꝓlatio cum intētione fallendi: & ſic eſt ſpecies peccati. Alio modo dicitur mendacium defectus à ſumma ueritate, & hoc modo peccatum dicitur mēdacium. Omnis enim peccans à ſumma ueritate deficit, ſicut deficit à ſumma bonitate. Parte 2. quæſt. 123. memb. 1. Item: Mendaciū duo importat in ſe: falſam uocis ſignificationem, & fallendi intentionē. Quantum ad falſam uocis ſignificationē, opponitur ueritati, ſecundū quod ueritas diſtinguitur à bonitate: prout aūt ponit intentionē fallendi, opponitur ueritati, prout ueritas eſt ſub bonitate: quia enim habet intentionē fallendi, fallax eſt. Fallax autē non eſt uerax: ueracitas autem eſt ſpecies bonitatis. Ibid. memb. 3. quæſt. 139. Item: Vno modo falſa uocis ſignificatio cum uoluntate falſum enunciandi: alio modo enunciatio falſum enunciare uolentis ut fallat: tertio modo libido perſeuerans mentiendi. & has intentiones ponit Auguſtinus. Si ergo accipiatur prima intentio, & dicatur perfectus religioſus qui non ex profeſſione habet nō dicere mendacium, non eſt ei prohibitum, nec peccat mortaliter, ſic perpetrando mendaciū. Si uerò ſecundo modo accipiatur, & dicatur perfectus ille qui habet perfectam charitatē, & ex perfecta charitate perfectam cognitionē, ut adhæreat totaliter Deo, ſecūdum intellectum & ſecundū affectum, prout eſt poſſibile in uia: ſi peccat talis in genere mendacij, licet ſit benignitatis, peccat mortaliter. qui enim perfectè adhærebat Deo, nullā habebat rationem trahentem quare mētiri deberet. Et ſicut de Adam dicitur, quòd ratione ſtatus ſui peccauit mortaliter, ita & iſte ratione ſtatus ex hoc genere peccauit mortaliter. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus ſuper illud Exo. 1. Bene ergo fecit Dominus obſtetricibus: Quorum cōuerſatio iam in cœlis eſt, eos non exiſtimo linguæ modum circa ueritatem falſitatemq; exemplo obſtetricum debere formare. Vir ſanctus, ut perfectè adhæreat ueritati, ſtudioſè prohibetur nec præcipitatione mentiri: ſummopere enim cauendum eſt omne mendacium: quamuis nōnunquam ſit aliquod genus mendacij culpæ leuioris, ſi quiſquam præſtando mentiatur. ſed quia ſcriptum eſt, Os quod mentitur occidit animam: &, Perdes omnes

qui loquũtur mendaciũ: hoc quoq; mendacium perfecti uiri ſummopere fugiunt, ut nec uita cuiuslibet per eorũ fallaciam defendatur: nec ſuæ animę noceant, dum præſtare carni nitũtur aliena. Ibid. quæſt. 139. memb. 5. Item: Mendacium eſt falſa uocis ſignificatio cum intentione fallendi. Ibidem quæſt. 143. memb. 4.

Miſericordia. Bonauentura: Miſericordia eſt Chriſti paſsio interna, id eſt, cõpaſsio, quę melior eſt & maior fuit quàm aliqua paſsio. Eſt etiã ſumma Chriſti lectio, & optima Chriſti unctio. In 7. diæta cap. 39. Item: Miſericordia facit hominẽ decenter cõuerſari, prudenter operari, abundanter remunerari. Item: Miſericordia eſt uirtus quę cunctas ſuperat, modus qui reum liberat, clauis quæ cœlũ reſerat. Ibidem. Item: Septẽ ſunt opera miſericordiæ corporalia, & ſeptem ſpiritualia. Corporalia ſunt iſta: ſcilicet eſurientem paſcere, ſitientem potare, nudum ueſtire, hoſpitem colligere, infirmum uiſitare, uinctum liberare, mortuum ſepelire. Septem ſpiritualia ſunt iſta: ſcilicet peccata dimittere, peccantem corrigere, pro peccante orare, ignorantẽ inſtruere, hæſitantem cõfirmare, lugentibus conſolationem præbere, & ad omnes afflictos cordis compaſsionem habere. Ibid. Item: Sex ſunt opera miſericordię: ſcilicet paſcere eſurientes, potare ſitientes, ueſtire nudos, colligere hoſpites, uiſitare infirmos, & redimere captiuos. Aliter enim impoſsibile eſt eſſe opus uirtutis, niſi creatura in iſtis conformetur Chriſto. Ad opus autem uirtutis requiruntur ſex, correſpõdentia ſex operibus uirtutis: quæ ſunt, circumſpectio prouida, intentio recta, affectio pura, electio recta ſiue iuſta, proſecutio iugeroſa, & informatio charitatiua. & ſingula opera probat ex textu primi capitis Geneſeos, &c. In ſermone de 10. præceptis.

Contra uſuram. Thomas: Dare pecuniam mutuò ad uſuram, eſt peccatũ mortale: nec ideo eſt peccatum, quia eſt prohibitum: ſed potius ideo eſt prohibitum, quia eſt peccatum ſecundum ſe. Eſt enim contra iuſticiam naturalem: & hoc patet, ſi quis rectè conſideret uſuræ rationẽ. Dicitur enim uſura ab uſu, eo ſcilicet quòd pro uſu pecunię precium quoddã accipitur, quaſi ipſe uſus mutuatæ pecuniæ uendatur. In diſputatis quæſtionibus de auaricia, artic. 4. Item: Quando aliquis pecuniam mutuat ſub hoc pacto, quòd reſtituatur ſibi pecunia integra, & ulterius pro uſu pecuniæ uult certũ precium habere: manifeſtum eſt, quòd uẽdit ſeorſim uſum pecuniæ, & ipſam pecuniæ ſubſtantiam. Vſus autem pecuniæ, ut dictum eſt, nõ eſt aliud quàm eius ſubſtantia. Vnde uendit id quod non eſt: uel uendit idem bis, ſcilicet ipſam pecuniam, cuius uſus eſt conſumptio eius. Et hoc eſt manifeſtè contra rationem iuſticiæ naturalis. Vnde mutuantẽ pecuniam pro uſura, eſt ſecundũ ſe peccatũ mortale. Et eadẽ ratio eſt de omnibus alijs rebus, quarũ ſubſtantia per uſum cõſumitur: ſicut patet in uino, tritico, &c. Ibidem. Item: Accipere uſuram ab extraneis, non fuit conceſſum Iudæis quaſi licitũ & permiſſum: ſed ſic, ut pro hoc non punirentur pœna temporali. Cuius quidem permiſsionis ratio fuit, quia proni erant ad auariciam. Vnde permiſſum fuit eis minus malum, ſcilicet accipere uſuras à gentibus impijs, non autem à Iudęis Deum colentibus. Sed poſtmodùm per prophetas admoniti ſunt, ut totaliter ab uſuris abſtinerẽt. Ibid. Item: Iſte qui dat uſuram, patitur iniuſtum, non à ſeipſo, ſed ab uſurario: qui, licet nõ inferat ei uiolentiam abſolutã, infert ei tamen uiolentiam quandam mixtam: quia ſcilicet neceſsitatem habenti accipere mutuũ, grauem conditionem imponit, ut ſcilicet plus reddat quàm ſibi præſtetur. Et eſt ſimile, ſi quis alicui in neceſsitate conſtituto uenderet rem aliquam multò amplius quàm ualeret, eſſet iniuſta uenditio: ſic & uſurarij mutuatio eſt iniuſta. Ibid. Item: Vſura ſecundum rationẽ propriam dicta eſt res, quæ ex uſu æris acquiritur: propter quod dicunt philoſophi uſuram dictam, quaſi uſu æris acquiſitam. Vnde & illud Pſalm. 14. Pecuniam ſuam non dedit ad uſuram. Theologi uerò conſiderantes iuſti & iniuſti rationes, ſubtilius exponentes nomina hæc deſignantia largius, extendunt huius nominis ſignificationem ad incrementa, quæ proueniunt ex uſu omnium rerum per ſimilem uſum & rationem, & non tantùm pecuniæ. Et ideo uocant doctores omnem ſuperabundantiã cuiuslibet rei, quam parit uſus ſimilis ei, à quo primò dicitur uſura, ſicut habetur Ezech. 22. Vſurã & ſuperabundantiã, &c. Et ſic accipit ibi uſuram & ſuperabundantiam cuiuslibet rei, quæ uſuræ rationem habet. Significat ergo primò nomen uſuræ incrementum, quod parit pecunia ex uſu ſuo. Secũdariò autẽ ſignificat ſuperabundantiã, quam parit quælibet res ex uſu ſuo ſimili cum uſu pecuniæ. De uſuris cap. 1. Item: Doctores non tantùm pecunias ſiue nummiſmata dicunt materiam uſuræ, ſed etiam omnes res, quæ numero, pondere & menſura determinari poſſunt, & in uſu hominis ueniũt. ꝓpter quod dicit Scriptura Deut. 23.

Non

Non fœneraberis fratri tuo. Ibid. ca. 2. Et: Species uſuræ corporalis ſecũdum leges comuniter ſunt duę. Vna, quę dicitur communiter uſura ſortis: quæ eſt, quando aliquod incremẽtum ex ſorte mutuata tantùm quæritur. Alia uſura eſt, in qua etiam ipſæ uſuræ, quæ ſorti accedunt, alias uſuras pariunt ſecũdum proportionẽ ad partum ſortis. Sunt etiã duo modi uſurarum alij à prædictis à iure condemnati: ſcilicet uſura quæ dicitur centeſima, quæ per annum æquabatur ſorti tãtùm. Alia uerò dicebatur hemiola, quæ per annũ pariebat medietatem ſortis tantùm. Ibid. Item: Secundum theologiam uſura condemnatur tanquam peccatum mortale & graue. Vnde Ezech. 18. Qui uniuerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur. Et enumeratur in prædictis uſura. Ergo uſuræ uiniũ eſt deteſtandũ, & æterna morte dignum. Ibid. cap. 4. Itẽ Thomas probat, uſuram eſſe malum uituperabile ſecũdum legem naturæ, & peccatum mortale ſecundũ legem diuinã, & quòd ſit ſpecies quædam ſiue modus de genere rapinæ & furti: ibidem cap. 4. Et: Vſura eſt, quicquid præter ſortem accidit ſine iuſto titulo, ſiue ſit in mutuis, ſiue in contractibus alijs. Ibid. cap. 8. Item: Accidere ſorti dicitur, quod non pertinet ad proprietatem ſortis. Ex quo patet, quòd uſus proprius rei alicuius & fructus eiuſdẽ non accidunt ſorti: quia qui habet proprietatem in aliqua re ſiue poſſeſsione, habet uſum & fructum illius de iure. Et ideo qui emit agrũ uel equũ, ut plus percipiat in fructibus ratione fructuum, & ratione uſus equi quem emit, nihil accipiat plus quàm accidat ſorti, quia totum eſt de ſorte, ſcilicet fructus & uſus. Ibidem. Item: In omnibus contractibus, in quibus accipitur plus à uendente uel emente quàm dederit, & non fuerit ratio huiuſmodi augmenti in uſu rei, nec producta fuit ex aliqua temporis ratione exiſtente in ipſis rebus, ſed accidit incrementum ex dilatione temporis cõceſſa à uendente uel emẽte, ut per hoc plus accipiat: tunc talis ſuperabundantia accepta ſuper datum, uſura dicitur, & uſuræ tenet uiciũ, quia ſine iuſta ratione generatur in talibus contractibus & mutuis: Et hoc uocatur apud iuriſperitos, & etiam uulgariter, uendere uel emere ad credentiam. Si autem accipiatur plus quàm detur ſimpliciter, propter æſtimationem uendentis uel ementis ampliorẽ in uno tempore quàm in alio, uel etiam propter dilatationẽ rei in uno tempore quàm in alio, tunc poteſt fieri ſine uiçio uſurę: quia ſuperabundantia huiuſmodi recompenſatur ex ampliori ualore rei in ſe pro tẽpore, pro quo accipitur huiuſmodi ſuperabundantia, & nõ accipitur pro temporis dilatione. Ibidem. Item: Sicut ſi aliquis pro pecunia mutuata, uel quacunque alia re, quæ ex ipſo uſu conſumitur, pecuniam accipit ex pacto tacito uel expreſſo, peccat contra iuſticiam: ita etiam quicunq; ex pacto tacito uel expreſſo quodcunq; aliud acceperit, cuius preciũ pecunia mẽſurari poteſt, ſimile peccatum incurrit. Si uerò accipiat aliquid huiuſmodi non quaſi exigẽs, nec quaſi ex aliqua obligatione tacita uel expreſſa, ſed ſicut gratuitum donum, nõ peccat: quia etiam antequam pecuniam mutuaſſet, licitè poterat aliquod donum gratis accipere. Recompẽſationem uerò eorum quæ pecunia non menſurantur, licet pro mutuo exigere, puta beneuolentiam & amorem eius qui mutuauit, uel aliquid huiuſmodi. Secunda ſecundæ, quæſtione 78. articulo 2.

Concupiſcentia. Alexander: Concupiſcentia dicitur cuiuslibet uis apprehenſiuæ appetitus, ſeu ſecundum comprehenſionem: unde rationalis dicitur concupiſcere uerum, cõcupiſcibilis præcognitum bonum, iraſcibilis glorioſum, ſenſibilis appetitus delectabile. Spiritualiter uerò concupiſcentia dicitur multis modis. Nam dicitur appetitus ordinatus & inordinatus uel indifferens. Ordinatus dicitur concupiſcentia innata ſuperioris partis ſeu ſindereſis, ſecundum quam dicuntur etiam mali concupiſcere beatitudinem. Inordinatus ſecundum partem inferiorem, quæ eſt ſenſualitas ex corruptione fomitis. Parte 3. quæſt. 39. memb. 5. Item: Actus originalis peccati dicitur cõcupiſcentia, ſecundũ quod dicitur peccatũ remanere actu, & tolli reatu in baptiſmo. Sed cõcupiſcentia dupliciter ſe habet: cũ eſt in ſuo ſummo, & tũc dicitur regnare peccatũ in mortali corpore: & hoc modo nõ manet cõcupiſcentia actu, cũ dimittitur originale peccatum per baptiſmũ: per gratiam enim baptiſmi tollitur culpa originalis peccati, & debilitatur uiciũ originalis concupiſcentię, & extenuatur ut iam non regnet. Alio uerò modo dicitur cõcupiſcentia diminuta, quæ adhuc eſt, ut hæreat ſpiritus cum quo pugnet: & hoc modo dicitur concupiſcentia actus originalis peccati. & ideo dicitur, quòd cõcupiſcẽtia carnis dimittitur in baptiſmate, non ut nõ ſit, ſed ut non imputetur peccatum. Vnde poſt baptiſmum remanet pœna, nõ culpa. Parte 2. quæſtione 122. membro 6. Item: Concupiſcentia eſt fomes, & dicitur fomes, quia fouet ardorem peccati: ipſe enim fomes ardet

in nobis. Vnde ſuper illud ad Roman. 7. Peccatum pet mandatum, &c. ſine quo non tantum ardebat fomes, pet quod accreuit præuaticatio. Ad obiectum autem in contrarium dicendum eſt per id quod dicitur Gal. 5. ſuper illud: Caro concupiſcit, &c. quòd concupiſcentia prout eſt fomes, non eſt in anima tantùm, aut in catne tantùm, ſed in ipſo coniuncto. Vnde ibidem dicitut: Ipſius carnalis concupiſcentię cauſſa non eſt in anima ſola, nec in carne ſola: ex utroque enim fit, quia ſine utroque nulla dilectio ſentitur. Vnde cum dicitur eſſe in carne, intelligendum eſt, quòd caro accipitur ibi ſecúdum quod diuiditur ex oppoſito cõtra ipſum. Vnde ibidem dicitur: Caro non niſi per animam concupiſcit. ſcilicet concupiſcere dicitur, cùm anima carnali concupiſcentia ſpiritui reluctatur. Ibidem membro ſeptimo, articulo 2. Irem: Vno modo pro cõncupiſcentia originali, quæ dicitur & culpa & pœna originalis: & ſecundum hunc modum nõ accipitur hîc. Alio etiam modo dicitur cupidiras determinata ad quoddam genus peccati, quod eſt circa diuitias & pecuniá: nec ſic etiam accipitut commune ad hæc tria. Tertio modo accipitur cupiditas reſpectu alicuius appatentis boni nondum habiti, ſicut accipitut in libro de Ciuitate Dei: nec etiam ſic accipitur commune ad iſta tria. Quarto uerò modo cupiditas uel concupiſcentia dicitur peruerſa uoluntas alicuius boni murabilis, & iſta peruerſa uoluntas aliquando dicitur amor, ſicut dicit Auguſtinus in libro de Ciuitate Dei ſub quadam generali ratione amoris: & ſecundum hunc modum inuenitur commune in his tribus. Parre 2. quæſt. 177. memb. 1.

Vanitas. Innocentius: Duplex eſt uanitas. Vna naturæ, quæ eſt mutabilitas conditionis: altera culpæ, quæ eſt uitium ſeu peccatum. Serm. 4. in conſecrat. pontif.

De ignorantia ait Albertus: Quòd ignorantia non ſit peccatum, nituntut quidam probare ſic: Ignorantia pura priuatio eſt: Nullum peccatum eſt pura ptiuatio: Ergo ignorantia ſecundum ſe non eſt peccatum. Reſpondet Albertus: Talis ignorantia non eſt abſolutè nihil, ſicut nunc malum, quádo eſt peccatum: quia relinquit ſubiectum & debitum ad actum ſcientiæ, & hoc debitum inducit reatú, cum ſit tempus ſoluendi. Et ſi quæritur, Quando eſt debitú? dico quòd in quolibet opere neceſſario ad ſalutem, cùm facit peruersè, quod ex ſcientia iuris diuini deberet aliter fieri. Et ſimiliter in alia ignorátia, quoties peruersè egreditur in actum ſui officij ex defectu ſcientiæ: quia tunc eſt debitum actus ſcientiæ regentis. Super 2. ſentent. diſtinct. 22.

Alexander: Ignorantia uno modo dicitur eſſe peccatú actuale, in eo qui non curat ſcire quod tenetur ſcire: & ſic continetur ſub actuali peccaro, prout eſt à uolúntate non curandi. Alio uerò modo dicitur ignorátia originalis culpa, ſecundú Hug. prout originale peccatú reddit lib. ar. culpabile, quo ad ignorátiam ex parte rationis, & quo ad concupiſcentiá ex parte uoluntatis. Et hæc eſt intentio Hugonis, ſecundú quod trahimus ex primis parentibus originalem concupiſcentiá cum ignorantia. Tertio uerò modo dicitur ignorantia habere quandá conuenientiá cum originali, & aliam conuenientiá cum actuali. Aliquando enim tranſit reatu, & remanet actu: ut in ſacerdote, de quo diximus, contrito. Aliquando uerò tranſit actu, & remanet reatu: ut in illo qui uoluit neſcire, & poſtea addiſcit, ſed non conteritur de uoluntate priori culpabili: & tráſit actu, quia non remanet iam ignorans: & manet reatu, quia adhuc remanet culpa: & hoc modo habet mediam rationé, licet ſub actuali peccaro ſimpliciter contineatur, ſecundum quod eſt peccatú. Parte 2. quæſt. 129. memb. 5. Item: Peccatum ignorantię dicitut multipliciter. uel cú peccat aliquis, & neſcit ſe peccare, & túc dicitur peccare ex ignorátia: uel cum neſcit, & nõ curat ſe ſcire: uel peccat graui peccato, & poſtea non ſentit quòd grauiter peccauit, immò redditur quaſi inſenſibilis reſpectu culpæ & pœnæ. Eſt ergo ignorátia diſponens ad peccatum ſequens: & ignorantia materia ipſius peccati, ſiue circa quod eſt peccatú: & eſt ignorantia conſequens peccatú, aggrauans ipſum. Ibidem memb. 6.

Conſcientia. Alexáder: Conſcientia tripliciter accipitur. Aliquádo enim accipitur pro eo quod conſcius: & ſic cõſcientia nec eſt potétia, nec habitus. Sic nec ſcibile in anima propriè dicitur potétia uel habitus, & ſic accipitur à Ioan. Damaſc. cum dicitur conſcientia lex noſtri intellectus. Aliquádo uerò accipitur pro eo quo conſcij ſumus, & ſic dicitur habitus, quo ſcilicet cõſcimus: & ſic procedebat ſecunda obiectio, quę dicebar quòd cõſcientia eſt ſcientia. Tertio modo accipitur cõſcientia pro ipſa porentia habéte uel recipiente illud quod cõſcimus, ſecundum quod dicitur, quòd lex mẽtis noſtrę ſcripta eſt in conſcientiæ: & ſic dicitur conſcientia naturalis potentia animæ. Parte 2. quæſt. 75. memb. 1.

De circumſtantijs factorum inquit Alexander de Ales: Circumſtantiæ uerò

ſumptæ

ſumptæ iuxta attributa negocio, ſunt hæ. Prima eſt ipſum genus actionis, & præſentis occiſio. Secunda eſt, cuius rei cauſa factum ſit. Tertia eſt, locus. Qnarta, tempus. Quinta, modus. Sexta, occaſio. Septima, facultas. Octaua, euentus. Nona, quæ conſequuntur ipſum factum. Locus conſideratur, in quo res geſta ſit: utrum ſit ſacer, an prophanus: publicus, aut priuatus: ut inſrà de alijs conditionibus loci. Tempus, ut dies & nox, ſolennis aut ferialis, ieiuniorum aut extra ieiunium. Modus eſt, in quo conſideratur, quemadmodum factum ſit, utrum ui aut ſuaſione: & ita de alijs conditionibus. Occaſio eſt pars temporis, habens in ſe idoneam alicuius rei faciendi uel non faciendi opportunitatem. Facultas eſt, quo aliquid facilius fit, aut ſine quo aliquid fieri non poteſt. Euentus eſt exitus alicuius negocij, in quo quæri ſolet, quid ex qua re euenit, eueniat, euenturumque ſit. Parte 2. quæſt. 106. memb. 4.

Deus retribuit. Alexander: Deus retribuit unicuique ſecundum opera ſua, ſcilicet bonis bona æterna retribuendo, malis æterna pœna puniendo. Hæc autem retributio & punitio, & præſata miſericordiæ liberatio, non eſſet, niſi Deus hominem in ſtatu uirtibilitatis condidiſſet. Parte 2. quæſt. 96. memb. 2. artic. 2.

Malè de nouis præceptis docet Thomas: Præcepta nouæ legis (loquitur de Euangelio) dicuntur eſſe maiora quàm præcepta ueteris legis, quantum ad explicitam manifeſtationem: ſed quantum ad ipſam ſubſtantiam præceptorum noui Teſtamenti, omnia continentur in ueteri Teſtamento. Vnde Auguſtinus dicit contra Fauſtum, quòd penè omnia quæ præcepit uel monuit Dominus, ubi adiungebat, Ego autem dico uobis: inueniũtur in illis ueteribus libris. ſed quia non intelligebant homicidium niſi peremptionem corporis humani, aperuit Dominus, omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari: & quantum ad huiuſmodi manifeſtationes, præcepta nouæ legis dicuntur maiora præceptis ueteris legis. Nihil tamen prohibet maius in minori contineri, ſicut arbor continetur in ſemine. Prima ſecundæ, quæſt. 107. articulo 3. Item: Præcepta nouæ legis ſunt grauiora præceptis ueteris legis: quia in noua lege prohibentur interiores motus animi, qui expreſsè in ueteri lege non prohibebantur in omnibus, etſi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis pœna non apponebatur. Ibid. artic. 4.

Decalogus fons legum. Bonauentura: Decalogus ſacer, qui datus eſt Moyſi in monte Synai, oſtendit, quomodo nos debemus ſeruare mandata Dei & cuſtodire. Volo uobis oſtendere, quòd ſicut octo partes orationis ſunt fundamentum omnium eorum quę exprimi poſſunt per ſermonem in Grammatica, & decem prędicamenta ſunt fundamentum omnium eorum quæ determinantur in Dialectica: ſic decem præcepta ſunt fundamẽtum & regulæ omnium legum & bonorum quæ ſunt in moribus. Nec uoluit Dominus, quòd ſine ratione data eſſent decem præcepta Moyſi. Dicam modò iſta decem in generali. Non habebis Deos alienos. Non aſſumes, &c. Vt magis clarius ſit hoc quod dicam, nota quòd omnis lex non mandat niſi iuſticiam. Eſt enim lex regula iuſticiæ. Sed iuſticia eſt, ſecundũ quam homo habet ordinari ad Deum, & alia qua ordinatur ad proximũ. Et ſecundum hoc fuerunt duæ tabulæ datæ Moyſi, prima & ſecunda. In prima cõtinentur mandata ordinantia nos ad Deum, in ſecunda continentur mandata ordinantia nos ad proximũ. In Sermone de decẽ præceptis.

Auaricia. Bonauentura: Auaricia eſt immoderatus amor pecuniæ acquirẽdæ uel retinendæ. De inuidia cap. 4.

DE EVANGELIO.

Lex. Thomas: Lex Euangelij dicitur lex noua. Prima ſecundæ, quæſt. 106.

Euangelizare. Albertus: Euangelizare eſt bonum nunciare: quod omnibus bonis melius, eſt denunciatio nouæ redemptionis. cap. 1. ſuper Lucam. Item: Euangelizatio eſt eorum quæ proponuntur ex diuino oraculo. Et ideo dicitur bona nunciatio, quia quod ex oraculo Dei & angelorum ac ſanctorum annunciatur, ſemper eſt bonum, uel ad hoc quòd cautos reddit, ſi terret: uel ad hoc quòd allicit, ſi prõmittit: uel quòd inſtruit ad ueritatem, ſi enunciat aliquid de diuinis. cap. 8. ſuper Lucam. Item: Euangelium bonum nuncium, quod conducit ad regnum, & ideo annunciatiuè & exhortatiuè, ita quòd regnum conducat, debet prędicari & doceri. in Matth. cap. 3.

Quid. Alexander inquit: Euangelium idem eſt quod bonũ nuncium. Nuncium relationẽ ad Dominũ habet mandantem, & nuncium denunciantem: unde Euangelium ad utrunq; habet reſpectũ, propter quod dicitur eſſe & Chriſti & Ioãnis. Itẽ: Aliter operatur Deus in Euãgelio, aliter in baptiſmo. In Euãgelio fuit doctrina Euangelica, Deus infudit ueritatẽ in mentem Euangeliſtæ, qui poſtea eam trãſfudit in mentes

mentes audiẽtium. Ipſa igitur ueritas eſt Euangelica, quę quia à Deo erat in mente Euãgeliſtę, dicitur ibi eſſe ipſius Dei: quia denunciatur ab ipſo Euangeliſta in mentes audientium, dicitur eſſe Euangeliſtæ. Non eſt ſic in baptiſmo: non enim transfunditur mundicia primò à Deo in baptizantẽ, & poſtea ab eo in baptizatum: imò immediatè gratia primò & per ſe purgãs trãsfunditur ſiue infunditur à Deo. Quia igitur illud quod principale eſt in baptiſmo, eſt à Chriſto immediatè, ideo dicitur baptiſma Chriſti, non Petri uel Pauli. Parte 4. quæſt. 9. memb. 5.

Innocentius ait: Euangelica prædicatio de Domino Ieſu Chriſto procedit. Ser. de Euangeliſtis.

Thomas inquit: Euangelium eſt ſalubrium annunciatio. Super Apocalypſin capite 14. Item: Euangelium poteſt dici tripliciter: ſcilicet propriè ſiue appropriatè, communiter, & conceſsiuè. Propriè ſiue appropriatè dicitur Euangelium doctrina ſiue nunciatio Saluatoris, ſicut dicit Auguſtinus. Communiter autẽ tam doctrina Chriſti quàm prædicatorum noui Teſtamenti, qui expreſsius & plenius annunciauerunt ea quæ ſunt ſalutis, dicitur Euangelium: & ſic accipitur Rom. ultimo. Et ſic accipitur hîc. Vnde Euangelium dicitur in litera doctrina ſiue prędicatio ſalubrium facta à prædicatoribus. Ibidem. Item: Conceſsiuè autem dicitur Euangelium doctrina quorumcunq; ſalubria annunciantium, ſiue in ueteri Teſtamento, ſiue in nouo. Ibidem. Item: Euangelium dicitur æternum, quia promittit æterna. Ibidem.

Albertus ait: Euangeliũ non habet ueritatem niſi diuinam. In Matth. cap. 5.

Effectus. Thomas: Id quod eſt potiſsimùm in lege noui Teſtamenti, & in quo tota uirtus eius conſiſtit, eſt gratia Spiritus ſancti, quæ datur per fidem Chriſti: & ideo principaliter lex noua eſt ipſa gratia Spiritus ſancti, quæ datur Chriſti fidelibus: & hoc manifeſtè apparet per Apoſtolum, qui ad Roman. 3. dicit: Vbi eſt ergo gloriatio tua, &c. Ipſam enim fidei gratiam legem appellat. & expreſsius ad Roman. 8. dicitur: Lex ſpiritus uitæ, &c. Prima ſecundæ, quæſt. 106. artic. 1.

Malè de Euangelio docet Thomas: Ad legem Euangelij duo pertinent. Vnum quidem principaliter, ſcilicet ipſa gratia Spiritus ſancti interius data: & quantum ad hoc, noua lex iuſtificat. Aliud pertinet ad legem Euangelij ſecundariò, ſcilicet documenta fidei, & præcepta ordinantia affectum humanum & humanos actus: & quantum ad hoc, lex noua non iuſtificat. Vnde Apoſtolus dicit 2. Corint. 3. Litera occidit, ſpiritus, &c. Prima ſecundæ, quæſtione 106. articulo 2.

DE IVSTIFICAtione.

IVſticia Dei. Alexander: Iuſticia Dei dicitur tripliciter. Vno modo reſpectu exigentiæ meritorum, ſcilicet ſecundum quod tribuit unicuique ſecundum meritum. Alio modo reſpectu impletionis promiſſorum: & ſic dicitur facere de iuſticia, quando implet quod promiſit. Tertio modo reſpectu exigentiæ perfectionis, cum ſcilicet dat unicuique perfectionem ſecundum propriam exigentiam, conſeruationem & regimen. Secundum hoc dicitur iuſticia Dei reſpectu perfectionis creaturarum, & regiminis & conſeruationis earundem. Sed, in opere creationis nullo iſtorum modorum eſt iuſticia Dei, cum creatio ſit eductio de non eſſe ad eſſe. Ergo in operibus creationis non eſt iuſticia Dei. Parte 1. quæſtione 39. membro 3. articulo 1. Item: Gloſſa ſuper illud Roman. 3. Nunc autem ſine lege iuſticia Dei manifeſta eſt, dicit: Iuſticia Dei dicitur, qua induit ipſum impium, quando miſericorditer de infideli facit fidelem. Parte 4. quæſtione 72. membro 1. articulo 2.

De iuſticia originali ſic inquit Alexander: Iuſticia, cuius carentia eſt peccatum originale, fuit ordinatio rationalis creaturæ ad creatorẽ, ſiue concupiſcentia & poteſtas aſcendẽdi ad Deum operibus meritorijs. Parte 4. quæſt. 7. memb. 7. art. 3.

De duplici iuſticia ait Alexander: Duplex eſt iuſticia. Eſt enim iuſticia rectitudo naturalis, quæ fuit hominis conditi à principio, prout dicitur Eccleſ. 7. Deus ab initio fecit hominem rectum. & hæc iuſticia deeſt in omni peccato, uel ratione ipſius perſonæ, uel ratione actus. Eſt iterum iuſticia generalis, quæ prouenit ex gratia gratum faciente: & hæc iuſticia deeſt in actu uenialis peccati, etſi non deſit in perſona. Sic ergo conuenit prædicta ratio actuali peccato & ueniali. Parte 2. quæſtione 109. membro 1. artic. 2. Item: Et ſic duplex eſt iuſticia. Vna, quam ſibi homo facit habens gratiam, & dico de iuſticia in exercitio: alia, quæ ſibi fit ex alio, ut in paruulo baptizato fit iuſticia mediante Chriſto. Sic duplex eſt iniuſticia. Vna, quam ſibi homo facit, ut homo adultus peccans: alia, quæ ſibi fit ex alio, ut paruulo ex peccato Adæ. Parte 2. quæſt. 122. membro 4.

Iuſtus. Alexander: Iuſtus dicitur duobus modis: uel habitu iuſticiæ, & ſic non ſumitur iuſtus in Gloſſa 5. Rom. uel ab actu ſine exercitio iuſticiæ. parte 4. quęſtione uigeſimaprima, membro primo, articulo 2.

Vnde. Alexander ait: Nulla creatura poteſt dare aliquid quod ſit maius quàm omne quod eſt præter Deum, niſi Deus ſolus: ergo ſolùm hanc ſatisfactionem poteſt facere ſolus Deus, & non aliqua creatura. Reſpon. Concedendum, quòd nulla pura creatura poteſt hanc ſatisfactionem facere. Ad primam rationem in contrariũ dicendum, quòd quantitas peccati Adæ debet attendi quantum ad iſta tria: ſcilicet quantum ad peccanté, & quantum ad inordinationem peccati, & quantum ad illum in quem peccatur. Et quòd quantitas peccati debeat attendi per comparationẽ ad illum in quem peccatur, patet: quoniã ſi aliquis offenderet regẽ & militem, plus oſtenderet offendendo regem quàm militem. Et ita quantitas iſtius offenſæ attenditur diuina iuſticia in peccato Adæ. Licet ergo peccatum Adæ, quantum eſt ex parte peccantis, fuerit ſolius creaturæ: tamen peccauit Adam in bonum infinitum, ſcilicet in Deum. Item, deordinauit & ream fecit totam humanam naturam. Ergo ſecundum iſtos duos terminos eſt peccatum Adæ infinitum, & tranſcendens omnem humanam creaturam. Si ergo Deus debet exigere in pœna, quãtum commiſſum eſt ei in culpa, patet quòd debet exigere pœnam infinitam pro peccato Adæ. Aut ſi admittat ſatisfactionem, debet fieri ſatisfactio à tali perſona, in qua ſit infinitũ bonum, & à qua ſit ordinatio totius humanæ naturæ. Sed nulla pura creatura eſt huiuſmodi: & propter hoc de iuſticia non fuit, ut per puram creaturam fieret huiuſmodi ſatisfactio. Ad ſecundum dicẽdum, quòd bonitas creaturæ finita eſt in ſe, tamen ipſa ordinata eſt ad infinitum bonum: quando uerò ipſum offendit, deordinata eſt ab illo, & eſt rea infiniti mali. Cum ergo bonitas creaturæ ſit finita, patet quòd nulla creatura pura poſsit humanæ naturæ reſtituere illud à quo deordinata eſt per peccatum: quia bonitas creaturæ cum ſit finita, non poteſt recompenſare humanæ naturæ bonitatem infinitã. Iam igitur habemus, quòd per Deum fieri deberet reparatio, non per aliquam creaturam puram. parte 3. quæſtione 1. membro 6. articulo 2. Item: Chriſtus igitur medius ſeu mediator eſt conueniens & concilians, cuius participatione & beneficentia homo miſer & mortalis fieret beatus & immortalis. Ibidem quæſtione 18. memb. 2. artic. 4.

Innocentius ait: Inter Deum & hominem grauis erat inimicitiarum diſcordia: quoniam homo ſeruum ſubtraxit & abſtulit Deo, quem tradidit & ſubiecit diabolo. Pax igitur inter eos fieri rationabiliter non poterat, niſi damnum quod intulerat reſtauraret. Homo uerò nihil habebat quod dignè Deo recõpenſaret pro damno: quia ſi quid Deo de rationabili ſublata ſubſtantia reſtitueret, minus eſſet. Sed hominem non poterat dignè reſtituere, quia iuſtum & innocentem abſtulerat, & neminem niſi peccatorem inueniebat. Videns itaque Deus, hominem ſuã uirtute non poſſe iugum damnationis euadere, primò præuenit eum per ſolam miſericordiam, ut deinde liberaret etiam per iuſticiam. Vt ergo Deus placari poſsit ab homine, Deus dedit homini gratis, quod homo pro debito redderet Deo. Dedit igitur Deus homini hominem, quem reſtitueret homo pro homine, qui ut recompenſatio digna fieret, priori non ſolùm eſſet æqualis, ſed maior. Quocirca Verbum caro factum eſt, ut daretur hominibus Deus homo. Serm. 1. in nat. Chriſti. Item: Quis enim dubitet, quin Deus miſereri uelit illius quem talem & tantum fecit creando, quem talem & tantum fecit redimendo? Magnũ eſt quòd creauit, ſed magis quòd redemit. Serm. in conuerſione Pauli.

Thomas ait: Humanitas Chriſti eſt inſtrumẽtalis cauſſa iuſtificationis, quæ quidem cauſſa nobis applicatur ſpiritualiter per fidem & corporaliter per Sacramẽta: quia humanitas Chriſti & ſpiritus & corpus eſt. Ad hoc etiam, ut effectum ſanctificationis, quæ eſt per Chriſtum, in nobis percipiamus. In ſumma de ueritate, materia 27. quæſtione 4. Item: Cum in infinitum Deus creaturam excedat, erit peccantis mortaliter contra Deum infinita offenſa ex parte dignitatis eius, cui per peccatum quodammodo iniuriatur, cum ipſe Deus contemnitur & præceptum eius. Vnde ad hanc offenſam abolendam nõn ſufficiunt uires humanæ, ſed requiritur munus diuinę gratiæ. Ibidem materia 28. Et: Peccata remittere ſolus Deus poteſt. Culpam enim contra aliquẽ cõmiſſam ille ſolus remittere poteſt, contra quem committitur. Peccata enim imputantur homini ad culpam, non ſolùm ab homine, ſed etiam à Deo. Sic autem nunc agimus de peccatis, prout imputantur homini à Deo. Deus igitur ſolus remittere peccata poteſt. Adhuc cum per peccata homo deordinetur ab ultimo fine, remitti non poſſunt,

ſunt,niſi homo reotdinetur in finem. Hoc autem fitpet gratuita dona,quæ ſunt ſolùm à Deo , cum excedant facultatem naturæ. Solus igitur Deus poteſt peccata remittere. Item : Peccatum homini imputatur ad culpam,in quantum uoluntarium. Voluntatem autem immutate ſolus Deus poteſt. Solus igitur ipſe uerè poteſt temittere peccata. In compẽdio theolog. cap.146. Item: Quamuis peccatum primi parentis totam humanam naturam in fecerit,non tamen potuit per pœnitẽtiam eius,uel quodcunq; eius meritum tota natura reparari. Manifeſtnm enim eſt, quòd pœnitentia Adæ, uel quodcunque aliud eius meritum fuerit actus ſingularis perſonæ, &c. Et paulo pòſt: Singulare ergo meritum Adæ, uel cuiuſcunque puri hominis ſufficiens eſſe non poterat ad totá naturam redintegrandam. Quòd autem per actum ſingularem primi hominis tota natura eſt niciata, per accidens eſt conſecutum, in quantum eo priuato innocentiæ ſtatu, per ipſum in alios deriuari non potuit. Et quamuis per pœnitentiam redierit ad gratiam, non tamen redire potuit ad priſtinam innocentiam,cui diuinitùs originalis iuſticiæ donum conceſſum erat. Similiter etiam manifeſtum eſt, quòd originalis inſticiæ ſtatus fuit quoddam ſpeciale donum gratiæ: gratia autem meritis non acqniritur, ſed gratia à Deo datur. Sicut igitur primus homo à principio originalem iuſticiam non ex merito habuit, ſed ex dinino dono: ita etiam & multò minus poſt peccatum eam mereri potuit pœnitendo, uel qnodcunque aliud opus agendo. Ibidem tractatu 2. cap. 14. Et Illa dona ſunt hominibus diuinitùs gratis data, quæ & ordinem naturæ excedunt, & meritis non acquiruntur: quamuis & ea quæ pro merito diuinitùs dantnr, interdum gratiæ nomen, uel rationem non amittant: tum quia principium merendi fuit à gratia, tum etiam ſuperabundantius dantur quàm merita humana requirant, ſicut dicitur Rom. 6. Gratia Dei uita æterna, &c. Huiuſmodi autem donorum quædam quidem & naturæ humanæ facultatem excedunt, & meritis non redduntur: nec tamen ex eo ipſo quòd homo ea habet, redditur Deo gratus: ſicut donum prophetiæ, miraculorum, operationis, ſcientiæ & doctrinæ, uel ſi qua alia diuinitùs conferuntur. Per hæc enim & huiuſmodi homo non coniungitur Deo, niſi fortè per ſimilitudinem quandam; pront aliquid de eius bonitate participat. Ibidem cap. 30. Item: Nunquam homines potuerunt ſaluari etiam ante aduentum Chriſti: quia, ut dicitur Actor. 4. Non eſt alind nomen, &c. Sed ante aduentum Chriſti homines Chriſto incorporabantur per futurum aduentum, cuius fidei ſignaculum erat circumciſio, ut Apoſtolus dicit Roma. 4. Antè uerò quàm circumciſio inſtitueretur, ſola fide, ut Gregorius dicit, cum ſacrificiorum oblatione, quibus ſuam fidem antiqui patres profitebantur, homines Chriſto incorporabantur. Poſt adnentum etiam Chriſti homines per fidem Chriſto incorporantur, ſecundum illud Epheſ. 4. Habitare Chriſtum per fidem in cordibus noſtris. Sed alio ſigno manifeſtatur fides rei iam præſentis, quàm demonſtraretur quando erat futura. Et ideo licet ipſum ſacramentum baptiſmi non ſemper fuerit neceſſarium ad ſalutem: fides tamen, cuius baptiſmus ſacramentum eſt, ſemper neceſſaria fuit. Tertia ſummæ, quæſtione ſexageſima octaua, articul. 1.

Albertus: Chriſtus ſalutem noſtrá perfecit. In præfatione ſuper Lncam. Et: Chriſtus ſuo mundum cruore redemit. Ibidem capite primo. Item: Simplici uerbo creaturas nõ reſtaurat, niſi qui ſimplici uerbo creauit eas. capite quinto ſuper Lncam. Et: Chriſtus ſicut creator eſt omnium, ita ſaluator eſt omnium. Nulla ergo locutio eſt, niſi infidelis & inſipientis, quòd qnoſdam præparauerit ad mortem. Omnes enim creauit ad ſalutem, & promonet quantum expoſcunt ab ipſo. Ibidem capite nono. Item: Filius hominis in humanitate noſtram ſalutem eſt operatus. Ibidem capite nono. Item: In Chriſto Ieſu ſaluatore eſt receptio ſalutis. Ibidem capite decimo. Et: Deus ut cauſaliter & efficienter peccata remittit. Ibidem capite ſeptimo. Et: A'peccatis nemo alius ſoluere poterat, niſi Chriſtus. In Matth. capite primo. Et: Sanguis Chriſti omnia ſanctificat. In Matth. capite quarto. Et: Ille Deus & homo, mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, qui potens eſt ſaluare per hoc quòd eſt homo, & ille iure & natura ſaluator. Ibidem capite primo. Et: Eſt autem introitus ad uitam redemptionis Eccleſiæ, & eſt introitus ad nitam gratiæ, & eſt introitus ad uitam gloriæ. Et primus quidem introitus dnplex eſt: nnus eſt per Chriſtum redimentem, & alter eſt per Sacramenta, per quæ gratiam redemptionis accipimus. In Matth. capite ſeptimo. Et: Per opus redemptionis adoptamnr in filios Dei: non antem poteſt adoptio in filium, niſi per filium naturalem fieri. Et paulo antè: Sicut

pos

per filium eſt facta creatio, ſic per eandem perſonam debuit fieri recreatio. In Iohan. cap.1.

Chriſtus ſufficit ad ſalutem. Thomas: Virtus Chriſti eſt ſufficiens ad ſalutem totius humani generis. Tertia ſummæ, quęſtione 8. articulo 3.

De remiſsione peccatorum. Alexãder: Remiſsio peccati poteſt eſſe tripliciter. Vel quantum ad deletionem culpæ, & hoc cõuenit ſoli Deo, & hoc eſt per gratiam gratum facientem, & ratione huius dicitur dari Spiritus ſanctus. Alio modo eſt remiſsio peccati, quantum ad ſolutionem pœnæ, & hæc eſt collata à Chriſto homini. Tertio modo dicitur peccatum remitti, quantum ad commutationem pœnæ, & hæc eſt collata miniſtro. Eſt enim prælatis data poteſtas taxandi pœnam pœnitentis, & commutandi pœnam purgatoriam in temporalem proportionalem. Sed ratione huius non dicitur dari uel mitti S.S. ſed hic ſequitur ad miſsionem Spiritus ſancti. parte 1. quæſtione 73. memb.4.

Innocentius ait: Peccatum duobus modis remittitur: quo ad meritum culpæ, & quo ad debitum pœnæ. Lib.4. capite 41. Item: Per remiſsionem peccatorum iuſtificatur impius, & ſanctificatur iniquus. Pſalm.3. pœnitent.

. Thomas ait: Peccatum remitti nihil aliud eſt, quàm peccatum non imputari. In quæſtionibus diſputatis, de peccato ueniali, articulo undecimo. Et: Si quis dicat, peccata irremiſsibilia eſſe nõ propter diuinam impotentiam (Superiori capite dixit Thom. Dicere quòd aliquis poſt peccatum gratuita dona conſequi non poſſit, eſt diuinæ potẽtiæ derogare.) ſed quia hoc habet diuina iuſticia, ut qui cadit à gratia, ulterius non reuertatur ad ipſam: hoc patet eſſe falſum. Non enim hoc habet ordo diuinæ iuſticiæ, ut quamdiu aliquis eſt in uia, ſibi detur quod pertinet ad terminũ uiæ. Immobile aũt ſe habere uel in bono uel in malo, pertinet ad terminũ uiæ, &c. Non igitur hoc habet diuina iuſticia, ut homo poſt peccatum maneat immobiliter in eo. Adhuc ex diuinis beneficijs periculum homini non irrogatur, & præcipuè ex maximis. Eſſet autem periculoſum homini mutabilem uitã agenti gratiam accipere, ſi pòſt gratiam mutare poſſet, præſertim cum peccata quæ gratiam præcedunt, remittantur per gratiam, quæ interdum maiora ſunt his quæ poſt gratiam ſuſceptam homo committit. Non eſt igitur dicendum, quòd peccata hominis irremiſsibilia ſint, ſiue antè, ſiue pòſt committantur. In compẽdio theolog. cap.145.

Albertus: Deus remittit peccata quo ad culpam & pœnam, quia operatur ſine uſu clauium & ſine Sacramentis, quibus ipſe uirtutem ſuam non alligauit. cap.9. ſuper Lucam.

Quomodo. Innocentius: Cum nemo iuſtificetur niſi ex dono gratiæ, patet, quòd nullus iuſtificatur ex merito uitæ. Nam infuſio gratiæ propriè iuſtificatio appellatur, quam Deus nulli concederet, ſi eum ſecundum meritorum exigentiam iudicaret. Pſal.7. pœnitent.

Gratis. Alexander: Gratia gratis data triplex eſt. Eſt enim gratia quæ datur homini propter utilitatem propriam, & tamen non gratum facit, ſed ad hoc diſponit: ut fides informis, ſpes & timor ſeruilis. Eſt iterum gratia gratis data, quæ datur homini ad utilitatem Eccleſiæ, ſeu proximi: ut ſermo ſapientiæ & ſcientiæ, & huiuſmodi. Vnde 1. ad Corinth. 12. Vnicuique datur, &c. Sunt dona quæ non ad meritum hominis alicuius ſingulariter dantur, ſed ad utilitatem Eccleſiæ, ut dicit Gloſſa. Eſt iterum gratia gratis data ad honorificationem Dei. Vnde 1. Corinth. 12. ſuper illud: Et adhuc excellentiorem uiam. parte 3. quæſt. 73. memb.3.

Innocentius: Verius uidetur, quòd per gratiam ueniatur ad ueniam, quàm per ueniam ad gratiam. Sermon. de una uirgine.

Bonauentura ait: Gratia eſt donum, quod à Deo immediatè donatur & infunditur, & etiam cum ipſa datur & in ipſa Spiritus ſanctus, qui eſt donum increatũ, optimum & perfectum, quod deſcendit à patre luminum per uerbum incarnatum, ſecundum quod Iohannes in Apocalypſi uidit fluuium ſplendidum tanquam criſtallum procedere de ſede Dei & agni. Ipſa nihilominus eſt donum, per quod anima efficitur ſponſa Chriſti, filia patris æterni, & templum Spiritus ſancti: quod nullo modo fit, niſi ex dignatiua condeſcenſione, & condeſcenſiua dignatione maieſtatis æternæ per donum gratię ſuæ. Ipſa denique eſt donum, quod animam purgat, illuminat & perficit, uiuificat, reformat & ſtabilit, eleuat, aſsimilat & Deo iungit, ac per hoc acceptabilem facit: propter quod donum huiuſmodi gratia gratum faciens rectè dicitur & debuit appellari. In 5. parte Breuiloquij, cap.1.

Thomas inquit: Iuſtificatio ſecundum unam cauſſam communem ineſt paruulo & adulto, ſcilicet ſecundum gratiam, quæ tamẽ recipitur in paruulo & adulto diuerſimodè, ſecundum diuerſam utriuſque conditionem. Omne enim quod recipitur

in aliquo, eſt in eo per modum recipientis: & inde eſt quòd in adulto requiritur gratia cum uſu liberi arbitrij, non autem in paruulo. In ſumma de ueritate, materia uigeſimaoctaua, quæſtione tertia. Item: Donum Chriſti eſt potentius quàm delictum Adæ: quia reſtituit homines in altiorem ſtatum, quàm Adam ante peccatũ habuit, ſcilicet ſtatum gloriæ, qui eſt abſque periculo peccandi. Sed hoc oportet, quòd agatur per conformitatem ad Chriſtum, ut effectus ſit ſimilis cauſſæ. Sicut enim Chriſtus aſſumpſit uetuſtatem pœnæ, ut per mortem nos à morte redimeret, & ſic reſurgendo uitam repararet: ita & homines per Chriſtum primò quidem Chriſto conformantur per gratiam, manente uetuſtate pœnali, & tandem reſurgentes transferentur in gloriam. Et ex hac pœnalitate quæ remanet in baptizatis, quantum ad inferiores uires, traducunt originale peccatum. In quæſtionibus diſputatis, de peccato originali, articulo ſexto. Item: Gratia eſt forma fidei. Super Apocal. capite ſeptimo.

Albertus: Homo per gratiam eſt ſanctificatus. capite primo ſuper Lucam. Item: Non fit autem remiſsio peccatorum niſi per gratiam. In Matth. capite tertio. Item: Gratia nunquam nobis deeſt ex pietate patris cœleſtis. Sed nos aliquandò ex iniquitate propria deſumus gratiæ. In Matth. capite ſexto. Et: Viſceroſa quam pater habet ad filios charitas ſiue pietas, & tangens intus & inclinans miſericordia, & ſuper malicia præſtabilis clementia, & penitus emendans iuſticia. Hæc enim quatuor in Deo remittunt omne peccatum. Viſceroſa quidem charitas inclinat affectum: miſericordia mouet & turbat, & fluere facit benignè ad miſerum: clementia deponit rigorem, & inducit præſtandi ueniam propoſitum: iuſticia autem, ut ſtabilis ſit remiſsio, quandam exigendo emendationem perficit peccati purgationem. In Matth. cap. 6.

De gratia malè etiam loquitur Thomas, dicens: Duplex eſt gratia. Vna quidem, per quam ipſe homo Deo coniungitur, quæ uocatur gratia gratum faciens. Alia uerò, per quam unus homo cooperatur alteri ad hoc quòd ad Deum reducatur. Huiuſmodi autem donum uocatur gratia gratis data: quia ſupra facultatem naturæ & ſupra meritum perſonæ homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipſe per ſe ipſum iuſtificetur, ſed potius ut ad iuſtificationem alterius cooperetur, ideo non uocatur gratum faciens: & de hac dicit Apoſtolus 1. Corinth. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, ſcilicet aliorum. Prima ſecundæ, quæſtione centeſima undecima, articulo primo. Et: Habitualis gratia, in quantum animam ſanat uel iuſtificat, ſiue gratum Deo facit, dicitur gratia operans: in quantum uerò eſt principium operis meritorij, quod ex libero arbitrio prouenit, dicitur cooperans. Ibidem articulo 2.

Gratis iuſtificamur. Thomas: Hoc ipſum gratis alicui noſtrũm cõfertur, quod efficacia meriti Chriſti conſequitur. In ſumma de ueritate, materia uigeſimanona, quæſtione ſeptima. Et, Remiſsionẽ peccatorum dicit gratis dari, ſuper Apoc. cap. 1.

Ex miſericordia fit remiſsio. Vnde Alexander: Quando peccat peccator, ſe ad pœnam æternam obligat. Cùm aũt diuina miſericordia eum iuſtificet, remittit omnẽ culpam & reatum pœnæ æternæ, quæ inſeparabiliter adhæret culpæ. Sed quia miſericordia non poteſt præiudicare iuſticiæ, cuius eſt mala punire, ideo ſic ſoluit à culpa & pœna, ut tamen remaneat obligatus ad aliquantulam pœnam temporalem. parte 4. quæſtione 84. membro tertio, articulo tertio.

Media iuſtificationis. Thomas: In opere iuſtificationis homo aliquid operatur miniſterio tantùm, per hoc quòd adhibet Sacramenta. Vnde Sacramenta iuſtificare dicuntur inſtrumentaliter & diſpoſitiuè. In quæſtionibus diſputatis, quæſtione 3. articulo 4.

Maius. Innocentius: Maius eſt enim iuſtificare quàm creare: cum creando detur natura, iuſtificando uerò & auferatur culpa, & conferatur gratia. Serm. in conuerſione Pauli.

De neceſſarijs ad ſalutem ait Thomas: Aliquid eſt neceſſarium ad ſalutem dupliciter: uno abſolutè, alio ex ſuppoſitione. Abſolutè quidem neceſſarium eſt ad ſalutem illud, ſine quo nullus ſalutem cõſequi poteſt: ſicut gratia Chriſti, & ſacramentum baptiſmi, per quod aliquis in Chriſto renaſcitur. Ex ſuppoſitione autem eſt neceſſarium ſacramentum pœnitentiæ, quod quidem eſt neceſſarium non omnibus, ſed peccato ſubiacentibus. Dicitur enim 2. Paralip. ultimo: Et tu Domine iuſtorum non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, &c. Peccatum autem cum conſummatum fuerit, generat mortẽ, Iacobi 1. Et ideo neceſſarium eſt ad ſalutẽ peccatoris, quòd peccatum remoueatur ab eo: quod quidẽ nõ poteſt fieri ſine pœnitẽtiæ ſacramento, in quo operatur uirtus paſsionis

Chriſti

Chriſti per abſolutionem ſacerdotis ſimul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad deſtructionem peccati: ſicut enim dicit Auguſtinus ſuper Ioh. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te? Tertia ſummæ, quæſtione octogeſimaquarta, articul. 5.

De filijs adoptiuis. Albertus: Adoptione igitur facti ſumus filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohęredes autem Chriſti. Cap. 1. ſuper Lucam.

Quorum peccata non remittantur. Thomas: Non poſſunt per pœnitentiam deleri peccatum dæmonum & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorum ſunt confirmati in malo, ita quòd non poteſt eis diſplicere peccatum, in quantum eſt culpa, ſed ſolùm diſplicet eis pœna quam patiuntur, ratione cuius aliquam pœnitentiam, ſed infructuoſam habent, ſecundum illud Sapient. 5. Pœnitentiam agentes & præ anguſtia, &c. Vnde talis pœnitentia non eſt cum ſpe ueniæ, ſed cum deſperatione. Tale autem non poteſt eſſe aliquod peccatum hominis uiatoris, cuius liberum arbitrium flexibile eſt ad bonum & ad malum. Vnde dicere, quòd aliquod peccatum ſit in hac uita, de quo quis pœnitere non poſsit, erroneum eſt: primò quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrij: ſecundò, quia derogaretur uirtuti gratiæ, per quam moueri poteſt cor cuiuſcunque peccatoris ad pœnitendum, ſecundum illud Prouerbiorum trigeſimo: Cor regis in manu Dei, &c. Quòd uerò non poſsit per ueram pœnitentiam aliquod peccatum remitti, eſt etiam erroneum: primò quidem, quia repugnat diuinæ miſericordiæ, de qua dicitur Ioelis 2. Quòd benignus & miſericors eſt, & patiens, &c. Vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, ſi homo peccatum deleri uellet, quod Deus delere non uellet. Secundò, quia hoc derogaret uirtuti paſsionis Chriſti, per quam pœnitentia operatur, ſicut & cætera ſacramenta, cum ſcriptum ſit 1. Iohan. 2. Ipſa eſt propitiatio pro peccatis. Vnde ſimpliciter dicendum eſt, quòd omne peccatum in hac uita per ueram pœnitentiam deleri poteſt. Tertia ſummæ, quæſtione octogeſimaſexta, articulo primo.

Dona auferri. Thomas: Poteſt dici, quòd ſicut charitas habita datur ut amplius habeatur, ſecundum Auguſtinum: ſic ipſa charitas & aliæ uirtutes & dona quandoq; dicuntur auferri, cum magis ac magis homo impœnitẽs elongatur ab eis, ita ut ſit ad ea minus quàm prius diſpoſitus, & nunquam ad ſtatum gratiæ reuertatur. Et ſic loquitur hîc. Ad ſecundum dicendum, quòd propriè loquendo Deus nunquam aufert gratiam ab aliquo, ſed dicitur auferre negatiuè, non poſitiuè, uel quia non conſeruat gratiam ei qui prius habebat, uel non apponit ei qui non habebat, ſed permittit magis ac magis elongari à ſtatu gratiæ. Super Apoc. cap. 2.

Noui de iuſtificatione.

Malè definit ac diuidit iuſtificationem Alexander. Iuſtificatio, inquit, nihil aliud ſit quàm reditus de iuſticia ad iuſticiam. Eſt iuſtificatio duplex. Vna ad quam homo facit: alia ad quam non facit, ſed ei fit. Et debet eſſe, quòd iniuſticia quæ homini fit, remoueatur per iuſtificationem ad quam facit aliquid. parte prima, quæſtione duodecima, membro quinto.

Charitati tribuit iuſtificationem Alexander: Charitas ex parte difficultatis meretur dimiſsionem pœnæ, & ex parte intentionis boni meretur uitam æternam. Pari igitur charitate exiſtente, motus charitatis in inimicum ratione difficultatis erit magis meritorius dimiſsionis pœnæ: motus uerò charitatis in amicum ratione intentionis boni erit magis meritorius uitæ æternæ. parte tertia, quæſtione ſexageſimaſeptima, membro quinto.

Sic & Bonauentura ait: Ad iuſtificationem impij quatuor concurrunt: ſcilicet infuſio gratiæ, expulſio culpæ, contritio, & motus liberi arbitrij. Expellitur igitur culpa à Dei dono, non à libero arbitrio, non tamen ſine libero arbitrio. Nam gratiæ gratis datæ eſt; liberum arbitrium reuocare à malo; & excitare ad bonum: & liberi arbitrij eſt, conſentire uel diſſentire: & conſentientis eſt, gratiam ſuſcipere: & ſuſcipientis, cooperari eidem, ut tandem perueniat ad æternam ſalutem. In 5. parte Breuiloquij; capite tertio. Item: Sine abundantia meritorum & bonorum operum, nemo quis poteſt eſſe conciuis ciuium ſupernorum. In nona dieta, capite quinquageſimo.

Thomas ait: Eſt aliquis finis, ad quem homo præparatur à Deo ſupra naturæ humanæ proportionem, ſcilicet uita æterna, quæ conſiſtit in uiſione Dei per eſſentiam, quæ excedit proportionem cuiuslibet naturæ creatæ, ſoli Deo connaturalis exiſtens. Vnde oportet, quòd homini detur aliquid non ſolùm pro-

pter quod operetur, uel per quod inclinetur eius appetitus in finem, ſed etiam per quod ipſa natura hominis eleuetur ad quandam dignitatem, ſecundum quam talis finis ſit ei competens: & ad hoc datur gratia. Ad exequendum autem opera, quibus prædictus finis acquiritur, dantur aliæ uirtutes. In ſumma de ueritate, materia uigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda. Item: Liberum arbitrium In iuſtificatione impij mouetur in Deum motu charitatis, fidei & ſpei. Oportet enim iuſtificatum in Deum conuerti amãdo ipſum cum ſpe ueniæ: & hæc tria cõputantur pro uno motu completo, in quantum unum includitur in alio. Ibidem quæſtione quarta. Item: Ex diuina influentia conſequitur homo præter præmiſſa ſupernaturalia principia aliquas uirtutes infuſas, quibus perficitur homo ad operationes ordinandas in finem uitæ æternæ. In diſputatis quæſtionibus, de uirtutibus in communi, articulo decimo. Item: Manifeſtum eſt autem, quòd ad illos teneri dicuntur, ſine quo ſalutem conſequi non poſſunt. Sine charitate autem nullus poteſt ſalutem æternam conſequi, & ea habita ad ſalutem æternam peruenitur. Vnde ad primam perfectionem charitatis omnes tenentur, ſicut ad ipſam charitatem. Ibidem articulo undecimo. Item: Qui non eſt in gratia ſiue in charitate, non meretur aliqua uoluntate uel paſsione uitam æternam. Nec ille etiam qui eſt in charitate, meretur uitam, actione uel uoluntate non informata charitate: qui autem non eſt in charitate, ſed propter Deum patitur deuotione quadam informali aduerſa, licet non mereatur, tamen per hoc diſponitur ad ſtatum gratiæ, in quo poterit mereri. Super proœmium in Apocalypſin. Item: Nota quinque quæ circa iuſtificationem conſiderantur. Primum eſt, dignatio Dei peccatorem excitantis. Secundum, conſenſus ſeu motus liberi arbitrij ſe diſponentis. Tertium, infuſio gratiæ animam iuſtificantis. Quartum, meritum iuſtificati in gratia proficientis. Quintum, paſtus conſolationis animam reficientis. Super Apocalyp. capite tertio. Et: Homo cooperando gratiæ per contritionem, confeſsionem, ſatisfactionem, dilectionis feruorem, lauat ſeipſum. Ibidem capite ſeptimo. Item: Dicitur, diabolum eſſe uictum per paſsionem Chriſti, per merita iuſtorum, & per adiutoria angelorũ. Ibidem capite duodecimo. Et: Fides cum operibus neceſſaria eſt ad ſalutem. Verba eius ſunt: Primum eſt noticia agendorum, ut ſciat quid ſit neceſſarium ad ſalutem, quia fides cum operibus neceſſaria eſt. Ibidem capite tertio. Item: In iuſtificatione impij ſimul eſt motus liberi arbitrij in Deum, qui eſt actus fidei, per charitatem formatus in Deum: & motus liberi arbitrij in peccatum, qui eſt actus pœnitentiæ. Tertia ſummæ, quæſtione octogeſimaquinta, articulo ſexto. Et: In iuſtificatione impij ſimul cum libero arbitrio in Deum & in peccatum eſt remiſsio culpæ, & infuſio gratiæ, cum qua ſimul infunduntur omnes uirtutes. Ibidem. Item: Sicut ſanum propriè & primò dicitur quod habet ſanitatem, poſterius autem quod ſignificat ſanitatem, uel quod conſeruat ſanitatem: ita iuſtificatio primò & propriè dicitur ipſa factio iuſticiæ, ſecundariò uerò & quaſi impropriè poteſt dici iuſtificatio ſignificatio iuſticiæ, diſpoſitio ad iuſticiam. quibus duobus modis manifeſtum eſt, quòd præcepta legis iuſtificabant, in quantum ſcilicet diſponebant homines ad gratiam iuſtificantem, quam etiam ſignificabant. Sed ſi loquimur de iuſtificatione propriè dicta, ſic conſiderandum eſt, quòd iuſticia poteſt accipi prout eſt in habitu, uel prout eſt in actu: & ſecundum hoc iuſtificatio dupliciter dicitur. Vno quidem modo, ſecundum quod homo fit iuſtus adipiſcens habitum iuſticię. Alio uerò modo, ſecundum quod opera iuſticiæ operatur: ut ſecundũ hoc nihil aliud ſit iuſtificatio, quàm iuſticiæ executio. Iuſticia autem, ſicut & aliæ uirtutes, poteſt accipi & acquiſita & infuſa. Acquiſita quidem cauſſatur ex operibus, ſed infuſa cauſſatur ab ipſo Deo per eius gratiam. Et hæc eſt uera iuſticia, ſecundum quam dicitur aliquis iuſtus apud Deum, ſecundum illud Rom. 4. Si Abraham ex operibus legis iuſtificatus. Hæc igitur iuſticia cauſſari non poterat per pręcepta moralia, quæ ſunt de actibus hominum: & ſecundum hoc præcepta moralia iuſtificare non poterant iuſticiam cauſſando. Si uerò accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticiæ, ſic præcepta moralia iuſtificabãt, in quantũ continebant id quod eſt ſecundum ſe iuſtum: ſed ſacramenta illa ueteris legis gratiam non conferebant, ſicut conferunt ſacramenta nouæ legis, quæ propter hoc iuſtificare dicuntur. Si uerò accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticiæ, ſic omnia præcepta legis iuſtificabant, aliter tamen & aliter. Nam præcepta ceremonialia continebant quidẽ iuſtitiam ſecundum ſe in generali, prout ſcilicet exhibebantur in cultu Dei: in ſpeciali uerò

uerò non continebant ſecundnm ſe iuſtitiam, niſi ex determinatione legis dininæ. Et ideo de huiuſmodi præceptis dicitur, quòd non iuſtificabant niſi ex deuotione & obedientia facienrium. Prims ſecundæ, quęſtione centeſima, articulo dno decimo. Et: Iuſtificatio importat tranſmotationem quandam de ſtatu iniuſtitiæ ad ſtatum iuſtitiæ. Et hoc modo loquimut hic de iuſtificatione impij, ſecundum illud Apoſtoli Romanorum quarto: Ei qui non operatur, &c. Et quia motus nominatur magis à tetmino ad quem, quàm à termino à qoo, ideo huiuſmodi tranſmntatio, qna aliquis tranſmutatur à ſtatu iniuſtitiæ per remiſsionem peccati, ſortitur nomen à termino ad quem, & uocatur iuſtificatio impij. Ibidem quæſtione centeſima decimatertia, artic. 1.

Albertus inquit: Venialia peccata moltis temedijs abſoluuntur: ſcilicet, tunſione pectoris, oratione dominica, ſigno crucis, aſperſione aquæ benedictæ, confeſsione communi, quæ fit in primo & completorio, & ante miſſam & benedictionem epiſcopuli. Præter bæc autem habet remedia communia cum mortali, ſicut contritionem, & commnnionem Eucbariſtiæ, & confeſsionem ſpecialem, & eleemoſynæ largitatem, & condonarionem iniuriæ qnam intulit frater. capite decimooctauo ſuper Lucam. Et: Quatuor requiruntur in iuſtificatione impij: ſcilicet, infuſio gratiæ, motus liberi arbitrij in Deum, motus liberi arbitrij cum gratia in peccatum, ipſa peccati expulſio. In ipſa gratiæ infuſione ſunt tria. Vnum quidem ſecundum receſſum à malo, & ſic primum eſt timor. Alterum ſecundum acceſſum ad bonum: & hoc eſt aut in comparatione ad uerum, aut in comparatione ad bonum, &c. Capite ſeptimo ſuper Locam. Et: Quatuor requiruntur in iuſtificatione impij. Primom eſt infuſio gratiæ: quia autem eſſe gratiæ ſequitut motus in Deum, ideo motus liberi arbitrij in Deum eſt ſecundum, & motus liberi arbitrij in peccatum deſtruendnm eſt tertinm, quia ad deſtructionem peccati opetatut diſſenſus peccati, ne obexponatut Spiritui ſancto: quartum autem & ultimum eſt remiſsio peccati. Super 4. Sententiar. diſtinctione decimaſeptima. Item: Duplex eſt iuſtitia, ſcilicet congrui & condigni. De iuſtitia autem condigni nihil præcedit in peccatoribns, quo digni ſunt iuſtificatione: ſed de iuſtitia congrui in quibuſdam peccatoribus præcedunt opera de genere bonorum, quæ in quibuſdam alijs peccatoribus non ſunt, ideo quòd tantùm digni ſunt reſeruatione, id eſt reprobationis effectu, quæ eſt obduratio in peccato. Ibidem. Item: Alia autem ſunt, qoæ licet ptæparet Deus, tamen aliquid in illis cooperamur ei: ſicot illa quæ ptæparat, ut non perficiat ſine nobis: ſicut eſt ſalus hominis. ad illam enim opottet nos coopetari per meritum. Et in hoc non eſt totum præparationis diuinæ & ſolius. In Matthęum capite primo. Item: Licet Deus ſit authot ſanctitaris, tamen non fit ſine nobis cooperantibus, & etiam ſine adiutorio angelorum. Ibidem capite ſexto. Item: Beatitudo conſiſtit in merito. capite quinro. Item: Et primum horum facit fides & charitas in Deum, ſecundum autem contritio & ſpes, tertinm humilitas & confeſsio, quartum autem accuſatio ſui & ptopoſitum ſatisfaciendi. Et iſta ſont quæ exiguntur ad peccati remiſsionem. Ibidem cap. 6.

Coniongit in iuſtificarione Alexander Deum & noa: Reparatio dicitur iuſtificatio à iuſtitia magis, quàm ab alia uirtute. Dicendum, quòd in iuſtificatione, qua ex impio fit pius, aliquid requiritut ex parte Dei, aliquid ex parte noſtra. Parte 4. quæſtione 72. membro 1. articulo 2. Item: Sicut enim in iuſtificatione teqniritur ex parte iuſtificantis Dei gratia gratis data, ſimilitet ex parte noſtra dolor attritionis. Vnde ad conſummatam iuſtificationem, quæ fit ſolutio à culpa & à pœna, tequiritur triplex dolor, ſcilicet antecedens ioſtificationem, & coexiſtens, & ſubſequens. Primos eſt dolot attritionis, ſecundus eſt dolor contritionis, tertius eſt dolot ſatisfactionis. Et ſicut contritio quodammodo eſt ex motu liberi aibitrij, qui eſt ex inſtinctu fidei formatæ: ſic attritio ex motu liberi arbitrij, qui eſt ex inſtinctu fidei informis. unde ptæparario ad iuſtificationem debet eſſe ſecundum conuenientiam ad tria quæ requiruntut ad iuſtificationem. Ibidem qnæſtione 74. membto 2.

Thomas ait: Homo dicitut gratiam Dei habere non ſolùm ex hoc, quòd à Deo diligitur in uitam æternam: ſed & ex boc, quòd datur ei aliquod donum, per quod eſt dignus uita æterna: & hoc donom dicitur gratia gratum faciens. Aliter enim & in peccato mortali exiſtens poſſet dici in gtatia Dei eſſe, ſi gtatiam ſolam acceptarionem diceret, cum còntingat aliquem peccatorem eſſe prædeſtinatum ad uitam æternam habendam. In ſumma de ueritate, matetia uigeſimaſeptima, quæſtione 1.

Operib. perperá tribuit iuſtificationé Innocétius: Notádus eſt ordo iuſtificationis

huiuſmodi. Procedit timor, & introducit amorem: ſuccedit amor, & inducit dolorem: accedit dolor, & producit pndorem: procedit pudor, & adducit laborem. Ser. de Martyribus. Item: Homo iuſtificari non poteſt, niſi prius ei charitas infundatur, iuxta quod Veritas ait: Dimiſſa ſunt ei peccata multa. 1. Pſal. pœnit.

De iuſtificatione legali ait Albertus: Iuſtitiæ generalis eſt in omnibus legibus diuinis & humania congruentia. Alia eſt iuſtitia ſpecialis in duobus commutandis & diſtribuendis. capite primo ſuper Lucam. Item: Iuſtificatio eſt exhibitio iuſtitiæ de re, de qna poteſt eſſe quæſtio, de qna confugitur ad indicem, ſicut ad iuſtum animatum. Fit antem iuſtificatio duobns modis: Actiuè & paſsiuè. Paſsiuè quidem, quando aliqnis per iudicium reducitur ad iuſtitiam, non renitens iuſtitiæ. Actiuè autem duobus modis: ſcilicet per iudicem, & quando aliquis per ſeipſum ſine indicio reddit alicui quod ſunm eſt. cap. 1. ſuper Lncam.

DE FIDE.

De fide inquit Alexander: Fides, qna creditur, eſt lumen animarum, quo quanto quis magis illuſtratur, tanto magis eſt perſpicax ad inueniendas rationes quibus probantur credenda. parte prima, quæſtione ſecunda, membro tertio, articulo quarto. Item: Fides eſt donum gratuitum cum imperfectione. Vnde non ſolum dicit perfectionem, imò etism nominat imperfectionem. Nam fides eſt, quæ aſſentit ueritati quam non nidet. Hoc quod dico aſſentire ueritati, perfectionis eſt: ſed hoc quod dico, Quam non uidet, imperfectionis eſt. parte tertia, quæſtione duodecima, membro tertio. Et: Fidea dicitur dnpliciter. Eſt enim fides quæ colligitur ex rationibus: & eſt fides qua homo aſſentit neritati propter ſe, ex gratia, & non propter rationem: & hæc ſecunda fides non eſt naturæ, ſed ex natura: imò principinm eius eſt gratia. Prima ergo fidea eſt naturæ: aſſentit enim natura bene ueritati propter rationem, uel propter teſtimonium. Vnde iſtnd aſſentire eſt in lege naturali: & iſta fides ſic collecta ex rationibna nel teſtimonijs, non eſt uirtus. Ibidem quæſtione uigeſimaſeptima, articulo ſecundo, paragraph. ſecundo. Item: Credere eſt aſſentire neritati primæ propter ſe. Ibidem. Item: Fides, hoc eſt, apprehenſio & aſſenſus ueritatis diuinæ, neceſſaria eſt ad ſalutem: & cauſa eſt, quia cognitio creatoris neceſſaria eſt ad ſalutem. Et ſicut rationalis creatura debet dilectionem ſummæ maieſtati, ita aſſenſum primæ ueritati. Ibidem qnæſtione ſeptuageſimaoctaua, membro primo. Item: Fides dicitur fundamentum, & non ſolùm fundamentum, ſed primum fundamentum: quia eſt primus habitus, quo homo ſuper ſe aſcendit, nt ſic aſcendendo habitet in ædificio ſpirituali & cœleſti, & ſic unitur cum primo. Præterea prior eſt natura alijs uirtutibus Theologicis, & motua eiua eſſentialiter præcedit ad generationem motnnm aliorum. Vnde ratione qua eſt primus habitua, quo homo aſcendit ſupra ſe, nt ſic uniatur primo, & ratione qua alias præcedit, quæ nninnt Deo, & motus eius eſſentialiter motus aliarum, dicitur primum fundamentum. Præterea fides propriè dicitur fundamentum, charitas radix propriè. Alia enim eſt ratio fundamenti & radicis. Fnndamentum eſt, qno ſtat res in eſſe. Radix eſt, quo uegetatur & creſcit uſque ad terminum debitum. Idem parte quarta, qnæſtione ſexageſimaſecunda, membro 2. articulo 1.

Innocentius ait: In domo gratiæ fundamentum eſt fides, de qua dicit Apoſtolns: Fidea eſt ſubſtantia rerum ſperandarum. Tectum eſt charitas, de qua Iacobus ait 5. capite: Charitas operit multitudinem peccatorum. Oſtium obedientia, de qua Dominus ait Matthæi decimonono: Si nis intrare ad uitam, ſerna mandata. Pauimentum humilitas, de qua Pſalmiſta centeſimo decimooctauo Pſalmo: Adhæſit panimento anima mea. Quatuor laterales parietes, ſnnt quatuor principales uirtutes, inſtitia, fortitudo, prudentia, temperantia. Feneſtræ ſunt hoſpitalitas cum hilaritate, & miſericordia cum largitate. Serm. 3. in dedicat. templi. Item: Fides Chriſti, qnæ iuſtificat impium, reuera mundat à culpa, ſed non ſemper ab omni pœna. Super 4. Pſal. pœnitent.

Bonanentura inquit: Homo cum ſit omninm creaturarum corporalium nobilior, habet locum ſuper omnia corpora, ad quem locum ante peccatum poterat per gratiam aſcendere, quamuis non poſſet per naturam totaliter: ſed propter peccatum gratia fuit ſibi ablata, & natura totaliter ſauciata: & ideo, ut poſſet ad locnm proprium remeare, indiget inſtrumento quodam, quod inſtrumentum nullua per ſuam ſapientiam uel uitam potuit fabricare præter Chriſtum, qui fabricatus eſt auroram & ſolem:

ſolem: ideo omnes qui ſaluati ſunt, per miniſterium ipſius Chriſti, ſcilicet per fidem ſaluati ſunt, quæ qnidem eſt nelut una ſcala, per quam ad cœlum aſcenditur, continens duodecim gradus, id eſt, duodecim articulos per Apoſtoloa declaratos, inxta numerum duodecim cœlorum, incipiendo ex aere, qui cœlum dicitur, uſque ad cœlum empyreum, in qno duodenarius terminatur. Latera autem iſtius ſcalæ ſunt diuinitas & bnmanitas. Iſta autem ſcala fuit per Chriſtum Denm & hominem fabricata, ſed nobis fuir per duodecim apoſtolos reuelata. In octaua dieta, capite qnadrageſimoſeptimo. Et: Fides eſt uirtus, qua ea quæ ad fundamentum religionis pertinent, firmiter creduntur. In quinta dieta, capite uigeſimoſexto. Item: Fides comparatur arcæ teſtamenti, ſtellæ firmamenri, & portæ fundamenti. Item comparatur etiam per mundum ſpeculum, per dexttum oculum, & per ſpouſæ annulum. Fides eſt etiam ſicut uexillum regis, ſicut militare ſcutum. Fides nihilominus eſt ſicut ſol uel ſolis radius. Fides etiam eſt ſicut columna illa quæ præcedebat populũ Iſrael in exitu de Aegypto, & ſicut aurora, ſicut lux primò creata. Ibidem. Et: Fides debet eſſe uiuens, non mortua. In nona dieta, capite qninquageſimo. Item: Fides debet etiam eſſe cœleſtis, non terrea, id eſt, de cœleſtibus bouis, uon de operibus terrenis anxia: cœleſtis & diuina, non humanæ rationi innixa. Ibidem. Item: Fides deber eſſe fortis, non infirma, contra perſecntiones & pericula nniuerſa & diabolica nocumenta. Ibidem. Et: Fidea eſt fundamentum morum & iuſtitiæ, ac totius rectæ uitæ. Idem parte ſecunda de latitudine ſcripturæ ſacræ. Item: Licet per fidem adſtringamur credere quæ ſunt ſupra rationem, & generaliter omnia quæ conrinentur & aſſeruantur in canone ſacræ ſcripturæ: ſpecialiter tamen & propriè articuli fidei ſunt credendi, quæ continentur in ſerie ſymboli Apoſtolici: qui quidem uno modo ſunt duodecim, ſi habearur reſpectus ad eos qui ſymbolum ediderunt: alio modo quatuordecim, ſi conſideremus, quæ radicallter ſunt credenda tauquam omnium credendorum fundamenta. parte quinta Breuiloquij, capite ſeptimo. Et: Attribuit uocabulo fidei decem ſignificationes. Dicit enim, quòd uocabulum fides aliquando ſumatur pro ſponſione. prima Timoth. quinto: Primam fidem irriram fecerunt. Aliquando pro fidelitate. Hieremiæ ſeptlmo: Periijt fides & ſanctitas de terra. Aliqnando pro ſcientia. Roman. decimoquarto: Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Aliquando pro ſacramento fidei. Auguſtinus dicit, paruulos habere fidem, non eſt aliud, quàm fidei habere ſacramenrum. Aliquando pro acceptione concluſionis per rationem probatæ. Boetius dicit: Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Aliquando pro cognitione comprehenſionis. Romanorum primo: Iuſtitia Dei reuelabitur fide in fidem. Gloſſ. In fidem ſpeciei, quæ fides dicitur, quia fidentiſsima & certiſsima eſt. Aliquando pro habitu fidei informis. Iacobi ſecundo: Fides ſine opeiibus mortua eſt. Aliquando pro habitu fidei formatæ. Romanorum primo: Iuſtus ex fide uiuit. Aliquando pro actu fidel. Et ſic dicit Auguſtinus: Fides eſt credere quæ non uides. Aliqnando pro obiecto fidei, unde dicitur in ſymbolo: Hæc eſt fides catholica, &c. parte tertia Centiloquij, capite trigeſimoſeptimo. Item: Differunt ſpes & fides. Fides eſt bonarum retum & malarum: ſpea eſt tantùm bonarum. Eſt etiam fides retum præteritarum, præſentium & futuratum: ſpes tantùm futuratum. Item fides eſt rerum proptiarum & alienatum: ſpes èſt ſolummodo propriarum. Ibidem. Item: Fide credimus aptata eſſe ſeculà tierbo uitæ: fide credimus trium legum tempora, ſcilicet naturæ, ſcripturæ & gratiæ, ſibi ſuccedère, & ordinatiſsimè decurriſſe: fide credimus mundũ per finale iudicium terminandum fore. In tractatu cui titulus, De ſpeculatione panperis in deſerto, capite primo. Item: Duo ſunt fundamenta fidei, ſcilicet noticia creatoris & rèdemptoris. Iſti ſunt duo radij, ſiue duo oculi, dirigentes nos ſemper in uiam mandatorum Dei. In ſermo. de 10. præceptis.

Thomas ait: Ad iuſtificarionem impij non ſufficit cognitio naturalis, ſed requiritur fides Ieſu Chriſti. In ſumma de neritate, materia uigeſimaoctaua, quæſtione quarta. Et: Fides eſt pes & fundamentum omnis boni. Super Apocalypſin capite primo. Et: Ex prædicatione Chriſti & reſurrectione habet ortum multiplicario fidei. Ibidem caplte quarto. Et: Fides dicitur altare. Nihil enim Deo eſt acceptum, qnod non offertur ſpiritualiter in fide. Ibidem capite octauo. Item: Fides facit iuſtos mortem ſubire, uel paratos eſſe. Ibidem capite duodecimo. Item: Fides enim eſt, quæ docet & intiat pati aduerſa, fugere uitia, agere bona, oſtendit præmium ſimul & ſupplicium, & alia motina ad bonum, & ſic uincit. Ibidem. Et: Qui in ueteri Teſtamento Deo accepti fuerunt

runt per fidem, non iuſtificabantur niſi per fidem Chriſti. Prima ſecundæ, quæſtione 107. articulo primo. Item: Sanguis agni liberans ab exterminatore, linitus ſuper liminibus domorum, ſignificat fidem paſsionis Chriſti in corde & ore fidelium, per quam liberamur à peccato & à morte, ſecundum illud prima Petri primo: Redempti eſtis. Ibidem quæſtione centeſima ſecunda, articulo quinto. Item: In fide ſi conſideremus formalem rationem obiecti, nihil eſt aliud (obiectum fidei) quàm ueritas prima. Non enim fides de qua loquimur, aſſentitur alicui, niſi quod eſt à Deo reuelatum. Vnde ipſi ueritati diuinæ fides innititur tanquam medio. Si uerò conſideremus materialiter ea quibus fides aſſentitur, non ſolùm eſt ipſe Deus, ſed etiam multa alia, quæ tamen ſub aſſenſu fidei non cadunt, niſi ſecundum quod habent aliquem ordinem ad Deum, prout ſcilicet per aliquos diuinitatis effectus homo adiuuatur ad tenendum in diuinam fruitionem. Secunda ſecundæ, quæſtione prima, articulo primo. Item: Quamuis lex uetus non ſufficeret ad ſaluandum homines, tamen aderat aliud auxilium à Deo hominibus, per quod ſaluari poterant, ſcilicet fides mediatoris, per quam iuſtificati ſunt antiqui patres, ſicut etiam nos iuſtificamur: & ſic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis ſaluris auxilia. Prima ſecundæ, quæſtione nonageſima octaua, articulo ſecundo. Et: Fides non habet inquiſitionem rationis naturalis demonſtrantis id quod credit: habet tamen inquiſitionem quandam eorum per quæ inducitur homo ad credendum, puta quia ſunt dicta à Deo, & miraculis confirmata. Secunda ſecundæ, quæſtione ſecunda, articulo primo. Item: Vnumquodque operatur per ſuam formam. Fides autem per dilectionem operatur. Ergo dilectio charitatis eſt fidei forma. Ibidem. Et: Gratia facit fidem, non ſolùm quando fides de nouo incipit eſſe, ſed etiam quamdiu fides durat. Deus ſemper operatur iuſtificationem hominis, ſicut ſol ſemper operatur illuminationem aeris. Ibidem quæſtione quarta, articulo quarto. Item: Dubium eſt de hoc quod Athanaſius dicit, quòd fides nobis adminiſtrata eſt, non ab angelis, neque à ſignis & portentis. Sed intelligendum eſt, quòd fides noſtra non habet autoritatem neque ab angelis, neque ab aliquibus miraculoſis factis, ſed à reuelatione patris per filium & Spiritum ſanctum: licet etiam angeli ea quæ ſunt fidei noſtræ, reuelarint aliquibus, ut Zachariæ & Mariæ, & etiam Ioſeph, & etiam ad fidei robur miracula plurima facta ſunt. In opuſculo primo contra error. Græcorum, capite tertio. Et: Fides principaliter conſiſtit in confeſsione ſanctæ trinitatis, & ſpecialiter gloriatur in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. opuſculo ſecundo contra error. Græcorum, capite 1. Item: Fides eſt prælibatio quædam illius cognitionis, quæ nos in futuro beatos facit. Vnde & Apoſtolus dicit; quòd eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, quaſi iam in nobis ſperandas res, hoc eſt, futuram beatitudinem per modum cuiuſdam inchoationis ſubſiſtere faciens. Illam autem beatificantem cognitionem circa duo cognita Dominus conſiſtere docuit, ſcilicet circa diuinitatem trinitatis, & humanitatem Chriſti. Vnde ad patrem loquens: Hæc eſt uita æterna, ut cognoſcant, &c. Circa hæc duo tota fidei cognitio uerſatur, ſcilicet circa diuinitatem trinitatis, & humanitatem Chriſti. Nec mirum: quia humanitas Chriſti uia eſt, qua ad diuinitatem peruenitur. Oportet igitur & in uia uiam cognoſcere, per quam poſsit peruenire ad finē: & Dei gratiarum actio ſufficiens non eſſet, niſi uiæ, per quam ſaluati ſunt, cognitionem haberent. Hinc eſt quod Dominus dixit diſcipulis: Et quò ego nado ſcitis, & uiam ſcitis. In Compend. Theolog. capite ſecundo. Item: Fides facit quatuor bona. Primum eſt, quòd anima per fidem coniungitur Deo. Nam per fidem anima Chriſtiana facit quaſi quoddam matrimonium cum Deo. Oſeæ tertio: Sponſabo te mihi in fide. Secundum, quia per fidem inchoatur in nobis uita æterna. Nam uita æterna nihil aliud eſt, quàm cognoſcere Deum. Vnde dicit Iohan. decimoſeptimo: Hæc eſt uita æterna, &c. Hæc autem cognitio Dei hic incipit per fidem: ſed perficitur in futura uita, in qua cognoſcemus eum ſicut eſt. Tertium, quia fides dirigit uitam præſentem. Quartum, quia fides eſt, qua uincimus tentationes. Ebræorum undecimo: Sancti per fidem uicerunt regna. In expoſit. ſymbol. Apoſtol. capite primo. Et: Fides eſt omnium bonorum ſpiritualium fundamentum, ſecundum illud Apoſtoli Ebræorum undecimo: Eſt autem fides ſubſtantia, id eſt fundamentum, rerum ſperandarum. Eſt enim fides, per quam anima uiuificatur per gratiam, ſecundum illud Apoſtoli Galat. ſecundo: Quòd aūt nunc uiuo. Et Abacuc ſecundo: Iuſtus ex fide, &c. Ipſa eſt per quam anima à peccatis purgatur. Actor. 17. Fides purificans corda, &c. Ipſa eſt per quam animæ iuſtitia, Roman. 3. Iuſtitia autem Dei per fidem,

fidem, &c. Ipſa eſt per quam anima Deo deſponſatur: Oſeæ 2. Ipſa eſt per quam homines in Dei filios adoptantur: Iohan. 1. Ipſa eſt per quam acceditur ad Deum: Ebr. 11. Ipſa deniq; eſt, per quam homines æternæ uitæ brauium conſequuntur. Iohan. 6. Hæc eſt uoluntas. In expoſit. 1. decretalis. Item: Ad firmandum cor ſincerum ſola fides ſufficit. Et: Præſtet fides ſupplementum ſenſuum defectui. In officio de corpore Chriſti, in hymno. Et: Obiectum fidei eſt res diuina non uiſa. Item: Meritum fidei conſiſtit in hoc, quòd homo ex obedientia Dei aſſentitur illis quæ non uidet, ſecundum illud Roman. 1. Ad obediendum fidei in omnibus gentibus. Quarta ſummæ, quæſt. 7. artic. 3. Item: Quamuis lex uetus non ſufficeret ad ſaluandum homines, tamen aderat aliud auxilium à Deo hominibus ſimul cum lege, per quod ſcilicet ſaluari poterant, ſcilicet fides mediatoria, per quam iuſtificati ſunt antiqui patres, ſicut nos etiam iuſtificamur: & ſic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis ſalutis auxilia. Prima ſecundæ, quæſtione 98. articulo 2. Item: Fides eſt quidam habitus, & tamen augetur. Vnde diſcipuli Domino dicunt, Domine adauge nobis fidem: ut habetur Lucæ 17. Ibidem quæſtione 52. articulo 1. Item: Per fidem applicatur nobis paſsio Chriſti, ad percipiendum fructum ipſius, ſecundum illud Roman. 3. Quem propoſuit Deus propitiatorem, &c. Fides autem per quam à peccatis mundamur, non eſt fides informis, quæ poteſt etiam eſſe cum peccato: ſed eſt fides formata per charitatem, ut ſic paſsio Chriſti nobis applicetur, non ſolùm quantum ad intellectum, ſed etiam quantum ad effectum: & per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex uirtute paſsionis Chriſti. Tertia ſummæ, quæſtione 49. articulo 1. Et: Ad fidem duo requiruntur. Quorum unum eſt, ut homini credibilia proponantur: quod requiritur ad hoc, quòd homo aliquid explicitè credat. Aliud autẽ quod ad fidem requiritur, eſt aſſenſus credentis ad ea quæ proponuntur. Quantum ergo ad primum horum, neceſſe eſt quòd fides ſit à credito. Ea enim quæ ſunt fidei, excedunt rationem humanam, & non cadunt in cognitionem hominis, niſi Deo reuelante. Sed quibuſdam quidem reuelantur immediatè à Deo, ſicut ſunt reuelata Apoſtolis & Prophetis. Quibuſdam autem proponuntur à Deo mittente fidei prædicatores, ſecundum illud Roman. 10. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Quantum uerò ad ſecundum, uidelicet ad aſſenſum hominis in ea quæ ſunt fidei, poteſt conſiderari duplex cauſa. Vna quidem exterius inducens, ſicut miraculum uiſum, uel perſuaſio hominis inducentis ad fidem: quorum neutrum eſt ſufficiens cauſa. Videntium enim unum & idem miraculum, & audientium eandem prædicationem, quidam credũt, & quidam non credunt. Et ideo oportet ponere aliam cauſam, ſcilicet interiorem, quæ mouet hominẽ interius ad aſſentiendum his quæ ſunt fidei. Hanc autem cauſam Pelagiani ponebant ſolum liberum arbitrium hominis, & propter hoc dicebant, quòd initium fidei eſt ex nobis, inquantum ſcilicet ex nobis eſt, quòd parati ſumus ad aſſentiendum quę ſunt fidei: ſed conſummatio fidei eſt à Deo, per quam nobis proponuntur ea quæ credere debemus. Sed hoc falſum eſt: quia cum homo aſſentiendo his quæ ſunt fidei, eleuetur ſupra naturam ſuam, oportet quòd hoc inſit ei ex naturali principio interius mouente, quod eſt Deus. Et ideo quantum ad aſſentiendum, qui eſt principalis fidei, eſt à Deo interius per gratiam mouente. Secunda ſecundæ, quæſt. 6. art. 1. Item: Fides Chriſti eſt iuſtitiæ principium & cauſa, ſecundum illud Rom. 8. Iuſtitia Dei per fidẽ Ieſu Chriſti. Ibidem quæſt. 104. artic. 6. Et: Fides noſtra in duobus principaliter conſiſtit. Primò quidem in uera Dei cognitione, ſecundum illud Hebr. 11. Accedentes ad Deum oportet credere. Secũdò in myſterio incarnationis Chriſti, ſecundũ illud Iohan. 14. Creditis in Deũ, & in me credite. Secunda ſecundæ, quæſt. 174. artic. 6. Item: Duplex eſt actus fidei, ſcilicet corde credere, & ore profiteri, ſecundum illud Rom. 10. Corde creditur, &c. In expoſit. 1. decretalis.

Albertus: Prudentia iuſtorum eſt, non de legis operibus iuſtitiam præſumere, ſed ex fide ſalutem quærere, ut quamuis in lege poſiti legis iuſſa perficiant, gratia tamen Dei ſe ſaluandos per Chriſtum intelligant. Super Lucam capite primo. Et: Video quòd fides eſt fundamentum rerum ſperandarum. Ibidem. Item: Fides eſt ex auditu uerbi, quantum ad cogitare de credito, circa quod eſt fides. Et eſt ab illuminatione diuina, quantum ad conſenſum in creditum quod eſt in fide. Et ſic fides eſt donum Dei. In prolog. ſuper Lucam. Et: Fides (ut dicit Dionyſius) eſt lumen, quod locat in credentibus ueritatem, & ueritas in ipſis locata. Super Lucam capite 1. Item: Fides ex auditu, &c. Auditus hic ſumitur pro auditu interiori Spiritus dantis intellectum fidei: Et ille ſequitur primum auditum exteriorem, & ſequitur fidei acceſſum. Super Luc. cap. 6. Et:

Fides ſimplex eſt, aſtutiarum naturalium uel ſecularium ſcientiarum non innititur, & eſt uera, quæ ſuper autoritatem diuinam, & non ſuper humanam opinionem fundatur. Ibidem cap. 11. Et: Fides in corde & in Eccleſiis deſtruit hæreſes & ſchiſmata & cõcupiſcentias nitiorum ſpiritualium & carnalium, quando conualeſcit. Semen enim diuinum potentius efficitur, & omnia deſtruit diaboli plantata adulterina. Ibidem cap. 13. Item: Tria ad fidem exiguntur. 1, Quòd uina ſit per deuotionem & calorem charitatis. 2, Quòd efficax ſit in inducenda ſalute. 3, Quòd non ſit ſeducibilis, ſed cauta in credulitate articulorum. Ibidem cap. 17. Item: Tria facit fides. In eo quòd eſt prima natura, fundat nos in ueritate: in eo autem quòd eſt cognitio quædam certa, fundat nos in ueritate: in eo autem quòd eſt ſimplex lumen ſimile ueritati primæ, dat ſimplicem ſcientiam ueritatis credibilium. Idem ſuper 3. ſentent. diſtinct. 23. Item: Fides per ueritatem (quæ cauſa & ſubiectum eius eſt) iam ſtabilit credentes in æternitate. Idem ſuper cap. 13. Matth. Item: Fides non niſi per ſigna probari poteſt. Demonſtratio enim non habet locum in fide: quia demonſtratio cogit ad conſentiendum. Fides autem non eſt niſi credere uolentis. Item: Demonſtratio non habet locum, ſed euacuat fidei meritum. Et ideo fides quæ eſt ſupra rationem, probatur per ſignum quod eſt ultra naturæ uirtutem. In prolog. Hieron. ſuper Iohan.

Vnde fides. Thomas: Homo exterius enuncians non cauſat fidem: ſed Deus, qui ſolus uolũtatem mutare poteſt. Cauſat enim fidem in credente inclinando uoluntatem, & illuminando intellectum lumine fidei, ut non repugnet his quæ à prædicante proponuntur. In ſumma de ueritate, materia 27. quæſt. 3. Item: Adiuuatur à Deo aliquis ad credendum tripliciter. Primò quidem per interiorem uocationem, de qua dicitur Ioan. 6. Omnis qui audit à patre & didicit, uenit ad me. Secundò per doctrinam & prædicationem exteriorem, ſecundum illud Apoſtoli Roman. 10. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Dei. Tertiò per exteriora miracula, ut dicitur 1. Corint. 14. Quòd ſigna data ſunt infidelibus, ut ſcilicet per ea prouocentur ad fidem. In Quodlibetis, quodlibet ſecundo, artic. 6.

Proprietatea fidei. Thomas: Valde cauendum eſt, ne ad ea quæ fidei ſunt, aliquis demonſtrationes adducere præſumat, propter duo. Primò quidem, quia in hoc derogat excellentiæ fidei, cuius ueritas omnem rationem humanam excedit. Secundò, quia cum plerumq; tales rationea friuolæ ſint, dant occaſionem irriſionis infidelibus, dum putant, quòd propter rationes huiuſmodi his quæ ſunt fidei aſſentiamus. Quodlibet 3. artic. 31. Item: Quia fides eſt de his quæ non uidemus, oportet cognitionem fidei eorum de quibus eſt, ab eo deriuari qui ea per ſe uidet. Hoc autem Deus eſt, qui ſeipſum perfectè comprehendit, & naturaliter ſuam eſſentiam uidet. De Deo enim fidem habemus: oportet igitur ea quæ per fidem tenemus, à Deo in nos peruenire. Cum autem quæ à Deo ſunt, ordine quodam agantur: in manifeſtatione eorum quæ ſunt fidei, ordinem quendam obſeruari oportuit, ſcilicet ut quidam immediatè à Deo reciperent, alij uerò ab his, & ſic per ordinem uſq; ad ultimos. In ſumma contra gentiles, cap. 154. Item: Qui tenet ea quę ſunt fidei, & non aſſentit eis propter autoritatem catholicæ doctrinæ, non habet habitum fidei. Qui autem propter doctrinam catholicam alicui aſſentit, omnibus aſſentit, quę doctrina catholica habet, alioqnin magis credit ſibi quàm Eccleſiæ doctrinæ. Ex quo patet, quòd qui deficit in uno articulo pertinaciter, non habet fidem de alijs articulis (illam dico fidem, quæ habitus eſt infuſus) ſed tenet ea quæ ſunt fidei quaſi opinata. In quæſtionibus diſputatis, de charitate, artic. 12.

De diffidentia. Bonauentura: Diffidentia eſt duplex. Quædam proueniens ex peruerſitate, quædam puſillanimitate. Ex peruerſitate uenit, quando habet incredulitatem uel deſperationem annexam: utpote cum quia de Deo diffidit, uel quia non credit Deum curare humana, tanquam infidelis: uel quia exiſtimat ſe derelictum à Deo propter peccata ſua, tanquam deſperatus. Et talis diffidentia & ſolicitudo procedens ex ipſa omnibus prohibetur, & cõfidentia illi oppoſita cunctis præcipitur. Diffidentia autem ex puſillanimitate proueniens eſt, quæ habet annexam remiſſionem amoris diuini, & intentionem timoris humani: & hæc ſtare poteſt cum charitate imperfecta, non cum perfecta: & ideo hæc puſillanimitatis diffidentia & ſolicitudo ex ipſa proueniens euangelicis & perfectis uiris inhibetur, & confidentia eidem oppoſita à perfectionis magiſtro iniungitur, quatenus prædicatorea ueritatis algorem puſillanimitatis ſolicitantis pro cibo refugiant, & ardorẽ charitatis confidentis de Deo cum promptitudine ad perferendũ paupertatis incõmoda cõſtãter aſſumãt. In apolog. pauper.

Duplicem fidem malè facit Thomas, formatam & informem. Secũda ſecundæ, quæſt.7.artic.1.

Malè de fide inquit Albertus: Fides enim uiuit per opera, quantitatem accipit per dilectionem. Super Matth. cap.15.

DE SPE.

Bonauentura ait: Spes eſt futuræ beatitudinis certa expectatio, ex Dei gratia & ex meritis proueniens. Eſt ſpes ſicut columna domum firmans, ſicut galea caput armans, ſicut anchora nauem ſeruans. Eſt etiam ſicut arbor fructuoſa, ſicut gemma precioſa, ſicut mola uirtuoſa. In explicat. ſymbol. capite uigeſimoſeptimo. Item: Spes eſt triplex: ſcilicet ſpes ueniæ, ſpes gratiæ, ſpes gloriæ. Spes gratiæ eſt, qua quis non confidit de uiribus proprijs, nec de diuitijs, ſed ſolùm de gratia Dei. Spes gloriæ eſt certa & ſecura expectatio futuri & æterni boni, ex gratia & meritis proueniens. In 5. dieta, capite quinquageſimo. Item: Spes eſt uirtus, qua ſpiritualia & æterna bona ſperantur: hoc eſt, cum fiducia expectantur. Item: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ueniens ex Dei gratia & meritis præcedentibus. Vocabulo ſpei etiam multas attribuit ſignificationes. aut ſignificat affectionem: ut Boetius: Gaudia pelle, pelle timorem, ſpemq́; fugato, nec dolor adſit. Aliquando habitum uirtutis, & tunc ſpes uon habet ortum ex meritis, ſed ex ea merita oriuntur. Aliquando uirtutis actum, & tunc ſpes oritur ex intuitu meritorum. Nemo enim rectè ſe ſperat ad beatitudinem peruenturum, niſi qui Deo ſeruit uel ſeruire proponit. Aliquando uirtutis ſtatum, & tunc ſpes ex meritis comitantibus habet ortum. Roman. quinto: Probatio operatur ſpem, id eſt certitudinem. Aliquando uirtutis terminum, id eſt, rem ſperatam, ſcilicet beatitudinem ſempiternam: & tunc ſpes ex gratia & meritis præcedentibus habet ortum. parte 3. Centiloquij, capite trigeſimoſeptimo. Item: Spes data eſt homini, qua confidat de bonitate Dei, ut ſperet à Deo gratiam conſequi in præſenti, & gloriam in futuro, ueniam peccatorũ ſi pœniteat, & temporalem ſuſtentationem, ſicut ſibi expedit, & liberationem à malo, conſeruationem in bono. Sed ſpes modò confuſa eſt, ut aut minus ſperent homines quàm debent, aut plus quàm iuſtum eſt. In tractatu de profectu religioſorum, cap.21.

DE BONIS OPERIBVS.

Qvòd facienda. Thomas Aquin. Die ac nocte ſeruiendum eſt Deo, uel actu operis, uel laudis, uel orationis, uel meditationis, uel alio actu bono, in proſperis & aduerſis. Super Apocal. capite ſeptimo.

Albertus: Perlucida enim debet eſſe lucerna per corporis caſtitatem & bonæ famæ claritatem. cap.5. in Matth.

Quotuplex. Thomas: Duplex eſt cultus Dei, interior & exterior. Cum enim homo ſit compoſitus ex corpore & anima, utrumque debet applicari ad colendum Deum, ut ſcilicet anima colat interiori cultu, & corpus exteriori. Vnde dicitur in pſalmo: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Conſiſtit autem cultus interior in hoc, quòd anima coniungatur Deo per intellectum & affectum. Prima ſecundæ, quæſtione 101. articulo 2. Et: Exterior cultus non conſiſtit in aliqua figura, ſed ſolùm in laude Dei, quæ procedit ex interiori cognitione & affectione, ſecundum illud Eſaiæ 5. Gaudium & lætitia inuenientur in ea, &c. Ibidem.

Vnde Ægidius: Omnia opera bona ſunt opera ipſius Dei, iuxta illud: Omnia opera noſtra operatus es Domine, Eſaiæ 26. Nam ſecundum Apoſtol. non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Opera itaq; noſtra bona non debent appropriari nobis, & non ſunt propria nobis, ſed magis ſunt ipſius Dei, iuxta illud quod dicitur in Euang. libro 2. capite 22. Hex. Et: Sine Deo non poſſumus eſſe neque iuſti, neq; opera iuſtitiæ facere. Homo igitur poſitus fuit in Eccleſiam, ut cuſtodiret illam: & ni Deus cuſtodiret hunc hominem, faciendo eum operari opera iuſtitiæ, ſine qua nihil poſſumus facere, &c. lib.2.cap.4.Hex.

Qui poſsint. Thomas: Fides, ſpes & charitas ſunt uirtutes hominis, prout eſt factus particeps diuinę gratiæ. Prim. ſecund. quæſt.58. artic.3.

Quæ ad bonum opus requirantur. Bonauentura: Vt bonum opus bene fiat, requiritur bonus finis: quem qui omittit, fraudatur. Requiruntur & aliȩ circumſtantiæ: ut locus, tempus, modus: quas qui omittit, utiq; negligit. part.1. Centiloquij, capite 8.

Cultus Dei quid ſit, Alexander mouet, inquiens: Eſt autem cultus Dei, quo nunc deſideramus eum uidere, credimusq́; & ſperamus uiſuros: deſideramus charitate, credimus fide, ſperamus ſpe: ſecundum tres uirtutes, pietatis diſciplina formatur. part.1.quæſt.1.memb.4 artic.1.

Thomas inquit: Interior cultus conſiſtit in fide, ſpe & charitatę. Prima ſecũdæ, quæſt.103.art.3.

De confeſsione ait Thomas: Si turbatio infidelinm oriatur de confeſsione fidei manifeſta, abſque aliqua utilitate fidei nel fidelium, non eſt laudabile in tali caſu fidem publicè confiteri. Vnde Dominus dicit Matthæi ſeptimo: Nolite ſanctum, &c. Sed ſi utilitas fidei aliqua ſperetur, aut neceſsitas adſit: contempta perturbatione infidelium, debet homo fidem confiteri. Vnde Matthæi decimoquinto dicitur, quòd cnm diſcipuli dixiſſent Domino, quòd Phariſæi, audito eius uerbo, ſcandalizari ſunt: Dominus reſpondit, Sinite illos, ſcilicet turbari, cæci. Secunda ſecundæ, quæſt. 3. artic. 2.

De uirtutibus Theologicis ait Thomas, Tres eſſe uirtutes Theologicas, fidem, ſpem & charirsrem. probat ex 1. Corint. 13. Nunc autem manenr fides, ſpes, charitas, tria hæc. Prima ſecundæ, artic. 3.

De operibus mortuis inquit Alexander: Opera mortua dicuntur dupliciter. Vel quia ſunt cauſſæ mortis æternæ: cuiuſmodi ſunt peccata mortalia, de quibus Hebræor. 6. Iacientes fundamentum pœnitentiæ in operibus mortuis. Er Hebræorum 9. Emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, id eſt, ab operibus mortalibus. Vel quia non habent uitam gratiæ, habent tamen uitam naturæ ornatam gratia gratis data, & bonitarem moris: quæ quodammodo ſunt Deo accepra, & Deo appropinquantia. & quia hæc tendunt ad complementum gratiæ gratum facientis, & ad ſuam perfectionem, poteſt dici quòd hæc habilitant ad gratiam. Et licet opera hominis ſunt mortua, quia carent uita ſimpliciter: tamen ſub his conditionibus conſiderata non habenr oppoſitum cum operibus uiuis: quia quadam uita uiuunt, unde diſponere poſſunt ad uitam ſimpliciter quantum homini. parte 4. quæſt. 85. artic. 2.

De fine & effectu bonorum operum ait Thomas: Iuſtus bene operans comedit, qnia in operando lætatur: & Dominus conuiuatur cum eo, quando delectatur in eius meritis. Apocal. cap. 3.

Charitati nimium tribuunt. Thomas: Charitas non ſufficeret ad merendum bonum æternum, niſi præſuppoſita idoneitate merentis, quæ eſt per gratiam. Aliter enim noſtra dilectio non eſſet tanto præmio condigna. In ſnmma de ueritate, materia 27. quæſt. 2. Item: Perfectio hominis in charitate conſiſtit, quæ hominem Deo coniungit. Thomas in Quodlibetis, quodlibet primo, articulo 14. Et: Meritum uitæ æternæ primò pertinet ad charitatem, ad alias autem uirtutes ſecundariò, ſcilicet quòd earum actus à charitate imperantur. Prima ſecundæ, quæſtio. 114. articulo 4.

Tribuunt operibns meritum uitæ æternæ. Vt Alexander: Opera facta in mortali ad multa ualenr: ut ſuprà tactum eſt. Multò plus & ad plnra ualent facta in charitate. Et ſolet dici, qnòd ualent ad ſeptem. Primnm eſt, iocunditas mentis. Vnde Pſal. In uia teſtimoniorum ruorum declaratus ſum. Pſal. 55. Andite audientes me, & comedite bonum, & declarabitur in craſsitudine anima ueſtra. Secundum eſt, ſtabilimentum & confirmatio charitatis. Eccleſiaſtæ 7. Non te pigeat uiſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Tertium eſt, augmentum gratiæ. Prouerb. 11. Alij dinidunt propria, & ditiores ſiunt. Quartum eſt, purgatio à peccato. Prouer. 15. Per miſericordiam & fidem purgant peccatum. Quintum eſt, debilitas fomitis. Iob 8. Tu ſi diluculo conſurrexeris, ad Deum & omnipotentem fueris deprecatus: ſi mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit, & paratum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ. Sextum eſt, uitatio pigritiæ. Prouerb. ult. Conſiderauir ſemitas domus ſuæ, & panem ocioſa non comedit. Septimum eſt, repulſio tentationis diabolicæ. parte 4. quæſt. 85. memb. 5.

De Eleemoſyna Innocentius ait: Eleemoſyna tripliciter erogatur. Ex corde per compaſsionem, ex ore per correptionem, ex opere per largitionem. Sermo. in die Cinerum. Item: Eleemoſyna danda eſt ordinatè, primò nobis, ſecundò proximis. Crudelis enim & fatuus, qui alij compatitur, & ſibi non miſeretur. Ibidem. Item: Vera eleemoſyna de uera charitate procedit. Sicut ergo uolumus nobis ab alijs in noſtris neceſsitatibus ſubueniri, ſic & nos debemus alijs in ſuis neceſsitatibus ſubuenire, ut ſicut nos, ita proximos diligamus. Niſi enim eleemoſynæ ramus de charitatis radice procedat, non habet pinguedinem uel humorem, ut ſuauem uel matnrum fructum prodncat. Libello de eleemoſyn. capite 3. Item: Triplex eleemoſyna: cordis, oris & operis, &c. Ibidem. Item: Videtur profectò de his eleemoſyna facienda, quæ iuſtè poſsides & rationabilirer acquiſiſti, ſecundum illud Sapientis: Noli offerre munera praua, &c. Ibidem. Item: Verùm inter ea quæ acqniruntur iniuſtè, quædam ſunt in quibus transfertur dominium, quædam in quibus non transfertur. De illis ergo in quibus transfertur dominium, etiam in negociatione, militia & huiuſmodi, licitè eleemoſyna erogari poteſt: quia cum

tua ſint effecta, licet offenderis illicitè acquirendo, iam tamen quaſi de tuis licitè poteris erogare. De illis autem in quibus dominium non transfertur, ut de furto, rapina, ſacrilegio & uſura, non licet eleemoſynam erogare: quia cum ſint aliena, non tua, teneris ea his quorum ſunt reſtituere, non autem ea inuitis dominis contrectare. Vnde Zachæus bene dixit, diſtinguens, Lucæ 19. Ecce dimidium bonorum, &c. de Eleemoſ. cap. 5.

Thomas ait: Victus qui miniſtratur prædicatoribus quaſi debita merces laboris, poteſt omnibus pauperibus miſericorditer & meritoriè dari, non ut debita merces, ſed quaſi ſubſidium charitatis. Contra impugnantes religionem cap. 7.

Albertus: Eleemoſyna alia ſpiritualis & corporalis, &c. in Matth. cap. 5.

¶ De perfectione malè ſentiunt. Innocentius inquit: Perfectio uitæ conſiſtit in duobus: in declinandis uitijs, & in exercendis uirtutibus. libro quinto myſte. capite ſeptimo.

Thomas ait: Prima uia perueniendi ad perfectionem eſt, ut aliquis ſtudio ſequendi Chriſtum, dimiſsis diuitijs, paupertatem ſectetur. de perfectione uitæ ſpiritualis capite ſeptimo. Item: Poſsibile eſt aliquem perfectionem acquirere ſine propriarum diuitiarum abiectione actuali. De perfectione uitæ ſpiritualis capite decimooctauo. Item: Religionis ſtatus perfectionem non præſupponit. Pontificialis autem dignitas perfectionem præſupponit. Qui enim pontificatum ſuſcipit, ſpirituale magiſterium aſſumit. 1. Timoth. 2. Poſitus ſum ego prædicator, &c. De perfect. uitæ ſpiritualis cap. decimonono. Item: Perfectio attribuitur ſolis epiſcopis ac monachis: epiſcopis tanquam perfectioribus, monachis autem tanquam perfectis. De perfectione uitæ ſpiritualis capite uigeſimotertio. Item: Perfectio dicitur in aliquo conſiſtere dupliciter: uno modo per ſe & eſſentialiter, alio modo ſecundariò & accidentaliter. Per ſe quidem & accidentaliter conſiſtit perfectio Chriſtianæ uitæ in charitate, principaliter quidem ſecundum dilectionem Dei, ſecundariò autem ſecundum dilectionem proximi, de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis. Non autem dilectio Dei & proximi cadit ſub præcepto ſecundum aliquam menſuram, ita quòd id quod plus eſt, ſub conſilio remaneat: ut patet ex ipſa forma præcepti, quæ perfectionem demonſtrat: ut cum dicitur: Diliges Dominum Deum, &c. Totum enim & perfectum idem ſunt. & cùm dicitur: Diliges proximum, &c. Vnuſquiſq; enim ſe maximè diligit. Et hoc ideo eſt, quia finis præcepti charitas eſt, ut Apoſtolus dicit 1. Timoth. 1. In fine autem non adhibetur menſura, ſed ſolùm in his quæ ſunt ad finem. Et ſic patet, quòd perfectio eſſentialiter conſiſtit in præceptis. Secundariò autem & inſtrumentaliter perfectio conſiſtit in conſilijs, quæ omnia ſicut & præcepta ordinantur ad charitatem, ſed aliter & aliter. Nam præcepta alia à præceptis charitatis ordinantur ad remouendum ea quæ ſunt charitati contraria, cum quibus ſcilicet charitas eſſe non poteſt: conſilia autem ordinantur ad ordinandum impedimenta actus charitatis, quæ tamen charitati non contrariantur, ſicut eſt matrimonium, occupatio negociorum ſecularium, & alia huiuſmodi. Et inde eſt, quòd in collationibus patrum dicit Abbas Moiſes: Ieiunia, uigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt: quia non in ipſis conſiſtit diſciplinæ illius finis, ſed per illa peruenitur ad finem. Secunda ſecundæ, quæſtione centeſima octogeſimaquarta, articulo tertio. Item: Sicut homo habet quandam perfectionem ſuę naturæ ſtatim cùm naſcitur, quæ pertinet ad rationem ſpeciei (Eſt autem alia perfectio, ad quam per augmentum adducitur:) ita etiam eſt quædam perfectio charitatis, pertinens ad ipſam ſpeciem charitatis, ut ſcilicet Deus ſuper omnia diligatur, & nihil contra eum ametur. Eſt autem alia perfectio charitatis etiam in hac uita, ad quam aliquis per aliquod ſpirituale augmentum peruenit: utputa, cum homo etiam de rebus licitis abſtinet, ut liberius diuinis obſequijs uacet. Ibidem.

DE POENITENTIA.

QVòd pœnitendum. Innocentius: Quocirca fratres mundate cor ueſtrum, ut Deum uidere poſsitis. Cor autem mundandum eſt ſcopis illis, quibus mundata eſt domus illa, de qua ſpiritus immundus exiuit, &c. Bona ſcopa eſt pœnitentia, bona eleemoſyna, &c. Serm 2. in feſto omnium Sanct. Item: De occupationibus & ſolicitudinibus huiús ſeculi ſæpe grandis culpa contrahitur, quæ debet profectò per grauem pœnitentiam expiari. in proœmio 7. Pſal. pœnitential. Item: Homo qui cecidit per offenſam, reſurgit per pœnitentiam, &c. In Pſalmo pœnitent. Item: In corporalis mortis articulo non minus eſt tanta doloris acerbitas, tanta moleſtia paſsionis, quòd moriens in tantum memoria priuetur, &

nullorum ualeat meminiſſe: licet non ſit de aliquo deſperandum, donec fuerit in uita: tutum tamen non eſt, ad ſupremum mortis articulum pœnitentiam differre. Sed tunc ſecurum eſt homini pœnitere, cum præualet ipſe peccare, &c. Pſalmo 1. pœnitent.

Thomas ait: Sine pœnitentia non eſt ſalus peccatori. Super Apocalypſ. capite ſecundo.

Quid. Gulielmus ait: Eſt autem pœnitentia, præterita mala plangere, & plangenda iterum non committere. De Sacramento pœnit. cap. 14.

Alexander inquit: Pœnitentia enim eſt uirtus conſiſtens in deteſtatione mali quod commiſſum eſt. parte tertia, quæſtione duodecima, membro tertio. Item: Cum enim pœnitentia duo habeat: commiſſa flere, & flenda non committere: quantum ad primam partem, eſt expulſiua morbi iam contracti: quantum ad ſecundam partem, præſeruatiua à morbo futuro. Si enim inſtituta fuit ante peccatum, hoc fuit ad præſeruandum à morbo: ſi uerò fuit inſtituta poſt peccatum in ipſa expulſione, hoc fuit ad curationem peccati. parte quarta, quæſtione ſecunda, articulo primo.

Albertus: Eſt autem pœnitentia ſacramentum deſtruens peccatum actuale commiſſum, & hoc quidem in quantum contrarium eſt gratiæ, culpa uocatur. In Matthæũ capite quarto. Et: Pœnitentia igitur, quæ eſt prædicabile, primum eſt ſacramentum Eccleſiæ, deſtruens peccatum in ſe & omnem peccati effectum. Et hæc conſiſtit in tribus: compunctione, confeſsione, & ſatisfactione, quæ ſunt partes eius poteſtatiuè. in Matthæũ capite quarto. Sic etiam definit Albertus, dicens, pœnitentiam eſſe præterita mala deplangere, & eorum ſuggeſtionibus aditum ulterius non indulgere, capite decimoquinto ſuper Iohan. Verùm iſtæ definitiones omnes ſunt mancæ & mutilæ: quia non faciunt mentionem fidei in Chriſtum, ac tantùm legem complectuntur.

Quotuplex. Thomas: Duplex eſt pœnitentia, ſcilicet interior & exterior. Interior quidem pœnitentia eſt, quando quis dolet de peccato commiſſo: & talis pœnitentia debet durare uſque ad finem uitæ. Semper enim debet homini diſplicere quòd peccauit. Si enim ei placeret peccaſſe, iam ex hoc ipſo peccatum incurreret, & fructum ueniæ perderet. Pœnitentia uerò exterior eſt, quando quis exteriora ſigna doloris oſtendit, & uerbotenus peccata ſua confitetur ſacerdoti abſoluenti, & iuxta eius arbitrium ſatisfacit. Et talis pœnitentia non oportet quòd duret uſque ad finem uitæ, ſed uſque ad determinatum tempus, ſecundum menſuram peccati. Tertia ſummæ, quæſt. 84. articulo 8.

De partibus pœnitentiæ non rectè docent. Innocentius: Pœnitentia debet tres habere partes: contritionem in corde, confeſsionem in ore, & ſatisfactionem in opere. In contritione debet habere pœnitens timorem de pœna, dolorem de culpa, & amorem de gratia. Innocentius in confeſſ. Pſal. 1. pœnitent. Item: Tria in uera pœnitentia neceſſaria: dolor compunctionis in corde, pronunciatio confeſsionis in ore, & flagellum ſatisfactionis in opere. Dolor compunctionis non debet eſſe perfunctorius, ſed continuus: non leuis, ſed grauis: quia pœnitere eſt pœnitentiam tenere. Pſalmo tertio pœnitential.

Sic & Bonauentura: Partes eius integrales ſunt: contritio, confeſsio, ſatisfactio. Partes eius uirtuales ſunt: ieiunium, eleemoſyna, oratio. In ſecunda dieta de pœnitentia, capite undecimo. Item: Ipſius autem partes integrales ſunt: contritio in anima, confeſsio in uerbo, & ſatisfactio in facto: ex quibus tunc pœnitentia integratur, cum peccator omnem mortalem culpam perpetratam & facto deſerit, & uerbo accuſat, & animo deteſtatur, proponens nunquam iterare peccatum. His autem debito modo concurrentibus cum abſolutione facta ab eo in quo eſt ordo & poteſtas clauium & iuriſdictio, abſoluitur homo à peccato, & reunitur Eccleſiæ, & reconciliatur Chriſto, mediante claue ſacerdotali, per cuius etiam iudicium non tantùm fieri habet abſolutio, uerùm etiam excommunicatio & relaxatio, quæ propriè habet fieri ab epiſcopo tanquam ab Eccleſiæ ſponſo. Ibidem in ſexta parte Breuiloquij, capite decimo.

Thomas: Contritio, confeſsio, & ſatisfactio ponuntur partes pœnitentiæ. Tertia ſummæ, quæſtione nona, articulo ſecundo. Item: Quartum ſacramentum eſt pœnitentia, cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui dicuntur tres partes pœnitentiæ: quarum prima eſt, cordis contritio, ad quam pertinet, quòd homo doleat de peccato commiſſo, & proponat ſe decæterò non peccaturum. Secunda pars eſt, oris confeſsio, ad quam pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, non diuidens ea diuerſis ſacerdotibus.

ſacerdotibus. Tertia pars eſt, ſatisfactio pro peccatis ſecundum arbitrium ſacerdotis, quæ quidem præcipuè fit per ieiuninm, & orationem, & eleemoſynam. Forma autem ſacramenti ſunt uerba abſolutionis, quæ ſacerdos profert, cum dicit: Ego te abſoluo. Miniſter huius ſacramenti eſt ſacerdos habens authoritatem abſoluendi, uel ordinariam, uel ex commiſſione ſuperioris. Effectus huius ſacramenti eſt abſolutio à peccato. In tractatu de articulis fidei, capite decimoquarto. Item: In pœnitentia tria debent eſſe. Primum, dolor in cogitatione: 2, pudor in confeſſione: 3, acerbitas in ſatisfactione: quæ quidem expiant pœnam æternam. in expoſit. ſymboli Apoſtolorum, capite decimo.

Albertus ait: Quatuor ad pœnitentiam pertinent. Primum eſt, opus ſatisfactionis: ſecundum eſt, uoluntarius & affectatus dolor & afflictio pœnitentiæ aſſumptæ: tertium, quòd ſint digni. Et hoc fit in confeſſione, in qua ponderantur afflictiones ad ſpecies peccatorum & ad pondus eorum. Quartum, perſeuerantia in cordis compunctione. capite tertio ſuper Luc. Et: Partes poteſtatiuæ pœnitentiæ tres ſunt: cònritio, confeſsio & ſatisfactio. Ibidem.

De efficiente inquit Alexander: Originia pœnitentiæ uirtutis cauſſa effectiua eſt Deus, diſpoſitiua à nobis: quia qui creauit nos ſine nobis, non iuſtificat nos ſine nobis. parte quarta, quæſtione 56. articulo primo.

Thomas ait: Donum Dei eſt, cum aliquis conuertitur ad fidem. Ibidem. Et: In ſacramento pœnitentiæ ſunt actus humani pro materia, qui proueniunt ex inſpiratione interna. Tertia ſummæ, quæſtione octogeſimaquarta, articulo primo. Et: Solus Deus per authoritatem à peccato abſoluit, & peccatum remittit: ſacerdotes tamen faciunt per miniſterium, in quantum ſcilicet uerba ſacerdotis in hoc ſacramento inſtrumentaliter operantur in uirtute diuina, ſicut & in alijs ſacramentis. Nam Matthæi decimoquinto dixit Petro: Quodcunque ſolueris, &c. Et Iohannis ſecundo dixit diſcipulis: Quorum remiſeritis, &c. Ideo tamen ſacerdos potius dicit, Ego te abſoluo: quàm, Ego tibi peccatum remitto: quia hoc magis congruit uerbis quæ Dominus dixit uirtutem clauium oſtendens, per quas ſacerdotes abſolnunt. Qnia tamen ſacerdos ſicut miniſter abſoluit, conuenienter apponitur id quod pertinet ad primam authoritatem Dei, ſcilicet ut dicatur: Ego te abſoluo in nomine patris & filij & Spiritus ſancti: uel, per uirtutem Chriſti: uel, authoritate Dei, ſicut Dionyſius exponit. Quia autem hoc non eſt determinatum ex uerbis Chriſti, ſicut in Baptiſmo, talis appoſitio relinquitur arbitrio ſacerdotis. Tertia ſummę, quæſtione octogeſimaquarta, articulo 3.

DEVS uocat ad pœnitentiam. Thomas: Deus non ſtatim hominem finaliter damnat, ſed multoties monet. in librũ Iob capite 33.

De ſynergia malè docet Thomas: Deus hominem conſeruaret, ſi diuinæ gratiæ cooperaretur. Super Apocalypſin capite tertio.

Materia. Thomas: Proxima materia huius ſacramenti ſunt actus pœnitentis, cuius materia ſunt peccata de qnibus dolet, & qnæ confitetur, & pro quibus ſatiſfacit. Vnde relinquitur, quòd remota materia pœnitentiæ, ſunt peccata non acceptanda, ſed deteſtanda & deſtruenda. Tertia ſummæ, quæſt. 84. artic. 2.

Quæ ad pœnitentiam requirantur, tradit Alexander: Vt aliquis pœniteat, tria requiruntur: ſcilicet dolor de amiſsis, noluntas ſubijciendi ſe diuinæ iuſtitiæ in ſatiſfaciendo, & uoluntas non peccandi ulterius. Vnde ad hoc quòd aliqnis eſſet ſuſceptibilis pœnitentiæ nirtutis, oporteret qnòd habilis ſiue aptus eſſet ad dolendum de commiſſo, ſi contingeret eum committere, & ad ſubijciendum ſe diuinæ iuſtitiæ per ſatiafactionem, & ad nolendum ulterius peccare: quorum nullum conuenit angelicæ naturæ, propter quod dici poteſt, quòd in nullo ſtatu eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ. part. 4. quæſt. 55. artic. 2.

Thomas probat, ſacramenti pœnitentiæ formam eſſe, Ego abſolno, hac ratione: Sicut Dominus dicit diſcipulis Matthæi ultimo, Euntes docete, &c. ita dixit Petro Matthæi decimoſexto: Quodcunque ſolueris, &c. Sed ſacerdos authoritate illorum uerborum Chriſti fretus, dicit: Ego te baptizo. Ergo eadem authoritate dicere debet in hoc ſacramento: Ego te abſoluo. Tertia ſummæ, quæſtione 84. articulo 3.

Pœnitentes recipi. Innocentius: Quis enim dubitet, quin Deus miſereri uelit illius quem talem & tantum fecit creando, quem talem & tantum fecit redimendo? Magnum eſt quòd creauit, ſed magis quòd redemit. Serm. in conuerſ. Pauli. Item: Deus non ſolùm recipit pœnitentes, uerùm etiam attrahit peccatores, &c. Serm. in conuerſ. Pauli.

Thomas: Eccleſia quidem primò reuertentes ab hæreſi, non ſolùm recipit ad pœnitentiam, ſed etiam conſeruat eos in uita, & interdum reſtituit eos diſpenſatiuè ad Eccleſiaſticas dignitates, quas prius habebant, ſi uideantur uerè conuerſi: & hoc pro bono pacis frequenter legitur eſſe factum. Sed quando recepti iterum labuntur, uidetur eſſe ſignum inconſtantiæ eorum circa fidem: & ideo ulterius redeuntes recipiuntur quidem ad pœnitentiam; non tamen ut liberentur à ſententia mortis. ſecunda ſecundæ, quæſt. 11. artic. 4. Et: Deus nō uult damnationem alicuius ſub ratione damnationis, nec mortem alicuius in quantum eſt mors, quia ipſe uult omnes homines ſaluos fieri: ſed uult iſta, ratione iuſtitiæ. Prima ſecundæ, quæſt. 19. artic. 10.

Albertus: Pœnitentes reſpicit reſpectu miſericordiæ, diſſoluendo glaciem cordis eorū. Electos & perfectos reſpicit oculo beneplaciti ſui. cap. 1. ſuper Luc.

Peccatores recipi. Albertus: Peccator fuit adulter, homicida, & proditor fidelis militis ſui, & tamen ad pœnitentiam receptus, nec propter ſuum peccatum euacuata eſt promiſsio. cap. 1. ſuper Lucam.

Duplices eſſe peccatores. Thomas: Circa peccatores diſtinguendum eſt. Quidam enim ſunt occulti, quidam uerò manifeſti, ſcilicet per euidentiam facti, ſicut publici uſurarij, aut publici raptores, uel etiam per aliquod iudicium eccleſiaſticum uel ſeculare. Manifeſtis ergo peccatoribus nō debet etiam pœnitentibus ſacra communio dari. Vnde Cyprianus ſcribit ad quendam: Pro dilectione tua me conſulendum exiſtimaſti, quid mihi uideatur de hiſtrionibus & mago illo, qui apud uos conſtitutus adhuc in ſuo dedecore perſeuerat, an talibus ſacra communio cum cæteris Chriſtianis debeat dari? Puto nec maieſtati diuinæ, nec Euangelicę doctrinæ congruere, ut pudor & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur. Si uerò non ſunt manifeſti peccatores, ſed occulti, non poteſt eis pœnitentibus ſacra communio denegari. Cum enim quilibet Chriſtianus ex hoc ipſo quòd eſt baptizatus, ſit admiſſus ad Dominicam menſam, non poteſt ei ius ſuum tolli, niſi pro aliqua cauſſa manifeſta. Vnde ſuper illud 1. Corinth. 5. Si quis inter uos frater nominatur, dicit gloſſa Auguſtini: Nos à communione quenquam prohibere non poſſumus, niſi aut ſponte confeſſum, aut in aliquo iudicio eccleſiaſtico uel ſeculari nominatum atque conuictum. Poteſt tamen ſacerdos qui eſt conſcius criminis, occultè monere peccatorem occultum, uel etiam in publico generaliter omnes, ne ad menſam Domini accedant, antequam de peccatis pœniteant, & Eccleſiæ reconcilientur. Nam poſt pœnitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non eſt communio deneganda, præcipuè in articulo mortis. Vnde in concilio Carthaginenſi legitur, ſcenicis atque hiſtrionibus, cæteriſq; huiuſmodi perſonis, uel apoſtatis conuerſis ad Deum, reconciliatio non negata. Tertia ſummæ, quæſt. 80. artic. 6.

Excuſatio peccati. Innocentius: Sunt quidam qui peccatum utique confitentur, non tamen aduerſus ſe, quia extorquent illud in proximum, uel in diabolum, uel in DEVM. Sicuti primi parentes: Mulier, inquit Adam, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Quidam uerò deputant illud fato, uel euentui, aut naturæ: ſicut quidam hæretici, mentientes duas naturas eſſe in homine: unam bonam ſecundum ſpiritum, à bono Deo, &c. alteram uerò malam, à deo malo, principe tenebrarum. uel ſicut alij mentiuntur, dicentes ex diſpoſitione ſtellarum, quam conſtellationem appellant, contingere. Alijs prorſus fatuis aſſerentibus, quòd omnia caſu contingunt: uniuerſis tamen de uanitate conuenientibus in idipſum, quoniam arbitrij perimunt libertatem, cum ad caſum ſufficiat ſibi homo, quia ſolus præcipitare poteſt ſeipſum: ſed iam confractus ex caſu, non poteſt per ſeipſum ſurgere ſolus, ſed alio indiget adiutorio, &c. Pſal. 2. pœnitent.

Impœnitentia. Innocentius: De impœnitentia dicitur, quòd tanta eſt huius peccati pœna, quòd humilitatem poſtulandi ueniam ſubire non poſsit. Hoc eſt enim peccatum in Spiritum ſanctum; hoc eſt, peccatum ad mortem, de quo Iohannes inquit capite tertio: Eſt peccatum ad mortem, &c. Impœnitentia ex deſperatione naſcitur, aut ex præſumptione oritur: & quantum in ipſa eſt, aut derogat Dei iuſtitiæ, aut detrahit Dei miſericordiæ. capite ſexto de Eleemoſyn. Item: In profundum iniquitatis demerſi, & abſorpti penitus à peccato, non cogitantes de culpa, effecti ſunt ſicut equus & mulus, quibus nō eſt intellectus, poſt ſuas concupiſcentias abeuntes. Ibidem.

Albertus: Impœnitentia nihil aliud uidetur, niſi cōtinuatio peccati uſq; ad mortem ſine pœnitentia. ſuper 2. ſent. diſt. 43.

Deſperatio. Innocentius: Tanta eſt criminis obſtinatio, ut peccator deſperans de uenia, uix unquam de Deo recordetur ad

tur ad pœnitentiam, quem à ſe contemnendo proiecit per ſuperbiam. Iuſto quidem iudicio tali animaduerſione punitur peccator, ut moriens ipſe obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt Dei, &c. Pſal. 1. pœnitent.

Quòd iterari poſsit. Alexander: Quod iterari poteſt, dum eſt in hac uita: ſed quotiens poteſt, infrà dicetur. Sed poſt hanc uitam non poteſt. Et ratio, quare pœnitentia poſsit ac debeat iterari, & baptiſmus non, eſt triplex. Vna eſt, quia in baptiſmo imprimitur character qui eſt indelebilis: in pœnitentia non. Secunda ratio eſt, quia baptiſmus eſt contra morbum non iterabilẽ, qualis eſt morbus originalis: ſed pœnitentia eſt cõtra morbum iterabilẽ, qualis eſt morbus peccati actualis. Vnde, quia medicina deber aptari morbo, patet, &c. Tertia ratio eſt, quia baptiſmus habet totam efficaciam à paſsione: pœnitentia nõ, ſed ab actu noſtro. & ita baptiſmus non iteratur, ſicut nec paſsio: pœnitentia uerò iteratur, ſecundum quod uoluntas noſtra conuertitur & reuertitur. Inde eſt, quòd in baptiſmo omnis pœna remittitur, in pœnitentia non: & ſi baptiſmus iteraretur, daretur nobis occaſio peccandi. nõ ſic eſt in pœnitẽtia, quia bene punit. parte 4. quæſt. 63. mẽb. 2. Sed hæc omnia ſine uerbo Dei, imò contra illud proferuntur.

Effectus. Innocentius: Fructus pœnitentiæ præcipuè ſunt: oratio, ieiunium, elleemoſyna. Serm. 2. de Marty.

De publica pœnitentia ait Alexander: Volentes pœnitere ſolenniter de peccatis, debent in capite Quadrageſimę ſe cum archipresbyteris & presbyteris ſuis ante fores epiſcopales eccleſiæ præſentare epiſcopo in triſti habitu, nudis pedibus: & eis in eccleſiam introductis, epiſcopus cum omni clero ſeptem pœnitentiæ pſalmos in terrá proſtratus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet: tunc reſurgẽs ab oratione, iuxta quod canones iubent, manus eis imponat, aquam benedictam ſpargat, cinerem prius immittat: deinde cilicio capita eorũ operiat, & cum gemitu & crebris ſuſpirijs denunciet eis, quòd ſicut Adam proiectus eſt de paradiſo, ita & ipſi pro peccatis ab Eccleſia abijciuntur. Poſtea iubet miniſtris, ut eos extra ianuas eccleſiæ expellant. Clerus uerò proſequatur eos cum reſponſorio: In ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. In ſacra autẽ cœna Domini rurſus ab eorum decanis & ab eorum presbyteris eccleſiæ limitibus præſententur. Hoc aũt fiet quolibet anno, dũ eis eccleſiæ introitus eſt interdictus, & erunt in eccleſia uſq; ad octauas paſchæ, nec cõmunicabunt alijs in Euchariſtia, nec in oſculo, & pòſt exibunt de eccleſia, & ita repręſentabũtur in ſequenti anno tali die, & ita in omni anno, quouſq; ut dixi, interdictus eſt eis introitus eccleſiæ. & hanc faciunt presbyteri: ſed illam reconciliationem, quæ fit in fine pœnitẽtiæ, reſeruabũt epiſcopo, cui ſoli competit. Talis aũt pœnitentia non niſi pro grauiſsimo peccato debet iniungi. parte 4. quæſt. 64. memb. 3.

De contritione Bonauẽtura ait: Contritio eſt prima pars pœnitẽtiæ, & debet eſſe ſeptiformis. Nam debet eſſe moroſa & intenta, non perfunctoria: ſolitaria, nõ publica: integra, non diminuta: ordinata, nõ cõfuſa: propria, non aliena: gemebunda, non delicioſa: iuſta, non ſimulata. Et hæc ſeptẽ ſunt in uerbo Eſaiæ 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. In 2. dieta de contritione.

Thomas inquit: Contritio prius turbat animum per dolorẽ, & ſic euacuat humorem peccati, cuius ſignũ aliquãdo eſt reſolutio in lacrymas. Super Apoc. cap. 3. Item: Contritio eſt dolor de peccato cũ propoſito abſtinẽdi. In expoſit. ſymboli Apoſt. c. 13.

De ſatisfactionibus malè docet Gulielmus: quia operibus hominũ tribuit, quod eſt ſolius meriti Chriſti, dicẽs: Tres partes ſatisfactionis ſunt: ſcilicet, oratio, eleemoſyna, & ieiunium. De modis ſatisf. cap. 17.

Thomas etiam ait: Conſiderandum eſt, quòd ſatisfactio ad duo ualet. Valet enim ad expiationẽ culpę præteritæ: ualet etiã ad cautelam culpæ futuræ: ſicut cũ homo ieiunat, per hoc præbetur ei remediũ contra futuras concupiſcentias carnis. Quodlibet tertio, art. 28. Et: Satisfactio pro peccatis pręcipuè fit per ieiuniũ & orationẽ & eleemoſynã. In tract. de art. fid. cap. 14. Et: Pro peccatis grauioribus alicui iniũgitur, q extra terrã ſuã ſine expenſis mendicãdo peregrinetur. Cõtra impugnãtes rel. ca. 7.

De indulgentijs etiã habet à uerbo Dei aliena Gulielmus, inquiens: Scias q quandoq; pœnitens eſt ad maiorẽ pœnã obligatus, quàm ſit illa quæ à ſacerdote illi iniungitur: quæ in purgatorio purgãda eſt, niſi indulgẽtiæ ex merito paſsionis Chriſti & ſanctorũ cõcedantur: quę tantũ ualẽt, quãtũ prædicantur: ideo à debito illius pœnæ pœnitentẽ abſoluũt, uel dimittũt eã pœnã. Scias etiã, q ad hoc q indulgentiæ ualeãt, quatuor requiruntur, uidelicet duo ex parte ſuſcipiẽtis, & duo ex parte dãtis. Primò, ex parte dãtis requiritur potẽtia: & hoc ptinet ad clauẽ iuriſdictiõis, & ad ſuperiores pertinet, ſcilicet ad papã & ad epiſcopos, qui habẽt diſpenſationẽ theſauri Eccleſię, ſcilicet meriti paſsiõis Chriſti & ſanctorũ.

Secũdò requiritur cauſſa rationabilis dandi,ſcilicet utilitas Eccleſię:& hoc pertinet ad clauem ſcientiæ.Vnde pro utilitate Eccleſiæ & ueneratione ſanctorum ſunt dandæ indulgentiæ.Et ſie iſta duo,ſcilicet authoritas & utilitas Eccleſiæ, requiruntur. Et quia papa plenariam poteſtatem habet ſuper theſaurum Eccleſiæ (id quod non extat in ſacris literis) & alij prælati limitatam:ideo ſolus papa plenariam poteſtatẽ habet dandi indulgentiam, epiſcopi uerò ſecundum eius conceſsionẽ. Ex parte uerò ſuſcipientis ſimiliter duo requiruntur: ſcilicet, idoneitas & diſpoſitio ſuſcipientis,quòd ſit in ſtatu gratiæ, & ſine peccato mortali:ſecundum eſt,deuotio & fides ad impletionem eius quod per indulgentiã denotatur.Iſta ergo quatuor de neceſsitate ad hoc,quòd indulgentiæ ualeant, debent cõcurrere:& ſi unum defuerit,indulgentiæ non ualent. Sic patet,quòd indulgentiæ ualent pœnitentibus & confeſsis ad diminutionem pœnæ debitæ peccatis. De alt.part.pœnitentiæ,cap.19.

De indulgentia ait Thomas: Ad hæc quòd indulgentia ualeat alicui, tria requiruntur.Primò,cauſſa pertinens ad honorẽ Dei, uel ad neceſsitatẽ aut utilitatẽ Eccleſiæ.Secundò,authoritas in eo qui facit.Papa enim poteſt principaliter, alij uerò in quantum poteſtatem ab eo recipiunt, uel ordinariam, uel commiſſam ſeu delegatã. Tertiò requiritur, ut ſit in ſtatu charitatis ille qui indulgentiam percipere uult. In Quodlibetis, quodlib.2. Item:Indulgẽtia ſupplet locum ſatisfactionis,in quantũ eſt punitiua:quia ſcilicet pœna quam aliquis ſuſtinuit,imputatur iſti,ac ſi ipſe ſuſtinuiſſet,& ideo reatus pœnę tollitur. Sed non ſuccedit in locum ſatisfactionis,in quantũ eſt medicatiua : quia adhuc remanet pronitates ad peccandum derelictæ ex priori peccato, ad quas ſanandas neceſſarius eſt labor ſatisfactionis.Et ideo cruce ſignatis, dum uiuunt,conſulendum eſt, ut non prętermittant ſatisfactionis opera, in quantũ ſunt præſeruatiũa à peccatis alienis. Thomas quodlibet ſecundo,articulo 16.

Pœnitentiæ non erit locus in altera uita. Aegidius:Poſt diem iudicij non eſt amplius tempus miſerendi,& ulterius pœnitentiam agendi,neq; merendi,neq; demerendi:propter quod,quamdiu ſumus in uita iſta, quia poſſumus pœnitentiam agere, multa dicuntur nobis per comminationẽ, ut conuertamur à uia mala,&c.in tract. de inferno,cap.11.Hexam.

DE INVOCATIONE DEI.

THomas:Oratio odoramentum dicitur,quia ad modum thuris odoriferi aſcendit ad Deum,& in eius facie ſuauiter redolet.Pſal.Dirigatur oratio.Super Apocal.cap.5.

Albertus:Obſecratio ad ſacrum petitio uel oratio, quia eſt oratio adiurans Deum per ſacramenta quæ exhibuit. Cap.2.ſuper Luc.

Quòd orandum. Bonauentura: Licet Deus ſit liberaliſsimus, & pronior ad dandum quàm nos ad accipiendum : tamen à nobis uult orari,ut occaſionem habeat largiendi dona gratiæ Spiritus ſancti.Vult autem orari nõ ſolùm oratione mentali,quę eſt aſſenſus mentis in Deum:uerùm etiam uocali, quæ eſt petitio deſcendentium à Deo. Lib.2.in 5.parte Breuiloquij, cap.10.

Quotuplex. Alexander:Aliqua oratio purè mentalis eſt, aliqua purè uocalis, aliqua media ſiue mixta.Purè mentalis,quãdo labia non mouentur,ſed cor ad Deum loquitur.Purè uocalis,quando aliquis nihil cogitat de his quæ dicit,nec in generali,nec in ſpeciali:ſed caſtra fabricat in Hiſpaniam,&c. in his orationibus eſt concedendum ſimpliciter, quòd melior eſt mẽtalis.Alia eſt mixta,in qua oratur mentaliter & uocaliter: & de hac diſtinguendum eſt.Quia aut uerba illa impediunt affectũ, qui ſic inflammatus eſt, quòd immediatè fertur in Deũ:& tali adhuc utilior eſt mentalis.aut uerbis illis iuuatur affectus,& amplius inflammatur:& iſto ultimo modo utilior eſt uocalis:& multi ſunt tales, & maximè qui nõ ſunt multũ ſpiritales,ad quorum affectus prouocandos ſunt orationes uocales inſtitutæ.parte 4.quæſt.90.artic.1.

Innocentius ait:Poteſt inter orationẽ & obſecrationẽ diſtingui:ut oratio ſit,quę cũ ſupplicatione proponitur. ut:Exaudi quęſumus Domine ſupplicum preces. Obſecratio uerò,quæ cum adiuratione profertur.ut:Per crucem & paſsionem libera nos Domine,&c.Pſal.7.pœn.

Thomas:Duplex eſt oratio:Communis & ſingularis. Communis quidem oratio eſt,quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius fidelis populi Deo offertur. Oratio uerò ſingularis eſt,quæ offertur à ſingulari perſona cuiuſcunq; ſiue pro ſe,ſiue pro alijs orantis. Secunda ſecundæ, quæſt.83. artic.12.

Albertus :Oratio enim dupliciter dicitur. aut enim eſt expoſitio aut effuſio petitionis ſiue precum: aut eſt ea quæ in oratione eſt inuocatio diuina. Et primo quidem modo oratio eſt petitio decentium à Deo.Et dicuntur decentia,quæcunque Deus dat,quæ ad decorem regni perducunt. Inuocatio autem orationis eſt potius ſecundum orationis uirtutem,

quando

quando uocatur Deus in nos. In Matth. capite ſexto.

Partes orationis Alexander ſic exponit: Iuſti autem oratio perfectè ex tribus integratur. Primum eſt, conſideratio propriæ miſeriæ: ſecundum, conſideratio diuinæ clementiæ: & tertium eſt, recurſus ad poſtulandum illum qui poteſt, ſcit & uult dare affluenter. parte 4. quęſtione 88. articulo nono.

Albertus ait: Adoratio in duobus conſiſtit: in proſtratione & oratione. Proſtratio toto corpore facta recognitionem ſignificat, quòd homo de ſe nihil eſt niſi puluis & cinis. Reſurrectio autem ſignificat, quòd erigitur ex puluere manu creatoris & plaſmatoris. Cap. 2. in Matth. Et: Perfecta inuocatio conficitur ex tribus: ex deuotione & fide cordis, ex confeſsione oris, & operis arreſtatione. Et tūc eſt perfecta inuocatio. In Matth. cap. 7. Et: Adorator eſt, qui ad hoc tendit quod adorat: uerus autem adorator, qui non eſt fictus, ſed intus per deuotionem eſt, qualis apparet exterius. Item: Ad uerum adoratorem exiguntur quatuor. 1, Vt cor ſit cum labijs in cogitatione. 2, Quòd ſit mens cum oratione in delectationis intentionē. 3, Quòd non confidat in orationis Rhetoricę perſuaſionem: hoc eſt, quòd oret in ſimplicitate. 4, Quòd oratio non impediatur contraria operatione. Item: Ad orationem apponit: 1, rectitudinem cordis: 2, rectitudinem intentionis: 3, rectitudinem ſimplicitatis: 4, rectitudinem operis. Item: Adoratio enim eſt, quæ uirtute & feruore deuotionis aſcendit, quæ calore charitatis ignefcit, & fragrantia aromatum omnium uirtutum coram Deo odorem ſpargit. Apparet, quòd pater ſit adorādus, qui paterno affectu ſuſcipit orationem, qui ad eſſe gratiæ format & generat orantē, qui prouidentia patris erudit ad orationē. Item: In ſpiritu adorat, qui à carne & carnia deſiderijs & phantaſticis conceptionibus abſtrahitur, in quib. animales homines occupātur. Itē: Adoratio ſiue latria eſt cultura Dei. Non ergo pater quærit localiter adorantes, ſed talem cultum exhibentea. Pater eſt ſpiritus, igitur nec imaginem nec locum quærit in quibus adoretur. In Iohan. cap. 4.

Vnde. Bonauētura: Diuinum auxilium comitatur eos qui petunt ex corpore humiliter & deuotè, & hoc eſt ad ipſum ſuſpirare in hac lacrymarum ualle, quod fit per feruentem orationem. Oratio igitur mater & origo eſt ſurſum actionis in Deum, &c. In tractatu cui titulus eſt, ſpeculatio pauperis in deſerto, cap. 1.

Thomas: Ipſe (Chriſtus) ſaluator eſt nō ſolùm quando facit quod petimus, uerùm etiam quando non facit. Quoniam quod uidit peti contrarium ſaluti, non faciendo exhibet ſe ſaluatorem. Nouit enim medicus quid pro ſua, quid contra ſalutem ſuam poſcat ægrotus. De humanitate Chriſti cap. 6.

Quis orandus. Alexander: Abſq; dubio Deus orandus eſt, cuius multiplex eſt oratio. Vna eſt eadem qua eſt amandus & uenerandus. Amandus eſt enim Deus & uenerandus, quia ipſum amari & uenerari dignum eſt, utile eſt, & neceſſarium. Dignū eſt, propter eius maieſtatem & bonitatē: utile eſt, propter ſupernam obtinendam felicitatem: neceſſarium, propter uitandā æternam calamitatem. His eiſdem rationibus orandus eſt: quia eum orare dignū, utile & neceſſarium eſt. Dignum, quia ipſe eſt α & ω, principium & finis: principiū collatiuum, conſeruatiuum & conſummatiuum omnium chriſmatū ſpiritualium, utpote à quo eſt influentia omnis boni: finis, ad quem eſt ordinario & congreſsio omnis boni. Ideo rationalis creatura debet ipſum honorare ut principium, à quo exiens: ut finem, ad quem rediens. Honorat autem ipſum ut principium & datorē gratiæ, in deſiderio orationis pro ſuſcipiendis. Honorat ut finē, in redditione laudis & gratiarū actione pro acceptis. Commodè etiam eſt orare Deū, quia hoc ipſo quòd mēs orat, exercet ſe ad deſiderium. part. 4. quæſtione 92. artic. 1. Item: Deus, inquit, debet eſſe orationis initiū. tom. 4. quæſt. 96. artic. 1.

Innocentius ait: Adorandus eſt pater, adorandus eſt filius, adorandus eſt Spiritus ſanctus. Adorandi ſunt pater, filius & Spiritus ſanctus. Et adorandi in domo inferiori, interiori, id eſt, in ſacra baſilica, in pura conſcientia, & in diuina ſcriptura: ut tandem adoretur in domo ſuperiori, hoc eſt, in cœleſti patria, de qua legitur: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſeculum laudabunt te. Sed cum Deus ubique non tantùm per potentiam, uerùm etiam per eſſentiam, cur magis in templo quàm in alio loco Deus eſt adorandus? Serm. 1. in dedicat. templi. Item: Vna eſt Dei patris imago, quam unà cū patre debemus adoratione uenerari, ſcilicet, unigenitū Ieſum Chriſtū filium, &c. Itē. Puer iſte qui natus eſt nobis, quaſi Deus adorādus exiſtit: una quidē adoratione cum patre qui genuit, & ſpiritu qui procedit, ſicut ipſa ueritas ait in Euangelio: Veri adoratores adorabunt patrē in ſpiritu. Serm. in feſto Epiphan. Item: Tanta eſt illa unio perſonalis

inter

inrer diuinam & humanam naturam, ut in hypoſtaſi Verbi propter aſſumenrem diuinitatem, humanitas etiam adoretur, &c. Ibidem. Item: Qui ſatagit Deum ueraciter adorare, patrem adoret in Spiritu ſancto & ueritate, id eſt, in filio: quia pater eſſentialiter eſt in filio, & filius naturaliter eſt in patre, Spiritus ſanctus ſubſtantialiter in utroq;. Lib. 3. Myſt.

Thomas ait: Ille eſt adorandus, qui ſolus per ſe eſt immortalis, & à quo alij. Super Apocal. cap. 4. Et: Christus eſt ſaluator hominum & Deus uerus, & ideo dignè adorandus. Super Apocalyp. capite 19.

Albertus: Ad neminem alium dirigendus eſt pius orationis affectus, niſi ad patrem. cap. 6. in Matth. Et: Petitio omnia dirigitur ad Deum. Ibidem.

Petenda. Innocentius: Huiuſmodi petenda ſunt, quæ licent, quæ decent, & quę expediunt, iuſta, honeſta & neceſſaria: ne ſi fortè perieris iniuſta, fiat tua oratio in peccatū: ſi uerò petieris inhoneſta, nō accipias, eò quòd malè petas: & ſi petieris inutilia, dicatur tibi, Neſcis quid petas. Pſal. 4. pœnitent.

Bonauentura ait: Oportet ut tria petamus: panem quotidianum, ſimiliter & neceſſaria corpori, & ſacramentum uiſibile & inuiſibile uerbum Dei. Super orat. Domin. in initio libr. Item: Omnia quę petimus orantes, ſunt iſta. Aut oramus pro malis quæ fecimus ignoſcendis, aut pro malis quæ patimur amouendis, aut pro bonis quę cupimus adipiſcendis, aut cum gratias agimus pro acceptis uel promiſsis, quæ nobis Dominus concedat adipiſci, qui eſt benedictus in ſecula: Amen. In tractat. de prof. rel. cap. 79.

Thomas: Non eſt neceſſarium nos Deo preces porrigere, ut ei noſtras indigentias uel deſideria manifeſtemus: ſed ut nos ipſi conſideremus, in his ad diuinum auxiliū eſſe recurrendum. Secunda ſecundæ, quæſtione octogeſimatertia, articulo ſecundo. Et: Deus nobis multa præſtat ex ſua liberalitate etiam non petita: ſed quòd aliqua uult præſtare nobis petentibus, hoc eſt propter noſtram utilitatem, ut ſcilicet fiduciam quandam accipiamus recurrendi ad Deum, & ut recognoſcamus eum eſſe bonorum noſtrorum authorem. Vnde Chryſoſtom. dicit: Conſidera quanta eſt tibi conceſſa felicitas, quanta gloria attributa orationibus, fabulari cum Deo, cum Chriſto miſcere colloquia, optare quod uelis, quod deſideras poſtulare. Ibidem.

Albertus: Oratio eſt petitio decentium à Deo. Petitur triplex bonum, temporale infirmitatis ſolatium, uirtutis ad meriti profectum, & gloriæ in præmiū. in Matth. cap. 7.

Per Chriſtum orandum. Innocentius: Chriſtus orationes inſpirat animo, ut per ipſum offeratur incenſum dignum in odorem ſuauitatis. Ipſe nos præuenit in benedictionibus dulcedinis, ut eius donum ſit noſtrum meritum. Lib. 1. myſt. capite decimoquarto.

Thomas ait: Per Chriſtum orationes iuſtorum exaudiuntur. Vnde & in orationibus Eccleſiæ petitur orationum exauditio per ipſum filium. Vnde dicitur, Dominum noſtrum, &c. Super Apocalyp. capite 8.

Cur pro alijs orandum. Alexander: Eſt orandum pro alijs. Cuius triplex ratio poteſt aſsignari. Prima eſt, propter eorum neceſsitatem, quibuſcunque poteſt quaſi commembris compati & ſuccurri. Secunda, propter diuinam uoluntatem. Tertia, propter propriam utilitatem. 39. quæſt. part. 4. artic. 1.

Thomas: Etiam pro peccatoribus orandum eſt ut conuertantur, & pro iuſtis ut perſeuerent & proficiant. Orantes tamen non pro omnibus peccatoribus exaudiūtur, ſed pro quibuſdam. Exaudiūtur enim pro prædeſtinatis, non autem pro præſcitis ad mortē: ſicut etiam correctio, qua fratres corrigimus, effectum habet in prædeſtinatis, non in reprobatis, ſecundum illud Eccleſ. 7. Nemo poteſt corrigere, &c. & ideo dicitur 1. Iohan. 5. Qui ſcit fratrē, &c. Sed ſicut nulli, quamdiu uiuit hic, ſubtrahendum eſt correctionis beneficium, quia non poſſumus prædeſtinatos diſtinguere à reprobatis: ita etiam nulli eſt denegandum orationis ſuffragium. Secunda ſecūdæ, quæſt. 83. artic. 7.

Quæ requirantur. Thomas: Quinq; in oratione requiruntur. Debet enim eſſe oratio ſecura, recta, ordinata, deuota & humilis. Secura quidem, ut cum fiducia adeamus ad thronum gratiæ eius. Iacob. 1. Poſtulet autem in fide, nihil, &c. Debet autē eſſe recta oratio noſtra, ut petat orans à Deo quæ ſibi conueniunt. Debet etiā eſſe oratio ordinata. Eſt autem hic debitus ordo, ut ſpiritualia carnalibus, cœleſtia terrenis deſiderando & orando preferamus, ſecundum illud Matth. 6. Quærite primùm. In expoſit. orationis dom. cap. 1. Item: Ponuntur quatuor conditiones, quibus concurrētibus, ſemper aliquis impetrat quod petit: ut ſcilicet pro ſe petat neceſſaria ad ſalutem, piè & perſeueranter. Secunda ſecundæ, quæſt. 83. artic. 15.

Alber-

Albertus:Sex ſpectantia ad orationem. 1,Orantis ad ſolitudinem ſegregatio. 2, Spiritus orantis eleuatio. 3,Forma,quam decethabere orationem. 4,Orantis in oratione perſeueratio. 5,Tempus quo ad orationis & ſecreti congruitatem. 6,Finis orationis.cap.6.ſupet Luc.

Quomodo.Innocentius: De corde puro Deus eſt adorandus, non ut quidam adoranr,qui Deum in proſperitate glorificant,ſed in aduerſitate blaſphemant.Adorandus eſt Deus de conſcientia bona,non ut quidam adorant,qui contra Deum grauiſsimè peccant, & tamen illi ſacrificant. Adorandus eſt Deus de fide non ficta,non ut quidam adorant, qui rectè dicunt, ſed prauè uiuunr. Adorandus eſt igitur Deus corde,ore & opere: corde per deuotionē ſuper omnia diligendo,ore per confeſsionem ſuper omnia collandando,opere ſuper omnia famulando, &c. Sermon.1.in dedicat. templi. Item: Debet eſſe oratio fidelis, humilis, pia, deuota, intenta, compendioſa, aſsidua & diſcreta: & quæ talis eſt,proculdubio meretur exaudiri.In proœmio Pſal.7.pœnitent. Item: Quòd debeat eſſe humilis,Sapiēs proteſtatur Eccle.53.Oratio humiliantis ſe penetrat,&c: Quòd debeat eſſe pia,ut petat ea quę pertinent ad animæ ſalutem, Dominus ait: Petite & accipietis,&c. Quòd debeat eſſe deuota, ut ſuauiter tanquam incenſum redoleat,Pſalmiſta demonſtrat Pſalm.140: Dirigatur oratio mea. Quòd debeat eſſe intenta, ut non tam ex ore quàm corde procedat,dicit Scriptura: Delectare in Domino,&c.Quòd compendioſa, Dominus ait:Orantes nolite multa loqui,&c.Quòd aſsidua, dicit Paulus: Sine intermiſsione orate, &c. Quòd diſcreta, ipſe Chriſtus perhibet, dicens: Quærite primùm regnū cœlorum. Qui taliter orat, nōnunquā obtinet apud Dominum non ſolùm id quod petit, ſed aliud quiddā & amplius. Ibidē. Item: Quidam iacendo orant, quidam ſedendo,quidam ſtando.Ibidem.

Bonauentura ait:Qui orat,debet clamare ſicut clamat paruulus,qui uult ubera:ſicut clamat catulus, cum ſentit uerbera: ſicut clamat populus, cū uidet pericula. In ſecunda dieta capite decimotertio de oratione. Item: In oratione debemus os cordis aperire,ſicut reumaticus aeri, ſicut pulliculus matri, ſicut infantulus nutrici. Ibid.Itē:Hoc in oratiōe obſeruēt.ut quod orantes dicunt, ex animo ſemper dicant: non enim uocibus, ſed rebus agetur apud Deum:& qui ad orationem eſt negligens, ſuæ nimirum ingratitudinis & tepiditatis eſt teſtis. Fruſtra profectus uirtutum fine oratione ſperatur. Ibidem. Item:In ipſo omnium ſuarum operationum initio Dominum inuocare,& ſuam intentionem ad Deum dirigere,aſſueſcant.Inſtent orationi frequenter,quę nouam plantulā in horto Domini fouet, prouehit & confirmat. Diſcant igitur una ſaltem diei uel noctis hora tempus & ocium uendicare,quando ad ſe reuerſi, mentisq; cubiculum introgreſsi, orent in abſcondito patrem ſuū, & in corde contrito & humiliato uniuerſorū Domino familiariter aſtent.In 2.part.ſpec. diſcip.cap.1. Item: Qui orationis ſtudio uult intendere, aſſueſcat primò aliquādo orationi uacare,deinde ſæpius ad orationem recurrere,deinde in oratione perſiſtere diutius, tandem frequenter quantumlibet in oratione incumbere,nec pro faſtidio uel leuitate deſiſtere, niſi quando corporis debilitas, uel urgens neceſsitas, uel rationabilis utilitas inde auocat: & iterū reuertatur in idipſum, ne per diutinā abſtractionem redeat in diſſuetudinem orādi,& refrigeſcat affectus. Percurrat quoq; ſingulos modos orandi,& diuerſis modis ſuas petitiones formet,& diuerſas petitiones attentet, ut tandem in aliqua deuotionis affectum concipiat, & illi,quandiu ſibi ſapit,inhæreat.In tract.de prof.rel.cap.69.

Albertus:Et notat,humilem debere eſſe orationem.in Matth.cap.16:

Fide petendum.Thomas: Oratio innititur principaliter fidei, non quantum ad efficaciam merendi, quia ſic innititur principaliter charitati: ſed quantum ad efficaciam impetrādi,quia per fidem habet homo notitiam omnipotentiæ diuinæ & miſericordiæ, ex quib.oratio impetrat quod petit. Secunda ſecundæ, quæſt.83.artic.15.

Cur ad orientem. Thomas:Secundum quandam decentiam adoramus uerſus orientem. Primò quidem propter diuinæ maieſtatis iudicium, quod nobis manifeſtatur in motu cœli,qui eſt ab oriente. 2. Propter paradiſum in oriente conſtitutū, ut legitur Gen.2. quaſi quæramus ad paradiſum redire. 3.Propter Chriſtum, qui eſt lux mundi, & Oriens nominatur Zach.6. Secunda ſecundæ,quæſt.84.artic.3.

Forma orationis ab Innocentio exponitur: Oremus ergo fratres & filij Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, ut qui tentatoris ſuperauit aſtutias, ipſe nos liberet ab inſidijs tentatoris,nec permittat nos in tētationē induci. Sed ſi quādo fortè tētatio nos apprehendat humana, non permittat uſq; ad conſenſum tentari: qui cum patre & Spiritu ſancto uiuit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorū. Pap.3.Serm.dom. primæ in Quad.

Bona-

Bonauentura: O' Domine, omnia mea opera es operatus, in conſpectu ruo nihil ſum, nihil poſſum, de tuo munere eſt quòd ſubſiſto, ſine te nihil agere poſſum. Tibi clementiſsime pater miſericordiarum, quod tunm eſt offero, tibi commendo, tibi committo, me indignum & ingratũ omnibus donis tuis per te mihi collatis humiliter recognoſco. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio, ô beatiſsime pater, maieſtas æterna, qui me per tuam infinitam potentiam de nihilo creaſti, te lando, te glorifico, ribi gratias ago. O' beatiſsime fili, charitas paterna, qui me per tuam æternam ſapientiam de morte æterna liberaſti, te benedico, te ſanctifico, te adoro. O' beatiſsime ſpiritus alme, quia me per tuam benedictam pietatem & clementiam de peccato ad gratiam, de ſeculo ad uitam religioſam, de exilio ad patriam, de labore ad requiem, de mœrore ad iucundiſsimæ & delicioſiſsimæ beatæ fruitionis dulcedinem uenire dulcis Ieſus concedat, qui cum patre & Spiritu ſancto, &c. In tractatu de quinq; feſtiuitatibus pueri Ieſu.

Exaudiri preces. Thomas: Vult Deus impleri deſideria rationalis crearuræ, quę perfectiſsimè diuinam bonitatem participat inter cæteras crearuras. Sua autem uoluntas eſt perfectiſsima cauſſa rerum. Ad bonitatem ergo diuinam pertinet, ut impleat deſideria rationalis creaturę, ſibi per orationem propoſita. In ſumma contra Gentiles lib. 3. cap. 95. Item: Hoc maximè commendabile in hominibus apparet, ut iuſtè petentibus aſſenſum non denegent. Ex hoc enim uocantur liberales, clementes, miſericordes & pij. Maximè ergo hoc ad diuinam bonitatẽ pertinet, ut pias orationes exaudiat. Ibidem.

Albertus: Dominus Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. in Matth. cap. 8.

Qui non exaudiantur. Albertus: Deus peccatores qni manent in peccatis, non exaudit ad fructum uitæ æternę. In Iohan. cap. 9.

Gratiarum actio. Innocentius: Nos fratres tantæ gratiæ non ſimus ingrati, ſed redẽptori noſtro digniſsimas grates pro tanta graria referamus, humiliter implorantes, ut qui particeps factus eſt noſtræ naturæ, faciat nos participes ſuæ gloriæ. par. 3. Serm. 1. de nat. Chriſti.

Bonauentura ait: Sunt adhuc duæ ſpecies orarionis, ſcilicet grariarum actio, & uox laudis, largè ſumpto nomine orationis, ſecundum quod oratio dicitur pia mẽtis in Deum intentio. Gratiarum actio eſt oratio, bona à Deo data ſentire, & pro his eum laudare corde, noce & opere. Gratias agimus, cum bona quæ accepimus grarię, non meritis aſſcribimus. Laudare Deũ, eſt Deum laudabilem intelligere, & eius magniſcientiam cum exultatione & admiratione extollere, uel pro eo qnod in ſeipſo eſt, uel pro his quæ facit. Gratias Deo agimus, cũ de bono quod nobis ab ipſo profluit, eius bonitatem commendamus. Ad gratiarum actionẽ pertinet, beneficia qnæ acccpimus diligenter recolere, ſubtiliter intelligere, fideliter confiteri, ſtudioſe ſernare, benefactorem diligere, & eius oſtenſam cauere, & gratiam acceptam nõ ocioſè negligere, ſicut ille piger ſeruus, qui abſcondit pecuniam domini ſui: ſed ad id ad quod datur, eam exercere, & inde non inſoleſcere uel extolli. In tract. de profe. relig. cap. 61.

Albertus: Gratisrum enim actio nihil eſt alind, quàm bonorum habitorum ad ipſum à quo habentur, relatio, & magnificẽtiæ & liberalitaris & uirtutis eius propter hoc laudatio. In Matth. cap. 11.

Effectus, fines. Alexander: Vnde inter omnes actus noſtros ſummè neceſſariũ nobis eſt orare: quia oratio eſt omnium bonorum noſtrorum incoatio, promotio & cõſummatio: quia orationis exercitiũ horum cooperatiunm, ntpote in quo eſt peccatorum cognitio, cordis humiliatio, deſideriorum inflammatio, & meritorum cõſummatio. parte 4. quæſt. 92. membro 2. artic. 7.

Bonauentura inquit: Oratio eſt petitio decens in Deo uel à Deo, &c. In oratione quinq; ſpecialiter notantur: ſcilicet, typus decens, uirtus ingens, modus competẽs, locus congruens, tempus conueniẽs. in 2. dieta de orat. cap. 14. Item: Pro principali exercitio orarionis exercitium debemus habere. Nil (alijs neceſſarijs curis tantùm exceptis) nos debet tãtum delectare, quãtum orare: quia oratio facit coniungi, morari, conuerſari cum Deo. Nam licet ſæpe corde tepido ad orationem accedamns, perſeuerantibus tamen repentè infunditur gratia, pingueſcit pectus, repletuiſcera pietaris inundario, & ſicut ſi quis premat lac conceptæ dulcedinis, ubera dare non tardabũt, ut experiamnr, quibus ſtudium eſt frequenter orare. Sed quid eſt, quòd licet ab orarione non ceſſemus, uix unquã reperire uidetur aliquis noſtrũm, quis ſic fructus ſuę orationis: ſed ſicut ad orationẽ accedimus, ſic inde recedimus, &c. Tria poſſumus petere. Duo ſunt præſentis temporis: id eſt, bona corporis, & bona animę. Tertium eſt beatitudo uitæ æternæ. Orandum eſt ergo pro neceſsitátibus, tamen

cum

cum intentione ſemper perueniendi ad aliud. Et qui ſic orat, nõ illa uidetur petere, ſed illud pro quo alia poſtulamus. Sed frequẽtius & ardẽtius pro Dei gratia impetrãda, & pro uita æterna ardẽtiſsimè & continuè, & toto corde. Sit igitur oratio quæ pro tẽporalibus eſt, reſtricta circa ſola neceſsitates: ſed quæ pro uirtutib. animæ eſt, ſit libera & pura: & quæ pro ſpiritualibus eſt, ſit in omni humilitate fundata, cõfidens de ſola miſeratione diuina. In tract. de uita Chriſti, cap. 36. Itẽ: Frequẽs oratio eſt efficax remedium cõtra omnia uitia: quia oratio eleuat mentẽ ſupra ſe ad Deum, & impetrat ab ipſo curationẽ languoris uitiorũ, & ſanitatẽ uirtutũ. In tract. de profectu religioſorum, cap. 24. Item: Oratio iram iudicis placat. Item: Oratio eſt quaſi ſpeculum: nam clarius facit hominẽ agnoſcere defectus ſuos, uel profectus: quia cõſcientia lucidius ibi ſe ſibi repręſentat, uel ex profectu in fiduciam ſpei læta erigitur, uel ex defectus conſideratione confunditur. Oratio quoque mentem à terrenis magis leuat & elongat, quàm cæteræ actiones. Ibid. cap. 66.

Thomas ait: Oratio Dominica & huiuſmodi alia non ſolùm ad delendũ peccata uenialia ualent, ſed ad remiſsionẽ mortalium: quãuis non ita ſufficiãt ad deletionem mortaliũ, ſicut uenialium. In ſumma de ueritate, materia 15. quæſt. 4. Et: Non propter hoc oramus, ut diuinã diſpoſitionem immutemus: ſed ut id impetremus, quod Deus diſpoſuit per orationẽ ſanctorum eſſe implendum: ut ſcilicet homines poſtulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotẽs ante ſecula diſpoſuit dare. Secũda 2. qu. 83. art. 2. Et: Per orationẽ homo Deo reuerentiã exhibet, in quantũ ſcilicet ei ſe ſubijcit, & profitetur orando, ſe eo indigere, ſicut autore ſuorum bonorum. Secunda 2. quæſt. 83. artic. 3.

Albertus ait: Oratio eſt utilis & bona, fragilitati noſtræ expediens. In Matth. 6.

Impedimenta. Innocẽtius: Principaliter tria ſunt inter cætera, quæ orationẽ ad Deum tranſire nõ ſinunt: uidelicet, ſartago, murus & nubes. hoc eſt, cõcupiſcentia carnis, id eſt luxuria, in qua uelut ſartagine caro frigitur. Concupiſcentia oculorũ, id eſt cupiditas, in qua opes uelut lapides in muro congeruntur. Et ſuperbia uitæ, id eſt iactantia, quæ uelut nubes ſine aqua circumfertur à uentis. in procemio in Pſal. 7. pœnitent. fol. 101.

De loco ait Albertus: Adoratio non debet eſſe localis. Itẽ: Deus qui adoratur, nõ eſt localis. In tẽplo.) Quod in figura demõſtrationis cœleſtiũ ad locum orationis elegit Deus: nõ quòd ibi localiter adorandus eſſet tãtùm, ſed quòd ibi in typo cœleſtium diſpoſitio demonſtraretur, propter quæ Deus eſſet adorandus. In Ioh. cap. 4.

Nõ rectè λατρείαν & δουλείαν diſcernit Innocentius. Duæ, inquit, ſpecies ſeruitutis. Vna; quæ debetur ſoli Deo creatori, & dicitur λατρεία: & altera, quæ creaturis impenditur, & dicitur δουλεία. Vtramq; ſpeciẽ determinat Dominus, dicẽs: Redditę quę ſunt Cęſaris Cæſari, & Deo quę ſunt Dei. Ad latrian pertinent templa, altaria, ſacrificia, & huiuſmodi. lib. 5. cap. 4. Itẽ: Sacra ſcriptura duas ſpecies adorationis diſtinguit, Latriam & Duliam. Latriam creatori debemus impẽdere, Duliam uerò quibuſdam creaturis poſſumus exhibere. Sermon. 1. in dedicat. templi.

Tuentur pleriq; huius ſeculi ſcriptores Inuocationes ſanctorũ, contra uerbum & honorem Dei. ut Innocentius: Peccatores inuocẽt Mariam. Qui ergo iacet in nocte culpæ, reſpiciat Lunã, deprecetur Mariã, ut ipſa per filium cor eius ad compunctionem illuſtret. Ser. 2. in feſto aſſum. Mariæ.

Bonauentura: Vt glorioſam reginã Domini noſtri matrẽ benedictam in ſummo habeas omni tempore uenerationis affectu, & in cunctis neceſsitatibus, periculis & preſſuris ad eam tanquã ad tutiſsimum refugium te conuertas, ipſius tutelæ præſidium flagitando, eamque in tuam ſuſcipiens aduocatam, deuotiſsimè ac ſecurè tuam cauſſam ei committas, quia mater eſt miſericordiæ, quotidie ei ſtudens ſpecialem & ſingularem reuerentiam exhibere. Et ut tua deuotio ſit ei accepta, & reuerentia grata, ipſius puritatem ac munditiam omni uirtute, mente & corpore illibatę in teipſo ſeruando, toto conatu nitaris humilitate & manſuetudine eius ueſtigia imitari. In regulis Bonauent. in Chriſto uiuere uolentium.

Thomas ait, Sãctos in patria orare pro nobis. Probat ex 2. Macab. ultimo: Hic eſt qui multum orat pro populo. Secunda 2. quæſt. 83. artic. 11.

Albertus ait: Sancte Petre ora pro nobis: ſynecdochica eſt locutio, ponitur enim anima pro toto Petro. Super 3. ſent. diſtinct. 22.

De angelis & malè docẽt. Thomas: Oratio porrigitur alicui dupliciter. Vno modo quaſi per ipſum implenda, alio modo ſicut per ipſum impetranda. Primo quidẽ modo ſoli Deo orationem porrigimus. Sed ſecundo modo orationem porrigimus ſanctis angelis & hominibus: non ut per eos Deus noſtras petitiones cognoſcat, ſed ut eorum precibus & meritis ora

tiones noſtræ ſortiantur effectum. Et ideo dicitur Apocal. 8. quòd aſcendit fumus de orationibus ſanctorum, de manu angelorum Deo. Nam à ſancta trinitate petimus, ut noſtri miſereatur: ab alijs autem ſanctis quibuſcunq; petimus, ut orent pro nobis. Secunda 2. quæſt. 83. artic. 4.

De reliquijs ſanctorũ non rectè docet. Innocentius: Requieſcunt & in ſacris templis ſanctorum reliquię, qui nobis ſuis precib. aſſequuntur, quod nos noſtris meritis non ualemus. Et ideo fratres diligenter attendite, quàm ſolicitos & deuotos ante ſacrorum reliquias coram angelis Domini uos oportet in templo Domini adorare. Serm. 1. in dedicat. templi.

DE SACRAMENTIS.

DE uoce inquit Alexander: Nomen ſacramenti aliquãdo largè accipitur, ut dicatur quodcunq; ſacramentum, quod eſt ſacræ rei ſignũ. Secundum hunc modũ non appropriatur iſtis ſacramẽtis, quæ ſignant ſacramenta nouæ legis. Alio modo dicitur ſacramẽtum, quod eſt inſtitutũ ad ſignificãdum, & exprimitur quod ad hoc inſtitutum eſt: & hoc modo dicitur circumciſio ſacramentum, & ſimiliter comeſtio agni paſchalis. Vnde dicitur Geneſ. 17. Vt ſit in ſignum fœderis inter me & te. Et Rom. 4. Abraham accepit ſignum circumciſionis, ſignaculum iuſticiæ. Alio modo dicitur, quod factum eſt uel acceptum ad ſignificandum gratiam aliquam remediantẽ, licet exprimatur ibidem. Et hoc modo mare rubrum diuiſum, acceptum eſt ad ſignificandũ, licet non ibi exprimatur. Aliquando uerò dicitur ſacramentum, quod ſanctificatum eſt factum ad ſignificandum, ſicut eſt de aqua expiationis. Et hoc modo ultimo mare rubrum non dicetur ſacramentum, ſed aqua expiationis. Ex 4. parte, quæſt. 6. membro 3. articulo 1.

Quid. Alexander: Sacramentũ eſt ſacrę rei ſignũ, quodãmodo tranſcendenti aſcribitur ſacramento, prout cõmunis eſt ad ſacramenta legis naturæ & legis ſcriptæ & Euãgelij, & non ſolùm ad ea quæ fuerunt inſtincta & inſtituta, ſed ad ea quæ cõtingebant eis in figurã ſiue pręfigurationem rei ſacræ, ut fuit diluuium & unctio lapidis & ſerpens æneus, & alia, quæ fiebant in actualem ſignificationem, ſicut fuit de colũba & linguis igneis. Ex 4. parte, quæſtione 1. memb. 1.

Bonauentura ait: Sacramẽta ſunt ſigna ſenſibilia diuinitùs inſtituta tanquã medicamenta, in quibus ſub tegumento rerum ſenſibilium, diuina uirtus ſecretius operatur, ita quòd ipſa ex ſimilitudine repræſentant, ex inſtitutione ſignificant, ex ſatisfactione conferunt aliquam ſpiritualem gratiam ſecundum intellectum infrà ponendum, per quam anima curatur ab infirmitatibus uitiorum: & hæc principaliter ordinantur tanquam ad finem ultimum, ualent tamen ab humiliationẽ, eruditionem & exerçitationẽ, ſicut ad finem qui eſt ſub fine, &c. In tractatu ſextæ partis Breuiloquij, cap. 1.

Sine uerbo Dei aſſeuerârunt, ſeptem eſſe ſacramenta. Innocentius: Profunda ergo & fœcũda, mirifica & magnifica ſunt ſeptenarij ſacramenta, quæ non ſolùm à Theologis, uerùm etiam à philoſophis commendantur. In prooemio in 7. Pſalm. pœnitential.

Ita & Bonauentura enumerat ſeptem ſacramenta, & dicit quòd ſeptem ſint ſecundum correſpondentiam ad gratiam ſeptiformem, quæ per ſeptenarium temporis nos reducit ad principium, quietem & circulum æternitatis, ſicut ad octauam reſurrectionis uniuerſalis. Horum ſacramentorum ianua eſt baptiſmus, deinde confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, unctio extrema, ordo & matrimoniũ, quod licet ultimò collocetur propter morbum concupiſcentiæ annexum, ipſum tamen ante omnia fuit introductum in paradiſo, etiam ante peccatum. Ibidem in 6. parte Breuiloquij, cap. 3.

Thomas ait: Sunt ſacramenta legis nouæ ſeptem: ſcilicet baptiſmus, confirmatio, Euchariſtia, pœnitentia, extrema unctio, ordo & matrimoninm. Quorum prima quinq; ordinantur ad perfectione unius hominis in ſeipſo. Sed alia duo ſunt ordo & matrimonium, quæ ordinantur ad perfectionem & multiplicationem totius Eccleſiæ. Vita enim ſpiritualis conformatur uitæ corporali. In uita corporali perficitur homo: 1, per generationẽ, qua naſcitur: 2, per augmentum, quo perducitur ad quantitatem & uirtutem perfectam: 3, per cibum, quo ſuſtentatur hominis uita & uirtus: 4, indiget ſanatione. Sic eſt in ſpirituali. Primò enim indiget homo regeneratione, quæ fit per baptiſmum, ſecundum illud Iohan. 3. Niſi quis renatus, &c. 2. Oportet quòd homo accipiat perfectam uirtutem quaſi quoddam ſpirituale augmentum, ſcilicet per ſacramentum confirmationis, ad ſimilitudinem Apoſtolorum, quos ſpiritus ſanctus in eos ueniens confirmauit. Vnde Dominus dixit eis Lucæ ultimo: Vos ſedete in ciuitate Hieruſalem. 3. Oportet quòd homo ſpiritualiter nutriatur per Euchariſtiæ ſacramentum, ſecundum

dum illud Iohannis 6. Niſi manducaueritis carnem, &c. 4. Oportet quòd homo ſanetur ſpiritualiter per pœnitentiæ ſacramentum, ſecundum illud Pſalm. Domine ſana animam meam, &c. 5. Spiritualiter ſimul & corporaliter per ſacramentum extremæ unctionis ſanatur, ſecundum illud Iacobi ultimo: Infirmatur aliquis in uobis, &c. Quantum autem ad communem Eccleſiæ utilitatem, ordinantur duo ſacramenta, ſcilicet ordo & matrimonium, per quæ Eccleſia multiplicatur corporaliter. In tractatu de articulis fidei, cap.14. Item: Per ſeptem ſacramenta conſequimur remiſsionē peccatorum. In expoſitione ſymboli Apoſt. cap.13.

Albertus affirmat ſeptē eſſe ſacramenta, & dicit eſſe ſeptem remiſsiua, uel ſeptem dona Spiritus ſancti, capite 3. ſuper Lucam. Et: Septem ſacramenta aſſerit, nec eſſe plura. Aqua enim benedicta & benedictio & huiuſmodi non iuſtificant ex opere operato, ſed potius ex opere operante: item non habent ſpecialem formam uerborū in qua fiant: item non ſunt ad hoc inſtituta. Et hæc tria exiguntur in omni ſacramento, ut ex opere operato iuſtificet, & ex inſtitutione ſignificet, & ex ſanctificatione uerbi cōferat inuiſibilem gratiam. ſuper 4. ſent. diſtinct.1.

Vnde. Bonauentura: Ortus ſacramentorū eſt Ieſus Chriſtus Dominus noſter: uſus autē eorum eſt, actus exercitatiuus, eruditiuus & humiliatiuus: fructus autem eſt, hominū cura & ſalus. Patet etiam quæ ſit cauſſa efficiens ſacramentorum, quia diuina inſtitutio: quæ materialis, quia ſigni ſenſibilis repræſentatio: quæ formalis, quia gratuita ſanctificatio: quæ finalis, quia hominum medicinalis curatio. Et quia denominatio fit à forma & fine, hinc eſt quòd dicuntur ſacramenta, quaſi medicamenta ſanctificata: per hæc enim anima à fœditate uitiorum reducitur ad ſanctificationem perfectam. & ideo licet ſint corporalia & ſenſibilia, ſunt tamen medicinalia, & ad hoc ueneranda tanquā ſancta, quia ſacra ſignificant myſteria, & ad ſacra præparant cariſmata, & à ſacratiſsimo Deo data, ſacra inſtitutione & benedictione diuinitùs conſecrata, ad cultum ſacratiſsimū Dei in ſacra Eccleſia cōſtituta, ita ut merito dici debeant ſacramenta. In tractatu 6. partis Breuiloquij, cap.1. Itē: Inſtitutio ſacramentorum Deum decuit, & nobis expediens fuit. Decuit quidem diuinam miſericordiam nobis prouidere remedia, non ſolùm quæ faciunt ad remiſſionem culpæ, ſed etiam pœnæ: decuit diuinam iuſticiam, quæ à nobis exigit aliquā humiliationē, quam exhibemus per ſignorū ſenſibilium obſeruationē: decuit diuinam ſapientiam, quæ in ſenſibilibus decreuit remedia inuenire, ex quibus contigit naturā hominis interire. Nobis expediens fuit: quoniam enim eramus cæci, quo ad rationalem, ideo data ſunt ſacramenta ſenſibilia ad eruditionē: quoniam eramus elati, quo ad iraſcibilem, ideo data ſunt ſacramenta corporalia ad humiliationem: quoniam eramus proni ad malum, quoad concupiſcibilem, ideo data ſunt ſacramenta plura ad exercitationē, &c. In 3. cap. Centiloquij.

Thomas: In ſacramēto operatur Deus inuiſibiliter, homo autem exterius uiſibiliter, & ipſum ſacramentum uiſibiliter ſuſcipitur. ſuper Apocal. cap.7.

Albertus: Ex Chriſto ſacramenta Eccleſiæ fluxerūt. cap.13. ſuper Lucā. Et: Sacramenta non ſunt miniſtrorū, ſed ſunt Chriſti: & impius eſt miniſter, qui bona Chriſti ſubtrahit filijs Dei. ſuper Luc. cap.9. Et: Chriſtus ſacramenta paſsionis & reſurrectionis ipſe perfecit: quæ ſicut cauſſæ efficientes operātur & faciunt in ſacramētis Eccleſiæ, & dant eis uirtutem, qua nos regenerant. In Matth. cap.4. Item: Per baptiſmum cœlum aperitur. In Iohan. cap.3. Et: Spiritus ſanctus in baptiſmo operatur, & baptizati in nouas formas filiorum Dei regenerātur. In Iohan. cap.3. Itē: Ieſus author ſalutis, fontē baptiſmalis aquæ, iam ex ſuo baptiſmo uirtutem regeneratiuam habentis, deriuare uolens. Ibid. Et: Chriſtus aquas baptiſmi ſanctificauit, & uim regeneratiuam contulit ijs. In Ioh. cap.21.

Duo ſacramēta à Chriſto inſtituta. Alexāder: Sed duo inſtituit per ſe ipſum: ſcilicet, ſacramentū baptiſmi, quod eſt maximę neceſsitatis & efficacię: & ſacramentū Euchariſtiæ, quod ſimiliter propter quotidianā infirmitatē eſt maximè neceſſariū, tanquā reparatiuū quotidianæ infirmitatis. Sacramentū uerò cōfirmationis & extremæ unctionis dedit per Apoſtolos, niſi fortè intelligatur, quòd impoſitione manus facta paruulis intelligatur confirmatio. Parte 4. quæſt.8. memb.2. artic.1.

Innocētius: De latere Chriſti duo præcipua Eccleſiæ ſacramēta fluxerūt: uidelicet, redēptionis in ſanguine, & in aqua ſacramētū regenerationis. li.4. myſt. miſſæ.

Thomas ait: Color uiridis in iride, qui eſt aquaticus, ſignat baptiſmū, per colorē rubrum ſignat ſanguinē Dominicum: per quæ duo tranſit ad nos protectio diuinæ propitiationis, uel per rubrū colorē dona Spiritus ſancti in baptiſmo, ſuſceptaque igne ſpirituali rubere faciūt animā. Super

Apoc.cap.2. Et: Ex latere Chriſti fluxit aqua ad abluendũ, ſanguis autem ad remedium: & ideo ſanguis competit ſacramento Euchariſtiæ, aqua autē ſacramento baptiſmi, qui tamen habet uim ablutiuã ex uirtute ſanguinis Chriſti. tertia ſummæ, quæſt.66.artic.3.

Materia. Thomas: In formis ſacramentorum non minus facit uerbũ à peccatore quàm à iuſto prolatum: quia nõ operatur ibi meritũ hominis, ſed paſsio Chriſti, & ueritas Dei. De forma abſolutionis cap.3.

De proprietatibus ſacramētorũ inquit Innocentius: Si ſacramēta non haberēt ſimilitudinē rerũ quarũ ſunt ſacramēta, nõ dicerētur propriè ſacramenta: ſicut ſacramētum baptiſmi, quod eſt ablutio carnis exterior, ſimilitudinem habet ſignificati, quod eſt ablutio mentis interior. libro 4. myſt. Miſſæ, cap.30.

De fine inquit Alexāder: Sanctificatio quæ eſt in aqua baptiſmi & in alijs ſacramētis, ordinatur ad ſanctificationē animę rationalis: quia motus ſanctificationis nõ terminatur niſi in ſubſtātia, ſacramentum aũt eſt uelut adminiculũ ſeu uia ad hoc, ut anima ſanctificationē recipiat. quia ergo miſsio reſpicit terminũ uiæ, & nõ uiā: in illa ſanctificatione quæ ſanctificatur aqua, potius dicitur mitti ad rationalē creaturā, ad quā ulterius ordinatur illa ſanctificatio, quàm ad ipſam aquā: cũ ſanctificatio quę eſt in aqua, ſit ſicut uia: illa uerò ſanctificatio quæ eſt in rationali creatura, ſicut terminus. Ex 1. parte quæſt.73.memb.3.art.1. Itē: Sacramentorũ una utilitas eſt eruditio, ut per illud quod foris in ſacramento eſt, ad inuiſibilē uirtutē, quæ intus in re ſacramēti conſtat cognoſcēda, mens humana erudiatur: ſcilicet homini cognitio inuiſibilium per uiſibilia etiā in illo ſtatu uidebatur neceſſaria. Adhuc enim homo animalis erat, & per ſenſibilia ad intelligibilia aſcēdebat. Ex 4. parte qu.1.mēb.2.art.1. Itē: Sacramēta ordinata ſunt ad intellectũ gratię, & ad remediũ quod ꝑ gratiā datur. Ibid. Itē: Multa ſunt, à quibus ſacramenta dicũtur habere uirtutē. Vnũ eſt, ipſa inſtitutio Saluatoris, qui inſtituit illa ad ſanctificandũ. Aliud eſt, forma uerborũ Chriſti & Eccleſiæ. Tertiũ eſt, ipſa debita actio miniſtrorũ. Quartum eſt, ipſa paſsio Chriſti cũ reſurrectiõne. Quintũ eſt, ipſa fides Eccleſię de creatore & ſaluatore. Inſtitutio aũt eſt tanquā cauſſa prima: miniſter eſt tanquā cauſſa ſecũda, accipiēs uirtutē à prima: uerba ſunt per modũ inſtrumenti debita actio, tanquā diſpoſitio ex parte miniſtrorũ: paſsio cum reſurrectione, ſicut quæ dat uirtutē ad gratiā iuſtificantē à pœna quantũ eſt in ſe, & eſt diſpoſitio ex parte ſaluatoris ad plenè ſaluandum: fides aũt eſt ex parte ſuſcipiētis tanquam diſpoſitio, uel ipſius Eccleſiæ. Ex 4. parte quęſt.8.memb.3.art.5. Item: Sacramēta ſunt adminicula ſiue adiumēta uirtutũ: quia enim homo infirmus eſt, & nõ poteſt expeditè exequi opera uirtutũ per ſe, prouidit ſapientia ſumma humanæ infirmitati beneficia ſacramentorũ, ut illorum ſubſidio melius haberet ſe in exercitio uirtutis. Ibid. quæſt.8.memb.7.artic.2.

Innocētius ait: In baptiſato labes mundatur, ſed fomes relinquitur: quia tranſit reatus, & remanet actus. & ideo remiſſum eſt poſt baptiſmũ, quod ante baptiſmum erat intēſum. Pſal.2.pœn. Itē: A' labe purgatur anima paruuli ex aqua & ſpiritu per baptiſmũ: adulti uerò nõ ſolũ per baptiſmũ regenerationis in aquis, uerũ etiā per baptiſmũ compunctionis in lacrymis, ſiue paſsiõis in ſanguine, ut gratia baptiſmi manēte, non ſit ultrà uiſionis indigna, ſed potius digna uiſione diuina. Pſalm.4. pœn. Itē: Tria pertinēt ad effectũ baptiſmi: Remiſsio culpę, relaxatio pœnæ, & infuſio gratiæ. Ibid. Itē: Sacramentũ baptiſmi ſi dignè ſumatur, liberat omnino à culpa pariter & à pœna: unde ſacramentũ regenerationis à Domino appellatur, quia per hoc homo regeneratur in gratia, liberatur à culpa pariter & pœna: qa natus fuerat in ira, culpæ ſimul ſubiectus & pœnæ. Ibid. Itē: Sacramentũ baptiſmi, quod ad inuocationē indiuiduæ Trinitatis, uidelicet patris & filij & Spiritus ſancti, & cõſeruatur in aqua tam paruulis quā adultis in forma Eccleſię à quocũq; ritè collatũ. Et ſi poſt ſuſceptionē baptiſmi quiſquā prolapſus fuerit in peccatũ, ꝑ uerā pœnitentiā ſemꝑ poteſt reparari. Itē: Originale remittitur in baptiſmo etiā nõ cõſentiēti, ut paruulis: ſecus de actuali, &c. Cõcil. Lateran.

Bonauētura ait: Sacramēta ab initio ad curationē hominis ſunt inſtituta, & ſemꝑ cũ morbo hominis cucurrerũt, & uſq; in finē ſeculi ꝑdurabunt: ſed alia fuerũt in lege naturę, alia ſub lege ſcripta, alia ſub gratia: & in his omnib. illa q̃ poſteriora ſunt, euidētiora & effectu gratię digniora. In lege enim naturę fuerũt oblatiões, ſacrificia & decimationes. In lege aũt ſcripta introducta eſt expiatio, & ſuperaddita eſt decimationũ, oblationũ & ſacrificiorũ multiformis diſtinctio. In lege aũt noua ſtatuta ſunt ſacramēta numero pauciora, utilitate potiora, uirtute efficaciora, pœnitētia digniora: in quib. eſt impletio ſimul, & euacuatio ſacramentorum omnium prædictorum. in 6. parte Breuiloquij, cap.2.

Thomas

Thomas ait: Quia mors Chriſti eſt quaſi uniuerſalis cauſſa humanæ ſalutis: uniuerſalem autem cauſſam oportet applicari ad unumquemq; effectum: neceſſarium fuit exhiberi hominibus quędã remedia, per quę eis beneficiũ mortis Chriſti quodammodo cõiungeretur. Huiuſmodi autem eſſe dicuntur Eccleſiæ ſacramẽta. Huiuſmodi autem remedia oportet cum aliquibus uiſibilibus ſignis tradi: primò quidem, quia ſicut cæteris rebus, ita etiam homini Deus prouidet ſecundum eius conditionem. Eſt aũt talis hominis conditio, quòd ad ſpiritualia & intelligibilia capienda, naturaliter per ſenſibilia deducitur. Oportuit ergo ſpiritualia remedia hominib. ſub ſignis ſenſibilibus tradi. In ſumma cõtra gentiles lib.4.cap.56. Item: Cũ uiſibilia Sacramenta ex paſsione Chriſti efficaciã habeant, & ipſam quodãmodo repræſentent, talia ea eſſe oportet, ut congruant ſaluti factæ per Chriſtũ. Hæc autẽ ſalus ante Chriſti incarnationẽ & mortẽ erat quidẽ promiſſa, ſed nõ exhibita. Sed uerbum incarnatũ eſt ſalutem huiuſmodi operatũ. Sacramenta igitur quæ incarnationẽ Chriſti præceſſerunt, talia eſſe oportuit, ut ſignificarent & quodammodo repromitterent ſalutem: Sacramẽta autem quæ Chriſti paſsionẽ conſequuntur, talia eſſe, ut ſalutem hominibus exhibeant, & non ſolùm ſignando demonſtrent. Ibid. cap.57. Et: Sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurãt. Figurant autem & ſignificãt & ex materia, & ex forma uerborum, ut in ſacramento baptiſmi apparet. Nam ablutio corporalis, quæ fit per aquã, ſignificat interiorem ablutionẽ, & ſacramẽtaliter efficit eam. Similiter uerba quę dicuntur, Ego baptizo te, idem ſignificãt. Et idem apparet in ſacramento confirmationis, in quo forma eſt: Cõſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis. Quibus uerbis manifeſtè effectus ſacramenti (ſed contra uerbum Dei) figuratur. In ſacramẽto etiam Euchariſtiæ ſacerdos ex perſona Chriſti loquens, dicit, &c. Hoc eſt corpus, &c. Hic eſt calix, &c. hoc ſignificãs quod efficitur. Similiter etiã in ſacramento matrimonij requirũtur uerba exprimẽtia conſenſum de præſenti, & copulam cõiugalem. In ſacramento uerò ordinis, quia fit traductio poteſtatis, eſt forma imperatiui modi, cum pontifex dicit: Accipe poteſtatem faciendi hoc uel illud. In ſolo autẽ ſacramẽto unctionis forma uerborum eſt ſub modo deprecatiuæ orationis, ſicut cum dicitur: Per iſtam unctionẽ, & ſuam ſanctam & pijſsimam miſericordiam indulgeat tibi Deus, quicquid deliquiſti per uiſum, &c. Seruatur autẽ hoc in ſacramento propter authoritatem ſcripturæ. Dicitur enim Iacob 5. ubi de hoc Sacramento loquitur: Oratio fidei ſaluabit, &c. Non autem ſimilis ratio eſt utendi deprecatiua oratione in Sacramento pœnitentiæ, ſicut in Sacramento unctionis: quia nihil hîc corporale expectatur futurum, quod nõ ſtatim fiat, ut in extrema unctione. quinimò certiſsimũ eſt, in hoc Sacramento per claues Eccleſiæ remiſsionem peccatorum conferri, niſi ſit impedimentum ex parte cõfitentis. Non ergo ſub incerto modo deprecatiuæ orationis ſignificanda eſt in hoc ſacramẽto remiſsio peccatorum, ſed ſub certitudine per indicatiuam orationem. Non ergo eſt forma in ſacramento pœnitentiæ, Abſolutionem & remiſsionẽ tribuat tibi omnipotẽs Deus: ſed, Ego te abſoluo. De forma abſolutionis capite 1. Item: Quia gratiam ex nobis conſequi non poſſumus, ſed per Chriſtum ſolum, ideo ſacramenta per quæ gratiam cõſequimur, ipſe Dominus inſtituit per ſeipſum, ſcilicet Baptiſmum, Euchariſtiam, ordinem miniſtrorum nouæ legis inſtituendo Apoſtolos & 72. diſcipulos, & pœnitentiam, & matrimonium indiuiſibile: cõfirmationem etiam promiſit per ſpiritus ſancti miſsionẽ. Et ex eius etiam inſtitutione Apoſtoli leguntur oleo infirmos ungendo ſanaſſe, ut habetur Matth. 6. quæ ſunt nouæ legis ſacramenta. Prima ſecundæ, quæſtione 108. articulo 2. Et: In ſacramentalibus homo non operatur, niſi ſicut inſtrumẽtum Dei: unde effectus ſacramentales non excluduntur propter culpam quamcunque conferentis ſacramentum. Secunda ſecundæ, quæſtione 39. artic. 3. Et: Sacramentis, baptiſmo, confirmationi, & quibuſdam alijs Deus potẽtiam ſuam præalligauit. De dilectione Dei & proximi cap.48. Et: Sacramenta ad quoſdam ſpirituales effectus neceſſarios in uita Chriſtiana ordinantur. Sicut baptiſmus ordinatur ad quandam ſpiritualem regenerationem, qua homo moritur uitijs, & fit membrum Chriſti. Tertia ſummę, quæſt.62. artic.2. Itẽ: Omnia ſacramenta Eccleſiæ uirtutem habent, & effectum per fidem paſsionis Chriſti, ex fide & per fidem proſunt ſolùm fidelibus ad ſalutem. De ſacramento Euchariſtiæ, capite 1.

Albertus ait: Effectum habẽt ſacramenta miniſtrata per Chriſtum, ſi in forma Eccleſiæ miniſtrentur. Super Luc. cap.9. Et: Sacramenta Chriſti cauſſa ſunt ſalutis electorum, & cauſſa per contemptum ſunt reprobationis damnandorum, & tempo-

raliter in captura ciuitatis, & æternaliter in iudicio extremi examinis. ſuper Lucã cap. 17. Et: Per ſacramenta gratiam redemptionis accipimus. In Matth. capite 7. Item: Sacramentum eſt ſignum, quod prę ter ſpem quam ingerit ſenſibus, aliud facit in noticiam uenire. Et uſus eius eſt totus in ſignificãdo doctrinam ſpiritualem. In Matth. cap. 26. Et: Per ſacramenta dimittuntur peccata. In Iohan. cap. 20.

Ægidius: Per ſacramẽta recipimus gratiã. Ponit ſex in operibus reſtaurationis, quæ reſpiciunt ſacramenta & gratiam, ſicut ponebamus ſex in operibus conditionis reſpicientibus naturam. Dicemus ergo, quòd ſecundum opera reſtaurationis primò fuit ſacramẽtorum incoatio: 2, ſacramentorũ diſtinctio: 3, ſacramentorum perfectio: 4, ſecundum ſacramenta propagatio: 5, propagationis huius continuatio: & ultimò, ab huiuſmodi ſacramentis & propagatione ceſſatio. Sacramẽtorum itaq; incoatio fuit ſub lege naturæ: diſtinctio in populo Iudaico incepit ſub lege ſcripta: ſacramẽtorum autem perfectio & cõſummatio fuit in paſsione Chriſti: ſecũdum ſacramenta perfecta propagatio fuit poſt paſsionẽ Chriſti, & erit uſq; in finem mundi: ab huiuſmodi ſacramẽtis & propagatione ceſſatio erit in fine mũdi, quando iam dicet ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis, & opera illorum ſequãtur illos. lib. 2. cap. 41. Item: Sacramenta prę cedentia non fuerunt tantæ potentię, nec tantæ uirtutis, quòd poſſent aperire cœleſtem ianuam: ſed ex latere Chriſti fluxerunt ſacramẽta perfecta. quia uirtute paſsionis Chriſti ſacramenta Eccleſiæ, ut Baptiſmus & alia ſacramẽta, ſunt tantæ uirtutis, quòd ſi homo decedat ſine alio impedimento, ſtatim euolat & uidet Deum per eſſentiam. Et idem dictum eſt, quòd ſicut ex latere Adæ dormientis facta eſt Eua, ſic ex latere Chriſti dormiẽtis in cruce formata eſt Eccleſia: quia inde ſacramenta Eccleſiaſtica ſumpſerunt ſuam formationem, perfectionem & uirtutem. Libro 2. cap. 41. Et: Per ſacramenta fit perfecta merito paſsionis Chriſti ſpiritualis propagatio, &c. Ibidem.

De doctrina ſacramentorum ueteris & noui Teſtamenti inquit Alexander: Licet in liquidis aqua, uinum & oleum ſint conuenientia in ſacramento nouæ legis, non tamen ſanguis. In ueteri enim Teſtamento ſanguis erat in ſignum: in nouo autem Teſtamento eſt ipſa res, ſcilicet ſanguis Chriſti, in paſsione quæ dedit uirtutem ſacramentis nouæ legis. quæſt. 8. memb. 3. articulo 1.

De nouis Sacramentis. Thomas: Quædam ſacramenta nouę legis habuerunt in ueteri Teſtamẽto figuralia ſibi correſpondentia. Nam circumciſioni reſpondet baptiſmus, qui eſt fidei ſacramentum. Vnde dicitur Coloſſ. 2. Circũciſi eſtis in circumciſione, &c. Conuiuio uerò agni paſchalis, reſpondet in noua lege ſacramentum Euchariſtię. Omnibus autem purificationibus ueteris legis reſpondet in noua lege ſacramentũ pœnitentiæ. Conſecrationi autem pontificis & ſacerdotum, reſpondet ſacramentum ordinis. Sacramento autem ordinis, quod eſt ſacramẽtum plenitudinis gratiæ, non poteſt reſpondere in ueteri lege aliquod ſacramentũ: quia nõdum aduenerat tempus plenitudinis, eò quòd neminem ad perfectum adduxerat lex. Similiter autem & ſacramento extremæ unctionis, quod eſt quædã immediata præparatio ad introitum gloriæ, cuius aditus nondũ patebat in ueteri lege, prout erat in officium naturæ, non autẽ prout eſt ſacramentum coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, quæ nõdum erat facta. Prima ſecundæ, quæſt. 102. artic. 5.

Signa ſacramentalia. Thomas: Signa ſacramentalia ſunt duplicia. Alia non continent quod ſignificant, ut ſacramenta legalia: ſicut ſerpens æneus erectus in eremo, ſignificabat quidem ſaluatorem, ſed non continebat eum. Num. 21. Fecit Moſes ſerpentem. Alia ſunt ſigna ſacramentalia, quę etiam ſecundum impoſitionem ſignificant, ut ſacramenta Euangelica: ut Baptiſmus & Euchariſtia. Baptiſmus ſignificat animæ purificationem, & continet eam: quia efficit quod figurat, ſcilicet remiſsionem peccatorum. Act. 2. ait Petrus: Baptizetur unuſquiſque, &c. Similiter ſacramentum altaris ſignificat corpus Chriſti, & uerè continet illud: quia poſt conſecrationem panis ſub ſpecie eius, & ſub illo ſigno panis, quod Deus poſuit ad ſignificandũ corpus Chriſti, totus eſt Chriſtus. De ſacramento altaris cap. 9.

De ueteribus ſacramentis etiam non rectè ſentiunt pleriq;. ut Innocentius inquit: Hæc eſt differentia inter legalia & inter Euangelica ſacramenta, quòd illa ſignificabãt tantùm, & non iuſtificabant: hæc autem ſignificant & iuſtificant. Verùm quandoque largè, quandoque ſtrictè ſacramentum accipitur, &c. Sacramentum & actiuè & paſsiuè dicitur, quaſi ſacrum ſignum uel ſacrum ſignatum. Nam nomine Sacramenti quandoque ſignum rei, quandoque res ſigni uariè nuncupatur. Secundum quod ſacramentum accipitur pro re ſigni, Sacramentum dicitur

à ſacro

à ſacro & ſecreto, quaſi ſacrum ſecretum. lib.4.cap.39.

Thomas ait: Fuerũt in uete lege quædam ſacramenta, id eſt, ſacræ rei ſigna: ſicut agnus paſchalis, & alia ſacramenta legalia. Quæ quidem ſolùm ſignificabant Chriſti gratiam, non tamen eam cauſſabant. Vnde Apoſtolus Galat.4. uocat ea egena & infirma eleméta. Egena quidem, quia gratiam non continebant: infirma, quia gratiam conferre non poterant. Sacramenta uerò nouæ legis continent & conferunt gratiã. In eis enim uirtus Chriſti ſub tegmento rerum uiſibilium ſecretius operatur ſalutem, ut dicit Auguſtinus. Et imò Sacramentum nouæ legis eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma, ut eius ſimilitudinem gerat, & cauſſa exiſtat. In tractatu de articulis fidei cap.14. de Eccleſiæ Sacramentis.

De ſacrificijs inquit Thomas: In cruce Chriſti oblatum eſt ſacrificium dignitatis, quod eſt ipſe Chriſtus. Super Apocalyp.cap.8.

DE BAPTISMO.

De regeneratione ait Albertus: Regeneratio non operatur niſi in uocatis & illuminatis, & uirtutem efficiendi trahit à paſsione & reſurrectione. In Matth.cap.1. Item: Ieſus generatos in generatione corrupta, ſua generatione ſaluat. Ibid.

Quid. Alexander: Baptiſmus eſt ianua ſacramentorum, quo inſtructi in fide filij iræ, filij Dei efficiebantur. parte 4. quæſt. 9. membro 1.

Thomas ait: Baptiſmus eſt ſacramentũ neceſsitatis, & ideo debet haberi præ oculis, ut & paruulis detur & adultis, non regeneratis. Super Apocal.cap.4.

Albertus: Baptiſmus eſt ſignum fidei, quod eſt ſignaculum, quo Chriſto conſignamur. ſuper Luc.cap.2.

Duplex baptiſmus. Innocentius: Duplex nobis baptiſmus in Euangelio commendatur, in aqua uidelicet & igne: ſed in aqua materiali, & in igne ſpirituali, né uel aqua ignem extinguat, uel ignis aquam conſumat. De utroque baptiſmo Iohannes dicebat: Ego baptizo uos aqua. Vterque ſanctificatur in uerbo, uterque ſanctificatur in ſpiritu. Nomen, id eſt, inuocatio Trinitatis, ſanctificat aquam, ut tingens corpus ſanctificet cor. Sermone 2. in feſto Pentecoſt. Item: Triplex legitur eſſe baptiſmus: Ablutionis, compunctionis & paſsionis. Ablutionis in aqua, compunctionis in lachrymis, paſsionis in ſanguine. Sermone in feſto Purificat. Mariæ.

Vnde. Albertus: Deſcendit enim ſpiritus per effectum in ſanctificationem aquæ, quibus contulit uim regeneratiuam: quia ubiq; præſens eſt per eſſentiam, potentiam & præſentiam. In Iohan. cap.1.

Quis. Gulielmus: Omnis homo, ſiue maſculus, ſiue fœmina, poteſt baptiſmum miniſtrare in neceſsitate: ut nullus etiam propter defectum miniſtri poſsit excuſari. cap.5. Item: Si clerici non fuerint, poſſunt à laicis, & prius à uiris. & ſi uiri ſint abſentes, mulieres poſſunt pueros in tali neceſsitate baptizare. Ibid. Item: In tanta neceſsitate, ubi per alium quàm per patrem uel matrem, puero non poteſt ſubueniri, licitum eſt parẽtibus ſuos proprios filios baptizare. Ibid.

Bonauentura: Diſpenſatio ſacramentorum eſt hominis opus: ut rationalis, ut miniſtri Chriſti, ut miniſtri ſalutis. In 6. parte Breuiloq. cap.8.

De baptiſmo neceſsitatis. Tempore Thomæ etiam laicos, & mulieres neceſsitate imminente baptizaſſe, apparet ex tertia ſummæ, quæſt. 67. artic. 3. Et: In caſu neceſsitatis quilibet poteſt baptizare: & quia nullo modo eſt peccandum, pro eodem eſt habendum, ſi ſacerdos abſque precio baptizare non uellet, ac ſi non eſſet qui baptizaret. Vnde ille qui gerit curam pueri, in tali caſu licitè poteſt eum baptizare, uel à quocunque alio facere baptizari. Poſſet tamen licitè aquam à ſacerdote emere, quæ eſt purè elementum corporale. Si autem eſſet adultus qui baptiſmum deſideraret, & immineret mortis periculum, nec ſacerdos eum uellet ſine precio baptizare, deberet, ſi poſſet, per alium baptizari: quòd ſi non poſſet ad alium habere recurſum, nullo modo deberet precium pro baptiſmo dare, ſed potius abſque baptiſmo recedere. Suppleretur enim ei ex baptiſmo flaminis, quod ei ex ſacramento deeſſet. Secunda 2. quæſtione 100. artic. 2.

Diſpenſatio in neceſsitate. Bonauentura affirmat, baptiſmum dari & diſpenſari poſſe præter ordinem ſacerdotalem, de facto, maximè in articulo neceſsitatis. In tractatu ſextæ partis Breuiloquij, capite 5.

Miniſter. Thomas: Miniſter ſacramenti baptiſmi proprius eſt ſacerdos, cui ex officio competit baptizari. In articulo tamen neceſsitatis non ſolùm diaconus, ſed etiam laicus & mulier, immò paganus atque hæreticus poteſt baptizare, dummodo ſeruet formam Eccleſiæ, & intendat facere quod Eccleſia facit. Si uerò extra articulum neceſsitatis aliquis à talibus baptizetur, recipit qui-

dem Sacramentum, & non debet iterum baptizari: non tamen recipit gratiam Sacramenti (ſed hæc ſine uerbo Dei dicuntur) quia ficti deputantur, utpote contra ſtatum Eccleſiæ ſacramẽtum recipientes. In tractatu de articulis fidei cap. 14. Item: Non nocet homini malus miniſter, nec in hoc (ſacramento baptiſmi) nec in alijs Sacramẽtis: quia Chriſtus eſt bonus, qui merito ſuæ paſsionis perficit Sacramentum. Ibid. Et: Miniſter ſacramenti Euchariſtiç eſt ſacerdos, neq; aliquis alius poteſt corpus Chriſti conficere. Ibid. Item: Licet ſoli ſacerdotes ex officio baptizent, ex neceſsitate tamẽ cuilibet licet baptizare: ſeruata tamen forma baptiſmi, quæ eſt, Ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. In Expoſit. Symbol. Apoſtolici, cap. 13. Et: Baptiſmum à ſchiſmaticis recipere non licet, niſi in articulo neceſsitatis: quia melius eſt cum ſigno Chriſti exire, à quocũq; detur, etiamſi ſit Iudæus, uel Paganus, quàm ſine hoc ſigno, quod per baptiſmum confertur. Secunda 2. quæſt. 39. artic. 4.

Qui baptizandi. Thomas: Auguſtinus in epiſtola ad Dardanum: Nemo renaſcitur, niſi primò naſcatur. Sed baptiſmus eſt ſpiritualis quædam regeneratio. Non ergo debet aliquis baptizari, priuſquam ex utero naſcatur. Tertia ſummæ, quæſt. 68. artic. 11. Et Thomas negat, infantes Iudæorum aut aliorũ infidelium inuitis parentibus baptizãdos, & rationes aſsignat, Secunda 2. quæſt. 10. artic. 12. Item: Puer poteſt etiam inuitis parentibus conſentire fidei & baptizari, nõ autem antequam habeat uſum rationis. Vnde de pueris antiquorum patrũ dicitur, quòd ſaluati ſunt in fide parentum: per quod datur intelligi, quòd ad parẽtes attinet prouidere pueris de ſua ſalute, præcipuè antequam habeant uſum rationis. Secunda 2. quæſt. 10. articulo 12.

De materia inquit Gulielmus: Res dicuntur elementum: uerba uerò inuocatio Trinitatis. Elementum enim eſt materia: & uerba illa ſunt forma Sacramenti. De baptiſmo & eius partibus cap. 2. Item: Ex ſola aqua naturali fit baptiſmus. Vnde ex aqua roſea, uel quacunq; artificialiter facta, non fit baptiſmus: nec ex urina, cum talis aqua ſit potius humor, quàm aqua naturalis. Ex balneo tamen, lixiuio, uel aqua decoctionis carnium depurata, & huiuſmodi, bene poteſt fieri baptiſmus: quia in eis natura aquę non mutatur. Similiter ex pluuia, & rore collecto fit baptiſmus: quia licet generentur ex uaporibus & humoribus terræ, tamẽ per uirtutem naturæ, quæ fortior eſt arte, reſoluitur in uerã aquam, quod ars non poteſt facere. Et ſic omnis aqua uniuerſaliter naturalis, eſt propria materia ſacramenti baptiſmi. Ibid.

Thomas ait: Ex inſtitutione diuina, aqua eſt propria materia baptiſmi. Tertia ſummæ, quæſt. 66. artic. 3. Et: Aqua baptiſmatis repræſentat interiorem mundationem, quæ fit à peccatis per uirtutem baptiſmi. In tract. de articulis fidei, cap. 14. Et: Materia baptiſmi eſt aqua uera & naturalis, nec differt utrum ſit frigida uel calefacta. In aquis autem artificialibus, ſicut eſt roſeacea, & alijs huiuſmodi, non poteſt baptizari. Ibid.

Quæ ad Baptiſmum pertinent. Alexander: In Baptiſmo tria ſunt: ipſum elementum, uerbum ſanctificans, & ipſa tinctio. Dicendum igitur, quòd in elemento eſt uirtus regeneratiua potentia ex contactu carnis Chriſti, quæ potentia reducitur in actum per uerbum ipſum: ſicut color eſt uiſibilis potentia, & luce efficitur actu uiſibilis. ſcilicet in tinctione uirtus regeneratiua effectum habet in homine. Vnde illud quod immediatè operatur principalem effectũ baptiſmi, eſt ipſa tinctio. Concedendę igitur ſunt rationes ultimæ, quibus oſtenditur, quòd proprius dicitur tinctio baptiſmus, quàm aqua. Quęſt. 11. part. 4. memb. 3. artic. 2.

Quæ in baptiſmo. Albertus: Sunt autem in baptiſmo tria. 1. Vſus, quo ad materiam & actum, & quo ad noticiam interius operantis in baptiſmo. 2. Autem eſt uirtus regeneratiua, collata aquis: & quo ad hoc, inducitur baptiſmus Chriſti quo baptizatus eſt. 3. Autem eſt effectus baptiſmi ſuper diabolo, qui baptiſatos ex fonte impugnat, ſed uincitur propter fomitis debilitatem. Ibidem circa baptiſmum Iohannis tria dicuntur. 1. Officium baptizantis. 2. Diſpoſitio baptizandorum. 3. Declaratio interius baptizantis. In Matth. cap. 3.

Pueros baptizandos, docet Gulielmus: Pueris uerò propter periculum mortis eſt ſtatim dandus: nec eſt differendus, quia non poteſt eis aliter ſubueniri. De tempore baptizandi cap. 3.

De baptiſmo plurium ait Thomas: Plures non poſſunt ſimul baptizare, &c. Poſſunt autẽ, ſi neceſsitas exigit, plures ſimul baptizari: quia nullus eorum recipit niſi unum baptiſmum. Sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo uos: nec eſt mutatio formæ, quia Vos nihil aliud eſt quàm Te & te, &c. Tertia ſummæ, quæſt. 66. artic. 5.

De phreneticis ait Thomas: Sacramentum baptiſmi non eſt exhibendum ægroto, dum non eſt ſuæ mentis compos, etiãſi prius

prius habuit uotum baptiſmi, niſi quando timetur periculum mortis. In ſumma de ueritate, materia 28. quæſt. 3.

De Iudæorũ liberis ait Thomas: Hoc Ecclesiæ uſus nũquam habuit, quòd Iudæorum filij inuitis parentibus baptizarẽtur. Quáuis fuerint retroactis tẽporibus multi catholici principes potentiſsimi, ut Conſtantinus, Theodoſius, & alij plures, quibus familiares fuerunt ſanctiſsimi epiſcopi, ut Sylueſter Conſtantino, & Ambroſius Theodoſio, qui nullo modo hoc prætermiſiſſent ab eis impetrare, ſi hoc eſſet conſonũ rationi. Et ideo periculoſum uidetur hãc aſſertionẽ de nouo inducere, ut pręter cõſuetudinẽ in Eccleſia hactenus obſeruatã, Iudęorũ filij inuitis parẽtibus baptizarentur. In Quodlibetis, quodlibet. 2. art. 7.

De forma inquit Alexander: Eſt etiam cauſſa formalis, ſcilicet tinctio ſiue ablutio, & hoc attendi poteſt dupliciter. Vel reſpectu ſubiecti, cum dicitur ablutio: uel reſpectu materiæ, cũ dicitur tinctio in aqua: Vnũ eſt reſpectu eius quod abluitur, aliud reſpectu eius quo abluitur. In alijs autem illæ duæ rationes conueniunt: niſi in hoc quòd uerbũ, quo fit ſanctificatio, ſub duplici forma notificatur. part. 4. qu. 11. mẽbr. 1. Item: In nomine patris, &c. idẽ eſt quod, In noticia patris, &c. Noticiam autem Dei non habemus niſi per fidẽ: illud igitur nomen eſt fides Trinitatis, non ſolùm latens in corde, quod efficit iuſticiam. Rom. 10. Corde creditur ad iuſticiã, ore autem, &c. ſcilicet expreſſa uerbo. Ideo Dominus dicit Matt. ult. Ite, docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, in fide Trinitatis expreſſa uerbo. Ex his patet reſponſio. parte 4. qu. 13. memb. 3. art. 2. Et: Baptiſmus debet fieri in cõfeſsione fidei Trinitatis, quę cõfeſsio exprimitur per nomẽ, non per uerbũ. Nomẽ enim dicitur, in quantũ fit nota uel notamẽ: nõ ſic de uerbo, cũ uerbũ ſit operatũ potius in hoc ſacramento. Pręterea uerbũ patris eſt filius: ſi ergo diceretur, In uerbo patris, &c. excluderetur uirtus patris ab actu baptizandi, & efficacia baptizãdi filio attribui uideretur, & non patri. Ibid. Itẽ: Si baptizaretur aliquis ſub hac forma: Baptizo te in nomine genitoris, &c. nõ eſſet baptizatus: & ratio eſt, quia alius eſt intellectus iſtorum & illorũ uerborum, quantum ad ſignificata ex impoſitione. Licet enim idem ſit pater quod genitor, & filius quod genitus: nihilominus quantum ad intellectum quem habét ex impoſitione, genitor ſignificat ut ab eo eſt alius per modum generationis actiuè, genitus ut eſt ab alio per modum regenerationis paſsiuè. Non ſic eſt de his dictionibus, Pater & Filius. Licet enim ex cõſequenti dant intelligere homini modum, non tamen hoc eſt ex impoſitione, ſed ſignificãt ea circa quæ notatur homini modus, ex cõſequenti tamen modus inſinuatur. Vnde quando in diuerſis linguis baptizatur, oportet quòd in omnibus eadem ſit ſignificatio, quantũ ad ſignificatum ex impoſitione: nõ quòd idẽ hic ſignificetur ex impoſitione, ibi detur intelligi ex cõſequenti. Pręterea pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt nomina perſonarum, ſed genitor & genitus & flamen ſunt nomina notionũ: & propter hoc quòd in fide uniuerſalis Eccleſiæ eſt Trinitas de notionibus, ita eſt niſi apud utentes fide & ratione fidei addita, ideo nõ eſt dicendum, In nomine genitoris, &c. Ibid.

Gulielmus ait: Forma ſacramẽti baptiſmi eſt hæc: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. De baptiſ. & eius partibus, cap. 2.

Bonauentura ait: De integritate ſacramenti baptiſmi hoc eſt tenendũ, quòd ad hoc, quòd aliquis baptizetur uerè & plenè, requiritur expreſsio formæ uocalis à Domino inſtituente, quæ eſt hęc: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti: Amen. Abſq; omiſsione uocabuli, & ſine interpoſitione uocabuli, abſq; pręposteratione ordinis ſuprà dicti, & ſine cõmutatione nominis prænotati, requiritur immerſio uel ablutio per elementũ aquæ in toto corpore, uel ſaltẽ in digniori parte: ita quòd expreſsio & merſio fiat ab uno ſimul, & ab eodem, & in eodem tempore. Quibus concurrentibus, ſi non ſit fictio in baptizando, datur ei gratia regenerans, rectificans, & purificãs ab omni culpa. quod ut efficacius fiat, catechiſmus & exorciſmus tanquam præparatorij præmittũtur, tam in paruulis, quàm in adultis: ita tamẽ, quòd in adultis requiritur fides propria, in paruulis autem ſufficit fides aliena. In 6. parte Breuiloq. cap. 7.

Thomas ait: Latini baptizãt ſub hac forma: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Græci autẽ ſub iſta: Baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine patris, &c. Tertia ſummæ, qu. 61. art. 8. Item: Immerſio non eſt de neceſsitate baptiſmi. Tertia ſummę, qu. 66. art. 7. Et: Forma baptiſmi eſt iſta: Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. In tract. de artic. fidei, cap. 14. Et: Baptiſmus ſine forma non prodeſt. In expoſit. Symb. Apoſt. ca. 1. Et: Sicut Chriſtus fuit tribus diebus in ſepulchro, ita (in baptiſmo) fit trina immerſio in aquam. Ibid. cap. 13.

Semel. Thomas: Nunquam ille qui eſt bapti-

baptizatus, debet ulterius baptizari. In tractatu de articulis fidei, cap. 14.

De triplici baptiſmo ait Gulielmus: Sciſas triplicem baptiſmum fore. Eſt baptiſmus flaminis, id eſt, ſpiritus ſancti, qno cõfitentes Chriſtum & contriti in neceſsitate baptizantur. Alius eſt baptiſmus ſanguinis, quo martyres pro Chriſti fide morientes baptizantur. Sed tertius eſt baptiſmus fluminis ſiue aquæ, quo fideles quotidie & pueri baptizantur & regenerantur. De baptiſmo & eius partibus cap. 2.

Malè Gulielmus ad formam baptiſmi addit Mariam: Baptizo te in nomine patris omnipotentis, & filij & ſpiritus ſancti, & beatæ Mariæ uirginis, & huiuſmodi, nõ impeditur baptiſmus. De baptiſ. & eiua partibus, cap. 2.

De ritibus baptiſmi uarijs ait Gulielmus: Dupliciter datur baptiſmus, ſecundum uſum diuerſarum Eccleſiarũ. Quandoq; datur per immerſionem, ita quòd totus puer immergitur in aqua. Quandoq; etiam datur per aſperſionem, quãdo puer aſpergitur, & ſuper eum aqua infunditur. De ritu baptizandi cap. 2. Item: Secundum ritum diuerſarum Eccleſiarũ, quandoq; fit terna immerſio uel aſperſio, quandoque unica. Et in his conſuetudo Eccleſiarum eſt ſeruanda. Ibid.

De alterius fide in baptiſmo malè docent. Vt Bonauentura: Hoc quotidie contigit in pueris qui baptizantur, qui ſi ante annos diſcretionis moriantur, in alterius fide gratiam ſuſcipiunt, qua per meritum Chriſti ſaluantur: quod eſt contra quoſdam hæreticos maledictos. In tract. de uita Chriſti, cap. 23.

Thomas inquit: Pueri non in fide propria, ſed in fide Eccleſię baptizantur. Tertia ſummæ, quæſt. 69. artic. 8. Et: Pueri credunt non per actum proprium, ſed per fidem Eccleſiæ, quæ eis communicatur: & huius fidei uirtute conferuntur eis gratia & uirtutes. Tertia ſummæ, quæſt. 69. artic. 6. Item: Pueri ex fide Eccleſiæ credunt. Tertia ſummæ, quæſt. 73. artic. 3.

Albertus: Multum ualet fides propria, ubi ſalutem impetrat fides aliena. Fides autem aliena non ſaluat, niſi in ſacramento Baptiſmi à peccato alieno, quod contractum eſt cum natura. Hic autem nõ eſt contractum, ſed factum peccatum. Ergo non ſufficit fides aliena. Reſp. Fides aliena ſufficit hîc intercedendo, non operando, ſicut in baptiſmo, ubi operando confert ſalutem. Hic autem intercedit pro eo. ſuper Lucam cap. 5. Sed iſta pugnant cum uerbo Dei.

Præſtantia baptiſmi. Albertus: Baptiſmus fundamentũ & ianua eſt Sacramentorum. ſuper Lucam cap. 16.

De peccantibus poſt baptiſmum. Thomas: Qui peccat poſt baptiſmum, non eſt rurſus baptizandus, poteſt tamen rurſus conuerti per pœnitentiam. In ſumma contra gentiles lib. 4. cap. 71.

De fine baptiſmi ait Alexander: Per uirtutem baptiſmi in paruulis eſt Deus per inhabitantem gratiam. parte 1. quæſt. 12. memb. 5. Item: Baptiſmus per gratiam quam confert diſponit animam, ut ſit digna illa beatitudine, ipſa aſcenſio ut cauſſa introducens: & hoc eſt quod dicitur in illis authoribus, Pandens iter ante eos: Micheæ 2. Et penetrauit, id eſt, penitus intrauit, &c. 4. ad Hebræos. parte 2. quæſt. 24. memb. 7. artic. 2. Item: Gratia baptiſmalis delet originale peccatum quantum ad culpam, & quantum ad pœnam ſuffocantem, & non quantum ad pœnam promouentem: ad idem enim tendit gratia baptiſmalis & pœna promouens, ſcilicet ad conſecutionem uitæ æternæ. Additur etiam à quibuſdam, quòd in baptiſmo dimittitur omne peccatum quantum ad pœnam, ut nulla debeatur poſt baptiſmum pro originali: & ſi aliqua pœna remanet, hoc eſt ad exercitium bonum. Dimittitur ergo originale peccatum, quãtum ad culpam, & quantum ad dominium concupiſcentiæ, quæ eſt pœna in pręſenti: & quantum ad carentiam uiſionis Dei, quæ eſt pœna in futuro. Sunt alię pœnæ, ut fames, ut ſitis, ut mors, & concupiſcentia non dominans, quæ omnea remanent ad exercitium bonum: pœnæ enim iſtæ reducunt ad memoriam adiutorem in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Faciunt enim cogitare de miſeria huius incolatus, ut ſic homo defleat peccata ſua: humiliant etiam ipſam iraſcibilem, ne homo extollatur per ſuperbiam: cohibent ſecundum concupiſcibilẽ, ne defleat homo per concupiſcentiam: & ſic ualent ad reformationem imaginis diuinæ. parte 3. quæſt. 122. memb. 6. Item: Originale enim ſimpliciter tollitur in baptiſmo, quo ad culpam, licet non quo ad pœnã. tollitur enim reatus originalis primò, & diminuitur fomes. parte 4. quæſtione 8. memb. 7. art. 2. Item: Baptiſmus eſt per ſe ad tollendam originalem culpam, actualis uerò tollitur ex baptiſmo & contritione. parte 4. quæſtione 20. memb. 1. artic. 1.

Innocentius ait: Nouitas hominis intelligitur, gratia hæc cõfertur liberaliter per Ieſum. Serm. in dom. 2. aduent. Item: Sicut Mãna fuit datum Hebręis poſt tranſitum maris rubri, iam ſubmerſis Ægyptijs: ſic Eu-

ſic Euchariſtia datur Chriſtianis poſt ablutionem bapriſmi, iam deletis peccatis, ut per baptiſmum mundentur à malo, per Euchariſtiam ſeruentur in bono. lib.3.myſter.cap.2.

Thomas ait: Baptiſmus & alia Sacramenta Eccleſiæ ſunt quædá remedia contra peccatú. Exhibetur autem Bapriſmus ſecundum communem Eccleſiæ conſuetudinem, pueris recéter natis: fruſtra ergo exhiberetur, niſi in eis eſſet aliquod peccatum. Non eſt autem in eis peccatum actuale, quia carent uſu liberi arbitrij, ſine quo nullus actus homini in culpam imputatur. Oportet ergo dicere, in eis eſſe peccatum per originem traductũ, cum in operibus Dei & Eccleſia nihil ſit uanũ & fruſtra. Si autem dicatur, quòd baptiſmus infantibus datur, non ut à peccato mundentur, ſed ut ad regnum Dei perueniát, quò perueniri non poteſt ſine baptiſmo, cum Dominus dicat Iohan.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei: hoc uanum eſt. Nullus enim à regno Dei excluditur, niſi propter aliquam culpam. In ſumma contra gentiles lib.4.cap.50. Item: Vita ſpirituali priuatus eſt homo in ſua origine per peccatũ originale. Et adhæc, quæcunq; peccata ſunt addita, abducunt à uita. Oportuit ergo bapriſmum, qui eſt ſpiritualis regeneratio, talem uirtutem habere, quòd etiam peccatum originale & omnia actualia peccata commiſſa tollat. Et quia ſignum Sacramenti ſenſibile congruum debet eſſe ad repræſentandum ſpiritualem Sacramenti effectum: fœditatis autem ablutio in rebus corporalibus facilius & conuenientius fit per aquam: idcirco baptiſmus conuenienter in aqua confertur per uerbum Dei ſanctificata. Ibid. cap.59. Item: Coniunctio noſtri ad Chriſtum in baptiſmo, non eſt ſecundum noſtram operationẽ quaſi ab interiori, quia nulla res ſeipſam generat ut ſit: ſed à Chriſto, qui nos regenerat in ſpem uiuam. Remiſsio peccatorum in baptiſmo fit ſecundum poteſtatem ipſius Chriſti, nos ſibi coniungentis perfectè & integrè, ut non ſolùm impuritas peccari tollatur, ſed etiam ſoluatur penitus omnis pœnæ reatus, niſi fortè per accidens in his qui non conſequuntur effectum Saeramenti, propter hoc quòd fictè accedunt. Ibid. ca.72. Item: Conſiderandum eſt, quòd baptiſmus efficaciam habeat ad remiſsionem peccati, etiam antequam actu ſuſcipiatur, dum eſt in propoſito ipſum ſuſcipiendi, licet poſtmodum pleniorem effectum conferat, & in adeptione gratiæ, & in remiſsione culpæ, cùm actu ſuſcipitur: & quandoque in ipſa ſuſceptione baptiſmi confertur gratia, & remittitur culpa ei, cui prius remiſſa non fuit. Ibid. Et: Triplex eſt effectus baptiſmi. Primus eſt, ſynceritas à culpa: Bapriſmus enim à culpa purificat, & ideo dicitur mare. Secundus, claritas, innocentia ſine ſapientia: quia baptiſmus clarificat animam ad cognoſcendum Dominum per fidem. Tertius, firmitas contra uicia, maximè quando gratiæ baptiſmali ſuſceptæ cooperatur homo ſuſtinendo uiriliter ſuſcepta. ſuper Apocalyp.capite 4. Item: Per bapriſmum in quo operatur Deus interius, & diſpenſatur exterius, conſignatur non ſolùm anima, ſed etiam corpus: quia totum corpus per baptiſmum dedicatur Deo. Vnde in ſcapulis, uertice & pectore fit tinctio, ut dicit Gloſſ. Super Apocal. cap.7. Item: Spiritus ſanctus datur copioſè in baptiſmo, maximè adultis ſe bene diſponentibus. Ibidem capite 15. Item: Chriſtiani Regis characterem in baptiſmo ſuſceperunt, ac adoptati ſunt per gratiam baptiſmalem, & per prædeſtinationem ad regnum æternum. Ibid. cap. 16. Et: Sicut peccatum Adæ non deriuatur ad alios, niſi per carnalem generationem: ita meritum Chriſti non deriuatur ad alios, niſi per generationem ſpiritualem, quæ fit in baptiſmo, per quem homines Chriſto incorporantur, ſecundum illud Galat.3. Omnes quotquot in Chriſto baptizati, &c. Et hoc ipſum eſt gratiæ, quòd homini conceditur regenerari in Chriſto, & ſic ſalus eſt ex gratia. Tertia ſummę, quæſtione 19. artic.4. Item: Per bapriſmum nouæ legis homines interius per Spiritum ſanctum baptizantur, quod facit ſolus Deus. Per baptiſmum autem Iohannis, ſolum corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matthæi 3. Ego baptizo uos aqua, &c. Tertia ſummæ, quæſtione 38. articulo 2. Et: Per paſsionem Chriſti aperitur cœlum hominibus, ſicut per cauſſam communem apertionis cœlorum. Oportet tamen hanc cauſſam communem apertionis cœlorum ſingulis applicari ad hoc, quòd cœlum introëant: quod quidem fit per bapriſmum, ſecundum illud Roman. 6. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto. Tertia ſummæ, quæſtione 39. articulo 5. Et: Per baptiſmum pueri liberantur à peccato originali, & ab inferno. Ibidem quæſtione quinquageſima ſecunda, articulo ſeptimo. Item: Bapriſmus eſt regeneratio quædam ſpiritualis. Sicut enim uita carnalis non poteſt haberi, niſi homo carnaliter naſcatur: ita uita

ſpiri-

ſpiritualis uel gratiæ non poteſt haberi, niſi homo renaſcatur ſpiritualiter. Hæc autem generatio fit per baptiſmum. Iohan.3. Niſi quis renatus, &c. Et eſt ſciendum, quòd ſicut homo non naſcitur niſi ſemel, ſic & ſemel tantùm baptizatur. Vnde & ſancti addiderunt: Confiteor unum baptiſma. Virtus autē baptiſmi eſt, quòd purgat ab omnibus peccatis, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: & inde eſt, quòd nulla pœnitentia imponitur baptizatis, quantumcunque fuerint peccatores. Et ſi ſtatim moriuntur poſt baptiſmum, immediatè euolant in uitam æternam. Inde eſt etiam, quòd licet ſoli ſacerdotes ex officio baptizent, ex neceſsitate tamen cuilibet licet baptizare, ſeruata tamen forma, quæ eſt, Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti. Sumit autem hoc Sacramentum uirtutem à paſsione Chriſti. Rom.6. Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto, &c. Et inde eſt, quòd ſicut Chriſtus fuit tribus diebus in ſepulchro, ita fit trina immerſio in aquam. In expoſitione Symb. Apoſt. cap.13. Et: Per baptiſmum dimittitur omnis culpa, originalis & actualis. Per ſacramentum pœnitentię remittitur actualis culpa. De forma abſolut. cap.2. Item: Per baptiſmum renatis cœlum aperitur, gratia ſpiritus ſancti infunditur, & in filios Dei adoptantur. De humanit. Chriſti cap.9. Et: Per paſsionem Chriſti cœlum aperitur, ſicut per cauſſam cōmunem apertionis cœlorum: oportet tamen hanc cauſſam ſingulis applicari ad hoc, ut cœlum introëant, quod quidem fit per baptiſmum. Ibid. Et: Vita ſpiritualis datur per aquam baptiſmi. Vnde dicitur Iohan.3. Niſi quis renatus, &c. Prima ſummæ, quæſt.73. articulo 3. Et: Baptiſmus habet uirtutem ex paſsione Chriſti, ſicut quædam ſpiritualis regeneratio cum morte ſpirituali præcedentis uitæ. Statutum autem eſt hominibua ſemel mori, & ſemel naſci, & ideo ſemel tantùm debet homo baptizari: ſed pœnitentia habet uirtutem ex paſsione Chriſti, ſicut ſpiritualis medicatio, quæ frequēter iterari poteſt. Tertia ſummę, quæſtione 84. artic.4. Et: Ad illud homines tenentur, ſine quo ſalutem conſequi non poſſunt. Manifeſtum eſt autem, quòd nullus poteſt conſequi ſalutem, niſi per Chriſtum. Vnde & Apoſtolus dicit Roman.5. Sicut per unius delictum, &c. Ad hoc autem datur baptiſmus, ut aliquis per ipſum regeneratus incorporetur Chriſto, factus membrum ipſius. Vnde dicitur Galat.3. Quicunque in Chriſtum baptizati, &c. Vnde manifeſtum eſt, quòd omnes ad baptiſmum tenētur, & ſine eo non poteſt eſſe ſalus hominibus. Tertia ſummæ, quæſt.68. articulo 1. Et: Manifeſtum eſt, quòd mors Chriſti ſatisfactoria fuit ſufficiēter pro peccatis, non ſolùm noſtris, ſed etiam totius mundi, ut dicitur 1. Iohan.2. Et ideo ei qui baptizatur, pro quibuſcunque peccatis non eſt aliqua ſatisfactio iniungenda. Hoc enim eſſet iniuriam facere paſsioni & morti Chriſti, quaſi ipſa non eſſet ſufficiens ad plenariam ſatisfactionem pro peccatis baptizandorum. Tertia ſummæ, quæſt.68. artic.5. Et: Per baptiſmum aliquis moritur ueteri uitæ peccati, & incipit quandam uitæ nouitatem, ſecundum illud Rom.6. Conſepulti ſumus Chriſto per baptiſmum, &c. Tertia ſummæ, quæſt.68. artic.7. Item: Roman.7. Si in unius delicto mors regnauit per unum, ſcilicet per Adam, multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſticiæ accipientes in uitam regnabunt per unum Ieſum Chriſtum. Primùm autem ex peccato Adæ peccatum originale contrahūt, quod patet ex hoc, quòd ſunt mortalitati ſubiecti: quia peccatum primi hominis in omnes pertranſijt, ut Apoſtolus dicit. unde multò magis pueri poſſunt per Chriſtum gratiam accipere, ut regnent in uita æterna. Ipſe autem Dominus dicit Iohan.3. Niſi quis renatus, &c. Vnde neceſſarium fuit pueros baptizare, ut ſicut per Adam damnationem incurrunt naſcēdo, ita per Chriſtū ſalutem conſequantur renaſcendo. Tertia ſummæ, quæſtione 68. artic.9. Et: In baptiſmo confertur gratia ex uirtute ipſius baptiſmi, quam habet in quantum eſt inſtrumentum paſsionis Chriſti iam perfectæ. In circumciſione uerò conferebatur gratia non ex uirtute circumciſionis, ſed ex uirtute paſsionis Chriſti, cuius ſignum erat circumciſio. Tertia ſummæ, quæſt.70. artic.3. Item: Regeneratio fit per baptiſmum, ſecundum illud Iohan.3. Niſi quis renatus, &c. In tractatu de articulis fidei, cap.14. Et: Effectus eſt remiſsio culpæ originalis & actualis, & etiam totius culpæ & pœnæ, ita quòd baptizatis non eſt alia ſanctificatio iniūgenda pro peccatis præteritis: ſed ſtatim morientes poſt baptiſmum, introducuntur ad gloriam Dei. Vnde effectus baptiſmi ponitur apertio ianuæ paradiſi. In tractatu de articulis fidei cap.14. Et: Ex paſsione Chriſti baptiſmus ſortitur uirtutem emundandi peccata. Prima 2. quæſtione 102. articulo 5.

Albertus ait: Baptiſmus Chriſti eſt ſanctificatio noſtri baptiſmatis, & regeneratio noſtræ regenerationis. ſuper Luc. ca.3.

Et: Per

Et: Per ſpiritũ qui datur in Baptiſmo, uincitur diabolus & tentationes eius. Ibidem cap.4. Et: Baptiſmus dicitur purificatio, quæ quinq; perficitur. 1. Verbo prædicationis. 2. Ex quo conficitur eſt aqua, quæ eſt Baptiſmi materia. 3. Eſt ſpiritus, qui in Sacramento operatur per modum ignis purificantis. 4. Quod operatur, eſt ſanguis Chriſti. 5. Quod operatur in Baptiſmo contra obicem, ad gratiam baptiſmalem conſequendam, Deuotio pœnitẽtiæ, quæ uim habet ex paſsione Chriſti. Ibidẽ. Item: In Baptiſmo crux operatur, in qua enatamus per aquas ſubmergentes concupiſcẽtiam, ſicut in quadam naui. Super Lucam cap.17. Et: Per Baptiſmũ ingredimur in ianuam Eccleſiæ, & ordinat nos ad tria, ſcilicet ad eſſe per regenerationẽ, & ad operari, quia ordinat animales ſenſus ad ſpiritualia in operibus & uerbis ſecundum actiuam, & reordinat nos ad ſuperiora, ut quieſcamus in ijs tanquã in fine noſtrarũ actionũ in contemplatiua. Super 4. Cent. diſt.3. Et: Ser ſacramentũ regenerationis filij adoptionis regenerãdi ſunt. In Matth. cap.4. Item: Fides in aquis Baptiſmi naſcitur, & de inuiſibilibus profundis eruitur. Ibidem. Et: Nati enim fuimus primò in ſtatu innocẽtiæ, & mortui fuimus morte culpæ, quæ nos à uia uitæ & gratiæ ſeparauit, & ideo per Sacramentum oportet naſci denuò ſecundum formã filij Dei. Item: Sic enim per Sacramentum fidei dat fidelibus poteſtatẽ filios Dei fieri. Itẽ: Sic enim denuò náſcimur natiuitate diuina, quia prima natiuitas eſt innocentiæ per patrem Deum: ſecunda poſt lapſum eſt natiuitas & forma filij Dei per regenerationis Sacramentum. In Iohan. cap.3. Item: Aqua Baptiſmatis lauat in ſalutem eos qui renaſcuntur ad gratiam, ſed nõ eos qui adhuc matris concupiſcentiæ adhærent umbilico. ibidem. Et: Baptiſmus operatur regenerationem, hoc enim paſsionis Chriſti eſt Sacramentum. Ibidem.

Aegidius: Nam ſicut homo prius non fuit in paradiſo poſitus, ſed cõditus: ſic nos ex primordiali generatione noſtra corporali, cũ in peccato naſcimur, nõ habemus quòd ſumus filij Eccleſiæ: ſed ex regeneratione ſpirituali, ſecundum quam ab hoc peccato abſoluimur. Sicut igitur Adã extra paradiſum formatus fuit, & per Deum in paradiſum poſitus: ſic nos naſcimur extra Eccleſiam, ſed per diuinam gratiam & regenerationem in Baptiſmo in Eccleſiã collocamur. Rom. in tractatu de para. ca.6.

De aliena fide Alexander malè docet, paruulis conferri gratiam ſanctificationis ſiue purgationis à peccato originali in Baptiſmo, & hoc merito paſsionis Chriſti, & alienę fidei, & uirtute Sacramenti. Et ratio huius eſt, tũ ratione diuinæ miſericordiæ, tum ratione ſuæ impotentiæ, tum ratione talis culpæ: quia enim per actum alterius fuit culpa contracta, & ipſi nõ poterant ſe adiuuare, miſericors Deus congruum reputauit eis per aliũ ſubuenire. quia enim pro illa culpa nullus ſatisfacere poterat purus homo: ideo ſubuenit Deus toti humano generi per paſsionẽ Chriſti. & rurſus quia effectum non habet paſsio, niſi in his qui uolunt fieri membra Chriſti & cõſentiunt, & hoc non poterat paruulus uelle: ideo ſubuenit ei uoluntas & fides aliena. Sed quia fides ſubuenit profitendo, & hoc eſt in Sacramento, ubi eſt profeſsio mortis Chriſti in ſigno: ideo ſubuenit per Sacramentum. Tria igitur ſunt diſpoſitiua paruuli ad ſalutem. Primum eſt paſsio: ſecundum fides aliena: tertium uerò & immediatum eſt uirtus Sacramenti, quæ characterem imprimit, qui ad gratiã diſponit. parte 4. quæſt.21. memb.1. artic.1.

Quomodo remittatur. Aegidius: Hoc ergo modo, ſcilicet per Chriſtum, inquit, nobis dimittitur originale peccatũ in Baptiſmo: non quia nobis reſtituatur originalis iuſticia, ſed quia remittitur nobis debitum habendi. Et iterum: Baptiſmus hoc facit, quòd per Baptiſmum conſepulti ſumus morti Chriſti, & facit nos membra Chriſti, ut iam non ulterius dicamur eſſe de ordine ipſius Adæ terreni. In tractatu de orig. peccato, cap.5.

Non propagatur. Aegidius: Homo baptizatus, ab originali mundatus, generat filium ab originali non mundatum. Et iterum: Homo baptizatus non generat in eo, quòd eſt ſpiritualiter regeneratus, & ab originali abſolutus: ſed generat ex eo, quòd eſt carnalis generatus, & in originali conceptus. In tractatu de originali peccato, capite quinto.

De Baptiſmo Chriſti inquit Alexãder: Per hoc quòd baptizatus eſt, inſtruxit alios ad ſimile quod non congruebat, ſecundum quod congruebat illo Baptiſmo baptizari quo peccata non dimittebantur, cum ipſe nõ tantùm ſine peccato eſſet, ſed etiam uenit ad tollendum peccata. Nec etiam eſt ſimile de nobis, qui naſcimur cũ peccato: fuit enim eius actio, quo ad hoc, noſtra inſtructio. Si Dominus humiliauit ſe ad Baptiſmũ ſerui: nos q indigemus, humiliemus nos ad Baptiſmũ cõſerui. Præterea Ioãnes inſtruxit quós baptizauit, Baptiſma ſuũ nõ ſufficere ad ſalutẽ, ſed Baptiſma Chriſti. In hoc autem quòd inſtruxit Baptiſma Iohannis eſſe appetẽdũ, inſtru-

ẽit Baptiſma Chriſti magis apperi debere. parte 4. quæſt. 9. membro 6. articulo 1. Sed hęc non conſentiunt uerbo diuino.

Bonauentura ait: Cum ad triceſimum ætatis ſuę annum Saluator perueniſſet, uolens operari ſalutem noſtram, cœpit prius facere quàm docere, & primùm incoans à Ianua Sacramentorum & fundamento uirtutum, baptizari uoluit à Iohanne, ut exẽpla monſtraret perfectæ iuſticiæ, & uim regeneratiuam aquis conferret contactu mundiſsimæ carnis. In tractat. dicto, Lignum uitæ.

Thomas ait: Chriſtus baptizari uoluit, ut ſuo Baptiſmo conſecraret Baptiſmum, quo nos baptizaremur. Tertia ſummæ, quæſt. 39. artic. 5.

De Baptiſmo Iohãnis opinio. Thomas: Baptiſmus Iohannis gratiam non conferebat, ſed ſolùm ad gratiam præparabat triplicitar. Vno quidem modo per doctrinã Iohannis inducentem ad fidem Chriſti, alio modo aſſuefaciendo homines ad ritũ Baptiſmi Chriſti, tertio modo per pœnitẽtiam præparando homines ad ſuſcipiendum effectum Baptiſmi Chriſti. Tertia ſummæ, quæſt. 38. artic. 3.

Caſus.

Innocentius: Epiſcopo Moroſiẽſi quęrenti, utrũ paruuli pro Chriſtiania ſint habendi, quos in articulo mortis conſtitutos propter aquæ penuriam, & abſentiam ſacerdotis, aliquo modo ſimplicitas in caput ac pectus, &c. pro Baptiſmo ſaliuæ cõſperſione liniuit? Huic reſpondet: Dubitare non debes, illos uerum non habere baptiſmum, in quibus non ſolùm utrunque prædictorum, ſed eorum alterum eſt omiſſum. Lib. 3. decret. conſtit.

DE CONFIRMATIONE.

Malè de confirmatione Gulielmus loquitur, inquiens: Materia huius Sacramẽti eſt oleũ oliuarũ & balſamũ ſimul mixtũ, & uocatur criſma, quòd à ſolis epiſcopis conſecretur: & anno quolibet renouatur, & uetus debet igne cõcremari. Forma autem huius Sacramenti, ſcilicet confirmationis, eſt talis: Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te criſmate ſalutis, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Solis autem epiſcopis pertinet hoc ſacramentũ miniſtrare, eo quòd ſunt in gradu altiori: & ad eos pertinet aſſcribere fideles ad penum ſpiritualem, ad quem eligũtur confirmati.

DE CONFESSIONE.

De auriculari confeſsione ſine uerbo Dei inquit Thomas: Confeſsio debet eſſe plena, quia debet cõtinere circumſtantias aggregantes peccata, quę ſunt loca, in quo peccaſti, &c. De modo confitendi, cap. 4. Et: Ad oris confeſsionem pertinet, ut peccator omnia peccata, quorum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confiteatur integraliter, non diuidẽs ea diuerſis ſacerdotibus. In tractatu de articulis fidei cap. 14. Item: Cõfeſsio debet eſſe integra, ut omnia peccata, quæ habes in memoria, aut quæ oblitus fueras confiteri, & modò recordaris, integrè dicas, non partem uni confeſſori, & partem alteri. Si oblitus es, quando confiteris, aliqua peccata, & poſtea die ſequenti, uel alia die recordaris: ſi potes, debes recurrere ad eundem confeſſorem, ut confitearis. Si non potes habere copiã, aut alium, alioquin ſufficit bona uoluntas. Quòd ſi non ex obliuione, ſed ex malicia uel uerecundia oblitus es, uel omiſiſti confiteri aliquod peccatum, teneris recurrere ad primum confeſſorem. & ſi uis recurrere ad alium, teneris confiteri omnia peccata prius confeſſa, & illud quod prius omiſeras, & omnia quæ poſtea commiſiſti prima confeſsione facta, & teneris confiteri de mendacio aut ſimulatione quam commiſiſti, quia dediſti intelligere confeſſori tuo, quòd primò fuiſti confeſſus. de modo confitendi cap. 3. Item: Confeſsio generalis, tunſio peccatoris, & oratio Dominica operantur ad remiſsionem uenialium peccatorum. Tertia ſummæ, quęſt. 87. art. 3.

De enumeratione docuerunt ſine uerbo Dei. Innocentius: Peccator debet omnem omnino peccati circumſtantiam confiteri, ſecundum quod magis peccauit, in loco, in tẽpore, in numero, in perſona. Ser. 2. de Martyr. Item: Nos aũt ſecundũ prophetam reddamus uitulos labiorum noſtrorum, omnem omnino peccati circumſtantiam confitentes, ſecundum quod magis peccauimus, in loco, in tempore, in numero, in perſona: ſecundum ætatẽ, ſecundum ſcientiam, ſecundum gradum, ſecundum ordinem: ſi facilè, ſi frequenter, ſi manifeſtè, ſi perſeueranter. Ser. de conſ. pont.

Bonauentura: Quia nemo eſt qui diſciplinam & iuſticiam obſeruet, ut nihil penitus negligat uel omittat: ideo neceſſarium eſt, ut ad pœnitentiæ lauacrũ recurrens, cũ dolore & gemitu ſæpiſsimè tuæ accuſationi inſiſtas. In qua quidẽ accuſatione ſeu cõfeſsione integrè, ueraciter & purè ſine omni uelamine excuſationis, uel occultationis, ſeu palliationis, per ordinẽ omnes tuos retexendo defectus, narrando prius omiſsiones, quas in his quæ ſunt ad Deum feciſti, & maximè in oratione, quãtum ad duplicem eius partem, mentalem ſcilicet & uocalem, &c. In regulis uiuere uolentiũ in Chriſto, item in Sacramento.

Tho-

Thomas ait: In Sacramento pœnitẽtiæ ex parte ſacerdotis requiritur, quòd abluat ſnb aliqua forma uerborũ. Ex parte uerò pœnitentis requiritur, q ſe clauibus Eccleſiæ ſubijciat, peccata ſua per eonfeſsionem manifeſtans. De neceſsitate ergo Sacramenti eſt, quòd ſua peccata manifeſtat, & contra hoc nullus diſpenſare poteſt. In Quodlibetis, quodlibet.1.artic.10.

De fine non rectè docet Alexander: Poteſt igitur dici, quòd confeſsio eſt ſatisfactotia Deo & Eccleſiæ de oſtenſa peccati, debet fieri ex charitate nel in charitate. part.4.qnæſt.77.memb.5.art.7.

De ſatisfactione malè ait Alexãder: Eſt ſatisfactio ſacramentalis, utpote illa quæ iniungitur à ſacerdote, & hæc non fit niſi per opns exterius, & hæc propriè dicitur ſatisfactio, & eſt nna pars pœnitentię. Alio modo nomine extenſo dicitur ſatisfactio opus quodcũq; ſiue exterins ſiue interius, quo pœnitens meretur remiſsionẽ reatus ſui peccati: cuiuſmodi ſunt opera quæ ſuperintendunt pœnitentes operibus iniunctis ab Eccleſia, & hninſmodi ſunt de conſummatione & ſecuritate ſatisfactionis. part.4.quæſt.84.memb.2.art.1. Item: Satiſfactio dicitur cõmuniter, ſcilicet omne opus pœnale uoluntariè aſſumptũ, ſiue ad quod tenetur iudicio Dei, ſiue indicio ſacerdotis: & ſic ſumendo ſatisfactionẽ extẽſo nomine, poteſt dici q reſtitutio eſt pars illius. Dicitur etiam ſatisfactio propriè, ſcilicet pœna uolũtariè aſſumpta arbitrio & iudicio ſacerdotis, & ſic non eſt pars: quia raptor rei alienæ tenetur reſtituere ſecundũ omne ius, etiãſi ſacerdos hoc nũquã imponat. part.4.quæſt.86.memb.1. Item: In ſatisfactione tria ſunt: ſcilicet uitare culpã, & contra illud maximè ualet oratio. Secũdum eſt, augmentũ gratiæ, & ad hoc maximè ualet eleemoſyna, quæ facit ſibi amicos, qui maximè impetrant. Tertium eſt, ſolutio pœnæ, & hoc maximè fit in ieiunio. part.4.quæſt.88.memb.2.

DE CLAVIBVS.

Quid. Thomas: Poteſtas clanium eſt uirtus ſacramentalis, quæ principaliter reſidet in Chriſto, inſtrumentaliter autem ſeu miniſtraliter in ſacerdotibns clauea habẽtibus. De forma abſolutionis cap.3.

Quando inſtitutæ. Thomas: Nondum erat inſtituta poteſtas clauium (in ueteri Teſtametto) qnæ à paſsione Chriſti deriuatur: & per conſequens nondum erat inſtitutum, ut aliquis doleret de peccatis propoſito ſnbijciendi ſe per confeſsionẽ & ſatisfactionẽ clauibus Eccleſiæ ſub ſpe conſeqnẽdæ ueniæ nirtutẽ paſsionis Chriſti. Tertia ſummæ, quæſt.84.artic.7.

De clauibus non rectè loqnitur Albertus: Claues quidem ſnnt, non ſcientia diſcernendi & poteſtas ligandi, nt quidã dicunt: ſed potius diſcernendi authoritas inter lepram & leprã, & iudicandi de peccatis. Sed ſcientia iuuat ad clanis executionem. In Matth.cap.16.

Quotuplex. Alexander: Communio triplex eſt. Quædam ſpiritualis omnino, & hoc eſt quantum ad dilectionẽ interiorẽ: quædam corporalis, & hoc eſt quantũ ad exteriorẽ conuerſationem: quædã medio modo, & hoc eſt quantum ad ſacrorũ ſuſceptionem, & præcipuè quantũ ad ſacramentum altaris. Dico ergo, q à primo nullus poteſt nec debet excludi, quamdiu eſt uiator: nec excommunicatio dicit priuationem illius cõmunicationis. Quantũ ad ſacramentalem, excluditur quilibet qui dicitur excõmunicatus ſiue maiori, ſiue minori. Quantum ad conuerſationẽ exteriorẽ, attenditur excõmunicatio maior, in qna negatur cõmunicatio ſecundũ actus legitimos, qui attẽduntur in oſculo, in ſalutatione, in conuiuio, in oratorio. Vnde nerſus: Si pro delictis anathema quis efficiatur, Os, orare, uale, cõmnnio, menſa negatur. Quià aũt nullus cõmunicet cum excõmunicato, neq; in oratione, neq; in cibo, uel potu uel oſculo, uel dicat illi aue, habetur 11.quaſi 3. excõmunicatos. par.4.quæſt. 81.mẽb.2. Itẽ: Quædã enim eſt excõmunieatio præſeruatina, quædã eſt curatina. Prima excõmunicatio etſi fieri iubeatur ad libertatẽ Eccleſiæ conſeruandã, ſicut ſecunda propter delicti emendationẽ: tamẽ prima principaliter fertur ad cauẽdũ à culpa, quia nõ modicũ grauis culpa eſt in Eccleſiã peccare: ſecunda aũt principaliter infertnr ad puniendũ contumaciã: licet enim aliqui dicant, & hoc habetur ex decreto De uerborũ ſignificatione ex parte, q duabus de cauſsis fit excõmunicatio, ſcilicet pro contumacia & offenſa, nel q aliquis iuſſus noluit maleficium emendare, quod intelligi debet de excommnnicatione curatiua: tamen poteſt dici, quòd hæc offenſa contumacia eſt. Ibidem membro 3.

Bonauentura ait: Excommunicatio eſt animaduerſio gladij ſpiritualis Eccleſiæ à communione Sacramentorũ, & fidelium ſeparatio. Excommunicationis duæ ſunt ſpecies. Vna quæ dicitur maior, excludens à ſacramentis & legitimis actibus fideliũ, hoc uerſiculo comprehenſis: Os, orare, uale, cõmunio, menſa negatur. Alia quæ dicitur minor, ſeparans à ſacramentis. Itẽ: Excõmunicatio quædam infligitur à iure, & hæc eſt præſeruatiua: qnia licet uideatur eſſe ad libertatem Eccleſiæ conſeruandã;

principalius tamen eſt ad culpam præcauendam. Quædã infligitur à iudice, & hæc eſt curatiua: nã licet uideatur eſſe propter emendam principaliter faciendam, tamẽ eſt propter contumaciam confringẽdam. Pœna ſuſtinentis excommunicationẽ eſt multiplex, quæ hiſce uerſibus continetur:

Gratia ſubtrahitur magis ac magis obice rupto,
De uicio cadit in uicium, ſuffragia perdit
Eccleſiæ, Sathanæ uexandus traditur ille,
Quem ligat ex proprijs anathematis uitio culpis.

Circumſtantia uerò præſeruans perſonam participantem cum excommunicato, ne excommunicationis uinculo inuoluatur, eſt multiplex, ut hiſce uerſibus cõtinetur:

Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe,
Hæc anathema quidem faciunt ne poſsit obeſſe.

Vtilitas excõmunicantis, ut quando petit quod ſibi debetur: excõmunicati, ut quãdo ſecum tractat de correctione. Lex matrimonij, quæ ligat uirũ & uxorẽ. Humile, id eſt humilitas, ut ſerui & filij, non emancipati ſerui, ancillæ, ruſtici, mancipijs & alijs obnoxijs aſtricti. Res ignorata, ut quando neſcitur eſſe excommunicatus cum quo participatur. Neceſſe, ut peregrini & pauperes ac cæteri uiatores. In prima parte Centiloquij, cap. 27.

Excommunicatio. Alexander: Excommunicari autem dico à concione fidelium priuari. Si uerò fiat ſermo de Simonia, prout infligitur excommunicatio, quæ eſt priuatio concionis fideliũ, non ſufficit Simonia, prout eſt ſtudioſa uoluntas: ſed actus progrediens manifeſtus. Ad hoc facit quòd dicit Vrbanus: De manifeſtis autem loquimur, ſecretorum cognitor & iudex eſt Deus. & loquitur ibi de excommunicatione. Si uerò ſumatur excommunicatio pro priuatione effectus ſacramentorum, ſecundum hoc excommunicatus uel ſuſpenſus dicitur ipſo iure Simoniacus, excommunicandus autem ab Eccleſia, cum in noticiam uenerit. parte 3. quæſtione 187. membro 2.

Thomas ait: Quomodo dicitur atrium, quod eſt foris templum, eijci foras? Quod enim extrà eſt, quomodo eijci poteſt? Itẽ, Quomodo dicitur eijci excommunicãdo ſecundum gloſſam, cum excommunicatio non ita citò ſit ferenda, cum uel non eſt certa contumacia, uel quando aliud remedium poteſt haberi? Item, Fit'ne aliud per excommunicationem, niſi quòd oſtendũtur eſſe extra Eccleſiam? Videtur quòd nõ, per gloſſam quæ dicit, Excommunicando oſtẽde eſſe foras. Item, eiectio de Eccleſia fit per mortale. Eo enim ipſo quo peccat quis mortaliter, eijcit ſe de unitate fidelium, quæ eſt per gratiam & charitatẽ. Sed contrà, quia excommunicare eſt extra cõmunionẽ ponere. 1. Cor. 5. Quid enim mihi de his qui foris ſunt iudicare? Ergo non poteſt eos qui foris ſunt excommunicare. Reſp. Ad primum dicendum, quòd atrium quod eſt foris ſecundum ueritatem, præcipitur eijci quantum ad manifeſtationẽ, id eſt, manifeſtari eſſe foras, quod fit excommunicando, ut dicit Gloſſa, uel prædicando. Vel qui ſunt extra Eccleſiam, quantum ad cõmunionem charitatis, quia non ſunt ſub unitate gratiæ & charitatis cum fidelibus, præcipiuntur eijci per excluſionem à communione Chriſtianæ ſocietatis, quæ eſt in ſimul loquendo, bibendo, comedendo, & ſimul ſacramenta Eccleſiæ participãdo: quæ excluſio fit per excommunicationem. Item: Ad aliud dicendum, quòd hic loquitur de obſtinatis, qui ceſſare nolunt, nec ad ſtatum gratiæ redire, & quorum crimen notorium, uel legitimis teſtibus probatum, uel confeſsione propria in iudicio detectum, & non inuenitur aliud efficax remedium. Licet enim breui ſermone dicatur, Eijce: intelligendæ ſunt tamen in præcepto diuino, uel angelico, circumſtantiæ debitæ, quas debet attendere qui excommunicat. Hic enim oſtẽditur, quòd ſpirituali gladio Eccleſiæ ſunt feriẽdi, qui magnis offenſia contemnunt corrigi. Itẽ: Ad aliud dicendum, quòd triplex eſt communio fidelium in Eccleſia: ſcilicet unitiuę charitatis, item ſacramentalis participationis, & qua communicant tam in Sacramentorum participatione, quàm in conuerſando per mutuam loquelam, cibum & potum, & ſic in alijs. Et ſecundum hoc eſt triplex excommunicatio ſiue eiectio de Eccleſia. Vna eſt per quodlibet mortale, quod tollit primam communionem. quantum ad hanc, nihil facit excommunicatio primò & per ſe, niſi quòd eã manifeſtat: & ſic accipit gloſ. Alia eſt excõmunicatio ſiue eiectio, quæ dicitur minor, & hæc tollit ſecundam communionem, ſcilicet ſacramentorum. Sed de hac ſola non eſt hic ſermo. Hanc tamen eiectionem facit Eccleſia ferẽdo excommunicationẽ minorem. Tertia eſt, quæ dicitur maior, quæ priuat ſacramentis & ſuffragijs Eccleſiæ, & ſocietate fidelium in loquela & alijs huiuſmodi, niſi in caſibus à iure exceptis. Et hanc eiectionẽ facit Eccleſia propter peruerſitatem malorum, ut corrigantur propter confuſionem & damni conſiderationem, uel ut alij, ne attentent ſimilia, terreantur, &c. Super Apocal. cap. 11. Et: Ex excommunicatione pœnæ, quæ fit malis, multi proficiunt, & gradantius ad Deum accedunt, Super Apoc. cap. 16.

Cuã

Cui data hæc poteſtas. Alexander: Poteſtas ſoluendi & ligandi clauis eſt tradita primò beato Petro, & pòſt alijs Apoſtolis, & per eos uicarijs eorum. Quid autem poteſt clauis hęc, infrà uidebitur. Poteſtas autem ſoluendi & ligãdi à peccato eſt ſolius Dei, propriè & per ſe loquendo, & quodammodò cooperatiuè eſt ipſorum ſacerdotum. Ex 4. parte quæſt. 89. memb. 3. articulo 2. Item: Poteſtas clauium data eſt Eccleſiæ à Domino primò Apoſtolis, & per Apoſtolos alijs. Ibidem memb. 6. artic. 3. Item: Non ſolùm epiſcopi, ſed omnes habentes poteſtatem clauium excõmunicare poſſunt, ſcilicet omnes prælati qui præſunt collegijs, ut abbates & priores, excommunicare poſſunt, & uniuerſaliter omnes prælati habentes iuriſdictioné, ut extra de iuditijs decernimus, quia iuriſdictio nulla eſt ſine cohertione: & dicũt quidam, q; quilibet ſacerdos habens parochialem Eccleſiã hoc poteſt facere, circa quos ſanius eſt conſuetudiné attendere. Vnde in ſacerdotibus parochialibus cõſuetudo ſeruanda eſt, quæ dat iuriſdictionem, ut habetur 9. q. iij. conqueſtus. Simplices aũt ſacerdotes, quę non habent iuriſdictionem, excõmunicare non poſſunt, niſi ex cõmiſſione. Ex 4. parte quæſt. 89. mẽb. 4. artic. 2.

Næuus de excommunicatione eſt. Thomas: Quàm citò aliquis per ſententiã denunciatur excommunicatus propter apoſtaſiam à fide, ipſo facto eius ſubditi ſunt abſoluti à dominio eius, & iuramẽto fidelitatis, quo ei tenebantur. Secunda ſecunda, quæſt. 12. artic. 2.

Finis. Alexander: Ex multis cauſsis accidit, quòd aliqui ſunt excommunicãdi ad huius euidentiam: nota, q; ſicut in diſciplinalibus duplex eſt modus demonſtrandi, ſcilicet oſtenſiuus & per impoſsibile: & in medicinis corporalibus duplex eſt modus medẽdi, ſcilicet per medicamẽta lenitiua, & p medicamẽta afflictiua: quãdoq; enim curatur quis p appoſitioné emplaſtri, quãdoq; per ſectionem. ſic eſt de medicina & curatione ſpirituali, q; duplex eſt modus curandi, ſcilicet per monitiones blandas, & per increpationes duras: & hoc ſecundum duo genera hominum, ſcilicet tractabiles & ſuaſibiles, & rebelles & incorrigibiles. parte 4. quæſt. 81. memb. 2.

Thomas: Excommunicatur ad hoc aliquis, ut ait Apoſtolus, ut ſpiritus eius ſaluus fiat in die Domini. Secunda ſecundæ, quæſtione 12. artic. 3.

De abſolutione ait Thomas: Perlecto libello à uobis exhibito, inueni aſſertionem cuiuſdam ualde temerariam, dicentis, q; ſacerdos abſoluendo uti non debet hac forma, Ego te abſoluo. Quod quidem præſumptuoſum iudico, quia repugnat Euangelicis dictis. Dicit enim Dominus Petro Matth. 16. Quodcunq; ſolueris, &c. Nam pręmiſerat, Et dabo tibi claues, &c. Et pòſt quaſi uſum clauiũ exponens, dicit: Quodcunq; ſolueris, &c. Patet ergo ex dictis Saluatoris, q; habens claues abſoluit. Præſumptuoſum eſt ergo, ne dicã erroneum, ut ſacerdos dicere non poſsit, Ego abſoluo te: quẽ Dominus abſoluere confitetur. Magis aũt ex uerbis Domini colligitur, hanc eſſe debitam formam abſoluẽdi, Ego te abſoluo. Sicut enim Dominus dixit diſcipulis, Euntes docete, Matth. ultimo: ita dicit, Quodcunq; ſolueris, &c. Vnde ſicut conueniẽs eſt forma baptiſmi, ut miniſter dicat, Ego te baptizo, quia Dominus miniſtris actũ baptizandi attribuit: ita conueniens forma eſt, ut dicatur, Ego te abſoluo, quia Dominus miniſtro actũ abſoluendi attribuit. De forma abſolutionis cap. 2. Item: Tempore Thomæ quidã negarunt in abſolutione dicendũ, Ego te abſoluo. De forma abſolutionis cap. 1. Et: Obiectiones aduerſarij. Matth. 9. Remittuntur, &c. Peccata dimittere ſolius Dei eſt, non ergo ſacerdotis. Reſpondet Thomas: Dei eſt, authoritate peccata dimittere: hominis autẽ eſt, miniſterium ad remiſsioné exhibere, dum in perſona Chriſti peccata remittit. Eiuſdem etiam hęc fuit ſententia: Nihil ualere abſolutioné ſacerdotis, niſi homo ſit à Deo uiuificatus per gratiam, & ſuſcitatus à culpa. Item: Patis poteſtatis eſt abluere interius, & à culpa mortali abſoluere. Sed Deus non communicauit poteſtatem interius baptizandi: ergo nec abſoluendi ab actuali peccato. Item obijcit: Remiſsio peccatorum fit per gratiam, quam homo dare non poteſt. Reſpondet: Licet homo non poſsit dare, poteſt tamen dare gratiæ ſacramentum, per quod fit remiſsio peccatorum. De forma abſolutionis cap. 2. Item in ſequentibus oſtendit Thomas, eos tali forma uoluiſſe miniſtros uti: Abſolutionẽ & remiſsioné tribuat tibi. Ibidem. Item: Ille ipſe dixit, q; ad miniſteriũ ſacerdotis pertineat oratio, abſolutioné Dei impetrans: poſtea tamen debere dicere indicatiuè, Ego te abſoluo, id eſt, abſolutionem oſtendo. Quam quidem abſolutioné (reſpondet Thomas) nec ego approbo, ſi ſimpliciter ut uerba ſonant intelligatur. Non enim oratione ſacerdotis impetratur remiſsio peccatorũ, ſed paſsione Chriſti. Alioqu ſi ſacerdos eſſet in peccato mortali, abſoluere non poſſet. Præmittitur aũt oratio, ut impetretur idoneitas ad ſuſcipiendum effectũ Sacramẽti. Quæ quidẽ oratio

licet plus naleat à iuſto q̃ à peccatore oblata, propter meritũ perſonæ qood additur, tamẽ etiã à ſacerdote peccatore oblata nõ eſt caſſa, quia ꝓponitur ab eo in perſona totius Eccleſię. Similiter nõ ſoſſicit illa expoſitio, Ego te abſoluo, id eſt, abſolutó te oſtendo: quia ſecuodum hoc in Sacramẽtis nouæ legis non eſſet niſi oſtenſio, uel ſignificatio, qnod idem eſt. Sed eſt ſenſns, Ego te abſoluo, id eſt, ſacramentum oel miniſterium abſolutionis tibi impeodo. De forma abſolutionis, cap. 2.

OB COENA SACRA.

Albertus: Octo notantur circa corporis Sacramentum. 1. Inſtirutionis authoritas. 2. Mataria Sacramento conueniens. 3. Gratiarum actio. 4. Sacramenti fractio. 5. Exercitium Sacramenti & communio. 6. Sacramenti huius qnæ in forma eſt, propria inſtitutio. 7. In redimendo propris uirtus. 8. Quòd datũ ſit in æternæ memoriæ & dilectionis firmitatẽ. Super Luc. cap. 22. Item: Euchariſtia, uiaticó dicitur tribus de cauſſis. 1. Quia uiatorũ eſt ad uiam pręparatio. 2. Quia nõ eſt Sacrameotũ hoc niſi in uia. 3. Quia eſt memoriale qnoddã uiæ Domini tranſeuntis ad paſsionẽ pro nobis. Super. 4. ſent. diſt. 8. Item: Noui teſtamenti Sacramẽtũ Euchariſtia dicitur, hoc eſt bona gratia, eo q; cõtinet eó qui eſt & author & cauſſa & uas omnis gratiæ ſecundũ corpus & animã & deitatẽ. Sacramẽti inſtitutio dupliciter tangitur: ſcilicet, inſtitutio corporis & ſanguinis. In Matth. cap. 26.

Materia. Alexãder: Multiplex eſt ratio, quare corpus Chriſti ſub iſtis ſpeciebus, ſcilicet panis & uini, conuenienter ſignificatur, & in nullo Sacramento legis Moyſi. Vna eſt expreſſa ſimilitudo ſigoi ad ſignatũ. Vnde 1. Corinth. 11. Hoc facite, qootieſcũq; facitis, in mei cõmemorationẽ. Gloſ. Porrò ſpecies illa uiſibilis ſacramentũ eſt gaminæ rei, contentæ & ſignatæ, & ſpecies illa utrãq; rem ſignificat, & utriuſq; gerit expreſſam ſimilitudinẽ. Nam ſicut panis præ cæteris cibis corpus reficit & ſuſtẽtat, & uinó hominẽ lætificat & inebriat: ſic caro Chriſti interiorẽ hominẽ magis cæteris gratijs ſpiritualiter reficit & ſaginat, quem & ſanguis Chriſti ſpiritualiter lætificat, & ſic inebriat, ut ſobriõ reddat. Vnda pars, Calix meus inebrians quàm præclarus eſt, habet etiã ſimilitudinẽ cũ re ſignificata tantùm, quæ eſt unitas fideliũ: quia ſicut ex multis granis cõficitur unus panis, & ex pluribus racemis uinum confluit, ſic ex multis fidelium perſoois nnitas Eccleſiæ conſtat. Alia ratio eſt conſuetudo ſiue generalitas alimenti, quo uita naturæ ſuſtentatur: homini enim conuenientiſsimè conducunt ad illnd qno uita ſpiritualis in omnibus nntritur. part. 4. quæſtione 32. membro 1. articulo 1. Item: Quidam dicunt, quòd ſacerdos proferens uerba illa, non dicit ea tanqnam ſua, ſed tanquam nerba Domini, nt materialiter ſumuntur, & ut recitata. Et propter hoc oon eſt quęrendnm, Quid demonſtrat hoc pronomẽ Hoc: ſicut nec ſi diceretur, Hoc eſt pronomen demonſtratioum. Sed hæc ratio non nidatur mihi ſufficiens: quia etſi ſupponatur, quòd pront dicuntur à ſacerdote materialiter tenentur, & ut uerba Domini recitata, nihilominus quando Chriſtus confecit uerbis illis ſignificatiuè tenebantur, & noo nt nerba alterius recitata. Quæratur igitur de oerbis illis, prout fuerunt nerba Domini propria: Quid demonſtrat hoc pronomen Hoc? & poteſt idem quæri quod prius, & eadem accidit difficultas. Præterea non eſt ratiooi conſonum, qnòd nerba quibus præſcribitur forma hnius ſacramenti, materialiter teneantur, ſicut nec in alijs ſacramentis: nec quòd uerbia ſic acceptis contulerit Domioua uirtutem tranſſubſtantiandi, ſed potius uerbis quæ tenentur ſignificatiuè. Aliter dicunt alij, quòd aliqua oratio eſt, quæ non eſt uera pro tempore prolationis ſuæ: ut cnm dicitur, Ego bibo, ſcilicet in tempore in quo proferens bibit. Similitar hæc oratio, Hoc eſt corpus meum, cùm longo tẽpore profeatur, non eſt uera pro tempora illo, ſcilicet ultimo inſtaoti ſuæ prolationis: quia pro ultimo inſtanti huius prolationis, in quo fit tranſſubſtantiatio panis, proferuntur uerba hæc. qoia ergo pro ultimo inſtãti prolationis illorum uerborum hæc proferuntur, ſimiliter eſt de illis iudicandum, ac ſi ultimo inſtanti proferrẽtur. Sed quia in ultimo inſtanti facta eſt cõſecratio, hoc pronomen Hoc demonſtrat corpus Chriſti. Sed adhuc uidetur inſufficienter dictũ, tum quia neſcitur qno inſtanti prolationis facta eſt conuerſio, tum quia tunc non eſt aliud dictum uerbo propoſito, quàm, Hoc, id eſt, corpus meum, eſt corpus meum. Sicut ſi demonſtrato Petro, diceretur, Iſte eſt bonus homo: idem eſt dictũ quod, Petrus eſt bonus homo: ſic, Hoc corpus meum eſt corpus meum, ſemper fuit uera, ſiue exiſtente tranſſubſtantiatione, ſioe non. Aliter dicunt quidam, Per Hoc fit demoſtratio ad ſenſum ipſius ſubſtãtiæ panis, non abſolntè, ſed nt coouerſus in corpus Chriſti eſt terminus tranſſubſtantiationis. Sed hoc minus rectè uidetur dici, cum panis nunquam ſit terminns trãſſubſtantiationis, ſed potius corpus Chriſti: loquitur enim de termino in quem,

non

non ex quo. Videtur ergo, quòd ſit aliter dicendnm. Nota ergo, quòd hæc oratio, Hoc eſt corpus meum: eſt ſignificatiua & operatina: ſignificatiua ex prima ſui impoſitione, operanua ex formç ſacramentalis inſtitutione. Dominus enim in inſtitutione formæ huius ſacraméti, cõtulit uirtutem uerbo prædicto. Ratione ergo qua eſt ſignificatiua, Hoc demonſtrat ſignatũ per ſignũ: tatione qua eſt operatiua, inſinuatur altud in alind conuertendũ. Vnde cum dicitur, Hoc eſt corpus meum, hic eſt intelligibilis demonſtratio ſignati per ſignñ conuertendum in ſignatũ. Explanatio hnius eſt talis, cũ dicitur, Petra eſt Chriſtus: hoc dicitur ſignificatiuè, nõ eſſentialiter: id eſt, Petra ſignificat Chriſtum, & Chriſtus ſignificatur per petram. hæc ſignificatio non eſt qnantum ad ſenſum, ſed quantum ad intellectum: qnia non ſentitur, ſed intelligitur Chriſtus per petram. Cadat igitur petra ſnb demonſtratione, & dicatur, Hęc petra eſt Chriſtus, demõſtrata petra: eius proprietanbus intelligitur Cbriſtus, demonſtratione ad intellectum demonſtratur ſignificatum per ſignũ. Similitet dico in propoſito panis ad conſęcrandum in corpus Chriſti, corpus Cbriſti ſignat: & reputatur corpus Chriſti non ſenſibiliter, ſed intelligibihter. Cum ergo dicitur, demonſtrato pane, qni eſt ſignum corporis Chriſti, Hoc eſt corpus meũ: hic eſt demonſtratio ſignati per ſignum, ſicut ſi diceretur, Hæc petra eſt Chriſtus, ſcilicet ratione qua intentione regulatur opus in ſacramentis. Intentio autem conſecrantis eſt, ut uirtute uerbotũ prolatorũ panis muteturin corpus Chriſti: hoc uerbo, Hoc eſt corpus meũ, demonſtratur corpus Chriſti ſigno ttanſſubſtantiando in corpus Chriſti uirtute data ipſi nerbo. Vnde cum dicitur, Hoe eſt corpus meum: ſenſus eſt, ſignificatiuo hoc ſigno, qnòd eſt panis tranſſubſtantiandus in corpua meum, eſt corpus meum: & ſic ſermo neritaté habet, cointellecta uirtute tranſſubſtantiandi. Sic ergo iudicatur de uerbo propoſito, ſecundñ quod prius cadit conſideratio ſupra neritaté ſignationis, & conſequenter ſupra nirtutem operanuam. Ex his patet, qnomodo ad obiecta dicendum eſt. Cum igitur quęritur, Quid demonſtratur per boc pronomẽ Hoc? dicendũ, quòd ſignatum per panem tranſſubſtantiandñ in corpus Chriſti demonſtratione ad intellectum ſignati per ſignnm. Sic igitur patet, quòd aliud eſt dicere, Hoc eſt corpus meum: quàm, Corpus meum eſt corpns meũ. præterea & quòd cognoſcitur hoc uerbo uirtus tranſſubſtantiandi. Ad aliud quod obijcitur, quòd hæc eſt falſa, qnod eſt panis erit corpus Chriſti: multò fortius, quod eſt panis eſt corpus Chriſti: ſi hæc eſt idem cum eo quod eſt, hoc eſt corpus Chriſti, pane demonſtrato, &c. Dicendum, qnòd hoc eſt uerum, ſecundum quod ſignum cadit ſub demonſtratione per ſe: nõ tamé ſecundum quod demonſtratione ad intellectũ ſignatum demonſtratut ſigno. Hæc enim uera eſt, ſignificatum per panem erit corpns Chriſti, & eſt corpus Chriſti: quia corpus Chriſti eſt & erit corpus Chriſti. Ad illud quod quæritur, Dicitur Eſt hic demõſtrańo ad ſenſum uel intellectnm? dicendnm, quòd ad intellectum, quia per ſignũ ſenſibile, ſcilicet panis, intelligitur corpus Chriſti: & eo modo quo aliquid intelligitur per ſuum ſimile. Cum autem obijcitur, quòd ibi non eſt ſimile aliquid Cbriſto in ſpecie, dicendum, quòd ſicut panis non reptæſentat corpus Chriſti ſolùm ratione ſubſtantiæ panis, ſed proprietatum panis: ſic nec corpns Chriſti quod intelligitur, demonſtratur pane tantùm ratione ſubſtantiæ eius, ſed ratione proprietatum psnis. Panis antem cum proprietatibus ſuis, habet ſimilitudinem analogiæ cum corpore Chriſti. Nec requiritur, quòd ubicunque eſt demonſtratio ad intellectum, quòd ſit per demonſtrationem alicuius ſimpliciter eiuſdem in ſpecie: ſed ſufficit ſimilitudo analogiæ. Vnde dico, quòd inſufficienter diuiſit ponendi duos modos demonſtrandi ad intellectum, niſi extenſo nomine ſpecies dicatur ſimilitudo naturaliter. Ad hoc quod obijcitur, quòd nunquam bæc eſſet uera, Hæc herba, &c. niſi quòd intelligitur per hanc herbam creſcere in horto meo. Similiter ex bac parte nec eſt uera, Hoc eſt corpus meum: niſi corpns Chriſti aliquando eſſet, quod per Hoc pronomen demonſtratur. Dicendum, quòd ita eſt: demonſtratur enim ſignatum per ſignum conuertendum in illud. Hæc enim eſt uera: Signatnm per panem connertendum in corpus Chriſti, eſt corpus Chriſti. Illa autem quæ oſtendunt, quòd per pronomen demonſtratur, quod actu eſt, concedimus. Ad illud quod obijcitur, quòd ueibum accedit ad elementum, &c. Dicendum, quòd ita eſt in propoſito: quia non tantùm demonſtratur hoc uerbo ſignificatum per panem: ſed per panem, ut eſt conuertendus in corpus Cbriſti. parte quarta, quæſtione trigeſimatertia, membro tértio, articulo ſecundo. Item: Aliud eſt dicere, corpus Chriſti ſignatum pane conuertendo in corpus Chriſti demonſtrari per hoc pronomen Hoc, cum dicitur, Hoc eſt corpus meum, qui quidem panis uirtute ucrborum conuerti

tur in corpus Chriſti: quàm dicere, uerbis iſtis, Hoc eſt corpus meum, corpus Chriſti tantū ſignificari pane demōſtrato, & nunquá eſſentialiter eſſe ſub ſpeciebus. Hoc igitur modo iutelligédo uerbū propoſitū, magis uidetur mihi conſonare intentioni cōſecrationis & intellectui uerborū, prout eorum uirtute tranſmutatur panis in corpus Chriſti. Ibidem.

Innocentius inquit: Quæri ſolet, Quale corpus ſuū Chriſtus dedit in cœna, mortale an immortale, paſaibile au impaſsibile? ac cætera quæ ad hác pertinét quæſtioné. Ego diuina ſacramenta magis ueneranda, quá diſcutiéda profiteor, ſimplicitati fidei ratus ſufficere, ſi dicatur, quòd tale dedit quale uoluit: & rurſua, quale dederit, ipſe nouit. li. 4. cap. 12. Ité: Salua fide poteſt cōcedi, quòd tale corpus in cœna Chriſtus dedit Apoſtolis tūc, quale tūc habuit, mortale uidelicet & paſsibile: nō quod poſſet pati in Sacraméto, ſed quod ſub Sacramento poterat pati. Nunc aūt ſumitur à nobis immortale & impaſsibile: nec tamen maioré nūc habet efficaciá, ſicut nec maioré potétiá. Quòd aūt paſsibilis edebatur, & tamé nō lædebatur, nō erat humanę naturę, ſed diuinæ potétiæ, qua ualebat quicquid omnino uolebat. Ibidē in fine cap. 12. Ité: Nec corpus accipit eſſe panis, ſed panis accipit eſſe corporis: quia panis tranſit in corpus, nō corpus in pané. Ibidē. Ité: Vnus & idé nūc & tūc, hic & alibi ſacrificatur ab omnibus, totus in cœlo & totus in altari, ſimul & ſedet ad dextrá patris, & manet ſub ſpecie Sacramenti. cap. 27. Ité: Forma panis útráq; carné Chriſti ſignificat, id eſt, uerá & myſticá: uerá & cōtiuet & ſignificat: myſticá uerò ſignificat, ſed non cōtinet. lib. 4. cap. 36. Ité: Patet quòd ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti, eſt Sacramentū & res: ſed alterins Sacramenti res, & alterius rei eſt Sacrameutū. Cernitur ibi ſpecies panis & uini, & creditur ueritas carnis & ſanguinis. Ibidē. Ité: Chriſtus uoluit remanere cū Apoſtolia nō ſolùm per inhabitanté gratiá, nec per diuiná tantùm eſſenriam, uerùm etiá per corporalem præſentiá. Et ideo iſtud Sacramentū iuſtituit, in quo pręſens eſt ipſe nobiſcū, ſub alia quidē forma, ſed in propria uerè ſubſtantia. Ibidē. Ité: Ex eo aūt uerbo, de quo mouit fraternitas tua quęſtioné, uidelicet, myſteriū fidei, munimentū erroris quidē trahere putauerūt, dicétes, in Sacraméto altaris nō eſſe corporis Chriſti & ſanguinis ueritaté, ſed imaginé tantùm & ſpeciē & figurá, pro eo quòd Scriptura interdū cōmemorat, id quod in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramentū & myſteriū & exemplū. lib. 3. decret. conſtit. Et: Diſtinguendum eſt tamen ſubtiliter inter tria, quę ſunt in hoc Sacraméto diſcreta: uidelicet, formá uiſibilē, ueritaté corporis, & uirtuté ſpiritualē. Forma eſt panis & uini, ueritas carnis & ſanguinis, uirtus unitatis & charitatis. Primū eſt ſacramentū, & non res: ſecundū eſt ſacramentū & res: tertium eſt ſacramentū, & nō res. Sed primū eſt ſacramentū geminæ rei, ſecundū ſacramentum unius & alterius res exiſtit, tertiū eſt res gemini ſacramenti. Ibidem.

Thomas inquit: Illud eſt perfectiſsimū Sacramentū, in quo corpus Chriſti realiter cōtinetur, ſcilicet Euchariſtia, & eſt omniū aliorū conſeruatiuū. In ſumma de ueritate, materia 27. quęſt. 4. Et: Nota quòd Sacramentū Euchariſtiæ eſt excelſum dignitate: quia in eo uerè eſt & uerè ſumitur ipſe Chriſtus, uerus Deus & homo: & ideo non debet ſumi niſi à dignis, qui ſcilicet triūphent de nitijs, & ſint ſine macula culpæ mortalis, &c. Super Apoc. cap. 2. Item: Ex magna gratia & liberalitate Dei eſt, quòd dat nobis ſeipſum in cibū in hoc Sacraméto. Ibidē. Et: In Sacraméto ueraciter & eſſentialiter exiſtit ſeu ſubſiſtit uerū corpus Chriſti glorioſum, illud idē numero, quod de uirgine natū eſt, & in cruce paſſum eſt, & quod tertia die reſurrexit à mortuis, & aſcendens in cœlū ſedet ad dextrá patris omnipotétis. De Sacraméto Euchariſtiæ cap. 11. Et: Cōueniens eſt uſui huius Sacrameuti, ut ſeorſim exhibeatur fidelibus corpus Chriſti in cibum, & ſanguis in potum. Tertia ſummæ, quæſt. 76. articulo 2. Et: Circa uſum huius ſacramenti dno poſſunt conſiderari: unum ex parte ipſius ſacramenti, alterum ex parte ſumenrium. Ex parte ſacramenti conuenit, quòd utrūque ſumatur, ſcilicet corpus & ſanguis, quia in utroq; conſiſtit perfectio ſacraméti: & ideo quia ad ſacerdoté pertinet hoc ſacramentum conſecrare & perficere, nullo modo debet Chriſti corpus ſumere ſine ſanguine. Ex parte autem ſumentium requiritur ſumma reuerentia & cautela, ne aliquid accedat, quod uergat ad iniuriam tanti myſterij, quod præcipuē poſſet accidere in ſanguinis ſumptione, & qnidē ſi incantè ſumeretur, de facili poſſet effnndi, & quia creſcente multitudine populi Chriſtiani, & quia conrinentur ſenes & iuuenes & paruuli, quorū quidam ſunt tantæ diſcretionis, ut cautelam debitá circa uſum huius ſacramenti nō adhiberét, ideo prouidè in quibuſdam Eccleſijs obſeruatur, ut populo ſanguis ſumendns non detur, ſed ſolùm à ſacerdote accipiatur. Tertia ſummæ, quæſt. 80. art. 12. Et Thomas dicit, eſſe erroneū dicere, in ſacraméto nō

eſſe

eſſe corpus Chriſti ſecundum rei ueritatẽ, ſed ſolùm ſecundum figuram, ſeu ſicut in ſigno. In expoſit. 1. decretalis. Item: Sub ſpecie panis eſt uerũ corpus Chriſti, quod de uirgine ſumpſit. De ſacramento altaris cap. 11. Item: Corpus Domini licet ſit in pluribus locis, uel hoſtijs, aut portionibus, tamen per partes non eſt diuiſum, ſed manet in ſe integrũ & coniunctum. 1. Cor. 1. Diuiſus eſt Chriſtus: quaſi diceret, Non eſt diuiſus: quia licet ſit in cœlo localiter, in corde iuſti ſpiritualiter, in multis locis ſacramentaliter, tamẽ manet in ſe coniunctus. Ibidem cap. 13. Et: In cibo altaris duo ſunt, ſcilicet ſacramentum, & uirtus ſacramenti. Sacramentum, ut dicit Auguſtinus, in duobus conſiſtit: uiſibili panis & uini ſpecie, & inuiſibili carne & ſanguine Chriſti. Virtus uerò ſacramenti eſt, ſanatio à damnatione mortis æternæ. Hanc uirtutem ſacramenti crediderunt & guſtauerunt ſpiritualiter omnes ſaluandi ab origine mundi, & quotidie guſtant omnes boni Chriſtiani. Ibidem cap. 17. Item: Credit ſancta mater Eccleſia & fides catholica, ſub illa parua hoſtia cõtineri & eſſe ueraciter totum corpus Chriſti, ita magnum & ita perfectũ ſicut fuit in cruce, & ita magnum ſicut in die paſchæ reſurrexit. De ſacramento Euchariſtiæ capite 3. Item: Corpus Chriſti non eſt ſub hoſtia naturaliter, ſed ſacramentaliter. Et ideo non eſt ibi ut locatum in loco, nec ſub dimenſionibus proprijs, ſed ſub dimenſionibus quæ prius fuerunt, ſcilicet panis & uini. Et ideo cùm ſubſtantia de ſe in quantum ſubſtantia locum non occupet, nec requirat, niſi in quantum eſt ſub dimenſionibus quantitatis: ſequitur ex hoc, quòd corpus Chriſti ſub ſacramento nõ requirat uel occupet plus locũ, uel de loco, quàm dimenſiones panis & uini, ſub quibus uelatur & tegitur, occupant & requirunt. De ſacramento Euchariſt. cap. 3. Et: Corpus Chriſti uerè eſt in cœlo, & uerè eſt in terra in quolibet altari, & in quolibet loco, ubi eſt panis triticeus in forma debita per ſacerdotem cõſecratus. De ſacramento Euchariſtiæ cap. 8. Et: Magis congruit puritati corporis myſtici, id eſt Eccleſiæ (uti azymo in cœna) quę in hoc ſacramento figuratur. Nõ autem propter hoc intendimus, quòd ex fermentato ſacramentum confici non poſsit. Opuſc. 1. contra error. Græc. cap. 32. Et: Verum corpus Chriſti & ſanguinem in hoc ſacramento eſſe, neq; ſenſu deprehendi poteſt, ſed ſola fide, quæ authoritati diuinæ innititur. Ibidem quæſtione 75. articulo 1. Item: In alijs ſacramentis non eſt ipſe Chriſtus realiter, ſicut in hoc ſacramẽto: & ideo in ijs ſacramẽtis manet ſubſtantia materiæ, non autem in iſto (ſacramento altaris) Ibidem. Et: Ex ui ſacramẽti ſub hoc ſacramento continentur, quantum ad ſpecies panis, non ſolùm caro, ſed totum corpus Chriſti, ſcilicet oſſa & nerui, & alia huiuſmodi: & hoc apparet ex forma huius ſacramenti, in qua non dicitur, Hæc eſt caro mea: ſed, Hoc eſt corpus meũ. Ibidem quęſt. 76. artic. 1. Et: Sub utraq; ſpecie ſacramenti totus eſt Chriſtus, aliter tamen & aliter. Nam ſub ſpeciebus panis eſt quidem corpus Chriſti ex ui Sacramenti, ſanguis autem ex reali cõcomitantia: ſub ſpeciebus uerò uini eſt quidem ſanguis Chriſti ex ui Sacramenti, corpus autem Chriſti ex reali concomitantia, ſicut anima & diuinitas, eo quòd nunc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus, ſicut fuit tẽpore paſsionis & mortis. Ibidem. Item: Neceſſarium eſt, ut ſit panis triticeus, ſine quo non perficitur ſacramentum. Non eſt autem de neceſsitate ſacramenti, quòd ſit azymus uel fermentatus, quia in utroque confici poteſt. Conueniens autem eſt, ut unuſquiſq; ſeruet ritum ſuæ Eccleſiæ in ſacramẽti celebratione. Super hoc autẽ ſunt diuerſæ Eccleſiarum conſuetudines. Dicit enim beatus Gregorius in Regiſtro: Romana Eccleſia offert azymos panes, propterea quòd Dominus ſine ulla commixtione ſuſcepit: ſed certæ Eccleſię offerunt fermentatum, pro eo quòd uerbum patris indutum eſt carnẽ, ſicut fermentum miſcetur farinæ. Vnde ſicut peccat presbyter in Eccleſia Latinorũ, celebrans de pane fermentato: ita peccaret presbyter Gręcus in Eccleſia Gręcorũ, celebrans de azymo pane, quaſi peruertens Eccleſiæ ſuæ ritũ. Ibidem quęſt. 74. art. 4. Et: Propria materia huius ſacramenti eſt panis triticeus. Ibidẽ artic. 3. Et: Sacramenti Euchariſtiæ materia eſt panis triticeus, & uinum de uite modica aqua permixtum, ita quòd aqua tranſeat in uinum. Nam aqua ſignificat populum, qui incorporatur Chriſto. De alio autem pane quàm tritici, & alio uino non poteſt confici ſacramentũ. In tractatu de articulis fidei, cap. 14. Item: Arodinicæ offerunt in Sacramento Euchariſtiæ panem & caſeum, dicentes, à primis hominibus oblationes de frugibus terrę & ouium celebratas fuiſſe. Contra quod eſt, quòd Dominus huius ſacramenti inſtitutor panem & uinũ diſcipulis ſuis dedit. Ibidem. Item: Aquarij aquam ſolam in ſacrificijs offerunt, cum tamen Prou. 9. dicatur: Ex ore ſapientiæ, (qui eſt Chriſtus) bibite uinum quod miſcui uobis. Ibid. Et Thomas quibuſdã hæreticis tribuit hanc blaſphemiã:

Si corpus

Si corpus Chriſti eſſet ita magnum, ſicut mons, à tot comeſtoribus eſſet longo tempore iam conſumptú. De ſacramento Eucbariſtiæ cap.9. Et: Quidá poſuerunt corpus & ſanguinem Chriſti nó aſſe in hoc ſacramento, niſi ſicut in ſigno: quod eſt tanquá hæreticú abijciendum, utpote uerbis Chriſti contrarium. Vnde & Berengariua, qui primus buius erroris inuentor fuerat, poſtea coactus eſt ſuum errorem reuocare, & ueritatem fidei confiteri. Tertia ſummæ, quæſt.75.art.1.

Albertus: Chriſtus ſemper totus eſt in ipſo, cùm omnibus alijs Sacramentis non cómunicet niſi per gratiam. Totus aút, ſecundum corpus & animá & deitatem, iſti ſemper cómunicat. cap.22. ſuper Lucam. Et: Cbriſtus ſanguinem in potum, & corpus in cibum dedit. In Iohan. cap.15.

De máducatione ait Thomas: Sacramétalis manducatio, per quá ſumitur ſolum ſacramentú ſine effectu ipſius. Spiritualis manducatio, per quá quis percipit effectú huius ſacramenti, quo ſpiritualiter bomo Chriſto coniungitur per fidé & charitaté. Tertia ſummæ, quæſt.80.art.1. Itê, Thomas ſacramentalem manducationé nocat corporalem manducationé, ibidem art.3. Itê, Thomas facit triplicé modú manducationis: ſacramentalê tantùm, item ſpiritualem tantùm, & ſacramentalé & ſpiritualê ſimul. De ſacramento altaria cap.17.

Gulielmus tranſſubſtantiationé docet, dicens: Panis, & uinú, & uerba, ſunt forma buius ſacramenti: uirtute quorú ſubſtantiantur panis in corpus Chriſti, & uinú in ſanguiné. cap.20. Item: Forma uerò quæ eſt ſupet panem, qua tranſſubſtantiatur panis in corpus Chriſti, eſt hæc, &c.

Sic & tranſſubſtantiationê malè defendit Alexander: Eſt aút multiplex ratio, quare congruit, quòd pania cóuertatur in corpus Chriſti, & nó maneat ſimul ſub ſigno cum corpore Chriſti. Vna ratio eſt, idololatriæ euitatio. Si enim ſub ſacraméto maneret panis, fortaſſe quoq; adoraretur indiſtinctè cú Domino. Alia eſt, efficacior deductio ad ipſum Chriſtú cóprehendendú & uenerandú: tunc mediatè deducetur, quia primò deducetur ad cóprehenſioné panis, & pòſt ad cóprehenſioné Domini. Alia eſt, ſpiritualior refectio. modò illa refectio eſt ſpiritualis omnino: túc eſſet in parte carnalia, quia tunc cibus aſſumeretur, & non ſolú ſpiritualis. Alia eſt, ueritatis inſinuatio, ſcilicet ut credatur, quòd ſit tantùm cibus animæ, non corporis, & quòd hoc cibo ſit unio ſpiritualis & corporalis. part.4. quæſtio.38. memb.1. Itê: Ipſa eleméta uirtute uerború cóuertútur in corpus & ſanguiné Chriſti, nulla facta mutatione circa Chriſtú, neq; generationia, neq; corruptionis, neq; augméti uel diminutionis uel alterationis, neq; mutationia ſecundum locum. part.4. quæſt.38. memb.4. artic.4.

Innocétius inquit: Sicut panis in corpus, ita profectò uinú tranſſubſtantiatur in ſanguiné. lib.2. myſt. Itê: Panis & uinú antequá conſecrentur, & diuerſæ ſunt ſpecies ſubſtantiarú, ac diuerſæ ſpecierú ſubſtantiæ. Sed ubi cœleſtis cóſecratio acceſſerit, ſpecies quidé remanét, ſed ſubſtantiæ conuertuntur, ita quòd diuerſa ſunt continentia. Sed unicum eſt cœlum. Nam idem ſub utraq; ſpecie continetur, licet nó in idem utraq; ſubſtantia conuertatur. lib.3. Myſt. Item: Cú ſacerdos plures ſimul benedicit oblatas, uná pro omnibus in manibus accipit. Nam & in unú Chriſti corpus omnes ſimul hoſtiæ conuertútur. li.4. cap.3. Itê: Ante conſecrationé accidens eſt in ſubiecto, quoniá exiſtit in alio: ſed poſt cóſecrationé accidês eſt ſine ſubiecto, quoniá materia exiſtit per ſe. Tranſit enim ſubſtátia, ſed remanét accidentia. Sicut enim ibi ſubſtantia corporis eſt, ubi forma corporis nó uidetur: ſic ibi forma panis uidetur, ubi ſubſtantia panis nó eſt: nec eſt alius ibi panis, niſi caro Chriſti, quę nomine panis aliquando deſignatur, iuxta quod Dominus ait Ioban.6. Panis quê ego dabo, &c. lib.4. cap.7. Item: Si quęratur, Quid à mure comeditur, cum ſacramentú corroditur: uel quid incineratur, cum ſacramentú crematur? Reſpódeo: Quòd ſicut miraculoſè ſubſtantia panis cóuertitur in corpus Dominicum, cum incipit eſſe ſub ſacramento: ſic quoq; miraculoſè reuertitur, cú ipſum ibi deſinit eſſe: non quòd illa panis ſubſtátia reuertatur, quæ tráſiuit in carné, ſed quòd eius loco alius miraculoſè creatus: quáuis buius accidentia ſine ſubiecto poſſunt ſic corrodi, ſicut édi. Hîc obſtante miraculo falſo, trahitur argumentú à coniugatis uel coniunctis, ſicut alibi trahitur falſò à contrarijs. Ibidê. Verùm iſta omnia abſq; uerbo Dei effutiuntur. Item: Porrò cum panis tranſſubſtantietur in corpus, & utique rationali ſpiritu animatum, uidetur quòd panis tranſſubſtantietur in hominem, pari ratione in Chriſtum tranſſubſtantiatur, & ita in creatorem, &c. Ibidem cap.19. Item: Chriſtus in corpus & ſanguinem ſuum panem tranſſubſtátiauit. lib.3. decret. conſtit.

Bonauétura: In Sacraméto Euchariſtiæ non tantú ſignificatur uerú Chriſti corpus & uerus ſanguis, uerùm etiam continetur ueraciter ſub duplici ſpecie, panis ſcilicet & uini, tanquam ſub uno, & non tanquam ſub duplici ſacramento. Hoc autem poſt

conſecrationem ſacerdotalem, quæ fit In prolatione uocalis formæ à Domino inſtitutę, ſuper panē ſcilicet, Hoc eſt corpus meum: ſuper uinum uerò, Hic eſt calix ſanguinis mei: quibus uerbis cū intentione conficiendi à ſacerdote prolatis, trāſſubſtantiatur ntrumq; elementū ſecundum ſubſtantiam in corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti, remanentibus ſpeciebus ſenſibilibus, In quarū utraq; continetur totaliter, non circūſcriptibiliter, ſed ſacramentaliter, totus Cbriſtus, in quibus etiā proponitur nobis ut cibus, quē qui dignè accipit, non ſolùm ſacramentaliter, ſed etiā per fidē & charitatē ſpiritualiter manducando corpori Chriſti myſtieo magis incorporatur, & in ſe ipſo reficitur & purgatur. Qui uerò indignè accedit, iudicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans ſanctiſsimnm corpus Chriſti. In ſexta parte Breuiloquij.

Thomas: Dicendum eſt, quòd uerū corpus Chriſti eſſe incipiat in hoc Sacramēto, per hoc quòd ſubſtantia panis cōuertitur en ſubſtantiá corporis Chriſti, & ſubſtantia uini in ſubſtantiam ſanguinis eius. In ſumma contra gentiles, lib. 4. cap. 63. Item: Sciendum tamen eſt, quòd prædicta conuerſio panis in eorpus Chriſti, alterius modi eſt ab omnibus cōuerſionibus naturalibus. Nam in qualibet cōuerſione naturali manet ſubiectū, in quo ſuccedunt ſibi diuerſæ formæ, uel accidentales, ſicut cū album in nigrū eonuertitur: uel ſubſtātiales, ſicut cum aer in ignem. unde cōuerſiones formales nominantur. Sed in cōuerſione prædicta ſubiectum tranſit in ſubiectū, & accidentia manent. unde hæc conuerſio ſubſtantialis nominatur. Ibidem. Item: Hinc antem manifeſtum eſt, quòd in conuerſione prædicta panis in corpus Chriſti, nō eſt aliquod ſubiectum cōmnne permanens poſt conuerſionē, cum tranſmutatio fiat ſecundū primū ſubiectū, quod eſt indiniduationis principiū: neceſſe eſt tamen id remanere, ut uerū ſit quod dicitur, Hoc eſt eorpus meū. Quæ quidem uerba ſunt huius eonuerſionis ſignificatiua & factiua. Et qnia ſubſtantia panis nō manet, nec aliqua prior materia, neceſſe eſt dicere, quòd maneat id quod eſt præter ſubſtantiam panis etiam poſt conuerſionem prædictam. Ibidem. Item: Accidit in hac cōuerſione contrariū ei qnod in naturalibus mutationibus accidere ſolet, in quibus ſubſtantia manet ut mutationis ſubiectū, accidentia uerò uariantur. HIc autem e conuerſò accidens manet, & ſubſtantia trāſit. Huiuſmodi enim conuerſio non poteſt propriè dici motus, ſicut à naturali conſideratur, ut ſubiectum requirit; ſed eſt quædam ſubſtātialis ſucceſsio. Ibidem. Item: Accidentia in hoc ſacramento manét ſine ſubiecto. Tertia ſummæ, quęſt. 77. artic. 1. Item: In conſecratione ſacramenti altaris mutatur in corpus Chriſti tota ſubſtantia panis, ſic tamen quòd manét panis accidentia, id eſt, color, ſapor, & huiuſmodi, Chriſti corpus circūſtantia, & noſtris ſenſibus obiecta. Talis mutatio eſt ſupernaturalis, & dicitur ꝓpriè conuerſio, ſiue tranſſubſtantiatio. De ſacramento altaris cap. 12. Item: Fides Eccleſię ſanctæ credit circa ſacramētū Eucharistiæ, ſubſtantiá panis connerti in ſubſtantiá carnis, & ſubſtantiá uini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, ex ui ſacramenti, & per comitantiá ſub utraq; ſpecie eſſe totū, id eſt animá & corpus, & diuinitaté ipſius. Et iſta tranſſubſtātiatio, id eſt, cōuerſio panis in corpus Cbriſti ſiue in carnē, fit in inſtanti finltionis & cōplexionis illorū uerborū Chriſti, ſcilicet, Hoc eſt enim corpus meū: dummodo iſte qui profert, ſit ſacerdos, & intendat facere quod facit Eccleſia, & prædicta uerba cū tali intentione proferat ſuper materiá debitam, ſcilicet panis de frumento. Et idem intelligendū eſt de cōuerſione in ſanguinē, quod ſimiliter fit in continenti, completis his uerbis: Hic eſt enim calix, &c. De ſacramento Euchariſtiæ cap. 2. Item: Quāuis aūt iſtud ſit ſummū miraculum, & ſolius diuinæ uirtutis, ſcilicet facere in continenti talem, tantá, & tam ineffabilem eonuerſionē & ſubſtantiarū mutationē: nihilominus hoe nō apparebit impoſsibile, ſi cōſideremus aliqua ſimilia in Scriptura, & aliqua ſimilia in natura. Vxor enlm Loth, quia retroſpexit cōtra mandatū Dei, ſubitò conuerſa eſt in ſtatuá ſalis, Gen. 19. Virga etiam Moiſi connerſa eſt in colubrū, & poſtea in uirgá, Ex. 4. In legēda B. Iohannis Euágeliſtæ legitur, quomodo conuertit uirgas ligneas in aureas, & lapides in lapides precioſos. Et in Euangelio ſuo legitur, quomodo Chriſtus conuertit aquam in uinū. In natura quoq; ſatis ſimilia reperiuntur. Homo comedit panem, & in corpore ſuo conuertitur in carné: bibit uinū, & conuertitur in ſanguinem, &c. Ibidem. Item: Subſtantia panis & uini in uerū corpus Chriſti & ſanguiné tranſit. In expoſitione Miſſæ, cap. 4. Et: Non erit dare aliquem modū, quo corpus Chriſti uerum eſſe incipiat in hoc ſacramēto, niſi per conuerſioné ſubſtátiæ panis in ipſum: quę quidē cōuerſio tollitur, poſita uel annihilatione ſubſtátiæ panis, uel reſolutione in præcarenté materiā. Tertia ſummæ, quæſt. 75. art. 3. Et: Tota ſubſtantia panis conuertitur in totam ſubſtantiam corporis Chriſti, & tota ſubſtantia uini In totam ſubſtantiá

ſanguinis

ſanguinis Chriſti. Tertia ſummæ, quæſtione 75. articulo 4. Et: Tota ſubſtantia panis trãſit in totum corpus Chriſti. Ibidem artic. 8. Item: Quia in hoc ſacramento tota ſubſtanria in totam ſubſtantiam mutatur, propter hoc hæc conuerſio propriè tranſſubſtantiario nocatur. Ibidem. Et: Panis uel uinum in Chriſti corpus ſubſtantialiter cõuertũtur, ideoq; Chriſtus Deus & homo perfectus ſub modici panis & uini ſpecie continetur. In officio corporis Chriſti, lectione 2.

Quæ in cœna Domini. Innocẽtius: Tria in hoc ſacramento ſunt diſcreta: uidelicet, forma uiſibilis, ueritas corporis, & uirtus ſpiritualis. Forma panis & uini, ueritas carnis & ſanguinis, uirtua unitatis. li. 4. ca. 36.

Forma. Thomas: Forma ſacramenri Euchariſtiæ ſunt ipſa uerba Chriſti dicenris, Hoc eſt corpus meum: &, Hic eſt calix ſanguinis mei noui & æterni teſtamẽti, myſterium fidei, qui pro uobis & pro multia effunditur in remiſsionem peccatorũ. quia ſacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentũ. Miniſter autem ſacramẽti huius eſt ſacerdos, neq; aliquis alius poteſt corpus Chriſti conficere. In tractatu de articulis fidei, cap. 14.

De una ſpecie. Tempore Thomæ iam adempta fuit laicis altera ſpecies ſacramẽti, ut patet ex libro de ſacramento altaris, cap. 29. Item: Quæritur, Quare populus nõ accipit ſanguinem ſub ſpecie uini? Huius triplex eſt ratio. Prima eſt, ad habendũ uas congruum huius ſanguinis contentiuum. Sicut enim uinum uas ſpecialius & diligentius præparatum, in quo conſetuetur, exigit, quàm panis: ſic ſub ſpecie uini ſanguis Chriſti ſumendus ſolis ſacerdotibua conceditur, tanquam uaſis ad hoc ſpecialiter conſecraris, & ſacra religione conſtrictis, & uirtutũ pulchritudine excellenrius præornatis. Secunda rario eſt, uitandi periculi effuſionis propter multitudinem, quæ ſe circa altare comprimit. Hinc eſt quòd Dominus in cœna Apoſtolis paucis, & ut ſuis ſacerdoribus, non ſolùm corpus in ſpecie panis, ſed & ſanguinẽ in ſpecie uini dedit. Tertia ratio eſt, ad prçcauendum erroris periculũ. Si enim populus rudis acciperet ſanguinem ſub ſpecie uini, uix crederet eum eſſe ſub ſpecie panis, cũ tamen ueraciter ſit ſub utraq; ſpecie. Nam ſicut ſub ſpecie uini conſecrati Chriſti eſt ſanguis per tranſſubſtantiationem, ita ibi eſt corpus per annexionem: & ſicut ſub ſpecie panis eſt corpus Chriſti per trãſſubſtantiationem, ita ibi eſt ſanguis eius ueraciter per annexionem. Hæc enim duo, corpus Chriſti, & ſanguis: imò hæc quatuor, corpus, ſanguis, anima, & deitas, iam ultrà non poſſunt ſeparari. Vnde ſicut ſumit ſacerdos ſanguinem Chriſti ſacramentaliter de calice, ſic populus ſumit eũ intellectualiter de ipſo corpore Chriſti, & eſt eis tam utilis & tam dulcis, ut ſacerdotibus qui ſumunt eum ſub ſpecie uini de calice. Ibid.

Quomodo adſit. Innocentius: Si uerò quæratur, utrum Chriſtus localiter deſcendat de cœlo uel aſcendat, cum exhibet ant ſubtrahit præſentiam corporalem, an aliter incipiat nel deſinat eſſe ſub ſpecie Sacramenti? Reſpondeo: Non oportere nos in talibus curioſos exiſtere, ne plus quàm poſſumus præſumamus, & non comprehendamus. lib. 4. cap. 16.

De ſpirituali eſu inquit Innocentius: Caro Chriſti niſi ſpiritualiter comedatur, nõ ad ſalutẽ, ſed ad iudiciũ mãducatur. cap. 13.

Sumentium diſtinctio. Ægidius: Eſt tamen intelligendum, quòd corpus Chriſti poteſt ſumi tripliciter: ſcilicet materialiter, & hoc modo poſſunt infideles manducare, quia poſſnnt ſumere ſpecies illas, ſub quibus eſt corpus Chriſti. Sacramentaliter uerò corpus Chriſti illi manducãt, qui credunt ſub ſpeciebus illis eſſe Chriſti uerum corpus, & ſanguis uerè, quod fidelib. bonis & malis cõpetit. Spiritualiter uerò corpus Chriſti ſumunt illi qui ſine remorſu conſcientiæ hoc faciunt. Hoc tamen intelligendum eſt, qui manducant corpus Chriſti ſpiritualiter, uiuent in æternum, dnm tamen perſeuerent. In tractatu de inferno cap. 11.

De indignorũ manducatione ait Thomas: Peccator ſacramẽtaliter corpus Chriſti manducare poteſt, & non ſolùm iuſtus. Tertia ſummæ, quæſt. 80. artic. 3. Item: Iudas cum alijs diſcipulis corpus Domini & ſanguinem ſuſcepit. Ibidem quæſt. 81. artic. 2. Et: Peccator ſumit corpus Chriſti ſacramentaliter, ſed non ſpiritualiter. Ibidem quæſt. 82. arric. 7.

Non differendum. Innocentius: In perceptione corporis & ſanguinis Chriſti, magna eſt nobis adhibenda diſcretio. Cauendum eſt enim, ne ſi nimiũ differatur, mortis periculum incurratur, Domino proteſtante: Niſi manducaueritis carnem Domini, filij hominis, &c. lib. 4. cap. 2.

Sçpius utendum Cœna. Thomas: Per ſacramentum baptiſmi configuratur homo morti Chriſti, in ſe ſuſcipiẽs eius characterem: & ideo ſicut Chriſtus ſemel mortuus eſt, ita ſolùm ſemel debet homo baptizari. Sed per hoc ſacramentũ (altaris) non recipit homo Chriſti characterẽ, ſed ipſũ Chriſtũ, cuius uirtus manet in æternũ. Vnde ad Hebr. 10. dicitur: Vna oblatione conſummauit.

mauit,&c. Et ideo quia homo quotidie indiget ſalutifera Chriſti uirtute, quotidie poteſt laudabiliter hoc Sacramentum ſuſcipere. Et quia præcipuè baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, ideo ſicut homo ſemel naſcitur carnaliter, ita debet ſemel ſpiritualiter renaſci per baptiſmum. Sed hoc ſacramentum eſt cibus ſpiritualis: unde ſicut corporalis quotidie ſumitur, ita & hoc ſacramentum quotidie ſumere laudabile eſt. Vnde Dominus Luc.11. docet petere panem noſtrum,&c. Tertia ſummæ, quæſt.80.artic.10.

Finis. Alexander: Cum ſacramentum altaris habeat in ſe plura: habet enim memoriam Dominicæ paſsionis, ex qua facta eſt liberatio: agnus paſchalis, qui datus fuit in memoriã liberationis de Ægypto, ſignificat illud ſacramẽtum. Etiam dominicum uiaticum eſt ſpirituale, quo ſuſtentari debemus in uita præſenti, quouſque perueniamus ad patriam: & ratione huius ſignificat manna, quod erat cibus populo Iſrael, quouſq; tangerent fines terræ promiſsionis. Sacramentum etiam Dominicum eſt offenſiuum charitatis, quam filius Dei nobis exhibuit: ratione cuius holocauſtum, quod eſt totum incẽſum, ſignificat. Sacramentum etiam Dominicũ ualet ad deletionem uenialium peccatorũ, ſine quibus uita iſta de facili nõ agitur. part.4. quæſt.6.memb.2.artic.3. Item: Efficacia huius ſacramenti reſpicit duo, ſcilicet rem contẽtam & ſignificatam, & ſignificatam ac non cõtentam. Quãtum ad efficaciam, in quantum reſpicit rem contentam & ſignificatam, altera tãtùm eſt ſpecies de integritate, qua in utraq; ſpecie continetur totus Chriſtus. In quantum efficacia reſpicit ſignatum & non contentum, utraq; eſt de integritate: quia ſumpto hoc ſacramento dignè in utraque ſpecie, maior eſt effectus unionis corporis myſtici cum capite, quàm ſumpto cum altera. Quantũ autem ad ſignificãtiam, ſunt de integritate, quia neutra ſpecie ſignatur res huius ſacramenti: quia Chriſtus, quantum ad corpus, non ſignatur ſacramẽtaliter in ſpecie uini: neq; quantum ad ſanguinẽ, ſacramentaliter in ſpecie panis. Præterea in hoc ſacramento ſignatur Chriſtus ut eſt cibus, perfectè mãducantes reficiens ſacramentaliter & ſpiritualiter. Perfecta autem refectio non eſt in pane tantùm, nec in uino tantùm: ſed in utroque. Reficit autem hoc ſacramentum non quoſcunq;, ſed manducãtes ſpiritualiter. Manducare autem ſpiritualiter, eſt recognoſcere & refici circa eius paſsionẽ, quæ fuit in corporis eius multiplici afflictione, & ſanguinis effuſione: in quo manifeſtatur immenſa Dei charitas, & in hoc anima perfectè reficitur & delectatur, & ideo utrunq; diſtinctè ſignatur, ſcilicet corpus & ſanguis. Præterea delectatio & refectio non eſt in paſsione, quia paſsio, ſed quia noſtra redemptio. Nos enim noſtra utilitas delectat, quę eſt redemptio noſtra corpore & ſanguine Chriſti. parte 4. quæſtione 32.memb.1.artic.2.

Innocentius: Per huius Sacramenti uirtutem uniuerſę uirtutes augentur, & omnium gratiarũ fructus exuberant. Is enim in hoc Sacramento ſumitur totus & integer, qui eſt ſons & origo totius uirtutis & gratiæ. lib.4.cap.44.

Bonauentura ait: Sicut illi educti ſunt de Ægypto poſt comeſtionẽ agni paſchalis, & per aſperſionem ſanguinis eius liberati ab angelo exterminatore: ſic nos educimur de ſeruitute diabolica per eſum carnis uerbi incarnati in ſacramento altaris, & per ſanguinem eius in baptiſmo. In ſermone de decem præceptis.

Thomas: Dominus dicit Iohan.6. Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi uita. Sed uita ſpiritualis eſt per gratiam. Ergo per hoc ſacramentum gratia confertur. Tertia ſummæ, quæſt.79.artic.1. Et: Cauſſa inſtitutionis (ſacramenti altaris) eſt triplex: ſcilicet, memoria Saluatoris, ſacrificium altaris, cibus hominis. De ſacramento altaris cap.1. Et: Finis ſacramenti eſt animam fidelem ſpiritualiter cibare, & contra malum & ad bonum confortare. Cauſſa huius efficiẽs eſt corpus Chriſti, & id poteſt tam plenè eſſe ſub ſpecie panis parua, ſicut ſub magna: quia ſub utraque æqualiter unitum eſt Deo, ex quo fluit omnis uirtus in ſacramento. Quantacunq; enim parua ſitilla ſpecies panis, ibi eſt totum corpus Chriſti per conuerſionem, ſanguis per connexionem, anima per coniunctionem, & diuinitas integra per cõmunionem. Vnde certum eſt, quòd habet plenam rationem cibandi ſpiritualiter, & confortandi animam. Exod.16. Qui minus collegerat,&c. De ſacramento altaris cap.13. Et: Duplex eſt effectus corporis Domini, ſcilicet bonitatis quo ad bonos, ſeueritatis quo ad malos: & tamẽ ipſum ſemper immutabile, & bonum in ſe manet, ſed iuſto Dei iudicio effectus eius mutatur in his qui malè eo utuntur. Auguſtinus: Sancta malis poſſunt obeſſe: quia qui manducat corpus Domini indignè, iudicium ſibi manducat: non quòd res illa mala ſit, ſed quia malus quod bonum eſt, malè accipit. Huius rei exemplũ eſt in ſole & in uino. Nam eandem ſolis lucem, quam oculus ſanus ad delectatio-

nem & confortationem, æger ſuſcipit ad turbationem. Et uinum quod ſanus homo ad iucunditatem & confortationem, febricitans accipit ad maiorem infirmitatem, uel certè ad mortem. Ibid. cap. 18. Et: Manducationis ſpiritualis effectus triplex eſt: peccatorum remiſsio, ab æterna morte ſanatio, uera corporis Chriſti ad ſalutem æternam participatio. Ibid. cap. 19. Et: Effectus ſacramenti Euchariſtiæ duplex eſt. Quorum primus conſiſtit in ipſa conſecratione ſacramenti. Nam uirtute uerborum (Hoc eſt corpus, Hic eſt calix) panis conuertitur in corpus Chriſti, & uinum in ſanguinem: ita tamen, quòd totus Chriſtus continetur ſub ſpeciebus panis, quæ remanent ſine ſubiecto, & totus Chriſtus continetur ſub ſpeciebus uini: & ſub qualibet parte hoſtiæ conſecratæ & uini cõſecrari, ſeparatione facta, eſt totus Chriſtus. Alius uerò effectus huius ſacramenti, quem in anima dignè ſumentis facit, eſt adunatio hominis ad Chriſtum, ſicut ipſe dicit Iohan. 6. Qui manducat meam carnem, &c. Et quia per gratiam homo Chriſto incorporatur, ac membris eius unitur, dignum eſt, quòd hoc ſacramentũ ſumentibus dignè gratia augeatur. Sic igitur in hoc ſacramento ineſt aliquid, quod eſt ſacramentum tantùm, ſcilicet ipſa ſpecies panis & uini: & aliquid, quod eſt corpus Chriſti uerum: & aliquid, quod eſt res tantùm, ſcilicet unitas corporis myſtici, id eſt, Eccleſiæ, quam hoc ſacramentum & ſignificat & cauſſat. In tractatu de artic. fidei, cap. 14. Et: Quia per paſsionem & mortem Chriſti homines à peccato purgãtur, ut huius tam immẽſi beneficij iugis in nobis maneret memoria, filius Dei paſsione appropinquante, ſuæ paſsionis & mortis memoriam fidelibus ſuis reliquit iugiter recolendam, ſuum corpus & ſanguinem tradens diſcipulis ſub ſpeciebus panis & uini: quod uſq; nunc in memoriam illius uenerandæ paſsionis, ubiq; terrarũ Chriſti frequẽtat Eccleſia. Quàm uariè autem hoc ſacramentũ irrideãt infideles, quamque immeritò, etiam parum in Chriſtiana religione inſtructus de facili poteſt attendere. Non enim dicimus, quòd corpus Chriſti dilaceretur in partes, & quòd ſic diuiſum à fidelibus ſub ſacramento ſumatur, ut oporteat quandoq; id deficere, etiamſi magnitudinem montis haberet, ut dicunt: ſed dicimus, per conuerſionem in corpus Chriſti, ipſum corpus Chriſti in ſacramento Eccleſię eſſe, & à fidelibus manducari. Ex quo ergo corpus Chriſti non diuiditur, ſed in ipſum aliquid conuertitur, nulla neceſsitas eſt, ut per mãducationem fidelium quantitati eius aliquid ſubtrahatur. Si quis autẽ infidelis diceret, hãc conuerſionem eſſe impoſsibilem, conſideret eſſe omnipotentiam. Confitetur quidem, quòd per uirtutem naturæ poſſet una res conuerti in aliam, quantum ad formam, ſicut aër in ignem conuertitur, dum materia quæ prius erat ſubiecta formæ aëris, poſtea formæ ignis ſubijcitur. Multò magis ergo uirtus omnipotentis Dei, quæ totam rei ſubſtantiam in eſſe producit, non ſolùm transmutãdo ſecundum formam, ut facit natura, poterit hoc totum in illud totũ conuertere, ut ſic panis in Chriſti corpus conuertatur, & uinum in ſanguinem. Si autem huic conuerſioni aliquis uelit repugnare per id quod ſenſui apparet (nam nihil ſecundum ſenſum immutatur) conſideret ſic nobis diuina proponi, ut ad nos ſub tegumento uiſibilium rerum deueniant. Ut ergo Chriſti corpus & ſanguis ſpiritualis, & diuina refectio habetur: & non quaſi cibus & potus communis, ſub ſpecie panis & uini ſumitur: ut non ſit horribile, carnem humanam comedere, & ſanguinem bibere. Non tamen hoc fieri dicimus, quaſi ſpecies illæ, quæ ſenſibus apparent in ſacramento, ſint ſolùm in phãtaſia uidentium, ſicut ſolet eſſe in præſtigijs artis magicę: quia ueritatis ſacramentũ nulla fictio decet. ſed Deus, qui eſt ſubſtantiæ & accidentis creator, poteſt accidẽtia ſenſibilia conſeruare in eſſe, ſubiectis tamen in aliud mutatis. Poteſt enim effectus cauſſarum ſecundarum per ſuam omnipotentiam abſq; cauſsis ſecundis & producere, & in eſſe conſeruare. In 2. opuſcul. contra Græcos, cap. 8. Item: Sacramentum altaris ſumptum tria operatur. 1. Peccata purgat. 2. Virtutes roborat. 3. In uitam æternam reſuſcitat. Iohan. 6. Qui mãducat carnem, &c. In expoſitione Miſſæ, cap. 3. Et: Sicut in uita corporali, poſtquã homo natus eſt & uires ſumpſit, neceſſarius eſt ei cibus, ut conſeruetur & ſuſtentetur: ita in uita ſpirituali, poſt habitũ robur, neceſſarius eſt ei ſpiritualis cibus, qui eſt corpus Chriſti. Iohan. 6. Niſi manducaueritis carnem, &c. Et ideo ſecundum ordinationem Eccleſiæ, quilibet Chriſtianus ſemel in anno debet recipere corpus Chriſti, dignè tamẽ & mundè: quia, ut dicitur 1. Corint. 11. Qui manducat & bibit indignè (ſcilicet conſcientia peccati mortalis, de quo non eſt confeſſus, uel non proponit abſtinere) iudicium ſibi manducat & bibit. In expoſitione Symb. Apoſt. cap. 13.

Albertus ait: Prima, principalis & propria utilitas huius ſacramenti eſt, ut ſicut homo per eſum pomi uetiti perdidit uitã, ita recu-

ita recuperat per eſum ligni uitæ ſpiritualis:& hæc pro tanto dicitur propria, quia homo multipliciter cecidit à uita, ſcilicet per culpam originalem & actualē, & per uulnus concupiſcentię debilitantis,& per deperditionem ſpiritualium in pietate & bonitate & huiuſmodi, quæ quaſi humor quidam uegetant & inſundunt animam. Contra culpam autem ſunt Baptiſmus & pœnitentia,& contra debilitatem cōcupiſcentiæ eſt confirmatio. Ad reſtaurandum autem ſpirituale robur deperditum, eſt cibus ſpiritualis Euchariſtia. 2. Vt ſit nutrimentum hominis ſpirituale. 3. Vt uniat membra corporis Chriſto capiti per charitatem. 4. Vt augeatur meritum fidei, quæ in hoc ſacramēto ſupra omnia exaltatur, eo quòd ratio hic ſine fide nihil poteſt. 5. Eſt dilatatio charitatis, quia eſt in memoriam redemptionia & liberationis noſtrę. ſuper 4.ſent.diſt.8. Et:In manducatione Sacramenti dentes comedentium non diuident carnes meas, ſed formas ſenſibiles panis & uini: nec ego mutabor in naturā comedentium, ſed mihi eos uniam, & in ſpiritu meo uiuificabo,& comeſtus uiuus manebo,& diuiſis ſacramenti formis ego integer ſanus manebo: nec quicquam in his eſt abominabile uel ferinū, ſed totum ſacramentaliter diuinum & ſalutiferum. In Iohan.cap.6. Item:Panis Sacramenti cor hominis confirmat. Ibid. cap.21. Et: Illud eſt panis Euchariſtiæ, qui efficaciam habet ex uirtute deitatis, dulcedinem ex condimento gratiæ, uitam ex anima coniuncta cum corpore & ſanguine. Item: Hic panis origine cœleſtis eſt, ſubſtantialiter Deificus eſt, cauſſaliter uiuificus eſt, ſacramentaliter unitiuus, effectu uiaticus eſt, ſpecietenus æternæ fruitionis deſignatiuus. In Matt.cap.6. Item:Hoc enim Sacramēto nos ſibi Chriſtus uniuit, & ſic ſpiritui uitę coniunxit, ut ſpiritu uitæ omnes uiuificemur. In Iohan.cap.6. Et:Non poſſumus Chriſto uniri, niſi per carnis ſuæ manducationem, qua ſibi incorporamur. Item: Sicut carne accipitur uiuificū reſtauratiuum ſpirituale,& diuinę uitæ in nobis deperditę: ita per ſanguinē accipitur intimorum aſperſio, & emundatio contra omnem fœditatem impedientem. Ibid.

De ſignificatione ait Alexander: In ſacramento iſto ſunt tria ſignificata, ſcilicet corpus Chriſti uerum, corpus Chriſti myſticum, coniunctio corporis myſtici cum corpore uero:& tria ſigna, ſcilicet panis & uinum, quę ſunt ſignū corporis ueri. Corpus uerum eſt, quod eſt ſignum corporis myſtici. Aqua admixta uino, quod eſt ſignum unionis corporis myſtici cum capite Chriſto. Eſſe autem ſpirituale ſacramenti, dependet à ſignatis ſiue à rebus ipſius ſacramenti: eſſe ſacramētale, à ſignis. Sicut enim eſt uariare modum ſumendi, ſic & eſſe ſacramenti. unde ſicut quidam ſumunt hoc ſacramentum ſacramētaliter & ſpiritualiter, quidam ſpiritualiter tantùm: ſic poteſt & eſſe ſacramēti diſtingui. Quantum igitur ad plenitudinē ſiue perfectionem eſſe ſacramētalis & ſpiritualis, ſiue eſſe ſacramentalis tantùm, requiritur aqua,& eſt de ſubſtantia ſacramēti. Quantum ad plenitudinem eſſe ſpiritualis, non requiritur: quia ſine aqua admixta habet ſacramentum effectus ſuos, quantum ad eſſe ſpirituale, licet non quantum ad eſſe ſacramētale ſiue eſſe ſignificatiuum. Non enim ſignificatur unio corporis cum capite plenè & principaliter, niſi admixtione aquæ cum uino. Ad aliud quod obijcitur, quòd illud eſt de ſubſtantia, quod eſt directè ductiuum in illud, propter quod inſtitutum eſt ſacramētum: unde cum admixtio ducat directè in commemorationem paſsionis, patet quòd ea commemoratio ſit finis huius ſacramenti. dicēdum, quòd memoria paſsionis non eſt finis per ſe ſiue propter quod inſtitutum eſt. Neq; cum diceret Dominus, Hoc facite in meam commemorationem: hoc dixit quia memoria eſſet finis, ſed ut celebrātes hoc ſacramentum recordarentur paſsionis ſuæ. Exemplum: Quando aliquis ex amore gratuito præſtat beneficium aliquod amico, bene uult quòd amicus ſuus recordaretur beneficij accepti, ne arguendus ſit ingratitudinis: non tamen illa recordatio eſt propter quod præſtat, ſed utilitas quam uult amicum cōſequi ex illo beneficio. Ad hoc quod obijcitur, Vnio corporis cum capite eſt res huius ſacramenti, quæ res habet neceſſariò ſignificari: dicēdum, quòd huius rei nō eſt per ſe cauſſa materiale & formale in hoc ſacramēto, ſed forma uerborum cum intentione proferētis & ſigna: ſigna dico in multitudine debita, ſed potius fides & charitas ſumentium hoc ſacramentum. Qui enim ſpiritualiter hoc ſumunt ſacramentum, aſſequūtur effectum unionis: quod non eſſet, ſi non poſſet aſſequi multitudine ſignorum, quæ exiguntur ad plenum eſſe ſiue perfectum ſacramētum. parte 4.quæſt.32.memb.5.artic.2.

De aquę mixtione ait Thomas: Vinum quod offertur in hoc ſacramento, debet aqua miſceri. primò quidem propter inſtitutionē. Probabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc ſacramentum inſtituit in uino permixto aqua, ſecundū morem illius terræ. Vnde & Prouerb.20. dicitur: Bibite

uinũ quod miſcui uobis. 2. Quia hoc conuenit repræſentationi Dominicæ paſsionis. Vnde dicit Alexãder papa: Non debet in calice Domini aut uinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrumq; permixtum, quia utrumque ex latere eius in paſsione profluxiſſe legitur. 3. Quia hoc conuenit ad ſignificandũ effectum huius ſacramenti, qui eſt unio populi Chriſtiani ad Chriſtum. 4. Quia hoc competit ad ultimum effectũ huius ſacramenti, qui eſt introitus ad uitam æternam. Tertia ſummæ, quæſt. 74. artic. 6. Item: Admixtio aquæ ad uinum, non eſt de neceſsitate Sacramenti. Tertia ſummæ, quæſt. 74. artic. 7.

DE MISSA.

Inualuit hoc tempore profanatio cœnæ Dominicæ: itaque Miſſam omnes defendũt. ut Innocẽtius: Miſſa dicitur & miniſterium & myſterium: id eſt, officium quod profertur, & ſacrificium quod offertur. libro 6. myſt. cap. 6.

Gulielmus de Miſsia inquit: Nunquid poteſt ſacerdos in die plures Miſſas celebrare? G. Poteſt de uirtute ordinis: ſed ratione præcepti ſufficit ei ſemel in die celebrare. In neceſsitate tamen permittitur ſacerdoti curato ab Eccleſia in die duas Miſſas celebrare: ſicut unã pro tẽpore, & aliã pro defunctis uel pro nuptijs. Et: Scias tamen, quòd plures Miſſas, quàm duas, nunquã permiſſum eſt ſacerdoti una die pro quacũq; neceſsitate celebrare, præterquã in die nat. Domini. De diſp. miniſt. cap. 12.

Thomas: In Miſſa duo eſt cõſiderare: ſcilicet ipſum ſacramentũ, quod eſt principale, & orationes quæ in Miſſa fiũt pro uiuis & mortuis. Quantũ ergo ad ſacramẽtum, nõ minus ualet Miſſa ſacerdotis mali quã boni, quia utrobiq; idẽ cõficitur ſacramẽtũ. Oratio autẽ quæ fit in Miſſa, poteſt cõſiderari dupliciter. Vno modo, in quantũ habet efficaciã ex deuotione ſacerdotis orãtis: & ſic non eſt dubiũ, quòd miſſa melioris ſacerdotis magis eſt fructuoſa. Alio modo, in quantũ oratio in Miſſa profertur à ſacerdote in perſona totius Eccleſiæ, cuius ſacerdos eſt miniſter, quod quidẽ miniſterium etiã in peccatoribus manet. Vnde & quantũ ad hoc, eſt fructuoſa nõ ſolùm oratio ſacerdotis peccatoris in Miſſa, ſed etiã omnes eius orationes, quas facit in Eccleſiaſticis officijs, in quibus gerit perſonã Eccleſiæ; licet orationes eius priuatę nõ ſint fructuoſæ, ſecũdum illud Prouerb. 28. Qui declinat aurẽ ſuã, &c. Tertia ſummæ, qu. 82. art. 6. Itẽ: Tres ſunt Miſſarũ differẽtiæ, ut ſcilicet alia dicatur pro ſanctis, alia pro uiuis, alia pro defunctis fidelibus. Miſſa pro ſanctis finem habet, In te miſſa eſt: pro uiuis, Benedicamus Domino: pro defunctis, Requieſcãt in pace. De expoſit. Miſſæ ca. 1. Item: Cauſſa Miſſæ eſt tripartita: ſcilicet honor ſanctorum, ſalus uiuorum, & requies defunctorum. In expoſit. Miſſę ca. 1.

Pro defunctis malè defendit Alexãder: Quia Miſſæ pro defunctis celebrantur ſolummodo pro liberatione eorũ à pœna, & obtẽtu quietis. parte 4. qu. 38. mẽb. 5. art. 2.

Thomas: Sacrificiũ carnis & ſanguinis Chriſti ualet animabus in pœna purgatorij. De ſacramento altaris cap. 25. Et: Orationes in Miſſa fiunt pro uiuis & mortuis. Tertia ſummæ, quæſt. 82. artic. 6.

De oblatione in Miſſa, falſa docet Gulielmus, inquiens: Ite, miſſa eſt, ſcilicet hoſtia ad Deum per angelum. cap. 14.

Thomas: Hoc ſacramentum non ſolùm eſt ſacramẽtum, ſed etiam eſt ſacrificiũ. In quantũ enim in hoc ſacramento repręſentatur paſsio Chriſti, quãdo Chriſtus ſe obtulit hoſtiã Deo, ut dicitur ad Hebræos 15. habet rationem ſacrificij: in quãtum uerò in hoc ſacramento traditur inuiſibilis gratia ſub uiſibili ſpecie, habet rationem ſacramenti. Tertia ſummæ, quæſt. 79. art. 7. Et: Proprium eſt huic ſacramento, quòd in celebratione eius Chriſtus immoletur. Tertia ſummæ, quæſt. 83. artic. 1.

Ritus Miſſæ deſcribit Alexander tomo 4. quæſt. 36. & 37. ac deinceps.

Thomas. Fuiſſe tempore Thomæ uſum altarium, apparet ex tertia ſummæ, quæſt. 113. art. 1. Item: Quia fructu Dominicæ paſſionis quotidie indigemus propter quotidianos defectus, quotidie in Eccleſia regulariter hoc ſacramẽtum offertur. Ibid. qu. 83. art. 2. Et: Non licet celebrare hoc ſacramentum, niſi in domibus cõſecratis. Ibid. art. 3. Item: Ante celebrationem huius ſacramẽti primò quidem præmittitur præparatio quędam ad dignè agenda ea quæ ſequũtur, cuius præparationis prima pars eſt laus diuina, quæ fit in introitu. Secũda pars cõtinet commemorationem præſentis miſeriæ, dũ miſericordia petitur dicendo, Kyrie eleiſon, ter quidem pro perſona patris: ter autem pro perſona filij, cum dicitur, Chriſte eleyſon: ter pro perſona ſpiritus ſancti, cũ ſubditur ter, Kyrie eleyſon, contra triplicem miſeriam ignorantię, culpæ & pœnæ. Tertia pars cõmemorat cœleſtem gloriam, ad quam tendimus poſt præſentem uitam & miſeriam, dicendo, Gloria in excelſis Deo: quæ cantatur in feſtis, intermittitur autem in officijs luctuoſis. Quarta autem pars continet orationem, quam ſacerdos pro populo facit. Secundò autem præmittitur inſtructio fidelis populi, quę etiam inſtructio diſpoſitiuè qui-

tiuè quidem fit per doctrinam Prophetarum & Apoſtolorum, quę in Eccleſia legitur per lectores & ſubdiaconos. Poſt quã lectionẽ cantatur à choro Graduale, quod ſignificat profectum uitę, & Alleluia, quod ſignificat ſpiritualem exultationem, uel tractus in officijs luctuoſis. Perfectè autẽ populus inſtruitur per doctrinam Chriſti in Euangelio contentam, quæ à ſummis miniſtris legitur, ſcilicet à diaconibus: & quia Chriſto credimus tanquam diuinæ ueritati, ſecũdum illud Iohan.8. Si ueritatem dico, &c. lecto Euangelio ſymbolum fidei cantatur. Sic igitur populo præparato & inſtructo, conſequenter acceditur ad celebrationem myſterij, quod quidem ei offertur ut ſacrificium, & cõſectatur, & ſumitur ut ſacramentum. Primò peragitur oblatio, 2. conſectatio materiæ oblatæ, 3. eiuſdem perceptio. Circa oblationem uerò duo aguntur: ſcilicet laus populi in cantu Offertorij, & oratio ſacerdotis, qui petit ut oblatio populi ſit Deo accepta. Deinde circa conſecrationem, quæ ſupernaturali uirtute agitur, primò excitatur populus ad deuotionẽ in præfatione, unde & monetur ſurſum corda habere ad Dominum: & ideo finita præfatione populus deuotè laudat deitatem Chriſti, cum angelis dicens, Sanctus, &c. & humanitatem, cum pueris dicens: Benedictus qui uenit, &c. Deinde ſacerdos ſecretò commemorat, primò quidẽ pro quibus hoc ſacrificium offertur, ſcilicet pro uniuerſali Eccleſia, pro his qui in ſublimitate ſunt conſtituti: 1. Timot. 2. & ſpecialiter quoſdam qui offerunt, uel pro quibus offertur. 2. Commemorat ſanctos, quorum patrocinia implorat pro prædictis, cum dicit: Communicantes & memoriam uenerantes. Petitionem concludit, cum dicit: Sit hęc oblatio pro quibus offertur ſalutaris. Deinde accedit ad ipſam conſecrationem, in qua primò petit conſecrationis effectum, cum dicit: Quam oblationem tu Deus, &c. 2. Conſecrationem peragit, cum dicit: Qui pridiè quàm, &c. 3. Excuſat præſumptionem per obedientiã & mãdatum Chriſti, cùm dicit: Et memores, &c. 4. Petit hoc ſacrificium peractum, eſſe Deo acceptum, cum dicit: Supra quę propicio, &c. 5. Petit huius ſacrificij & ſacramenti effectum, primò quidem quantum ad ipſos ſumentes, cum dicit: Supplices te rogamus. 2. quantum ad mortuos, qui iam ſumere non poſſunt, cum dicit: Memento & domine, &c. 3. Specialiter quãtum ad ipſos ſacerdotes offerentes, cùm dicit: Nobis quoq; peccatoribus. Deinde agitur de perceptione ſacramenti, & 1. præparatur populus ad percipiẽdum, primò quidem per orationem communem totius populi, quæ eſt oratio Dominica: poſtea per priuatam, quam ſpiritualiter ſacerdos pro populo offert, cum dicit: Libera nos quæſumus Domine. 2. apparatur populus ad pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei. In Miſsis tamen defunctorum, in quibus ſacrificium offertur non pro pace pręſenti, ſed pro requie mortuorum, pax intermittitur. Deinde ſequitur perceptio ſacramẽti, primò percipiente ſacerdote, & poſtmodum alijs dante. Vltimò autem tota Miſſæ celebratio in gratiarũ actione terminatur. Tertia ſummæ, quæſt. 83. artic. 4. Et: Ablutio manuum fit in celebratione Miſſę propter reuerẽtiam huius ſacramenti. Ibid. artic. 5.

DE SACRIFICIIS.

QVid. Thomas: Sacrificium propriè dicitur aliquid factum in honorẽ propriè Deo debitum, ad eum placandum. Tertia ſummæ, quæſt. 48. art. 3.

Diuiſio ſacrificiorum. Alexander: Spirituale fuit ſacrificium deuotionis & amoris ſalutis humani generis, quod ſacrificiũ obtulit in mente. Corporale fuit ſacrificiũ mortis quam ſuſtinuit in cruce, uel quę repræſentatur in ſacramento ſub panis ſpecie. Neceſſaria igitur fuit præfiguratio ſacrificij ſpiritualis, quod obtulit in abdito deuotæ mentis: & quo ad hoc, fuit figura ſacrificij thymiamatis, quod offerebatur in altari interiori: & præfiguratio ſacrificij corporalis, quod obtulit in carne, & hoc dupliciter, ut dictum eſt. Sẽſibiliter in cruce: & quo ad hoc, erat figura ſacrificij carnis ſenſibilis. Et inſenſibiliter in altari ſub ſpecie panis & uini: & quo ad hoc, erat figura ſacrificij in re inſenſibili frugũ & panis & uini. Vtrumq; autem ſacrificiũ offerebatur ſuper altare exterius, quod dicitur altare holocauſtorum. Item: Duplex ſit ſacrificium carnis Chriſti. Vnum, quod ipſemet obtulit in cruce, ut ipſe ſacerdos, de quo dicit Apoſtolus Hebr. 7. Pontifex ſanctus, innocens, impollutus. Immò competebat, ut figura huius offerretur ab innocente & iuſto Abel. Aliud, quod offertur à miniſtro in ſacramento ſub panis ſpecie. Immò quia illud ſacrificium poteſt offerri à malo miniſtro & peccatore, primò figura eius ſacrificij præceſsit in Cain iniuſto & peccatore. Tomo 2. qu. 58. mẽb. 8. art. 1.

De fine ſacrificiorum ait Alexander: Inſtitutio ſacrificiorum, ſiue in lege naturæ, ſeu in lege Moyſi, fuit ad ſignificationem & figuram ſacrificij redemptionis in Chriſto. Ibid. Item: Illa ſacrificia & ſigna fuerunt illius ueri ſacrificij, & ſigna fuerũt ſacrificiorũ ſpiritualiũ, quæ adhuc in nobis

geruntur. Item: Principaliter ergo ſigna erunt ueri ſacrificij, ſecundariò ſigna ſpiritualium ſacrificiorum, quæ debemus illi rependere, & tamen propter noſtram utilitatem. Hæc enim eſt mortificatio uera, Ieſum in corpore noſtro circũferre, ut uita eius in nobis manifeſtetur. Principaliter autem indicabant, futurum eſſe ſacrificiũ, quod eſſet ad expiationem originalis peccati & aliorum peccatorum, & ſic ad Chriſtum referebantur. Secundariò uerò indicabãt ſacrificia ſpiritualia, ut quibus ſatiſfaceremus ei ad meritũ uitæ æternæ congruerent. Hæc enim ſacrificia ſpiritualia ſunt, quæ requirit Deus. Item: Sacrificia autem data ſunt ad ſignificandum illud quod futurum erat in remedium peccati originalis, & etiam actualis: & ideo adueniente illo, non oportuit manere quod ductiuum erat ad illud, cum ex ſua ui non haberet illum effectum. Tomo 4. quæſt. 2. memb. 4. artic. 3. & 5.

DE ECCLESIA.

INnocentius: Cœleſtis ciuitas Dei eſt Ecclesia triumphantium: terreſtris Dei ciuitas eſt Eccleſia militantium. Serm. 2. in dedicat. templi. Item: Particularis Dei domus eſt, ſancta mater Eccleſia, de qua legitur: Domum tuam Domine decet ſanctitudo. Ibid.

Ægidius ait: Sicut Eccleſia dicta eſt paradiſus Dei, ita poteſt dici uinea Dei, ad quam continuò operarios mittit, ut reddat ſingulis ſuos denarios. Poſitus eſt ergo homo in Eccleſia, quæ dicitur paradiſus, ut cuſtodiat hunc paradiſum, ne per peccatum perdat illum: ſtatim enim cum quis peccat mortaliter, quantũ ad Deum, ſeparatus eſt à communione Eccleſiæ. In tractatu de paradiſo cap. 6.

Credo Eccleſiam. Thomas: Si dicatur, In ſanctam Eccleſiam catholicam: hoc eſt intelligendum, ſecundum quod fides noſtra refertur ad ſpiritum ſanctum, ſanctificantem Eccleſiam. Sed melius eſt & ſecundum communiorem uſum, ut non ponatur ibi In, ſed ſimpliciter dicatur, Sanctam Eccleſiam catholicam, ſicut etiam Leo Papa dicit. Secunda 2. quęſt. 1. artic. 9.

Quid. Alexãder inquit: Eccleſia eſt congregatio fidelium colentium Deum. tomo 2. quæſt. 58. memb. 7. Item: Eſt enim Eccleſia congregatio fidelium. Fideles autem dicuntur, qui fidei ſacramentum ſuſceperunt. Membrum autem Eccleſiæ dicitur duobus modis: uel merito, uel numero. Merito dicitur ſimpliciter, numero ſecundum quid. Per fidem enim formatam eſt membrum Eccleſię merito: & ſic quod eſt membrum Eccleſiæ, eſt membrũ Chriſti, & econuerſò. Membrum Eccleſiæ numero eſt per Sacramentum fidei. Huiuſmodi autem membra non ſunt in corpore Eccleſiæ, ut ibi remaneant, ſi obdurentur in peccato: ſed tanquam màli humores, ut inde expellantur. Tomo 3. quæſt. 109. memb. 7. artic. 7.

Thomas: Eccleſia Dei eſt Dei templum ſpirituale. Super Apocal. cap. 3. Et: Eccleſia eſt idem quod congregatio. unde Eccleſia ſancta eſt idem quod congregatio fidelium, & quilibet Chriſtianus eſt ſicut membrum illius Eccleſiæ. In expoſitione Symb. Apoſt. cap. 12. Et: Eccleſia congregatio fidelium eſt. In Comp. theol. ca. 147.

Albertus: Eccleſia dicitur congregatio, & illa eſt rationalium, quæ congregantur proprio motu: & ideo utentes ratione ad lumen fidei in unam cõgregantur fidem. cap. 4. ſuper Lucam.

Quotuplex. Diſtinctio Eccleſiæ in militanrem & triũphantem, extat apud Thomam, prima 2. quæſt. 102. artic. 4.

Albertus: Alia triumphans, alia militãs. cap. 1. ſuper Lucam.

Partes Eccleſiæ. Thomas: Tres ſunt partes Eccleſiæ: ſcilicet pars in exultatione, pars in peregrinatione, & pars in expectatione. In exultatione ſunt ſancti, qui Chriſti ueſtigia ſunt ſecuti: in peregrinatione ſunt uiui, ſubiacentes uarietati & tribulationi: in expectatione ſunt fideles defuncti, qui expectãt opem & requiem. In expoſitione Miſſæ, cap. 1. Et: Eccleſia habet tres partes: una eſt in terra, alia eſt in cœlo, tertia eſt in purgatorio. In expoſitione Symb. Apoſtol. cap. 12.

Vnde. Thomas: Eccleſia eſt thronus Dei, in quo ſedet, & in quo & per quem, quantum ad perfectos, iudicabit mundũ. Super Apocal. cap. 7. Item: Chriſtus inſidet Eccleſiæ ſuæ in iuſtis per gratiam. Inhabitat enim in eis & regit eos. Ib. ca. 4. Et: Eccleſia eſt indumẽtum Chriſti ratione adhæſionis. cap. 1. Et: Deus in Eccleſia milirante uel triumphãte ſedet & quieſcit. cap. 7. Et: Sponſus Eccleſiæ propriè loquendo Chriſtus eſt, de quo dicitur Iohan. 3. Qui habet ſpõſam, ſponſus eſt. Ipſe enim de Eccleſia ſuo nomine filios generat. Alij autem qui ſponſi dicũtur, ſunt miniſtri ſponſi, extrinſecus cooperantes ad generationem ſpiritualiũ filiorum, quos tamen non ſibi, ſed Chriſto generant. Qui quidem miniſtri in tantum ſponſi dicuntur, in quantum uicem ueri ſponſi obtinent. Et imò papa, qui obtinet uicem in tota Eccleſia, uniuerſalis Eccleſiæ ſponſus dicitur, epiſcopus autem ſuę diœceſis, presbyter autem ſuæ parochię. nec tamen

propter

propter hoc ſequitur, quòd ſint plures ſponſi unius Eccleſię: quia ſacerdotes ſuo miniſterio cooperantur epiſcopo tanquã principali; & ſimiliter epiſcopi papæ, & ipſe papa Chriſto: unde Chriſtus, papa, epiſcopus & ſacerdos non computantur, niſi unus ſponſus Eccleſiæ. Contra impugnantes relig. cap. 4.

Albertus: Chriſtus inſtituit Eccleſiam. cap. 7. ſuper Luc. Item: Eccleſia à Chriſto gubernata crucis gubernaculo, nauis dicitur. capite octauo ſuper Lucam. Et: Origo Eccleſiæ eſt in cœlo, & conuerſatio & finis. cap. 20.

Quis eam ſeruet. Alexãder: Tota enim trinitas mouet & regit Eccleſiam, & infundit gratiam, qua ſentiat per fidem, & moueatur per charitatem: unde in ratione regẽtis & influentis ſe habet ad ipſam. Tomo 2. quæſt. 12. memb. 2. artic. 1.

Materia. Thomas: Corpus Eccleſię conſtituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi uſque ad finem ipſius. Tertia ſummæ, quæſtione 8.

Quæ faciant Eccleſiam. Thomas: Diuerſitas ſtatuum & officiorum non impedit Eccleſiã, quæ perficitur per unitatem fidei & charitatis & mutuæ ſubminiſtrationis, ſecundum illud Apoſtoli Epheſ. 4. Ex quo totum corpus eſt compactum, ſcilicet per fidem: & connexum, ſcilicet per charitatem: per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, dum ſcilicet unus alij ſeruit. Secunda 2. quæſt. 83. artic. 2.

Albertus: Chriſtus deſcribit ſuos in æternitate quinq; modis. Per diffinitã in ſe prædeſtinationẽ, per appoſitam eis iuſticiam præſentẽ, per priuilegiati meriti notam, per ſui uerbi in conſcientia & corde doctrinalem picturam, & per æternæ beatitudinis ad ſeipſum conformitatem. capite 2. ſuper Lucam.

Quæ habeat Eccleſia. Albertus: Eccleſia quatuor habet, quæ ſecundum pietatem eſt in profeſſione: Autoritatẽ in poteſtate clauium, & iuriſdictionẽ & generalitatem tam in congregationum multitudinẽ, quàm in regulam, quibus regitur ueritate, quibus nulla poteſt falſitas hæreſia obuiare. In Matth. cap. 16.

Ægidius ait: In Eccleſia eſt lignum uitæ, ſcilicet Chriſtus, qui eſt Dei uirtus & Dei ſapientia. Nam de hac Eccleſia ſcriptum eſt, quòd eſt lignum uitæ his qui apprehendunt eam. In tractatu de paradiſo capite 6. Item: In præſenti Eccleſia eſt ſalus & ſanctorũ redemptio. In tract. de arca Noe.

Vna. Innocentius: Vna eſt fidelium uniuerſalis Eccleſia, extra quã nullus omnino ſaluatur: in qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificium Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter continentur. Concil. Later. Item: Vnitas Eccleſię dicitur ſacramentum paſſiuè. libro 4. capite 39. Item: Vna eſt Eccleſia ſeptem ordinibus diſtributa, uel ſeptem chariſmatibus inſignita, quam ille pacificat & adunat. Sicut unus panis ex multis granis conficitur, & unum uinum ex multis racemis confluit: ſic corpus Chriſti ex multis membris componitur, & unitas Eccleſiaſtica ex diuerſis perſonis cõſiſtit. Libro 4. cap. 36.

Thomas ait: Ab initio primitiuæ Eccleſiæ uſque in finem ſeculi, fideles ſumpſerunt, & ſumunt quotidie corpus Chriſti: & tamen non eſt diminutum propter hoc in aliquo, nec diminuetur in aliquo, etiamſi totus mundus ſumeret in eodem momento. Cuius ratio eſt; quia corpus Chriſti non augetur nec diminuitur per unius panis aut plurium cõſecrationem, & in corpus Chriſti cõuerſionem. Quotcunque enim panes ſeu hoſtiæ conſecrentur, & in corpus Chriſti cõuertantur, nunquam tamen multiplicatur ipſum corpus Chriſti, ſed tantùm unicum perſeuerat, & unum ſolummodo eſt: & idem, quãtumcunq; etiam à quibuſcunque hominibus comedatur, ſemper eſt unum, & in nullo diminuitur, ſed ſemper perfectum & integrum perſeuerat. De ſacramento Euchariſtiæ cap. 9. Item: Non eſt niſi una Eccleſia, in qua homines ſaluantur, ſicut extra arcam Noe nullus ſaluari potuit. In expoſit. ſymb. Apoſt. cap. 12. Et: Sicut in naturali corpore operatio unius membri cedit in bonum totius corporis, ita in corpore ſpirituali, ſcilicet Eccleſia. Et quia omnes fideles ſunt unum corpus, bonum unius alteri communicatur. Apoſtolus Roman. 12. Singuli autem alter alterius membra. Inter alia uerò membra Eccleſiæ principale membrum eſt Chriſtus, quia eſt caput. Epheſ. 1. Ipſum dedit caput, &c. Bonum ergo Chriſti communicatur omnibus Chriſtianis, ſicut uirtus capitis omnibus membris. Et hæc communicatio fit per ſacramenta Eccleſiæ. In expoſit. Symb. Apoſtolici cap. 13.

Albertus: Vna eſt Eccleſia, uno ſpiritu ſancto uiuificata, mota, ſenſificata & communicata. capite 5. ſuper Lucam. Et: Legis & Prophetiæ & Euangelij non ſunt tres habitationes, ſed una, quæ eſt Eccleſia. In Matth. cap. 13. Et: De multis fidelibus à peccato depuratis una fit Eccleſia. capite 26.

Sancta. Thomas: Ipſa ſancta mater Eccleſia, & ſponſa & uxor pariter dicitur. Sponſa, quia cœleſti ſponſo, Chriſto uidelicet, ſpirituali dilectione copulatur. Super Apoc. cap. 21.

De initio Eccleſiæ inquit Alexander: Ab Abel autem dicitur incœpiſſe Eccleſia iuſtorum, ſicut Eccleſia malignantium à Cain. Et ratio huius eſt, quia quamuis Adam fuerit primus iuſtus, tamen ſi propter hoc ab ipſo diceretur incipere Eccleſia iuſtorum, tunc eodem modo, cum ipſe fuerit primus homo peccator, deberet dici, quòd ab ipſo incœpit Eccleſia malignantium. Sed hoc non erat decens, ut ab eodem diceretur incipere Eccleſia utraque: & ideo rectè diſtinguuntur duo, ut ab eo qui nunquam fuit iniuſtus, ſed iuſtus, primò inciperet Eccleſia iuſtorũ, cuiuſmodi fuit Abel: & econtrà ab eo qui finaliter fuit malus, ſimiliter inciperet Eccleſia malignantiũ, cuiuſmodi fuit Cain. Hac ergo ratione conueniebat, ut in ea totius iuſticiæ forma ſeruaretur, quia ex diuina diſpoſitione & diſpenſatione facta eſt. Tomo 3. quæſt. 95. membro 4. Item: Eccleſia dicitur incœpiſſe ab Abel, quia fides eius in ſacrificio quod obtulit Domino accepto manifeſtabatur: & hoc fuit primum ſignum ſacrum ex parte hominis, de quo legitur in Scriptura. Alia ratio adiuncta eſt continuitatis ſanctitatis. Tertia cauſſa, quia ipſe fuit primus martyr, & Eccleſia ſolet dedicari in ſanguine martyrum: illi enim firmauerunt fidem Eccleſiæ. Quarta cauſſa eſt, propter teſtimoniũ Chriſti, qui dicit Matth. 23. A' ſanguine Abel iuſti, &c. Tomo 4. quæſt. 4. memb. 1.

De duratione Eccleſiæ ſcribit Alexander: Quòd autem Eccleſia perſeueret in bonis uſq; ad finem mundi, accipitur ex hoc quod dicitur Matth. ultimo: Vobiſcũ ſum uſq; ad cõſummationem ſeculi. Sed Deum eſſe nobiſcum, arguit ſemper aliquem eſſe iuſtũ: cum iuſtis enim dicitur eſſe. Sed exiſtente aliquo uel aliquibus iuſtis, ſemper uſq; ad finem mundi eſt ipſa Eccleſia. Ergo uſque ad finem mundi durabit Eccleſia. Tomo 4. quæſt. 5. memb. 3. Item: Immò ſicut Arcturus, dum uerſatur, erigitur: ſic Eccleſia, dum uerſatur per tribulationem, erigitur. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Item: Eccleſia ſignatur per nauiculam Petri. Sed de nauicula Petri legitur, quòd penè mergebatur: nunquam autem merſa eſt, imò adeſt Domini conſolatio. Ergo Eccleſia nunquam deſinit eſſe. Item Eccleſ. 40. Fides in ſeculum ſtabit. Sed fidem in ſeculum ſtare quid aliud eſt, quàm quamdiu durabit ſeculum, permanere? Ergo ſemper durabit Eccleſia, durãte ſeculo. Itẽ Matth. 6. Adueniat regnum tuum: id eſt, regnum militãtis Eccleſiæ ueniat ad regnũ triumphantis, quod erit, cum tradiderit regnũ Deo & patri. Sed regnum militantis Eccleſiæ uenire ad regnum triumphantis, quid aliud eſt, quàm regnum militantis permanere, uſquequò ſit triũphans? Ergo erit uſque in finem ſeculi. Præterea dicitur Oſeæ 2. Spõſabo te mihi in fide, & ſpõſabo te mihi in ſempiternum. Ergo matrimoniũ Chriſti & Eccleſiæ durabit in ſempiternum: ergo & Eccleſia. Quòd autẽ ſit matrimonium Chriſti & Eccleſiæ, Epheſ. 5. Erunt duo in carne una, hoc ſacramentum magnũ eſt. Ego autem dico, in Chriſto & Eccleſia. Sicut ergo cum eſt copula carnalis ſubſecuta, inſeparabilis eſt coniunctio uiri & mulieris: ita inſeparabilis eſt coniunctio Chriſti & Eccleſiæ. ſemper ergo durabit Eccleſia. Ibidem. Item: Simile eſt in corpore naturali, & corpore myſtico. Sed in corpore naturali non ſic eſt, niſi per miraculum, quòd uiuat unus homo, & pòſt moriatur, & iterum uiuat: nec ergo ſic erit in corpore myſtico Eccleſiæ, quia uiuat, & pòſt moriatur, & deinde uitam reſumat. Reſtat ergo, quòd continuatur corpus myſticum Eccleſiæ in uita. Aut ergo uſque in finem ſeculi durabit corpus Eccleſiæ militantis, & implebitur ſemper numerus uſque ad finem mundi: aut prius implebitur numerus prædeſtinatorum, & poſt aliquantulum tempus erunt tantùm mali. Quòd autem poſtea tantùm ſint mali, ocioſum eſſet, cum iam ſit impletus numerus prædeſtinatorum: Deus autẽ nihil facit fruſtra, ſicut dicitur Hiob 5. Nihil in terra ſine cauſſa fit. Ergo poſt impletionem bonorum, nullo tempore erunt omnes mali. Ibidem.

Glorioſa. Thomas: Eccleſiam eſſe glorioſam, non habentem maculam neque rugam, eſt ultimus finis, ad quem perducimur per paſsionem Chriſti. Vnde hoc erit in ſtatu patriæ, nõ autem in ſtatu uiæ: in quo ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, ut dicitur 1. Iohan. 1. Sunt tamen quædã, ſcilicet mortalia, quibus carent illi qui ſunt membra Chriſti per actualem unionem charitatis. Qui uerò his ſubducitur, non ſunt membra Chriſti actualiter, ſed potẽtialiter, niſi fortè imperfectè per fidem informẽ, quæ unit Chriſto ſecundum quid, ſed non ſimpliciter, ut ſcilicet per Chriſtũ homo conſequatur uitam gratiæ. Fides enim ſine operibus mortua eſt, ut dicitur Iacobi 2. Percipiunt tamen tales à Chriſto quendam

actum

actum uitæ, qui eſt credere, ſicut ſi membrum mortificatum moueatur aliqualiter ab homine. Tertia ſummæ, qu.8.art.3.

Vniuerſalis. Thomas: Eccleſia eſt catholica, id eſt, uniuerſalis, 1. quantū ad locum, quia eſt per totum mundum, contra Donatiſtas. Rom.1. Fides ueſtra annunciatur in toto mundo. 2. eſt uniuerſalis quantū ad conditionem hominum, quia nullus abijcitur, nec dominus, nec ſeruus, nec maſculus, neque fœmina. 3. eſt uniuerſalis quantū ad tempus. Nam aliqui dixerunt, quòd Eccleſia deberet durare uſq; ad certum tempus: ſed boc eſt falſum, quia hæc Eccleſia incœpit à tempore Abel, & durabit uſque ad finem ſeculi. Matth. ultimo: Ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus. In expoſit. ſymb. Apoſtolici cap.12.

Fundamentum Eccleſiæ. Albertus: Eccleſia utiliter radicata eſt in Sacramentis, & doctrina prophetarum. cap.13. ſuper Lucam. Item: Fundamenta omnium Eccleſiaſticorum ſunt tria: Veritas, Poteſtas & Operatio. Veritati innititur doctrina miniſtrorum. Poteſtati diuinæ innituntur Sacramenta. Operationi innititur officium prædicationis, & authoritas miſſionis. cap.4. ſuper Lucam.

Mixtus cœtus. Thomas: In Eccleſia ſunt cœtus falſorum fratrum, bypocritarū, qui boni filij Eccleſiæ uidentur, & ueri fratres juſtorum in gratia, ſanctitate: ſed ſunt per fidem fictam & uitam ſimulatam falſi fratres, & ideo dicuntur equus diaboli, qui ſedet in eis, per eos procedit ad nocēdum Eccleſiæ. ſuper Apoc. cap.6.

Albertus: Eccleſia enim præſens cōgregat bonos & malos. In Matth. cap.22.

Non errat. Thomas: Eccleſia uniuerſalis non poteſt errare, quia à Spiritu ſancto gubernatur, qui eſt ſpiritus ueritatis. Hoc enim promiſit Dominus diſcipulis Iohan.16. dicēs: Cum uenerit ille ſpiritus ueritatis. Secunda 2. quæſt.1. artic.9.

De poteſtate Eccleſiæ ait Albertus: Eccleſiaſtica poteſtas eſt arma, quibus uincuntur hoſtes Eccleſiæ. cap.1. ſuper Lucā.

De conſuetudine Eccleſię ait Thomas: Maximā authoritatē haber Eccleſiæ conſuetudo, quę ſemper eſt in omnibus æmulanda. Quia & ipſa doctrina catholicorū doctorum ab Eccleſia authoritatē babet: unde magis eſt ſtandū conſuetudine Eccleſiæ, quàm uel authoritate Auguſtini, uel Hieronymi, uel cuiuſcunq; doctoris, in Quodlibetis Quodlibet 2, artic.7.

De ſponſo air Albertus: Chriſtus ſponſus eſt Eccleſiæ aut ſponſa, quæ gaudet quando fit catholica, boc eſt uniuerſalis. In Iohan.2. cap.15.

Caput Eccleſiæ Chriſtus eſt. Alexander: Chriſtus poſsit dici caput ſecundum prædictas metaphoras, eò ſcilicet quòd ſit in ratione mouentis regnum, ſicut rex in ratione digniſsimi & prouidētis Eccleſiæ: & qa eſt in eo plenitudo gratiæ, quantum ad omnem ſenſum ſpiritualem gratiæ, ſicut omnes ſenſus ſunt in capite: tamen propria ratione dicitur caput per rationem influentiæ, ut ſicut ab ipſo capite eſt influentia ſenſus & motus ſecundū diuerſas partes eius: quia ab anteriori parte capitis fluunt nerui, per quos fluit ſenſus ad membra: à poſteriori uerò parte fluunt nerui, per quos fluunt motus ab anima ad ſingula membra. ſimiliter Chriſtus in Eccleſia influit ſenſum & motum ſpiritualiter: ſenſum influit per fidem, motum uerò per amorem. Influit enim ſenſum fidei & motum amoris. Et illa ratione dicitur propriè caput Eccleſiæ. unde ſecundum quod uidemus, quòd caput quodammodo gerit uicem animæ in mouendo corpus, & conſulendo ei per ſenſum: ita eſt de Chriſto reſpectu Eccleſiæ, quia ſic ſe habet ad ipſam in ratione mouentis & conſulentis per ſenſum gratiæ, quem ei influit. unde ad Coloſſ. 1. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Tomo 3. quæſtione 12. membro ſecundo, articulo primo. Item: Ita Chriſtus mediator Dei & hominum in patriarchis & prophetis præmiſit manum, antequam appareret in carnem, uinculis legis ſuperbum populum conſtringentem ſiue comprimentem. Tempore autem naſcendi, ſecutum eſt caput corporis Eccleſiæ, cui adhæſerunt omnes fideles credendo. Relinquitur ergo, quòd fuit caput fidelium & præſentium & antiquorum. Ibidem articulo ſecundo. Item: Corpus Eccleſiæ nunquam fuit acephalum, ſed ſemper habuit Chriſtum caput ſecundum diuinitatem & ſecundum humanitatem. licet enim Cbriſtus ratione humanitatis non eſſet à principio mundi, tamen fuit ratione fidei de diuinitate & humanitate, & ratione illius fit colligatio membrorū ad caput & etiam inter ſe: oportet enim ad hoc quòd in Eccleſia militāte ſint membra inter ſe, communem habere fidem & gratiæ conformitatem ſiue charitatis, quantum ad Chriſtum, & quòd Cbriſtus ſecundum quod homo, licet tempore ſecutus ſit, fuerit caput. Part.4. quæſt.4. memb.2.

Thomas ait: Chriſtus eſt caput Eccleſiæ, ipſam regens, ei prouidens, in ea influens ſenſum fidei, & motum dilectionis & operationis. ſuper Apocalyp. capite 12, Item: Ex boc, q, à Chriſto ad alios gratia

&

& ueritas deriuantur, conuenit ei ut ſit caput Eccleſiæ. Nam à capite in alia membra, quç ſunt ei conformia in natura, quodammodo ſenſus & motus deriuatur: ſic à Chriſto & gratia & ueritas ad omnes homines deriuatur. Vnde ad Epheſ.1. Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam. In Compendio theolog.cap.30. Et Coloſſ.2. Caput Eccleſiæ eſt, ex quo corporis pernexus & coniunctiones ſubminiſtrantur, &c. Sed hoc ſoli Chriſto conuenit. Ergo ſolus Chriſtus eſt caput Eccleſiæ. Tertia ſummæ, quæſtione 8. articulo 6. Et: Chriſtus eſt caput omniũ eorum, qui ad Eccleſiam pertinent, ſecundũ omnem locum, & tempus, & ſtatum. Alij autem homines dicuntur capita ſecundũ quãdã ſpecialia loca, ſicut epiſcopi ſuarum Eccleſiarum: uel etiam ſecundum determinatum tempus, ſicut papa eſt caput totius Eccleſiæ, ſed tempore ſui pontificatus: & ſecundum determinatum ſtatum, prout ſunt in ſtatu uiatoris. Item: Chriſtus eſt caput Eccleſiæ propria uirtute & authoritate. Alij uerò dicuntur capita, in quantum uicem gerunt Chriſti, ſecundum illud 2.Corinth.2. Nam & ego quod donaui, &c. Et ſecundũ illud 2.Corinth.5. Pro Chriſto legatione fungimur. Tertia ſummæ, quæſt.8.artic.6.

Albertus: Caput Eccleſiæ Chriſtus eſt. Barba adhærens ori, Apoſtoli. Veſtimentum, Eccleſia. Fimbria ſiue ora ueſtimenti, quilibet ſimplex de Eccleſia: Pſalm.132. cap.1. ſuper Lucam. Et: Chriſtus Deus eſt caput Eccleſiæ, ex quo chariſmata fluunt in Eccleſiæ prælatos, & poteſtas, contra quam nec portæ inferorum præualebunt. cap.7. ſuper Lucam. Et: Chriſtus caput Eccleſiæ. cap.12.

Malè papæ tribuitur caput Eccleſiæ. Thomas: Summus pontifex gerit plenariè uicem Chriſti. Secunda ſecundę, quæſtione 88. articulo 12. Item: Dum unum caput Eccleſiæ eſſe negant (Græci,) ſanctam ſcilicet Romanam Eccleſiam, manifeſtè unitatem corporis myſtici diſſoluunt. Non enim poteſt eſſe unum corpus, ſi non fuerit caput: neq; una congregatio, ſi non fuerit unus rector. Vnde Iohan.10. dicitur: Fiet unum ouile & unus paſtor. Opuſc.1. contra error. Græc. Et: Chriſti uicarius (pontifex Romanę Eccleſiæ) ſuo primatu & prouidentia uniuerſam Eccleſiam tanquã fidelis miniſter Chriſto ſubiectam cõſeruat. Item, in totam Eccleſiam Chriſti poteſtatis plenitudinem obtinet. Ibidem. Item: Habetur ex Græcorum doctorũ authoritatibus, quòd Romanus põtifex in Eccleſia habeat plenitudinem poteſtatis. Dicit Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro theſaurorũ: Sicut Chriſtus recepit à patre dux ſceptrũ Eccleſiæ gentiũ ex Iſrael egrediens ſuper omnem principatum, & poteſtatem ſuper omne quodcunq; eſt, ut ei cuncta curuentur: ſic & Petro & eius ſucceſſoribus pleniſsimã poteſtatẽ pleniſsimè commiſit, & etiam nulli alij quàm Petro Chriſtus, quod ſuũ eſt, plenum ipſi ſoli dedit, &c. Hoc etiam traditur authoritate ſcripturæ. Nam Dominus Matth.16. uniuerſaliter Petro dixit: Quodcunque ſolueris ſuper terram. libro 1. contra error. Græc. cap.32. Item: Oſtenditur etiã (ex Græcis ſcriptoribus) quòd Petrus ſit Chriſti uicarius, & Romanus pontifex Petri ſucceſſor in eadem poteſtate ei à Chriſto collata. Dicit enim canon Concilij Calcedonenſis: Si quis epiſcopus prædicatur infamis, liberã ſententiam habeat appellandi ad beatiſsimum epiſcopum antiquum Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipſi ſoli loco Dei ſit ius libera poteſtate diſcernendi epiſcopi criminati infamiam ſecundũ claues à Domino ſibi datas. Ibidem. Item: Oſtenditur, quòd ad Romanum pontificem pertineat, quæ fidei ſunt, determinare. Dicit enim Cyrillus in libro theſauror. Vt membra maneamus in capite noſtro apoſtolico, throno Romanorum pontificum, à quo noſtrum eſt quærere, quid credere & quid tenere debeamus. Ibidem.

Papæ nimium tribuunt. Thomas: Papa habet plenitudinem poteſtatis in Eccleſia. Contra impugnatores relig. capite 4. Item: Papa habet immediatã poteſtatem in omnes Chriſtianos, quia Romana Eccleſia nullis ſynodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica uoce Domini & Saluatoris noſtri primatũ obtinuit, ut habetur in decretis diſtinct. 21. quamuis. Contra impug. relig. cap.4.

De gladio materiali Eccleſiæ malè docet Albertus: Quamuis in primitiua Eccleſia præualente iniquitate & infidelitate, non fuerit aliquis uſus gladio illo: tamen hoc præſidium in Eccleſia eſſe Chriſtus uoluit, ſciens quòd Eccleſia iam dilatata, ſine gladio materiali gubernari non potuit. cap.22. ſuper Lucam.

De Concilijs malè ſentiunt. ut Thomas: Sancti patres in concilijs congregati nihil ſtatuere poſſunt, niſi authoritate Romani pontificis interueniente, ſine qua etiam nec concilium congregari poteſt. Contra impug. relig. cap.4. Item: Synodus uniuerſalis authoritate ſolius pontificis ſummi poteſt congregari (ut habetur in decretis diſtinct.17.) Secunda ſecundę, quæſt.1.

quæſt.1.artic.1. Et Summi pontificis authoritate Synodus cögregatur,& eius ſententia confirmatur.Ibidem.

Quomodo regatur. Thomas: Per doctrinam ſcriptam ab Euangeliſtia & regitur & protegitur Eccleſia. ſuper Apocalypſin capite quarto. Item: Deus per remedia ſacramentalia ordinat & regit Eccleſiam.Ibidem.

Norma. Thomas: Eccleſia ſeruat præcepta duodecim Apoſtolorum, continet duplicem menſuram, ſcilicet gentiles & Iudæos conuerſos, uel fidem & operationem,uel geminam dilectionem,Dei & proximi.cap.6.

De renouatione inquit Innocentius: Quatuor modis Eccleſia renouatur: ſacramentis & moribus, miraculis & mandatis.Serm.in dom.2.Aduent.

De fine & effectu Eccleſiæ. Thomas: Eccleſia honorificat Chriſtũ,id eſt, ipſum honorando oſtendit. Deinde in Eccleſia ipſius Domini ineffabilis bonitas, ſapientia & poteſtas ac dominatio excellenter apparet. Chriſtus uerò dicitur indumentum iuſtorum ratione decoris. Ideo uocat ſuam formoſam,quia ipſe eam decorat. ſuper Apocalyp.capite 1. Item: Dupliciter parit Eccleſia filium, ſcilicet uel ſpiritualiter, & ſic pepetit & quotidie parit fideles per uirtutem doctrinæ & exemplum uitæ: uel corporaliter, & ſic peperit Chriſtum per uirginem. capite 12. ſuper Apocalypſin.

De diſcrimine poteſtatis Eccleſiaſticæ & politicæ. Alexander: Poteſtates illæ ſupradictæ duæ diuiſæ ſunt adinuicẽ quantum ad exercitiũ, diuiſæ etiam ſunt quantum ad impetiũ,ſed non diuiſæ ſunt quantum ad meritum. Aliquando etiam ſunt coniunctæ quantum ad imperium, cum ſcilicet principes terreni concedunt non tantum utilitatem Eccleſiæ, ſed etiam poteſtatem: nihilominus tamen reducendæ ſunt iſtæ poteſtates ad diuerſas rationes perſonarum. Cum ergo quæritur, utrum poteſtas Eccleſiaſtica uſurpet iudicium quod eſt ſecularis poteſtatis? Dicendum eſt,quòd uſurpat, ſi exerceat iudicium ſeculare per ſeipſum. Cum autẽ eſt Eccleſię collata poteſtas à principe terreno,exercitium iudicij ſecularis ſpectare debet ad laicas perſonas,poteſtas autem cõſtituendi illas poteſt tunc ſpectare ad Eccleſiam. Item: Nihilominus non eſt cõſimilis comparatio poteſtatis ſecularis ad Eccleſiaſticam,ſicut Eccleſiaſticæ ad ſecularem. Eccleſiaſtica in nullo ſubeſſe debet ſeculari, ſed ſecularis in aliquo debet ſubeſſe Eccleſiaſticæ, ſicut ſequentes oſtendunt rationes. Vnde licet ad Eccleſiam pertineat poteſtas conſtituendi eos per quos fiant iudicia ſecularia, & exerceatur gladius materialis: non tamen ad poteſtatem ſecularem pertinet cõſtituere eos qui utuntur gladio ſpirituali, &c. Tomo 2. quæſt. 145.memb.2.articulo 1.

Hæreticus. Gulielmus: Hæreticus, ſcilicet contra Deum falſa ſentiendo: contra articulos fidei prædicando, docẽdo apertè,uel ſecretè: & omnes fautores & cõſentientes hæretici reputantur.cap.15.

Alexander: Communiter, cum dicitur quòd hæreticus poteſt dici, quicunque ſcripturam aliter intelligit quàm ſenſus ſpiritus ſancti efflagitat. Propriè, ſecũdum quod hæreticus dicitur, quicunque alius temporalis commodi, &c. Proptijſsimè, cũ ſuperadditur ipſa pertinacia in defendendo falſitatem, uel impugnando ueritatem. Item: Tria enim cõcurrunt ad perfectam hæreſin: ipſa falſa credulitas, quæ eſt ex parte rationis: & peruerſa uolũtas, quæ ex parte concupiſcibilis: & pertinax defenſio ſiue impugnatio ex parte iraſcibilis.Tomo 2.quæſt.181.memb.1.

Apoſtatæ. Alexãder: Propriè enim apoſtatæ dicuntur, qui à religione fidei & eorum quæ ad fidem contingunt, ad contrarium fidei ſe conuertunt, ſicut faciunt illi qui honorem diuinum execrãdis perſonis attribuunt. Similiter poteſt dici de illis qui ſe faciunt circumcidi, ponentea ſpem in circumciſione legali, qui prius fuerunt Chtiſtiani.Parte 2.quæſtione 183. membro 2.

Schiſmatici. Thomas: Propriè ſchiſmatici dicuntur, qui propria ſponte & intentione ſe ab unitate Eccleſiæ ſeparant, quæ eſt unitas principalis. Nam unitas particularis aliquorum ad inuicem ordinatur ad unitatem Eccleſiæ,ſicut compoſitio ſingulorum membrorum in corpore ordinatur ad totius corporis unitatem. Eccleſiæ autem unitas in duobus attenditur, ſcilicet in commixtione membrorum Eccleſiæ ad inuicem, ſeu communicatione, & iterum in ordine omniũ membrorum Eccleſiæ ad unum caput, ſecundum illud Coloſſ.2. Inflatus ſenſu carnis, &c. Hoc autem caput eſt ipſe Chriſtus, cuius uicẽ in Eccleſia gerit ſummus pontifex: & ideo ſchiſmatici dicuntur, qui ſubeſſe renuunt ſummo pontifici, & qui membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant. Secunda ſecundæ, quęſtione 39.articulo 1.

Regnum Dei: Alexander: Regnum Dei dicitur multipliciter. Dicitur enim 1. Eccleſia militãs, quia regitur. Matt.13. Mittet

filiua

filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala. 2. Eccleſia triumphans, quia regnat. Matth. 8. Venient & recumbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cœlorum. 3. Gratia fidei. Lucæ 17. Regnum Dei intra uos. 4. Gloria ſpei. Matth. 25. Percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. 5. Intellectus ſcripturæ. Matth. 19. Auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. 6. Locus patriæ. Matth. 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Item, Chriſtus ipſe dicitur regnum Dei, Luc. 11. Si in digito Dei eijcio dæmonia, propius peruenit in uos regnum Dei. Poteſt igitur hac petitione peti, ut ueniat regnum Eccleſiæ militantis ad regnum triumphãtis, ut fiat triumphans. Vnde non petitur ut regnum Eccleſiæ ueniat, ſed ut adueniat. Parte 4. quæſt. 37. membro 4.

Innocentius: Regnum cœlorum, cuius diffinitio multifariè ſpargitur in Scripturis, aliud eſt ſupra nos, aliud circa nos, aliud infra nos, & aliud extra nos. Quod ſupra nos, Eccleſia triumphantium. Quod circa nos, Eccleſia militantium. Quod infra nos, Fides recta. Quod extra nos, Lex diuina. Pap. 3. ſerm. de Virgine. Item: Regnũ Dei dicitur & militans Eccleſia, quia regitur: & triumphans Eccleſia, quia regnat. Item: Regnum Dei dicitur & gratia fidei, & gratia ſpei. Rurſus regnum Dei dicitur & gratia fidei, & gloria ſpei. Rurſus regnum Dei dicitur & intellectus Scripturæ, & locus patriæ. libro 5. myſt. Miſſæ, cap. 26.

Albertus ait: Regnũ Dei dicitur tribus rationibus. Vna quidẽ, quia primũ exemplar eius Deus eſt, à quo progreditur. 2. Quia omne quod perficit & conſtituit regnum illud, diuinum eſt, ſiue ſit finis, ſiue bonum, ſiue lex, ſiue gradus ordinis. 3. Quia finis eius Deus eſt. Ex Deo enim eſt, & per ipſum, & in ipſum. cap. 6. ſuper Lucam. Item: Tria ſunt in regno Dei. Subſtantia, quæ cõſiſtit in decore iuſticię. Virtus, quæ conſiſtit in poteſtate gratiæ. Opus, quod conſiſtit in cõuerſationis honeſtate. cap. 10. ſuper Lucam. Et: Regnũ Dei dicitur poteſtas regni Dei, uincẽs contrariam tyrannidẽ diaboli. cap. 11. Item: Regnum Dei dicitur poteſtas perfecta iuſticiæ, per quam Deus regnat in nobis. capite 13. Item: Regnum gratia Dei in poteſtate ſeculari non erit: neq; in una parte mundi, ſed in toto mundo, quia totum orbem obtinebit. Et: Non enim regnum cœlorum eſt ſicut regna aliarũ poteſtatum. Aliarum poteſtatum regna & leges, coactiua obligãt uirtute: cœlorum autem regna uirtute quadã amatiua nos alliciunt, & obtinendo nos uendicant ſibi: nec uni cœleſti rectitudini conformant, ſed omni. in Matth. cap. 13. Item: Regnum cœlorum origine cœleſte eſt, poteſtas autẽ regni iſtius inuincibilis eſt in omni iuſticia: qua agit regnantes, qua dirigit operãtes, qua reuincit inſurgentes. Poteſtas eius poteſtas æterna, quæ non auferetur. Ordo eius mirabilis eſt in officiorum congruitate, in urbanitatum honeſtate. In Matth. capite 22.

DE ANTICHRISTO.

OPiniones de Antichriſto habent. Thomas rationem reddit, cur Elias & Enoch mittendi ſint ad prædicandũ tempore Antichriſti: ſcilicet, quia unus eſt de tempore ante legem, ſcilicet Enoch, alius de tempore ſub lege, & per hoc erit eorum teſtimonium ſolidum. ſuper Apoc. cap. 11. Item: Notandum, quòd poſt mortem Antichriſti prædicabunt ſancti prędicatores, & fideles magnificabunt Deum, cuius poteſtas in deſtructione Antichriſti iam manifeſtata erit, & amplius apparebit in iudicio inſtanti. Ibid. Item: Diabolus reuelabit Antichriſto theſauros abſconditos auri & argenti. cap. 13. ſuper Apocal. Item: Nota, inquit, quòd cum Antichriſtus per aliquod tempus, ſcilicet per tres annos & dimidium, in magna poteſtate regnauerit, uili morte interficietur in monte Olïueti, in papilione & in ſolio ſuo, in illo loco contra quẽ aſcendit Chriſtus ad cœlos. cap. 13. Item: Poſt mortem Antichriſti dabitur Eccleſiæ pax, quæ tamen parùm durabit. Ibidem cap. 8. Item: Nota, quòd ſicut dicit gloſſa, poſt mortem Antichriſti dabuntur quadraginta duo dies, ad pœnitendum eis qui titubauerũt in perſecutione Antichriſti, ſicut habuerũt Iudæi quadraginta duos annos. Ibidem. Item, dicit Antichriſtum ſuos habiturum præcurſores, qui eius aduentum ſignificabunt, cap. 10. Et ex gloſſa aſſerit, tempore Antichriſti uenturos Eliam & Enoch in publicum, ad teſtificandum ueritatem catholicam: quos, ubi teſtimonium ſuum finierũt, ſit interfecturus Antichriſtus. Ibidem cap. 11.

Quid. Thomas: Antichriſtus erit principale caput multitudinis peruerſorum. Item: Antichriſtus eſt omniũ temporum caput, quia eius apparens potentia redundabit in exaltationem aliorum peruerſorum, poteſtatem ſcilicet reſurgendi. cap. 13. ſuper Apocal.

Vnde, opinio. Thomas: De tribu Dan deſcẽdet Antichriſtus. ſuper Apoc. cap. 7.

Status,

Status. Thomas: Tempore Antichriſti non apparebit magnificentia Chriſti per doctrinam in mundo. ſuper Apocal. capite ſexto.

Doctrina. Thomas: Doctrina Antichriſti eſt ſicut fumus obtenebrans, & in uoluens ſe huc & illuc, quia diffundens. cap. 10. ſuper Apocal.

Opera Antichriſti. Thomas: Antichriſtus & ſui facient ſecundum ſimulationem facta Chriſti, ut fidem Chriſtianorum peruertant, & eos Antichriſtianos faciant. Simulabit enim Antichriſtus mortem & reſurrectionem & aſcenſionem, & finget Spiritus ſancti miſsionem. ſuper Apocal. cap. 13. Et: Antichriſtus & eius coadiutores dominabuntur alijs hominibus malis, qui trahent eos ad mala, & detinebunt eos in ipſis. Etiam quaſi regnant ſuper malos præſentes, licet nondum appareat Antichriſtus. Ipſe enim Antichriſtus licet non dum manifeſtè uenerit, caput eſt etiam malorum nunc ſimiliter. capite 17. Item: Multus ſanguis fidelium in diuerſis partibus effundetur per miniſtros Antichriſti procurāte diabolo. capite 6. Et: Antichriſtus per principes ſeculares puniet nolentes ſibi adhærere, & ſuorum prædicatorum doctrinam recipere. Item: In principio cum natus erit Antichriſtus, antequā poteſtatem ſuam dilatauerit, prædicatio fiet: ſed poſt cum erit in magna ſua dominatione, tunc prædicatio erit particularis, non generalis ut modò, nec ita ſolennis ut modò. Super Apocal. cap. 9. Item: Antichriſtus dicet ſe dominum terræ, cum ſolus Deus uerus ſit uniuerſorum dominus. capite 11.

Albertus: Antichriſtus ſignis mendacibus uſurpabit. Item, Iudæi primi erunt qui ad Antichriſtum conuertentur. Item, de Dan creditur naſciturus Antichriſtus. in Iohan. cap. 5. Item: Antichriſtus erroris & mendacij operator. Ibidem cap. 8. Item: Simulationem ſanctitatis prætendet Antichriſtus. Ibidem cap. 13. Item: Antichriſtus uſurpabit ſanctitatem uirtutis, & damnabitur. cap. 1.

Doctores cōtra Antichriſtum. Thomas: Septem Angeli uel prædicatores tempore Antichriſti. Primus prædicabit contra Iudæos, qui Antichriſtum recipient. Secundus contra gentiles, qui Chriſticolas affligent. Tertius contra pſeudoapoſtolos Antichriſti, qui ſcripturas peruertent. Quartus contra ipſum Antichriſtum, qui ſe ſupra Deum extollet. Quintus contra infideles, quos Antichriſtus ſibi ſubijciet. Sextus contra diuites, qui ſimiliter Antichriſto obedient. Septimus contra dæmones, qui prædicta mala fieri ſuggerent. Super Apocal. cap. 15.

Futilia de Antichriſto recitat Thomas: Naſcetur Antichriſtus in Babylone de tribu Dan, iuxta quod ait Iacob: Fiat Dan coluber, &c. Et cum uenerit Hieroſolymam, circumcidet ſe, dicens Iudæis: Egò ſum Chriſtus uobis promiſſus. Tunc confluent ad eum omnes Iudæi, & reædificabunt templum à Romanis deſtructum. Et ibi ſedebit oſtendens ſe tanquam ſit Deus. De humanitate Chriſti cap. 29.

DE MINISTERIO *uerbi.*

ALexander ait: Portare peccata populi eſt tripliciter. Vno modo curam animarum ſuſcipiendo. Vnde Numer. 18. dicitur Aaron & ſacerdotibus: Tu & domus patris tui ſuſtinebis peccata ſacerdotij ueſtri. Alio modo pro peccatis orando. Numer. 8. Tradidi Leuitis & Aaron & filijs eius ut ſeruiant mihi in tabernaculo: & orent pro eis, ne ſit in populo plaga. Quomodo monachi & alij religioſi portant peccata populi. Tertio modo contra peccatores zelo Dei pugnantes, & fidem Chriſtianam ſupportando & defendendo: ſecundum quem modum de Leuitis dicitur Exodi 32. cum ipſi uindicaſſent idololatriam uituli conflatilis: Conſecraſtis manus ueſtras Domino, ut detur uobis benedictio. Per hunc modum templarij & hoſpitalarij; qui pugnant contra hoſtes fidei Chriſtianæ, conſecratas habent manus Domino: ut meritò poſsint benedictionem percipere decimarū. parte 3. quæſtione 51. membro ſexto, articulo primo.

Thomas ait: Secundum eandem rationem prouidentiæ, qua in ſeipſo Dei filius homo factus infima pati uoluit, etiam ſuos diſcipulos, quos humanæ ſalutis miniſtros inſtituit, uoluit in mundo eſſe abiectos. Vnde non elegit literatos & nobiles, ſed illiteratos & ignobiles, pauperes ſcilicet piſcatores, & eos mittens ad ſalutem hominum procurandam iuſsit paupertatem ſeruare, & perſecutiones & opprobria pati, & etiam mortem pro ueritate ſubire, ne eorum prædicatio ad aliquod terrenum commodum compoſita uideretur, & ne ſalus mundi aſcriberetur humanæ ſapientiæ aut uirtuti, ſed ſolùm diuinæ. Vnde nec in eis deſuit uirtus diuina, diuina mirabilia operans, qui tamen ſecundum mundum uidebantur abiecti. 2. opuſc. contra Græc. cap. 7.

Doctores. Albertus: Doctores dicuntur, qui docendi & magiſterij promeruerunt authoritatem. cap. 2. ſuper Lucam. Item:

Homo Eccleſiaſticæ uitæ dicitur candelabrum aureum cum lucernis ſeptem: in quo eſt uirtutis conuerſatio charitate informata, auri fulgor & precium: pes, Eccleſiaſtica dignitas: lucernæ ſeptem, fulgores intellectus, quos requirit poteſtas Eccleſiaſtica ex quatuor ſacræ ſcripturæ intellectibus, Hiſtoriali, Allegorico, Morali & Anagogico, & intellectu aliarum ſcientiarum: quæ, ut dicit Hieronymus, ſunt Phyſica, Ethica, & Scientia loquendi congruè & ornatè. capite undecimo ſuper Lucam. Item: Prælati ſunt ſponſi Eccleſiarum. Ibidem capite decimoquinto. Item: Rete per metaphoram officium eſt prædicationis, quod in mare mundi eſt mittendum, ut extrahantur ad ſiccum continentiæ hi qui nutriti ſunt in aquis uoluptatis. In Matth. cap. 4.

Qui. Innocentius: Laici non prædicent, nec occulta cõuenticula faciant, nec ſacerdotes reprehendant. Concil. Lat.

Albertus: Officium prædicationis non eſt committendum opacam uitam habentibus, quorum ſunt tenebroſa opera, ut malis: ſimiliter his qui carnalem & tenebroſum habent intellectum. cap. 11. ſuper Lucam.

Vnde. Thomas: Miniſter Eccleſiæ non agit in ſacramentis, quaſi ex propria uirtute, ſed ex uirtute alterius, ſcilicet Chriſti. Et ideo in eo non requiritur gratia perſonalis, ſed ſolùm authoritas ordinis, per quam quaſi Vicarius conſtituitur. In ſumma de ueritate, materia uigeſimanona, quæſtione quinta. Item: Quia Chriſtus corporalem ſui præſentiam erat Eccleſiæ ſubtracturus, neceſſarium fuit ut alios inſtitueret ſibi miniſtros, qui Sacramenta fidelibus diſpenſarent. Contra gentiles libro quarto. Item: Ipſe Chriſtus ſanctis prædicatoribus dat directionem ad prædicandum & annunciandum communiter peccatoribus pœnas eis debitas. Super Apocal. capite decimoquinto. Et Apoſtoli immediatè à uerbo Dei inſtituebantur, non ſecundum eius diuinitatem, ſed in quantum eius humanitas loquebatur. Prima ſummæ, quæſtione 117. articulo ſecundo.

Qualis. Thomas: Ad hoc debet habere prædicator ſcientiam cum authoritate & uita, ut prædicet hominibus ea quæ ſunt ſalutis. ſuper Apocalyp. capite decimoquarto..

Albertus: Quatuor debet habere doctor prædicationis. 1, inſtantiam. 2, quòd quærat audientes. 3, Quies. 4, Locus publicus. in Matth. cap. 26.

De uocatione ait Albertus: Vocatio duplex, interior & exterior. Exterior uoce facta eſt & fit Saluatoris: interior appoſitione gratiæ datæ. In Matth. cap. 4.

Quomodo uerbum tradendum. Albertus: Verbum Dei magis ſimplicibus ſonis induitur in prædicatione, quàm phaleris Rhetoris. cap. 2. ſuper Luc.

Quæ docenda. Thomas: Nota, quantum ad materiam prædicationis, quòd debet eſſe præmeditatio de uero, honeſto, & ſalutifero. Nam circa illud quod prædicandum eſt, hæc tria ſunt attendenda, ſcilicet ueritas, quia falſa non ſunt prædicanda, &c. Super Apoc. cap. 8.

Albertus: Prædicator ueritatis non ſuam debet afferre, ſed eius qui miſit eum doctrinam. capite decimo ſuper Lucam. Item: Prædicare, dicere & docere differunt. Prædicare eſt, ſermone exhortatorio annunciare ea quæ ſuperſunt. Sed dicuntur ea quæ nota ſunt in ſenſibus, ſicut hiſtorialia. Docentur autem quæ principia ſunt in nobis, ſicut uirtutes morales & ſcientiæ, quas per doctrinam & non per reuelationem accipimus. In Matth. capite quarto.

De ueris prædicatoribus ait Bonauentura: Veri prædicatores dicuntur, quorum prædicatio habet autoritatem, ueritatem, & utilitatem. Falſi ſunt, qui habent horum contraria, uel ſimpliciter, uel in parte. Sed ſi rectè uelimus attendere modernorum ordinum prædicatores, hæc tria habent in ſe: Autoritatem quidem, quia miſsi ſunt à ſummo pontifice, & alijs prælatis, qui ſunt domini meſsis. Veritatem, ſicut patet: quia fidem & mores prædicauerunt ſecundum legem Euangelij. Vtilitatem, quia multos de ſtatu culpæ uocauerunt ad ſtatum pœnitentiæ. Et ideo ſpeciem habent, & ſimilitudinem maiorem incomparabiliter, ſi quis pio attenderet oculo ad prædicatores ueros, quàm ad pſeudo: licet in tanto munere uix poſſint eſſe, quando aliqui cum Iuda diligunt loculos, & exorbitent ab itinere recto. In tractatu de paupertate Chriſti.

De conſtantia. Albertus: Quando ſumus comprehenſi pro fide & iuſtitia, tenemur fortiter ſtare: ſed antequam comprehendamur, poſſumus fugere, niſi ſumus prælati: quia tunc pro periculo gregis tenemur diſcurrere, & obijcere nos dentibus luporum: & hoc quando grex communiter quæritur, & non perſona paſtoris. Vnde etiam puto, quòd ſi prædicator aliquandiu monuiſſet populum ad conſtantiam, & poſtea ueniret perſecutio, quòd ipſe teneretur cum ipſis manere, ne exemplo ſuæ fugæ illi deficerent

in fide & iuſtitia quam ille prædicauerat. Sed tamen minus tenetur ad hoc quàm prælatus: quia prælatus tenetur ex officio, prædicator autem ex actu quem fecit, & non ex profeſsione, quia nunquam fuit hoc profeſſus. Super 3. Sentent. diſtinctione 29.

Speculator. Albertus: Primus enim prædicator intrare debet per ſalutis uerbum, quia ille eſt ſpeculator. capite 10. ſuper Lucam.

Exemplo ſit. Thomas: Omnibus debet prædicator lucere per exemplũ, & ſic omnes informare debet per uerbum: quia communitas ædificationis per exemplũ, parat uiam ad communitatem iuformationis per uerbum. Super Apocal. capite duodecimo.

Non bellatores. Thomas: Bellica exercitia maximè repugnant illis officijs, quibus epiſcopi & clerici deputantur, propter duo. Primò quidem generali tatione, quia bellica exercitia maximas inquietudines habent, unde multum impediunt animum à contemplatione diuinorum, & laude Dei, & oratione pro populo, quæ ad officium pertinent clericorum: & ideo ſicuti negociationes propter hoc quòd nimis implicant animum, interdicuntur clericis, ita & bellica exercitia, ſecundum illud 2. Timoth. 2. Nemo militans Deo, &c. 2. Propter ſpiritualem rationem. Nam omnes clericorum ordines ordinantur ad altaris miniſterium, in quo ſub Sacramento repręſentatur paſsio Chriſti, ſecundum illud 1. Corinth. 11. Quotieſcunque manducabitis panem, &c. Et ideo non competit eis occidere uel effundere ſanguinem, ſed magis eſſe paratos ad propriam ſanguinis effuſionem pro Chriſto, ut imitentur opere quod gerunt miniſterio: & propter hoc inſtitutum eſt, ut effundentes ſanguinem etiam ſine peccato ſint irregulares. Vnde clericis non licet omnino bella gerere, quæ ordinantur ad ſanguinis effuſionem. Secunda ſecundæ, quæſtione quadrageſima, articulo ſecundo. Item: Licet exercere bella iuſta ſit meritorium, tamen illicitum redditur clericis, propter hoc quòd ſunt ad opera magis meritoria deputati: ſicut matrimonialis actus poteſt eſſe meritorius, & tamen uirginitatem uouentibus damnabilis redditur propter obligationem eorum ad magis bonum. Ibidem.

De ulta miniſtrorum ait Innocentius: Sacerdotes quomodo caſtè & cautè uiuere debeant. Viuamus, fratres chariſsimi, non ſolùm caſtè, ſed etiam cautè. Caſtè, ne contaminemus unctionem ordinis quem accepimus: propter quod dicitur, Si ſacerdos peccauerit qui unctus eſt, &c. Cautè, ne corrumpamus alios per exemplum. Sermone primo de conſec. pontific. Item: Cuſtodiamus itaque ſanctimoniam cordis & corporis, ſicut decet Dei miniſtros & Dei ſacerdotes. Ibidem. Item: Peccatum prælati & alijs damnoſum, & ſibi eſt periculoſum. Sermone 4. in conſecrat. pontif.

De peccatis miniſtrorum inquit Innocentius: Peccatum ſacerdotis maximum iudicatur, tum propter officij dignitatem, tum propter peruerſitatem exempli. Ser. 1. in conſecratione pontificis. Item: Peccatum ſacerdotis totius multitudinis peccato coæquatur. Ibidem. Item: Grauius peccat ſacerdos qui peccatum reuelat, quàm homo qui peccatum committit. ibidem.

Mercenarij. Thomas: Qui aliud quàm fructum animarum, & honorem Dei per prædicationem quætunt, mercenarij dicuntur, ſiue uera ſiue falſa annuncient, & ſiue miſsi ſiue non miſsi: ſed pſeudoapoſtoli uel pſeudoprophetæ dici non poſſunt, niſi quando non ſunt miſsi, uel falſa anuunciant. Contra impugnan. religionẽ capite 22.

De malis inquit Thomas: Malitia miniſtrorum non impedit, quin fideles ſalutem per Sacramenta conſequantur à Chriſto. Contra gentiles libro quarto, capite ſeptuageſimoſeptimo. Item: Eſt etiam malis miniſtris obediendum: quod non eſſet, niſi in eis ordinis poteſtas maneret, propter quam eis obeditur. Habent ergo poteſtatem diſpenſandi Sacramẽta etiam mali. Ibidem.

De fuga paſtorum ait Thomas: Vbi ſubditorum ſalus exigit perſonæ paſtoris præſentiam, non debet paſtor perſonaliter ſuum gregem deſerere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod perſonale periculum imminens, cum bonus paſtor animam ſuam ponere teneatur pro ouibus ſuis. Si uerò ſubditorum ſaluti poſsit ſufficienter in abſentia paſtoris per alium prouideri, tunc licet paſtori uel propter aliquod commodum Eccleſiæ, uel propter perſonæ periculum corporaliter gregem deſerere. Vnde Auguſtinus dicit in epiſtola ad Honoratum: Fugiant de ciuitate in ciuitatem ſerui Chriſti, quando eorum quiſquã ſpecialiter à perſecutoribus quæritur: ſed ab alijs qui non ita quætuntur, non deſeratur Eccleſia. Cum autem omnium eſt commune periculum, hi qui alijs indigent, non deſerautur ab his quibus in-

digent. Si enim pernicioſum eſt, nautam in tranquillitate nauem deſererei qnanto magis in fluctibus, ut dicit Nicolaus papa. Secunda ſecundæ, quæſtione 185. articulo quinto.

De hæreticis. Thomas: Manifeſtum eſt, quòd bæreticus qui pertinaciter diſcredit unum articulum fidei, non eſt paratus ſequi in omnibus doctriuam Eccleſiæ. Si enim non pertinaciter, iam nou eſt hæreticus, ſed errans. Vnde manifeſtum eſt, quòd talis hæreticus circa unum articulum, fidem non habet de alijs articulis, ſed opinionem quandam ſecundum propriam uoluntatem. Secunda ſecundæ, quæſtioue quinta, articulo tertio. Item: Immunditia lepræ ſiguificat immunditiam hæreticæ doctrinæ, tum quia hæretica doctrina contagioſa eſt, ſicut & lepra: tum quia nulla etiam falſa doctrina eſt, quæ uera falſis non admiſceat, ſicut in ſuperficie corporis leproſi apparet quædam diſtinctio quarundam macularum ab alia carne integra. Prima ſecundæ, quæſtione 102. articulo 5. Item: In hoc filius Dei apparuit, ut diſſoluantur opera diaboli, ut dicitur 1. Iohan. 3. Vnde & uerſa uice diabolus ad hoc totum ſuum conatum appoſuit & apponit, ut ea quæ ſunt Chriſti, diſſoluat. Quod quidem primò per tyrannos facere tentauit, Chriſti miniſtros corporaliter occidentes: ſed poſtea per hæreticos, per quos ſpiritualiter plurimos interfecit. Vnde ſi quis diligenter inquirat hæreticorum errores, ad hoc principaliter uidentur tendere, ut Chriſti derogetur dignitati. Derogauit namq; Antichriſtus dignitati Chriſti, dum filium Dei coeſſentialem patri eſſe negauit, eum aſſerés creaturam. Derogauit & Macedonius, qui dum Spiritum ſanctum creaturam eſſe dixit, filio ſubtrsxit autoritatem ſpirandi diuinam perſonam. Derogauit & Manichæus, qui dum uiſibilia à malo Deo creata eſſe aſſeruit, per filium omnia creata eſſe negauit. Diſſoluit etiam quæ ſunt Chriſti Neſtorius, qui dum aliam perſonam eſſe filij hominis, aliam filium Dei docuit, Chriſtum eſſe aliquid uuum negauit. Diſſoluit & Eutiches, qui dum ex duabus naturis, diuina ſcilicet & humana, in Chriſti incarnatione unam conficere uoluit, utramq; ſubtraxit. Qnod enim ex duobus conficitur, neutrum eorum ueraciter dici poteſt. Diſſoluit & Pelagius, qui diceus gratia uos non indigere ad aſſequendam ſalutem, aduentũ filij Dei in carné fruſtrauit. Gratia enim & ueritas per Chriſtum facta eſt, Iohan. 1. Derogauit etiam Chriſto Iouinianus, qui dum uirgines in cõiugio uiuentibus ęqnauit, dignitati Chriſti detraxit, quia cum natum ex uirgiue confitemur. Derogauit & Vigilantius, qui dum paupertatem pro Cbriſto ſuſceptam impugnauit, perfectioni quam Chriſtus ſeruauit & docuit, contradixit. Vnde non immeritò dicitur 1. Iohau. 4. Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum, &c. Sic ergo & hoc tempore aliqui eſſe dicuntur, qui ſoluere Chriſtum tentant, eius diguitatem, quantum in ipſis eſt, minuentes. Dum enim dicunt, Spiritum ſanctum à filio non procedere, eius dignitatem minuunt: quia ſimul cum patre eſt Spiritus ſancti ſpirator. Opuſcul. 1. coutra error. Græcor.

De officio inquit Innocentius: Inter cætera ſiquidem, quæ ad paſtorale ſpectaut officium, ſauctæ prædicationis uirtus excellit. fol. 1. præfat. Item: Duo ſunt maximè neceſſaria ſacerdoti, ſplendor uitæ, & ſplendor ſcientiæ, ut uidelicet tam exemplo quàm documento reſplendeat. Debet & propter documentum pollere ſcientia. 3. ſer. iu feſto Syl. Item: Habeat fidem qui recipit claues, habeat charitatem qui ſuſcipit oues, quas utiq; tribus modis paſcere debet, quæ anima tertiò iubetur ut paſcat: uerbo, exemplo & Sacramento. Verbo doctrinæ, exemplo uitæ, Sacramento Euchariſtiæ. Sermo 1. in ſolen. Petri & Pauli. Item: Prædicatio de diuerſis autoritatibus & rationibua confirmatur. Debet enim prouidus concionator ſecundum diuerſitatem rerum & perſonarum formare ſermonem, ut modò loquatur de uirtutibus, modò de uitijs, qnandoq; de præmijs, quandoq; de pœnis, aliquando de miſericordia, aliquando de iuſtitia, interdum ſimpliciter, interdum ſubtiliter ſecundum hiſtoriam & ſecundum allegoriam, ſecuudum anagogen & tropologiam, per authoritates & rationes, per ſimilitudines & exempla, ut ſingula quæq; locum teneát ſortita decenter. Docet hoc egregius prædicator, qui de ſeipſo ſic ait: Sapientia loquimur, &c. Sermo. 2. iu feſto Petri & Pauli. Item: Licet omnibus præceptum ſit uigilare, ſecundum illud, Quod uobis dico, omuibus dico, nigilate: ſpecialiter tameu prælatis Eccleſiæ, ſecundum illud, Ianitori præcepit ut uigilet, &c. Sermone de confeſſore. Item: Certè tot mortibus eſt dignus ſacerdos, quot exempla perditionia tranſmittit in populum. Sermo. 1. in conſecrat. pontif. Item: Duo præcipuè neceſſaria prælato, charitas & ſapientia: charitas ad informationem honeſtæ uitę, ſapientia uerò ad eruditionem ueræ doctrinæ. Nam qui fecerit & docuerit, magnus uocabitur. Sermo. 4. in conſecrat.

ctat.pontificis. Item:Sacerdos debet intrate cubiculum cotdis, & oſtio ſenſuum intercluſo, demum pattem otate, non multiloquio exaudiri, ſed in corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. libro tertio myſt. capite primo. Item: Sacerdos ſit diſcretus & cautus, ut mote periti medici ſuperinfundat uinum & oleum uulneribus ſauciati, diligentet inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, quibus prudenter intelligat quale illi conſilium debeat exhibere, &c. Et caueat omnino, ne uerbo uel ſigno uel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: ſed ſi prudentiori conſilio indiguerit, illud abſq; ulla expreſsione perſonæ cautè requirat. Concil. Lat.

Bonauentura ait: Officium ptædicantis uerbum Dei, eſt propriè errantes dirigere, & ad uiam ſalutis reuocare. In cuius perſona uerbum Dei promiſſum peccatoribus ertantibus eſt authenticè proclamatum, cum dicitur: Hæc eſt uia, ambulate in ea. In ptologo de diætá ſalutis. Item: Prælatus Eccleſię quantò ſublimius prçeſt, tãtò ſanctius uiuat, ſolicitius inuigilet, & fructuoſius gregẽ paſcat. Tractat. in apologia pauperũ. Itẽ: Sacerdotale præcipuum opus eſt, reductio plebium ſubiectarum in Deum pet ſeptiformem influxum bieratcharum, ſcilicet pet eruditionem credibilium, per inſtaurationem uirtutum, pet exhibitionem exemplorum, interuentionem precum, curationem plagarum boſtilium, prænunciationem inſidiarum, & repulſationem hoſtilitatum. Et hoc quidem ſeptifotme opus ſacerdotale ſcriptura ſacra declatat pet ſeptemplicem metaphotam, ſcilicet architecti, agricolæ, paſtoris, fideiuſſoris, medici, ſpeculatoris, & ducis. In apologia pauperum. Item: De ptælatis tres regulas nota. Prima, Eccleſiaſtæ trigeſimoſecundo: Rectorem te poſuerunt, ſta intet illos quaſi unus ex ijs. Secunda, 1. Theſſalon. 2. Facti ſumus paruuli in medio ueſtrûm, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. Tertia, ipſe Dominus Lucæ uigeſimoſecundo: Ego autem in medio ueſtrûm ſum, ſicut qui miniſtrat. Secundum has tres regulas, Rectòt inter ſubditos ſit quaſi unus ex illis, communis in uictu, in ueſtitu, in labore, & in alijs exterioribus, ſicut paruulus in medio eorum, ut ex hoc quòd ptæeſt eis, non putet ſe ſanctiorem uel alijs ſapientiorem, uel digniotem, uel uiliorem, uel obligatiorem in teddendo rationem pto ſe uel pro illis. Sit quaſi miniſtrans in medio eorum, infirma eorum portando, & curando, & exemplo præeundo. Ibidem in tractatu de profectu religioſorum, capite trigeſimoprimo.

Thomas ait: Charitas, magnanimitas, ſeueritas, humilitas, ſtabilitas, ſtrenuitas. Hæc omnino ſunt neceſſaria paſtori. Charitas neceſſaria eſt ad diligendum, magnanimitas ad ſuſtinendum ſiue patiendum, ſeueritas ad malum extirpandum, humilitas ad faſtum declinandum, ſtabilitas ad finaliter petſeuerandum, ſtrenuitas ad feruentet agendum. Supet Apocalypſ. capite ſecundo. Et: Prætet hæc ſunt & alia multa, & ideo multum refugiendum. Tamen illum quem Dominus ſua meta uoluntate & ordinatione, licet occultè, facit inſtitui, à periculo ſeruat: quia dat ei poteſtatem ad regimen ſubiecti populi, & cumulum meriti proprij. Quando autem ſit à Deo ptopriè, non ſemper eſt certum, ſed quando habetur probabile ſignum. Vt cum ſit electio uel ptocuratio ſyncerè ſine uitio, & à perſonis Deum timentibus, & de timente Dominum, & in alijs idoneo, & qui ex corde dignitatem, quantum eſt de ſe, renuit. Et alia multa ſigna poſſunt baberi, quæ tamen quandoque fallete poſſunt. Et ideo timens Deum non ſe ingerit, ſed etiam oblatam poteſtatem officij ueto corde refugit: & ſi ſuſcipit, coactus ſuſcipit neceſsitate ptæcepti, timens hinc ſibi de ſuſceptione officij, timens inde ne fortè ſit contrarius diuinæ uoluntati. Supet Apocalypſ. capite ſecundo. Et: Quatuot prædicatori ſunt neceſſaria: uita ad ædificandum, ſcientia ad docendum, ptomptitudo ſiue zelus ad ptoficiendum, authoritas ad exequendum. Supet Apocalypſ. capite octauo. Item: Ptædicator debet habete claritatem in ſcientia, & atdotem in uita. Claritatem etiam in exemplo, & atdorem in animo. Ibidem. Item: Licet ſint diuerſa prædicandi officia, & diuerſæ prædicationes ſecundum prædicatorum diuerſitatem: tamen unitas eſt in origine & fine. Origo eſt ſcriptura ſacra, unde debet omnis prædicatio ſumi: finis eſt honorificatio diuina in eius laude & humanà ſalute, uel quia quilibet prædicator habet proprium officium & propriám prædicationem. Et: Sancti prædicatores ſua doctrina generant ſpiritualitet Chtiſtum, ſiue eius fidem, in cordibus aliorum, capite decimoſexto. Item: Prælati debent teſiſtere non ſolùm lupis, qui ſpiritualitet intetficiunt gregem: ſed etiam taptoribus & tyrannis, qui corporaliter uexant: non autem materialibus armis in ptopria perſona utendo, ſed ſpiritualibus, ſecundum illud Apoſtoli ſecunda Corinthior. deci-

mo: Arma miliriæ noſtræ, &c. Quæ quidem ſunt ſalutares admonitiones, deuotæ otationes, contra pertinaces excommnnicationis ſententia. Secunda ſecundæ, quæſtione quadtageſima, articulo ſecundo. Et: Prælati & clerici ex authoritate ſuperioris poſſunt intereſſe bellis, non quidem ut ipſi propria mann pugnent, ſed ut iuſtè pugnanribus ſpiritualiter ſubueniant ſuis exhortationibus, & abſolutionibus, & alijs huiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus: ſicut & in ueteri lege mandabatur, Ioſuæ ſexto, quòd ſacerdotes ſacris buccinis in bellis clangerent: & ad hoc primò conceſſum fuit, quòd epiſcopi uel clerici ad bella procedetent. Quòd autem aliqui proptia manu pugnent, abuſionis eſt. Ibidem. Item: Prophetæ & Apoſtoli officium eſt, ut ſit mediator inter Deum & homines, uerbum Dei populo annunciando, ſicut habetur ſecunda Corinthlor. quinto: Pro Chriſto legatione fungimut. Vnde ex duobus dicitur aliquis falſus propheta & falſus Apoſtolus: 1, ex hoc quòd à Deo miſſus non eſt, prout dicitut Ieremiæ uigeſimotertio: Non mittebam prophetas, &c. 2, ex hoc quòd uerba Domini non ponunt, ſed falſa de ſuo confingunt, ut in eodem capitulo dicitur: Nolite audire uerba prophetarum, &c. Et hæc duo in nouo Teſtamento Pſeudoapoſtolos conſtituunt: uidelicet, quòd non mittuntur à Domino, & quòd falſam doctrinam diſſeminant. Intelliguntut autem à Domino mitti etiam, quando à prælatis Eccleſiæ mittuntur. Contra impugnantes relig. cap. 22.

Albertus: Sic debet ſe demonſtrate Doctor Eccleſiaſticus ingredientibus in domum Eccleſiæ, quòd in ipſo non appateat niſi lumen, & quòd ab ipſo omnia alia quæ ſunt in domo illuſtrentur & oſtendantur. capite undecimo ſuper Lucam. Item: Sicut ſemper incumbit, quòd prælatus peccat mortaliter, ſi non prædicat: ergo per couſequens mortaliter peccat, ſi non acquiſiuit ſcientiam. Et: Sacerdotum eſt cuſtodia legis in ſe & in alijs. In Mathæū capite decimo, & duodecimo. Et: Doctores, qui expoſitores uocantur ſacræ ſcripturæ, idq; de hoc qnòd in ſucculis prophetarum & apoſtolorum multiplices ſenſus debent eruere, & non influere de ſuo aliquid nouum. Ibidem capite decimoquinto. Et: Prælatus eriam obligatus eſt obedire Deo. In Iohan. cap. 21.

De fine inquit Innocentius: Tantæ uirtutis eſt prædicatio, quòd animam reuocet ab errore ad ueritatem, & à uitijs ad uirtutes, praua mutat in recta, aſpera conuertit in plana, inſtruit fidem, erigit ſpem, roborat charitatem, euellit nociua, plantat utilia, & fouet honeſta. folio 1. præfat.

Thomas ait: Eſt quoddam bonum extraneum homini, quamdiu mortaliter uiuit: ſcilicet ultima beatitudo, quæ in fruitione Dei expectatur poſt mortem: quia, ut Apoſtolus ait ſecunda Corinth. quinto: Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Vnde homo Chriſtianus, cui beatitudo illa eſt per Chriſti ſanguinem acquiſita, & qui pro ea aſſequenda Spiritus ſancti artam accepit, indiget alia ſpirituali cura, per quam dirigatur ad partum ſaluris æternæ. Hæc autem cura per miniſtros Eccleſiæ Chriſti fidelibus exhiberur. De regimine principum capite 14.

Thomas ait: Efficacia prædicantium in fulgoribus miraculorum, patet eriam prædicationis materia in uocibus & tonitruis. Patet eriam graria per quam prædicant, quia per ſeptem dona: item unde prędicant, quia de lege diuina. Super Apocalypſ. capite quarto. Item: Vox prædicatorum per hoc eſt acceptabilis & efficax, quòd ſcilicet carnem ſuam mortificant, ſicut alios docent. cap. 14. ibidem. Et: Sacerdotis officium circa tria principaliter uerſatur: uidelicet circa diuinorum officiorum celebrationem, Eccleſiaſticorum Sacramentorum collationem, & populi inſtructionem. De officio ſacerdotis.

Nimium tribnitur miniſtris, quando eis poteſtas iudicandi aſſcribitur. Vt Thomas: Oportet miniſtrum cui fit confeſsio, iudicariam poteſtatem habere uice Chriſti, qui conſtitutus eſt iudex uiuorum & mortuorum. Ad iudicariam autem poteſtatem duo requiruntur, ſcilicet authoritas cognoſcendi de culpa, & poteſtas abſoluendi uel condemnandi: & hæc duo dicuntur duæ claues Eccleſię, ſcientia diſcernendi & potētia ligandi & ſoluendi, quas Dominus Petro commiſit, iuxta illud Matthæi 16. Dabo ribi claues regni cœlorum. Non autem ſic intelligitur Petro commiſiſſe, ut ipſe ſolus haberet, ſed ut per eum deriuarentur ad alios: aliàs non ſufficienter fidelium ſaluti eſſet prouiſum. In ſumma contra gentiles, libro quarto, capite ſeptuageſimoſecundo. Item: Prælati Eccleſiarum accipiunt officia principum, circa publicam denunciationem peccatorum, diſtinguendum eſt. Aut enim peccata ſunt publica, aut ſunt occulta. Siquidē ſunt publica, nō eſt tantùm adhibendū remediū

ei qui peccauit, ut melior fiat: ſed etiam alijs, in quorum noticiam deuenit, ut non ſcandalizentur. & ideo talia peccata ſunt publicè arguenda, ſecundum illud Apoſtoli 1. Timoth. 5. Peccantes coram omnibus, &c. quod intelligitur de peccatis publicis, ut Auguſtinus dicit in libro de uerbis Domini. Si uerò ſint peccata occulta, ſic uidetur habere locum quod Dominus dicit: Si peccauerit in te frater. Quando enim te offendit publicè coram alijs, nõ ſolùm in te peccat, ſed etiam in alios, quos turbat. Sed quia etiam in occultis poteſt parari proximorũ offenſa, ideo adhuc uidetur diſtinguendũ eſſe. Quędã enim peccata occulta ſunt, quę ſunt in nocumentum proximorũ uel corporale uel ſpirituale: puta ſi aliquis occultè tractet quomodo ciuitas tradatur hoſtibus, uel ſi hæreticus priuatim homines à fide auertat. Et quia ille qui ſic occultè peccat, non ſolùm in te peccat, ſed etiã in alios, oportet ſtatim procedere ad denunciationem, ut huiuſmodi nocumentum impediatur: niſi fortè firmiter aliquis æſtimaret, quòd ſtatim per ſecretã admonitionem poſſet huiuſmodi mala impedire. Quędam uerò peccata ſunt, quæ ſolùm ſunt in malum peccantis & eius in quem peccatur, uel quia à peccante ſolùm læditur, uel ſaltem ex ſola noticia: & tunc ad hoc ſolum tendendum eſt, ut fratri peccanti ſubueniatur. Secunda ſecundæ, quæſt. 33. artic. 7.

Papę nimium tribuitur. Thomas: Huius regni (Chriſti) miniſteriũ, ut à terrenis eſſent ſpiritualia diſtincta, non regibus, ſed ſacerdotibus eſt commiſſum: & præcipuè ſummo ſacerdoti, ſucceſſori Petri, Chriſti uicario, Romano pontifici, cui omnes reges populi Chriſtiani oportet eſſe ſubditos, ſicut ipſi Domino Ieſu Chriſto. De regimine principum lib. 1. cap. 14. Itẽ, Thomas probat, Romanũ pontificẽ habere in Eccleſia poteſtatis plenitudinẽ, ex lib. theſaur. Cyril. ex Chryſoſt. ad conſulta Bulgarorum, opuſculo primo contra Græc. error. cap. 32. Et: Quòd pontifex Romanus ſit in eadem poteſtate, quæ collata eſt Petro à Chriſto, con. error. Græc. lib. 1. probat ex canone concilij Calcedonẽſis, Cyrillo patriarcha Hieroſolymitano, Cyrillo libro theſauror. & Chryſoſt. cap. 32. Item, quòd ad Romanum pontificem pertineat determinare ea quæ ſunt fidei, Thomas probat ex Cyrillo in libro theſaur. Maximo in epiſtola oriẽtalibus directa: ibidem. Item, quòd ſubeſſe Romano pontifici ſit de neceſſitate ſalutis, Thomas oſtẽdit ex libro theſauror. Cyrilli, ex Maximi epiſtola ad Oriẽtal. opuſc. 1. contra error. Græc. cap. 32.

Item: Ad ſolam authoritatem ſummi pontificis pertinet noua editio ſymboli, ſicut & omnia alia quæ pertinent ad totam Eccleſiam: ut congregare Synodum generalem, & alia huiuſmodi. Secunda ſecundæ, quæſt. 1. artic. 10.

DE TRADITIONIBVS *humanis.*

DE traditionibus ait Thomas: Apoſtoli familiari inſtinctu Spiritus ſancti quædam tradiderunt Eccleſijs ſeruanda, quæ non reliquerunt in ſcriptis, ſed in obſeruatione Eccleſię per ſucceſſionem fidelium. Vnde ipſe dicit 2. Theſſal. 2. State & tenete traditiones quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ, ſcilicet ore prolatum: ſiue per epiſtolam, ſcilicet ſcripto tranſmiſſam. Tertia ſummæ, quæſt. 25. artic. 3.

Sine uerbo Dei dicitur carnes prohibitas, & non piſces. Gulielmus inquit: Illa cibaria ſumenda in ieiunijs, quæ concupiſcentiam non mouent, uel minus mouẽt. Vnde carnes animalium & lacticinia, cum multum conformentur complexioni hominum, & ſtatim conuertuntur in materiã ſeminis, prohibita ſunt, maximè in Quadrageſima. Quia uerò piſces non ita conformantur complexioni hominum, nec ita citò in materiam ſeminis cõuertuntur, ſicuti carnes, ideo non ſunt prohibiti. cap. 29. de ieiunio.

De perfectione malè docent. Thomas: Si ſimpliciter per uotum totam uitam ſuam dedicet Deo ad implenda ea quæ ſunt opera perfectionis, propter Deum ſimpliciter ſeipſum ſeruum conſtituit, & per hoc ponitur in ſtatu perfectionis, unde & totũ ſe ideo uouendum holocauſtũ offerre dicitur. In Quodlibetis, quodlibet 3. articulo 17. Item: Quia optimum hominis eſt, ut mente Deo adhæreat & rebus diuinis: impoſsibile autem eſt, quòd homo intenſè circa diuerſa occupetur: ad hoc quòd liberius in Deum feratur mens hominis, dantur in diuina lege cõſilia, quibus homines ab occupationibus præſentis uitæ, quantum poſsibile eſt, retrahuntur terrenã uitã agentes. Hoc aũt non eſt ita neceſſariũ homini ad iuſticiã, ut ſine eo iuſticia eſſe non poſsit. Non enim uirtus & iuſticia tollitur, ſi homo ſecũdũ ordinẽ rationis corporalibus & terrenis rebus utatur. Et ideo huiuſmodi diuinæ legis admonitiones dicũtur conſilia, & nõ præcepta, in quantũ homini ſuadẽt, ut propter meliora minus bona prætermittat. Occupatur aũt humana ſolicitudo ſecundũ cõmunẽ modũ humanæ uitæ erga tria. Primò quidẽ circa ꝓpriã perſonã, quid agat, aut ubi conuerſetur. Secundò autem circa perſonas ſibi coniun-

ctas, præcipuè uxorem & liberos. Tertiò circa res exteriores procurandas, quibus homo indiget ad ſuſtentationem uitæ. Ad amputandam ergo ſolicitudinem circa res exteriores, datur homini in lege diuina cõſilium paupertatis, ut ſcilicet res huius mundi abijciat, quibus animus eius ſolicitudine aliqua implicari poſſet. Hinc eſt quòd dicit Dominns Matth. decimonono: Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni ſequere me. Ad amputandam autem ſolicitudinem uxoris & filiorum, datur homini conſilium de uirginitate uel continentia. Ad amputandam ſolicitudinẽ hominis etiam circa ſeipſum, datur conſiliũ obedientiæ, per quam homo diſpoſitionẽ ſuorum actuum committit ſuperiori. In ſumma contra gentiles cap. 130. Et: Pertinet ad perfectionem Chriſtianę uitæ, terrenis poſſeſsionibus omnino carere. Contra retrahent. ab ingreſſu religion. cap. 15. Et: Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ea quæ ſnut perfectionis eum aliqna ſolennitate. Vtrunque autem horum competit religioſis & epiſcopis: Religioſi enim ſe uoto aſtringunt ad hoc, qnòd à rebus ſecularibus ſe abſtineant, quibus licitè uti poterãt, ad hoe quòd liberius Deo uacent: iu quo conſiſtit perfectio præſentis uitæ. Secunda ſecundæ, quæſtione 184. articulo 5. Et: Non omnes prælati ſunt in ſtatu perfectiouis, ſed ſoli epiſcopi. Secunda ſecundæ, qnæſtione 184. articulo 6. Et: Contiuentia perpetua reqniritur ad perfectionem religionis, ſicut & uoluntaria paupertas. Ibidem quæſt. 186. art. 4. Item: Ad perfectiouem Chriſtianæ uitæ pertinet panpertas, continentia & obedientia: & ideo religionis ſtatus reqnirit, ut ad hęc tria aliquis uoto obligetur. Ibidem artic. 6.

De paupertate inquit Alexãder: Laudabilis eſt igitur mendicatio uoluntaria, qua quis ſe paupertati exponit, ut redemptori ſno ſe conformet, & ut cultui diuino mẽte liberiori & euangelizationi uacet, depoſita ſeculi ſolicitudine, & proximũ ædificet & ad pietatẽ prouocet. part. 4. quæſt. 107. memb. 2. artie. 2.

De paupertate. Thomas probat actualem paupertatem ad Euangelicam perfectionem pertinere, ex Matth. 19. Si uis perfectus, &c. Item: Perfectio Euangelica cõſiſtit in imitarione Chriſti. Sed Chriſtus non ſolùm uoluntate, ſed etiam realiter fuit pauper. Item: Perfectio Euangeliea in Apoſtolis maximè claruit. Sed ipſi actualem paupertatem habuerunt, ſua omnia relinquentes, ut Petrus dicit Matth. 19. Ecce nos reliquimus. Contra impugnãtes religiouem cap. 6. Et: Abrenunciatio propriarum facultatum duplicitet conſiderari poteſt. Vno modo ſecundnm quod eſt in actu: & ſic in ea non conſiſtit eſſentialiter perfectio, ſed eſt quoddam perfectiouis inſtrumeutum. Et ideo nihil ſtatũ perfectionis prohibet eſſe ſine abrenunciatione propriorum. Alio modo poteſt conſiderari ſecundum præparationem animi, ut ſcilieet homo ſit paratus, ſi fuerit opus, omnia dimittere uel diſtribuere: & hoc pertinet directè ad perfectionem. Secunda ſecundæ, quæſt. 184. artic. 7.

Monachi. Thomas: Antiquis tẽporibus ferè omnes monachi laici erant, ut habetur 16. quæſt. 1. De perfectione uitæ ſpiritualis cap. 20. Et: Status religionis eſt quædam diſciplina cohibens à peecatis, & factiua ad perfectiouem inducens. Coutra retrahentes ab ingreſſu relig. cap. 7.

Votis & obſeruantijs regularum nimium tribuunt. Bonauentura: Obedientia eſt ſchola Saluatoris, & uobile genus martyrij, palma triumphalis & ſcala paradiſi. In 4. dieta cap. 21. Item: Obedientia eſt nauis ad cœlum tranſiens, clauis cœlum aperiens, auis ad cœlum aſcẽdens: item eſt etiam ſumma in merito, uicina Deo, proxima cœli. Ibidem.

Thomas inquit: Dicere quòd illi qui uoto uel iuramento ſunt obligati ad intrandum religionem, non teneantur intrare, eſt manifeſtè hæreticum. in Quodlibetis quodlibet 3. articulo 3. Item: Cum impletio uoti pertineat ad latriam, manifeſtum eſt, qnòd qnicunq; dicit uotum uon eſſe implendum, loquitur contra primum præceptũ primæ Tabulæ, quod eſt de cultu latriæ ſoli Deo exhibendo. Qui uerò dicit iuramentum non eſſe implendum, loquitur contra ſecundum præceptum primæ tabnlæ, quod eſt, Non aſſumes nomẽ Dei tui in uanum. Vnde manifeſtè eſt hæreticus quicunq; hoc dicit, niſi fortè dicat, quòd intrare religionem non ſit licitum. Iuramenta enim uel uota facta de rebus illicitis, non ſunt obligatoria, ſecundum illud Iſidori: In malis promiſsis reſcinde fidem. Sed hoc iterum eſt hęreticum, dicere quòd uou ſit licitum intrare religionẽ. Eſt enim expreſsè contra Chriſti conſilia. Vnde quicunq; dicit, qnòd ille qui eſt obligatus uoto uel iuramento ad intraudnm religionem, poteſt abſque peccato in ſeculo manere, eſt manifeſtè hæreticus. Ibidem. Item: Simpliciter loquendo inducere aliquem ad iurandum quòd religionem uon intret, graue eſt peccatum. Si enim aliquis uellet religionem intrare,

trare, & immineret opportunitas temporis, & omnes circumſtantiæ conneniſent, grauiter peccaret, qui eum ab ingreſſu religionis prohiberet. Vnde Dominus Matth. uigeſimoquarto, comminatur de phariſæis, qui nec ipſi intrabant in regnum cœlorum, nec alios intrare ſinebant. Cum autem aliquis facit aliquem iurare quòd religionem non intrabit, impedit eum, quantum in ſe eſt, ab ingreſſu religionis ſecundum quod tempus, & ſecundum quamcunq; circumſtantiam opportunam: quia in uniuerſali inclnduntur omnia particularia. Vnde manifeſtum eſt, quòd grauiter peccat. Ibidem articulo decimoquarto. Item: In ſacris omnibus conſtitutus non poteſt uxorem ducere. De perfectione uitæ ſpiritualis, capite uigeſimoſecundo. Item: Quædam ſunt, quæ in omnem euentum ſunt bona: ſicut opera uirtutis, & alia bona, quæ poſſunt abſolutè cadere ſub uoto. Quædam uerò in omnem euētum ſunt mala, ſicut ea quæ ſecundnm ſe ſunt peccata, & hæc nullo modo poſſunt ſub uoto cadere. Quædam uerò ſunt quidem in ſe conſiderata bona, & ſecundum hoc poſſunt cadere ſub uoto, poſſunt tamen habere malum euentũ, in quo non ſunt ſeruanda: & ſic accidit uoto Iephtę, qui, ut dicitur Iudicum undecimo, uotum uouit Domino, dicens: Si, &c. Hoc autem poterat malum euentum habere, ſi occurrerit ei aliquod animal nō immolandũ, ſicut aſinus uel homo: quod etiam accidit. Vnde & Hieron. dicit: In uouendo fuit ſtultus, quia diſcretionem non habuit, & in reddendo ipſius. Præmittitur tamen ibidem, quòd factus eſt ſuper eum ſpiritus Domini, quia fides & deuotio ipſius, ex qua motus eſt ad uouēdum, fuit à ſpiritu: propter quod ponitur in Catalogo ſanctorum, & propter uictoriam quam obtinuit, quia probsbile eſt eum pœnituiſſe de facto iniquo, quod tamen aliquod bonum præfigurabat. Secunda ſecundæ, quæſtione octogeſimaoctaua, articulo ſecundo. Et: Maceratio proprij corporis, puta per uigilias & ieiunia, non eſt Deo accepta, niſi in quantum eſt opus uirtutis: quod quidem eſt, in quantum cum debita diſcretione fit, ut ſcilicet concupiſcentia refrenetur, & natura non nimis grauetur. Et ſub tali tenore poſſunt huiuſmodi ſub uoto cadere: propter quod & Apoſtolus Roman. duodecimo, poſtquam dixerat, Exhibeatis corpora, &c. addit, Rationabile obſequium ueſtrum. Sed quia in his quæ ad ipſum pertinent, de facili fallitur homo in iudicando, etiam talia uota congruentius ſecnndnm arbitrium ſuperioris ſunt uel ſeruanda, uel prætermittenda: ita tamen, quòd ex obſeruatione talis uoti magnum & manifeſtum grauamen ſentiret, & non eſſet facultas ad ſuperiorem recurrendi, non debet homo tale uotum ſeruare. Vota uerò quæ ſunt de rebus uanis & inutilibus, ſunt magis deridenda quàm ſeruanda. Secunda ſecundæ, quæſtione octogeſimaoctaua, articulo ſecundo. Item: Votum eſt ordinatio quædam eorum quæ quis uouet in diuinum cultum ſeu obſequium. Et ſic patet, quòd uouere propriè eſt actus latriæ ſeu religionis. Ibidem articulo quinto. Et: Huiuſmodi nota (ſolennia) impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt iam contractum. Ibidem articulo ſeptimo. Item: Si puer uel puella ante pubertatis annos nōdum habeat uſum rationis, nullo modo poteſt ad aliquid ſe uoto obligare. Si uerò ante pubertatis annos attingit uſum rationis, poteſt quidem, quantum in ipſo eſt, ſe obligare: ſed uotum eius poteſt irritari per parentes, quorum cnræ remanet adhuc ſubiectus. Quantumcunque tamen ſit doli capax, ante annos pubertatis non poteſt obligari uoto ſolenni religionis, propter Eccleſiæ ſtatutum, quod reſpicit id quod in pluribus accidit. Poſt annos autē pnbertatis poſſunt iam ſe uoto religionis obligare uel ſimplici uel ſolenni, abſque uoto parentum. Ibidem articulo nono. Et: In ſolenni uoto continentiæ tria poſſunt conſiderari. Primò quidem materia uoti, ſcilicet ipſa continentia. Secundò perpetuitas uoti, ſcilicet cum aliquis uoto ſe aſtringit ad perpetuam obſeruantiam continētiæ. Tertiò ipſa ſolennitas uoti. Ibidem articulo undecimo. Et: Votum eſt promiſsio Deo facta de aliquo quod ſit Deo acceptum. Ibidem articulo uigeſimoſecundo. Et: Triplex commune uotum inuenitur, ſcilicet uotum paupertatis, continentiæ, & obedientiæ uſque ad mortem. Per uotum paupertatis primam perfectionis uiam religioſi aſſumunt, omni proprietati abrenunciantes. Per uotum autem continentiæ aggrediuntur uiam ſecundam, matrimonio perpetuo abrenunciantes. Per uotum autem obedientiæ maximè uiam tertiam aſſumunt, uoluntatem propriam abnegando. De perfectione uitæ ſpiritualis, capite undecimo. Item, Thomas dicit Gallos aſſeruiſſe, quòd oporteat uolentes intrare religionē cum multis antè deliberationem habere. Et dicit eos hiſce uſos argumentis. 1. De arduis & ad totam uitam pertinentibus, maximè requirenda ſunt à pluribus

consilia,

conſilia. Nihil autem uidetur eſſe magis arduũ & difficile in rebus humanis, quàm ſemetipſum abnegare, & mundum deſerere religionem intrando, in qua neceſſe ſit per totam uitam morari. In hoc igitur maximè ſunt multorum conſilia requirenda. 2. Votum eſt ſponſio melioris boni, animi deliberatione firmata. Ex deliberatione igitur dependet firmitas uoti. Sed uotum religionis eſt firmiſsimum, utpote quod nullo ſuperueniente poteſt infringi. Ergo præexigit maximam deliberationem. 3. 1. Iohan. 4. Probate ſpiritus. quod in religionis introitu locum habet, ut patet per hoc quod B. Benedictus in regula, & Innocentius in decretali in hoc caſu hanc authoritatem inducunt. Sed hæc probatio indiget diligenti examine, quod plenius fit per deliberationem cum multis. Oportet igitur uolentem religionem intrare primùm deliberare cum multis. 4. Ibi eſt conſilium requirendum, ubi deceptionis periculum imminet. Hoc autem contingit in religionis ingreſſu: quia, ut dicitur 2. Corinth. undecimo, Ipſe ſathanas transfigurat ſe, &c. Oportet igitur cum multis deliberatione habita religionem intrare. 5. Ea quæ poſſunt habere malum exitum, ſunt diligenti conſilio prius examinanda. Religionis introitus in plerisque malum exitum habet, qui apoſtatę & deſperati fiunt. Oportet igitur maxima deliberatione præmiſſa, religionem intrare. In libro contra retrahentes ab ingreſſu religionis, capite octauo.

De Ordine malè docent. Thomas: Manifeſtum eſt, quòd in collatione ſpiritualis poteſtatis quoddam ſacramentum peragitur, quod dicitur ordinis Sacramentum. Ad diuinam autem liberalitatem pertinet, ut cui confertur poteſtas ad aliquid operandum, conferantur etiam ea, ſine quibus huiuſmodi operatio conuenienter exerceri non poteſt. Adminiſtratio autem Sacramentorum, ad quæ ordinatur ſpiritualis poteſtas, conuenienter non fit, niſi aliquis ad hoc à diuina gratia adiuuetur. Et ideo in hoc Sacramento confertur gratia, ſicut & in alijs ſacramentis. Quia uerò poteſtas ordinis ad diſpenſationem Sacramentorum ordinatur, inter Sacramenta autem nobiliſsimum & conſummatiuum aliorũm eſt Euchariſtæ Sacramentum, oportet quòd poteſtas ordinis conſideretur præcipuè ſecundum operationem ad hoc Sacramentum. In ſumma contra gentiles lib. 4. cap. 74.

De conſilijs Thomas ait: Conſilium non datur niſi de meliori bono. Dantur autem conſilia in lege diuina de paupertate, continentia, & alijs huiuſmodi. Hæc igitur meliora ſunt quàm matrimonio uti, & temporalia poſsidere. Contra gentiles capite centeſimo trigeſimonono. Item: Hæc differentia eſt inter conſilium & præceptum, quòd præceptum importat neceſsitatem, conſilium autem in operatione ponitur eius cui datur. Et ideo conuenienter in lege noua, quæ eſt lex libertatis, ſupra pręcepta ſunt addita conſilia: non autem in ueteri lege, quæ erat lex ſeruitutis. Oportet ergo, quòd præcepta nouæ legis intelligantur data eſſę de his quæ ſunt neceſſaria ad conſequendum finem æternæ beatitudinis, in quem lex noua immediatè introducit. Conſilia uerò oportet eſſe de illis, per quæ melius & expeditius poteſt homo conſtitutus inter res mundi huius & ſpiritualia bona, in quibus æterna beatitudo conſiſtit, ita quòd quantò plus inhæret uni eorum, tantò plus recedit ab altero, & econuerſò. Qui ergo totaliter inhæret rebus huius mundi, ut in eis finem conſtituat, habens eas quaſi rationes & regulas ſuorum operum, totaliter excidit à ſpiritualibus bonis: & ideo huiuſmodi inordinatio tollitur per præcepta. Sed quòd homo totaliter ea quæ ſunt mundi abijciat, non eſt neceſſarium ad perueniendum in finem prædictum: quia poteſt homo utens rebus huius mundi, dummodo in eis finem non conſtituat, ad beatitudinem æternam peruenire: ſed expeditius perueniet totaliter bona huius mundi abdicando, & ideo de hoc dantur conſilia Euangelij. Bona autem huius mundi, quæ pertinent ad uſum huius uitæ, in tribus conſiſtunt: ſcilicet in diuitijs exteriorum bonorum, quæ pertinent ad concupiſcentiam oculorum: & in delicijs carnis, quæ pertinent ad concupiſcentiam carnis: & in honoribus, quæ pertinent ad ſuperbiam uitæ, ſicut patet 1. Iohan. 2. Hæc autem tria totaliter derelinquere, ſecundum quod poſsibile eſt, pertinere ad conſilia euãgelica, in quibus etiam tribus fundatur omnis religio, quæ ſtatum perfectionis profitetur. Nam diuitiæ abdicantur per paupertatem, delitiæ carnis per perpetuam caſtitatem, ſuperbia uitæ per obedientiæ ſeruitutem. Hæc autem ſimpliciter obſeruata, pertinent ad conſilia ſimpliciter propoſita: ſed obſeruatio uniuſcuiuſque eorum in aliquo ſpeciali caſu, pertinet ad conſilium ſecun-

ſecundum quid: ſcilicet in illo caſu, puta cum homo dat aliquam eleemoſynã pauperi, quando dare non tenetur, conſilium ſequitur quantum ad factum illud. Similiter etiam, quando aliquo tempore determinato à delectationibus carnis abſtinet, ut orationibus uacet, conſilium ſequitur pro tempore illo. Similiter etiam, quando aliquis non ſequitur uoluntatem ſuam in aliquo facto, quod licitè poſſet facere, conſilium ſequitur in illo caſu: puta ſi benefaciat inimicis ſuis, quando non tenetur: uel ſi offenſam remittat, cuius iuſtè poſſet exigere uindictam. Et ſic etiam omnia conſilia particularia ad illa tria generalia & perfecta reducuntur. Prima ſecundæ, quæſtione centeſimaoctaua, articulo quarto. Et: Conſilia, quantum de ſe, ſunt omnibus expedientia: ſed ex indiſpoſitione aliquorum contingit, quòd alicui expedientia non ſunt, quia eorum affectus ad hoc non inclinatur: & ideo Dominus conſilia Euangelica proponens ſemper facit mentionem de idoneitate hominum ad obſeruantiam conſiliorum. Dans enim conſilium perpetuæ paupertatis Matth. decimonono, præmittit: Si uis perfectus, &c. & poſtea ſubdit: Vade & uende, &c. Similirer dans conſilium perpetuæ caſtitatis, cum dixit, Sunt Eunuchi, &c. ſtatim ſubdit, Qui poteſt capere, &c. Et ſimiliter Apoſtolus 1. Corinth. 7. præmiſſo conſilio uirginitatis, dicit: Porrò hoc ad utilitatem. Ibidem. Et: Conſilia ad uitæ perfectionem pertinent, non quia in eis principaliter conſiſtat perfectio, ſed quia ſunt uiæ quædam, uel inſtrumenta ad perfectionem charitatis habendam. Contra retrahentes ab ingreſſu religionis capite ſexto. Et: Cum duplex ſit modus obſeruandi præcepta, perfectus ſcilicet & imperfectus, eſt etiam duplex exercitium præceptorum: unum quidem, quo aliquis exercitatur in perfecta obſeruantia præceptorum. Et hoc idem exercitium fit per conſilia. Aliud autem eſt exercitium in imperfecta obſeruantia præceptorum, quod fit in uita ſeculari abſque conſilijs. Cum ergo dicitur, quòd oportet aliquem prius exercitari in præceptis quàm ad conſilia tranſeat, idem eſt ac ſi dicatur, Oportet prius hominem exercitari in imperfecta obſeruantia præceptorum, quàm exercitari in perfecta obſeruantia eorundem: quod ualde ineptè dicitur, ſiue ad ipſa præcepta reſpiciamus, ſiue ad exercitia. Quis enim tam inſanæ mentis eſſe poterit, qui aliquem uolentem perfectè Deum diligere, Deum & proximum retrahat, cogens prius diligere imperfectè. Nónne hoc formæ dilectionis contradicit, quæ nobis traditur in præceptis charitatis diuinæ, cum dicitur, Diliges Dominum, &c. Nunquid timendum eſt, ne nimis citò homo incipiat Deum perfectè diligere, quaſi poſſit in diligendo Deum modum præterire? Dicitur Eccleſ. 43. Glorificantes Dominum quantumcunq; potueritis, ſupervalebit adhuc. Et Ebræ. 4. dicitur: Feſtinemus ingredi, &c. Quia quantumcunque homo tempeſtiuè uiam perfectionis incipiat, ſemper ſibi remaneat quo poſſit proficere, quouſq; ultimam perfectionem homo cõſequatur in patria. Si uerò ad ipſa præcepta reſpiciamus, maior apparebit abſurditas. Quis enim dicat uolenti continentiam uel uirginitatẽ ſeruare, ut prius in matrimonio caſtè uiuat? Quis dicat uolenti paupertatem pro Chriſto ſubire, ut prius in diuitijs iuſtè uiuat, quaſi per diuitias animus hominis ad paupertatem præparetur, & non magis propoſitum paupertatis impediant? Quod manifeſtè apparet Matth. 19. de adoleſcẽte, qui paupertatis conſilium à Domino non ſuſcepit, ſed abijt triſtis ꝑpter diuitias quas habebat. Si uerò comparemus ea ad alia legis præcepta, quis non uideat, quanta ſequatur abſurditas? Si enim per conſilia & religionis obſeruantias tolluntur peccatorum occaſiones, per quæ ſunt præceptorum tranſgreſsiones, quis non uideat aliquem tantò magis indigere, ut occaſiones peccatorum deuitet? Contra retrahentes ab ingreſſu religionis cap. 6. Et: Conſilia ſunt quaſi promotiones quædam ad perfectionem, & cohibitiones à peccatis, quibus quaſi per debitos gradus ad perfectionem ueniatur. Ibidem capite ſeptimo. Et: Conſilia ordinantur ad præcepta, ut per ea facilius & perfectius cuſtodiantur. Ibidem. Et: Doctrina Euangelica non ſolùm præcepta, ſed & conſilia continet. Conuenientiſsimè ergo doctrinam Euangelicam docet, qui non ſolùm præcepta, ſed etiam conſilia ſeruat: cuiuſmodi ſunt religioſi. Contra impug. relig. cap. 2. Item: Conſilia ſunt quædam inſtrumenta perueniendi ad perfectionem, dum dicitur: Si uis perfectus eſſe, uade & uende, &c. quaſi dicat: Hoc faciendo, ad hunc finem peruenies. Secunda ſecundæ, quæſtione 184. articulo 3.

De Confirmatione malè loquitur Thomas: Collatio ſacramenti confirmationis epiſcopis reſeruatur, qui obtinent ſummã poteſtatem in Eccleſia. Tertia ſummæ, quæſtione 72. articulo 11. Item: Secundum

dum ſacramentum eſt confirmationis, cuius materia eſt chriſma confectum ex oleo, quod ſignificat nitorem conſcientię: & balſamo, quod ſignificat odorem bonę famæ, per epiſcopum benedicto. Forma aũt huius Sacramenti eſt talis: Confirmo te ſigno crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Miniſter autem huius ſacramenti eſt ſolus epiſcopus. Effectus autem huius ſacramenti eſt, quòd in eo datur ſpiritus ſanctus ad robur, ſicut datus eſt Apoſtolis in die Pentecoſtes, ut ſcilicet Chriſtianus audacter confiteatur nomen Chriſti. Et confirmandus in fronte ungitur, in qua eſt ſedes uerecundiæ, ut ſcilicet nomẽ Chriſti confiteri non erubeſcat, & præcipuè crucem eius, quæ eſt Iudæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitia: & propter hoc iterum ſigno crucis ſignantur. In tractatu de art. fidei, cap. 14. Item: In Sacramento confirmationis forma eſt: Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſaluris. De forma abſolut. cap. 1. Et: Miniſter huius ſacramenti (confirmationis) eſt ſolùm epiſcopus. Non enim licet ſacerdoti confirmando chriſmate in fronte inungere. In tractatu de articulis fidei cap. 14.

Vnctioni tribuunt gratiæ diuinæ collationem abſque uerbo Dei. Sic Gulielmus inquit: Extrema unctio eſt ſacramentum contra reliquias peccatorum, quæ non ſunt ſufficienter per pœnitentiam ſublatæ, aut per negligentiam, aut per ignorantiam. Eſt etiam extrema unctio ultimum remedium diſponens ad gloriam, & exhibetur per modum curationis. Item: Extremæ unctionis ſacramentum eſt unum, nõ unitate indiuiſibilitatis, ſicut punctus, ſed unitate perfectionis: quia in eo datur gratia ad curationem uulnerũ ſpiritualium. capite 23. Item: Forma autem huius ſacramenti eſt hæc: Per iſtam ſanctã unctionem, & per ſuam pijſsimam miſericordiã indulgeat tibi Dominus omnipotẽs, quicquid peccaſti per uiſum, auditum, & ſic de cæteris alijs. Ibidem.

Bonauentura ait: Extrema unctio eſt ſacramentum exeuntium ex hac uita, præparans & diſponens ad ſanitatem perfectam. Valet etiam ad delenda uenialia, & ad recuperandam ſanitatem præſentem, ſi infirmo expediat. Ad huius ſacramenti integritatem requiritur oleum ſimplex, ſed conſecratum, uocalis expreſsio uerborum & orationum, inunctio infirmi in ſeptem partibus determinatis: ſcilicet, in oculis, auribus, naribus, labijs, manibus, pedibus & lumbis. Nec debet illud ſacramentum dari niſi adultis & poſtulãtibus, imminẽte periculo mortis, & hoc per manus & miniſterium ſacerdotis: ex quo colligitur, quòd inter hoc ſacramentum & cõfirmationem eſt differentia ſeptiformis, ſcilicet in efficacia, in forma, in materia, in ſuſcipiente, in dante, in loco, in tempore. In 6. parte Breuiloquij, cap. 11.

Thomas ait: Ex infirmitate animæ, quæ eſt peccatum, interdum infirmitas deriuatur ad corpus, hoc diuino iudicio diſpenſante: quæ quidem corporalis infirmitas interdum utilis eſt ad animæ ſanitatem, prout homo infirmitatem corporalem ſuſtinet humiliter & patienter, & ei quaſi in pœnam ſatisfactoriam computatur. Eſt etiam quandoq; impeditiua ſpiritualis ſalutis, prout ex infirmitate corporali impediuntur uirtutes. Conueniens ergo fuit, ut contra peccatum aliqua ſpiritualis medicina adhiberetur, ſecundum quod ex peccato deriuatur infirmitas corporalis, per quam quidem ſpiritualem medicinam ſanatur infirmitas corporalis, aliàs non, cum ſcilicet expedit ad ſalutem. Et ad hoc ordinatum eſt ſacramentum extremæ unctionis. In ſumma contra gentiles lib. 4. cap. 73. Item: Quia homo uel per negligẽtiam aut per occupationes uarias uitæ, aut etiam propter temporis breuitatem, aut propter alia huiuſmodi defectus in ſe perfectè non curat, ſalubriter ei prouidetur, ut per hoc ſacramentum prædicta curatio compleatur, & à reatu pœnæ temporalis liberetur, ut ſic nihil in eo remaneat, quod in exitu animæ à corpore eam poſsit à perceptione gloriæ impedire. Ibidem. Item: Quia hoc ſacramentũ perfectè curationis effectum habet, & in eo requiritur copia gratiæ, competit huic ſacramento, quòd multi interſint ſacerdotes, & quòd oratio totius Eccleſiæ ad effectum huius ſacramẽti coadiuuet. Vnde Iacob dicit: Inducat presbyteros Eccleſię, & oratio fidei ſanabit infirmum. Si tamen unus ſolus presbyter adſit, intelligitur hoc ſacramentum perficere in uirtute totius Eccleſię, cuius miniſter exiſtit, & cuius perſonam gerit. Ibidem. Et: Homo ſpiritualiter ſimul & corporaliter per ſacramẽtum extremę unctionis ſanatur, ſecũdum illud Iacobi ultimo: Infirmatur aliquis in uobis. In tractatu de articulis fidei cap. 14. Item: In hac uita multa ſunt quæ impediunt, propter quæ homo non poteſt perfectè conſequi purgationem à peccatis. & quia nullus poteſt intrare uitam ęternam, niſi ſit bene purgatus, neceſſarium fuit aliud ſacramentum, quo homo purgaretur à peccatis, & liberaretur ab infirmitate, &

præpararetur ad introitum regni: & hoc eſt ſacramentum extremæ unctionis. Sed quòd non ſemper curet corporaliter, hoc eſt quòd fortè uiuere non expedit ſaluti animæ. Iacob.5. Infirmatur quis in uobis. In expoſitione ſymboli Apoſt. cap.13. Itẽ: In ſacramento extremæ unctionis forma uerborum eſt: Per iſtam unctionẽ, & ſuam ſanctam & pijſsimá miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per uiſum, &c. De forma abſolut. ca.1. & ca.142.

De ieiunio etiã multa ſuperſtitioſa docuerunt. ut Innocentius: Triplex eſt ſolenne ieiunium, quod generaliter indicit Eccleſia: primum in 4. temporum obſeruantia, ſecundũ in quadrageſima, tertium in feſtiuitatũ uigilia. 3. ſerm. in die cinerum.

Bonauentura: Triplex ieiuniũ in ſacro eloquio commendatur; ſcilicet Bonum, Melius & Optimum. Bonum eſt, quando quis ieiunat pro ſatisfactione peccati. Melius, quando quis ieiunat ad honorẽ Dei. Optimũ, quando quis ieiunat cum exercitio boni operis. In 2. diæta ſalutis de ieiunio, cap.15.

Thomas: Ieiunium aſſumitur principaliter ad tria. 1. quidem ad carnis concupiſcentias comprimendas. 2. Vt mens hominis eleuetur ad ſuperiora. 3. Ad ſatiſfaciendũ pro peccatis. Vnde Iohel.2. Conuertimini ad me toto corde in ieiunio, &c. Bernar. Bonum & ſalutare ieiunium, quo redimuntur æterna ſupplicia, dimittuntur peccata. Non ſolùm autem obtinet ueniam, ſed & meretur gratiam. Non ſolùm delet peccata præterita quæ cõmiſimus, ſed & repellit futura quæ committere poteramus. De natiuitate Chriſti capite 10. Et: Poſt corporalem cibum non licet ſumere corpus Chriſti. Tertia ſummæ, quæſt.75. articulo 2.

De conſecratione altarium malè ſentiunt. Thomas: Eccleſia, & altare, & alia huiuſmodi inanimata conſecrantur, non quia ſunt gratię ſuſceptiua, ſed quia ex cõſecratione adipiſcuntur quandam ſpiritualem uirtutem, per quam apta redduntur diuino cultui, ut ſcilicet homines exinde deuotionem quandam percipiant, ut ſint paratiores ad diuina, niſi hoc propter irreuerentiam impediatur. Vnde & in 2. Macab.3. dicitur: Verè eo uirtus quædam eſt in loco. Nam ipſe qui habitat in cœlis, uiſitator & adiutor eſt loci illius. Tertia ſummæ, quæſt.83. articulo 3.

De horis inquit Thomas: Diuina officia in ſeptem horas canonicas diſtinguuntur: ſcilicet matutinam, primam, tertiam, ſextam, nonam, ueſperas, & completoriá. De officio ſacerdotis cap.1.

De cruce Chriſti ſuperſtitioſa docent. Thomas: Quòd crux Chriſti honoretur, hoc fit eodem honore, quo Chriſtus honoratur: ſicut purpura regis honoratur eodem honore, quo rex, ut Damaſc. dicit in 3. libro. Secunda ſecundæ, quæſt. 103. articulo 4. Item: Nos adoramus adoratione latriæ imaginem Chriſti, qui eſt uerus Deus, non propter ipſam imaginem, ſed propter rem cuius imago eſt. Tertia ſummæ, quæſt.25. artic.3.

Sanctis nimium tribuunt. Albertus nimium uidetur tribuere Mariæ, cum dicit: Si ergo circundatus es tenebris, & abſcondita eſt tibi uia tua, reſpice illuminatricẽ, inuoca Dei genitricem, & nomina Mariam. cap.1. ſuper Lucam. Et: Maria enim & illuminat ſanctos in gloria, & fluctuantibus in procellis tentationum in dubijs eſt præuia: & omnium iuſtorum quibus meretur gratiam domina, & pœnitẽtium & gementium propitiationis indulgentia. In Matth. cap.1.

De papa. Thomas: Caput (Eccleſiæ) eſt ipſe Chriſtus, cuius uicem in Eccleſia gerit ſummus pontifex: & ideo ſchiſmatici dicuntur, qui ſubeſſe renuũt ſummo pontifici, & membris Eccleſiæ ei ſubiectis communicare recuſant. Secũda ſecundæ, quæſtione 39. articulo 1. Item: Ad illius authoritatem pertinet editio Symboli, ad cuius authoritatem pertinet finaliter determinare ea quæ ſunt fidei, ut ab omnibus inconcuſſa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad authoritatem ſummi pontificis, ad quem maiores & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referuntur, ut dicitur in decret. Vnde & Dominus Lucæ 22. Petro dixit, quem ſummum pontificem conſtituit: Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Et huius ratio eſt, quia una fides dicitur eſſe totius Eccleſiæ, ſecũdum illud 1. Corinth. 1. Id ipſum dicatis omnes, &c. Quod ſeruari non poſſet, niſi quæſtio fidei de fide exorta determinetur per eum qui toti Eccleſiæ præeſt, ut ſic eius ſententia à tota Eccleſia firmiter teneatur. Et ideo ad ſolam authoritatem ſummi pontificis pertinet noua editio Symboli, ſicut & omnia alia quæ pertinent ad Eccleſiá, ut congregare Synodum generalẽ, & alia huiuſmodi. Ibid. quæſt.1. art.10. Item: Cum ſummus põtifex ſit caput in corpore myſtico omnium fidelium Chriſti, & à capite ſit motus & ſenſus in corpore uero: propter quod oportet dicere, in ſummo pontifice eſſe plenitudinẽ omnium gratiarũ, quia ipſe ſolus confert plenam indulgentiam

omnium peccatorum. lib.3. de regimine principum, cap.10. Et: Hoc priuilegium Chriſtus Romanæ Eccleſiæ contulit, ut omnes ei ſicut Chriſto obediant. Contra impug. relig. capite 3. Item: Authoritate apoſtolicæ ſedis, uniuerſalis Eccleſia gubernatur. Ibidem. Item: Summus pontifex (papa) eſt caput in corpore myſtico omnium fidelium Chriſti. lib. 3. de regimine principum, cap.10. Item: Chriſtus ut ſuam poteſtatem magis oſtenderet, in ipſa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Eccleſiæ ſuæ ſtatuit, ut exinde fides deriuaretur. Tertia ſummę, quæſtione 35. articulo 7. Item: Papa habet plenitudinem poteſtatis in Eccleſia. Contra impugnantes religionem cap.4. Et: Papa habet immediatam iuriſdictionẽ in omnes Chriſtianos: quia Romana Eccleſia nullis ſynodicis cõſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euãgelica uoce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit, ut habetur in Decretis diſt.21.c. Quãuis. Ibidem. Item: Summo ſacerdoti, ſucceſſori Petri, Chriſti uicario, Romano pontifici, omnes reges populi Chriſtiani oportet eſſe ſubditos, ſicut ipſi Domino Ieſu Chriſto. De regimine principum cap.74.

DE MIRACVLIS.

QVid. Bonauentura: Miraculum eſt opus arduum & inſolitum ſupra ſpem & facultatẽ admirantis conſiſtens. In 3. parte Centiloquij, cap.37.

Thomas ait: Illa quæ à Deo fiunt præter cauſſas nobis notas, miracula dicũtur. de humanitate Chriſti cap.15. Et: Miraculũ dicitur, quod fit præter ordinẽ totius naturę creatę. Hoc autẽ non poteſt facere niſi Deus. Quia quicquid facit angelus, aut quęcunq; alia creatura propria uirtute, hoc ſecũdum ordinem naturæ creatæ: & ſic non eſt miraculum. Vnde relinquitur, quòd ſolus Deus miracula facere poſſit. Prima ſummæ, quæſtione 110. artic.4. Et: Dicitur aliquid miraculum per comparationem ad facultatem naturæ. Et ideo ſecundum quod magis excedit facultatem naturæ, ſecundum hoc magis miraculum dicitur. Excedit autem aliquid facultatem naturæ tripliciter. 1. quantum ad ſubſtantiam facti: ſicut, quòd duo corpora ſint ſimul, uel quòd ſol retrocedat, aut quòd corpus humanũ glorificetur. Quod nullo modo natura facere poteſt. Et iſta tenent ſummũ gradum in miraculis. Secundò aliquid excedit facultatẽ naturæ, quantum ad id quod fit: ſicut reſuſcitatio mortuorum, & illuminatio cæcorum, & ſimilia. Poteſt enim natura cauſſare uitam, ſed non in mortuo: & poteſt præſtare uiſum, ſed non cæco. Et hæc tenent ſecundum locum in miraculis. Tertiò excedit aliquid facultatem naturæ, quantum ad modum & ordinẽ faciendi. Sicut cum aliquis ſubitò per uirtutem diuinam à febre curatur abſque curatione & conſueto proceſſu naturæ in talibus: & cum ſtatim aer diuina uirtute in pluuias dẽſatur abſque naturalibus cauſsis, ſicut factũ ad preces Samuelis & Eliæ. Et huiuſmodi tenẽt infimum locum in miraculis. Prima ſummæ, quæſt.105. articulo 6.

Albertus: Miraculum dicitur eleuatio ſupra omnem potẽtiam, præter diuinam. Super 2. ſent. diſt.18.

Quotuplicia. Thomas: Miraculorum quædam non ſunt uera, ſed phantaſtica facta, quibus ludificatur homo, ut uideatur ei aliquid quod nõ eſt: quædam ſunt uera facta, ſed non habent ueram rationem miraculi, quia fiunt uirtute aliquarum naturalium cauſſarũ: & hæc poſſunt fieri per dæmones. Sed uera miracula nõ poſſunt fieri niſi uirtute diuina. Operatur enim ea Deus ad utilitatẽ hominum, & hoc dupliciter. Vno quidem modo ad ueritatis prædicatæ confirmationem: & ſecundum hunc modum poſſunt etiam mali miracula facere. Alio modo ad demonſtrandam ſanctitatem alicuius: & ſic fiunt tantùm à ſanctis, uel in uita eorum, uel etiam poſt mortem, ſiue per eos, ſiue per alios. Legitur enim Actorum 12. quòd Dominus faciebat uirtutes per manus Pauli, & etiam dum ſuper languidos ferebantur eius ſudaria, recedebant ab eis humores. Et ſic nihil prohibet per aliquem peccatorem miracula fieri per aliquam inuocationem alicuius ſancti, quæ tamen miracula ille non dicitur facere, ſed ille ad cuius ſanctitatem demonſtrandã hæc fierent. De humanitate Chriſti capite 15.

Vnde. Thomas: Diuinitùs conceditur homini miracula facere: primò quidem & principaliter ad confirmandam fidem & ueritatem quam docent. Quia enim ea quæ ſunt fidei, humanam rationem excedunt, ideo non poſſunt per humanam rationem probari, ſed oportet quòd probentur per argumentum diuinæ uirtutis. 2. Ad oſtendendam potentiam Dei in homine per gratiam Spiritus ſancti. Gal. 3. Qui tribuit nobis Spiritum, &c. De humanitate Chriſti capite 15. Et: Sancti dicuntur miracula facere ex poteſtate gratiæ, non naturæ. Quod patet per illud quod Gregorius 2. Dialogo dicit: Qui filij Dei ex poteſtate ſunt (ut dicit Ioannes) quid mirum ſi ſigna facere ex poteſtate

teſtate ualeant? Prima ſummæ, quæſtione 117. articulo 3. Item: Quòd cæcus illuminari poteſt, uel mortuus reſurgere, non eſt naturalis potentiæ, ſed diuinæ. In compendio theolog. capite 144. Item: Quòd ad umbram Petri ſanarentur infirmi, uel ad tactum reliquiarum alicuius ſancti aliqua ægritudo pellitur, non fit per aliquam formam his corporibus inditam, ſed ſolùm per operationem diuinam, quæ his corporibus utitur ad tales effectus. De occultis operibus naturæ. Et: Illud quod excedit naturam creatam, non poteſt fieri uirtute alicuius creaturæ: & ideo ſi quid fieri oporteat, quod ſit ſupra naturam, hoc fit immediatè à Deo: ſicut ſuſcitatio mortui, illuminatio cæci, & cætera huiuſmodi. Prima 2. quæſtione 5. articulo 6.

Albertus: Miraculum facit Deus, angelus, homo, diuerſis modis. Deus enim facit authoritate & prima potentia operante, angelus autem per miniſterium & præparando materiam, & homo per inuocationem. Mali autem homines operantur miracula in ſanctitate Eccleſiæ, licet non in ſanctitate perſonæ: quia Deua ad inuocationem horum facit ea propter fidem Eccleſiæ confortandam, & quandoque propter fidem Eccleſię probandã, ſicut fiet in temporibus Antichriſti. ſuper 2. Sent. diſt. 18.

Fidei tribuuntur. Thomas: Attribuitur operatio miraculorum fidei, ſecundum illud 1. Corin. 14. Si habuère fidem, &c. Et hoc propter duo. 1. quia ordinatur ad fidei confirmationem. 2. quia procedit ex Dei potentia, cui fides innititur: & ſicut pręter gratiam fidei neceſſaria eſt & gratia ſermonis ad fidei inſtructionem, ita etiam operatio miraculorum ad fidei confirmationem.

Quæ in miraculis. Thomas: In operibus miraculoſis tria conſueuerunt inueniri: quorum unum eſt ex parte potentiæ agentis, quia ſola diuina uirtute fieri poſſunt. 2. in quibuſdam operibus miraculoſis inuenitur, quòd forma inducta eſt ſupra naturalem potentiam talis naturæ: ſicut in ſuſcitatione mortui uita eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis. Tertio modo in operibus miraculoſis inuenitur aliquid præter ſolitum & conſuetum ordinem cauſſandi effectum. Prima ſecundæ, quæſt. 113. artic. 10.

Finis. Thomas: Ad fidei robur miracula plurima facta ſunt. Opuſculo 1. contra errores Græcorum, cap. 30.

Albertus: Miracula fiunt propter infideles, ut conuertantur: ſed illi qui miracula faciunt, illa facere non poſſunt, niſi Deus ut operans ſit cũ ipſis. In Iohannem capite 3.

De differentia miraculorum ait Bonauentura: Differunt miracula diaboli à miraculis Dei ueri quatuor modis: ſcilicet ex parte principalis agentis. Nam in miraculis Dei operatur uirtus potentiæ infinitæ, in miraculis diaboli uirtus creaturæ. Ex parte miniſtri: quia miracula Dei fiunt per publicam iuſticiam, ſcilicet per fidem iuſtificantem, quæ publicè prædicatur, uel ſigna publicæ iuſticiæ: ut in peccatoribus qui per fidem aliquando ſunt miracula operati. Miracula diaboli fiunt per priuatos contractus & arcana quædam: quia ſic inuentores artis magicæ cum dæmonibus pepigerunt. Ex parte finis: quia miracula Dei fiunt ad hominum utilitatem & Dei gloriam, miracula dæmonum & magorum ad deceptionem & fraudem. Ex parte facti: quia miracula Dei ſunt excellentia: ut ſuſcitare mortuos, illuminare cæcos, & ſimilia. Miracula diaboli ſunt uilia: ut facere muſcas, bufones, & ſerpentes. In tertia parte Centiloquij, cap. 14.

Creationem & iuſtificationem non eſſe miracula. Thomas: Creatio, & iuſtificatio impij, etſi à ſolo Deo fiant, non tamen propriè loquendo miracula dicuntur: quia nõ ſunt nata fieri per alias cauſſas, & ita non contingunt præter ordinem naturæ, cum hæc ad facultatem naturæ non pertineant. Arduum dicitur miraculnm non propter dignitatem rei in qua fit, ſed quia excedit facultatem naturæ. Similiter etiam inſolitum dicitur, non quia frequẽter non eueniat, ſed quia eſt præter naturalem conſuetudinem. Supra facultatem autem naturæ dicitur aliquid non ſolùm propter ſubſtantiam facti, ſed etiam propter modum & ordinem faciendi. Supra ſpem etiam naturæ miraculum eſſe dicitur, non ſupra ſpem gratiæ, quæ eſt ex fide, pet quam credimus reſurrectionem futuram. Prima ſummæ, quæſt. 105. artic. 7.

DE LIBERTATE
Christiana.

VNde. Albertus: In qua plenè libertas gloriæ à diabolo & peccato & à morte, demõſtrata eſt in capite Chriſto. In Iohan. cap. 20.

DE CRVCE.

INnocentius: Verè tentatio eſt uita hominis ſuper terram. Serm. 3. Dom. 1. in quadrageſima. Itẽ: Quis poſſet omnes hominis miſerias enarrare, cum tota ho-

minis uita ſit miſera ? Iob.14. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miſerijs. Breuis eſt uita, ſed multæ ſunt miſeriæ, quibus repletus aſſeritur, ut nihil in eo uacuum miſerijs relinquatur. Pſalm.3.pœn. Item: Omnes naſcimur eiulãtes, ut noſtram miſeriam exprimamus. Maſculus enim recenter natus dicit A, ſœmina uerò E, dicentes E uel A, quotquot naſcuntur ab E V A. Quid eſt igitur Eua, quàm heu ha? libro 1. de contemptu mundi, cap.7. Item: O' quanta mortales angit anxietas, affligit cura, ſolicitudo moleſtat, metus exterret, tremor cõcutit, horror abducit, dolor affligit. Denique bonus & malus, omnes mundanis cruciatibus affliguntur, & mundanis afflictionibus cruciantur. Ibidem. Item: Iuſti ſuſtinent mundum tanquam exilium, clauſi in corpore tanquam in carcere. Ibidem. Item: Militia eſt uita hominum ſuper terram. An'non uera militia eſt? cum multiplices hoſtes ſemper undique inſidientur ut capiant, perſequantur ut perimant, dæmon & homo, mundus & caro? Dæmon cum uitijs & concupiſcentijs, homo cum beſtijs, mundus cum elementis, caro cum ſenſibus. Ibidem cap.20. Item: Nuſquam quies & trãquillitas, nuſquam pax neq; ſecuritas. Ibidem. Item: Quis unquam uel unicum diem totum duxit in ſua delectatione iucundum, quem in aliqua parte diei reatus conſcientiæ, uel impetus iræ, uel metus concupiſcentiæ non turbauerit? Ibidem cap.22. Itẽ: Semper mundanæ læticiæ triſticia repentina ſuccedit. Ibid. cap.23. Item: Subitò, cum non ſuſpicatur, inſortunium accidit, calamitas irruit, mors inuadit, mors intercipit, quam nullus euadit. Ibidem.

Bonauentura: Verus Dei Chriſtique diſcipulus, qui Saluatori omnium pro ſe crucifixo perfectè configurari deſiderat, ad hoc potiſsimùm attento mentis conatu debet intendere, ut Chriſti Ieſu crucem circumferat iugiter tam mente quàm carne, quatenus præfatum apoſtolicum ueraciter ualeat à ſemetipſo ſentire. In tractatu qui inſcribitur Lignum crucis.

Albertus: Regnum Chriſti non eſt de hoc mundo, ſed potius ſui in mũdo preſſuram habebunt, & uincula & carceres. Super Matth. cap.1.

Quotuplex. Innocentius: Deus tentat, homo tentat, tẽtat diabolus: Deus ut probet, homo ut ſciat, diabolus ut ſallat. libro 5. capite 22.

Albertus: Multis de cauſsis aliquis punitur. unde uerſus:

Vt probet, aut purget, aut puniat, aut tueatur,
Aut Chriſti pateat gloria, pœna datur:
Vt ſit in exemplum terror uel pœna parentum,
Vt ſit ſobria mens, cauta memorq; Dei.

capite 13. Luc.

Vnde. Innocẽtius: Tres ſunt qui tentãt: Deus, dæmon, & homo. Deus ſemper tentat ad bonum: dæmon ad malum: homo quandoq; ad bonũ, quandoq; ad malum. Deus tentat ut probet, dæmon ut fallat, homo ut inueſtiget. Dæmon principaliter tentat per uoluptates, per opea & honores. Serm.3. Dom.1. in quadrag.

Thomas ait: Omnes aduerſitates hominibus diuino iudicio inducuntur. Sed quibuſdam ad ultimam condemnationem, qui ſunt incorrigibiles: quibuſdam autem ad correctionem, qui per aduerſitates emendantur. Hos aſſerit (ſcilicet Elipahatz) eſſe beatos. Super Iob. capite quinto. Et: In hoc apparuit filius Dei, ut diſſoluantur opera diaboli, ut dicitur prima Iohan. 4. Vnde & diabolus uerſa uice ad hoc totum ſuum conatum appoſuit & apponit, ut ea quæ ſunt Chriſti diſſoluat. Quod quidem primò per tyrãnos facere tentauit, Chriſti miniſtros corporaliter occidẽtes: ſed poſtmodũ per hęreticos, per quos ſpiritualiter plurimos interſecit. Opuſc.1. contra error. Gręcorum.

Albertus: Optimum enim eſt, perſecutionis cauſſam omniũ habere Dominum. In Iohan. cap.15.

Quomodo. Albertus: Cõtra Eccleſiam pugnatur tribus modis: odio, uerbis, & cruciatu corporis. Et econtrà Eccleſia beneſacit, diligit & orat. In Matth. cap.5.

Cauſſa. Innocentius: Iniuſti propter iuſticiam, & mali propter bonitatem perſequuntur bonos & iuſtos. Pſal.126.

Albertus: Licet pati ſit miſerum, tamen pati propter iuſticiã eſt glorioſum: & prout attingit gloriam, ſic habet beatitudinis precium. In Matth. cap.5.

De uexatione inquit Albertus: Eſt autẽ triplex uexatio. Vna, q̃ eſt per errores diuerſos iactatio ex defectu doctrinæ proueniens. Secũda eſt, inquieta de peccato in peccatũ præcipitatio. Tertia eſt, ex iniqua oppreſsione & ſpoliatione. in Matt. ca.10.

De perſeuerantia. Thomas: Perſeuerantia tripliciter dicitur: Quandoque enim ſignificat habitum mentis, per quem homo firmiter ſtat, ne remoueatur ab eo, quod eſt ſecundum uirtutem per triſticias irruentes. Alio modo poteſt dici perſeuerantia habitus quidam, ſecundũ quem homo habet propoſitum perſeuerandi in bono uſque in finem. Alio modo dicitur: perſeuerantia continuatio quædam boni uſque ad finem uitæ. Et ad talem perſeue-

perſeuerantiam habendam homo in gratia conſtitutus nõ quidem indiget aliqua alia habituali gratia, ſed diuino auxilio ipſum dirigente & protegente contra tentationum impulſus. Et ideo poſtquam aliquis eſt Iuſtificatus per gratiam, neceſſe habet à Deo petere perſeuerãtiæ donum, ut ſcilicet cuſtodiatur à malo uſque ad finem uitæ. Multis enim datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia. Prima ſecundæ, quæſtione 109. articulo 10.

De permiſsione Dei. Thomas: Quicquid facere permittitur, ſcilicet diabolo, ex diuina diſpenſatione procedit, quæ omnia ex rationabili cauſſa diſpenſat. Vnde hoc ipſum quòd innocentes puniuntur, non dependet abſolutè ex malicia diabolica, ſed ex ſapientia Dei permittuntur. Vnde ſi peccatum non eſt cauſſa punitionis innocentum, non ſufficit hoc ad maliciam diaboli reducere, &c. In libro Iob. capite 9. certamine 4.

Hoſtes. Innocentius: Dæmon cum uitijs, homo cum beſtijs, mundus cum elementis, caro cum ſenſibus. Sermon. 3. domin. 1. quadrag. Item: Quadruplices hoſtes. Superiores ſunt dæmones malignantes, inferiores ſunt homines aduerſantes, interiores ſunt coocupiſcentiæ carnales, exteriores ſunt illecebræ ſeculares. Serm. 2. in communi Apoſtol.

Albertus: Quatuor ſunt perſecutiones Eccleſiæ: tyrannorum, hæreticorum, falſorum Chriſtianorum, ultima etiam Antichriſti conflabitur ex omnibus tribus. capite 17. ſuper Lucam.

Thomas ſoluit duas quæſtiones. 1. Vtrum ſit conueniens, Deum permittere quòd ſui cultores ſuſtineant tribulationes. 2. De fructu ipſarum tribulationum, utrum ſuſtinere paſsiones ſiue tribulationes ſit meritoriũ uitæ æternæ. Quod ad primum, recitato argumento contrario ſubijcit, conuenientiſsimũ eſſe Deum permittere ſuos cultores tribulationibus, tum propter amoris inſigne: quia Chriſtus Dominus pro nobis duriſsima ſuſtinuit, unde lex amoris exigit, ut eius amore multa & magna ſuſtineamus. Ideo dicebat Apoſtolus Gal. ultimo: Mihi abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Tum propter punitionem culpæ præteritæ: quia delectatio culpæ ad hoc ut deleatur exigit amaritudinem pœnæ. Ieremiæ 9. Ecce ego conflabo, &c. Tum propter cohibitionem futuræ, &c. Tum propter meritum coronæ. Ad primum dicendum, quod de tribulatione uel pœna eſt, loquimur aut in quantum merè afflictiua, aut in quantum amoris declaratiua ac promotiua, aut in quantum culpæ præteritæ purgatiua, aut in quantum futuræ cohibitiua, aut in quantum meriti accumulatiua. Primo modo non placet Deo tribulatio in iuſtis uel alijs, nec ſub hac ratione eam permittit, ſed ſub aliqua ex quatuor rationibus ſequentibus. Non ergo delectatur in pœnis noſtris, ſed in utilitate noſtra conſequente ex ipſis. Ad aliud dicẽdum, quòd liberalitas non eſt commendabilis, quæ eſt ſine comite ſapientia, & quæ diſſonat à iuſticia. Siquidem iuſticia exigit, ut pro Chriſto damna ſuſtineamus: item, ut culpa per pœnam puniatur. Et addit: Sapientia uerò diuina manifeſtatur, dum per duras flagellas cohibet Deus fideles oblectamentia. Item, per acredinem aduerſorum perducit Deus ſuos ad dulcedinem præmiorum. Super proœmium Apocal.

De tentatione inquit Bonauẽtura: Tentatio quadruplex eſt, quaſi quatuor uenti à quatuor plagis flantes, qui mouent tempeſtates in hoc mari huius ſeculi, & nauem cordis quaſſant & iactant fluctibus. A' carne, à mundo, à diabolo & Deo procedunt tẽtationes. In tractatu de profectu religioſorum.

Thomas ait: Tentat Dominus, tentat homo, tentat diabolus: ſed aliter Dominus, aliter homo, aliter diabolus. Tentat Dominus ut erudiat, tentat homo ut diſcat, diabolus ut ſeducat. De tentatione Dei dicitur in Pſalmo: Proba me Domine, & tenta me. Tentatio ergo Dei probatio eſt, ſicut tentauit Deus Abraham Geneſ. 23. Quod autem dicitur Matth. 6. Ne nos inducas in tentationem: intelligendum eſt, Ne nos permittas uinci à tentatiooe. De humanitate Chriſti cap. 12. Itẽ: Omnis tẽtatio uel eſt à diabolo, uel à mundo, uel à carne. Diabolus enim tentat ut non obedias Deo, nec ſubijciaris ei. Mundus tentat uel alliciẽdo proſperis, uel terrendo aduerſis. Caro uerò tentat inducendo nos ad delectationes uitæ præſentis momentaneas. In expoſitione Symboli Apoſtolici cap. 1. Et: Homo dicitur tentare quandoque quidem ut ſciat tantùm. Et propter hoc tentare Deum dicitur eſſe peccatum, quia homo quaſi incertus experiri præſumit Dei uirtutem. Quandoq; uerò tentat ut iuuet, quandoque uerò ut noceat. Diabolus uerò tentat ſemper ut noceat in peccatum præcipitando. Et ſecundum hoc dicitur proprium officium eius tentare. Nam etſi homo aliquando ſic tentet, hoc agit in quantum miniſter

eſt diaboli. Deus autem tentare dicitur ut ſciat, eo modo loquendi, quo dicitur ſcire quod facit alios ſcire. Vnde dicitur Deuter.13. Tentat uos Dominus Deus ueſter, ut palam, &c. Caro & mundus dicuntur tentare inſtrumentaliter ſeu materialiter, in quantum ſcilicet poteſt cognoſci qualis ſit homo ex hoc quòd ſequitur uel repugnat concupiſcentijs carnis, & ex hoc quòd contemnit proſpera mundi & aduerſa, quibus etiá diabolus utitur ad tentandum. Prima ſummæ, quæſtione 114. articulo 2.

Albertus: Aliud eſt tentari à Deo per tribulationem, & aliud tentari à diabolo per illicitorum ſuggeſtiones. Et primum quidem poſſunt petere aliqui magni uiri, experti uires ſuas, ut hic urat, & hic ſecet, ne ſaucij uadant urendi in ignem purgatorij uel inferni. Secundum nullus debet petere: quia hoc non eſt in pœna, ſed in illicitis ſuggeſtis. In Matth. cap. 4.

Pœnæ unde. Thomas: Omnis pœna ex iuſticia Dei eſt, in quantum pœna, licet ex miſericordia ſit téperatio pœnæ, & quòd infertur ad correptionem. Super Apocal. cap. 14. Item: Sciendũ, quòd Deus malos punit & per bonos angelos, & per malos: ſed bonis nunquam aduerſitatem niſi per Sathan induci uoluit, & propter hoc ſubditur: Dixit Dominus ad Sathan, Ecce uniuerſa quæ habet, &c. In lib. Iob. cap. 1.

Albertus: Peccatũ eſt pœnę prima cauſſa, etſi non proxima: quia ſi non eſſet culpa, non eſſet pœna. In Iohan. cap. 9.

Quò confugiendũ. Innocentius: Quotiens nobis graues tentationes emergũt, recurramus ad teſtimonia ſcripturarum, in quibus inuenimus & ſpeculum quod miremur, & exemplum quod imitemur. Serm. 3. dominica 1. in quadrag.

Thomas ait: Recurrendum eſt ad doctrinam ſacræ paginæ in aduerſis temporibus. Super Apocal. cap. 6.

Conſolatio. Innocentius: Dum ſperant in tribulationibus non deficiunt credentes à Domino ſe liberari. Pſal. 3. pœnit.

Bonauentura ait: Debemus cogitare, quòd nemo in hac uita ſine aduerſitate uiuit: & qui ſeculo ſeruiũt, ſæpius grauiora tolerant. Item quanta ſancti ſuſtinuerunt, & maximè & ſuper omnes ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus. Et ſi ipſe tanta paſſus eſt pro nobis, non eſt indignum, ſi nos aliqua toleramus pro ipſo, & pro magna gloria noſtra, & pro merito peccatorum noſtrorum, pro quibus utilius hic modica pati debemus, quàm in futuro plura & acerbiora. In tract. de profect. religioſ. capite 31. Item: Bonus Dominus ſciens quàm utilis homini tentatio & tribulatio, prius oſtendit ei conſolationes dulcedinis, quibus poſtmodũ in tentatione confortetur, ne deficiat, & alliciatur, ut ſemper ad eas deſideret, & non deſiſtat eas acquirere, donec denuò recuperet quod amiſit. Ibidem. Item: Contra tentationes iſta maximè ualent remedia. Primùm ut conſolentur, quòd non timent illas tentationes: quia magis proficiunt ad meritum patientis, quàm ad detrimentum. Secundò quòd patienter tolerentur, ſicut ſcilicet Sathanas uiſibiliter uel ſenſibiliter aliquem turbaret. Tertiò quòd curentur, nec ratiocinando eis reſiſtatur: quia ex hoc magis quaſi cõfricare inflammarentur: ſed ſi ad alia tractanda ſe conuertit homo, quibus abſtractus à ſe obliuiſcatur paſsionis ſuæ: ſicut corporali paſsione laborans, ſi habet quo occupatus obliuiſcatur ſui, leuius interim torquetur. Quartùm, ut orationibus ſuis & aliorum bonorum hominum miſericordiæ diuinæ remedium imploret. Ibidem capite 3. Item: Omnibus tentationibus his quatuor modis eſt reſiſtendum. Primus eſt, cogitationes auertere alias occupationes aſſumendo, quibus obliuiſcatur homo impugnationis quantum poteſt. Secundus, uias & occaſiones tentationis fugere & declinare, maximè carnales, quæ appropinquantes ſibi incendunt ut ignis. Tertius, patienter & humiliter uirgá Domini ſuſtinere, ut & ſe dignum iudicet afflictione & labore, & patienter toleret, confidens quòd ei prouenit in bonum: quia ſic citius placabilis erit ei Dominus, & purgabitur à peccatis, & emundabitur à uitijs, & dotabitur uirtutibus & ſcientia, & meritis & gloria. Quartus modus eſt, orationi incumbere, & auxilium ſupernæ uirtutis per ſe & aliorum ſuffragia implorare: quia nec noſtris meritis, nec uiribus, nec prudentia poſſumus de tot hoſtibus triũphare, uel ſine lethali uulnere tráſire, niſi protecti manu Dei, & eius adiutorio confortati. Ibid. cap. 7.

Thomas: Per hoc q̃ permittit mala eſſe in mundo, diuina bonitas magis declaratur in bonis, & ſapiẽtia in ordinatione malorũ ad bona. In cõpend. Theolog. c. 144.

Albertus: Sed inſtátia perſecutoris non uincitur, niſi ſpes in adiutorio Dei habeatur. ſuper Matth. cap. 1.

De fine. Innocẽtius: Fornax beatorũ interior eſt afflictio pœnitentiæ, per quam pœnitétes purgantur ab antiquitate. Exterior eſt, tribulatio patiẽtis, per quam patientes in charitate probantur. Serm. 2. in com. martyrum plurimorum.

Bonauentura ait: Quælibet afflictio uel tribulatio aduerſitatis eſt efficax remediū contra uitia: ut labor, infirmitas, perſecutio, tentationes, inſania, & ſimilia. Quia ſicut luna purgat & ſplendere facit metallum, ita tribulatio & anguſtia & afflictio abradit rubiginem uitiorum. In tract. de profectu religioſorum, cap. 24. Item: Signum ſpecialis dilectionis uidetur, cui dat Dominus aduerſa pati, quaſi impartiri ei dignetur partem oneris ſui portandi, ſicut ille Symon Cyreneus crucem Dominicam portauit. Ibid. cap. 36.

Thomas: Ideo Deus iuſtos tribulari permittit ut probentur. Pſalm. Quoniam probaſti nos, &c. Iuſtus per aduerſa probatur, & notus fit non Deo, ſed ſibi, ut infirmitatem uel uirtutem ſuam cognoſcat, inde proficiat in bono, & etiam alij ædificētur per eius exemplum, & iterum glorificent Deum. ſuper Apocal. cap. 2. Item: Quæritur, Quare permittit Deus hominē tentari? Multis enim eſt tētatio cauſſa lapſus & damnationis: ergo non decet Deū hoc permittere, &c. Reſp. Dicendum, quòd rectiſsimè permittat hominē tentari, & hoc multiplici ratione? Vna ratio eſt, introductio humilitatis ex ſui cognitione: quia cū uidet, ſe per ſe non poſſe reſiſtere, humiliat ſeipſum in conſpectu Dei: cognoſcit etiam per tentationem, utrum ſit fortis an debilis, & ex utraq; habet cauſſam humilitatis. Secunda, excitatio deuotionis in feruenti oratione: quia tunc cognoſcitur homo currere ad liberatorem, tentatiô enim augetur, & uincitur, niſi Deus ſubueniat. Et: Quæritur, Quare Dominus cultores ſuos ſic uexat aliquando flagellis, malos autem dimittit quandoq; in proſperis & delicijs? Reſp. Primum eſt ex diuina miſericordia, ex qua eſt quòd electos, quos ſcit perſeueraturos finaliter, reſeruat ad uitam: & ideo ne deuient à ſemita, reſtringit eos ſub loris diſciplinæ aduerſorum, uel per ipſa aduerſa purgat offenſam peccatorum præteritorum, uel per eadem facit magis idoneos ad perceptionem præmiorum. ſuper Apocalyp. cap. 3. Item: Impij puniuntur ad exterminium, iuſti ad profectū. In lib. Iob. ca. 24. Item: Paſsiones ſanctorum proficiunt Eccleſiæ, non quidem per modum redemptionis, ſed per modum exēpli & exhortationis, ſecundum illud 2. Corinth. Siue tribulamur pro ueſtra exhortatione, &c. Tertia ſummæ, quæſt. 48. artic. 5.

Albertus: Quinq; modis infirmitates & tentationes contingunt. 1. Vt iuſtis merita per patientiam augeantur. 2. Ad cuſtodia uirtutis, ne ſuperbia tentet. 3. Ad corrigenda peccata. 4. Ad gloriam Domini manifeſtandam. 5. Ad initium pœnæ æternæ. In Matth. cap. 9.

Ægidius: In uita ergo præſenti, in experimento uidemus, quòd flagellationes & percuſsiones diuinę uel ſunt purgationes uitæ præſentis, quia per ess homines conuertuntur & boni fiunt: uel ſunt initium carentiæ felicitatis æternæ, quia per eas homines non correpti, ſed potius indurati, morientes ad inferna deſcendunt. In tractat. de inferno cap. 15.

Non rectè docent de fine. Thomas: Per rectitudinem fidei & per gratiam in aduerſitate multiplici præparatur fideles ad meritum uitæ, quæ eſt fructus ſuſtinentiæ tribulationum, Super procemium Apocal.

Male interdum docuerūt de cruce. Bonauentura: Purgatur homo à peccatis per tribulationem, ut dignus fiat gloria cœleſti & cœli introitu, ne poſt mortem indigeat grauius & diutius purgari. Purgatur etiam, ut maioris gratia capax fiat: ſicut uitrum obſcurū tergitur, ut luminis amplius ſit capax. In tract. de profect. relig. cap. 31.

Thomas: Paſsio pro Chriſto ſuſcepta obtinet uim baptiſmi, & ideo purgat ab omni culpa & ueniali & mortali, niſi actualiter uoluntatem peccato inuenerit inhærentem. Tertia ſummæ, quæſt. 87. artic. 1. Item: Effuſio ſanguinis propter Chriſtum uicem gerit baptiſmatis: unde ſicut in pueris baptizatis per gratiam baptiſmalem meritum Chriſti operatur, ita & in occiſis propter Chriſtum meritum martyrij Chriſti operatur ad palmam martyrij conſequendam. Secunda 2. quæſt. 124. artic. 1.

De doctrina inquit Innocentius: Flagellantur iuſti & iniuſti, quia multæ ſunt tribulationes iuſtorum. Verùm illi flagellantur, ut ſi pœnitent, corrigantur: ſi non pœnitent, condemnentur. Ipſi uerò tribulantur, ut purgentur à malo, & probentur in bono: quia quod facit flagellum grano, & ignis auro, idem efficit uero iuſto tribulatio. Multa uerò dicuntur flagella peccatorum: quia & in carne flagellatur exterius, & in mente flagellantur interius. Flagellantur in uita præſenti & in uita futura, flagellantur ex culpa & pœna, flagellantur à Deo & homine, à mūdo & dæmone. Pſal. 2. pœnitent. Item: Eſt onus Chriſti, onus mundi, onus diaboli: primum gratiæ, ſecundum pœnæ, tertium culpæ. De primo: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. De ſecundo: Onus Babylonis, quod filius Amos, Eſaias uidit. De tertio; Nolite portare onera in die Sabbathi. Ibid.

De fuga inquit Albertus: Docet nos Chriſtus ſuo exemplo, quòd in perſonali

perſecutione declinemus rabiem furentium contra nos, quando grex non quæritur. In Iohan. cap. 11.

DE SCANDALIS.

THomas: Quod Græcè ſcandalon dicitur, nos offenſionem uel ruinam & impactionem pedis poſſumus dicere. Contingit enim, quòd quandoq; aliquis obex ponitur alicui in uita corporali, cui impingens diſponitur ad ruinam: & talis obex dicitur ſcandalum. Et ſimiliter in proceſſu uiæ ſpiritualis contingit aliquem diſponi ad ruinam ſpiritualem per dictum uel factum alterius, in quantum ſcilicet aliquis ſua admonitione uel inductione aut exemplo alterum trahit ad peccandum: & hoc propriè dicitur ſcádalum. Secunda 2. quæſt. 48. artic. 1. Item: Dictũ uel factum alterius poteſt eſſe dupliciter alteri cauſſa peccádi. Per ſe quidem, quando aliquis ſuo malo uerbo uel facto intendit alium ad peccandum inducere: uel etiamſi ipſe hoc non intendat, & ipſum factum eſt tale, quod de ſui ratione habet, quòd ſit inductiuum ad peccandum: puta cùm aliquis publicè facit peccatum, uel quod ſimilitudinem habet peccati. Et tũc ille qui huiuſmodi actũ facit, propriè dat occaſionem ruinæ: unde uocatur ſcandalum actiuum. Per accidẽs autem aliquod uerbum uel factum unius eſt alteri cauſſa peccandi, quando etiam præter intentionem operantis, & præter conditionem operis aliquis malè diſpoſitus ex huiuſmodi opere inducitur ad peccandum: puta cum aliquis inuidet bonis aliorum: & tũc ille qui facit huiuſmodi actum rectũ, non dat occaſionem quantum in ſe eſt, ſed alius ſumit occaſionem, ſecundũ illud Roman. 7. Occaſione autem accepta. & ideo hoc eſt ſcãdalum paſsiuum ſine actiuum: quia ille qui rectè agit, quantum eſt de ſe non dat occaſionem ruinæ quam alter patitur. Ibid. Et: Quod dicitur, Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala: non eſt intelligẽdum de neceſsitate abſoluta, ſed de neceſsitate cõditionali, qua ſcilicet neceſſe eſt præſcita uel prænunciata à Deo euenire ſcandala neceſsitate finis: quia utilia ſunt ad hoc, ut qui probati ſunt, manifeſti fiãt. uel neceſſe eſt euenire ſcandala ſecundũ conditionem hominũ, qui ſibi à peccatis non cauent. Sicut ſi aliquis medicus uidens aliquos indebita diæta utentes, dicat, Neceſſe eſt tales infirmari: quod intelligendum eſt ſub hac cõditione, ſi diætam non mutẽt: & ſimiliter neceſſe eſt euenire ſcandala, ſi homines conuerſationem malam non mutent. Ibid. quæſt. 43. artic. 2.

Quotuplex. Alexander: Dicendum eſt, quòd prædicta ratio eſt ſcandali actiuè dicti: ſcandalum autem paſsiuè dictũ, aliam habet rationem. Eſt enim ſcandalum paſsiuè dictum, cum aliquis dat ſibi occaſionem ruinæ ex dicto uel facto alterius, ſiue ſit rectum, ſiue non rectum. Matt. 15. ubi dicitur: Scis quia phariſæi audito uerbo ſcandalizati ſunt? parte 2. quæſt. 199. memb. 1.

Bonauentura: Scãdalum eſt dictum uel factum minus rectum, præbens alijs occaſionem ruinæ. Scandalon græcè, latinè dicitur Obex: ſicut ad obicẽ in uia poſitum læditur pes euntis, ſic dictum uel factum minus rectum eſt obex infirmis in uia morum. Scandalum aliquando dicitur obex, ſcilicet dictum uel factum minus rectum: aliquãdo dicitur actio ſiue impactio illius qui ſcandalizat: aliquando dicitur caſus & ruina illius qui ſcãdalizatur. Eſt autem duplex differentia ſcandali: ſcilicet actiuum, quo quis alij dat occaſionem ruinæ ſpiritualis: paſsiuum eſt, ipſa ruina facta ad obicem mali exempli alterius, ut cum fornicatur quis exemplo alterius. Poſtea duas adducit regulas ex Bernardo & Hieronymo, ex quibus oſtendit, quę ſint propter ſcãdalum uitanda ſeu omittenda. In prima parte Centiloq. cap. 31. Item: Propter alterius ſcandalum non debemus recedere à ueritate iuſticiæ. Secundò, quia de interiori mundicia magis quàm de exteriori honeſtate curare debemus, quod Dominus alibi dicit apertius, ſcilicet Lucæ 11. Tertiò, quòd ſpiritualiter uiuere debemus, ita quòd uerba Domini non uideantur nobis extranea, ſicut illis diſcipulis qui receſſerunt: ſed potius cognoſcamus ipſa eſſe uitæ æternæ, ut ſimul cum duodecim diſcipulis ipſum imitemur perfectè. In tract. de uita Chriſti, cap. 38.

Albertus: Scandalum duplex, actiuum & paſsiuum. Scandalum actiuum eſt duplex. Quando aliquid agitur, per quod directè aliquis cauſſam ſumit per dictũ uel per factum mortaliter peccãdi: ſicut cum aliquis peruersè docet, & alius doctrinam eius imitatur. Secũdo modo dicitur ſcandalum actiuum, ucũ libertate conſcientiæ in his quæ non ſunt peccata, ſed tamen in peccata poſſunt interpretari. Scandalum paſsiuum eſt, quod efficitur ab illo. Et hoc eſt triplex. Aliquando enim infirmus ex dicto uel facto alterius conturbatur: & aliquãdo turbatur, quia audit uel uidet hoc quod putat contra legem Dei eſſe, cum tamen non ſit, ſed ex conſuetudine tali & malo intellectu ſic iudicat. Aliquãdo procedit ultra conturbationem uſq; ad eius quod uidit uel audiuit imitationem: & ſic eſt ruina ſiue caſus in mortale peccatum.

Tamen

Tamen peruerſi accipiunt aliqnãdo occaſiooem offenſionis uel caſus ex bonis factis.cap.17.ſuper Lucam. Et:Quidã ſcandalũ ſic diſtinguunt:ſcilicet quòd eſt ſcandalũ materiale & formale. Materiale uocant,in quo aliquis ſua culpa,non faciẽtis uicio,ruendi accipit occaſionẽ: & hoc modo dicunt Chriſtum ſcandalizare. Formale autem,quando ſuo uicio dat ruendi occaſionem.ſuper 4.Sent. diſtin.17. Et Albertus ait, ſcandalum aliud eſſe actiuum, aliud paſsiuum. In Matth.cap.5. Item: Scandalum paſsiuum, qood eſt impactio in infirmitatem Chriſti. Actiuum autem ſcandalom fecit Iudas.Ibid.cap.26.

De actiuo inquit Thomas: Scandalum actiuum propriè eſt, cum aliquis tale aliquid dicit uel facit, quod de ſe tale eſt,ut alterum natum ſit ioducere ad ruinam.Secunda 2.quæſt.43.artic.6.

Materia.Albertus:Prouenit autem ſcandalum ex duobus.Quorum unum eſt,dictum uel factum minus rectum exterius materiam præbens & occaſionem ruinæ. Alterum autem proueoit ex principio mali interius, quod eſt faſtus cordis, ex quo ſurgit cõtemptus aliorum.Ibid. Et:Scandalizat autem alterum actiuè, qui dicto uel facto minus recto occaſionem dat ruinæ.In Matth.cap.18.

DE CONIVGIO.

ALbertus ait: Matrimoniũ moltipliciter conſideratur, ſcilicet in quantum eſt officium naturæ,& in quantum eſt bonum Eccleſię:& quo ad hoc,poteſt ſufficiẽter effici per conſenſum in maritalem copulam. Sed tertio modo eſt in remedium, & ſic ponitur ſub clauibus Eccleſiæ,& eſt in diſpẽſatiooe miniſtrorum: & quo ad hoc,habet formam in facie Eccleſiæ expreſſam, & accipit benedictionem Eccleſiæ, ot ſit medicina ex ui clauium ipſius Eccleſiæ.ſuper 4.Senteot.diſtinctione 1.

Quid.Alexander:Matrimonium habet dictamen naturæ, ut ſit mutuus conſenſus uiri & mulieris in indiuiduam uitæ conſnetudinem ad procreandum prolem ad cultum Dei.parte 4.quæſt.6.memb.2. articulo 3.

Bonauentura:Matrimonium eſt legitima coniunctio maris & fœminæ, indiuiduam uitæ conſuetodioem retinens.Hęc autem coniũctio non ſolùm fuit poſt peccatum, uerùm etiam ante peccatum: ſed prius inſtitutum fuit ſacramentum coniugij in officium, nunc autem non ſolom in officium, uerùm etiam in remedium contra libidinis morbum. Prius ſignificabat coniunctionem Dei & animæ, nunc autem præter hoc ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, & duarum naturarum in unitate perſonæ. Introducitur autem hęc coniunctio in eſſe per liberum conſenſum animorum ex parte utriuſq; perſonæ,exterius expreſſum in aliquo ſigno ſenſibili: conſummari autem habet in copula carnali.Nam per uerba de futuro habet matrimonium initiari,per uerba de præſenti ratificari,ſed per carnalem copulam habet conſummari. In tractatu ſextæ partis Breuiloq.cap.13.

Albertus: Cum autem matrimonium ſit coniunctio maris & fœminæ legitima, indiuiduæ uitæ conſuetudinem retinens: actus prohibitus(qui cootra leges eſt matrimonij) dupliciter fuit matrimonio contrarius.Legitimę enim coniunctioni repugnat mœchia,& indiuiduæ uitæ conſuetudini repugnat repudium.In Matth.cap.5.

Quotuplex.Innocentius: Solet dici carnale coniugium, quod eſt inter uirum & fœminam,initiatum,ratum & conſummatum:initiatum in deſponſatione,ratum in conſenſu,conſummatum in copula.

Vnde.Thomas:Cauſſa efficiens matrimonij eſt motuus conſenſus per uerba de præſenti expreſſus.In tractatu de articulis fidei cap.14. Et:Deus eſt author inſtitutionis coniugij. Prima ſecundæ,quæſtione 100.artic.8.

Eſt dnorum copulatio.Thomas:Matrimonium (ſicut legitur in Geneſ.) inſtituit,ut eſſet una unius in matrimonio. Et qui non eſt in matrimonio, actum illum non oiſi damnabiliter exercere poteſt. Hoc enim oſtendit Dominus in illa inſtitutione matrimonij. ſuper Apocalyp.capite 2. Item: Deus uirum & mulierem in matrimonium coniũxit.In librum Iob. capite 30.

Quomodo contrahatur. Innocentios: Matrimonium in ueritate contrahitur per legitimum uiri & mulieris cõſenſum. lib. 1.Decret.conſtit.

Albertus:Fœmina in ſuam dat ſe ſponſo, & econuersò uir in ſnum dat ſe ſponſæ,& hi uocantur coniuges.Et paulo pòſt: In iure enim uterq; pariter obligatus eſt debito.In Matth.cap.1.

Qualis coniunctio. Thomas: Non ſolùm diuturnam, ſed indiuiduam oportet eſſe in humana ſpecie maris & fœminæ coniunctionem. In ſumma contra gentiles cap.123. Item: Cum inſtinctus naturalis ſit in ſpecie humana ad hoc, quòd coniunctio maris & fœminæ ſit indiuidua, & quòd ſit una unius, oportuit hoc lege diuina ordinatum eſſe. Lex autem diuina ſupernaturalem quandam ratio-

nem

nem apponit ex ſignificatione inſeparabilis coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ, ſi eſt una unius. Sic igitur inordinationes circa actum generationis non ſolùm inſtinctui naturali repugnant, ſed etiam leges diuinas & humanas tranſgrediuntur. Quia uerò neceſſe eſt, ad id quod eſt optimum in homine, alia omnia ordinari: coniunctio maris & fœminæ non ſolùm ſic eſt ordinata legibus, ſecundum quod ad partem generandam pertinet, ut eſt in animalibus, ſed etiam ſecundum quod conuenit ad bonos mores, quos ratio recta diſponit, uel quantum ad hominem ſecundum ſe, uel ſecundum quod homo eſt pars domeſticæ familiæ aut ciuilis ſocietatis, ad quos quidem bonos mores pertinet indiuidua coniunctio maris & fœminæ. Sic enim fidelior amor unius ad alterum erit, dum cognoſcunt ſe indiuiſibiliter coniunctos. Erit etiam utriuſque ſolicitior cura in rebus domeſticis, dum ſe perpetuò commanſuros in earundem rerum poſſeſsione æſtimant. Subtrahuntur etiam ex hoc diſcordiarum origines, quas oporteret accidere, ſi uir uxorem dimitteret, inter eum & propinquos uxoris: & eſt firmior inter affines dilectio. Tolluntur etiam adulteriorū occaſiones, quæ darentur, ſi uir uxorem dimittere poſſet, aut econuersò. Per hoc enim daretur uia facilior ſolicitandi matrimonia aliena. Ibidem. Item: Matrimonium ſecundum quod conſiſtit in coniunctione maris & fœminæ, intendētium prolem ad cultum Dei generare & educare, eſt Eccleſiæ ſacramentum. Vnde & quædam benedictio nubentibus per miniſtros Eccleſiæ adhibetur. & ſicut in alijs ſacramentis per ea quæ exterius aguntur, ſpirituale aliquid figuratur: ſic & in hoc ſacramento per coniunctionem maris & fœminæ, coniunctio Chriſti & Eccleſiæ figuratur, ſecundum illud Apoſtoli Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Et quia ſacramenta efficiunt quod figurant, credendum eſt quòd nubentibus per hoc ſacramentum gratia conferatur, per quam ad unionem Chriſti & Eccleſiæ pertineant: quod eis maximè neceſſarium eſt, ut ſic carnalibus & terrenis intendant, quòd à Chriſto & Eccleſia non diſiungantur. Quia igitur per coniunctionem maris & fœminæ Chriſti & Eccleſiæ coniunctio deſignatur, oportet quòd figura ſignificato reſpondeat. Coniunctio autem Chriſti & Eccleſiæ eſt unius ad unam perpetuò habendam: eſt enim una Eccleſia, ſecundum illud canticum, Vna eſt columba mea perfecta: nec unquam Chriſtus à ſua Eccleſia ſeparabitur. Dicit enim ipſe Matth. ultimo: Ecce ego uobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi. & ulterius: Semper cum Domino erimus, ut dicitur 1. Theſſalon. 4. Neceſſe eſt igitur, quòd matrimonium, ſecundum quod eſt Eccleſiæ ſacramentum, ſit unius ad unam indiuiſibiliter habendam: & hoc pertinet ad fidem, qua ſibi inuicem uir & uxor obligantur. Sic igitur tria ſunt bona matrimonij, ſecundum quod eſt Eccleſiæ ſacramentum: ſcilicet proles ad cultum Dei ſuſcipienda & educanda: fides, prout unus uir uni uxori obligatur: & ſacramentum, ſecundum quod indiuiſibilitatem habet matrimonialis coniunctio, in quantum eſt coniunctionis Chriſti & Eccleſiæ ſacramentum. In ſumma contra gentiles libro 4. cap. 78. Et: Forma matrimonij conſiſtit in quadam indiuiſibili coniunctione animorum, per quam unus coniugum indiuiſibiliter alteri fidem ſeruare tenetur. Finis autem matrimonij eſt proles generanda & educanda. Ad quorum primum peruenitur per concubitum coniugalem: ad ſecundum per alia opera uiri & uxoris, quibus ſibi inuicem ſubſequuntur ad prolem naturalem. Tertia ſummæ, quæſt. 29. artic. 2. Et: Eſt in matrimonio perpetua obligatio unius ad alterum, ad quam ſignificandam ab Eccleſia ſolennis benedictio nuptiarum exhibetur. De perfectione uitæ ſpiritualis cap. 24.

De deſpōſatione ait Innocentius: Quatuor ſpecies deſponſationum noa diſtinxiſſe meminimus in libello quem edidimus de quadripartita ſpecie nuptiarum. Et primam, inter uirum & legitimam fœminam: ſecundam, inter Chriſtum & ſanctam Eccleſiam: tertiam, inter Deum & iuſtam animam: quartam, inter Verbum & humanam naturam. Sermone 3. de conſecrat. pontificis.

Legitima coniunctio. Albertus: Vxor non eſt, niſi ſit legitimè coniuncta. Et huius cauſſa eſt, quia omne quod commune eſt pluriū, oportet lege ordinari: quia aliter amor priuati boni induceret ad hoc, quòd unus faceret iniuriam alteri. Matrimonium autem commune eſt plurium, & ideo lege determinandum eſt quæ ſit legitima coniūctio. In Matthæum capite 5.

De nuptijs ait Albertus: Nuptiæ ſunt triplices: in natura, in gratia, in gloria. In natura quidem, quando ſibi filius Dei naturam noſtram in indiuiduam uitæ conſuetudinem in unitate perſonæ in utero uirginis

uirginis copulauit, habens tria bona coniugij,&c.cap.12.ſuper Lucam.

De coitu. Bonauentuta: Coitus coniugalis alius eſt licitus, alius fragilis, alius impetuoſus. Licitus eſt triplex. Quidam fit cauſſa prolis generandæ ad cultum diuinum, & hic eſt theoſebiæ uirtutis, quæ dicitur pietas. Quidam cauſſa reddendi debitum,& ſic eſt iuſticiæ. Quidam cauſſa fornicationis uitandæ,& hic eſt cautelæ. De quo Apoſt.1.Corint.7. Vnuſquiſq; habeat ſuam uxorem propter fornicationem uitandam. Fragilis eſt ex fragilitate proueniens,cũ quis in uxore quærit coniugalem delectationem,non cauſſa prolis habendæ,nec debiti reddendi,nec fornicationis uitandæ,ſed cauſſa delectationis in coniuge. Impetuoſus eſt,qui ex libidine ſola proueniens, metas honeſtatis & rationis excedit:&ideo mortalis eſt quinque modis. Primò,quando fit propter ſatiãdam libidinem & meretricias delicias. Secundò,quãdo fit præter naturalem modum.Tertiò,quando fit in tempore prohibito. Quartò, cum fit in loco prohibito. Quintò, cum accedit uir ad prægnantem mulieré uicinam partui,aut in fluxu menſtruo laborantem. Simplex fornicatio eſt luxuria, qua ſolutus cum ſoluta naturali uſu fœminæ commiſcetur, ita quòd ſolutus excludat uinculum matrimonij, conſanguinitatis, ordinis, uoti, religionis, & hoc cũ muliere ſoluta,quæ unius uel paucorum libidini ſe exponit. Meretriciũ eſt, commerciũ nefarium cum muliere, quæ multorum paret libidini. Nam meretrix propriè dicta eſt, quæ multorum libidini ſe exponit. Adulterium eſt, alterius thori uiolatio. Inceſtus eſt,lubricum carnis contra cõſanguinitatem, affinitatem, uotum, commiſſum. In 1.part.Centiloq.cap.32.

De propagatione ait Ægidius:Propagationes & generationes in rebus opus diuinum eſt, quia ſine ipſo nihil poſſumus facere.lib.2.cap.41.

De fine coniugij inquit Alexãder:Cauſſa ſuſcitandæ prolis ad cultum Dei, uel cauſſa reddendi debitum,uel cauſſa fornicationis uitãdæ. Primus eſt theoſebiæ uirtutis,ſcilicet pietatis,quæ ordinat ad cultum Dei: ſecundus iuſticiæ,tertius cautelę.Et in his dicunt nullum eſſe peccatum. parte 3.quæſt.139.memb.5. Item:Dicendum, quòd uir in quolibet actu, quo cognouiſſet uxorem, ſuſcepiſſet ex ea prolem: & ratio huius eſt, quia congruentia ordinis exigebat, & perfectio uirtutis ad hæc ſufficiebat.Exigebat namq; hæc duplicis ordinis congruẽtia, ſiue uirtutis generatiuæ. Ad rationé,& utriuſq; ad ſuum finem. Vis enim generatiua ordinem habebat ad rationem,ordinem inquam perfectæ ſubiectionis: & ideo in actu non exigebat,niſi ſecundum quod ratio dictabat. Ratio auté recta & ordinata dictabat,nulla re eſſe utẽdum, niſi ad id propter quod eſt:& quia uis generatiua data fuit homini ad prolis multiplicationem, ideo recta ratio nunquam dictaret,& uis generatiua nunquã exiret in actum, niſi propter prolis generationem. Hęc enim congruentia ordinis exigebat:perfectio autem uirtutis aderat,quæ ad hoc ſufficiebat: quia enim uis generatiua in uiro ad generandũ erat potens & ſufficiens,nec habebat impedimentum, ſimiliter & in muliere pro ſuo loco & tẽpore,ideo cum ordinatè cognouiſſet uir uxorem,ſemper ex ea prolem ſuſciperet, propter exigentiam duplicis ordinis,& ſufficientiam duplicis uirtutis,ſcilicet generantis & ſuſcipientis: nec coiſſent in ſtatu illo niſi cauſſa prolis,nec cauſſa delectationis, nec cauſſa præueniendi fluxum appetitus.parte 2.qu.94.memb.3. Item:Non ſolùm eſt in officium procreandæ prolis, ſed in remedium uitandæ fornicationis.Ibid.

Thomas ait:Amicitia quanto maior eſt, tanto debet eſſe firmior & diuturnior. Inter uirum autem & uxorem maxima amicitia eſſe uidetur. Adiuuantur enim non ſolùm in actu carnalis copulæ,quæ etiam inter beſtias quãdam ſuauem amicitiam facit, ſed ad totius domeſticæ conuerſationis conſortium. Vnde in ſignum huius homo propter uxorem & patrem & matrem dimittit,ut dicitur Geneſ.2. Inconueniens eſt ergo, quòd matrimonium ſit omnino diſſolubile. In ſumma contra gentiles cap.123. Item:Ad multiplicationem humani generis, generationem in humano genere ſtatuit(Deus)etiam in ſtatu innocentiæ.Prima ſummę,quæſt.98.artic.1. Item:Quidam antiquorũ doctorum conſiderantes concupiſcentiæ fœditatem, poſuerunt quòd in ſtatu innocentiæ non fuiſſet generatio per coitum. Vnde Gregorius Nyſſenus dicit in libro quem facit de homine, quòd in paradiſo aliter fuiſſet multiplicatum genus humanũ,ſicut multiplicati ſunt angeli abſq; concubitu per operationé diuinæ uirtutis. Et dicit,quòd Deus ante peccatũ fecit maſculum & fœminam reſpiciens ad modum generationis, qui futurus erat poſt peccatum, cuius Deus præſcius erat.Sed hoc non rationabiliter dicitur.Ea enim quę naturalia ſunt hominum, neq; ſubtrahuntur, neq; dantur homini per peccatum,&c. Prima ſummæ,quæſt.98.artic.2.

Albertus inquit: Matrimonium aliquando eſt in officium ciuile,& aliquando in ſacramentum. In officium quidem, ſecundum quod à Deo inſtitutum, legibus contrahentium ordinatur, ne terra depopuletur. In ſacramentum autem, quod eſt ſacræ rei ſignum, ſcilicet coniunctionis, quæ eſt inter animam ſanctam & Deum. cap.1.ſuper Lucam.

Imago Eccleſiæ. Alexāder: Coniunctio enim maris & fœminæ naturalis eſt: ſed quòd illa coniunctio ſignificet ſcilicet inſeparabilitatem uel coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, & animæ ſanctę ad Deum, hoc habet à diuina inſtitutione. Vel ſecundum quod in omni ſacramento ſunt tria, ſcilicet ſimilitudo, ſignificatio & ſanctificatio. Similitudinem ergo habet matrimoniū ex prima conditione, ſignificationem ex informatione, ſanctificationē uerò ex redemptione. Ex quo enim creatus eſt homo & fœmina, fuit naturale quòd coniungerentur: ſed quòd per hoc ſignificaretur coniunctio animæ ad Deum, uel Chriſti ad Eccleſiam, uel humanitatis & diuinitatis in Chriſto, iſtud fuit ab inſtitutione diuina. Quia autem ſit ſanctificatio, hoc eſt gratia, in matrimonio ſeu in coniunctis per matrimonium, hoc eſt per paſſionem Chriſti, quæ ſanctificat omnia ſacramenta, & per ipſam habent omnia ſacramenta uirtutem ad ſanctificandū matrimonium. parte 3. quæſt.27. membro 4. articulo 3.

Regulæ de cōiugio. Innocentius: In carnali coniugio excluduntur propinqui, & admittuntur extranei: ſed in ſpirituali prima facie regulariter excluduntur extranei, & admittuntur propinqui. De propinquis excludendis in carnali coniugio legiſtis in canone cautum: Omnes affinitate propinquos ad coniugalem copulam accedere denegamus. De extraneis autē excludendis à ſpirituali coniugio canonica tradit authoritas, ut ſit facultas clericis remittendi, ſi ſe uiderint prægrauari. Sermone 3. de conſecratione pontif. Item: In ſecundo & tertio affinitatis gradu tollitur prohibitio, quæ olim erat in matrimonio contrahendo. Concil. Lat. Item: In matrimonijs contrahendis non iuris effectus, ſed animi deſtinatio attenditur: unde illum comitatur infamia, qui duas ſimul uxores habet, quod partim ad factū conuenit retorqueri. lib.1. decret. conſtit. Item: Duo ſunt in coniugio, conſenſus animorum & commixtio corporum: quorum alterum ſignificat charitatē, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtam animam. Item: Mulier nubens infra annum lugubrem infamiam nō incurrit. Ibidem. Item: Coniunx cōiugem de adulterio impetere non poteſt, ſi & ipſe adulteriū commiſiſſe conuincatur. Ibid. Item: Non debet ſeparari matrimoniū quo ad thorum propter adulterium, quando ambo coniuges fuerint adulterati. Ibid. Item: Rapta poteſt matrimonium contrahere cum raptore, ubi datur libera facultas in contrahendo. Ibid.

Non rectè ſentit Gulielmus, ordinem impedire coniugium, ſic inquiens: Impedit ordinis ſuſceptionem matrimonium non de neceſsitate ſacramenti: ſed, ut prius, de ratione præcepti: quia ſi uir etiam cum muliere matrimonio copulatus ordinem ſuſcipiat, characterem ſuſcipit: ſed caret ordinis executione, quia ordini eſt annexa continentia. cap.8.

Sic Thomas ait: Matrimonium poſt uotum ſolenne non excuſatur à peccato, etiamſi quis matrimonium in facie Eccleſiæ de facto contrahat, & carnali copula utatur. Votum uerò ſimplex impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit iam cōtractum. Non enim facit, quòd matrimonium ſequens ſit nullum: ſed ſolùm, quòd matrimonium contrahēs mortaliter peccat. In Quodlibetis, quodlibet 3. artic.18.

Cognationem ſpiritualē impedire matrimonium, abſq; uerbo Dei aſſeuerat Gulielmus. Scias, inquit, quòd cognatio ſpiritualis aut pręcedit, aut ſequitur. Si præcedit, ſic impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum matrimonium: ſi autem ſequatur iam contractum matrimonium, tunc uinculum matrimonij non dirimit, ſed actum matrimonij, ſcilicet petitionem & redditionem debiti, quandoq; impedit. cap.32.

Nec rectè ſentit de quibuſdam diuortijs Innocentius: Si alter fidelium coniugum uel labatur in hęreſin, uel tranſeat ad gentilitatis errorem, non credimus quòd in hoc caſu is qui relinquitur, uiuente altero poſsit ad ſecundas nuptias conuolare. Nā & ſi matrimonium uerum inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum. Inter fideles autem uerum & ratum exiſtit. lib.4. decret. conſtit.

De coniugio ſacerdotum malè ſentit Thomas: In ſacerdote uxorem ducere eſt contra præceptum de uoto continentiæ implendo: non autem in laico qui non uouit. Et ſic illud quod eſt uel ueniale, uel nullum peccatum in laico, eſt peccatum mortale in ſacerdote. In quæſtionibus diſputatis, de peccato ueniali, artic.7.

DE MAGISTRATV.

DEi uicem gerit. Alexander:Per poteſtatem enim homo Dei uicem gerit,& ſine poteſtate ordinata nõ regitur uniuerſitas: & ideo ei per ſe debetur reuerentia. parte 2.quæſt.137.memb.3.

Thomas:Rex populum gubernãdo miniſter Dei eſt, dicente Apoſtolo Rom.13.ꝙ, omnis poteſtas à Domino Deo eſt, &quòd eſt miniſter Dei,uindex in iram ei qui malè agit. Et in libro Sapientiæ, reges Dei eſſe miniſtri deſcribuntur.De regimine principum lib.1.cap.8. Itẽ:Reges & principes uices Dei gerunt in terris, per quos Deus mundum gubernat, ſicut per cauſſas ſecũdas. Vnde & Samuel propheta ſpretus in dominio,cum querelam proponeret corã Deo,reſponſum habuit, quòd non ipſum Iſraeliticus populus ſpreuerat,ſed Deum, cuius uidelicet uices gerebat.Et in Prouerbijs dicitur: Per me reges regnãt. Ibidem cap.15.lib.2.

De officio inquit Thomas: Poteſtates ſeculares quando inferunt pœnas ad retrahendum à peccato, in hoc ſunt Dei miniſtri,ſecundum illud Rom.13. Miniſter enim Dei eſt uindex,&c. Secunda ſecũdæ, quæſt.19.artic.3.

De inobedientia ait Thomas:Inobedientia, qua quis inobediens eſt præceptis ſuperiorum, eſt peccatum mortale, quaſi diuinæ ordinationi contrariũ, ſecundum illud Rom.13.Qui poteſtati reſiſtit,&c. Secunda ſecundæ,quæſt.105.artic.1.

Iuſticiam exerceat. Thomas:Non eſt ſic in iudicio aliquibus miſerãdum,quòd iuſticia relinquatur.In lib.Iob.cap.29.

De uindicta inquit Thomas: Nihil eſt expectandum à Deo,niſi quòd eſt bonum & licitum.Sed uindicta de hoſtibus eſt expectanda à Deo.Dicitur enim Lucę18.Deus non faciet uindictam electorũ, &c. Ergo uindicatio non eſt pet ſe mala & illicita.Secunda ſecundæ,quæſt.108.artic.1. Itẽ: Vindicatio fit per aliquod pœnale malum inflictum peccanti.Eſt ergo in uindicatione conſiderandus nindicantis animus. Si enim eius intentio feratur principaliter in malum illius,de quo uindicta ſumitur, & ibi quieſcit, non eſt omnino licitum: quia delectari in malo alterius, pertinet ad odium, qnod charitati repugnat, quia omnes homines debemus diligere. Si uerò intentio uindicantis feratur principaliter ad aliquod bonum, ad quod peruenitur per pœnam peccantis, puta ad emendationem peccantis, uel ſaltem ad cohibitionẽ eius,& ad quietem aliorum, & ad iuſticiæ conſeruationem & Dei honorem, poteſt eſſe uindicatio licita, alijs debitis circumſtantijs ſeruatis.Ibidem. Et:Ille qui ſe cũdum gradum ſui ordinis uindictam exercet in malos,nõ uſurpat ſibi quod Dei eſt, ſed utitur poteſtate ſibi diuinitùs cõceſſa. Dicitur enim Rom.13. de principe terreno, ꝙ Dei miniſter eſt, uindex in iram ei qui malè agit. Si aũt præter ordinem diuinæ inſtitutionis aliquis uindictam exerceat, uſurpat ſibi id quod Dei eſt, & ideo peccat.Ibidem.

De honore magiſtratuũ. Alexãder:Honor exhibendus eſt prælatis ratione qua à Deo acceperunt poteſtatẽ. part.2.quæſt.137.memb.3.artic.2. Item:Honorãdus eſt, licet ſit malus,ſed non honore uel reuerẽtia quæ debetur Deo,uel cum conſcientia dictante contrarium.Ibidem.

De tyrannis.Thomas:Tyranni ſunt inſtrumentum diuinæ iuſticiæ ad puniendũ delicta hominũ: ſicut rex Aſſyriorum ſuper Iſraeliticũ populum,& rex Gothorum flagellum Dei ſuper Italiam.Lib.3.de regimine principum,cap.7.

De duplici poteſtate ait Albertus: Duplex eſt poteſtas,ſcilicet ordinata ſecundũ gradus poteſtatis Eccleſię uel ciuilis iuris, & huic poteſtati non eſt reſiſtendum, quo ad obedientiam. Eſt etiam poteſtas uſurpata,quæ eſt poteſtas miniſtri, quo cædit nos Dominus: & huic non eſt reſiſtendũ, quo ad hoc ꝙ non ſuſtineamus, ſi Dominus uelit.Sed bene poſſumus reſiſtere quo ad obedientiam,ſi poſſumus:talium enim poteſtas iniqua eſt, & iniquitati ſemper eſt reſiſtendum. Si tamen Dominus uelit, flagellum ſuſtinendum eſt. Albertus Magnus ſuper 2.ſent.diſt.44.

Eccleſia non occidit. Thomas: Nõ licet clericis occidere: primò quidẽ, quia ſunt electi ad altaris miniſteriũ, in quo repræſentatur paſsio Chriſti occiſi: quia cũ percuteretur, non repercutiebat, ut dicitur 1. Pet.2.Altera ratio eſt,qnia clericis cõmittitur miniſteriũ nouæ legis,in qua nõ determinatur pœna occiſionis uel mutilationis corporalis: & ideo ut ſint idonei miniſtri noui Teſtamenti, debent à talibus abſtinere.Secunda ſecundæ,quæſt.64.artic.4.Itẽ: Operari ad occiſionẽ hominis non cõpetit miniſtris altaris, & ideo ſecundũ iuris ordinẽ compelli non poſſunt ad ferẽdum teſtimonium in cauſſa ſanguinis.Secunda ſecundæ,quæſt.70.artic.1.

De fine & officio inquit Bonauentura: Strenuum magiſterium eſt efficacius remediũ contra uitia,ut cogaris facere quod inuitiſsimè faceres, & dimittere quod libenter faceres, & nihil habere niſi quod tibi datur, nihil agere niſi quod tibi iubetur,nec loqui nec eſſe niſi ad nutũ alterius:

&nihil diſsimuletur, quidquid negligis, quin aſperè reprehendaris & puniaris, donec curuitas propriæ uoluntatis plenè in te ad formam rectitudinis reflectatur. In tractatu de profectu religioſorũ cap.24.

Thomas: Principes terræ propter hoc poteſtate publica potiſitur, ut ſint iuſticiæ cuſtodes. Secunda ſecũdæ, quæſt.62.art.7.

Albertus: Regis autem officium eſt cogere ad obſeruãriam legis, non uiolare legem. In Matth. cap.12.

Præmia. Thomas: Iudex cum per iudicium ſuum iuſticiæ uictoriam tribuit, coronam meretur. In Hiob. cap.29.

DE MORTE.

QVòd. Albertus: Certum eſt nos morituros, ſed incerta eſt hora mortis, locus & modus. Et ideo ſapiẽs hæc omnia præordinat, & ſemper eum mors paratum inueniet. cap.12. ſuper Lucam.

Quid. Thomas: Mors eſt corruptio corporis uiuentis, & ſic propriè ad hominem pertinet, cui præſens ſermo dirigitur. Portæ mortis ſunt cauſſæ corruptionis, quantum ad uirtutes cœleſtium corporum, per quas primò proceditur ad talem effectũ. Eſt aũt difficilimũ cognoſcere, quis ſit periodus uitæ & permanẽtię cuiuslibet rei: & ideo portæ mortis apertæ nobis non ſunt, quia non poſſumus in corporibus cœleſtibus cognoſcere propriã cauſſam corruptionis cuiuſcunq; rei. Morti aũt cõpetit tenebra: tum quia per mortẽ homo priuatur corporali uiſu, cuius cognitio eſt per lumen: tum etiã quia poſt mortẽ homo in obliuionẽ, quaſi in tenebras quaſdã uadit. In lib. Iob. cap.38. Et: Mors corporis nihil aliud eſt, niſi ſeparatio animæ ab ipſo. In cõpendio theol. tract.2. cap.45. Et: Quia mors eſt quædã priuatio uitæ, proprius effectus mortis attẽditur circa remotionẽ eorũ quæ contrariantur noſtræ ſaluti, quæ quidẽ ſunt mors animę, & mors corporis. Et ideo p mortẽ Chriſti dicitur deſtructa etiã in nobis animæ mors, ſecundum illud Rom.4. Traditus eſt, &c. & mors corporis, quæ conſiſtit in ſeparatione animæ à corpore, ſecundũ illud 1. Cor.15. Abſorpta eſt mors in uictoria. De humanitate Chriſti cap.19.

Albertus: Mors eſt priuatio uitæ, corruptio principiorũ naturę, expiratio ſpiritus uehẽtis uirtutes uitales in corpore, deſtructio organicorũ inſtrumẽtorũ animæ. Et ideo ſecũdũ naturã impoſsibilis eſt regreſſus à morte ad uitã. cap.8. ſuper Lucã. Et: Mors eſt priuatio uitæ. In Iohan. cap.11.

Quotuplex. Innocentius: Mors corporalis, ſpiritualis & gehẽnalis. Mors corporalis extinguit naturam, ſpiritualis adimit gratiã, gehẽnalis impedit gloriã. Serm.3. in conuerſ. Pauli. Item: Mors triplex eſt: ſpiritualis, corporalis & gehẽnalis. 1. Pſal. pœnit. Et: Mors quadruplex. Naturæ ſeparat corpus ab anima, culpæ ſeparat animam à Deo, gehennæ ſeparat corpus & animã à gloria, gratiæ ſeparat corpus à mũdo. Ibid.

Bonauentura: Duplex eſt mors, ſcilicet naturæ & culpæ. Quo ad mortẽ naturæ, anima dicitur immortalis: ſed quo ad mortẽ culpæ, moritur. idq; pbat ex Auguſt. in 2. lib. de trib. ternarijs peccatorũ infamib.

Thomas: Eſt hominis duplex mors. Vna quidẽ mors eſt corporis per ſeparationem ab anima, alia per ſeparationẽ à Deo. Chriſtus aũt, in quo ſecunda mors locum non habuit, per primam mortem, quam ſubijt, ſcilicet corporalẽ, utramq; in nobis mortẽ deſtruxit, id eſt, corporalem & ſpiritualẽ. In compendio theolog. tract.2. cap.55.

Vnde. Bonauentura: Quia homo uolẽs eſſe ſapiens ut Deus, peccauit in ligno uetito, uolens delectari, ita q inclinatus eſt ad libidinẽ, erectus in præſumptionem, ac per hoc totum genus humanum eſt infectum, & perdidit immortalitatem, incurrit debitã mortẽ. In 4. part. Breuiloq. cap.9.

Thomas: Diabolus cauſſa eſt mortis tã ſpiritualis quàm corporalis. Super Apoc. cap.20. Item: Mortẽ corporalẽ homo neceſſariò patitur ex eo q terrenũ habet fundamentũ. & ſecundũ hoc poteſt deſignari duplex mors, ſcilicet naturalis, in hoc q dicit: Conſumẽtur uelut à tinea. Sicut enim tinea ueſtimentũ corrodit, quæ ex ueſtimento naſcitur: ita mors naturalis ex cauſis interioribus corporis exoritur. & mors uiolenta, in hoc quod ſubditur: De manè uſq; ad ueſperũ, &c. Mors naturalis poteſt per aliqua naturalia ſigna prænoſci, ſed mors uiolenta omnino ignota eſt. In lib. Hiob. cap.4. Itẽ: Mors ex peccato primi parentis prouenit. In compend. theol. tract.2. cap.52. Itẽ: Rom.5. dicitur: Per peccatũ intrauit mors in mundũ. Ergo ante peccatũ homo erat immortalis. Prima ſummæ, quæſt.97. artic.1. Et: Proxima cauſſa mortis & aliorũ defectuũ, eſt peccatum. Tertia ſummæ, quæſt.14. art.4. Et: Mors in oẽs homines deuenit ex peccato primi parẽtis. Tertia ſummæ, quæſt.14. Et: Naturalis mors diuina poteſtate inducitur propter peccatũ originale, ſecundũ illud 1. Reg.2. Dominus mortificat, &c. Prima ſecundæ, quæſt.94. art.5. Item: Primi parentes fuerunt à Deo inſtituti, nõ ſolùm ſicut quædã perſonæ ſingulares, ſed ſicut quædã principia humanæ naturę ab eis in poſteros deriuandæ ſimul cũ beneficio diuino præſeruante à morte: & ideo per eorũ peccatũ

tota

tota humana natura in poſteris tali beneficio deſtituta mortem incutrit. Ibidem.

Albertus: Vit & muliet ſibi & diabolo conſentiẽtes, induxerunt mortẽ. cap.2.ſuper Lucam. Et: Porta mortis inferni peccatum eſt. Ibidem cap.5. Et: Pet peccarum inciderunt in mortem. In Iohan.cap.5. Et: Mors autem eſt pet peccatũ mortale uel deſperationem. In Marth.cap.10.

De corporali morte. Innocentius: Qnia etgo in corporalis mortis articulo nõnunquá eſt tanta doloris acerbitas, tãta moleſtia paſsionis, ꝙ moriens in tantũ memoria priuetur, ut nullorũ ualeat meminiſſe: licet non ſit de aliquo deſperandũ, donec fuerit in uita, tutũ tamẽ nõ eſt pœnitentiá differre. Serm.3.in conuerſ.Pauli.

Thomas: Mors cotpotalis quãdoq; accidit pet interiorẽ corruptionẽ, ſicut cum aliquis ex ægritudine moritor, quá Deus immirtit ꝓ peccato: quãdoq; uerò accidit ex uiolẽtia gladij. In lib.Hiob.ca.33. Itẽ: Mors corporis in oẽs ttanſiuit per peccatũ primi parentis. In compeodio theol.cap.2.

Status mortis. Thomas: Status mortia humanæ, quãtocunq; tẽpote reſurrectio differatur, breuis eſt in cõparatiõe ad ſtatũ futuræ immortalitatis. In lib.Hiob.ca.14.

Somnus. Albertus: Somnus enim eſt mors, eo quòd mortui ſunt ſuſcitandi ſicut dormientes. In Matth.cap.25.

Meditatio mortis. Conſidetatio mortis facit in homine ſex bona. 1.ſacit peccata uel uitia fugere. 2.ſacit mundũ cõtẽnere. 3.facit ſeipſum deſpicete, & ptopter reſolutionẽ ad terrá in ſuijpſius cognitionẽ uenire, qui modus cognoſcẽdi ſecundũ philoſophũ eſt certiſsimus inter oẽs. 4.facit uitá præſentẽ rectè tegete. 5.ſacit rectè tẽperare præſentẽ læticiá. 6.facit rectè diuidere præſentẽ & futurá uitá. Qui enim ponit ſe in articulo mortis, & eũ diligẽter cõſiderat, quaſi in medio ptæſentis & futuræ uitę ſe collocat, & ideo tectè uidet quid ſpernere & qnid eligere debeat. Bonauẽtura in 7.dieta cap.36. Itẽ: Continua mortis & operũ retributionis meditatio, ſacit uitia timete, & uirtutibus inſiſtere. Itẽ: Ideo Deus uoluit nos ſempet incertos eſſe de hora mortis, ut pauca de tẽpore cogitemus, ſed omni hora timeremus multa petdere de æternis, ad qnæ ſempet properare debemus ſine intermiſsione. In tractatu de profectu religioſorum cap.18.

Omnes moriuntur. Thomas: Omnes homines ad mortem tendunt, ſicut homo ad ſoam domom: nec tamen pet mortem totaliter conſumitur, quia remanet anima immortalis. In lib.Iob.cap.30.

Aliter pij, aliter boni moriuntur. Albertus: Sic enim emoriũtur dánati in æternũ, ut nunquá permoriãtur. Appatet ibidẽ, cæteros ſic mori ad tẽpos corporalitet, nõ tamẽ ut in æternũ moriãtut. In Iohan.cap.11.

De animæ morte. Thomas: Prima animæ mors eſt in peccatis, ſecunda In pœnis gehennalibus. Super Apoc.cap.2.

De apparitionibus animarũ malè docẽt. Thomas: Quòd mortui uiuẽtib. apparẽt, uel contingit ꝑ ſpecialẽ Dei diſpoſitionẽ, ut animæ mortuorũ tebus uiuentiũ interſint (& eſt inter diuina mitacula cõputandũ) nel huiuſmodi apparationes fiunt per operationes bonotũ uel malotũ angelorũ, eriá ignorãtibus mottuis, ſicut etiá uiui ignorãtes alijs uiuẽtibus appatent in ſummis, ut Auguſt. dicit lib. prædicto. Vnde & de Samuele dici poteſt, ꝙ ipſe apparuit ꝑ reuelationẽ diuiná, ſecundũ hoc quod dicitur Eccleſiaſt.46. quòd dormiuit & notum ſecit tegi finem uitæ ſuæ: uel illa apparitio fuit ptocurata pet dæmones. Prima ſummæ, quæſt.89.artic.8.

DE RESVRRECTIONE.

ALbertus: Certius ſecundum catholicam fidem nobis eſt, reſutrectionem eiuſdẽ carnis numeto, in qua nũc uiuimus, eſſe futurá, & unũquemq; in eadẽ tecipere bona & mala, ſecundũ quod meruit, quàm ꝙ Sol orietur ctas: ꝙ enim Sol orietur, quãdoq; fallet, ſcilicet in die ultima: quandoq; ſtabit. Iſtud aũt à diuina ueritate eſt acceptũ, quę nõ ſallit, nec ſefellit, nec fallere nec ſalli põt. Sup 4.ſent.diſt.42.

Quòd. Alexander: Secundum curſum naturę non debet eſſe reſurrectio ante innouationem mundi: pet paſsionem igitur Chriſti fuit meritũ & noſtræ iuſtificationis, & noſtræ teſurrectionis, & gloriæ, quo ad corpus & qno ad animam. Vnde per ſufficientiam teſtituetut homo per illam in priſtinam dignitatem. Sed adhuc non erat effectus productus: quia duplex erat adhuc tentatio, ſcilicet animatum in limbo, & corporũ in cinetatione. Ad ſoluendam tentationẽ animarũ appatuit uerbũ in anima apud inſeros. Similiter ad ſoluẽdam tẽtationẽ corporũ oportuit quòd uerbum cum anima & corpore appareat uniuerſaliter, quòd fiet poſt innouationẽ. Ptimus effectus, ſcilicet liberationis animarum, ſactus eſt ſtatim poſt paſsionem. Reliquus fiet poſt innouationem mundi, ut dictum eſt. ptoportionalia enim ſunt locus & locatũ: ideo ad gloriam corporum erigitut innouatio locorum. Secundum ergo limites terum non debet eſſe reſurrectio cotporũ, niſi cum apparebit in iudicio innouato mundo. Innouatio autem non debet eſſe, niſi completa mortali generatione,

tione.part.3.quæſt.20.memb.2.artic.4.

Albertus: Principia enim fidei ſunt articuli, quorũ unus eſt de reſurrectione. Per ſcripturam reſurrectio probatur. Cap.22. In Matth.

Quotuplex. Thomas: Duplex eſt reſurrectio. Vna corporalis, qua anima iterum coniungitur corpori: alia ſpiritualis, qua iterum coniungitur Deo. Et hæc quidẽ ſecunda reſurrectio locum in Chriſto nõ habet, quia nunquam eius anima per peccatum fuit ſeparata à Deo. Per reſurrectionẽ igitur ſuam corporalem, utriuſq; reſurrectionis, ſcilicet corporalis & ſpiritualis, nobis eſt cauſſa. In cõpẽd.theol.tract.2.ca.55.

Vnde. Innocentius: Chriſtus reſurrexit, ut nos reſurgamus. Ser. in aſcenſ. Domini.

Albertus: Triplex eſt cauſſa noſtræ reſurrectionis: ſcilicet efficiens æquiuoca, efficiens uniuoca habitualis, & efficiens uniuoca actualis. Cauſſa efficiens æquiuocà dicitur, quãdo cauſſa cum effectu nõ ſunt eiuſdem ſpeciei: ſicut dicitur, q Sol generat hominẽ. & ſic pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt cauſſa efficiens noſtræ reſurrectionis. Cauſſa uerò efficiens uniuoca dicitur, quæ efficit ſimile ſibi in ſpecie: ſicut homo generat hominẽ. & ſic Chriſtus reſurgens eſt cauſſa efficiens noſtrę reſurrectionis ſecundum habitũ tantùm. Cauſſa uerò efficiens ſecundum actũ ſiue actualis erit Chriſtus in iudicio, portans inſigniá noſtræ redẽptionis, unde ibi ſtatim ſequitur noſtra reſurrectio. Super 4.ſent.diſt.43. Et: Filius Dei æquali authoritate iudicat & ſuſcitat cum patre, quãuis filius hominis, in quantũ filius hominis eſt, iudicat & ſuſcitat miniſterio ſub patre. In Iohá.ca.5.

Omnes. Innocentius: A' ſomno mortis corporalis reſurgũt omnes, à ſomno mortis ſpiritualis reſurgunt quidam, à ſomno mortis æternalis reſurgunt nulli. Quoniã omnes quidem reſurgemus. De aduent. Domini Ser.2. Item: Omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, ut recipiant ſecundum opera ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: illi cum diabolo pœnam pepetuam, & iſti cum Chriſto gloriã ſempiternã. Concil. Lateran. cap.1.

Bonauentura ait: Omnium corpora hominum in generali reſurrectione reſurgẽt, nulla in eis exiſtente diſtantia, quantũ ad ordinationẽ temporis, ſed magis quantũ ad ordinationẽ dignitatis. Nam mali ſurgent cum ſuis deformitatibus & pœnalitatibus, miſerijs & defectibus, quos habuerant in ſtatu uitæ. In bonis aũt natura ſeruabitur, & uitia detrahentur: & omnes reſurgent integro corpore, & plena ætate, & debita mẽſura membrorum: ut ſic omnes ſancti occurrant in uirum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Tractatũ 7.part. Breuiloq.cap.5.

Thomas: Omnia corpora mortuorum reſurgent, quantumcunq; uideantur abſorpta. Super Apoc.cap.10. Item: Omnes boni & mali reſurgent cum omni integritate, quę ad perſectionẽ hominis pertinet. Non enim erit ibi cæcus, uel claudus, uel aliquis defectus. Apoſtolus 1.Cor.15. Mortui reſurgẽt incorrupti, id eſt impaſsibiles, quantũ ad corruptiones præſentes. In expoſitione ſymb. Apoſtolici cap.14. Item: Omnes reſurgent in ætate perſecta, id eſt, triginta tria uel duorũ annorũ. Cuius ratio eſt, quia qui nõ dũ peruenerũt ad hoc, non habent ætatem perſectã, & ſenes iam hanc amiſerunt: & ideo iuuenib. & pueris additur quod deeſt, ſenibus uerò reſtituetur. Eph.4. Donec occurrámus oẽs in uirũ perſectũ In Expoſitione art.fidei cap.14.

Quomodo. Albertus: Non oẽs inueniẽtur in monumẽtis, eo q quidã exuruntur in igne, & quidã ſunt inſepulti abiecti, uel ad cineres concremati, & in omnẽ uentũ ſparſi. Item: Vnde boni reſurgent & immutabuntur ad gloriã: alij aũt mali incorruptibiles quidem, hoc eſt ſine diminutione membrorũ reſurgent, ſed non immutabũtur, quia corpora terra & paſsibilia & pigra & animalia habebunt in pœna æterna. Item: Non reſurgent ad gloriá, quod uerè reſurgere eſt, quia manebũt in peccato & morte æterna, in quam per peccatum inciderunt. In Iohan.cap.5. Item: In reſurrectione non erunt corpora animalia, ſed glorioſa, cibis nõ indigẽtia. In Ioh.cap.21.

Corpora reſurrectura. Bonauẽtura: Corpora omnium hominũ reſurgent in generali iudicio, &c. Mali enim non in melius mutabuntur: ſed in bonis natura ſeruabitur, & uicia atq; defectus detrahentur. Omnes reſurgent in integro corpore, plena ętate & debita menſura membrorũ, in eiſdem corporibus numero, & eiſdem partibus conſtitutis, ſalua totius natiuitate naturæ, non ſolùm quantũ ad membra principalia & humiditatem radicalem, uerùm etiã ſaluis capillis & cæteris membris quę ad corporis decentiã pertinebunt, ita q in quaſcunq; auras puluis humani corporis diſperſus fuerit, ad eãdem redibit animã, quæ hominem prius ut uiueret & creſceret animauit. In 4.part. Centiloq.cap.2.

Thomas: Nõ reſumet anima in reſurrectione corpus cœleſte, uel aereum, uel corpus alicuius alterius animalis, ut quidam fabulantur: ſed corpus humanũ, ex carnibus & oſsibus compoſitũ: corpus organicum, eiſdem organis, ex quibus nunc

con-

conſiſtit, &c. In comp.theol.cap.153. Et, Animá reſumpturá idem numero corpus ſola Dei uirtute, aſſerit Thomas in comp. theol.cap.154. Et:Omnia mēbra reſurgēt, Ibid.cap.157.158.160. Item:Ad fidem reſurrectionis cōfitendam,in ſymbolo Apoſtolorum poſitū eſt:Credo reſurrectionē.Neç ſine ratione additū eſt Carnis:quia fuerūt quidam etiam tempore Apoſtolorum,qui carnis reſurrectionē negabant,ſolam ſpiritualem reſurrectionē confitentes, per quá homo à morte peccati reſurget.Vnde Apoſtolus 2.Tim.2. dicit de quibuſdá,qui à ueritate excidetunt, dicentes, reſurrectionē iam factá, & ſubuerterunt quorundá fidē: ad qnorū remouendū errorem,ut reſurrectio futura credatur, dicitur in Symbolo patrū:Expecto reſurrectionē mortuotū.In comp.theol.cap.162. Item:Non reſumet anima in reſurrectione corpus cœleſte,uel aereū, uel corpus alicuius alterius animalis,ut quidá fabulantur, &c. Ibid.cap.153. Et:Tertius error eſt quotundá modernorum hæreticorū, qui dicunt reſurrectionē futurá, non tamen eoruudem corporum, ſed q animæ reſument quædam corpora cœleſtia.cōtra quos Apoſtolus dicit 1.Cor. 15.Oportet corruptibile hoc induere, &c. In tractatu de articulis fidei,ca.5. Et:Quintus error eſt dicentiū, q corpora humana in reſurrectione uertentur in ſpiritū. contra quos dicitur Lucæ ultimo:Spiritus carnem & oſſa, &c. Quidá dixerūt etiá,qnòd poſt reſurrectionē mortuotum iu eodem ſtatu,in quo uunc eſt,mundus manebit.cōtra quos dicitur Apoc.21. Vidi cœlum uouum,&c.Et Apoſtolns dicit Rom.8.q ipſa creatura liberabitur. In tract. de artic.fid. cap.5. Et:Idem corpus quod nunc eſt, & quantū ad carnē,& quantū ad oſſa, reſurget:licet qnidam dixerint, q hoc corpus, quod nunc corrūpitur,nou reſurget,quod eſt contra Apoſtolum. Ait enim 1. Cor.15. Oportet corruptibile hoc induere,&c. Et quia ſacra ſcriptura dicit,quòd uirtute Dei idem corpus ad uitá reſurget. Iob.19.Rurſus circúdabor pelle,&c.In expoſit.Symb. Apoſt.cap.14. Item:Sancti habebunt corpora glorificata, in quib. erit quadruplex partitio. 1.Claritas.Matth.3.Fulgebūt,&c. 2.Impaſſibilitas. 1.Corinth.15.Seminatur iu iguobilitate,&c.Apoc.21.Abſterger,&c. 3.Agilitas.Sap.3.Fulgebūt iuſti,&c. 4.Subtilitas. 1.Cor.15.Seminatur corpus animale,&c.Iu expoſit.ſymb.Apoſt.cap.14.

Quaudo. Thomas:Finito mundo,in cuius fine omnia uana deficieut,erit reſurrectio fidelium, & iugreſſus in regnum. Super.Apoc. cap.16. Item: Reſurrectio omnium hominum fiet in fine ſeculi huius. Iu compend.theolog.tract.2.cap.58.

Ægidius ait: Hora crepuſculi creditur futura reſurrectio.Lib.2.Hexam.cap.2.

DE EXTREMO IVDICIO.

EXtremum iudicium frequenter uocatur dies Domini: & nox,propter horrorem tribulatiouis ac anguſtiæ, in quibus corda obtenebrantur, quòd non habēt effugiū.Albertus cap.17.ſuper Lucá.

Quid. Thomas:Iudicij actus & iudicij effectus eſt collectio electorum in gloriá. Super Apoc.cap.14.

Quotuplex. Innocentius: Eſt iudicium authoritatis, qno iudicat tota triuitas, iuxta quod legitur: Iudica Domine nocentes me. Iudicium manifeſtationis. uude: Pater non iudicat quenquam,&c. Quia ſolus filius in iudicio apparebit. & ſecundū appropriationem magis ad ſapieutiam quàm ad poteutiam uel benignitatem uidetur iudicium pertinere. Iudicium diſcretionis. uude:Ego in iudicium ueni in hunc mundum. Diſcuſsionis. unde: Si æquitas iudicij quæritur,&c.Pſal.7.pœnit.

Qui. Thomas: Exercet iudicium & in eos qui in præſenti ſeculo uiuūt, & in eos qui ex hoc ſeculo tranſennt moriendo. In finali autem iudicio iudicabit ſimul uiuos & mortuos, ſiue per uiuos intelligautur iuſti,qui per gratiam uiuunt, per mortuos autem peccatores, qui à gratia exciderūt: ſiue per uiuos intelligantur, qui in aduentu Domini uiui reperiuntur, per mortuos autem qui autea diſceſſerunt. Hoc autem non eſt ſic intelligendum, quòd aliqui ſic uiui indicentur, quòd nunquam corporis mortem ſeuſetunt,ſicut aliqni poſuerunt. Manifeſtè enim Apoſtolus dicit: Omnes quidem reſnrgemus. Et alia litera habet: Omnes quidem dormiemus, id eſt,moriemur: ſiue, ut in aliquibus libris habetur, Non omnes quidem dormiemus: ut Hierouymus dicit in epiſtola ad Minerium, quod prædictæ ſentētiæ firmitatē non tollit. Nam paulo antè pręmiſerat Apoſtolus: Sicut in Adá omnes moriuntur,&c. Et ſic illud quod dicitur, Non omues dormiemus:non poteſt referri ad mortem corporis,quæ in omnes trauſiuit per peccatum primi parentis,ut dicitur Rom.5.ſed exponēdum eſt de dormitioue peccati, de qua dicitur Epheſ.5.Surge,qui dormis,&c.Diſtinguentur ergo qui in aduentu Domini reperientur, ab his qui antè diſceſſetunt: non quia ipſi uuuquá morientur, ſed quia in ipſo raptu, quo rapientur in uubibus obuiam Chriſto in aerè,morientur, & ſtatim reſurgent, ut Auguſtinus dicit.In compend.theolog.tract.2.cap.5.

Iudex. Alexander:Ipſe uel tota trinitas

iudicabit poteſtate authoritatis. Filius Dei, in quantum homo, iudicabit poteſtate excellentiæ. parte 3. mẽb. 1. artic. 5. queſt. 25. Item: Ipſe iudex Chriſtus dicitur terribilis duobus modis. Terribilis enim poteſt dici in acceſſu ad iudicium, uel terribilis in remunerando. Vtroq; ergo modo erit terribilis ipſis reprobis in iudicio: quoniã & in acceſſu eius ad iudicium, & in remuneratione incutiet eis timorẽ damnationis æternę. Primo autem modo, ſcilicet in acceſſu ad iudicium, erit terribilis reprobis, ſed blandus erit bonis facto iudicio ſiue in remuneratione. Et propter hoc non dicitur ipſe terribilis iuſtis, ſed dies eius in qua accedet ad iudicium: ipſe tamen erit blandus & benignus in remunerãdo, quia ſupra condignum remunerabit ipſos. Dicitur autem terribilis ipſis bonis in acceſſu eius ad iudicium, propter hoc quòd incutiet eis timorem quendam reuerentię, nõ terrorem damnationis, ut malis. Vt Iob. penultimo dicitur: Quia timebunt angeli, & territi purgabuntur. Ibid. mẽb. 5. Itẽ: Filius hominis Chriſtus diſcutiet & diffiniet. Ib.

Innocentius ait: Ille iudex eſt ualde timendus, cuius ſapientiam nihil poteſt latere, cuius iuſticiæ nihil poteſt reſiſtere. Pſal. 4. pœnitent.

Bonauentura: Sine dubio iudicium uniuerſorum futurum eſt, in quo Deus pater per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum iudicabit uiuos & mortuos, bonos & malos, tradendo unicuiq; ſecundũ exigentiã meritorũ. In hoc aũt iudicio fiet apertio librorũ, ſcilicet conſcientiarũ, quibus merita uniuerſorũ ſibi ipſis & cæteris innoteſcent, faciente hoc uirtute illius libri uitæ, uerbi ſcilicet incarnati, qui in forma deitatis non uidebitur niſi à bonis: in forma uerò humanitatis (in qua & ſententiam promulgabit) uidebitur tam à bonis quàm à malis, licet terribilis in eadem forma appareat reprobis, & blandus iuſtis. In tractatu ſeptimæ partis Breuiloq. cap. 1.

Thomas dicit, iudicare in extremo iudicio pertinere ad Chriſti humanitatẽ: cap. 14. ſuper Apoc. Et: Tota trinitas iudicabit authoritate, licet ſolus filius corporaliter appareat. Sed quomodo uenire poteſt qui ubiq; eſt? Reſp. Eſt uenire ſecundũ locũ, & ſic Chriſtus ſecundum humanitatem ueniet ad iudiciũ. Item ſecundum manifeſtationẽ uel effectũ, ſiue ſit effectus miſericordiæ, ſiue iuſticię: & ſic, nõ primo modo, ueniet Trinitas, quia ſe p effectũ iuſticiæ manifeſtabit. Super Apoc. cap. 4. Et: Quia poteſtas iudiciaria ad Chriſti exaltationẽ ptinet, ſicut & reſurrectiõis gloria, Chriſtus in iudicio apparebit nõ in humilitate, quę pertinebat ad meritũ, ſed in forma glorioſa ad præmiũ pertinente. Vnde dicitur in Euangelio, q, uidebunt filium hominis uenientem in nube, &c. Viſio aũt claritatis ipſis electis quidẽ, qui eũ dilexerũt, erit ad gaudium, quibus Ieſ. 33. promittitur: Regẽ in decore uidebunt. Impijs aũt erit ad confuſionem & luctum: quia iudicantis gloria & poteſtas damnationẽ timentibus triſticiam & metũ inducit. Vnde dicitur Ieſ. 26. Videant & confundantur zelantes populi, &c. Et quãuis in forma glorioſa ſe oſtendat, apparebunt tamen in eo indicia paſsionis, non cum defectu, ſed cum decore & gloria, ut ex his uiſis & electi recipiãt gaudium, qui per paſsionem Chriſti ſe liberatos recognoſcent: & peccatores triſticiam, qui tantũ beneficiũ contempſerunt. Vnde dicitur Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus. In compend. theolog. tract. 2. cap. 57. Et: Quia pater omne iudicium dedit filio, ut dicitur Ioh. 5. Nunc aũt humana uita iuſto Dei iudicio diſpenſatur. Ipſe enim eſt qui iudicat omnẽ carnem, ut Abraham dixit Gen. 18. Nõ eſt dubitãdum, etiã hoc iudicium, quo in mundo reguntur homines, ad Chriſti poteſtatẽ iudiciariam pertinere. Eſt aũt & aliud Dei iudiciũ, quo unicuiq; in exitu mortis ſuæ retribuitur, quãtũ ad animã, ſecũdũ quod meruit. Iuſti. n. diſſoluti cũ Chriſto manẽt, ut Paulus deſiderat: peccatores aũt mortui in inferno ſepeliuntur. Sed quia retributio hominis nõ ſolùm conſiſtit in bonis animæ, ſed etiã in bonis corporis iteratis per reſurrectionẽ ab anima reſumendi, omnisq; retributio requirit iudicium: oportet & aliud iudicium eſſe, quo retribuatur hominibus ſecundum ea quæ geſſerunt, non ſolùm in anima, uerùm etiam in corpore. Et hoc etiam iudicium Chriſto debetur, ut ſicut ipſe p nobis mortuus reſurrexit in gloria, & cœlos aſcendit, ita etiam ipſe ſua uirtute faciat reſurgere corpora humilitatis noſtræ configurata corpori claritatis ſuæ, ut ea in cœlum transferat, quò ipſe præceſsit aſcendens & pandẽs iter ante nos, ut fuerat per Michęam prędictũ. Reſurrectio aũt omnium hominũ fiet in fine ſeculi huius. Vnde hoc iudiciũ cõmune & finale iudiciũ erit, ad quod faciẽdũ Chriſtus creditur ſecũdò uẽturus cũ gloria. Sed quia in Pſalmo dicitur, Iudiciũ Domini abyſſus, &c. in ſingulis præmiſſorũ iudiciorũ eſt aliquid profundũ & incõprehẽſibile humanę cognitioni. In primo enim Dei iudicio, quo præſens uita hominũ diſpenſatur, tẽpus quidẽ iudicij manifeſtũ eſt hominib. ſed retributionũ ratio latet, præſertim q̃a bonis plerũq; mala eueniũt in hac uita, &

malis

malis bona. In alijs aūt duob. Dei iudicijs retributionū quidē ratio in euidenti erit, ſed tempus manet occultum: quia & mortis ſuæ tēpus homo ignorat, ſecundū illud Eccleſ.9. Neſcit homo finem ſuum, &c. Et finem huius ſeculi nemo ſcire poteſt. In Compend. Theolog. tract. 2. cap.58. Et Non ſolùm Chriſtus in illo iudicio iudicabit, ſed etiam alij, quorū quidā iudicabunt ſola comparatione, ſcilicet boni minus bonos, & mali magis malos, ſecundum illud Matth.12. Viri Niniuitæ, &c. Quidam uerò iudicabunt per ſententiæ approbationē, & ſic omnes iuſti iudicabunt, ſecundum illud Sap.3. Iudicabūt ſancti nationes. Quidam uerò iudicabunt, quaſi iudiciariā poteſtatem accipientes à Chriſto, ſecundum illud Pſal. Gladij ancipites in manibus eorū. Hāc aūt ultimā iudiciariā poteſtatē Dominus Apoſtolis repromiſit Matth.19. Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, &c. Non eſt aūt exiſtimandū, quòd ſoli Iudæi, qui ad XII. tribus Iſrael pertinēt, per Apoſtolos iudicentur: ſed per XII. tribus Iſrael omnes fideles intelligūtur, qui in fide patriarcharum ſunt abſumpti. Nam infideles nō iudicantur, ſed iā iudicati ſunt. Nā neq; Iudas iudicabit, neq; Paulus carebit iudiciaria poteſtate, præſertim cū ipſe dicat: Ne ſcitis quia angelos iudicabimus? Sed ad illos propriè hæc dignitas pertinet, qui relictis omnib. Chriſtū ſunt ſecuti. Hoc enim promiſſum eſt Petro quærēti & dicēti: Ecce nos reliquimus omnia, &c. quid ergo erit nobis? In Cōpend. Theol. tract.2. ca.61.

De angelorum officio in hoc iudicio inquit Alexāder: Angeli iudices nō erūt, tamē habebunt multiplex miniſteriū. Habebunt enim miniſteriū congregādi ad iudiciū, & ſuſcitādi mortuos. Et ideo dicit Apoſtol. 1. Theſſ.4. Quia ipſe Dominus ueniet in iuſſu & in uoce archangeli, &c. Venient ergo angeli ad illud officiū. & de iſto officio uel miniſterio habetur Matth.13. ubi dicit Dominus, quòd meliores ſunt angeli, ſcilicet congregantes ad iudicium & ſuſcitātes. Et iſtud erit ante ſeparationē. Vnde ipſi conuocabunt ad iudiciū & congregabunt. Item: Habebunt miniſteriū ſeparandi, ſecundum quod habetur, &c. Quia angeli ueniēt cū eo, quod dicitur ratione huius miniſterij. Vnde ſequitur pòſt: Et ſeparabit eos ad inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis, & iſtud fiet miniſterio angelorū. Et Matt.13. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcādala, & eos q faciūt iniquitatē, & mittēt in caminū ignis. Similiter teſtificatio erit miniſteriū eorū: quia teſtes erūt, ſicut dicit Remigius. Similiter poſt iudiciū habebūt miniſteriū mittendi ad pœnas, ſicut habetur Matth.13. Quia mittent eos in caminū ignis. Sic igitur multipliciter habebunt miniſterium circa iudicium, antecedens uel ſequens ipſum: ſed nec ipſi iudicabūt, unde nec ipſi diſcutient neq; diffinient. parte 3. quæſt.25. memb.5. artic.1.

De apoſtolis ait Alexāder: Apoſtoli aūt ſicut aſſeſſores & ueritatis teſtes iudicabunt: quia annunciauerunt fidē Chriſti, & fuerunt teſtes ipſius in hac uita. & ſicut hic teſtes eius fuerūt, ita erūt teſtes ipſius in iudicio cōtra reprobos. Vnde erūt iudices ſicut aſſeſſores, nō quòd proferant ſententiam, uel quòd cauſſam diſcutiant: ſed aſſidebunt ibi ut teſtes & ſocij. Ibidem.

De ſignis anteceſſuris inquit Alexāder: Quia obſcuratio poteſt intelligi, uel immutatio, ſicut fuit in morte Chriſti, ita in conſummatione mūdi & exaltatione Chriſti: uel abſcōſio, quemadmodū minor lux ſub maiori, ita adueniēte maxima luminoſitate corporis Chriſti, obſcurabūtur p abſcōſionē ſol, luna & ſtellę cœli. Ibi. mēb.1. art.5.

Thomas inquit: Miracula quę faciēt mali tēpore Antichriſti, & fraudes uerborū, & cōminationes aduerſorū, & pſecutiones iuſtorū, quaſi prænūciabūt finē mūdi inſtare. Super Apocal. cap.16. Itē: Tempore Antichriſti appropinquante, uidebitur ſiue æſtimabitur ſentētia extremi iudicij. ca.13.

De tēpore ait Alexāder: Media ergo nocte, ſcilicet cū ualde obſcurū erit, id eſt occultū, ueniet. Dies enim Domini ſicut fur in nocte ita ueniet. Poteſt tamen non incongruè intelligi mediæ noctis tempore uenturus. parte 3. quæſt.25. memb.2.

Thomas ait: Voluit Deus tempus extremi iudicij eſſe occultū, ut homines ſolicitè uigilarent, ne fortè tēpore iudicij imparati inueniantur. Propter quod etiam uoluit tempus mortis uniuſcuiuſq; eſſe ignotū. Talis enim in iudicio unuſquiſq; apparebit, qualis hinc per mortem exierit. Vnde Dominus dixit Matth. 24. Vigilate, quia neſcitis, &c. In Cōpendio Theolog. opuſc. 2. cap.58.

Quomodo. Innocentius: In iudicio reuelabuntur & manifeſta fient occulta cordium, & aperta erunt abſcondita tenebrarum. In Pſal.2. pœnit.

Quale. Thomas: In die iudicij omnia erunt clara, &c. & magna ibi fiēt in retributione malorū & bonorū Dei: quia præſentes dies ſunt quaſi noſtri ad merendū, ſed ille dies erit Dei ad iudicandum ſiue retribuendū. Super Apoc. cap.16. Itē: In iudicio impij damnabuntur, & iuſti glorificabuntur. Ibidem capite 22. Item, ex Apocalypſi aſſerit, ſecundum aduentum Chriſti fore

ſti fore in ſe magnificum, ſecundò omnibus manifeſtū. Ibid. cap. 1. Itē: Dicit, quòd omnes tā boni quàm mali uidebūt ipſum in humanitate glorificata: & ut ille aſpectus ſit bonis ad conſolationē, malis ad cōfuſionē & afflictionē, quia tā dulci amatori & tā largo remuneratori ingrati fuerīt, ut eius iuſſa fugerēt. Aduētus ad iudiciū citò fit, quia tempus ad iudiciū breue eſt reſpectu æternitatis. cap. 2. Itē: In generali reſurrectione boni amplius remunerandi ſunt, & mali puniendi. Su per Apocal. cap. 6.

De accuſatorib. in iudicio ait Albertus: In futuro ueniam ut iudicem, & ideo tunc neminē accuſabo, quia nullius ſum aduerſarius, ſed omniū communis iudex, ita paruum ut magnum audiens. Accuſatores autem ſunt in iudicio plures. 1. Conſcientia per peccati teſtimoniū. 2. Legislator per legis tranſgreſſum uel omiſſum præceptū. 3. Cuſtodiēs angelus per cuſtodiæ ſuæ perditum effectum. 4. Diligens prælatus per ſolicitudinis ſuę opus perditū. 5. Malè ędificatus proximus per malum ſibi datum exemplū. 6. Omnes creaturæ per uirtutis ſuæ perditum obſequium. In Iohan. cap. 5.

De eo quòd filius ignoret diem, Alexander inquit: Cum ergo dicitur, Neq; filius: iſtud intelligitur de filio pro corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. unde cū dicit, Niſi ſolus pater: nō excluditur filius, neq; Spiritus S. quia in noticia patris eſt noticia filij & Spiritus S. ideo non poteſt excludi: ſed fit excluſio ipſius corporis Eccleſiæ, ſcilicet angelorum & hominū, cuius eſt caput, cū dicitur, Neq; filius. & hoc eſt quod dicit Auguſtinus in libro de uerbis Domini: Cū dixit, Pater ſcit: ideo hoc dixit, quia in patre & filius ſcit: neſcit tamē filius, id eſt corpus eius in terra poſitum, quod eſt Eccleſia. Et paulo pòſt: Sed nunc quęritur: Chriſtus homo nunquid nouit illam diem? quia uidetur quòd ſic, quoniā Col. 2. habetur, quòd in Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciētiæ abſconditi. Quid eſt ergo quòd dicit Nemo? Dicendum eſt ad hoc ſecundum B. Gregorium, qui dicit: Nouit unigenitus horam iudicij, ſcilicet non ex natura humanitatis, hoc eſt, ex generali natura humanitatis, quia tunc & alij homines ſcirēt: ſed ex uirtute diuinitatis influente ſuper illum hominē. Cum ergo dicit, Nemo nouit, &c. per hoc nō excluditur Chriſtus homo à noticia illius Dei: ſed per hoc excluditur, quòd non ex uirtute humanitatis ipſam habet, ſed ex uirtute diuinitatis. parte 3. quæſt. 25. memb. 2.

Thomas ait: Quia in Marco legitur, Neque filius (de die aut hora illa ſcit) ſumpſerunt aliqui errandi materiam, dicentes, Filium patre minorē, quia ea ignorat ſecundum humanā naturam aſſumptam, nō autem ſecundum diuinā, ſecundū quam unā ſapientiam habet cum patre, uel ut expreſſius dicatur, eſt ipſa ſapientia in corde concepta. Sed hoc incōueniens uideretur, ut filius etiā ſecundū naturā aſſumptā diuinū ignoret iudiciū, cùm eius anima, Euangeliſta atteſtante, plena ſit gratia, &c. Nec etiā uidetur habere rationē, ut cū Chriſtus poteſtatē iudicandi acceperit, quia filius hominis eſt, tempus ſui iudicij ſecūdū humanam naturā ignoret. Non enim omne iudiciū pater ei dediſſet, ſi determinandi temporis ſui aduentus eſſet ei ſubtractū iudicium. Eſtq; hoc intelligendū ſecundū uſitatū modū loquēdi in ſcripturis, prout dicitur tūc Deus aliquid ſcire, quādo illius rei noticiā prębet, ſicut dixit ad Abrahā Gen. 22. Nunc cognoui, &c. nō quòd tūc inciperet noſcere, qui omnia ab æterno cognoſcit, ſed quia eius deuotionē p illud factū oſtēderat. Sic igitur & filius dicitur diē iudicij ignorare, qa noticiā diſcipulis nō dedit, ſed eis reſpōdit Act. 1. Non eſt ueſtrum noſſe tempora, &c. Pater aūt iſto modo nō ignorat, quia ſaltem filio huius rei noticiā dedit per generationē æternam. In Compend. Theolog. tract. 2. cap. 58.

De aduentibus inquit Innocētius: Quatuor leguntur aduentus Chriſti: duo uiſibiles, & duo inuiſibiles. Primus uiſibilis fuit in carne. Alius uiſibilis eſt ad diem iudicij, quando iudicabit bonos & malos, quando ſtatuet oues à dextris, hœdos uerò à ſiniſtris. lib. 2. de contemptu mundi.

Thomas ait: Poſſumus diſtinguere triplicem aduentū Chriſti, ſcilicet in carnē, in mentem, & ad iudiciū. Vnde Bernhardus: Triplicem aduentum Chriſti nouimus, ad homines, in homines, contra homines. In primo uenit in carne & infirmitate, in ſecundo in Spiritu, in tertio in gloria & maieſtate. In primo fuit Chriſtus redemptio noſtra, in ſecundo eſt requies & cōſolatio noſtra, in ultimo apparebit uita noſtra. De humanitate Chriſti cap. 3.

DE VITA AETERNA.

QValis. Innocentius: In æterna uita erit uita ſine morte, dies ſine nocte: ubi erit ſecuritas ſine timore, iucunditas ſine dolore, tranquillitas ſine labore: ubi erit pulchritudo ſine deformitate, fortitudo ſine debilitate, rectitudo ſine peruerſitate: ubi erit Chriſtus ſine malitia, ueritas ſine fallacia, felicitas ſine miſeria: ubi erit gaudiū quod nec oculus uidit, &c. Eſa. 63. Ser. 3. dominica Lætare. Itē: Sancti duplicem glorificationis ſtolam habebūt: unam ſpiritus, & alteram carnis. Stola ſpiritus

ritus in tribus conſiſtit: cognitione, dilectione, delectatione, &c. Stola carnis conſiſtit in quatuor: claritate, ſubtilitate, agilitate, impaſsibilitate, &c. Ser. in feſto D. Gregorij. Item, felicitas æternæ uitæ quomodo contemplanda, uide Innocentium Sermone 1. in feſto omnium ſanctorum, ubi dicit: In quibus eſt uera felicitas & beatitudo perfecta, admirans in illa ſuperna curia ordines angelorum, patriarcharum cœtus, prophetarum choros, apoſtolorum coronas, martyrum palmas, confeſſorum manipulos, & uirginũ fructus, quieſcentes in pace, fulgétes in luce, ſine timore ſecuros, ſine labore quietos, ſine dolore iucundos. Ser. 2. in feſto omnium ſanctorum. Item: Eſt beatitudo diuina, quæ ſumma eſt & æterna: & beatitudo mundana, quæ falſa eſt & caduca, &c. Pſal. 2. pœnitent.

Bonauentura: Duodecim ſunt fructus gloriæ immortalis. Primus fructus eſt, ſanitas abſq; infirmitate, iuuentus ſine ſenectute, ſatietas ſine faſtidio, libertas ſine ſeruitute, pulchritudo abſq; deformitate, impaſsibilitas & immortalitas, abundãntia ſine indigentia, ſecuritas abſq; timore, cognitio abſq; ignorátia, gloria ſine ignominia, gaudium ſine triſtitia. Sed de iſto gaudio ſex cauſſæ ſunt notandæ, quare ſancti gaudebunt: ſcilicet loci amœnitas quá poſſidebunt, iucunda ſocietas in qua regnabunt, corporis glorificatio quá habebunt, mundus qué cótempſerunt, infernus qué euaſerunt. Item in illa cœleſti gloria conſideranda ſunt alia tria multis ſuſpirijs affectanda: ſcilicet amœniſsima ciuitas, amantiſsima ſocietas, ampliſsima felicitas. Ciuitas iſta eſt glorioſiſsima ſpecialiter in trib. habet enim figurá ualde ſpecioſam, menſuram ſpacioſam, ſtructurá ualde precioſam. in 9. dieta cap. 50. Item: In chorea cœleſti eſt cœtus uel exercitus infinitus, nõ nobis, ſed ſoli Deo cognitus: ibi enim eſt rex Chriſtus tanquam Monarcha præcipuus, & Cæſar Auguſtus: ibi eſt regina cum puellis, id eſt uirgo uirginũ, ſcilicet Maria, cum uirginibus ſanctis: ibi ſunt angeli tanquá regis nobiliſsimi domicelli: ibi ſunt patriarchæ & prophetę ſicut collaterales & regis conſiliarij, quibus tanquam ſenioribus & expertis reuelat miniſteriũ cõſiſtorij ſui: ibi ſunt apoſtoli tanquá regis Seneſchali, habentes plenitudiné poteſtatis, quia rex reputat factũ, quod ipſi faciũt: ibi ſunt martyres ſicut ſtrenuiſsimi regis milites, qui per fidem uicerunt tria regna, ſcilicet mundi, carnis & diaboli: ibi ſunt ſancti pontifices, confeſſores & doctores. Ibid. cap. 49.

Thomas: Sicut homo ſuam primá perfectionem, ſcilicet animá, acquirit ex uerbo Dei: ita ultimam ſuam perfectioné, quę eſt perfecta hominis felicitas, immediatè habet à Deo & in ipſo. Quod patet ex hoc, quòd naturale hominis deſideriũ in nullo alio quietari poteſt, niſi in ſolo Deo. Innatum eſt homini, ut ex tanto deſiderio quodammodo moueatur ad inquirendũ cauſſas: nec quieſcit illud deſideriũ, quouſque peruentũ fuerit ad primam cauſſam, quæ Deus eſt. Ergo oportet, quòd ſicut prima perfectio hominis, quæ eſt anima rationalis, excedit formas materiæ corporalis: ita ultima perfectio, ad quá homo poteſt peruenire, quæ eſt beatitudo uitæ æternæ, excedit facultaté totius humanæ naturæ. In diſputatis quæſtionibus de uirtutibus in communi, art. 10. Item: In ſtatu futurę ultæ ignis & alia huiuſmodi actiua nõ agunt in animas aut in corpora hominũ ſecundum neceſsitatem, ſed magis ſecundũ ordinem diuinæ iuſtitiæ: quia ille ſtatus eſt recipiendi pro meritis. Ibidé de pœna peccati originalis art. 2. Item: Finis totius humanæ uitæ eſt beatitudo, quam omnes appetunt. Vnde in quantũ in rebus humanis eſt aliquid participans quamcunq; beatitudinis cognitioné ueri uel apparentis, habet principalitatem quandam in genere finium. Ibidem de auaritia, art. 3. Item: Hæc beatis cedent in cumulum gaudij, ſcilicet plenitudo ſuæ gloriæ, plena ſocietas cœleſtis curiæ, & complacentia diuinę iuſtitię. Ibidem cap. 6. Item: In patria eſuries ſiue ſitis corporalis non eſt. Spiritualis eſuries eſt triplex. Quædá rei nõ habitæ ut habeatur: ſicut peccator attritus dolore eſurit & ſitit gratiam. Quędam rei habitę ut magis habeatur: ut in uiro iuſto qui eſurit maiora dona. Quædam rei pulchræ ut continuetur: & ſic beati etiam poſt iudiciũ eſurient & ſitient uidere Deum, id eſt deſiderabũt. Ibidem cap. 7. Item: Exultant ſancti in patria de iuſtitia Dei in damnatione malorũ: Ibid. cap. 19. Item: Cœna gloriæ datur in patria: & uerè, qui ibi erunt, beati erunt, tũ propter plenitudinem totius dulcedinis, tum propter ſecuritaté inamiſsibilitatis. Ibid. Item: Indiuidua Trinitas in illa glorioſa ciuitate regnabit, & etiá uerbo coniũcta humanitas. cap. 22. Et: Poſt reſurrectionem uſum cibi & generationis ceſſaturũ: In Compend. Theolog cap 156. Et: Erunt hę quatuor conditiones corporũ beatorũ: ſubtilitas, claritas, impaſsibilitas & agilitas. Vnde Apoſtolus 1. Corinthior. 15. dicit: Corpus quod poſt mortem ſeminatur in corruptione, ſurget, &c. Ibidem capite 168. Et: Poſt reſurrectionem ex hoc ipſo, quòd anima glorificata erit per uiſionem Dei & apertam & plenam fruitionem,

corpus

corpus glorioſæ animæ unitum glorioſum redditur impaſsibile & immortale. Ibidem in tract.2. capite 47. Et: In ultimo ſtatu poſt reſurrectionem anima communicabit quodammodo corpori ea quæ ſunt ſibi propria, in quantum eſt Spiritus: immortalitatem quidem, quantum ad omnes: impaſsibilitatem uerò & gloriam & uirtutem, quantum ad bonos, quorum corpora ſpiritualia dicentur. Vnde poſt reſurrectionem homines cibis non indigebunt: ſed in ſtatu innocentiæ eis indigebant. Prima ſummæ, quæſt. 97. art. 2. Item: Triplicem beatitudinem aliqui poſuerũt. Quidam enim poſuerunt beatitudinem in uita uoluptuoſa, quidam in uita actiua, quidam uerò in uita contemplatiua. Hæ autem tres beatitudines diuerſimodè ſe habent ad beatitudinem futurá, cuius ſpe dicimur hîc beari. Nã beatitudo uoluptuoſa, quia falſa eſt & rarioni contraria, impedimentum eſt beatitudinis futuræ. Beatitudo uerò actiuæ uitę, diſpoſitio eſt ad beatitudinem futuram. Beatitudo autem contemplatiua, ſi ſit perfecta, eſt eſſentialiter ipſa futura beatitudo: ſi autem eſt imperfecta, eſt quędam inchoatio eius. & ideo quidam primò poſuit quaſdam beatitudines quaſi remouentes impedimentum uoluptuoſæ beatitudinis. Conſiſtit euim noluptuoſa uita in duobus. primò quidem in affluentia exteriorum bonorum, ſiue ſint diuitię, ſiue ſint honores: à quibus qnidem retrabitur homo per uirtutem, ſic ut moderatè eis utatur: per donum autem excellentiori modo, ut ſcilicet homo totaliter ea contemnat. Vnde prima beatitudo ponitur: Beati panperes ſpiritu. Secũdò uerò uoluptuoſa uita in ſequẽdo proprias paſſiones conſiſtit, ſiue iraſcibilis, ſiue concupiſcibilis. A' ſequela autem paſsionũ iraſcibilis retrabit uirtus, ne bomo in eis ſuperfluat, ſecundum regulam rationis. Donum autẽ excellentiori modo, ut ſcilicet homo ſecundum uoluntatem diuinam totaliter ab eis tranquillus reddatur. Vnde ſecũda beatitudo ponitur: Beari mites. A' ſequela uerò paſsionum coucupiſcibilis retrahit uirtus, moderatè huiuſmodi paſsionibus utendo: donum uerò eas, ſi neceſſe fuerit, totaliter abijciendo, quinimò ſi neceſſarium fuerit, uoluutarium luctum aſſumant. Vnde terria bearitudo ponitur: Beati qui lugẽt. Actiua uerò uita in bis conſiſtit præcipuè, quæ proximis exhibemns, uel ſub ratione debiti, uel ſub ratione ſpontanei beneficij. & ad primũ quidem nos uirtus inducit, ut ea quæ debemus proximis nõ recuſemus exhibere: donũ autem ad boc ipſum abundantiori qnodam affectu nos inducit, ut ſcilicet feruenti deſiderio opera iuſtitiæ impleamus, ſicut feruenti deſiderio eſurieus & ſitiens cupit cibum uel potum. Vnde quarta beatitudo ponitur: Beati qui eſuriunt, &c. Circa ſpontanea uerò dona nos perficit uirtus, ut illis donemus, quibns ratio dictat eſſe donandum: puta amicis, aut alijs nobis coniunctis: quod pertinet ad uirtutem liberalitatis. Sed donum propter Dei renerentiam ſolùm neceſsitatem conſiderat in his quibus gratuita beneficia præſtat. Vnde dicitur Lucæ 14. Cum facis prandiũ, &c. quod propriè eſt miſereri. Et ideo quinta beatitudo ponitur: Beati miſericordes. Ea uerò quæ ad contemplatiuam uitam pertinent, uel ſunt ipſa beatitudo finalis, uel aliqua incoatio eius. Et ideo non ponuntur in beatitudinibus tanquam merita, ſed tanquam præmia. Ponuntur autem tanquam merita effectus actiuæ uitæ, quibus homo diſponitur ad contemplatiuam uitam. Effectus autem actiuæ uitæ, quantum ad uirtutes & dona, quibus homo perficitur in comparatione ad proximum, eſt pax, ſecundum illud Eſaiæ 30. Opus iuſtitiæ pax. Et ideo ſeptima beatitudo ponitur: Beari pacifici. Prima ſecundæ, quæſt. 69. arric. 3. Et: Vltima & perfecta beatitudo expectatur in futura uita. Ibidẽ quæſt. 3. artic. 5. Item: Sanctis repromittitur pro præmio non ſolùm uiſio Dei & delectatio, ſed etiam corporis bona diſpoſirio. Dicitur enim Eſaię ultimo: Videbitis & gaudebit cor ueſtrum. Ergo bona diſpoſirio corporis requiritur ad beatitudinem. Ibidem quæſt. 4. artic. 6. Item: Dicitur Iohan. 14. Iu domo patris mei manſiones, &c. Per quas, nt Auguſtinus dicit, diuerſæ meritorum dignitates intelliguntur in uita æterna. Dignitas antem nitæ æternæ, quæ pro merito datnr, eſt ipſa beatitudo. Ergo ſunt diuerſi gradus beatitudinis, & non omnium eſt æqnalis beatitudo. Ibidem quæſt. 5. artic. 2. Item: In ratione beatitudinis duo includuutur, ſcilicet ipſe finis ultimus, qui eſt ſummum bonum, & adeptio uel fruitio ipſius boni. Quantum igitur ad ipſum bonum, quod eſt bearitudinis obiectum & canſſa, non poteſt eſſe una beatitudo alia maior: quia non eſt niſi unnm ſummum bonum, Deus ſcilicet, cuius fruirione ſunt homines beati. Sed quautum ad adeptionem huiuſmodi boni uel fruitionem, poteſt aliquis alio eſſe beatior: quia quanto magis hoc bono fruitur, tanto beatior eſt. Contingit autem aliquem beatius frui Deo quàm alium, ex eo quòd eſt melius diſpoſitus uel ordinatus ad eius fruirionem,

nem, & ſecundum hoc poteſt aliquis alio beatior eſſe. Ibidem quæſtione 5. articulo 2. Et: Status poſt hanc uitam eſt duplex. Vnus quidem ante reſurrectionem, quando animæ erunt à corporibus ſeparatæ: alius autem poſt reſurrectionem, quando animæ iteratò ſuis corporibus unientur. Ibidem quæſtione 67. articulo 1. Et: Duplex eſt hominis uita. Vna quidem exterior, ſecundum naturam ſenſibilem & corporalem: & ſecundum hanc uitam non eſt nobis communicatio uel cõuerſatio cum Deo & angelis. Alia autem eſt uita hominis ſpiritualis ſecundum mentem: & ſecundum hanc uitam eſt nobis conuerſatio & cum Deo & cum angelis, in præſenti quidem ſtatu imperfectè. Vnde dicitur Philip. 3. Noſtra conuerſatio, &c. Sed iſta cõuerſatio perficitur in patria, quando ſerui eius ſeruient Deo, & uidebunt faciem eius, ut dicitur Apocal. ultimo, &c. Secũda ſecundæ, quæſt. 23. artic. 1. Item: Natura non tollitur per gloriam, ſed perficitur. Ibidem quæſt. 26. artic. 13. Et: In ultimo ſtatu poſt reſurrectionem anima commonicabit quodammodo corpori ea quæ ſunt ſibi propria, in quantum eſt ſpiritus: immortalitatem quidem, quantũ ad omnes: impaſsibilitatem uerò & gloriam & uirtutem, quantum ad bonos, quorum corpora ſpiritualia dicentur. Vnde poſt reſurrectionem homines cibis nõ indigebunt, ſed in ſtatu innocentiæ eis indigebát. Prima ſummæ, quæſt. 97. artic. 3. Item: Duplex eſt uita. Vna quidem corporis ab anima, quæ dicitur uita naturæ: alia à Deo, quæ dicitur uita iuſtitiæ uel uita gratiæ. Et hæc eſt per fidem, per quam Deus inhabitat in nobis, ſecundum illud Abac. 2. Iuſtus autẽ meus in fide ſua uiuet. In Cõpendio Theolog. tractatu 2. cap. 55. Et: Vita æterna nihil aliud eſt quàm cognoſcere Deum. Vnde dicit Dominus Iohan. 17. Hęc eſt uita ęterna, &c. Hęc aũt cognitio Dei incipit hîc per fidem, ſed perficitur in uita futura, in qua cognoſcemus eũ ſicut eſt. In expoſitione art. fidei cap. 1. Et: Tres ſunt uitæ humanæ. Prima eſt animę ſimul cum corpore, ſecunda eſt animæ relicto corpore, tertia eſt reſumpto corpore. In expoſit. Miſſæ, cap. 11. Et: Expectatur in futura remuneratione duplex gloria, ſcilicet ſpiritualis & corporalis, nõ ſolùm in corporibus humanis glorificandis, ſed etiam in toto mundo innouando. Prima ſummæ, quæſt. 66. artic. 3.

Albertus: Sanctorũ conuerſatio eſt cum angelis in cœlo. capite 15. ſuper Lucam. Item: Hæc eſt cœlum, in qua habitabunt ſancti in gloria. Quia licet cœlum ſit reſpectu terræ, in qua habitant morientes: tamẽ terra dicitur reſpectu ſuperioris cœli, in quo trinitas habitat, quod dicitur cœlum trinitatis. In Matth. cap. 5. Item: Eſt autem hæc requies animarum in uiſione ueritatis, in amore bonitatis, & in ſecuritate æternitatis. Primum reſpondet fidei, ſecundum charitati, tertium ſpei. Ibid. cap. 11.

Ægidius: In ipſo cœlo empyreo quaſi in quadam flamma, non ab ardore, ſed à ſplendore erunt corpora beatorum longè lucidiora iſto cœlo, & erunt quaſi quidam ſoles & quaſi quædam ſtellæ illius cœli ſe mutuò uidentia in ipſo cœlo: quia propter diaphanietatem & propter ſplenditatem proprietatum corporum unum non celabitur alteri, ſed ſimul gaudebunt & lætabuntur ex mutua uiſione. li. 2. Hex. cap. 23.

De ſinu Abrahæ. Albertus: Sinus Abrahæ eſt regnum cœlorum, in quo beati collocantur in manſionibus ibi à Chriſto paratis. Super Luc. cap. 16.

DE INFERNO.

Alexander: Infernus uno modo dicitur locus, & eſt nomẽ loci infimi deputati animabus damnatis: & hoc modo dicebantur ſancti deſcendiſſe ad inferos uel in infernũ, & anima Chriſti. Alio modo dicitur actus, & maximè pœnalis, ut magis ſit nomẽ pœnę quàm loci: & ſecũdum hæc dæmones exiſtentes in iſto aere caliginoſo, dicũtur eſſe in inferno ratione pœnæ. part. 3. quæſt. 29. memb. 4.

Innocentius ait: In ſacra ſcriptura infernus quandoq; dicitur miſeria pręſentis uitæ. Vnde: Pericula inferni inuenerunt me, &c. Num. 16. Quandoq; uitiorũ profundũ. Vnde eſt illud: Deſcenderunt in infernũ uiuentes. Pſal. 17. Quandoq; ipſius qui trahit alios ad interitũ. Vnde: Dolores inferni circũdederunt me. Eſa. 14. Quandoq; hiatus terræ. Quãdoq; locus pœnarũ. Vnde: Infernus ſubter cõturbatus eſt in occurſum aduentus tui. cuius duæ ſunt partes, inferior & ſuperior, propter quod dicitur: Eruiſti animã meã ex inferno inferiori. Superior dicebatur limbus inferni, uel ſinus Abrahæ, de quo dicit Iob: In inferno deſcendat anima mea. Inferior autẽ dicitur Tartarus uel Gehenna, de quo Dominus ait: Mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt in inferno. In hoc quidem inferno nullus Domino confitetur. Infernus eſt & ipſe diabolus. In Pſal. 1. pœnit.

Bonauentura ait: Infernus non eſt habitatio Dei, ſed dæmonum: ipſa namq; habitatio loco gaudij habet remorſum conſcientiæ, loco lucis habet tenebras ignorantię, loco amoris ordinati habet ignem concupiſcentiæ. In 5. dieta cap. 24.

Thomas: Dicitur aũt infernus abyſſus, quia

quia caret candore & omni gaudio, & quia caret fundamento, id eſt fine, pœnarum. Super Apocalypſ. capite nono. Et: Infernus quandoq; nominat locum, aliquando nominat ſupplicium. De humanitate Chriſti, cap.21.

Albertus: Infernus dicitur ſuperbia diaboli. cap.1. ſuper Lucam.

Iuſtè punit. Innocentius: Quòd Deus pro malis temporalibus tribuit perpetua, non eſt ei ad iniuſtitiam deputandum. Pſalmo tertio pœnitent. Item: Deus iuſtè punit reprobos in perpetuum, quia perpetuos eos inuenit inimicos, quos & ipſe iuſtè in ſuo punire decreuit æterno, dum eum iniuſtè offendere præſumpſerunt. Ibidem.

Qualis. Innocentius: Damnatorum reſtis ex tribus funiculis contexitur, qui ſunt: Obſcuritas tenebrarum, acerbitas pœnarum, diuturnitas pœnarum. Sermo.2. in die Cinerum. Item: Sicut ouis non carpit herbam, ſed paſcit, ut herba ſemper renaſcatur ad paſtum: ita infernus non conſumit hominem, ſed affligit, ut homo ſemper uiuat ad mortẽ. Ser.2. in conuerſ. Pauli. Item: In gèhennalibus ſupplicijs tria ſunt pręcipuè conſideranda: Obſcuritas tenebrarum, acerbitas pœnarũ, diuturnitas miſetiarum. de qnibus Dominus inquit in Euágelio: Ligatis manibus & pedibus proijcite eũ in tenebras. Ser.2. in feſto de martyr. Item: Vtinam in morte terminus miſeriarum exiſtat, ne poſt mortem cumulus miſeriarum accreſcat: poſt mortem enim incomparabiliter maiores erunt miſeriæ in inferno, quàm ſunt ante mortẽ in mundo. Pſal.3. pœnit. Item: Propter acerbitatem pœnæ pœnitebunt de malo pręterito, quo tantam pœnam incurrere meruerũt. Item: Quamdiu anima in hoc mortali corpore manet incluſa, multis afflictionibus tribulatur: ſed cùm illa exuitur carne, de tribulatione huius mũdi liberatur, ne grauiorem tribulationem incurrat. Pſal.7. pœnit. Item: Mali ſiquidẽ quatuor dolores patiuntur in morte. Primus dolor eſt, anguſtia corporis. Secundus dolor eſt, quando iam pœna deſatigato corpore, & ſuis exhauſto uiribus, animo multò liberius uidet tunc in momẽto occurrere omnia opera bona uel mala quæ fecit, quæ omnia reducuntur ad oculos interiores. Dolor iſte eſt tantus, & retractio iſta tam grauis eſt, quòd anima plurimum turbata cogitur quaſi ſeipſum odiſſe. Tertius dolor eſt, quando anima adhuc in corpore poſita uidet ſpiritus malignos ad rapiendum ſe paratos, &c. Quartus dolor eſt, quádo anima iam incipit tam iuſtè dijudicare, & ſibi pro ſuis iniquitatibus ſingulis omnia debita gehennæ tormenta uidet imminere, &c. lib.2. de contemptu mundi, cap.42. Item: Vindicta carnis impij, uermis & ignis. Vterque duplex: interior & exterior. Interior, qui ròdit & urit cor: exterior, qui rodit & urit corpus. Affliget memoria, ſera turbabit pœnitentia, torquebit anguſtia. Ibidẽ. Item: Pœnæ autem infernales ſecundũ diuerſa peccata ſunt diuerſę. Prima eſt ignis, ſecunda frigus, de his dixit Dominus, Ibi erit fletus & ſtridor. Fletus propter fumũ ignis, ſtridor propter frigus. Tertia, fœtor. Quarta, uermes indeficientes. Quinta, mallei percutientes. Sexta, tenebrę palpabiles exteriores & interiores. Septima, confuſio peccatorum. Octaua, horribilis uiſio dæmonũ, qui uidebuntur in excuſsione ſcintillarum de igne aſcendentiũ. Nona, igneę catenæ, quibus impij ſingulis mẽbris conſtringentur. Prima eſt concupiſcentium, ſecunda malitioſorum, tertia luxurioſorum, quarta inuidorum, quinta eorũ qui in hoc ſeculo per flagella non meruerunt caſtigari, quia tentauerũt & exacerbauerunt Dominum: ſexta eorũ qui in tenebris ambulantes ad lumen uerum, ſcilicet Chriſtum, uenire contempſerunt: ſeptima confitentium peccata ſua, & pœnitenriam contemnentiũ: octaua illorum qui in hoc ſeculo libenter uident mala, & faciunt: nona illorũ qui per ſingula uitia ſunt defluxi, qui ambulant in deſiderijs ſuis, & eunt poſt concupiſcentias ſuas. Ibidem lib.3. cap.4. Itẽ, de ineffabili anguſtia damnatorum uide ibidem cap.5. ubi & dicit: Reprobi nõ ſunt uiſuri beatos in gloria. Eſt apud inferos ſumma tenebrarum obſcuritas, immenſa pœnarum acerbitas, infinita miſeriarum acerbitas. Ibidem capite 6. Item: Singula membra pro ſuis peccatis propria ſuſtinebunt tormenta, ut in eo puniantur in quo peccauerunt. Item: Reprobi non ſolùm exterioribus, ſed etiã interioribus tenebris inuoluentur: quia ſpirituali pariter & corporali luce carebunt. Tantam aũt in pœnis reprobi tolerabunt anguſtiam, ut uix aliquid cogitare ualebunt præter pœnas. Ibidem cap.7. Item: Erit tanta in reprobis mentis obliuio, tanta cæcitas animi, tanta confuſio rationis, ut rarò uel nunquam ad cogitandum quicquam de Deo poſsint aſſurgere, nedum ad confitendum ualeant aſpirare. Ibidem.

Bonauentura ait: Pœnæ reproborũ erũt acerbiſsimæ & intolerabiles. Grauiſsima enim pœna quę in hoc mũdo poteſt tolerari, minor eſt pœna purgatorij. In Scriptura nouem pœnę infernales inueniũtur. Pœna prima eſt ignis, ſecũda uermis. Ignis ardebit car-

bit carnem, uermis ardebit mentem. Eſaię ultimo: Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Tertia pœna eſt fœtor. Pſal. Ignis, ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum, id eſt, pœnæ eorum. IIII. Frigus. idq; probat ex Hiob. 24. V. Fames maxima. Eſaiæ 45. Ibi enim eſt tanta inopia, quòd neq; guttam aquæ poterunt habere, ut apparet ex diuite Lucæ 16. VI. Tortor, uel potius tortores. Matthæi 18. VII. Horror. Hiob 9. VIII. Tenebræ, in qua incarcerabuntur & ligabuntur reprobi. Matth. 22. IX. Pœna & quaſi principalis erit, dolor: quia in illis pœnis non ſolùm erit acerbitas, ſed contrarietas, idque ex Gregorio. Deinde quatuor ſunt cauſſæ doloris. Prima eſt, quia amiſerunt bona temporalia huius mundi. idque probat ex pſalmo. Secunda cauſſa, quia tempus perdiderunt. Hierem. 1. Damnati enim darent libenter totum mundum pro uno momento temporis, ſi poſſent habere, ad pœnitendum. Tertia cauſſa eſt, quia uiſionem & gloriam Dei perdiderunt. unde dicit Chryſoſt. quòd omnes gehennæ cruciatus ſunt carentia uiſionis Dei. Quarta cauſſa eſt, quia inferni uilitatem & miſeriam acquiſierunt. Eſt enim locus infernalis tenebroſus & pernicioſus, quod erit maxima pœna diuitibus & hominibus uoluptuoſis & magnatibus: quia in uita habuerunt domos ſine fumo, ibi erit fumus cõtinuus. Eſaiæ 45. Præterea ibi eſt pœnarum diuturnitas: pœnæ infernales erunt diuturnæ, imò ſempiternæ. Probat ex Eſaię 33. Matt. 25. item Gregor. Deinde in inferno eſt pœnarum uniuerſitas. Sunt enim quidam dicere uolentes, quòd in inferno uniuerſæ partes hominis, tã corporis quàm animę, poſt diem iudicij erunt in igne. Probat ex Matthæo. Nunc autem uidemus, quòd homo non poſſet ſine maximo tormento ignem in parte unius digiti ſuſtinere per unam horam: quantus ergo dolor, quãdo totus homo ardebit in igne? Vltimò, iſtæ pœnæ infernales erunt inutiles & infructuoſæ. Pœna enim præſentis uitæ breuis eſt, leuis & fructuoſa: ſed illa erit longiſsima & grauiſſima & infructuoſa. quia etſi dãnatus flendo tantum de lachrymis emitteret, quantum eſt de aqua in mari, non ſufficeret ad lauandam maculam unius peccati mortalis. In 9. diæta ca. 49. Item: Pœna infernalis eſt in loco corporali deorſum, in quo æternaliter affligẽtur omnes reprobi, tam homines quàm ſpiritus mali. Affligentur autem eodẽ igne corporali, qui cremabit & affliget ſpiritus & etiam corpora: nec tamen corpora illa conſumet, ſed ſemper affliget, alios plus & alios minus, ſecundum exigentiam meritorũ. Huiuſmodi autem afflictioni ignis coniuncta erit pœna uerbis, & carẽtia uiſionis Dei, ita quòd in his pœnis erit uarietas, & cum uarietate acerbitas, & cum acerbitate interminabilitas, ut ad reproborum ſupplicium tormentorum fumus aſcendat in ſecula ſeculorum. In 7. parte Breuiloquij, cap. 6.

Thomas ait: Corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quamuis ſint paſsibilia. Incorruptibilitatis autem prima cauſſa & principalis, eſt iuſticia diuina, quæ cõſeruabit corpora damnatorum in pœnis perpetuis. Quodlibet 7. artic. 11. Item: Damnati in inferno exiſtentes poſt diem iudicij memores erunt gloriæ ſanctorum, quam ante iudiciũ & in iudicio uiderunt: & ſic cognoſcent eos eſſe in maxima gloria, quamuis non uideãt ipſos beatos nec gloriam eorum, & ita inuidia torquebuntur. Et ſic afflictio quę eſt in eis nũc ex tali uiſione, manebit uiſione ſublata: de quo etiam magis dolebunt, uidentes ſe etiam uiſione ſanctorum indignos reputatos. Quodlibet 8. art. 16. Item: Damnati inuidia ſtimulante uellent ſuos propinquos cum omnibus alijs eſſe damnatos, & dolebunt, ſi ſciunt aliquos eſſe ſaluatos. Sed tamen ſi non omnes debent ſaluari, ſed aliqui ſaluati, magis uellẽt ſuos propinquos quàm alios à damnatione liberari. Quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, ſi uideãt ſaluari alios, & ſuos damnari. Et per hunc modum diues dãnatus nolebat ſuorum damnationem. Ibid. artic. 17. Item: Maxima pœna erit, hominẽ à beatitudine excludi: poſt hanc autem uirtute priuari, & perfectione quacunq; naturalium uirtutum animæ ad bene agendum: dehinc naturalium potẽtiarum deordinatio: poſt hoc autem, corporis nocumentũ: demum autem, exteriorum bonorũ ſublatio. Contra gentiles cap. 141. Et: In inferno nulla erit temperies. In lib. Hiob. cap. 24. Et: Semper patiuntur corpora damnatorum, non tamen corripiũtur. In compen. theol. tract. 1. cap. 177. Et: Illi qui ſunt in inferno, retinebunt peruerſam uoluntatem, auerſam à Dei iuſticia in hoc quòd diligunt ea pro quibus puniuntur, & uellent eis uti ſi poſſent, & odiũt pœnas quæ pro huiuſmodi peccatis infliguntur. Dolent tamen etiã de peccatis quæ cõmiſerunt, non quia ipſa odiant, ſed quia pro eis puniuntur. Sic ergo talis deteſtatio diuinæ iuſticiæ eſt in eis interior cordis blaſphemia. Et credibile eſt, quòd poſt reſurrectionem erit in eis etiam uocalis blaſphemia, ſicut in ſanctis uocalis laus Dei. Secunda 2. qu. 13. artic. 4.

Albertus: Pœna autem æterna eſt ideo, quia uoluntas peccandi eſt æterna. Cum enim aliquia cauſſa finalis impœnitentiæ in peccato moritur,uoluntas eius in malo obſtinatur,& in æternum propter hoc gratiæ inſuſceptibilis efficitur: & ideo nunqũam peccatum aliquod ab eo ſoluitur,& cùm pœna peccatũ inſequatur,conſequẽs eſt ut in ęternum puniatur.In Matt.cap.7.

Ægidius ait: Ite maledicti in ignem æternum,qui paratus eſt diabolo & angelis eius: ſcilicet cum angelus naturaliter non ſit minus ſpiritualis quàm anima, ſi ipſe poteſt pati ab igne inferni,qui paratus eſt ei per diuinam iuſticiam:ergo multò magis anima. Reſp. Dicendum,quòd omnino tenendum eſt cum catholica fide, animam pati ab igne: ſed quomodo patitur, difficile eſt uidere. fol.11.fac.1.col.1. Recitat ea de re uarias opiniones & modos docendi. Et facie 2.col.2.fol.11. inquit: Ille ignis reſpectu animæ aliquid habet,ut res quædsm eſt, & aliquid ut inſtrumentum diuinæ iuſticiæ.Deinde refutat ordine cõtraria argumenta. Item:Ignis inferni in uirtute Dei agit in animam intentionaliter immutando ipſam, ſecundum quem modum eam affligir & cruciat: & ut magis ad punctum deſcendamus, dicamus quòd animæ peccatorum, quia ſuam rationem & ſuum intellectum ſuppoſuerũt rebus materialibus & ſenſibus, dignum eſt ut intellectus in eis fungatur uice ſenſus. Et ſicut naturalis ignis poteſt immntare ſenſum cauſſando intentionalem immutationem:ſic ignis inferni cauſſabit uirtute diuina intellectum animæ ſeparatæ, uel cauſſabit in intellectu ſpiritus maligni intentionalem quandam immutationem,propter quam uerè affligitur anima, ſicut uerè affligitur caro propter immntationem intentionalem factam in ſenſu.In tract.de inferno cap.13. Item:Nunquam dolor animæ exiſtentis in inferno ceſſabit,quia talis paſsio non ceſſabit,qnia anima corrumpi non poteſt à tali igne, cum ſecum non communicet in materia. Dicemus ergo, quòd ſicut Deus in beatis eſt omnia in omnibus, quia quicquid homo deſiderabit,erit in Deo ſuum deſiderium adimpletum:ſic ignis inferni in anima ſeparata eſt quodammodo omnia in omnibus,quantum ad afflictionem, quia ille uirtute diuina affligit intellectum,qui fungitur uice ſenſus, ita quòd non poſsit de aliquo cogitare. Dicemus ergo, quòd ſic affligitulr anima per ignem, ſicut nunc caro per ignem. In tract. de inferno cap.13. Item: Ignis inferni in uirtute iuſticiæ diuinæ poterit aliquid efficere in intellectum animæ ſeparatæ, affligendo & cruciando eam. fol.16. Et: Dupliciter ille ignis affliget damnatos:quia tam ſenſua damnatorum, qnàm etiam intellectus percipiet illum ignem, non ſolùm ut quid cognoſcibile,ſed etiam ut nociuum: quia damnari percipiendo illum ignem ſenſibiliter affligentur per ſenſum, & percipiendo ipſum intelligibiliter cruciabuntur per intellectum, & fiet redundantia ab huiuſmodi dolore in illum, ut à cruciatu in intellectu fiat dolor & paſsio in corpore & in ſenſu:& probabiliter etiam ſuſtineri poteſt, quòd etiam econtrariò contingat, ut à dolore in ſenſu reſultet in intellectn: quia uirtute diuina, ut in reſurrectione alia dicebatur,intellectus damnatorũ tunc induet quodammodo modum ſenſus.Ex hoc autem patere poteſt, quanta ſit acerbitas illius doloris, & quanta ſit illa paſſio. Et dicit fore ibi quadruplicem dolorem. Primus, inquit, erit ex impreſsione ſpeciei in intellectu, & iſte erit maximua. Secundus erit ex redundantia impreſsionis intellectus in ſenſu,& iſte erit quaſi ſimilis primo. Tertius erit ex impreſsione ſenſus, ſi longè maior quàm nunc fiat in corporibus noſtris ex applicatione ad ignem. Quantus erit dolor ex impreſsione facta in intellectu, quaſi illa differentia erit inter iſtum dolorem & illum qui eſt inter ignem uerum & ignem pictũ. Quartus dolor erit ex redundantia ſenſus in intellectu, & iſte reſpectiuè eſt minimus iſtorum dolorum:naturaliter erit magnus dolor in ſe,ſed reſpectu aliorum dolorum eſt paruus. Deinde refutat fol.18. argumenta contraria.

Næuus eſt Alexandri,animas poſt mortem corporis poſſe liberari. Ait enim: Dicendum, quòd de exigentia meritorum propriorum non eſt poſsibilis liberatio, ſed de exigentia meritorum Eccleſiæ aliquorum poſsibilis fuit liberatio. Deinde notandum, quòd infernus dicitur pœna acerbiſsima & æterna. Nullus ergo addictus pœnæ inferni quantum ad æternitatem,ſed addictus pœnæ inferni quantum ad acerbitatẽ,poteſt liberari,etſi non meritis proprijs,tamen meritis alienis: ſicut accidit in illis qui ſuſcitati ſunt ad preces ſanctorum.parte 1.quæſt.21.memb.2.

Thomas ait: Ad infernum animæ omnium hominum deſcendebant, etiam iuſtorum, ante Chriſtum, licet iuſti ibi pœnas ſenſibiles non paterentur, ſed ſolùm tenebras, alij uerò & pœnas & tenebras. In librum Hiob. capite 10. Item: Omnes antiqui ante redemptoris aduentum (de quo ſuprà locutus fuerat) ad inferna

deſcen-

deſcendebant: ſed quidam aduerſitatibus preſsi in uia, non ſubitò, ſed per multas amaritudines ad inferna deſcendebant, ſicut Iacob dixit: Deſcendam ad filium meum in infernum. Sed illi qui proſperitate uigent uſq; ad mortem, quaſi ad punctum uſq; ad inferna deſcendunt, propter multa mala quæ faciunt. In lib. Hiob. cap.21. Et: De damnatione impiorum eſt loqui tripliciter: aut in quantum afflictio, aut in quátum iuſtè infertur ex diuino iudicio, aut in quantum poſt ipſorũ damnationem complebitur ſanctorum retributio. Primo modo non gaudẽt ſancti de malorum damnatione: non enim placet eis eorum afflictio in afflicto. Sed ſecũdo modo & tertio exultant de ea, non abſolutè, ſed per comparationem ad diuinam iuſticiam, cui concordant, & ad propriam gloriam quam amant. ſuper Apoc.cap.18.

Qui in inferno. Thomas: Diabolus detinet animas reproborum in inferno, & ita diabolus teñet eas ſimul & infernus. ſuper Apocal. cap.20. Et: Infernalis pœna debetur diabolo & eius equo, id eſt impijs. Licet enim non puniatur poſt iudicium, tamen acerbius punietur, & tũc non euagabuntur dęmones ut nunc, ſed in inferno erũt immerſi. Citat Greg. Antiquus hoſtis Belial, uidelicet crudelis & fortis, in medio captiuus ducetur. ſuper Apoc.ca.6.

Albertus: In inferno proijci iubẽtur ſerui nequam. In Matth.cap.5.

De loco. Thomas: Quidam ſunt ſub terra, ut dæmones & dãnati homines. In lib. Hiob.cap.1.lectione 2. Item: Infernus eſt infra terram. ſuper Apocal.cap.9.

Ægidius ait: Eſt itaq; infernus corporalis locus, quia eſt locus infimus, & ille ignis eſt corporalis ignis: anima tamẽ exuta corpore non eſt localiter, id eſt, per commenſurationem, ſicut corpora quæ cõmenſurantur loco, ſed ſolùm per applicationem uirtutis ad infernalem ignem. Ex qua applicatione infernalis ignis ſimilitudinem ſuam in intentionalem uirtute diuina immutat intellectum, tam animæ quàm ſubſtantiæ ſeparatę. Ex qua immiſsione uerè cruciãtur tam animæ damnatæ, quàm ſpiritus mali. In tract. de inferno cap.14. Et: Quòd infernus dicit uerè corporalem locum. Et dictum Auguſtini, quod uidetur eſſe contrarium, non eſt aſſerendo, ſed magis noſtra ingenia exercitando dictũ. ca.9.

De loco animarum opinio. Thomas: Sanctarum animarum felicitas in ſolis bonis ſpiritualibus erit: pœna uerò animarum damnatarũ ante reſurrectionem, non ſolùm erit in malis ſpiritualibus, ut aliqui putauerunt, ſed etiam pœnas corporeas ſuſtinebunt. Cuius diuerſitatis ratio eſt, quia animæ ſanctorum, dum in hoc mundo fuerunt unitæ corporibus, ſuum ordinem ſeruauerunt, ſe rebus corporalibus non ſubijciẽdo, ſed ſoli Deo, in cuius fruitione tota eorum felicitas conſiſtit, non autem in aliquibus corporalibus bonis. Malorum autem animæ ordinę non ſeruato ſe per affectum rebus corporalibus ſubdiderũt, diuina & ſpiritualia contemnentes. Ita conſequens eſt, ut puniantur non ſolùm ex priuatione ſpiritualium bonorum, ſed etiam per hoc quòd rebus corporalibus ſubdãtur. Et: Imò ſi qua in ſcripturis ſacris inueniantur, quæ ſanctis animabus corporalium bonorũ retributionem permittant, myſticè ſunt exponenda, ſecundum quod in prædictis ſcripturis ſpiritualia ſub corporalium ſimilitudine deſignari ſolent. Quæ uerò animabus damnatorum prænunciant corporeas pœnas, utpote quòd ab igne inferni cruciabũtur, ſunt ſecundum literam intelligenda. In Compend.theolog.tract.1.cap.179.

De pijs in inferno ait Thomas: Pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, ubi non eſt pœna ſenſus. In infernum autem detruduntur homines propter ſolum peccatum mortale. Prima 2.quæſt.89.artic.6.

De Lymbo. Albertus: Dicendum, quòd Lymbus patrum erat in tenebris, quo ad hoc, quòd uiſionem Dei non habebant: tamen aliquid lucis habuerunt gratiæ interioris propter felicẽ fidem & ſpem, qua redemptorẽ expectauerũt. ca.16. ſuper Luc.

Ægidius: Ante Chriſti paſsionem erat clauſa ianua regni cœleſtis, quia nondum ſolutum erat precium pro peccato primi hominis, prout fuit infectio totius humanæ naturæ, pro quo purus homo ſatisfacere non potuit. Ideo ibãt, inquit, ad Lymbum ſanctorum patrum, quem Chriſtus expoliauit, ducens ſecum ad cœlos captiuatos: nunc autem nullus ad talem locum accedit. In tract. de inferno cap.15.

De purgatorio malè inquit Alexander: Vt anima purgetur igne purgatorio, requiritur quòd ignis ille habeat uirtutem ſupra naturam, quòd ſit aliquid purgabile in anima, & gratia fidei, qua uicium uel labes animæ purgabilis ſit: quia niſi eſſet gratia, ignis ille non haberet poteſtatem purgandi, ſed ſolùm puniendi: ſicut patet de igne inferni, qui licet ſit ex omnibus conflagratus, ſolùm poteſt ad pœnam, nõ ad purgationem: quia gratia cum uicio facit, quòd uiciũ eſt delebile per corporale agens. part.4.qu.8. memb.3.artic.5. Item: Licet ignis purgatorius non opponatur

reatui: tamen in quantum data eſt ſibi ipſi uirtus purgandi animas à reliquijs peccati aliquibus, ignis purgatorius & ipſa anima habent quodãmodo illud genus oppoſitionis, quæ eſt inter actiuum & paſſiuum. Vnde ignis purgatorius non dicitur purgare pœnam ſiue reatum, ad quem tenetur ex commiſsione peccati, ſed ipſam animam aliquo modo maculatam ex peccato cõmiſſo. parte 4. qu. 65. mẽb. 4. art. 4.

Innocentius ait: Non punias me igne purgatorio, in quo tanta erit incendij uehementia, quòd quaſi furere uideberis etiam in electos, cùm minor pœna quæ erit in purgatorio, cenſeatur maior quantalibet pœna quæ eſt in hoc mundo. Pſal. 3. pœnitent.

Bonauentura: Ignis purgatorius eſt ignis corporalis, quo tantùm ſpiritus iuſtorum, qui in hac uita non impleuerunt pœnitentiam & ſatisfactionem condignam, affligentur ſecũdum plus & minus, ſecundum quod plus de cremabili ſecũ ex hac uita traxerunt. Affliguntur autem minus grauiter quàm in inferno, & magis grauiter quàm in hoc mundo: non ita grauiter, quãdo ſperent & ſciant ſe in inferno non eſſe, licet fortè præ pœnatum magnitudine hoc aliquoties non aduertant. Hac autem afflictione ab igne corporali eis inflicta purgantur ſpiritus à reatibus & ſcorijs & etiam reliquijs peccatorum: quibus ſufficienter expurgatis, immediatè euolãt & introducuntur in gloriam paradiſi. In 7. parte Breuiloq. cap. 2. Item: Adducit tres locos ſiue receptacula poſt hanc uitam ad peccata hominum punienda, ſecundum triplex genus peccati. Eſt enim locus purgatorius, & hic debetur peccato ueniali. Eſt lymbus, & hic debetur peccato originali. Eſt infernus, & hic debetur peccato mortali, &c. In 2. parte Centiloq. cap. 3.

Thomas ait: Eſt uniuerſalis Eccleſiæ cõſuetudo, quæ pro defunctis orat: quæ quidem oratio inutilis eſſet, ſi purgatorium poſt mortem non ponatur. Nõ enim orat Eccleſia pro his qui iam ſunt in termino boni uel mali, ſed pro his qui nondum ad terminum peruenerunt. In ſumma cõtra gentiles lib. 4. cap. 91. Item: Remiſsio uenialis peccati in purgatorio, quantum ad pœnam, eſt ex parte purgatorij: quia hoc patiendo exoluit quod debet, & ita ceſſat reatus. Sed quantum ad culpam, non remittitur per pœnam, nec ſecundum quod actus ſuſtinetur, quia non eſt meritoria: neq; ſecundum quod recogitatur. non enim eſſet motus charitatis, quòd aliquis deteſtaretur peccatũ ueniale propter pœnam: ſed magis eſſet motus timoris ſeruilis uel naturalis. Remittitur ergo in purgatorio ueniale quantum ad culpam uirtute gratiæ. In diſputatis quæſtionibus, de peccato ueniali, artic. 11. Item: Status purgatorij medius eſt quidem, quantum ad aliqua inter ſtatum præſentis uitæ & ſtatum gloriæ: non tamen quantum ad hoc, quòd ſit ibi culpa ſine pœna, uel pœna ſine culpa. Ibid. Item: Vna pars eſt quæ incœpit pœnitentiam & compleuit, huic ſtatim reddetur paradiſus. Alia quæ incœpit, ſed non cõpleuit, huic debetur purgatorius. Alia quæ nec incœpit finaliter, nec compleuit, cui debetur infernus. Super Apocal. cap. 9. Et: Imminuitur uirtus huius ſacramenti (altaris) ab his qui purgatorium negant poſt mortem. Nam in purgatorio exiſtentibus præcipuum remedium in hoc ſacramento confertur. Opuſc. 1. contra errores Græc. cap. 32. Et: Similiter etiam contingit aliquos ex hac uita decedere ſine peccato mortali, ſed tamen cum peccato ueniali, per quod ab ultimo fine non auertuntur, licet circa ea quæ ſunt ad finem indebitè inhærendo peccauerint. Quę quidem peccata in quibuſdam uiris perfectis ex feruore charitatis purgantur, in alijs oportet per aliquam pœnam huiuſmodi peccata purgari: quia ad uitam æternam non perducitur, niſi qui ab omni peccato & defectu fuerit immunis. Oportet igitur ponere purgatorias pœnas poſt hanc uitam. Habent autem iſtæ pœnæ, quòd ſunt purgatoriæ, ex conditione eorum qui eas patiuntur, in quibus eſt charitas, per quam ſuam uoluntatem diuinæ uoluntati conformant, ex cuius charitatis uirtute pœnæ quas patiuntur eis ad purgationem proſunt. Vnde in his qui ſine charitate ſunt, ſicut in damnatis, pœnæ non purgant, ſed ſemper imperfectio peccati remanet: & ideo pœna ſemper durat. In Cõpend. theolog. tract. 1. cap. 182. Item: Quintus error eſt dicentium, non eſſe purgatorium animarum poſt mortem, eorum ſcilicet qui in charitate deceſſerunt, ſed aliquid purgabile habent. Contra quos dicitur 1. Corinth. 3. Si quis ædificauerit ſupra fundamentum, ſcilicet fidei per dilectionem operantis, lignum, fœnum, &c. detrimẽtum patietur, ipſe tamen ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. In tractatu de articulis fidei cap. 6.

Albertus affirmat eſſe Lymbum & purgatorium, cum dicit: Infernorum tam hi qui in Lymbo patrum Chriſtum expectabãt, quàm illi qui in purgatorio continuè purgabantur, per ipſum ſunt à captiuitate reducti. cap. 1. ſuper Lucam. Item: Animas no-

mas noſtras exutas corporibus trãſire ad infernum uel purgatorium, ſuper 2.Sent. diſtinct.24. aſſerit. Item: Purgatorius ignis alius eſt ex ordine iuſticiæ determinantis locum pœnitentiæ ei qui in culpa eſt, & ad plenum non ſatisfacit, & alius ex diſpenſatione. Primo modo non eſt niſi unus locus purgatorij, quem puto eſſe ſuperiorem partem inferni, habentem in ſe affligens ad purgationem cum aliqua conſolatione ſpei de futura per miſericordiam liberatione. Ex diſpenſatione autem multa ſunt loco purgatoria. ſuper 4. Senten.diſtinct.20.

Ægidius ait: Præter paradiſum & infernum eſt dare purgatorium & Lymbum puerorum, & quod ante Chriſti aduentum erat dare Lymbum ſanctorũ patrum, & quomodo pro peccato tẽporali debeat infligi pœna æterna.cap.15. Et:Præter paradiſum & infernum eſt dare tertium locum,id eſt purgatorium. Cum enim multi decedũt cum charitate & gratia: tamen quia non ſufficientem pœnitentiam egerunt in hoc mundo de peccatis ſuis, & quia nullum malum impunitũ, ſicut nec bonum irremuneratum, oportet ſic ſe habentes poſt hanc uitam alias pœnas tolerare, & in paradiſum introire, ut ſalui fiant ſic quaſi per ignem. Non ergo omnes pœnæ purgatoriæ ſunt, ut uidetur Plato ſenſiſſe, prout ei Auguſtinus imponit: quia in uita iſta pœnæ purgatoriæ ſunt, quia aliqui flagellantur in uita iſta, nec ex hoc pœnitent, ſed ex hoc incipit quaſi eorum damnatio. In tract. de inferno. Item: Dicamus ergo & concludamus, quòd quęcunque mala quis fecerit, dum tamen finaliter in charitate moriatur, in alia uita pœnas purgatorias ſufferre poterit, quia fortè non ſufficienter in hac uita pœnitentiam egerit de peccatis ſuis. In tractatu de inferno cap.11. Et: Eſt ergo triplicem locum dare, uidelicet paradiſum, qui eſt decedentium cum gratia, & non habentium ad purgandum. Eſt & purgatorium, qui eſt decedentium cum gratia, & habentium ad purgãdum: & infernus damnatorum, qui eſt decedẽtium ſine gratia, & non ualentium purgatorium recipere. Item: Præter paradiſum, infernum & purgatorium, eſt dare Lymbum puerorum, quod eſt quartus locus. Sed accedentes in actuali peccato digni ſunt, ut tormentis & pœnis æternis plectantur. Inſuper præter omnia hæc tria loca ante Chriſti aduentum erat dare alium locum, ſcilicet ſanctorum patrum Lymbum. Omnibus enim ante Chriſti paſsionem erat clauſa ianua regni cœleſtis: ideo ibant ad Lymbum ſanctorum patrum, quem Chriſtus expoliauit, ducens ſecum ad cœlos captiuatos. nunc autem nullus ad talem locum accedit.

CAPVT V.

DE HÆRESIBVS.

DE ALBIENSIBVS.

HÆRETICOS Albienſes, alij Albianos, alij Albingenſes, alij Albigeſios nominãt, uel ab autore, ut Sabellicus cenſet, uel à loco Galliæ ſic dicti. Albanos igitur cum hiſce Albingenſibus unam & eandem ſectam fuiſſe exiſtimamus. Vocarunt eos & Bagnolenſes, Baiolenſes, Concordenſes, uel Cozorenſes. Bernhard. Lucelb. Anton.4.part.ſum. tit.11.cap.7.

Exorti ſunt circa annum Domini 1206.

Primùm quidem cœpit iſta hæreſis Romæ. Sabel. tomo 2. Ennea.9. libró 6. Hermannus Schedel. ætate 6.

Sed poſtea latè propagata eſt hæc ſecta. Imprimis uerò Toloſatum comitatũ occupauit, in quo non tantùm plebei homines, ſed etiam illuſtres uiri huic ſeſe ſententiæ adiunxerunt.

Angliam quoq; iſta hæreſis inuaſit, teſte Londinenſi Chronico.

Dolendum autem eſt, capita & fundamenta huius ſectæ non eſſe à ſcriptoribus accuratè cõſignata. Multa enim ſunt, quæ ſuſpicionem mouent, longè aliter ipſos docuiſſe, quàm aduerſarij ipſorum annotarunt. Sed nos hæc recenſemus, ſicuti ſunt in literas relata.

Quædam autem à Manichæis, quædam uerò ex Origene Peri archon, eos ſumpſiſſe ferunt. Sic igitur docuerunt.

De Deo.

Duo eſſe principia, Deum uidelicet bonum & malum: hoc eſt, Diabolum, qui omnia corpora creet: & bonum Deum, qui animas creet. Cæſarius Ciſterc. in 5.diſt. Dialogi.

De Cœna Domini.

Chriſti corpus non aliter eſſe in pane, quàm alijs in rebus. Æmyl. lib.6.

De Baptiſmo.

Baptiſmum abijciunt. Cæſarius.

De Oratione in templis.

Ire in Eccleſias, uel in eis orare, nihil prodeſſe. Cæſarius.

De Eccleſia.

Epiſcopos papales cœtum ſceleratorum, &

rum,& Eccleſiam pontificiam cœtum infernorum eſſe.

De coniugio.

Matrimonia damnabãt: promiſcuos cõcubitus eoſq; nefarios, ſanctos ducebant.

De Reſurrectione.

Corporum reſurrectionẽ negant. Quicquid beneficij mortuis à uiuis impenditur, irrident. Cæſarius.

De Anima.

Animas defunctorum hominum tranſire aſſerunt per diuerſa corpora, etiam animalium & ſerpentum, ſi malè uixerint: ſin bene, in principis aut alterius illuſtris perſonæ corpus. Cæſarius.

De Cibo.

Carnem comedi prohibent. Vincentius lib.30.cap.9.

Porrò tribuit Bernhardus Lucelburgenſis Albingenſibus planè Cynicos mores, quòd nimirum Euãgelium urina conſperſum, de muro in hoſtes proiecerint, multis additis conuitijs.

¶Albanenſibus tribuuntur iſta dogmata ex lib. Inquiſit. Hemerici.

De Veteri Teſtamento.

Vetus Teſtamentum non eſſe à Deo.

De Deo.

Duo eſſe principia: unum bonum, alterum malum. Bonum Deum uiuificare & non occidere. Malum Deum uilificare & occidere corpora.

De Chriſto.

Chriſtum non eſſe Deum. Non aſſumpſiſſe carnem de uirgine, ſed è cœlo carnem duxiſſe.

Quòd non fuerit uerus homo, nec uerè comederit.

Nec habuerit ueras pœnalitates, non paſſus ſit in cruce, nec reſurrexerit, nec aſcenderit.

De Spiritu ſancto.

Hominem poſſe dare Spiritum ſanctũ.

De Mundo.

Mundum ſemper fuiſſe, ſemper futurum.

De Homine.

Quòd ante Chriſti aduentum non fuerint aliqui boni homines.

De Anima.

Deũ nec creare, nec infundere animas.

De Moſe.

Quòd Moſes fuerit malus.

De Adam.

Quòd Adam non fuerit à Deo.

De Peccato.

Peccatum non eſſe à libero arbitrio.

De Peccato originali.

Peccatum originale eſſe nihil.

De Confeßione.

Poſt peccatum non poſſe aliquem confiteri.

De Sacramento.

Sacramento obeſſe malam uitam prælatorum.

Sacramentum altaris & extremæ unctionis eſſe nihil.

De Baptiſmo.

Baptiſmum nullius eſſe efficaciæ.

De Eccleſia.

Eccleſiam non poſſe aliquid poſsidere, niſi in communi.

Non poſſe excommunicare.

Non debere perſequi malos.

Non poſſe facere conſtitutiones.

De Matrimonio.

Coniugium eſſe malum.

De Vſura.

Vſuram non eſſe prohibitam.

Ablata non reſtituenda.

De Reſurrectione.

Non eſſe reſurrectionem corporum.

CONFVTATIO.

Innocentius tertius papa Romanus, ad iſtam hæreſin extirpandam, anno Domini 1207. duodecim Abbates Ciſtercienſis ordinis in terram Albienſium mittit. Eſtq; his etiam additus Didacus Oxonienſis epiſcopus, qui ſecum habuit Dominicum, à quo poſtea nouus ordo eſt inſtitutus atq; cognominatus, ut habet Martini Chronicon.

Synodalis epiſtola concilij Baſilienſis narrat, Dominicum apud fanum Iouis ſub iudicibus deputatis, publicè cum Albingenſibus diſputaſſe. Vtinam uerò hiſtoria eius colloquij extaret. Ex ea enim iudicium de tota controuerſia planius fieri poſſet.

Sed quia Albienſes iſtorum legatorum doctrinæ & inſtitutioni cedere nollent, pontifex Romanus etiam arma in eos excitat, ac iubet cædibus ac uaſtationibus crudeliſsimè hæreticos de medio tolli. Vtq; hoc eò ardentius fieret, cruce eos donat atque inſignit, atque peculiariter ſanctificat, qui arma aduerſus Albienſes ſumerent: magnoſq; reditus paſsim indicit atque corrogat, quibus exercitus foueri poſsint. Curam autem belli gerendi pro ſuo pontificali culmine, ſcilicet pro more S.Petri, qui Malcho aurem in horto præcidebat, Leopoldo Sexto Auſtriæ duci, & Simoni Comiti Montefortis demandat. Hiſce porrò ex Hiſpania, Italia, Gallia & Germania, plurimos alios adiungit. Nam Monarchæ illi pontificiali, ſanctitatis nomine omnia imperanti, quilibet eo tempore obtemperare ſtudebat, imò &

imò & cogebatur. Habet autem & legatos ſuos Pontifex in exercitu, qui eius loco conſilia bellica gubernarent.

Biteras igitur primùm copiæ ducuntur. Legati autem papales atro carbone deditos iſti ſectæ notant, iubentque, ut uel ſponte ſua urbe excedant, uel ex ea pellantur. Id uerò cum non fieret, urbs ui capta, & promiſcua cædes facta eſt: hoc eſt, innocenres cum nocentibus ſunt trucidati. Carcaſſo deinde occupata, ſolis ueſtibus incolæ iubentur egredi, reliqua prædæ patent.

In Caſtro Mineruæ, centum quinquaginta uiri cremati ſunt uiui.

Albij anno 1210. initiò ſeſe dediderunt: uerùm cum dogmata illa, de quibus controuertebatur, retinerent, capite plexi ſunt authores defectionis. Vauro quoque ui capto, præfectus reſte ſuſpenſus eſt, nobiles ſecuri percuſsi: nec mulieribus, Pontificis legati pepercerunt. Nam Girardam eius oppidi principem fœminam in puteum præcipitatam, ſaxis deſuper inſectis enecarunt. Vincentius ait, eam ex fratre uel filio concepiſſe. Careum, Apiſtagium, Galliacum, Caoſacum, Fanum Marcelli, Fanum Antonij, Modacum & alia oppida ui expugnata ſunt, ingēti ſtrage edita.

Eodem tēpore Pariſijs quatuordecim, inter quos etiam ſacerdotes erant, hæreſeos iſtius arguuntur, ac decem igni traduntur. Vincent. lib. 29. cap. 106.

Londini unum de hac ſecta cōbuſtum eſſe, circa annum 1210, Balæus ex Londin. Chronico refert.

Anno Domini 1211. Pennenſem Agenois caſtrum dio obſeſſum, traditur. Septuaginta quatuor milites ſuſpendio perimuntur: cæteri reuocare derrectantes, igni comburuntur. Vincentius libro tertio, capite 2.

Anno 1213. Francis alijs bellis implicitis, Albienſes reſpirare iterum incipiunt. Raimundo Toloſatium comiti, & Petrus Tarraconenſium rex in auxilium uenit. Is cum ad Mirellum ſuper Garumnam acceſsiſſet, mox Fulſatiū Conuenarumq; comites cum ſua nobilitate ſe ei iungunt. Simon autem, apud quem erant pontifices Toloſatium, Agatenſium, Lodouenſium, Conuenarum, pulſi in exilium, quamuis eſſet impar uiribus, iubet illos pontifices preces fundere, ipſe prælio ſe committens uictoria potitur, uiginti millibus hominum cæſis ex parte aduerſa: ex ſuis autem militibus uix uno deſiderato, ut ſcriptores quidam annotant.

Vincentius autem ita narrat, Regem Arragonum, & comitem S. Ægydij, & comitem Faſi, Simooem Montisfortis obſediſſe in caſtro Murello, ibique commiſſo prælio, Simonem fudiſſe circiter 17000 hominum, tātùm octo ex ſua parte amiſſis. lib. 30. cap. 9.

Auenionenſes iſti ſectæ adſtipulantes, Ludouicus octauus rex Fraucorum, cùm alia ratione ab ea ſententia deduci non poſſent, anno demum ſeptimo bello adortus, mœnia ſolo æquauit, trecentasq; domos euertit. Inde digreſſus, cùm animo ſtatuiſſet ulterius Albienſea perſequi, morbo correptus obijt. Michael Ritius libro 2. de reg. Franc. Facta ſunt hæc circiter 1228. annum Domini. Robertus Gang. Polyd. Verg..

Durauit autem iſta hæreſis ab anno ſeptimo, uſq; ad ultimum pontificatus Innocentij tertij. Blondus lib. 6. decad. 2.

ALMARICANI.

Almaricus Carnotenſis fuit. Mart. Pariſijs ſua dogmata ſparſit. Vincentius libro nono, capite 107. Circa annū Domini 1204. ſub Ottone quarto. Cæſarius in Dial. diſt. 5. Tilius annum 1208. aſsignat.

DOGMATA ALMARICO aſsignata, ſunt iſta.

De Deo.

Deum eſſe eſſentiam omnium creaturarum, & eſſe omniom. Martin.

Item: Sicut lux non uidetur in ſe, ſed in aëre: ſic Deus nec ab angelo, nec ab homine uidetur in ſe, ſed tantùm in creaturis. Mart.

Item: Deum eſſe animam cœli. Thom. Aquin.

De Patre.

Patris poteſtatem duraſſe, quamdiu uiguit lex Moſaica. Vincentius libro 29. capite 107.

Robertus Gangninus ſic refert lib. 6. Patris omniporentiam Chriſti aduentu deſijſſe: Chriſti uerò doctrinam, Spiritus ſancti acceſſu exoletam eſſe.

De Creaturis.

Ideo finem omnium dici Deum, quia omnia ſint reuerſura in eum, ut in Deo immutabiliter quieſcant, & unum indiuiduum atq; incommutabile in eo permaneant. Martin.

Item: Sicut alterius naturæ non Abraham, alterius Iſaac, ſed unius & eiuſdem ſunt: ita omnia eſſe unum. Mart.

De Ideis.

Ideas in mente diuina & creare & creari. Martin. Cap.

De Homine.

Si homo non peccaſſet, in duplicem ſexum partitum non fuiſſe, nec generaſſe. Sed quemadmodum angeli, ita & homines multiplicatos fuiſſe. Item poſt reſurrectionem, utrumq; ſexum uiciſsim ul uendum. Et talem fuiſſe Chriſtum poſt reſurrectionem. Mart.

De Peccatis.

In charitate conſtitutis, nullum peccatum imputari. Mart. Vincentius ſic recitat, Id quod aliàs peccatum eſſet, ſi fieret in charitate, iam non eſſet peccatum dicendum.

De Sacramentis.

Sacramenta noui Teſtamenti uiguiſſe tantùm ad miſsionem uſque Spiritus ſancti, quemadmodum Sacramenta ueteris Teſtamenti, tantùm ad Chriſtum uſque manſiſſent. Baptiſmum itaque & Euchariſtiam locum amplius non habere. Vincentius.

De Cœna ſacra.

Corpus Chriſti non aliter eſſe in pane altaris, quàm in alio pane, & in qualibet re. Cæſarius in Dial. diſt. 5.

De Membris Chriſti.

Quemlibet teneri credere, ſe eſſe mem brum Chriſti, & hunc eſſe unum de articulis fidei. Vincent.

De Verbo.

Vnumquenque per gratiam Spiritus ſancti tantùm interius, ſine aliquo exteriori actu inſpiratã, ſaluari poſſe. Vincent.

Item: Deum locutum fuiſſe in Ouidio, ſicut in Auguſtino. Cæſarius.

De Vitæ licentia.

Omnem turpitudinem perpetrabant hoc ipſo prætextu, quia in charitate conſtitutis nullum peccatũ imputetur. Mart. Cap.

De Statuis & altaribus.

Altaria, ſanctos, ſtatuas & imagines thurificare, idololatriam eſſe. Cæſarius, Lucelburg.

De Reſurrectione.

Reſurrectionem corporum non futuram. Cæſarius, Lutzelburg.

De Inferno.

Paradiſum & infernum negabant. Sed qui haberet cognitionem Dei in ſe, quam ipſe, haberet in ſe paradiſum. Qui uerò peccatum mortale haberet, infernum haberet in ſe, ſicut dentem putridum in ore. Cæſarius, Lutzelburg.

CONFVTATIO.

Opponũt autem ſeſe primùm Pariſijs, epiſcopus Petrus & Schola in eo loco, eũmque damnant. Hac igitur neceſsitate adactus Almaricus, ad Romanum præſulem iter ſuſcipit. Sed iubetur Pariſios reuerti, atque ibi recantare quæ protulerat: id quod ore magis quàm corde præſtitit. Nam nihilominus in ſua ſentẽtia perſeuerauit, ac multos habuit ſuæ ſententiæ adſtipulatores. Vincent. libro 29. cap. 107. Robertus Gang.

Poſtea & Innocentius tertius anno Dómini 1215. in concilio Lateranenſi cap. 2. his uerbis Almaricum damnat: Reprobamus etiam & damnamus peruerſiſsimũ dogma impij Almarici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quàm inſana.

Pariſijs igitur ſubornatur ab Epiſcopo & Guarino fratre, regis Philippi conſiliario, quidam Magiſter Radhulphus de Namurcio, calliditate mira præditus: is ficta ſimplicitate ad præcipuos huius ſectæ homines accedens, ſimulat ſeſe eiuſdem planè eſſe ſententiæ, ſcrutatur dogmata & ſecreta omnia, ac deprehendit ſacerdotes, clericos & laicos utriuſque ſexus ei ſententiæ deditos. Eos igitur omnes prodit. Conuocato autem concilio, conuicti, degradati, curiæ traditi, igneq; extra portam ſunt combuſti. Mulieribus tamen ac ſimplicioribus, qui ab alijs ſeducti fuerũt, uenia data eſt. Vincent. Robertus Gang. Nauclerus & alij.

Huc referendum exiſtimamus, quod Nauclerus narrat, anno Domini 1212. in Alſatia errorem tum inter nobiles tum plebeios inualuiſſe, licitum eſſe carnem in Quadrageſima & ſextis ferijs anni comedere. Item, Quicquid peccarent homines membris infra umbilicum, licitum id eſſe, quia fieret ſecundum naturam. Ac miſiſſe eos quotannis Mediolanum, eius erroris authoribus aliquem cenſum. Circiter octoginta uerò ab Epiſcopo Argentinenſi captos, igniq; traditos eſſe. Volumine 2. generat. 41.

Fortè & Deſiderius Longobardus huc pertinet, quem ideo hæreſiarcham uocãt, quòd ſtatum eorum damnarit, qui relictis omnibus, ſponte ſua paupertatis ordines ſuſcipere uoluerunt. Nam ordines humanos pro articulis fidei hoc ſeculo pleriq; habuerunt. Bernhard. Lutzelburg.

IOHANNES DE ARgentina.

ANno Domini 1221. ſub Friderico II. Imperatore, Conradus Portuenſis in Alemaniam ablegatus, ut excitaret cruce ſignatos ad negocium de Terra ſancta recuperanda, prædicatores aliquot emittit ad hominum animos inflammandos. Inter eos autem eſt unus Iohannes de

de Argẽtina dictus, qui grauiſsimè in peccata inuehitur,idq; eo fine,ut plures ad ſuſceptionẽ crucis adigeret. Docebat enim, crucẽ ſuſcipientes,hoc eſt,iſti profectioni & bello ſeſe dedentes, omnia ſua ſcelera expiare, & animas flagitioſas ex purgatorio liberare. Hac doctrina nonnulli abuſi, petulanter dixerunt: Faciam igitur ſcelera, & poſtea crucis receptione ero ab ijs emundatus. Sic Engilbertus archiepiſcopus Colonienſis, interfectus eſſe fertur. Vrſpergen.ſub Frid.

PSEVDOCHRISTVS.

ANno Domini 1222.pſeudochriſtus quidam,ſtigmata uulnerũ in corpore ſuo oſtẽtans, Oxonienſi Synodo oblatus eſt, Stephano Cantuarienſi archiepiſcopo. Nec defuit ei Maria eiuſdẽ farinæ. Sed damnatus eſt in ea Synodo, quia docuerat ſe Chriſtũ eſſe, & ut Ranulphus habet lib.7.cap.34.apud Albirburgk cruci fixus. Balæus Cent.3.in Append. cap.84. ex Londin.Chron.& Lelando.

FLAGELLANTES.

ANno Domini 1261. in Thuſcia Romæ, & paſsim in Italia circiter mille ducenti confluxerant, qui bini & bini incedentes, etiam Argentoratum uenerunt,ſemetipſos denudatos tergis immaniter flagris cædentes. Acceſſerunt autem Argentorati mille quingenti. Argentorat. Chron.Paralyp.Vrſperg.

Anno 1298. uenerunt Argentoratum uiginti octo, albis ueſtibus, facie cooperta, qui ad omnes Eccleſias eundo, ſeſe flagellabant. Ibidem.

ALGAZEL.

DOcuit hanc ſolam pœnã reddi peccatoribus, ut affligantur pro amiſſione ultimi finis. Thom. contra gentiles lib.3.cap.145.

PATARENI SEV *Gazari.*

IN partibus Tholoſanis hęretici fuerũt, Patareni, Paſſagenij, Paſſageni, Paterini & Gazari dicti, fortè ab autoribus.

DOGMA.

Hominem in ſtatu coniugali ſaluari non poſſe.

Hinc igitur apparet, Catharos, Tatianos & Martianos fuiſſe. Refutati ſunt in concilio Lateranenſi.

Romæ in cœna Domini excõmunicantur. extra de hæret.c.excommunicamus.

MARONITAE.

AMarone cognominati ſunt Maronitæ.

DOGMA.

Vnam duntaxat in Chriſto eſſe uoluntatem & operationem.

Vtuntur lingua Chaldaica uel Sarracenica. Ac fuerunt à reliqua Eccleſia circiter annos quingẽtos ſeparati. Tandem uerò abiurata hæreſi, ſe Romanæ Eccleſiæ iterum adiunxerunt, ac fuit eorũ Patriarcha in concilio Romæ ſub Innocentio tertio. Bernhard.Lutzelburg.

ARMENI.

DE Armenis quoq; ſuperiori Centuria dictum eſt. Quęnam autem dogmata & quos ritus habuerint, ex Vincentio adſcribemus lib.30.cap.98.

DOGMATA.

De Christo.

Nullo modo concedere uolunt, quòd Chriſtus duas naturas habuerit.

Aſſerunt, Chriſtum reſurrexiſſe in ueſpere ſabbati Paſchæ.

De Coniugio.

Docent, uxorem defuncti ſacerdotis non poſſe alij nubere amplius.

De Purgatorio.

De purgatorio nihil credunt.

RITVS.

Armeni in ſabbato Paſchæ comedunt oua, & caſeum in ueſpere. Itẽ poſt Paſcha comedũt carnes per omnes ſextas ferias, quę ſunt ſeptẽ uſq; ad Pentecoſten. Diem natalis Domini neſciunt, nullaq; feſta uel uigilias cuſtodiunt, nec quatuor tempora nouerũt. Per totam Quadrageſimam nec celebrant, niſi die ſabbati uel Dominica: quia dicũt, hominem ieiunium frangere quoties celebrat. Propter hanc etiam cauſam in ſextis ferijs nõ celebrãt, ne ſcilicet ieiuniũ frangãt. Diebus aũt quibus carnẽ comedũt, celebrãt, quia tũc non ieiunant. Multa uerò faciunt ieiunia in ſeptimana ante ſeptuageſimã, quia dicitur ieiunium S. Zargnis, à ſecunda feria uſq; ad ſabbatum ieiunare incipiunt, & in ſabbato & in Dominica die carnes comedunt. Idem & in hebdomada ſequenti faciunt, in quartis & ſextis ferijs. Oleum & piſces non comedunt, nec bibunt uinum: nec etiam per totam Quadrageſimam pluſquam illũ, qui in Quadrageſima comedit piſces uel oleum, aut bibit uinum, aſſerũt, quàm illos qui ad lupanar uadunt. Porrò in ſeptimana ante Quinquageſimam ita ſtrictè ieiunant, quòd in ſecũda feria penitus abſtinent. In die Martis tamẽ aliquid ſine oleo & uino manducãt, & in die Mercurij iterũ ieiunãt. In die Iouis comedũt ſemel. In die Veneris omnino nihil. Et in ſabbato comedunt carnes. Et hoc quidem ieiunium faciunt maiores. Infantes autem duorum menſium, ſacrificio communicãt, & quoslibet indifferẽter. In ſacrificio

aquam

aquam non apponunt, in lepore & urſo & corniculis & huiuſmodi ſicut Greci iudaizāt, & in calicibus uitreis & ligneis celebrant. Quidam etiam celebrant ſine peramentis & ſacerdotalibus ueſtimētis omnino, quidam cum infula, quidam cum diacono & ſubdiacono. Sed ſi aliquod feſtum in ſabbatho uel Dominica eueniat, commemorationem inde faciūt tantùm, ſed ut dictum, nullum celebrant feſtum. Si uxor alicuius adulterauerit, ſtatim epiſcopus dat ei licentiam accipiendi aliam, & accipit. Monachi quoque & abbates & epiſcopi potationibus uacant, etiam plus quàm laici. Sunt etiam monachi ac preſbyteri, publici uſurarij & ſimoniaci. Multiq; illorum ſacerdotes in diuinationibus errāt, & inſpectione granorum, & huiuſmodi, &c.

DE DISSENSIONE INTER *Georgianos & Armenos.*

Dicunt, inquit Vincentius, Georgiani, quòd in articulis 30. diſcordant à fide catholica ipſi Armeni: tantumq; odium inter Georgianos & Armenos exiſtit, quòd Georgianus dicit: Si quis noſtrûm habeat ſpinam in pede infixam, tranſiens ante Armenianorum eccleſiam, ſpinam ſuſtinere, nec ſe ad pedē ſuum euellendi cauſa inclinare debet, ne per hoc uideatur ante Armenianorum eccleſiam, ab omnibus Chriſtianis uilipēdendam, inclinare. Vincent. lib. 30. cap. 98.

Bernhardus Lutzelbnrgenſis ſic ſcribit: Armeni proprium habent primatem, quem Catholicum appellant, cui obediunt ueluti alteri papæ. In celebratione natalis Domini errant, quia in die Epiphaniæ natiuitatem Domini celebrant. Quadrageſimam obſeruant ſtrictè. Sacerdotes eorum in Miſsis aquam uino non apponunt, ſicut nec Græci. Clerici portant coronas latas & rotundas, & laici eorum tonſi ſunt capitibus in modum crucis. In ſextis ferijs carnes comedunt & Surianis contrariantur.

MANICHAEI.

PEtrus Martyr Veronenſis parentes habuit, qui hæreſin Manichæorū ſectabantur. Herman. Schedel. ætate 6.

ARIANI.

HOc etiam tempore Arianos fuiſſe, hæc ipſa hiſtoria teſtatur, quia anno Domini 1252. pridie Calendas Maij, Petrus Martyr Veronenſis ab Arianis trucidatur. Herman. Schedel. ætate 6. Bergomenſis libro 13.

DE BEGARDIS ET *Beginis.*

BEgardi, Beginæ & Bizochi Fratricellorum ſectæ accenſentur, ſub Iohanne 22.

DOGMATA.

Ad uitæ licentiam pleraque eorum dogmata pertinent. Cum autem in Clementinis Ad noſtrum, de hæreticis recenſeantur, inde putauimus deſcribenda eſſe, his uerbis.

Primò, quòd homo in uita præſenti tantū & talem perfectionis gradum poſſit acquirere, ut reddatur penitus impeccabilis, & amplius in gratia proficere non ualeat. Nam, ut dicunt, ſi quis ſemper poſſet proficere, poſſet aliquis Chriſto perfectior inueniri.

Secundò, quòd ieiunare nō oportet hominē, nec orare, poſtquā gradū perfectionis huiuſmodi fuerit aſſecutus: quia tunc ſenſualitas eſt ita perfectè ſpiritui & rationi ſubiecta, quòd homo poteſt liberè eon cedere quicquid placet.

Tertiò, quòd illi qui ſunt in prædicto gradu perfectionis & ſpiritu libertatis, nō ſunt humanæ ſubiecti obedientiæ, nec ad aliqua præcepta Eccleſię obligātur. Quia, ut aſſerunt, ubi ſpiritus Dñi, ibi libertas.

Quartò, quòd homo poteſt ita finalem beatitudinem ſecūdum omnem gradum perfectionis in præſenti aſſequi, ſicut eam in uita obtinebit beata.

Quintò, quòd quælibet intellectualis natura, in ſeipſa naturaliter eſt beata: quodq; anima non indiget lumine glorię ipſam eleuante ad Deum uidendum, & eo beatè fruendum.

Sextò, quòd ſe in actibus exercete uirtutum, eſt hominis imperfecti, & perfecta anima licentiat à ſe uirtutes.

Septimò, quòd mulieris oſculum, cum ad hoc natura nō inclinet, eſt mortale peccatum. Actus autem carnalis, cum ad hoc natura inclinet, peccatum non eſt, maximè cum tentatur exercens.

Octauò, quòd in eleuatione corporis Ieſu Chriſti non debent aſſurgere, nec eidem reuerentiam exhibere, aſſerentes, quòd eſſet imperfectionis eiſdem, ſi à puritate & altitudine ſuæ contemplationis tantum deſcenderent, quòd circa miniſterium, ſeu Sacramentum Euchariſtiæ, aut circa paſsionem humanitatis Chriſti aliqua cogitarent.

DE RITIBVS EORVM.

Capitio demiſſo incedūt, faciem ſemper cooperiunt, lautè bibunt & comedunt, cōuiuia quęrunt, conſortium mulierum non reſpuunt, in eccleſia ſedent in terra,

terra, uultu uerſo ad parietem, oculos ad cœlum non eleuant. Bernhardus Lutzelburg.

NICOLAITAE.

ANno Domini 1230. in Italia, Longobardia, Gallia, Alemannia, prope Coloniam, & multis alijs in locis, non tam nomine quàm reipſa erant Nicolaitæ. Exiſtimamus autem Begardos & Fratricellos fuiſſe.

Horum impudicos mores Trithemius ita deſcribit: Erant eis matres, uxores & filiæ, omnibus ſemper communes. Eccleſiam & Prælatos contemnebant: carnes etiam in Quadrageſima manducabant, & multa mala faciebant, in errorem ſuum trahentes quoſcunque potuiſſent. Singulis annis ex Alemannia, Gallia, Italia, cenſum annalem tranſmittere Mediolanum, ubi diuerſarum hæreſium & errorum primatus agebatur, ſolebant. Capti autem quidam ex eis in ciuitate Argentinenſi, coram omni populo & clero confeſſi publicè fuerunt, quòd tantus eorum eſſet numerus in omni loco, ut ſi quis ex eis à Colonia ire Mediolanum ſtatueret, omni nocte hoſpitem ſecta eorum inueniret, in cuius domo omnia eſſent communia, mater, uxor, filia: habebantque ſigna paruula circa ianuas domorum, aut ſupra tecta, per quæ habitationes cõplicum ſuorum inuenire potuerunt. Chronicon Hirſaug. Trithemij.

ABBATIS IOACHIMI
errores.

IN concilio Lateranenſi, quod anno Domini 1215. Innocentius tertius celebrauit, recitatur error Ioachimi poſt eius mortem. Verba hæc ſunt cap. 2.

Damnamus ergo & reprobamus libellum ſiue tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticum & inſanum, pro eo quòd in ſuis dixit ſententijs, quomodo quædam ſumma res eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, neque genita, nec procedens. Vnde aſſerit, quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem adſtruebat in Deo; uidelicet tres perſonas, & illam communem eſſentiam quaſi quartam, manifeſtè proteſtans, quòd nulla res eſt, quę ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, nec eſt eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura: quamuis concedat, quòd Pater & Filius & Spiritus ſanctus ſunt una eſſentia, una ſubſtantia, unaq; natura. Verùm unitatem huiuſmodi nõ ueram & propriam, ſed quaſi collectiuam & ſimilitudinariam eſſe fatetur: quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Eccleſia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una. &: Qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt cum illo. item: Qui plantat & qui rigat, unum ſunt. & : Omnes unum corpus ſumus in Chriſto. rurſus in libro Regum: Populus meus & populus tuus unum ſunt. Ad hanc autem ſententiam adſtruendam illud potiſſimùm uerbum inducit, quod Chriſtus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo pater, ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus, ut ſint conſummati in unum. Non enim, ut ait, fideles Chriſti ſunt unũ, id eſt, una quædam res, quæ communis ſit omnibus: ſed hic modò ſunt unum, id eſt, una Eccleſia propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indiſſolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Iohannis epiſtola legitur: Quia tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, pater, uerbum & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Statimque ſubiungitur: Et tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis: & tres ſunt unum. ſicuti in codicibus quibuſdam inuenitur.

Heinricus Erfurdienſis in ſuo Chronico, plures opiniones Ioachimi conſignat. Sic enim inquit:

Inuenitur etiam liber qui dicitur Euangelium æternum, uel Doctrina Ioachimi, erroribus plenus, de quo breuiter hæc extrahuntur. Errores primæ partis Euangelij, quæ appellatur Præparatorium in Euangelium æternum. Primus eſt, quòd Euangelium æternũ, quod idem eſt quod doctrina Ioachimi, excellit doctrinam Chriſti, & omne uetus & nouum Teſtamentum. Secundus eſt, quòd Euangelium Chriſti non eſt Euangelium regni, ac per hoc nec ædificatorium Eccleſiæ. Tertius eſt, quòd nouum Teſtamentum ſit euacuandum, ſicut uetus euacuatum eſt. Quartus eſt, quòd Euangelium Chriſti non durabit in uirtute ſua, niſi per ſex annos proximè futuros, id eſt, uſque ad annum Domini 1260, id eſt, uſq; ad annum Richardi regis Romanorum 6. Ex quo claret, quòd liber iſte anno Friderici ſecũdi ultimo uel 44. publicatus eſt. Quintus error eſt, quòd illi qui erũt ultra tempus prædictum, non tenentur recipere nouum Teſtamentum. Sextus eſt, quòd Euangelio Chriſti aliud Euangeliũ ſuccedit: & ita per contrariũ, ſacerdotio Chriſti aliud ſacerdotiũ ſuccedet. Septimus eſt, ꝙ nullus ſimpliciter eſt idoneus ad inſtruẽdũ homines de ſpiritualibus,

libus, niſi illi qui nudis pedibus incedunt.

Secunda pars, quæ appellatur Concordātia ueteris & noui Teſtamēti, ſiue Concordia ueritatis, continet hos errores. de primo libro huius partis extrahitur iſte: Quòd quantumcunq; Dominus affligat Iudæos in hoc mundo, tamen aliquos reſeruabit, quibus beneſaciet in fine, & manentibus in Iudaiſmo manentes. Secundus eſt, quòd Eccleſia nondum peperit nec pariet filios ante finem regni imperialis, quod finietur poſt 6. annos proximè ſequentes: & per hoc datur intelligi, quòd religio Chriſtiana, quæ iam multos peperit uocatos ad fidem Chriſti, non eſt Eccleſia. De ſecūdo libro eiuſdem partis errores iſti extrahūtur. Primus eſt, quòd Euāgelium Chriſti neminē ducit ad perfectum. Secundus eſt, quòd adueniente Euangelio Spiritus ſancti, ſiue clareſcente opere Ioachimi, quod dicitur Euangelium æternum, euacuabit Euangelium Chriſti. Tertius eſt, quòd ſpiritualis intelligentia noui Teſtamenti, & ſi iudicat, temerarium eſt iudicium, & non eſt acquieſcendum iudicio eius: & quòd ipſa Romana Eccleſia animalis eſt, & non ſpiritualis. Quartus eſt, quòd tertius ordo electorum, qui ſecūdum hunc librum eſt ordo religioſorum, non tenetur ſe exponere morti pro deſenſione fidei, ac pro conſeruatione cultus Chriſti in alijs hominibus. Quintus eſt, quòd receſſus Eccleſiæ Greçorum à Romana Eccleſia, fuit de Spiritu ſancto: ac per hoc intelligi, quòd uiri ſpirituales non tenētur obedire Eccleſię Romanę, nec acquieſcere eius iudicijs, etiam in his quæ Dei ſunt. Sextus eſt, quòd papa Græcus magis ambulat ſecundum ſpiritum, quàm papa Latinus: & per hoc magis eſt ei adhęrendum, quàm papæ Romanæ Eccleſiæ. Septimus eſt, quòd ſicut filius operatur ſalutē populi Latini ſiue populi Romani, quia ipſum repræſentat: ita Spiritus ſanctus operatur ſalutem populi Gręci, quia ipſum repræſentat. ac per hoc datur intelligi, quòd pater ſaluat populum Iudaicum, quia ipſum repræſentat. Octauus eſt, quòd ſicut ueniente Iohanne Baptiſta, ea quæ præterierunt, reputata ſunt uetera propter noua ſuperuenientia: ita adueniente tempore Spiritus ſancti, ſiue tertio ſtatu mundi, ea quæ præceſſerunt reputabuntur uetera propter noua quę ſuperueniēt. per quod datur intelligi, quòd nouum Teſtamentum reputabitur uetus & proijcietur. De tertio libro huius partis unus error extrahitur, uidelicet quòd Spiritus ſanctus accepit aliquid ab Eccleſia, ſicut Chriſtus in quantum homo à Spiritu ſancto. De quarto libro eiuſdem partis in primo tractatu inueniuntur errores duo. Primus eſt, ſtudium enumerandi & concordandi genealogias carnales, quæ fuerunt in primo ſtatu mundi, & ſpirituales ſtatus ſecundi mundi, contra Apoſtolum dicentem: Rogaui ut denunciares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent ſabulis & genealogijs intemeratis. Secundus eſt, ſtudium manifeſtandi momenta & tempora eorum quæ uenient in ſecundo ſtatu mundi, contra id Actorum: Non eſt ueſtrum noſſe tempora uel momenta, &c. In ſecūdo uerò tractatu eiuſdem libri errores inueniuntur duo. Primus eſt, quòd Chriſtus & ſancti Apoſtoli eius non fuerunt perfecti in uita contemplantium. Secundus eſt, quòd actiua uita uſque ad Ioachim ſructuoſa fuit: ſed modò fructuoſior nō eſt. Contemplatiua uerò ab ipſo Ioachim ſructificare cœpit, & amodò in perfectis ſucceſſoribus ipſius perfectius manebit: & per hoc datur intelligi, quòd ordo electorum, ad quem pertinet actiua uita, amodò non fructificabit in ædificatione & conſeruatione Eccleſiæ: ſed ordo monachorum amodò in his fructificabit. De quinto libro eiuſdem partis in tractatu de 7. diebus, inueniuntur quatuor ualde ſuſpecta & diligenter examinanda. Primum eſt, quòd aliquis de ordine religioſorum futurus eſt, qui præſeretur omnibus ordinibus dignitate & gloria, & in quo implebitur promiſsio prius dicentis, Et dominatur à mari: uſque dicta promiſsio prius tunc conualeſcet, quòd ordo clericorum deſinet parere. Tertium eſt, quòd ordo paruulorum eſt ille ordo, in quo implebitur dicta promiſsio. Quartum eſt, quòd ſicut in primo ſtatu commiſſum fuit regimen totius Eccleſiæ à patre aliquibus de ordine coniugatorum, in quo autorizatus fuit iſte ordo, & in ſecundo ſtatu commiſſum fuit aliquibus de ordine clericorum à filio, in quo ab ipſo glorificatus fuit ille ordo: ſic in tertio ſtatu committetur alicui uel aliquibus de ordine monachorum à Spiritu ſancto, in quo ab ipſo Spiritu ille ordo clarificabitur. Item in eodem quinto libro in tractatu de Iob, inuenietur unum ualde ſuſpectum, uidelicet quòd nulli qui præſunt collegijs monachorum, diebus iſtis cogitare debent de receſſu à ſecularibus, & parare ſe ad reuertendum ad antiquum populum Iudæorum. Item ibidem in tractatu de Ioſeph & pincerna, cui ſomnium aperuit, inuenitur, quòd prædica-

prædicatores quidam erunt dignitatis & auroritatis maioris quàm primitiuę Eccleſiæ Apoſtoli. Item in eodem tractatu de generibus hominum, uidelicet Iſraeliticis, Ægyptijs, Babylonijs, inuenitur, quòd prædicatores & doctores religioſi, quando infeſtabũtur à clericis, tranſeát ad infideles, & timendũ ne ad hoc tranſeát, ut congregent eos in prælium cõtra Romanam Eccleſiam, iuxta doctrinam beati Iohannis Apocal. 16. Norandum aũt eſt, quòd pluribus uidetur liber iſte, qui dicitur Euangeliũ æternũ, non fuiſſe Ioachim: ſed aliquis uel aliqui moderni temporis cõpoſuerũt illum. Itẽ in eodem libro inuenitur, quòd ſacramenta nouæ legis euacuabuntur in tertio ſtatu mundi. Quia per euacuationẽ Sacramenti altaris, infert euacuationem aliorum Sacramentorum. Item ibidem in tractatu de hiſtoria Iudith inuenitur, quòd Sacramenta nouæ legis durabunt amodò niſi per ſex annos. Hæc ex Euangelio æterno. Erdfurd. cap. 93. Quæ quidem cuilibet lectori æſtimanda relinquimus.

REFVTATIO.

In Concilio Lateranenſi Ioachimus his uerbis refutatur, cap. 2.

Nos autem ſacro & uniuerſali concilio approbante, credimus & cõfitemur cũ Petro, quòd una quædá ſumma res eſt, incõprehẽſibilis quidẽ & ineffabilis, quæ uera ciret eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus, tres ſimul perſonæ, ac ſingulatim quęlibet earundem: & ideo in Deo Trinitas eſt ſolummodò, nõ quaternitas, quia quælibet trium perſonarũ eſt illa res, uidelicet ſubſtãtia, eſſentia, ſiue natura diuina, quæ ſolá eſt uniuerſorum principium, præter quod aliud inueniri nõ poteſt. & illa res non eſt generás, neq; genita, nec procedẽs: ſed eſt pater qui generat, filius qui gignitur, & Spiritus S. qui procedit, ut diſtinctiones ſint in perſonis, & unitas in natura. Licet igitur alius ſit pater, alius filius, alius Spiritus S. non tamen aliud: ſed id quod eſt pater, eſt filius, & Spiritus S. idem omnino, ut ſecundum orthodoxam & catholicá fidem conſubſtãtiales eſſe credantur. Pater enim ab æterno filium generando, ſuá ſubſtantiam ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur: Pater quod dedit mihi, maius eſt omnib. Ac dici non poteſt, quòd partẽ ſuæ ſubſtantię illi dederit, & partẽ retinuerit ipſe ſibi: cũ ſubſtãtia patris indiuiſibilis ſit, utpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quòd pater in filiũ tranſtulerit ſuá ſubſtantiá generãdo, quaſi ſic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſijſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo, quòd ſine ulla diminutione filius naſcẽdo ſubſtantiá patris accepit, & ita pater & filius habẽt eandem ſubſtantiá, & ſic eadẽ res eſt pater & filius, necnõ & Spiritus S. ab utroq; procedens.

Cũ ergo Veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat, Volo, inquiens, ut ipſi ſint unũ in nobis, ſicut & nos unum ſumus: hoc nomen Vnum, pro fidelibus quidẽ accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro perſonis uerò diuinis, ut attendatur idẽtitatis in natura unitas, quemadmodũ Veritas alibi ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter perfectus eſt. ac ſi diceret manifeſtius: Eſtote perfecti perfectiòne gratiæ, ſicut pater ueſter cœleſtis perfectus eſt perfectione naturæ. utraq; uidelicet ſuo modo: quia inter creatorẽ & creaturá nõ poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſsimilitudo notánda.

Si quis igitur ſentẽtiá ſiue doctriná præfati Ioachimi, in hac parte defendere uel approbare pręſumpſerit, tanquá hęreticus ab omnib. confutetur. In nullo tamẽ p hoc Florẽtino monaſterio, cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor, uolumus derogari: quoniá & ibi regularis inſtitutio eſt, & obſeruátia ſalutaris, maximè cum idem Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſsignari mandauerit, Apoſtolicæ ſedis iudicio approbáda ſeu etiá corrigenda, dictás epiſtolá cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter cõfitetur, ſe illá fidẽ tenere, quá Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorũ fideliũ, diſponente Domino, mater eſt & magiſtra.

GEORGIANI.

Vincentius narrat, in Georgia uniuerſalẽ epiſcopũ (ná octodecim ibi ait epiſcopatus eſſe) chriſmales epiſcopos creare, eorumq; opera chriſma & Sacramenta uendere.

Sreriles fœminas, mediante pecunia, à maritis ſeparare.

Monachos quoque eorum Simoniacos & uſurarios eſſe.

Cancellariá Georgiæ à monachis emi, & poſsideri. lib. 30. cap. 96.

DAVID DE DYNADO.

FAcit Dauidis de Dynado mentionem Thomas de Aquino contra gentiles lib. 1. cap. 7.

Docuit, Deũ eſſe idẽ qđ prima materia. Ratio eſt, qa ſi nõ eſsẽt idẽ, oporteret differre ea aliquib. differẽtijs, & ſic nõ eſſent ſimplicia. Ná in eo qđ p differentiá ab aliquo differt, ipſa differẽtia cõpoſitionem facit.

Thomas reſpõdet, ex ignorátia iſta naſci. Ná differẽs ad aliquid dicitur. Eſt enim aliquo differẽs. Diuerſum aliquid dici, qđ nõ eſt cũ alio idem. Differẽtia igitur in his quærenda eſt, quæ in aliquo conueniunt. Quæ autẽ in nullo conueniunt, non diffe-

runt,ſed diuerſa ſunt. Deus autem & materia in nullo conuenienriam habent. Ergo non ſunt differentia,ſed diuerſa.

RAYMVNDVS LVLLVS.

Raymundus Lullus Catallanus ultra quingentos errores ſparſit,quos Petrus archiepiſcopus Terracenſis, & Nicolaus Emerici confutatunt.

Vnus eſt, quòd Deus multas habet eſſentias. Item,quòd Deus pater eſt,antequã Deus filius: & quòd diuina eſſentia nõ eſt ocioſa,ſed eſſentiat,natura naturificat,bonitas bonificat, &c. Et quòd Spiritus S. eſt cõceptus de patre & filio. Itẽ,interficiẽtes hæreticos ſunt iniurioſi & uitioſi:& quòd Deus,quãdo ſibi apparuit crucifixus,cõtulit ſibi pro huius ſeculi tenebris illuſtrãdis artem iſtam, quæ eſt generalis ad omnem ſcienriam, & naturalem & medicinam, & ad iura, & ualet ſpecialiter ad deſtruendũ errores. Bernh. Lutzelburg.

ARNOLDI DE VILLA

noua errores.

FVit is quidem medicus profeſsione in partibus Catelloniæ. Sed iu religioue. tales ei tribuuntur errores:

Quòd natura humana à Deo aſſumpta, eſt æqualis Deo in omnibus bonis ſuis: & quòd tanta ſit humanitas Chriſti, quanta diuinitas, & tantum poſsit.

Quòd diabolus ingenioſè fecit totum populum Chriſtianum deuiare à ueritate Domini Ieſu Chriſti.

Quòd fidea quam habet,eſt talis,qualis fides dæmonum.

Quòd totus populus Chriſtianus ducitur ad infernum.

Quòd omnes clauſtrales ſunt extra charitatem, & damnantur.

Quòd omues falſificant doctrinã Chriſti, & malè fecerunt Theologi,qui aliquid de philoſophia poſuerũt in ſuis operibus, damnando totaliter philoſophiam.

Quòd opus medicinę plus placeat Deo, quàm ſacrificiũ altaris: & faciẽs celebrare Miſſaa poſt mortẽ,nõ facit opus charitatis: & quòd in ſacrificio altaris ſacerdos offerens,nihil Deo offert,neq; etiã uoluntatẽ: & quòd in eleemoſyna magis repræſentatur paſsio Chriſti,quàm ſacrificio altaris.

Quòd iu cõſultarionibus papalibus uõ eſt ſcientia uiſi operum humanorum.

Quòd nunquam Deus comminatus eſt æternam damnationem peccantibus, ſed malum exemplum præbentibus.

Quòd anno ab incarnatione Domini 1335. erit mundi finis totaliter.

Iſtæ hæreſes dãnatę ſunt Trachone per fratrem Iohannẽ de Longolio ordinis prędicatorum, & per dominum Ganfredum de Crudillis,uicarium Trachonenſem,ſede uacante. Bernh. Lutzelburg.

HELONITAE.

MEminit Helonitarum Thomas contra gentiles lib. 4. cap. 57.

DOGMA ERAT.

Sacramenta legalia,cum Enangelio eſſe ſeruanda.

PRAEPOSITINVS.

IS negauit proprietates perſonales & notiones in diuinis. Thomas 1. part. quęſtio. 32. artic. 2.

ATHOCI.

ANimam dicunt perire.

Omnia peccata æqualia. Ber. Lucel.

HERMANI.

Hermani,ſiue Hermiani,negarunt Saluatorem in carne ſedere ad dexteram patris. Bernh. Lucelburg.

ERRORES PARISIIS DAMNATI.

STephanus Pariſienſis anno Domini 1270. hoſce articulos damnauit.

Primus articulus eſt, q; intellectus omniũ hominum eſt unus & idẽ numero.

Secũdus eſt,quòd illa eſt falſa & impropria, Homo intelligit.

Tertius eſt, quòd uolnntas hominis ex neceſsitate unlt uel eligit.

Quartus, q; omnia quę in inferiorib. agũtur,ſubſunt neceſsitati corporũ cœleſtiũ.

Quintus,quòd mundus eſt æternus.

Sextus, q; nunquam fuit primus homo.

Septimus, quòd anima quæ eſt forma hominis ſecundum quod homo, corrumpitur corrupto corpore.

Octauus,quòd anima ſeparata poſt mortem,non paritur ab igne corporeo.

Nonus,qnòd liberum arbitrium eſt potentia paſsiua,non actiua: & quòd neceſsitate mouetur ab apperibili.

Decimus, q; Deus nõ cognoſcit ſingula.

Vndecimus, quòd Dena non cognoſcit aliud à ſe.

Duodecimus, quòd humani actus non reguntur prouidentia dinina.

Tredecimus,quòd Deus non poteſt dare immortalitatem uel incorruptibilitatẽ rei corruptibili uel mortali.

ISTI ARTICVLI QVI SEQVVN*tur, condemnati ſunt à domino Stephano Pariſienſi epiſcopo de conſilio magiſtrorum Theologię, Anno Domini 1226. die Dominica qua cantatur, Letare Hieruſalem: in Eccleſia Pariſienſi, ubi excommunicauit in ſcriptis omnes illos,qui eos docuerint & defenderint.*

Et primò ordinantur illi qui ſunt de Deo.

PRimus, qnòd Deus non ſit trinus & unus: quoniam trinitas non ſtat cum ſumma ſimplicitate. Vbi enim eſt pluralitas realis,ibi neceſſariò eſt additio & compoſitio.

poſitio. Exemplum de aceruo lapidum.

Iré, q Deus nõ poteſt generare ſibi ſimilẽ. quod enim generatur ab aliquo, habet principiũ aliquod à quo dependet: & q in Deo generare nou eſt ſignũ perfectionis.

Item, quòd Deus nõ cognoſcit alia à ſe.

Item, quòd Deus nõ poteſt dare perpetuitarem rei tranſmutabili uel corruptibili, ut eſt corpus humanum.

Irem, quòd Deus ſine prima cauſſa non poſſet producere effectum ſibi æqualem, niſi tempetaret ſuam poteutiam.

Item, quòd Deus uon poſſet facere plures animas in numero.

Item, quòd Deus nũquam plus creauit intelligentiam, quàm modò creauit.

Item, q Deus eſt infinitæ uirtutis in duratione, nõ in actione: talis enim infirmitas non eſt niſi iu corpote finito, ſi eſſet.

Et quòd prima cauſſa non poſſet plures mundos facete.

Irem, quòd ſine agẽte proprio, ut patre, à ſolo Deo non poſſet fieri homo.

Item, quòd Deũ in hac uita mortali poſſumus intelligere per eſſenriam.

Irẽ, quòd Deus uõ potuit feciſſe primã materiam, niſi mediante corpore cœleſti.

Iré, à uoluntate antiqua nõ poteſt nouũ pcedere, abſq; trãſmutatioue prçcedente.

Ité, q prima cauſſa nõ haber cognitionẽ aut ſcientiã fututorũ cõtiugeutiũ. Primò, quia futura cõtingentia ſunt nõ eſſentia. Secũdò, quia futura cõtingentia ſnnt particularia: Deus aũt cognoſcit uirtute intellectiua, quæ nõ poteſt cognoſcere particulare. Vnde ſi nõ eſſet ſenſus, fortè inrellectus nõ diſtingueret inter Socratẽ & Platonẽ: licet diſtingueret inter hominẽ & aſinũ. Tertiò, propter ordinẽ cauſſæ ad cauſſatũ: præſcientia enim diuina eſt neceſſaria cauſſa prçſcitorũ. Quarta ratió eſt, ordo ſciẽtię ad ſcitũ: quãuis euim ſcientia non ſit cauſſa facti, ex quo tñ ſcitur, determinatur ad alterã partẽ contradictionis, & hoc multò magis in ſcieutia diuina, quàm in ſcieutia noſtra.

Item, quòd primũ principium nõ poteſt eſſe ſine diuerſorũ factorum hic inferius, niſi mediãtibus alijs cauſsis: eo quòd nullum tranſmutans diuerſimodè tranſmutat niſi tranſmntatum.

Item, quòd ab uno primo agente, nõ poteſt eſſe mnltitudo effectuum.

Ité, q primũ priucipiũ uõ eſt cauſſa propria çternorũ, niſi metaphoricè, id eſt, quia conſeruat ea: quia niſi eſſet, ea non eſſent.

Ité, q ſicut ex materia nõ poteſt aliquid fieri ſine agente, ita nec ex agẽte poteſt aliquid fieri ſiue mareria. Et quòd Deus non eſt cauſſa efficieus, niſi reſpectu eius, quòd habet eſſe in potentia materiæ.

Irem, q entia declinãt ab ordine cauſſæ primæ in ſe cõſideratæ, lięet nõ in ordine ad reliquas cauſſas agentes in uninerſo. Hoc eſt error, quia eſſentialior & inſeparabilior eſt ordo entium ad cauſſam primã, quàm ad cauſſas inferiores.

Item, q Deus nõ poteſt eſſe cauſſa noui facti, nec poteſt aliquid de nono pducere.

Item, quòd Deus nõ poreſt mouere cœlum motu recto. Et eſt ratio, quia tunc relinqneret uacuum.

Item, q Deus nõ poteſt irregularitet, id eſt alio modo quã mouet, mouere aliqd: qa in eo uon eſt diuerſitas uoluntatis.

Irem, q Deus eſt æternus in agendo & mouẽdo, ſicut in eſſendo: alioquin ab alio dererminaretur, quod eſſet prius illo.

Item, illud quod de ſe terminatur ut Deus, aut ſemper, aut nunquam, & quòd multa ſunt æterna.

Item, quòd Deũ neceſſe ſit facere quicquid immediatè fit ab ipſo. Error: ſiue iutelligatur de neceſsitate coactionis, quia tollit libertatem arbitrij: ſiue de neceſsitate immutabilitatis, quia ponit poſsibilitatem aliter faciendi.

Ité, q primũ principiũ non poteſt immediarè producere generalia: quia ſunt effectus noui. Effectus aũt noui exigũt cauſsã immediatam, quæ poteſt aliter ſe habere.

Irem, q primũ principiũ uõ poteſt aliud à ſe producere: quia omnis differẽtia quæ eſt inter agens & factũ, eſt per naturam.

Item, quòd Deus non poteſt immediatè cognoſcere contingentia, niſi pet aliam cauſſam particularem & proximam.

Ité, q ſi omnes cauſſæ fuerinr aliquãdo inquietæ, neceſſe eſt ponere Deũ mobilẽ.

Item, quòd Deus eſt prima & ueceſſaria cauſſa primæ intelligentiæ, qua poſita, ponitur effectus, & ſuut ſimul duratione.

Ité, quòd Deus non eſt neceſſaria cauſſa motus corporũ ſuperiorũ, & coniũctionis & diuiſionis contingeutis in ſtellis.

Ité, ad hoc, q effectus omnes ſint neceſſarij reſpectu cauſſæ primæ, non ſufficit q ipſa cauſſa prima nõ ſit impedibilis, ſed exigitur quòd cauſſæ mediæ non ſint impedibiles. Error: quia tunc Deus non poſſet facere aliquem effectum nouum ſine cauſſis poſterioribus.

Item, quòd Deus poſsit agere cõtraria, hoc eſt mediante corpote cœleſti quod diuerſum in ubi.

Irem, quòd Deus infinitus nirtute: non quia faciar aliquid de nihilo, ſed quia cõmnnicat motum infinitum.

Ité, q Deus non poteſt in effectũ cauſſæ ſecũdariæ ſine ipſa cauſſa ſecũdaria. Error.

Ité, quòd effectus immediatus à primo,

debet eſſe unus tantũ & ſimilimus primo.

Item, quòd Deus uel intelligentia non infundit ſcientiã animæ humanæ in ſomno, niſi mediante corpore cœleſti.

Item, quòd plures ſunt motores primi cœli. Error.

Item, ꝙ primũ immobile ſimpliciter nõ mouet, niſi mediãte aliquo motu, & ꝙ tale mouens immobile eſt pars moti ex ſe.

Itẽ, ꝙ potentia actiua nõ poteſt eſſe ſine operatione & permixta potentiæ paſsiuę. Error: ſi intelligatur de quacũq; opatione.

Item, quòd Deus non poteſt indiuidua multiplicare ſub una ſpecie ſine materia.

Item, forma quã oportet fieri & eſſe in materia, non poteſt agi ab illo, quod non agit ex materia.

Item, quòd Deus non poteſt facere accidens ſine ſubiecto, nec plures dimenſiones ſimul eſſe.

Itẽ, ꝙ impoſsibile ſimpliciter nõ põt fieri à Deo, uel ab agẽte. Error: ſi intelligatur de impoſsibili ſecũdũ numerũ uel naturã.

Itẽ, ꝙ alius eſt intellectus in ratione, ſecundũ quod Deus intelligit ſe & alia. Error: quia licet ſit alia ratio intelligẽdi: tamẽ non alius intellectus ſecundũ rationem.

Item, quòd prima cauſſa eſt cauſſa omnium entium remotiſsima. Error: ſi intelligatur cum præciſione, ita ſcilicet quòd non propinquiſsima eſt.

Itẽ, quòd aliqua poſſunt cauſſaliter euenire, reſpectu primæ cauſſę: & ꝙ falſum eſt omnia eſſe præordinata à prima cauſſa, quia tunc euenirent de neceſsitate.

Item, quòd in cauſsis efficientibus cauſſa ſecunda habet actionem, quam non accepit à prima cauſſa.

Item, quòd in cauſsis efficientibus, ceſſante cauſſa prima, non ceſſat ſecunda ab operatione ſua, dum tamen ſecunda operetur ſecundum materiam ſuam.

Item, quòd de Deo nõ poteſt cognoſci, niſi quia eſt ſine ipſum eſſe.

Item, quòd Deum eſſe Ens per ſe poſitiuè non eſt intelligibile, ſed priuatiuè eſt ens, aut per ſe intelligibile.

ERRORES DE ANGELO UEL intelligentia.

Item, quòd omnia ſeparata coæterna ſunt primo principio.

Item, quòd intelligentię ſuperiores creant animas rationales, ſine motu cœli. Intelligentiæ autem inferiores creant negetatiuam ſenſitiuam, motu cœli mediante.

Item, quòd intelligẽtia angelus uel anima ſeparata nuſquam eſt.

Item, ſubſtantiæ ſeparatæ, eò quòd habent unum appetitum, non mutantur in opere aut operatione.

Item, quòd intelligentiæ ſiue ſubſtãtiæ ſeparatæ, quas dicunt eſſe æternas, nõ habent propriè cauſſam efficientẽ, ſed metaphoricè: quia habent cauſſam conſeruantẽ in eſſe, ſed nõ ſunt factæ de nouo, quia ſic eſſent tranſmutabiles.

Item, ꝙ in ſubſtantijs ſeparatis nulla eſt poſsibilis tranſmutatio: nec ſunt in potentia ad aliquam mutationem ad aliud, quia æternæ ſunt & immunes à materia.

Itẽ, ꝙ ſubſtãtiæ ſeparatæ, quæ nõ habẽt materiã, per quã plus ſint in potẽtia quàm in actu, & ſunt à cauſſa ſemper eodem modo ſe habente: ideo ſunt æternæ.

Item, quòd ſubſtantiæ ſeparatæ per ſuũ intellectum cauſſant res ad extra.

Item, ꝙ intelligentia motrix cœli influit in animam rationalem, ſicut corpus cœli influit in corpus humanum.

Itẽ, ꝙ angelus nõ poteſt in actus oppoſitos immediatè, ſed in actus mediatos: & hoc mediante alio, ut orbe, ſole uel cœlo.

Itẽ, ꝙ angelus nihil intelligit de nouo.

Itẽ, ꝙ ſi eſſet aliqua ſubſtantia ſeparata, quæ nõ moueret aliqđ corpus in hoc mũdo ſenſibili, non clauderetur in uniuerſo.

Itẽ, ꝙ ſubſtãtię ſempiternę, ſeparatę à materia habẽt bonũ: qđ eſt eis poſsibile cũ ꝓducũtur, nec deſiderãt aliquid quo carent.

Item, quòd ſubſtãtiæ ſeparatæ ſunt ſua eſſentia, quia in eis idem eſt quod eſt, & per hoc quod eſt.

Item, quòd omne quod non habet materiam, eſt æternum: quia quod non eſt factum per tranſmutationem materię, prius non fuit, ergo æternum.

Item, quia intelligentiæ nõ habent materiam, Deus non poſſet plures res einſdẽ ſpeciei facere: & quòd materia non eſt in angelis, contra fratrem Thomam.

Item, quòd intelligentiæ ſuperiores nõ ſunt cauſſa alicuius nouitatis in inferioribus. Et quòd ſuperiores inferioribus ſunt cauſſa æternæ cognitionis.

Item, quòd intelligẽtia perficitur à Deo in æternitate: quia ſecundum ſe totum immutabilis, anima autem cœli non.

Item, quòd intelligentia inferior recipit eſſe à Deo per intelligentias medias.

Item, quòd ſcientia intelligentiæ nõ differt à ſubſtantia intelligentiæ: ibi enim nõ eſt diuerſitas intellectus ab intelligibilitate, nec diuerſitas intellectorum.

Item, quòd ſubſtantiæ ſeparatę ſunt in actu infinitę: infinitas enim non eſt impoſſibilis, niſi in rebus materialibus.

Itẽ, quòd intelligẽtiæ ſuperiores imprimũt in inferioribus, ſicut anima una intellectiua imprimit in aliã & in animã ſenſitiuam: & per talem impreſsionẽ incantatores aliquis

aliquis proijcit camelũ in foueã ſolo uiſu.

Item,ꝙ intelligentia,cum ſit plena formis, imprimit alias ſormas in materia per corpora cœleſtia, tanquã per inſtrumenta.

Itẽ,ꝙ ſubſtãtię ſeparatæ ſunt alicubi per opationẽ:& nõ poſſũt moueri ab extremo in extremũ, nec mediũ:niſi qa poſſunt uelle opari aut in medio,aut in extremis. Error:ſi intelligatur,ſine opatione ſubſtantiã nõ eſſe in loco, nec trãſire de loco in locũ.

Item, quòd intelligentia ſola uoluntate mouet cœlum.

Itẽ,ſubſtãtiæ ſeparatæ nuſquã ſunt ſecũdum ſubſtantiã. Error:ſi intelligatur ita,ꝙ ſubſtantia ſit res eſſendi in loco. Verũ eſt, quòd nuſquam ſunt ſecundũ ſubſtantiã.

ERRORES. DE ANIMA ET *intellectu.*

Item,quòd intellectus nõ eſt forma corporis, niſi ſicut nauta nauis : nec eſt perfectio eſſentialis hominis.

Item,quòd intellectus,quando uult,induit corpus:quando non uult,non induit.

Itẽ,ꝙ ex ſenſitiuo & intellectiuo non ſit unũ per eſſentiã, niſi ſicut ex intelligentia & orbe,hoc eſt unum per appoſitionem.

Itẽ,quòd intellectus humanus eſt æternus,quia eſt à cauſſa ſemper eodẽmodo ſe habente: & quoniã nõ habet materiã, per quam prius eſt in potentia quàm actu.

Item,quòd anima ſeparata nullo modo patitur ab igne.

Item,quòd intellectus eſt unus numero omnium,licet omnino ſeparatur à corpore hoc,non tamen ab omni.

Itẽ,quòd intellectus ſortis corrupti non habet ſcientiam eorum quæ habuit.

Item, ꝙ anima humana nullo modo eſt mobilis ſecũdũ locũ,nec per ſe,nec per accidẽs: & ſi ponatur alicubi ſecũdũ ſubſtantiã ſuã, nunquã mouebitur de ubi ad ubi.

Itẽ,ꝙ ſciẽtia animæ eſt terrena: & quòd intellectus agens & poſsibilis ſunt ęterni.

Itẽ,ꝙ motus cœli ſunt ꝓpter animã intellectiuã:& ꝙ anima intellectiua ſui intellectus nõ poteſt educi,niſi mediãte corpore.

Item, quòd nulla forma ab extrinſeco ueniẽs, poteſt facere unum cum materia: quod enim ſeparabile eſt, cum eo quod eſt corruptibile,unum non facit.

Item,anima ſeparata non eſt alterabilis ſecundum philoſophiam,licet ſecundum fidem alteretur.

Itẽ, ꝙ anima rationalis quando recedit ab animali,adhuc remanet animal unum.

Item, quòd anima intellectiua cognoſcẽdo ſe cognoſcit omnia alia: ſpecies enim omnium rerum ſibi ſunt concreatæ: ſed hoc cognoſcere non debetur intellectui noſtro, ut noſter eſt : ſed ſecundum quod intellectus eſt agens. Error eſt.

Item,quòd anima eſt inſeparabilis à corpore,& ad corruptionem harmoniæ corporalis corrumpitur anima.

Item,ꝙ ſcientia magiſtri & diſcipuli,eſt una & eadẽ numero:& ratio eſt,quia intellectus unus eſt: quia ſorma nõ multiplicatur,niſi quis educitur de potẽtia materiæ.

Item,quòd intellectus agens non copulatur noſtro poſsibili , & quòd intellectus poſsibilis non unitur nobis ſecundũ ſubſtantiam : & ſi uniretur, & forma nobiſcũ eſſet inſeparabilis.

Item,operatio intellectus non uniti copulatur corpori , ita ꝙ operatio eſt rei non habentis ſormã qua operetur.Error eſt:qa ponit ꝙ intellectus nõ ſit ſorma hominis.

Item, quòd nihil poteſt ſciri ab intellectu poſt eius ſeparationem.

Item,ꝙ intellectus, qui eſt poſtrema hominis perfectio,eſt penitus abſtractus.Vel quòd intellectus ultima , uel eſt poſtrema opatio hominis,& eſt totaliter abſtractus.

Item,quòd intellectus poſsibilis eſt inſeparabilis à corpore ſimpliciter, quantũ ad hũc actũ,qui eſt ſpecierũ receptio,& quantum ad iudiciũ quod fit per ſimplicem ſpecierum acceptionem , uel intelligibilium compoſitionem . Error : ſi intelligatur de receptione omnimoda.

Item, quòd intellectus agens eſt quędã ſubſtantia ſeparata ſuperior ad intellectũ poſsibilem:& quòd ſecundum ſubſtantiã, potentiam & operationem eſt ſeparatus à corpore,nec eſt forma corporis humani.

Itẽ,ꝙ incõueniens eſt ponere aliquos intellectus nobiliores alijs:quia cùm illa diuerſitas non poſsit eſſe à parte corporum, oportet quòd ſit à parte intelligentiarum: & ſic animę nobiles & ignobiles eſſent neceſſaria diuerſarum ſpecierum,ſicũt intelligentiæ.Error:quia ſic anima Chriſti non eſſet nobilior anima Iudæ.

Itẽ,quòd intellectus ſpeculatiuus ſimpliciter eſt æternus & incorruptibilis : reſpectu uerò huius hominis corrumpitur, corruptis phantaſmatibus in eo.

Item , quòd intellectus poſsibilis nihil eſt in actu antequam intelligat:quia in natura intelligibili eſſe aliquid in actu,eſt eſſe actu intelligens.

Item , quòd ex intelligẽte & intellecto fit una ſubſtantia , & quòd intellectus ſit ipſa res intellecta formaliter.

Item,quòd nos peius uel melius intelligimus,hoc prouenit ex intellectu paſsiuo, quem dicunt eſſe potentiam ſenſitiuam. Error eſt: quia hic ponit unum intellectũ in omnibus,aut æqualitatem in omnibus animalibus.

Item, quòd intellectus nō poteſt trāſite de corpore in corpus, ita quòd ſucceſsiuè ſit motor diuerſorum corporum.

Item, q, intellectus noſter per ſua naturalia poteſt ptingere ad cognoſcendā eſſentiā primæ cauſſæ. Hoc malè ſonat: & eſt error, ſi intelligatur de cognitione mediata.

Itē, q, anima nunquā moueretur, niſi corpus moueretur: ſicut graue uel leue nunquā moueretur, niſi aer moueretur.

ERRORES DE VOLVNTATE
ſiue libero arbitrio.

Item, quod de ſua natura non eſt determinandum ad eſſe uel non eſſe, non determinatur niſi ad aliquod, quod eſt neceſſarium reſpectu ſui. Error.

Itē, quòd uoluntas manente paſsione & ſcientia in particulari, & in actu nō poteſt agere contra eam.

Item, ſi ratio recta, & uoluntas recta. Error eſt: quia eſt contra glo. Auguſt. ſuper illum pſalmum, Concupiuit anima mea deſiderare, &c. Et quia ſecundum hoc ad rectitudinem uoluntatis gratia non eſſet neceſſaria, ſed ſolùm ſcientia: quod fuit error Pelagij.

Item, quòd uoluntate exiſtente in tali diſpoſitione, in qua nata eſt moueri, & mouere ſic diſpoſito, quòd natum ſit mouere, impoſsibile eſt uoluntatem non uelle.

Item, quòd morbus eſt cauſſa uoluntatis medici ut ſanet.

Item, quòd uoluntas & intellectus non mouentur in actu per ſe, ſed per cauſſam ſempiternā, ſcilicet per corpora cœleſtia.

Item, quòd appetitus ceſſantibus impedimentis neceſſariò mouetur ab appetibili, error eſt de intellectiuo.

Item, quòd uoluntas ſecūdum ſe eſt indeterminata ad oppoſita, ſicut materia. Determinatur autem ab appetibili, ſicut materia ab agente.

Item, quòd homo agens ex paſsione coactè agit.

Item, quòd poſt concluſionem factā de aliquo faciendo uoluntas non manet libera, & quòd pœnæ non adhibentur à lege, niſi ad correctionem ignorantiæ, & ut correctio ſit alijs principium cognitionis uel generationis.

Itē, q, uolūtas hominis neceſsitatur per ſuam cognitionem, ſicut appetitus bruti.

Item, quòd nullum agens eſt ad utrumlibet, imò determinatur.

Item, quòd effectus ſtellarum ſuper liberum arbitrium ſunt occulti.

Item, quòd uoluntas noſtra ſubiacet poteſtati corporum cœleſtium.

Item, q, uolūtas neceſſariò proſequitur, quod firmiter creditum eſt à ratione: & quòd non poteſt abſtinere ab eo quod ratio dictat. Hæc autem neceſſariò non eſt coactio, ſed natura uoluntatis.

Itē, q, homo in omnibus ſuis actionibus ſequtur appetitū, & ſemp maiorē. Error eſt, niſi intelligatur de maiore & in mouēdo.

Item, quòd non eſt poſsibile, eſſe peccatum in potentijs animę ſuperioribus, & ita peccatur paſsione, & non uoluntate.

Item, quòd ſcientia contrariorū ſolùm eſt cauſſa, quare anima rationalis poteſt in oppoſita, niſi p accidēs & ratione alterius.

Item, quòd anima nihil uult, niſi mota ab alio à ſe, unde iſtud falſum eſt, Anima ſeipſa uult. Error, ſi intelligatur mota ab alio, ſcilicet appetibili uel ab obiecto, ita quòd appetibile & obiectum ſit tota ratio motus uoluntatis ipſius.

Item, q, duobus bonis propoſitis, quod fortius eſt, fortius mouet. Error eſt, niſi quātum eſt ex parte boni mouentis.

Item, quòd omnes motus uoluntarij reducuntur ad motorem primum, ſimpliciter non creatum, & intelligendo de motu ſecundum ſubſtantiam, & non ſecundum deformitatem.

ERRORES DE MVNDO, ET
mundi æternitate.

Item, quòd nihil eſt æternum à parte finis, quod nō ſit æternum à parte principij: quia eſt contra fidem, & error.

Item, quòd redeuntibus corporibus cœleſtibus omnibus in idem punctum, quod ſit in 30. milibus, redibunt ijdem effectus qui & modò.

Item, quòd non fuit primus homo, nec erit ultimus, imò ſemper fuit, & ſemper eſt hominis ex homine generatio.

Item, quòd generatio hominis eſt circularis, eo quòd forma hominis redit pluries ſuper eandem partem materiæ.

Itē, q, quia Socrates factus eſt nō receptibilis ęternitatis, etſi debet eſſe æternus, neceſſe eſt ut tranſmutetur natura & ſpecie.

Item, q, mundus eſt æternus, quantū ad omnes ſpecies in eo contentas: & q, tempus æternū, & motus, & materia agens, & ſuſcipiens: quia eſt potētia Dei infinita, & impoſsibile eſt innouationem eſſe in effectu ſine innouatione in cauſſa.

Itē, q, nihil eſſet nouū, niſi cœlū eſſet uariatum reſpectu materiæ generabilium.

Item, impoſsibile eſt ſoluere rationes philoſophi de æternitate mundi, niſi dicamus, quòd uolūtas pnimi implicat incompaſsibilia.

Item, quòd duo ſunt principia ęterna in cœleſtibus, ſubiectū motum æterni, anima corporis cœleſtis, & primum mouens deſideratum. Error eſt quo ad duo prima.

Item,

Item, quòd mundus eſt æternus; quia omne quod habet naturá per quam poſſit eſſe in futuro toto, habet naturam per quam potuit eſſe in toto præterito.

Item, q mundus licet ſit ſactus ex nihilo, nõ tamen eſt factus de nouo: & quãuis de non eſſe exierit ad eſſe non eſſe, non præceſsit eſſe duratiõe, ſed natura tãtùm.

Item, quòd Theologi dicentes q cœlũ quandoq; quieſcit, arguunt ex falſa ſuppoſitione. Et quòd dicere cœlum eſſe & non moueri, eſt dicere contradictoria.

Item, quòd infinitæ præceſſerunt cœlj reuolutiones, quas nõ fuit impoſsibile cõprehendi à prima cauſſa, ſed ab intellectu creato.

Item, quòd elementa ſunt æterna, ſunt tamen facta de nouo in diſpoſitione quã non habent.

Item, quòd qnamuis generatio hominũ poſsit deficere uoluntate primi, tamen nõ deficiet: quia orbis primus non tantùm mouet ad generationem elementorum, ſed etiam hominum.

Item, ſi quod cœlũ ſtaret, ignis in ſtupã non ageret, quia nec Deus eſt.

Item, q cœlum nunquam quieſcit: quia generatio inferiorum, quæ eſt finis motus cœli, ceſſare non debet. Alia ratio, quia cœlum ſuum eſſe, & ſuam uirtutem habet à motore ſuo, & hoc conſeruat cœlum per ſnum motum: unde ſi ceſſaret à motu, ceſſaret ab eſſe.

Item, quòd æunm & tempns nihil ſunt in re, ſed ſolum in apprehenſione.

Item, quòd qui generat mundum ſecũdum totum ponit uacuum, quia locus neceſſariò præcedit generatum in loco: & tunc ante mundi generationem fuiſſet locus ſine locato, quod eſt uacuum.

Item, Eleméta prima generatione non ſunt facta ex nihilo chaos, ſed ſnnt æterna.

Item, q uniuerſum non poteſt deficere. quia primum agens habet trãſmutare materiam æternaliter uiciſsim nunc ad iſtam formam, nunc ad illam, & ſimiliter materia nata eſt tranſmutari.

Item, quòd tempus eſt infinitum, qnan tũ ad utrunq; extremũ: licet enim impoſsibile ſit infinita eſſe pertranſita, quorũ aliquid fuit pertranſeundnm, non tamen impoſsibile eſt infinita eſſe pertranſita, quorum nullum fuit pertranſeundũ. Error.

Item, quòd naturalis philoſophus ſimpliciter debet negare mundi nouitatem, quia innititur cauſsis & rationibus naturalibus. Fidelis auté poteſt negare mundi æternitatem, quia nititur cauſsis ſupernaturalibus.

Item, q ratio philoſophi demonſtrans motũ cœli æternũ non eſt ſophiſtica. Et mirũ eſt, q homines profundi hoc nõ uidét.

Item, q creatio nõ eſt poſsibilis, quãuis contrarium ſit tenendum ſecundũ fidem.

Item, quòd nõ eſt uerum quòd aliquid fiet ex nihilo, uel neq; factum ſit in prima creatione.

Item, quòd creatio non debet dici mutatio ad eſſe. Error, ſi intelligatur de omni modo mutationis.

ERRORES DE COELO ET STELLIS.

Item, quòd corpora cœleſtia mouentur à principio intrinſeco quod eſt anima, & quòd mouentur per animam & per uirtutem appetitiuam ſicut animal. Sicut enim anima appetens mouetur, ita & cœlum.

Itẽ, Corpora cœleſtia ex ſe habẽt æternitatem ſuæ ſubſtãtiæ, ſed non æternitatem ſni motus.

Item, quòd anima cœli eſt intelligẽtia. Et orbes cœleſtes ſunt inſtrumenta intelligenriatum ſicut organa, ſicut auris & oculus eſt organon uirtutis ſenſitiuæ.

Item, q ſi in aliquo hnmore uirtute ſtellarum deuenirent ad talem proportionẽ, cuiuſmodi proportio eſt in ſeminibus primorum parentum, ex illo humore poſſet generari homo. Et q ſufficienter poſſet generari ex putrefactione uel ex putredine.

Item, Omnium formarũ cauſſa effectiua eſt orbis.

Itẽ, Natura, quæ eſt principiũ motus in corporibus cœleſtibus, eſt intelligẽtia mouens. Error, ſi intelligatur de natura quæ eſt actus uel forma.

ERRORES DE NECESSITATE
euentus rerum.

Itẽ, q nihil à caſu, ſed omnia à neceſsitate ueniũt. Et oĩa futura q̃ erũt, neceſsitate erũt: & q̃ nõ erũt, impoſsibile eſt eſſe. Et q nihil euenit cõtingẽter cõſiderãdo oẽs caſus: Error: qa cõcurſus cauſſarũ eſt de definitione caſualis, lib. 5. de cõſolat. philoſophię.

Item, quòd ex diuerſitate locorum acqniruntur neceſsitates euentuum.

Item, quòd ex diuerſis ſignis cœli ſignificantur diuerſæ conditiones in hominibns, tam bonorum ant donorum ſpiritualium, quàm rerum temporalium.

Itẽ, q quibuſdã ſignis aut figuris ſciãtur hominũ intẽtiões & mutatiões intẽtionũ. Et, an intentiones illæ pficiendæ ſint. Et q p tales figuras ſciũtur euẽtus peregrinorũ, captiuatio hominũ, aut ſolutio captiuorũ: & an nati futuri ſint ſcientes uel latrones.

Itẽ, q ferũt, q diſpoſitio uniuerſi pcedit ex prouidentia diuina nõ immediatè, ſed mediante motu ſuperiorũ. Et q illud facit, nõ imponit neceſsitatẽ inferioribus, quia habẽt cõtrarietatẽ, ſed ſuperioribus.

Item, quòd ſanitatem & infirmitatem, nitam & mortem attribuunt poſitioni ſyderum & aſpectui fortunę, dicentes, quòd ſi cum aſpexerit fortuna uiuet, ſi non aſpexerit morietur. Error.

Item, quòd hora generationis hominis in corpore ſuo, & per conſequēs in anima, quæ ſequitur ex ordine cauſſarum ſuperiorum & inferiorum, ineſt homini diſpoſitio inclinans in tales actiones & euētus. Error: niſi intelligitur de euentibus naturalibus, & per uiam diſpoſitionis.

ERRORES DE ACCIDENTE.

Item, quòd cùm Deus non comparatur ad entia in ratione cauſſæ materialis uel formalis, non facit accidens eſſe ſine ſubiecto, de cuius ratione eſt in actu ineſſe ſub iecto ſuo.

Item, quòd accidens exiſtens ſine ſubiecto non eſt accidens niſi æquiuocè. Et quòd impoſsibile eſt quantitatem ſiue dimenſionem eſſe per ſe: hoc enim eſſet, ipſam eſſe ſubſtantiam.

Item, quòd facere accidēs eſſe ſine ſubiecto, habet rationē impoſsibilis implicātis contradictionem, ut credimus in Eucharistia, quintus error.

Itē, q, Deus nō poſſet facere accidēs ſine ſubiecto, nec plures dimēſiōes ſimul eſſe.

ERRORES DE SACRA SCRIPTVRA.

Itē, quòd ſermones theologiæ fundati ſunt in fabulis.

Item, quòd nihil plus ſcitur propter ſcire theologiam.

Item, quòd fabulæ & falſa ſunt in lege Chriſtiana, ſicut & in alijs.

Itē, q, lex Chriſtiana impedit addiſcere.

Item, quòd lex naturalis prohibet interfectionem animalium irrationalium, licet non tantùm.

ERRORRES DE FIDE ET SACRAMENTIS.

Item, q, non eſt curandū de fide, ſi dicatur aliquid eſſe hæreticū, qa eſt cōtra fidē.

Item, q, non eſt credendū niſi per ſe notum, uel ex per ſe notis poſsit declarari.

Item, q, non eſt curandum de ſepultura.

Item, quòd non eſt orandum.

Item, quòd non eſt confeſsio facienda niſi ad apparentiam.

ERRORES DE RAPTV.

Item, quòd raptus & uiſiones non habent fieri niſi per naturam.

ERRORES DE VITIIS ET VIRTVTIBVS.

Item, quòd peccata contra naturā, utpote abuſus in coitu, licet ſint cōtra naturam ſpeciei, non tamē cōtra naturā indiuidui.

Item, quòd ſimplex fornicatio, utpote ſolutus cum ſoluta, non eſt peccatum.

Itē, q, dignitas eſſet in cauſsis ſuperioribus poſſe facere peccata & monſtra præter intentionem, cùm natura hæc poſſet.

Item, q, delectatio in actibus Venereis non impedit actū ſiue uſum intellectus.

Item, quòd continentia non eſt eſſentialiter uirtus.

Item, q, perfecta abſtinentia ab actu carnis corrumpit uirtutem & ſpeciem.

Item, quòd pauperis hominis fortuna non poteſt agere in mortalibus.

Item, humilitas prout quid oſtentat ea quæ habet, ſed uilipēdit & humiliat ſe, nō eſt uirtus. Error, ſi intelligatur, quòd nec uirtus nec actus uirtuoſus.

Item, quòd non ſunt poſsibiles aliæ uirtutes, niſi acquiſitæ uel innatæ.

Item, quòd caſtitas non eſt maius bonū qnàm perfecta abſtinentia.

Item, quòd finis terribilium eſt mors. Error, ſi excludat terrorem inferni, qui eſt extremus.

ERRORES DE RESVRRECTIONE.

Item, quòd contingit corpus corruptū redire idem numero, nec idem numero reſurget. Error.

Item, q, reſurrectio futura nō debet credi neq; concedi à philoſopho: quia impoſſibile eſt inueſtigari per rationem. Error: quia etiam philoſophus debet captiuare intellectum in obſequium fidei Chriſti.

ERRORES DE FELICITATE
ſeu beatitudine.

Item, felicitas non poteſt à Deo infundi immediatè.

Item, diſcere Deum dare felicitatem uni & non alij, eſt ſine ratione, & figmentū.

Item, q, homo ordinatus quantū intellectum & effectū, ſicut poteſt eſſe ſufficiēter per uirtutes intellectuales & morales, de quib. loquitur philoſophus in ethicis, eſt ſufficiēter diſpoſitus ad felicitatē æternā.

Item, quòd felicitas habetur in hac uita & non alia.

Item, quòd homo poſt mortem amittit omne bonum.

Item, q, bonum, quod homini poſsibile eſt, conſiſtit in uirtutibus intellectualibus.

FRATRICELLI.

CIrca finē huius Centuriæ, anno Domini 1298. Fratricelli exorti ſunt, ſic dicti ab opinione. Autor eius ſectæ fuit Hermanus Italus, cuius corpus poſtea Ferrariæ exhumauit & concremauit Bonifacius octauus. Vrſpergenſis Paralipomena annotant, à Dulcino & Margarita eius coniuge eiuſmodi ſectam eſſe inchoatam apud urbē Lombardiæ Nouariam. Picenum autem, Vmbriam ac Flamineam prouinciam maximè infeſtauit, ut Bergomenſis refert.

DOGMATA.

De

De Animabus.

Viſionem animarum ſanctarum differri uſq; ad nouiſsimum diem. Lucelburg.

De Eccleſia.

Romanam Eccleſiam non eſſe ueram. Lucelburg.

De Pontificibus.

Bonifacium 8. Iohannem 22. non legitimè creatos pontifices. Lucelburg.

RITVS.

Nocturnos agebant cõuentus In locis abditis, ubi ſacerdos eorum primùm quędam more Chriſtianorũ ad laudẽ Dei canebat, deinde de ſua religione diſſerebat. His peractis, faciebat cuilibet copiã ruẽdi in amplexus promiſcuos uirginũ & fœminarũ, prout erant obuiæ, extinctis ad eam cõfuſionẽ luminibus. Infans aũt ex eo fœdo concubitu natus, in eam ſpeluncã delatus tãdiu uiolẽtis manibus trahebatur, donec animam ageret. In cuius aũt manibus expiraret, is põtifex maximus creabatur. Bernh. Lucelburg. ex 8. lib. Saxoniæ. Hoc pacto ſcilicet impurus & homicida ſpiritus iſtam fœdam ſectam uolult infamare.

CONFVTATIO.

Bonifacius octauus Fratricellos acerrimè perſecutus eſt, anno Domini 1299. Sed delere eos penitus non potuit. Hirſaug.

In extraua. Iohan. 22. qui incipit: Sancta Romana. Non mille, inquit, profanæ multitudinis uiri, qui uulgariter Fratricelli ſeu fratres de paupere uita, Biſochi ſiue Beguini, uel alijs nominibus nuncupãtur, in partibns Italiæ, necnon in inſula Siciliẽſi, &c. qui contra canones habitũ nouæ religionis ſumpſerunt. & infrà: Et quia in errorũ barathrum faciliter ruunt, qui conceptus proprios patrũ diffinitionibus anteponũt, ipſorum quamplurimi, ſicut fide digna relarione percepimus, à ueritate catholicæ fidei deuiantes, Eccleſiaſtica Sacramenta deſpiciunt, ac alios errores ſtudent multipliciter ſeminare. Bernhard. Lucelburg.

Clara etiam in Fratricellos ſcripſit. Bergomenſis lib. 13.

VVILHELMVS DE S. AMORE.

CAnonicus is fuit Beluacenſis eccleſiæ. Reprehẽdit aũt mendicãtes monachos, q. in omnes eccleſias irrumpentes, meraq; auaricia æſtuantes, poteſtatẽ audiendi confeſsiones, & impertiendi abſolurionem à peccatis ſibi ſumerẽt, qua quidẽ licẽtia multa ingẽtia ſcelera pperrarẽt, & diſciplInã cuiuſq; loci labefactarẽt.

Cum autem Antichriſtus Romanus cũ ſuis ſatelliribus, hũc uirum rectè ſennientẽ oppugnarent, librum contra Mendicãtes ædidit, cui titulum fecit, De periculis mundi, anno Domini 1255. qui adhuc extat, & quem, cum hæc ſcriberemus, in manibus noſtris habebamns. Magna autem cura & induſtria, grauiter & neruoſe cauſas colligit, cur eiuſmodi effrenes Mendicãtiũ conatus ſint impij, pernicioſi, ſcandaloſi, & omnibus modis cohercendi.

Sed laterem lauat, quia Antichriſtus nõ audiebat rationẽs, uèrùm pro arbitrio cuncta agebat, ac debebat impietas inualeſcere. Alexander igitur quartus eum librum damnat & comburit. Sabel. tom. 2. Ennea. 9. lib. 6. Ptol. Lucenſis, ætate 6.

Apparet igitur, hunc Vuilhelmũ fuiſſe doctiſsimũ uirũ, & præter meritũ inter hęreticos relarũ. Vt aũt lector pius aliquẽ guſtum percipiat iſtius negocij, rationes aliquot adſcribemus, quæ nudè ſub finẽ libri Vuilhelmi in noſtro exẽplari erãt ſubiectę.

1. Quòd prædicant non miſsi, uel non canonicè miſsi.

2. Quòd prædicant contra uel præter ueritatem diuinæ ſcripturæ ı uel tacent in dolo, quod eſſet docendum.

3. Quòd prædicant ueritatẽ in dolo ad ſeducendum ſubditos alienos, ut eos ſibi alliciant, & à prælatis eorum auertant.

4. Quòd penetrãt domos, id eſt, rimantur ꝓprietates cuiuſq;, uidelicet ingerẽdo ſe ad audiendũ confeſsiones plebiũ non ſuarum, ut eos in ſuam redigãt poteſtatẽ.

5. Quòd ut dominari ualeãt ſnbdiris alienis, uendicant nomini ſuo auctoritatẽ, uocantes Prædicatores uel opitulatores Eccleſiæ generales.

6. Quòd excedunt menſuram poteſtatis, ſi eis poteſtas aliqua committatur.

7. Quòd libentius prædicant fidelibus iam conuerſis, quàm infidelibus conuertẽdis, eò quòd ab illis lætantins admittuntur, & ſplendidius procurantur.

8. Quòd non uadunt in ſuam legationem, ſed In alienam, uidelicet ingerẽtes ſe ad Chriſtianos habentes ſuos rectores.

9. Quòd q̃rũt uanã gloriã huius mũdi.

10. Quòd cõmendant ſeipſos, & oſtentant bonã opera ſua. (etiã religioſis.

11. Quòd præferunt ſe alijs hominibus,

12. Quòd faciũt nouas & ſnperſticioſas traditiones, ut ſanctiores alijs uideantur.

13. Quòd plus amant propriam gloriã, quàm legem Dei.

14. Quòd oſtentant eloquentiam ſuã.

15. Quòd oſtentant philoſophiã ſuam.

16. Quòd amãt primos recubitus in cœnis, & primas cathodras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabbi. (Eccleſia Deĩ.

17. Quòd iactant ſe fructum facere in

18. Quòd iactant ſe de miraculis ſuis uel ſuorum.

19. Quòd

19. Quòd arrogant ſibi quæ nõ faciũt.

20. Quòd per ſimulatam humilitatem erigunt ſe ad honores in hoc mundo.

21. Quòd ingerunt ſe curijs, uel amant fieri curiales.

22. Quòd quærunt fauorem humanũ.

23. Quòd uacant amicitijs huius ſeculi acquirendis.

24. Quòd ſimulant ſe habere maiorem zelum animarum, quàm habeant prælati Eccleſiarum.

25. Quòd ut placeant hominibus, adulantur.

26. Quòd licet ſint pauperes, tamẽ facilè inueniũr hoſpicia, quod ueracibus prædicatorib. & pauperib. nõ facilè cõtingit.

27. Quòd in tribulationibus ſunt impatientes.

28. Quòd odiunt illos qui uolunt eos probare, utrum ſint ueri Apoſtoli uel pſeudoapoſtoli.

29. Quòd immodeſtè arguunt, ſed nõ ſuſtinent correctionem.

30. Quòd illud quod contra peruerſoa generaliter dicitur, contra ſe dici ſpecialiter ſuſpicantur.

31. Quòd ſuper priuatis iniurijs iudicia & lites aſſumunr, contra doctrinam Apoſtoli & etiam Chriſti.

32. Quòd non amãt ueritatẽ ſibi aſperã.

33. Quòd nolenres eos recipere, compellunt, uel compelli faciunt ad recipiendum ſe, contra doctrinam Domini.

34. Quòd contra aduerſarios ſuos prouocant fautores ſuos, contra exempla uerorum Apoſtolorum.

35. Quòd amant carnaliter contra doctrinam Euangelij.

36. Quòd odiunt illos, quos criminatores ſuos ſuſpicantur.

37. Quòd libenrer uiſitant domos parentum, quas reliquerunt, contra eandem doctrinam.

38. Quòd in principio lætanter recipiuntur, ſed poſtea reſpuuntur: cuius cõtrarium contingit in ueris Apoſtolis.

39. Quòd amãt curare negocia aliena, ut ſuauius uiuant.

40. Quòd prædicant propter quæſtũ.

41. Quòd importunè petunt & indifferenrer recipiunt, non ſolùm ad neceſsitates, ſed etiam ad ocium & uoluptates.

42. Quòd egeſtare coacti euangeliſant contra præceptum Apoſtoli.

43. Quòd cõtra doctrinam Domini & præceptum Apoſtolorum circumueniunt homines fraudulenter, ut res eorum blandè extorqueant.

44. Quòd ad alienam menſam frequẽter conueniunt, non uocati.

45. Quòd non ſunt contenti oblatis cibo & potu, ſed quærunt cibaria lautiora.

46. Quòd curſitant de domo in domũ, quærentes hoſpitia meliora.

47. Quòd contra doctrinam Apoſtoli recipiunt bona illorum, qui nondum emendati, in peccatis ſuis perſiſtunt.

48. Quòd contra doctrinam Apoſtoli recipiunt eleemoſynas illorum, qui dant propter pudorem aut propter importunitatem magis, quàm propter Deum.

49. Quòd non habent oculos antè & retrò: quia dicunt ſe ignorare pericula futura per pſeudoprædicatores & penetrantes domos.

50. Quòd procurant ſe per maiorum epiſtolas commendari, contra doctrinam & exemplum Apoſtoli.

IOHANNES DE POLIACO.

Iste fuit diſcipulus Vuilhelmi, ac ſtrenuè licentiam, impietatem ac ſcelera mendicantium reprehendit. Immeritò igitur inter hæreticos eſt relatus.

Articuli eius, quos creaturæ papæ Romani Pariſijs damnarunt, anno Domini 1277. ſunt iſti annotati.

I.

Quòd confeſsi fratribus habentibns licentiã generalem audiendi confeſsiones, teneantur eadem peccata, quæ cõfeſsi fuerant, iterum confiteri proprio ſacerdoti.

II.

Quòd ſtante ſtatuto, Omnes utriuſque ſexus, edito in cõcilio generali, Romanus pontifex non poteſt facere, ꝙ parochiani non teneantur cõfiteri omnia peccata ſua ſemel in anno proprio ſacerdoti, quẽ dicit eſſe parochialẽ curatũ; imò nec Deus poſſet hoc facere, quia implicat cõtradictionẽ.

III.

Quòd papa non poteſt dare generalem poteſtatẽ audiendi confeſsiones, quando confeſſus habenti generalem licentiã, teneatur eadẽ iterũ cõfiteri ꝓprio ſacerdoti.

ARTICVLI DISCIPVLORVM

Iohan. de Poliaco.

I.

Confeſſus fratri admiſſo in forma dudum, tenerur eadem peccata in numero iterum curato confireri. Hic articulus fuit damnatus per Iohan. 22. in ſtatuto quod incipit, Vas electionis.

II.

Concluſiones Iohannis de Poliaco dãnatæ per Iohan. 22. ſunt ſatis ueræ, & à quocunq; licitè poſſent ſufficienter teneri.

III.

Statutũ Iohan. 22 editum, Vas electionis, eſt irritũ & inane. Quia cũ illud fecit, hæreticus erat: & per cõſequẽs, quicquid

fecit

fecit Iohannes ſiue Mendicantibus ſiue alijs ante reuocationem, inane fuit.

IIII.

Stante ſtatuto, Omnes utriuſq; ſexus, nec Deus nec papa de potētia ſua poteſt facere, quādo cōfeſſus fratri mēdicāti admiſſo, iterū teneatur confiteri ſuo curato.

V.

Confeſsio fratribus admiſsis facta eſt dubitalis & incerta: quapropter homines tenentur dimittere incertum, & ſic ſolùm confiteri ſuis ſacerdotibus curā animarū habentibus, ſub pœna mortalis peccati.

VI.

Quamuis fratres admiſsi habeant autoritatem abſoluendi & audiendi confeſsiones, tamen populus ſubiectus non habet poteſtatē accedendi ad mendicantes admiſſos ſine licentia proprij ſacerdotis.

VII.

Fratres petentes priuilegia pro confeſsionibus audiendis & ſepulturis habēdis, ſunt in peccato mortali: & Romani pontifices talia priuilegia concedentes mendicantibus, aut eiſdem confirmantes, ſunt in peccato mortali, & excommunicati à Deo, nec ſunt aut fuerunt paſtores, ſed fures, latrones, lupi.

VIII.

Sacerdos curatus dans licentiam mendicantibus audiendi confeſsiones, magis diſpenſat cum ſtatuto, Omnes utriuſque ſexus, quàm papa dans fratribus mendicantibus licentiam iuxta formā decretalis Dudum.

Hoſce articulos damnauit ut erroneos, falſos & nouos, Alexander papa, ſed contra uerbum Dei, more Antichriſti.

CAPVT VI.

DE CEREMONIIS ET *ritibus Eccleſiæ.*

OMISSA ueterum ceremoniarum, quæ Romanorum pontificum, epiſcoporum & aliorum eiuſdem farinæ hominum, ſanctitatis quandā ſpeciem præ ſe ferentium, induſtria in Eccleſiam Christi magnis plauſtris inuectę ſunt, odioſa & ad nauſeam uſq; hactenus repetita commemoratione, tantùm eas quæ hoc ſeculo acceſſerunt, Lectori ſubijciendas duximus.

DE CONGRESSIBVS *publicis.*

AD publicos congreſſus habēdos, noua condita leguntur templa, tū parua, tum ampliora: eaq; ſingulari quadam pōpa, alicuius patroni tutelæ more ethnico committebantur, nempe:

Vel ſoli Chriſto. Pariſijs enim ex domo Iudæi cuiuſdam, Chriſto ſacra eccleſia cōdita eſt, anno 1290. idq; miraculi cuiuſdam occaſione. Nauclerus gener. 44. S. crucis tēplum Henricus dux in inſula Vratislauienſi, è regione baſilicæ condidit. Cromerus lib. 10.

Vel Angelis. Nam Leſcus Niger princeps Cracouienſis, recuperata omni præda, quam ex Polonia ſecum abduxerant Lituani & Iazyges: & cumulata etiam hoſtium cęſorum ſpolijs, uictor in Poloniam reuerſus, Lublini tēplum, monumentū uictoriæ ſuæ condidit, ac D. Michaelis, quē in ſomnis uictoriā ſibi pollicentē uiderat, memorię dedicauit. Cromer. li. 10. Theodoricus Colonienſis præſul, in caſtro Gudesberg templum extruit, anno 1210. idq; Michaeli archangelo dedicat. Catalogus Epiſcop. Colon.

Vel Marię. Eccleſiam enim S. Marię trās Tyberim Innocentius dedicat. Chronicō Martini. Anno 1214. Machanaria urbis Damiatæ primaria in eccleſiam B. Mariæ cōſecratur. Blondus libr. 7. decad. 2 Bonfin. Anno 1247. Henricus Landgrauius Thuringiæ Reutlingen obſedit. Ciues uerò Friderico adſtricti, pro liberatione B. Virgini uotum faciunt. Soluta obſidione beatę Virginis, ut credebatur, beneficio, ciues ſacellum in eiuſdem honorem conſtruunt. Nauclerus lib. 2. gene. 42. Bela quartus pacato regno, eiuſq; excidio ſarto, B. Virgini, cuius numine ſe ſeruatum credebat, Strigonij regio ſumptu extructum templum dicat. Bōfin. lib. 8. decad. 2. Barnimus dux Pomeranorum, Stetini eidem ſacrū cōdit templum. Cranzius lib. 7. cap. 17. Vandalię. In Marſis Carolus Siciliæ rex ſub annum 1268. in honorem Deiparæ uirginis ex uoto, mira arte cōſtruxiſſe dicitur templum nouum. Sabellicus tomo 2. Ennead. 9. lib. 7. Iohannes Ducas Imperator, & eius cōiunx, templa elegātiſsima maximis ſumptibus, amplitudine & uarietate ſtructuræ inſignia ædificarunt: Imperator quidem Magneſię Deiparę uirginis nomine, quod Soſandra dicitur, & aliud Niceæ, Magno Antonio ſacrum: Imperatrix uerò, intra Pruſam metropolim, ad montem Olympum ſitam, nomine uenerandi prophetæ, præcurſoris & Baptiſtæ, multis ornamentis additis, & amplis annuis reditibus adiectis, ubi monachi diuino cultui dediti habitarent, quæ loca plena erant ſuauitate & gratia Spiritus. Nicephorus Gregoras lib. 2. hiſtoriæ Romanæ.

Vel

Vel Apoſtolorum. Nam Conradus Colonienſis archiepiſcopus, anno 1248. maiorem eccleſiam S. Petro conſtruere cœpit, cuius quidem ipſe primum lapidẽ poſuit in uigilia aſſumptionis Mariæ. Trithemius in Chronico Hirſaug. Eodẽ modo Theodoricus epiſcopus Monaſterienſis in ædificando templo S. Pauli primum poſuit lapidem. Cranzius lib. 8. Metrop. cap. 5. Bartochus Fuldẽſis iuxta decani ædes S. Iacobo ſacrũ condit ſacellum, Munzero teſte.

Aut martyrum maſculorum, aliorumq; ſanctulorum. Antonio enim Magno ſacrũ condidit templum Niceæ Iohannes Ducas Imperator. Gregoras lib. 2. Sixti templum Innocentius tertius Laurentij, & S. Viuianæ Honorius tertius reſtituerunt. Anno Domini 1263. cum Patauina urbs Dominici meritis ab Ecelini cuiuſdam tyrannide liberata eſſet, ciues prægrande in eius honorem templum conſtruxerunt, Schedelius ætate 6. Franciſco monacho ex ære ſolo templum conſtruitur Aſsiſij. Volaterran. li. 21. Anthropologiæ. Hugo Antiſiodorenſis epiſcopus, Iudæis urbe eiectis, ſynagogam eorum in honorem Dei & ſanctorum confeſſorum Nicolai & Renoberti baſilicam dedicauit. Vincent. lib. 29. cap. 100. Anno 1216, Gandaui dedicatum templum Noui caſtri in honorem diuorum Bauonis & Pharahildis. Iacobus Meier in Chron. Fland.

Aut fœminarũ. Templum teſtudineum S. Agneti condidit Alexander quartus, & quod antea Baccho fuerat dicatũ, D. Conſtantiæ attribuit. Balæus lib. 6. de Romanorum pontificum actis, Platina.

Anno 1277. in die Vrbani, ſplendidiſsima Argentinenſis templi cathedralis turris extrui cœpta eſt. Paralip. Vrſperg.

Tempore Alexandri tertij regis Scotorum, cathedrale templum Glaguenſe perfectum eſt. Hector Boerius lib. 13.

Anno 1294. Florentini maximũ templũ quadrato ſculptoq; marmore eximiè ac magnificè ædificare cœperunt. Palmerius.

Reconciliatur eccleſia, quæ per homicidia perpetrata polluta eſt, per aquam cum uino & cinere benedictam. Innocentius ad Compoſtellanum epiſcopum.

Altarium quoque numerus in iiſdem creuit. Albertus enim Magnus Ratisbona Argentinam ueniens, in æde S. Petri aram quandam in honorem S. Columbæ conſecrauit. In epitome rerum Germanicarum. Giſelbertus Bremenſis in honorem & memoriam prædeceſſorum ſuorũ, ad monumentum ipſorum, nouum altare ponit. Cranzius lib. 8. capite trigeſimoſexto Metropoleos.

Altare uerò conſecratur hoc ordine: Reconduntur reliquiæ cum tribus granis thuris in capſula, tabula ſuperimponitur, menſa inungitur, & quidem in ſex locis, in medio, in quatuor angulis, & in fronte. Poſt unctionem adoletur incenſum. Innocentius tertius in ſermone de conſecratione altaris. Altari in quo tabula, cui conſecrationis benedictio pontificali miniſterio adhibetur, ſi mota uel enormiter fracta fuerit, debet non immeritò conſecrari. Oleum non conſecratum, conſecrato poteſt oleo commiſceri. Innocent. 3. ad Nidroſienſem epiſcopum.

Et alia ornamenta. Singulis, quæ Romæ erant, eccleſijs, pro conficiendis calicibus, argenti libram erogauit. Balæus lib. 5. de Roman. pontific. Anno Domini 1211. rex Arragonum in ſignum uictoriæ Romam miſit lanceam & uexillum Memmelini regis Saracenorum, quæ in eminentiorẽ locum in templo S. Petro ſacro repoſita ſunt. Vincent. lib. 30. cap. 2. Ferunt Gregorium Aquileienſem patriarcham, ſigna multa militaria ex uictoria contra Fridericum ſecundum retuliſſe, quæ in eccleſia in trophæorum ſpeciem ſuſpenderit. Sabel. tomo quarto de ueruſtate Aquileiæ, libro quinto. Adhuc cum altaria & ſacroſancta in Quadrageſima uelata fuerint, in die Paraſceues nudantur, & apparent omnibus. Hugo in Pſal. 17.

¶ Congreſſus publicos ſeruatos eſſe, uniuerſa cõprobat hiſtoria. & Hugo ait: Fontes ſunt in medio eccleſiæ, & ſolenniter conueniunt Chriſtiani ad eccleſiam communem, ut ibi orent, & ſeruiant Domino. In Pſal. 21.

Finis horum congreſſuum erat, ut ibi cantiones, precationes, lectiones, ſacræ cõciones, adminiſtratio cœnæ Dominicæ, gratiarum actiones, & ſimiles fierent cultus.

De cantionibus. Ad uirginis Mariæ ſalutationem, & ad antiphonam Salue regina, quam in templis primus cantari inſtituit, & campanæ pulſum addidit Gregorius nonus. Balæus lib. 5. de actis Roman. pontif. Innocentius 4. ſtatuit, ut poſt Agnus Dei diceretur Pſalmus, Deus uenerunt gẽtes, &c. Nauclerus generat. 42. Per dies ſingulos tria Edmundus Cantuarienſis cantabat paria horarum, ſcilicet horas canonicas, de Spiritu ſancto, & de matre Domini, cum officio defunctorum. Vincentius lib. 31. cap. 77. Cum per Strategopulum Cæſarem à Latinis recepta eſſet Conſtantinopolis, Michael Palæologus Imperator mandauit, ut nomen Cæſaris per integrum annum, unà cum Imperatorum,

torum, in omnibus Romanis prouincijs, hymnis alijsque laudibus celebraretur. Gregoras libro quarto. Laudes maturinales ſummo diluculo, quia tunc reſurrexit Chriſtus: poſtea primam, quia tunc traditus eſt Pilato: deinde tertiam, quia tunc clamauerunt Iudæi, Crucifigatur. Poſtea ſextam, quia tunc crucifixus: poſtea nonam, quia tunc expirauit: poſtea ueſperas, quia tunc depoſitus fuit de cruce: poſtea completorium, quia tunc ſepultus. Matutinas uerò nocturnales cantat Eccleſia ad deſignādum uigiliam Domini, & diligentiam Iudæorum in eius cuſtodia. Hugo Pſalm. 118. In ſeptimana ſingulis ferijs cantantur in laudibus matutinalibus ſinguli Pſalmi, in quibus ponitur hoc nomen, Mane uel eius æquipollens. Feria ſecunda cantatur, Verba mea: in quo ponitur, Mane exaudies uocem meam. Feria tertia cantatur, Iudica me Deus: in quo ponitur, Emitte lucem tuam: quod æquipollet huic uoci Mane. Feria quarta cantatur, Te decet: in quo ponitur, Exitus matutini: quod æquipollet illi ſimiliter. Feria quinta cantatur, Domine refugium: ubi dicitur, Mane ſicut herba tranſeat. Sexta feria cantatur, Domine exaudi: ubi dicitur, Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam. In Sabbato cantatur, Bonum eſt confiteri Domino: in quo dicitur, Ad adnunciandum mane miſericordiam tuam. Hugo Pſal. 5.

Heinricus Reginoburgenſis epiſcopus cantandi morem, quo hactenus uſi ſacrificuli Ratisbonenſes, in artem redegit, accitis ex Heilbrunna eius artis peritiſſimis monachis. Auentinus lib. 7. annalium Boiorum.

De lectionibus. Euangelium quotidie legitur in Eccleſia. Hugo in 23. cap. Matt. Ecce ego mitto angelum meum, &c. Inde eſt, quòd in profeſtis diebus unus cereus accenſus defertur ante Euangelium. In feſtis uerò diebus præcedunt duo cerei, quia ſecundum aduentum præcedent Enoch & Helias. Pſal. 132.

Concionum meminit Boëtius lib. decimotertio, qui in concilio quodam Scotiæ, ſub initium huius ſeculi celebrato, decretum conditum ait, quo homines diebus Dominicis concionibus & ueſperis intereſſe iubentur. Dominica prima poſt octauas Epiphaniæ magna pompa ſudarium Saluatoris ex hoſpitali Sancti Spiritus Romæ in baſilicam Petri deferebatur annis ſingulis, ubi pontifex Romanus, ex conſtitutione Innocētij tertij, concionem habuit, qua ad pietatis opera ſectanda ſuos auditores extimulauit. Antoninus tit. 19. cap. 1. Quando ſermo fit laicis, ſtat prædicator: quando contemplatiuis, ſedet. Hugo capite 5. in Matth. Prædicator debet in eccleſijs prædicare, non cauernis, ut hæretici. Idem capite 26. in Matth. In feſtis templum uiſitemus, & in docendo locum priuilegiatum obſeruemus. Albertus Magnus ſuper 4. caput Lucæ. Item: Ad hoc indicti ſunt dies feriati, ut illis diebus priuatis operibus, & re familiari non retracti, omnes ad templum ueniant, & ibi laudibus diuinis interſint, & uerbo Dei & orationi intendant. Locum etiam priuilegiatum & ad hoc ordinatum publicus eligat doctor: quia ibi diſciplina tenetur, & non excitatus tumultus doctrinam impediens. Albertus Magnus capite quarto ſuper Lucam.

RITVS CIRCA BAptiſmum.

QVis baptizarit. Edouardum Henrici Angliæ regis filium Otto Gregorij noni legatus baptizauit. Polyd. libro 16.

Tempus certum obſeruatum eſt. Statutum enim eſt, ut nullus baptiſetur in die Epiphaniæ, niſi in neceſsitate, propter hæreticos, qui dicebant, tunc ſolùm uenire Spiritū ſanctum. Hugo cap. 3. in Lucam.

Adulti baptiſati. Nam in concilio Lugdunenſi Græci, Tartarorumque nonnulli proceres affuerunt. Hi domi candidati, Chriſtumque profeſsi fuerant, tunc ſacro baptiſmate imbuti: ij profitebantur Romanum pontificem eſſe humani generis parentem, & almum ſpiritum utrinque procedentem. Paulus Æmylius, Paralip. Vrſpergenſis.

Infantum baptiſmus & hac ætate in uſu fuit. Nam Hugo ait: Eccleſia orat pro paruulis baptiſatis, non quia dubium ſit ipſos ſaluari, ſed ut innuatur quòd hoc nō habent ex ſuis meritis, uel natura, ſed de ſola gratia. In Pſalm. 27. Cum Mechtildis Hennebergenſis comitiſſa uno partu enixa eſſet 350. pueros, Traiectēſis epiſcopus in pelui eos baptiſauit, ijq; paulo pòſt extincti ſunt. Cuſpinianus. Et in libro ſynodali, ab Epiſcopo Nemanſenſi, anno 1251. conſcripto, dicitur: Præcipimus itaq;, ut infans quàm citò natus fuerit, ſi periculū ſibi mortis immineat, ita quòd preſbytero nequeat præſentari, à circumſtantibus maſculis baptizetur in aqua calida uel frigida, non in alio liquore, & in uaſe ligneo mundo, uel lapideo, uel quolibet alio. Si tamen maſculi præſentes non fuerint, à circumſtantibus fœminis baptize-

tur, etiam à patre uel matre, ſi alij non fuerint à quibus ualeat baptizari. Et paulo pòſt: Cum uerò ſecundum formam prædictam in neceſsitate infans à laico fuerit baptiſatus, præcipimus, ſi ſuperuixerit, ut presbytero, quàm citò poterit fieri, præſentetur. Qui inquirat ſolicitè, qualiter fuerit baptizatus: & ſi formam prædictam inuenerit non fuiſſe ſeruatam, baptizet infantem iuxta Eccleſiæ formam. Si autem dubitauerit, an legitimè fuerit baptiſatus, quoniam fortè baptiſans non recordatur ad plenum de uerbis in baptiſmo prolatis, uel circumſtantes diſcordant, uel fortè infans expoſitus inuētus eſt iuxta eccleſiam, uel alibi, nec habetur certitudo uel aliud ſignum, utrum ſit baptiſatus uel non, ſacerdos baptiſet eum ſub his uerbis: Si baptiſatus es, nō te rebaptiſo. Sed ſi baptiſatus nō es, ego te baptizo in nomine Patris, Filij & Spiritus ſancti. Sed in tali dubio ſtatur teſtimonio unius, ſi plures teſtes haberi non poſſunt.

Patrini adhibiti. Fridericus enim ſecundus Imperator Rudolphum, qui pòſt ad Imperij culmen euectus eſt, è ſacro baptiſmatis fonte extulit. Cuſpinianus. Prohibemus diſtrictè, ne in patrinum regulatis aliquis admittatur, nec aliquis alius, qui aliqua ſententia eſt ligatus, uel quòd non eſt baptiſatus, præcipientes ut in catechiſmo & baptiſmo & confirmatione unus tantummodò ſit patrinus, hoc eſt, unus in quolibet ſacramento. liber Synodalis.

Non in alio liquore, quàm in aqua, Baptiſmus fieri debet. Hugo in tertium cap. Matth.

Quomodo adminiſtratus. In baptiſmo nomen filij & Spiritus ſancti aſſumitur, cum dicitur, Baptiſo te in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Hugo capite decimoſexto In Iohannem. Ne uerò propter imperitiam laicorum, infans abſque forma debita baptiſetur, diſtrictè præcipimus, ut presbyteri frequenter admoneant & inſtruant plebem ſuam, ut cum ex neceſsitate aliquem baptiſari contigerit, hanc formam in traditione ipſius baptiſmi cum diligentia ſtudeat obſeruare, ſcilicet ut infantem ter immergendo in aqua baptiſans, dicat: Petre uel Martine, ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Si tamen una immerſio facta fuerit, nihilominus erit baptiſatus, licet proprium nomen infanti non fuerit impoſitum. Licet etiam patrinum uel matrinam non habuerit, nec dictum fuerit Ego, dum tamen infantem immergendo in aqua, à baptiſante dictum fuerit, Baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: erit infans nihilominus baptiſatus. liber Synodalis. Et paulo pòſt: Si uerò tanta copia aquæ haberi non poteſt, ut infans in ea totaliter mergi non poſsit, cum ſcutella, uel cypho, uel alio uaſe, aliqua quantitas aquæ ſuper infantem effundatur à baptiſante, & fundendo dicat baptiſans: Ego baptiſo te in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Et erit infans baptiſatus.

Per exorciſmum, dæmonum uirtutem ab infantibus exufflari, Hugo ait cap. 16. Marci.

De crucis ſigno inquit Hugo: Crucis Chriſti ſignaculum nobis eſt impreſſum in baptiſmo, & quotidie debemus imprimere: unde legens Euangelium crucem facit ſuper librum, & in fronte, & in ore, & in pectore. Hugo in Pſalmum quartum.

Quod quæritur de numero & ordine eorum quæ exiguntur in baptiſmo, dicendum quòd ſecundum diuerſas Eccleſiæ conſuetudines uariantur in numero & in ordine: ſed ut frequentius primò exufflatur, ut uis dæmonis exterior pellatur: ſecundum quòd ſignum crucis ſit ei in pectore & fronte, ut diabolus ſe cognoſcat pelli ab eo, tā in occulto cordis, quàm in aperto confeſsionis: tertiò accipit ſal in ore, ut ſapori ſapientiæ præparetur, & fœtor fomitis reſtringatur. Deinde ſit linitio narium & aurium cum ſputo, ut diſcretionem Dei habeat & gratiæ, quæ per ſaliuam à capite deſcendentem ſignificatur, & ſenſus eius, quò ad doctrinam in auditu fidei & diſcretione fidei ſignata in naribus apetiantur Chriſto. Deinde ſit unctio in pectore propter cor Deo præparandum, & in ſcapulis propter onera Domini cum inuocatione trinitatis, ſine cuius adiutorio nihil facere poſſumus. Poſt baptiſmum autem ſit unctio chriſmatis in uertice, ut aperiatur mēs imputribilis Deo, ita quòd mente contempletur æterna, quæ per chriſma ſignificatur, confectum ex oleo, lucente & balſamo conſeruante à putredine. Deinde ſit ueſtitio de ueſtimento candido in ſignum innocentiæ, quæ accipitur in baptiſmo: & gloriæ, quæ accipitur in reſurrectione. Tandem accenſus cereus in manu ponitur, ut ſit lucerna pedibus eius uerbum Dei, & lumen pedibus ſuis contra tenebras ſpirituales. Albertus Magnus ſuper ſententias lib. 4. diſtinct. 7.

Baptiſteria

Baptiſteria habuerunt. Super baptiſteriū enim Herbipoli Probus Tullenſis epiſcopus ſtans orationem habuit ad epiſcopos in ſynodo ibi collectos. Nauclerus uolumine 2. generat. 43.

Peregrina illa ſanctorum Dei, quæ in baptiſmo induuntur, nomina, inducta receptaq; in conſuetudinem primùm Germanis ſunt à morte Friderici ſecundi. Iacobus Curio libro ſecundo rerum Chronologicarum.

DE CONFIRMATIONE
& Chriſmate.

CHriſmatis uſum manſiſſe, cōſtat ex capite uigeſimo Concilij Lateranenſis. Nam ibi chriſma ſub ſera conſeruandum decreto ſancitur. Innocentius: In nouo Teſtamento non ſolùm reges & ſacerdotes ungūtur, ſed etiam omnes Chriſtiani bis ante baptiſmū, ſcilicet oleo benedicto, primùm in pectore, deinde inter ſcapulas: & bis poſt baptiſmū, ſcilicet chriſmate ſancto, primùm in uertice, demum in fronte. In pectore namq; baptiſandus inungitur, ut per ſancti Spiritus donum abijciat errorem & ignorantiam, & ſuſcipiat fidem rectam: quia iuſtus ex fide uiuit. Inter ſcapulas, ut per Spiritus ſancti gratiam excutiat negligentiam & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides ſine operibus mortua eſt, ut per fidei ſacramentum ſit mundicia cogitationum in pectore, & per operis exercitium ſit fortitudo laborū in ſcapulis, quatenus fides per dilectionem ſecundum Apoſtolum operetur. In uertice uerò baptiſatus inungitur, ut ſit paratus omni petenti de fide reddere rationem: quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur: Oculi ſapientis in capite eius: cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas. Vnde bene per uerticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis. In fronte ungitur baptiſatus, ut liberè confiteatur quod credit: quia corde creditur ad iuſticiam, ore fit confeſsio ad ſalutem: memor eius quod Dominus ait, Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, &c. Ante baptiſmum ergo ungitur oleo benedicto, & poſt baptiſmum chriſmate ſancto: quia chriſma ſoli competit Chriſtiano. Chriſtus enim à chriſmate dicitur, uel potius à Chriſto dicitur chriſma, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem. A' Chriſto uerò Chriſtiani dicuntur, tanquam uncti deriuentur ab uncto, ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cuius nomen oleum eſt effuſum. Per frontis chriſmationem manus impoſitio deſignatur, quæ alio nomine dicitur confirmatio: quia per eam Spiritus ſanctus ad augmentum datur & robur. Vnde cum cæteras unctiones ſimplex ſacerdos uel presbyter ualeat exhibere, hanc non niſi ſummus ſacerdos, id eſt, epiſcopus debet conferre: quia de ſolis Apoſtolis legitur, quorum uicarij ſunt epiſcopi, quòd per manus impoſitionē Spiritum ſanctū dabant, quemadmodum Actuum Apoſtolorum lectio manifeſtat. In epiſtola ad patriarcham Conſtantinopolitanum. Die cœnæ Dominicæ inſtitutæ olei & chriſmatis fit conſecratio, ad repræſentandum quòd ea die facta eſt ab Hebræis poſtium linitio: quia ſicut ſanguine agni liniti ſunt poſtes, ita chriſmate modò inunguntur frontes. Hugo in uigeſimūſecundū caput Lucæ. Primò iuſtus inungitur in baptiſmo in ſignū futuri regni, quaſi accipiens pignus ſpiritus: unde ad Epheſios 1. Credentes ſignati eſtis, &c. Secundò in conſecratione, quando ei datur augmentum gratiæ: & tunc iam regnat quaſi ſuper unam tribum, licet multos habeat impugnatores. Quia illud ſacramentum datur ad robur. Idem in Pſalmū uigeſimumſextum. In confirmatione fit conſignatio in fronte per epiſcopum, ſancto chriſmate & ſigno crucis in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Bonauentura ſuper Apocalypſin capite ſeptimo. Item: Hi qui confirmationis ſacramentum ſuſcipiunt, ſigno Chriſti inſigniuntur, uidelicet ſigno crucis, quo pugnauit & uicit. Hoc autem ſignum in fronte ſuſcipiunt in ſignum, quòd publicè fidem Chriſti conſiteri non erubeſcant. Hæc autem inſignitio fit ex confectione olei & balſami, quæ chriſma uocatur non irrationabiliter. Nam per oleum Spiritus ſancti uirtus deſignatur, quo & Chriſtus unctus nominatur, ut ſic à Chriſto Chriſtiani dicantur, quaſi ſub ipſo militantes. In balſamo autem propter odorem bona fama oſtenditur, quam neceſſe eſt habere eos qui inter mundanos conuerſantur, ad fidem Chriſti publicè confitendam, quaſi in campum certaminis de ſecretis Eccleſiæ finibus producti. Conuenienter etiam hoc ſacramentum à ſolis pontificibus confertur, qui ſunt quodāmodo duces exercitus Chriſtiani (nam & apud ſecularem militiam, ad ducem exercitus pertinet ad militiam eligendo quoſdam adſcribere) ut ſic, qui hoc ſacramentum ſuſcipiunt, ad ſpiritualem militiam quodammodo uideantur adſcripti. Vnde & eis manus im-

ponitur ad deſignandam deriuationẽ uirtutis à Chriſto. Thomas Aquinas in ſumma contra gentiles lib. 4.cap.60. Theodoricus Colonienſis epiſcopus, quòd excommunicatus chriſma cõfeciſſet, ab officio remouetur per legatum Romanum. Catalogus epiſcoporum Colonienſium.

Ottho legatus in Anglia baptizauit primogenitum Henrici regis Anglorum, at Edmũdus Cantuarienſis archiepiſcopus confirmauit. Ranulphus libro 7.cap.35. in Polychronico.

Chriſmate ungere ſolius epiſcopi officium erat. Hinc Innocentius ait: Peruenit ad audiẽtiam noſtram, quòd quidam ſimplices ſacerdotes apud Conſtantinopolim ea ſacramenta præſumunt fidelibus exhibere, quæ ab Apoſtolorum tempore fuerunt ſolis pontificibus reſeruata: ut eſt ſacramentum cõfirmationis, quod chriſmando renatis ſoli debent epiſcopi per manus impoſitionem conferre, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſolam conſuetudinem prætendentes. Quapropter diſcretioni tuæ mandamus, quatenus omnibus presbyteris diſtrictè prohibeas, ne talia de cæterò ſua temeritate prę ſumant, quæ licet non ſint à fidelibus contemnenda, tutius tamen eſt ea ſine periculo ex neceſsitate (quæ legem non habet) omittere, quàm ut ab his, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quæ lege damnatur) non ſine graui periculo inaniter conferantur, cùm umbra quædam oſtẽdatur in opere, ueritas autem ſubeat in effectu. ad legatum ſuum Conſtantinopoli conſtitutum.

RITVS CIRCA *Claues.*

DE CLAVE LIGANTE.

Clane ligante contra obſtinatos, notoriè impios, blaſphemos, hæreticos & ſeditioſos utebantur. In concilio Lateranenſi capite 3. damnantur omnes hæretici, diuerſum contra orthodoxam catholicãm fidem ſentientes, & damnari politico magiſtratui ſubijciuntur, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis, ita qùòd bona huiuſmodi damnatorum, ſi laici fuerint, confiſcentur: ſi uerò clerici, applicentur Eccleſijs, à quibus ſtipendia perceperunt. Anathemate quoque digni cenſentur de hæreſi ſuſpecti, niſi ſuam innocentiam certò probarint, item hæreticorum receptores & defenſores, & quicunque ſine autoritate Apoſtolicæ ſedis uel catholici epiſcopi publicè uel priuatim prædicare auſi fuerint. Excommunicari iubentur eiuſdem concilij authoritate pyratæ, & quicunque profectiones ad loca ſancta remorantur: item arma hoſtibus adportantes. In concilio Oxonienſi anathemate feriũtur eccleſiaſticorum iurium tùrbatores, ſeditioſi, periuri, cauillatores, calumniatores, & quicunque uel lucri, uel odij, uel fauoris gratia, uel malicioſè contemnunt exequi mandatum regis contra excommunicatos, quique claues Eccleſiæ contemnunt. Ac inſuper decernitur, excõmunicationes tum promulgatas ſingulis annis in ſynodis epiſcopalibus, & quater in anno in parochialibus eccleſijs ſolenniter iterandas. Innocentius tertius Vintonienſi epiſcopo & Redingenſi abbati mãdat, ut illos qui contra Iohannem regem arma ferrent, per totum regnum Angliæ, in numero impiorum habendos declararent. Polydorus libro 15. Idem rex à papa excommunicatur, quòd Eccleſiarum reditus interciperet, eiectis epiſcopis. Gang. libro 6. Guidonem Hetruriæ præfectum Gregorius decimus anathemate ferit, ob cędem perpetratam. libro quarto, capite 18. continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro. Innocentius quintus legatos non infimæ autoritatis uiros miſit, qui & Hetruſcos in perniciem Piſanorum conſpirantes, & Genuenſes ac Venetos de uita & ſanguine inter ſe certantes, ab armis diſcedere ſub anathematis pœna cogerent. Balæus lib.6. de actis Romanorum pontificum. Martinus quartus Petrum Arragonum regem, claſſem contra Carolum in Siciliam parantem, anathemate notauit, bonorum eius præda impunè diripientibus conceſſa. Raphael Volaterranus libro 22. Anthropologiæ. Balæus lib.6. de uitis Roman. pontif. Idem papa inſtantia Caroli regis Siciliæ, Palæologum Græcum Imperatorem, pacta Lugdunenſis concilij de Eccleſiarum unione non ſeruantem, anathemate notauit. Bergomenſis lib.13.

Arcebantur excommunicati à conſortio Eccleſię. Reginaldus Boloniæ comes, quòd Eccleſiarum & pauperum oppreſſor eſſet, extra hominum communionem pontificis autoritate ponitur. Gang.lib.6.

Abuſus eius poteſtatis fuit frequentiſsimus. Innocentius tertius Ottonem quartum, quòd ea recuperare inſtitueret, quæ cùm Imperio ſubiacerent, per multos tamen annos uarijs artibus à pontificibus occupata fuerant, anathemate percutit, & imperiali diademate ſpoliat: & prohibet, ne quis ſub anathematis pœna Ottonem aut habeat aut dicat Imperatorem. Lege etiam ſanciuit, ut maledicentibus papæ pœna infligeretur.

retur. Balæus lib. 5. de actis Roman. pontif. Theodoricus Archiepiſcopus Colonienſis, propter inobedientiam mandatorũ papæ, quòd Imperatori Ottoni adhæreret, primò excommunicatus eſt, & poſtea per Siphridum Moguntinum, apoſtolicæ ſedis legatum, in maiori eccleſia ab omni officio & beneficio pontificali depoſitus. Qui Romam profectus, gratiã reſtitutionis diu poſtulans, impetrare nõ potuit. Chron. Hirſaug. Andream Vngariæ regem, quòd ex Palæſtina præter reliquorum ducum uoluntatem diſcedetet, cum omni comitatu, anathemare ferit legatus pontificius. Nauclerus uolumine 2. genera. 41. Et Honorius tertius Friderico ſecundo, ius ſuum in Siciliæ & Apuliæ terris legitimè occupanti, ſacris interdicit: & cum ſperneret primam execrationem, iteratò pontifex priuationem Imperij regnorumq́; addidit: tertiò per contumacem exaſperatus pontifex, omnes Imperij & regnorũ ſubiectos à ſacramento fideliratis abſoluit. Ibidem. Adamus Cathanenſis epiſcopus quoſdam ſuorum ciuium, quòd decimas ſubtraherent, excommunicat. Boëthius libro 13. de Scotis. Nicolaus tertius, ne magiſtratus ultra annum gererentur ullo in loco, ſub anathemate præcepit. Balæus lib. 6. de Roman. pontif. Ioannes Teutonicus, quòd Clementi papæ, decimas exigenti in ſubſidiũ terræ ſanctæ, contradixerat, excommunicatur, & præpoſitura Halberſtadenſi priuatur. Ptolomeus Lucenſis. Ludi equeſtres, quos Torneamenta uocant, ſub anathematis pœna prohibêtur in triennium, propter ſubſidiũ terræ ſanctæ. Ranerius pontificius quidam legatus, Sigfridum Reginoburgẽſem cum ſuis ſacerdotibus ad Trecaſsiorum in Galliam, haud longè à Lutecia Pariſiorum euocat, & ſumptus quos ipſe hinc inde peregrinando fecerat, ſoluere mandat. Quod cum facere ſuperſederent, à præpoſito Aichſtetenſi & Rebdorffenſi deuouentur. Auentinus lib. 7. Annal. Boiorum. Gregorius decimus omnium rerum Eccleſiaſticarũ decimas in ſex annos myſtis & monachis imponit, penſionibus aduerſos deuouet, pauperibusq́; qui ſoluendo non erant, diræ dictæ ſunt. Et Conradus Tulloſius Fruxinenſis epiſcopus, dum ob limites cum Ottone regulo Boiorum dimicat, in ſua ditione omnes non ſuæ partis à ſacris arcebat, clauſisq́ue templis, nemine niſi ſuis admiſsis, rem diuinam fieri præcipiebat. Moguntinus Otthoni Bauaro ob præreptum ſibi Laureacum diras atque infeſtias dixit. Ibidem. Vualdemarus, quòd Roma diſceſsiſſet, non petita prius à papa uenia, excommunicatur. Cranzius lib. 7. cap. 31. in Metropoli.

Proceſſus in publica excommunicatione ſeruandus, capite quadrageſimoſeptimo concilij Lateranenſis præſcribitur. Anno 1205, uenerunt Coloniam Siphridus archiepiſcopus Moguntinus & Cameracẽſis antiſtes, à ſede apoſtolica commiſſarij & iudices conſtituti, & in maiori eccleſia S. Petri coram clero & uniuerſo populo excommunicatum à papa Innocentio, publicè denunciarunt Adolphum archiepiſcopum Colonienſem, ac ut per omnes cõuentuales & parochiales eccleſias eiuſdem ciuitatis, per ſingulos dominicales & feſtos dies excommunicaretur, præceperunt. Hoc etiam in mandato habentes, ut ſi infra menſem poſt denunciationem huiuſmodi factam, Romam ad ſatisfactionem ſe non conferret, officio & beneficio pontificali deſtitueretur, & alius in locum eius ordinaretur antiſtes, qui mandatis obediret apoſtolicis. Adolpho autem in ſua pertinacia perdurante, & ſummi pontificis cenſuras contemnente, præfati commiſſarij denuò Coloniam accedentes, in maiori eccleſia coram clero & populo, in præſentia regis Ottonis ipſum Adolphum per ſentẽtiam definitam, ab omni officio & dignitate archiepiſcopali, autoritate apoſtolica deponentes, canonicis ut alium eligerent epiſcopum eadem autoritate præceperunt. Nam in hunc modum Innocentius ex Roma ad Moguntinum & alios epiſcopos ſcripſerat: Vnde nos eius exemplo, qui abſens corpore, præſens autem ſpiritu Corinthium damnarat abſentem, potuiſſemus in eum ſententiam promulgare: ad maiorem tamen cautelam, conſilio fratrum noſtrorum, & tam epiſcoporum, quàm prælatorũ plurium, diſcretioni ueſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, diſtrictè præcipientes, quatenus cum apud uos ſint iſta luce clarius manifeſta, dictum archiepiſcopum pulſatis campanis, & accenſis candelis, ſingulis Dominicis diebus & feſtiuis excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis per omnes eccleſias Colonienſes & uicinas diœceſes ſub ſolẽnitate ſimili nũciari: ſuffraganeos & omnes uaſallos Colonienſis Eccleſiæ, tam clericos quàm laicos, abſolutos ab eius obedientia nũciantes. Cranzius lib. 7. cap. 24. & 25. in Saxonia: Chron. Hirſaugienſe.

Quibus uerbis Fridericus Imperator per Gregorium nonum fit excommunicatus, Cranzius in Metrop. libro ſeptimo,

cap.52. annotat. Tum quoque,inquit,papa Imperatorem, quòd incorrigibilis uidebatur, in cœna Domini,extinctis ſuper eum candelis (in Chronico Aedinii additur, quòd & campanæ pulſatæ fuerint) anarhematizauit, ita dicens: Excommunicamus & anathemariſamus in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, & beatorum apoſtolorum Perri & Pauli & noſtro, Fridericum dictum Imperatorem, pro eo quòd cōtra Romanam Eccleſiam ſeditionem mouit in urbe, per quod intendit pontificem & fratres à ſua ſede repellere: & contra priuilegia dignitatis & honoris Apoſtolicæ ſedis, & libertatem Eccleſiaſticam, contra iuramentum quo ſuper hoc tenetur Eccleſię, temerè ueniēdo: item pro eo, quòd uenerabilem fratrem noſtrum Præneſtinum epiſcopum, Apoſtolicæ ſedis legatum, ne in ſua legatione procederet, quam in Albingenſium partibus pro corroboratione catholicæ fidei commiſimus, per quoſdam fideles ſuos impediri mandauit: itē pro eo, quòd non permittit quaſdam cathedrales Eccleſias & alias uacantes in regno reparari. Et hac occaſione periclitatur libertas Eccleſiæ, perit fides: quia nō eſt qui proponat uerbum Dei, nec qui regat animas, deficiente paſtore. Item, quòd in regno clerici capiuntur, incarcerannır, proſcribuntur & occiduntur. Item, quòd in regno eccleſiæ Domino cōſecratę deſtruuntur & profanantur. Item, quòd nō permittit Seranas eccleſias reparari. Irē pro eo, quòd nepotem regis de Tuniſi, uenietem ad Romanam Eccleſiam pro ſuſcipiendo bapriſmate, detinet, nec uenire permittit. Item pro eo, quòd Petrum Saracenum, ciuem Romanum, ex parte regis Angliæ ad ſedem Apoſtolicam uenientem cepit, & detinet carceri mancipatum. Item pro eo, quòd terras Eccleſiæ occupauit, contra iuramentū quo ſuper hoc tenetur Eccleſiæ, temerè ueniendo. Item pro eo, quòd terras quorundam nobilium de regno, quas Eccleſia tenebat, ad manus ſuas occupauit & deuaſtauit. Irē pro eo, quòd quaſdā Eccleſias cathedrales ferè bonis omnibus ſpoliauit. Itē pro eo, quòd múlræ Eccleſię cathedrales, & aliæ, ac monaſteria de regno pro iniqua inquiſitione fuère penè bonis omnibus ſpoliata. Itē pro eo, quòd Templarij in regno, & Hoſpitalarij mobilibus & immobilibus ſpoliari, non ſunt iuxta tenorē pacis integrè reſtituti. Item pro eo, quòd exactiones contra pacis formā ab Eccleſijs & monaſterijs per ipſum extorquentur in regno. Item pro eo, quòd in regno prælati Eccleſiarum & abbates Ciſtercienſis & aliorum ordinum, compelluntur dare certam ſummam pecuniæ per ſingulos menſes, pro conſtructione nouorum caſtrorum. Item pro eo, quòd contra tenorem pacis, hi qui adhæſerunt Eccleſiæ, bonis omnibus ſpoliati, exulare coguntur, tanquam proſcripti, uxoribus & liberis captiuatis. Itē pro eo, quòd ipſe impediuit negocium terræ ſanctæ, & recuperationem Imperij Romani. Omnes autem qui iuramento fidelitatis eidem tenentur adſtricti, ab eiuſmodi iuramenti obſeruatione decreuimus abſolutos: ne ſibi fidelitatem obſeruent, diſtrictius inhibētes, quādiu fuerit uinculo excōmunicationis adſtrictus. Super oppreſſionibus uerò & grauaminibus alijs nobilium, pauperum, orphanorum, uiduarum, & aliorum de regno, pro quibus quidem ipſe Fridericus iurauit ſtare mandatis Eccleſiæ, ipſum intēdere, amouere: & in ipſo negocio, dāte Domino, procedemus, ſicut fuerit procedendū. Porrò pro omnibus & ſingulis ſupradictis, ſuper quibus dictus Fridericus à nobis fideliter admonitus, & frequenter, nec pacem curauit: eundem Fridericum excommunicationis & anathematis uinculo innodamus. Proinde quia idē Fridericus de tam multis factis ſuis, multis etiam fide dignis clamātibus per uniuerſum quaſi orbem, quòd de catholica fide rectè non ſentiat, eſt grauiter infamatus: nos, dante Domino, ſuo loco & tempore procedemus, ſecūdum quod requiſiuerit ordo iuris.

Ab omnibus, ut cauerentur, præmonebantur. Nam in concilio Lateranenſi his familiares anathemate feriēdi cenſentur. Item: Prohibemus ne excōmunicatis maiori excommunicatione aliquis clericus uel laicus ſcienter communicare præſumat, & in oratione, cibo, potu, uel in oſculo, nec ſalutet eos: quod ſi fecerit, minorem excommunicationem incurret, & non poterit ante abſolutionem ſine mortali peccato percipere Eccleſiaſtica ſacramēta. liber Synodalis. Decernimus, inquit Alexander quartus, ut iudices ſeculares per cenſuram Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſticis iudicibus (canonica monitione præmiſſa) repellere excommunicatos ab agendo, patrocinando & teſtificando in ſuis curijs & iudicijs compellantur.

Omni ſepultura, aut certè in loco ſacro, ſi mortem obibant, antequam reconciliarentur, priuabantur, ut reſtatur Iohannes de Oppido, qui Raimundi ſenioris comitis Toloſani corpus propter anathematis uinculū inhumatū relictum ſcribit. Sacris (inquit Innocētius) eſt canonib. inſtitutum,

inſtitutum, ut quibus non communicauimus uiuis, non communicemus defunctis: & ut careant eccleſiaſtica ſepultura, qui prius erãt ab eccleſiaſtica unitate præciſi, nec in articulo mortis Eccleſiæ recõciliati fuerint. Vnde ſi cõtingat interdum, quòd uel excommunicatorum corpora per uiolentiam aliquorum, uel alio caſu in cœmiterio eccleſiaſtico tumulentur, ſi ab aliorum corporibus diſcerni poterunt, exhumari debent, & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. Quòd ſi diſcerni non poterunt, expedire non credimus, ut cum excommunicatorum oſsibus, corpora ex tumulentur fidelium: cum licet non obſit iuſtis ſepultura nulla uel uilis, impijs tamen celebris uel ſpecioſa non proſit. Ad Nidroſienſem epiſcopum. Etiam excommunicati non humantur in loco ſacro, licet propter fœtorem ſepeliantur ſepultura aſini. Albert. Magnus ſuper 4. Sententiarum, diſtinct. 45.

In Eccleſia Romana certus erat locus, ex quo anathema promulgabatur. Nam Bonifacius octauus condidit cum porticu ſuggeſtum apud baſilicam Lateranenſem, in quo execrationes in Cœna Domini fiunt, quoque in loco & Philippum regem Franciæ, & Colonienſes anathemate notauit. Platina.

DE CLAVE SOLVENTE.

Recipiebantur iterum excommunicati acta pœnitentia, & ſatisfactione, quæ à ſacerdote impoſita fuerat, præſtita. Ioannes enim Angliæ rex, petens ſuppliciter ab archiepiſcopo, qui in Anglia uicarius erat Romani pontificis, abſolutionem, iureiurando promittit, ſe primò ordinem ſacerdotalem ab iniuria prohibiturũ, deinde leges à priſcis regibus latas, & præſertim quæ D. Edouuardi eſſe dicuntur, penè obſoletas, ad priſtinum uſum reuocaturum, quod populus imprimis flagitabat: & poſtremò omnibus ſatisfacturum, quibus hactenus damnum dediſſet. Quo facto, de impietate abſoluitur, qui non multo pòſt, miſsis oratoribus Romã, qui cum pontifice de tollendo interdicto agerent, cœpit dare operam, ut ſatisfieret, leges corrigerentur nouæ, ueteres reſtituerentur, ac religionis decus ritè ſeruaretur. Polydorus lib. 15. Ang. hiſtoriæ.

Abuſi & hac ſunt claue ſæpius. Eadmundum Cantuarienſem, dum iter faceret, ſæpius in agro confitentes peccata ſua audiuiſſe, ſi id peterent, cunctisq; ſe affabilem præbuiſſe, narrat Vincentius libro 31. cap. 82. Guido Antiſiodorenſis epiſcopus, accepta poteſtate abſoluendi à papa, abſoluit exercitum, quem contra Manfredum Carolus cum papa & rege Francorum congregauerat, ab omnibus ſuis peccatis, iniungens eis pœnitentiam, ut in Manfredum, & Theutonicos, & alios eorum auxiliarios ictus geminarent. Erphurdienſis cap. 94.

Penes quos fuerit poteſtas recipiendi publicè excommunicatos, ex ſequenti hiſtoria patet. Anno 1215, Theodoricus Treuirorum archiepiſcopus ad Coloniam ueniens, Henrico duce Brabantinorum cooperante, iuxta mandatum apoſtolicum ſibi tranſmiſſum, ciues ad ſubiectionem Friderici regis induxit, eosque pace reformata ab excommunicatione & interdicto, quibus per annum & menſes quinque fuerant innodati propter rebellionem, & Otthonis epiſcopi Monaſterienſis detentionem, abſoluit. Siquidem apoſtolico mandato Sifridus Moguntinenſis archiepiſcopus, cum Theodoricum Colonienſem archiepiſcopum creberrimis nuncijs & literis, ut Otthonem abrogatum & excommunicatum deſereret, monuiſſet, & Friderico regi electo & coronato adhæreret, alioquin ſe pœnas & cenſuras Eccleſiæ grauiſsimas incurſurum, cum monita illius contempſiſſet, ab eodem archiepiſcopo autoritate apoſtolica primò quidem excommunicatus, deinde cum anathematis in ſe ſententiam par uipendiſſet, ab archiepiſcopatu depoſitus fuerat. Itaque, ut tetigimus, concordia reformata, Treuirorum archiepiſcopus quarta die menſis Auguſti Miſſam in principali eccleſia S. Petri in præſentia tam cleri quàm populi decantauit: in qua quidem die Fridericus rex ciuitatem Colonienſem ingreſſus, à ciuibus honorificè ſuſceptus eſt, homagium ſubiectionis & fidelitatis iuxta conſuetudinem illi iurantibus. Nauclerus uolumine 2. generat. 41.

Ratio autem obſeruata eſt talis, ut exempla demonſtrant. Cum Ioſephus patriarcha Conſtantinopolitanus primùm ſacrificium cum cæteris pontificibus peregiſſet, ante ueſtibulum ſacri ſuggeſtus Imperator Michael proſtratus, duo ſua peccata, periurium & filij Imperatoris excæcationem, apertè profitetur, ſibiq; condonati petit. Primus igitur patriarcha illi iacenti aſtans, condonationis ſyngrapham quandam, ac poſt eum pontifices ſuo quiſque ordine, eandem recitarunt. Ita lætus diſcedit Imperator, tam ob illam cõdonationem, quàm quòd Deum etiam ſibi placatum & reconciliatum exiſtimabat. Nicephorus Gregoras lib. 4. hiſtoriæ Romanæ.

Ricardus Hannibal, qui Viterbij in ſacrorum antiſtitum cõclaue irruperat, manusq; in duos primi ordinis uiros iniecerat, ad pedes legati põtificis Martini quarti prouolutus, laqueum gerens collo implicitum, ueniam impetrat. Sabel. Ennea. 9. lib. 7. Platina in uita Martini, Blondus.

Innocentius tertius cõſtituit: Si excommunicatus ſigna habuerit contritionis, recipiatur cum ſuffragijs ad eccleſiaſticam ſepulturam. Chron. Æditui.

Forma abſolutionis extat in libro Synodali Nemenſenſis Eccleſiæ: Dicat presbyter, Ego iniungo tibi talem pœnitẽtiam pro peccatis, quæ confeſſus es. & ponens manum ſuper caput eius, dicat: Indulgentiam & remiſsionem omniũ peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens Dominus. Et ego te abſoluo autoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatorũ Petri & Pauli, & officij mihi commiſsi, ab his peccatis quæ confeſſus es, & alijs oblitis. Item dicat ei, quòd ſi reduceret alia peccata poſtea ad memoriam, quæ non fuerit confeſſus, redeat ad eum & confiteatur.

Opera quædam ſatisfactionis loco impoſita ſunt, ut apparet ex Innocentij tertij Bulla de cęſoribus Conradi Herbipolenſis epiſcopi, quam ſubijcimus, ut uanorũ hominum uanitates lector Chriſtianus uideat atq; expendat. Innocentius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uniuerſis Chriſti fidelibus has literas inſpecturis, ſalutẽ & apoſtolicam benedictionẽ. Quàm execrabile facinus & peculiare flagitium perpetrauerint, qui auſu ſacrilego manus impias in chriſtum Domini nequiter iniecerunt, bonæ memoriæ Conradum Herbipolẽſem epiſcopum, imperialis aulæ Cancellarium crudeliter occidentes, flere potius libet quàm referre. Verùm cùm diuina pietas humanam impietatẽ excedat, & miſerationibus Domini miſeriæ hominum comparari nõ poſsint, cùm nolit Dominus mortem peccatoris, ſed magis ut conuertatur & uiuat: utpote qui patiẽs & multum miſericors eſt, & præſtabilis ſuper malicia: nos qui licet indigni uices eius exercemus in terris, ſciẽtes quòd maius gaudium eſt angelis ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, &c. quantumq; huiuſmodi deliquerint homicidę: non potuimus tamen, nec debuimus pœnitentibus aditum ueniæ præcludere: cum nouerimus dixiſſe Dominum per Prophetas: In quacunq; hora peccator conuerſus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. Bodonem igitur, Henricum quoq; uaſallum, eius milites, cum Heroldo & Conrado ſeruientibus ſuis, ad noſtram præſentiam uenientes & confitentes, ſe prædictum epiſcopum occidiſſe: cum de ſuis exceſsibus lachrymabiliter pœniterent, & humiliter poſtularent ſibi pœnitentiam à nobis pro tanti ſceleris immanitate iniungi: quia pœnitentibus non eſt indulgentiæ ianua præcludenda, de fratrum noſtrorum conſilio, dilecto filio Hugoni, tituli S. Martini presbytero cardinali, commiſimus audiẽdos. Qui cõfeſsione eorum audita, poſtquam fecit eos nudos corã nobis in bracis tortas habentes in collo diebus aliquot in frequentia populorum aſtare, de mandato noſtro talem pœnitentiam illis iniunxit: ut nunquam decæterò, niſi contra Saracenos, uel ad defenſionem uitæ, armis utantur. Varium griſeum, ermelinum, & pannos coloratos non portent. Ad publica ſpectacula non accedant, & coniugati non contrahant matrimonium poſt mortem uxorum. Eantq; quàm citò poterunt in Hieroſolymitanã prouinciam, per quatuor annos ibi contra Saracenos Domino ſeruituri. Bodo uerò, qui maior exiſtit, tres uel unum ſaltem in ſuis expenſis ſecum adducat. Et donec ipſi quatuor execrabiles homicidæ Hieroſolymitanum iter arripiunt, ſicut publicè pœnitentes diſcalceati, & laneis induti ueſtimentis incedant. Secundam, quartam & ſextam feriam, quatuor tempora, uigiliasq; ſanctorum ſolennes in pane & aqua ieiunent. Tres in anno Quadrageſimas, uidelicet ante reſurrectionem, pentecoſten, & natiuitatem Domini, faciãt. Carnibus, niſi tantùm in eiſdem tribus feſtiuitatibus, non ueſcantur: eaq; die, qua prædictus epiſcopus fuit occiſus, carnes non comedant in æternum. Orationem Dominicam decantent centies inter diem & noctem, & genuflectiones faciant quinquaginta. Corpus & ſanguinem Domini accipere, niſi in ultimo mortis articulo, non præſumãt. Cum fuerint ultra mare, quartã & ſextam feriam, ſanctorũ uigilias & quatuor tempora, ſicut dictum eſt, in cibo quadrageſimali ieiunent. Carnes comedant die Dominica, & quinta feria tãtùm. Orationem Dominicã dicant, & genuflectiones ſemper faciant prætaxatas. Quandocunque aliquam ciuitatem Alemanicam poterunt ſecurè intrare, ad maiorẽ eccleſiam nudi procedant, tantùm in bracis cum torta in collo & uirgis in manu, & à canonicis eiuſdem Eccleſiæ recipiant diſciplinam. Si uerò quæſitum fuerit, cur hoc faciant, dicant, ſe hoc facere pro ſceleris perpetrati iam dicti ſatisfactione. Si quando fortè in ciuitate Herbipolẽſi poterunt eſſe ſecuri, in reſur-

in reſurrectione,pẽtecoſte,natiuitate Domini, ac in ſolennitate maioris Eccleſiæ, uidelicet S.Kiliani,exeant ciuitate, & nudi inde cum bracis tantùm, tortam in collo & uirgas deferentea in manu:& ad Miſſæ celebrationem maioris, ad eccleſiam cathedralem accedãt, & ante epiſcopum & canonicos proſternentes ſe in terram, petant humiliter,& recipiant diſciplinam ab eis. Cum autem de partibus redierint tranſmarinis, ad apoſtolicam ſedem accedant, recepturi conſilium & mandatum. Datum Laterani 14. Calend.Maij. pontificatus noſtri anno ſexto, Domini uerò 1204.Chronicon Hirſaugienſe.

Ludouico Bauaro, quòd coniugem ob adulterij ſuſpicionem, capitis damnaſſet, ex Romana curia imponitur, ut Furſtenfeldenſe conſtrueret monaſteriũ. Chron. German. Conradus Maſouię princeps, ob crudelitatem in Andream Plocenſem Scholaſticum, excommunicatus de admiſſo ſcelere,archiepiſcopi Gneſnenſis arbitratu ſatisfecit, Louiciam uillam cum circumiacẽtibus ſyluis archiepiſcopo ſempiterno iure donauit, Vuladislauienſi & Plocenſi Eccleſiæ multa largitus eſt.Sicq; interdictum laxatum, & princeps à pontificijs legatis abſolutus eſt, anno 1240. Cromerus lib.8.

Venialia peccata multis remedijs abſoluuntur:tunſione pectoris,oratione Dominica,ſigno crucis, aſperſione aquæ benedictæ,confeſsione communi,quæ fit in prima & completorio, & ante miſſam, & benedictione epiſcopali,&c. Albert. Magnus cap.18. ſuper Lucam. Confitenti uenialia peccata,non eſt iniungenda pœnitentia,ſed ad memoriam reuocanda ſatisfactio quotidiana pro uenialibus ab Eccleſia inſtituta,ſcilicet tunſio pectoris, Pater noſter, Aue Maria, & huiuſmodi: & ſi ſuſcipiatur pœnitentia, non erit ei iniuncta in præcepto, ſed in conſilio. Albertus Magn.ſuper 4.Sentent.diſtinct.21.

Quòd ingreſſus religionis plus ualeat ad remiſsionem peccatorum, quàm aliqua pœnitentia in mundo,ipſi prælati Eccleſię confitentur. Quia quantumcunque peccauerit homo, ſi in confeſsione dicat ſe uelle intrare religionem, non iniungitur ei alia pœnitentia. Hugo cardinalis in Pſalm.27.

DE CONFESSIONE.

AD ſacram ſynaxin acceſſuri,prius ad confeſsionem ueniebant, ibiq; ſingula peccata ſacerdoti recenſere cogebantur.Ea uerò ſi quis ſacerdotum reuelaſſet, monaſterio in perpetuum includi iubetur in Concilio Lateranenſi. Item:Grauius peccat ſacerdos qui peccatum reuelat, quàm homo qui peccatum committit. Innocentius tertius ſerm.3. de conſecratione pontif. Item: Qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum uel dictum præſumpſerit reuelare, non ſolummodo deponetur, uerùm & in arctum monaſterium detrudetur ad perpetuam pœnitentiam peragendam.Liber Synodalis.

Ludouicum Francorum regem, quem Diuum uocant,omni ſexta feria cõfeſsionem peccatorum ſacerdoti feciſſe, narrat Ganguinus lib.7.de geſtis Francorum.

Scrupuloſæ autem illius peccatorũ omnium commemorationis,quæ reuera miſerarum conſcientiarum horrẽda fuit carnificina,Innocentius tertius inuentor putatur,teſte Franco lib.1.Chron.Et quidem ſermo.2. de martyribus inquit Innocentius:Debet enim peccator omnem omnino peccati circũſtantiam confiteri,ſecundum quod maius peccauit,in loco,in tempore,in numero,in perſona:ſecundum ætatem,ſecundum ſcientiam,ſecundũ gradum, ſecundum ordinem: ſi facilè, ſi frequenter,ſi manifeſtè,ſi perſeuerãter. Hæc omnia crimen exaggerant, & ideo debet ſingula confiteri,ne uel delictum alleuiet, uel peccatum excuſet. Pudor enim confeſsionis,pars eſt non modica ſatisfactionis. Et Polydorus ait:Innocentius tertius conſtituit,ut qui iam doli capaces eſſe cœpiſſent,ſi non ſæpius,at ſemel quotannis confiterentur peccata illis ſacerdotibus, qui eorum animarum curam haberent. Atque hic eſt ueræ purgationis modus,ut quod dicto factóue quotidie peccamus,illud pura conſcientiæ uoce, pijsq; actibus expiemus. Polydorus libro 6.cap.1.de inuentione rerum. Statutum eſt,quòd omnis utriuſq; ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua peccata ſolus confiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno,& iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro uiribus adimplere. liber Synodalis Nemenſenſis Eccleſiæ.

Sunt quidam, qui poſtquam confeſsi ſunt ſemel,nolunt amplius confiteri: cum tamen omnis homo etiam poſt peractam pœnitentiam ſe peccatorem confiteri debet.Hugo Pſal.106.

RITVS CIRCA COENAM.

COenam adminiſtrarunt, ut & ſuperioribus ſeculis, ſacris ordinibus initiati epiſcopi,presbyteri,ſacerdotes,in templis & uaſis conſecratis.Hoc utiq; Sacramẽtum altaris nemo poteſt conficere,niſi ſacerdos,qui ritè fuerit ordinatus ſecundum duas claues,quas ipſe conceſsit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus

Ieſus Chriſtus. Innocentius in Concilio Lateranenſi cap.1.

Panis erat azymus & uinum aqua miſtum, & integer erat cœnæ uſus. Vt ergo nihil corruptum, ſiue corrumpens, ſed totum ſyncerum atq; ſyncerans in hoc eſſe Sacramento monſtretur, non fermentatum, ſed azymum cõſecramus. Innocent. lib.4. myſter. cap.4. Epiſcopus aquam uino commiſcet in calice. Idem. In oppugnatione Damiatæ urbis milites, facta de peccatis ſuis confeſsione, & communicato Sacramento corporis & ſanguinis Domini, pugnam ineunt. Vrſpergenſis. Ante perceptionem corporis Dominici acceſsit archiepiſcopus Colonienſis Leodienſem, & ait: Adiuro te frater epiſcope per myſterium Dominici corporis & ſanguinis, quod percepturus es, &c. Cranzius libro 7. cap.41. Metropoleos. Ioannes Lubecenſis epiſcopus memorabilem inſtituit memoriam Dominicæ cœnæ, relinquens pecuniam pro uino & pane. Ibidem cap.47.

Paſchalem communionem Innocẽtius tertius in concilio Lateranenſi ordinauit, cap.21. Et Hugo ait, propter multas cauſſas peccare eos qui non communicant determinato ab Eccleſia tempore. cap.6. in Iohan. Quia poſt receptam pœnitentiam infirmis atq; ſanis, & præcipuè paſchali tempore exhiberi conſueuit Eucharistiæ Sacramentum. liber Synodalis Nemenſenſis Eccleſiæ.

Perpetua memoria dignũ, horrendum pontificis Romani Innocentij tertij ſacrilegium; quòd laicis uſum calicis contra Chriſti inſtitutionem, in uſu cœnæ ademit. Balæus lib.5. de geſtis Romanorum pontificum. Præcipimus, ut ſacerdotes uinum purum habeant paratum in eccleſia, quòd ſtatim tribuãt populo illud, poſtquam receperũt corpus Chriſti, prohibendo communicantibus, ne à præſentia ipſorum ſacerdotum recedant, donec de uino aliquantulum biberint, & diligenter abluant ora ſua. liber Synodalis Nemenſenſis Eccleſiæ.

DE MISSA.

THeatricum Miſſę ſpectaculum in frequentiſsimo fuit uſu. Sic Hugo inquit: Eadem die qua Dominus inſtituit Sacramentum Cœnæ Dominicæ, inſtituit & Miſſam, ideoque officium Miſſæ plenè celebramus cum ornamentis & miniſtris, ita quòd nihil horum deeſt, quæ celebrationi Miſſæ ſolent adhiberi: quia incongruum eſſet, de ſolennitate Miſſæ aliquid ea die prætermitti, qua inſtituta eſt. Tamen in tribus illis diebus horas diurnas, & matutinale officium ſemiplenè celebramus: quia nec more ſolito terminamus: prætermittimus enim pſalmũ, Venite exultemus Domino: &, Benedicamus Domino. Hugo in 22. cap. Lucæ. In die Paraſcenes non conficitur corpus Domini in Eccleſia, ſed in quinta feria duæ hoſtiæ conſecrantur, & altera in craſtinum reſeruatur. Ibid. cap.23. Quando Dominus apparuit diſcipulis ſuis, dixit: Pax uobis. Hinc eſt, quòd epiſcopus, qui ſpecialiter eſt uicarius Chriſti, in primo ingreſſu ad populum, & in prima uerſione in Miſſa dicit: Pax uobis. Secundò autem in Miſſa ante ſuſceptionem Euchariſtiæ dicit: Pax Domini ſit ſemper uobiſcum. quia Dominus ſecundò intrans poſt octo dies, ſecũdò legitur ita dixiſſe. Idem cap.24. in Lucam. Epiſcopus bis in Miſſa dicit: Pax uobis. Quando primò dicit, uertit ſe ad populum: quia pax pectoris epiſcoporum in miniſterio quandoq; dicitur nobis. Quando ſecundò dicit, non uertit ſe ad populum, ad innuẽdum, quia Domini eſt, & non ſui, dare pacem æternitatis. Idem cap.20. in Iohan. In multis Eccleſijs eſt peruerſa cõſuetudo, & indigna dignitas inoleuit, ut etiam maiori altari non celebret niſi talis uel talis. Coloſſ. tertio: Vbi non eſt maſculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, Barbarus & Scytha, ſed omnia in omnibus Chriſtus. Hugo Pſalm.95.

Singulari ueſtitu induebatur pontifex in officio altaris. Pedibus ſandalia aptabantur, caput amictu tegebatur, albę quoque, ſeu linei ueſtimenti, zonæ & cinguli uſus erat, ſtola ſuper amictum collo ſacerdotis incumbebat: pòſt tunica & Dalmatica chirotecis, caſula uel planeta induebatur, manipulum lęua tenebat. Denique mitra, annulus, baculus & pallium accedebant. Innocentius tertius lib.1. myſteriorum Miſſæ.

Item: Quatuor ſunt principales colores, quibus ſecundum proprietatem dierum, ſacras ueſtes Eccleſia Romana diſtinguit: albus, rubeus, niger & uiridis. Albis induitur ueſtimentis in feſtiuitatibus confeſſorum & uirginum. Rubeis utendum in ſolennitatibus apoſtolorum & martyrum, propter ſanguinem paſsionis. Licet autem in Apoſtolorum Petri & Pauli martyrio rubeis ſit utendum: in conuerſione tamen & cathedra utendum eſt albis. Sicut licet in natiuitate Iohannis ſit albis utendum: in decollatione tamen ipſius utendum eſt rubeis. In commemoratione omnium ſanctorum quidam rubeis utuntur indumentis, alij uerò, ut curia Romana, can-

na,candidis. Nigris utendum in die afflictionis & abſtinentiæ pro peccatis & defunctis.Ab Aduentu uidelicet uſq; ad Natalis uigiliam,& à Septuageſima uſque ad Sabbatum Paſchæ.In Innocentum autem die,quidam nigris, alij uerò rubeis utendum eſſe contendunt.Hodie utimur uiolaceis, ſicut in Lætare Hieruſalē,&c. propter læticiam,quam aurea roſa ſignificat. Romanus Pontifex portat mitram aurifrigio inſignitam,ſed propter abſtinētiam nigris, imò uiolaceis utitur indumentis. Reſtat quòd diebus ferialibus & communibus,uiridibus ſit indumentis utendum. His indumentis ornatus epiſcopus,ad altare procedit, duobus eum ducentibus hinc inde, ſacerdote uidelicet & leuita, ſubdiacono præcedente,qui clauſum portat codicem Euangelij, donec epiſcopus ad altare perueniat,ibiq; codicem exoſculatur apertum. Innocent.libro 1.cap.65.& lib.2.cap.1.myſteriorum Miſſæ.

Item: Cùm ſtationibus ſolennitas celebratur,Romanus pōtifex cum ſex præfatis ordinibus à Sacratario proceſsionaliter ad altare progreditur. Duo diaconi qui ducunt pontificem, deſignant Abrahamum, Dauid. Quatuor miniſtri ſuper pontificem ferunt mappulam quatuor baculis colligatam. Præferunt duo luminaria cum incenſo.At in maioribus ſolennitatibus ſeptem candelabra coram pontifice deferuntur.

In quibuſdam baſilicis circa medium chori, manipulus ſtupæ ſuper columnam appenditur, cui pontifex ignem apponit, ut in conſpectu populi ſubitò comburatur. Cum pontifex appropinquat altari, primicerius ſcholæ cantorum accedens, dextrum ipſius humerum coram aſtantibus oſculatur.Deinde tres ſacerdotes pōtifici uenienti coram altari reuerenter occurrunt,& inclinantes os eius oſculantur, &c. Poſthæc quaſi acies inſtruitur, ut ipſe Innocentius nugatur. Diſponitur,inquit, iſta proceſsio uelut caſtrorum acies ordinata. Nam & maiores & fortiores quaſi cuſtodes exercitus,pręueniunt & ſequuntur. Minores quaſi debiliores colliguntur in medio. Præcedunt enim epiſcopi & presbyteri,ſubſequuntur pontifex & diaconi, colliguntur in medio ſubdiaconi & acolyti. Cantores autem quaſi tubicines præcedunt exercitum,ut eum ad prçlium contra dæmones excitent & inuitent.De quo prçlio inquit Apoſtolus:Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mūdi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.

Vnde Pſalmiſta: Buccinate in neomenia tuba,in die inſigni ſolēnitatis ueſtrę. Crux ergo quaſi regale uexillum pręmittitur & præfertur, ut fugiant, qui oderunt eum, à facie eius.Nobis ergo abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, per quē mundus nobis crucifixus eſt,& nos mundo crucifigi debemus.

Pontifex ad altare perueniens,& ad ſeipſum reuertens, antequam ordiatur ſacrum officium,de peccatis ſuis cum aſtantibus confitetur, pſalmum illum præmittens: Iudica me Deus, &c. ut diſcretus à gente non ſancta & ab homine liberatus iniquo,ad altàre Dei dignus introeat.

Ingreſſurus pōtifex ad altare,incenſum apponit thuribulo.Tum accedens epiſcopus ad altare,oſculatur ſacrum altare,&c. Diaconus autem ſtatim inclinans oſculatur pectus epiſcopi,deſignans, quòd inſpiratione diuina Prophetæ prædixerunt pacem futuram. Epiſcopus thuribulum accipiens à diacono,ſacrum incēſat altare. Interea chorus concinit Antiphonam ad Introitum,Kyrie eleiſon.Mox ſequitur hymnus angelicus.In cornibus altaris duo ſtāt cādelabra cum facibus,in quorum medio imago Chriſti crucifixi poſita eſt. Pōtifex ſalutaturus populū, Pax uobis,ait. Minor autem ſacerdos,Dominus uobiſcum. Sed utriq; reſpōdetur, Et cum ſpiritu tuo. His ſubiungitur oratio, quam Collectam uocant. Et quia Deus numero impare gaudet(egregium Miſſæ pōtificiæ fundamentum) ſummopere quidam obſeruant, ut impares dicant orationes in Miſſa, uel unam,uel tres,uel quinque,uel ſeptem: unam uel tres, propter unitatis ſacramentum,uel myſterium trinitatis: quinq; uel ſeptem,propter quinquepartitam Domini paſsionem, uel ſpiritum gratiæ ſeptiformis. Deus enim diuiſionem & diſcordiam deteſtatur. Vnde cùm cæterorum dierum operibus benedixit, operibus ſecundæ diei benedixiſſe non legitur. Quia binarius numerus ab unitate recedit, & ab eo cæteri diuiſibiles numeri ſortiuntur originem.

Stans autem pontifex ad orandum,manus eleuat & extendit,aſtantibus hinc inde miniſtris,qui manus eius ſuſtentant,ſacerdote coram eo tenente ſacramentariū. Euangelio præmittitur epiſtolæ lectio. Poſt lectam epiſtolam ad ſacerdotem accedit cū acolutho ſubdiaconus, cui ſacerdos benedicit. Diaconus uerò ante lectionem epiſtolæ ad ſacerdotem accedens, reuerentiā aliquam exhibet. Chorus concinit graduale, Alleluia uel Tractus, Sequentia. Notandum autem eſt, quòd in officio

Miſſæ,

Miſſæ, trium linguarum concurrit diuerſitas, ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Quod & titulua crucis oſtendir, qui ſcriptus fuir literis Hebraicis, Græcis & Latinis, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. His præmiſsis ſacerdos, ad ſiniſtram altaris partem accedens, Euangelium pronunciat.

Porrò cum epiſcopus celebrat, omnia ſolennius peragũtur. Diaconus enim dextra pontificis oſculata, codicem Euangelij ſuſcipiens de altari, benedictionem poſtulat ab epiſcopo: qua dara, procedit ad pulpitum, præcedentibus ceroſerarijs, qui ſaculas ferunt accenſas, & thuribulum cum incenſo. Cæterùm ſubdiaconus uel diaconus non manus, ſed pedes Romani pontificis oſculatur, ut ſummo pontifici ſummã exhibeat reuerentiam, (ſcilicet contra uerbum, ut & reliqua pleraque) & eum illina oſtendat uicarium eſſe, cuius pedes oſculabatur mulier illa, quæ ſuerat in ciuitate peccatrix (ô ſtolidam imitationem.) Adorandum eſt enim ſcabellum pedum eius, quoniam ſanctũ eſt, cuius pedes mulieres tenentes, reſurgentem à mortuis adorauerunt. Diaconus uerò accepto Euãgelij codice ab altari, & benedictione ab epiſcopo impetrata, ad pulpitum cõtendit, comitante eum ſubdiacono, & præcedentibus ceroferarijs: uerſaq; ad Aquilonem facie, Euangelium clara uoce legit, prius tamen quater crucia ſigno ſe munit, ne diabolus deuotionem de corde uel ſermonẽ de ore tollat. Eo lecto, librum oſculatur & cruce ſignat, eumq; cum thuribulo ad epiſcopũ refert. Pòſt Symbolũ decantatur. Quia uerò Chriſtus non uenit prædicare gẽtibus, ſed Iudæis, iuxta quod ipſe dixit in Euangelio, Non ſum miſſus niſi ad ouea quę perierunt in domo Iſrael. unde pręcepit Apoſtolis: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samariranorum nõ intraueritis. donec poſt reſurrectionem præcepit eiſdem: Euntes in mundũ uniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturę. idcirco Romano pontifice ſolẽniter celebrante, ſymbolũ fidei non cantores in choro, ſed ſubdiaconi ad altare decãtant, & ipſi generaliter ad uniuerſa reſpondent, uſq; dũ pontiſex dicit: Pax Domini ſit ſemper uobiſcum. Quoniam uſq; poſt Chriſti reſurrectionem ſola Iudæorum Eccleſia, quæ per ſubdiaconos deſignatur, qui ſurſum ad altare conſiſtit, corde credidit ad iuſtitiam, ore autem confeſſa eſt ad ſalutem. Sed ex tunc cantores in choro reſpondent, & uniuerſa decantant: quia poſt reſurrectionem Eccleſia gẽtium, quam cantores deſignant, qui deorſum in choro conſiſtunt, fidem Chriſti recepit, & laudum præconia Saluarori perſoluit. Inter Euangelium tamen & ſacrificium chorus concinit Offertorium: quoniam inter prędicationem & paſsionem gentilitas fidei uotum offerens decantauit, quando mulier Canança de finibus Tyri & Sydonis egreſſa clamauit & dixit: Miſerere mei Domine filij Dauid, filia mea à dæmonio malè uexatur. cuius tandem fidem commendans Dominus, ait: O' mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Dicturus ſacerdos, Oremus: præmittit, Dominus uobiſcum: quia niſi nobiſcum ſit Dominus, ad ſalutem noſtram orare non poſſumus. Statim autem canitur Offertorium, trahens nomen ab offerendo: quia dum offertorium cantatur, ſacerdos accipit oblationes à populis, uel hoſtias à miniſtris. Interim uerò diaconus corporales pallas ſuper altare diſponit, quæ ſignificant linteamina, quibus inuolutum ſuit corpus Ieſu. Pars autem quæ plicata ponitur ſuper calicem, ſignat ſudarium, quod ſuerat ſuper caput eius ſeparatim inuolutum in unum locum. De his itaque tantum reperitur in canone, Conſulto omnium conſtituimus, ut ſacrificium altaris non in ſerico panno aut intincto quiſquam celebrare præſumat, ſed in puro lineo, ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet lino procreato atque contexto, ſicut corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea mũda ſepultum fuit.

Tunc ſurgens ſacerdos ad altare procedit, ut myſticam oblationem accipiat à miniſtris. Oblatione ſuſcepta, ſtatim adoletur incẽſum. Subdiaconus calicem præparat, panem & uinum in illo diſponens. Diaconus calicem pręparatum accipiens, in alrari componit. Prius tamen diaconus paterã cum hoſtia tradit epiſcopo, quam epiſcopus ipſe ſuper altare diſponit, & aquam uino commiſcet in calice. Calix deinde ponitur ad dextrum latus Oblatæ, quaſi ſanguinem ſuſcepturus, qui de latere Chriſti dextero creditur uel cernitur profluxiſſe. Nam ſicut panis in corpus, ita profectò uinum tranſſubſtantiatur in ſanguinem. Porrò, cum ſacerdos accipit patenam & urceolum, calicem & thuribulum, patenam cum hoſtia, urceolũ cum aqua, calicem cum uino, thuribulum cum incenſo: efficit ſuper ea crucis ſignaculũ, ut per crucis uirtutẽ omnis comitatus (conatus) diabolicæ malignitatis effugiat, ne contra ſacerdotem uel ſacrificium aliquo modo præualeat. Ob hoc etiam in modum crucis ſuperducit & circumducit incenſum

& ſacri-

& ſacrificium ad altare, quatenus & crucis ſignaculo & thuris incenſo diabolicæ fraudis malignitas extricetur. Super patena autem ſacrificium panis offertur. Poſt ſnſceptam Oblatam, ſacerdos abſcondit ſub Corporali patenam, uel ab altari remotam ſubdiaconus retrò continet inuolutam, quam mox reſumit ſacerdos. Tunc ſacerdos inclinans orat primùm pro ſe, deinde pro populo, monens ut populus oret pro ipſo. Leuatisq; manibus & uoce, palàm dicit: Per omnia ſecula ſeculorum, Dominus uobiſcum. Chorus: Et cum ſpiritu tuo. Sacerdos: Surſum corda. Chorus: Habemus ad Dominum. Sacerdos: Gratias agamus Domino Deo noſtro. Chorus: Dignum & inſtum eſt. Sacerdos: Verè dignum & iuſtum eſt, æquum & ſalutare, nos tibi ſemper & ubiq; gratias agere, Domine ſancte pater, omnipotens æterne Deus, per Chriſtum Dominum noſtrum: per quem maieſtatem tuam laudant angeli, adorant dominationes, tremunt poteſtates. Cœli cœlorumq; uirtutes, ac beata Seraphin, ſocia exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras uoces ut admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſsione dicẽtes: Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Oſanna in excelſis. Benedictus qui uenit in nomine Domini: Oſanna in excelſis.

Ceterùm ne ſacroſancta uerba uileſcerẽt, dum oẽs penè per uſum ipſa ſcientes, in plateis & uicis, alijsq; locis incongruis decantarent, decreuit Eccleſia, ut hæc obſecratio, quæ ſecreta cenſetur, à ſacerdote ſecretè dicatur. Vnde fertur, quòd cum ante conſuetudinem, quæ poſtmodum inoleuit, quidam paſtores ea decantarent in agro, diuinitùs ſunt percuſsi. Te igitur clementiſsime pater, per Ieſum Chriſtum filium tuum Dominum noſtrum ſupplices rogamus, ac petimus, uti accepta habeas, & benedicas hæc dona, hæc ſancta ſacrificia illibata. Inprimis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica, quam pacificare, cuſtodire, adiuuare & regere digneris toto orbe terrarum, unà cum famulo tuo papa noſtro N. & antiſtite noſtro N. & rege noſtro N. & omnibus orthodoxis atque catholicæ & apoſtolicę fidei cultoribus. Memento Domine famulorum famularumque tuarum N. & N. & omniũ circumſtantium, quorum tibi fides cognita eſt, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe ſuisque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, tibique reddunt uota ſua æterno Deo uiuo & uero, communicantes & memoriam uenerantes, imprimis glorioſæ ſemper uirginis Mariæ genetricis Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sed & beatorum Apoſtolorũ ac martyrum tuorum Petri, Pauli, Andreę, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi: Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelij, Cypriani, Laurentij, Chryſogoni, Ioannis & Pauli, Coſmæ & Damiani, & omnium ſanctorum tuorum: quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio, per eundem Chriſtum Dominum noſtrũ. Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtrę, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Domine ut placatus accipias, diesque noſtros in tua pace diſponas: atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Chriſtum Dominum noſtrum. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilem acceptabilemque facere digneris: ut nobis corpus & ſanguis fiat dilectiſsimi filij tui Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas & uenerabiles manus ſuas, & eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem ſuum omnipotentem, tibi gratias agens, benedixit, fregit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & manducate ex hoc omnes. HOC EST ENIM CORPVS MEVM. Simili modo poſtquam cœnatum eſt, accipiens & hunc præclarum calicem in ſanctas & uenerabiles manus ſuas, item tibi gratias agens, benedixit, dedit diſcipulis ſuis, dicens: Accipite & bibite ex hoc omnes. HIC EST ENIM CALIX SANGVINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, MYSTERIVM FIDEI: QVI PRO VOBIS ET PRO MVLTIS EFFVNDITVR IN REMISSIONEM PECCATORVM. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Vnde & memores Domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, Chriſti filij tui Domini Dei noſtri, tam beatæ paſsionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcenſionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam, panem ſanctum uitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ, ſupra quæ propitio & ſereno uultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicut accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus

Melchiſedech, ſanctum ſacrificium, immacúlaram hoſtiam. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc præferri per manus ſancti angeli tui, in ſublime altare tuum, in conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ, ut quotquot ex hac alraris participatione ſacroſanctum filij tui corpus & ſanguinem ſumpſerimus, omni benedictione cœléſti & gratia repleamur, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum, Amen. Memenro etiam Domine famulorum tuorum, famularumque tuarum N. & N. qui nos præceſſerunr cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis. Ipſis Domine & omnibus in Chriſto quieſcentibus, locum refrigerij, lucis & pacis, ut indulgeas deprecamur, per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de mulritudine miſerationum tuarum ſperantibus, partem aliquam & ſocietatẽ donare digneris, cum ſanctis tuis Apoſtolis & Martyribus, cum Iohanne, Stephano, Marhia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cecilia, Anaſtaſia, & omnibus ſanctis tuis, intra quorum nos conſortium non æſtimator meriti, ſed ueniæ quæſumus largitor admitte, per Chriſtum Dominum noſtrum: per quem hæc omnia Domine ſemper bona creas, ſanctificas, uiuificas, benedicis, & præſtas nobis: per ipſum, & cum ipſo, & in ipſo, eſt tibi Deo patri omnipotenti, in unitate ſpiritus ſancti, omnis honor & gloria, per omnia ſecula ſeculorũ. Oremus, præceptis ſalutaribus moniti & diuina inſtitutione formati audemus dicere: Pater noſter, qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tẽtationem, ſed libera nos à malo: Amen. Libera nos quæſumus Domine ab omnibus malis præteritis, præſentibus & futuris: & intercedente beata & glorioſiſsima ſemper uirgine Dei genetrice Maria, & bearis Apoſtolis tuis Petro & Paulo, atque Andrea cum omnibus ſanctis, da propicius pacem in diebus noſtris, ur opera miſericordiæ tuæ adiuti; & à peccaris ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri, per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum uiuit & regnat Deus in unitate ſpiritus ſancti, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Peracto hoc murmure urſino & blaſphemo, ſubdiaconus & diaconus reddũt patenam, quam ſacerdos accipiens oſculatur, & cum ea ſignum crucis in faciem ſibi imprimit, & hoſtiam in tres partes diuidit, duabus extra calicem reſeruatis, cum alia ſignum crucis ter ſuper calicem, de cuius ore diaconus corporale remoue rat, efficit, altaque uoce dicit, Pax Domini ſit ſemper uobiſcum: particulamque hoſtiæ inter dicendum in calicem demittit. Reſponder chorus: Et cum ſpiritu tuo. Et agnus Dei, &c. canitur. Luditur deinde mutuis oſculis (eſt enim id genus hominum ad oſcula adſuefactum) pacis, altaris. Tum epiſcopus communicat cum miniſtris. Pontifex autem integram euchariſtiæ medietatem accipiens, ſuper patenã frangit in partes, & eas porrigit miniſtris comedendas. Poſt ſuſceptum Euchariſtiæ ſacrificium ſacerdos (more Pilati) manus abluit.

At Romanus pontifex alium in communicando morem obſeruat. Vt enim in perceptione corporis & ſanguinis Chriſti nulla poſsit fallacia ſubornari, ſed in utroque perceptionis uéritas euidenter appareat, ſummus pontifex non ſtatim particulam hoſtiæ demittit in calicem, ſed eam poſt trinum crucis ſignaculum in patenam reponit: & poſt oſculum pacis ad ſedem aſcendens, ibique conſiſtens, uniuerſis cernentibus partem maiorem ſuſcipit oblata de patena, quã ei ſubdiaconus repræſentat, ipſamque uidentibus diuidens, unam particulam ſumit, aliam uerò mittit in calicem, quem tenet coram ipſo ſubdiaconus, de quo ſanguinem haurit cum calamo. Deinde particulam unam cum oſculo tradit diacono, aliamque ſubdiacono ſine oſculo, quem ad altare miniſtrans ei calicem diaconus oſculatur. Et tunc ſubdiaconus particulam demiſſam in calicem ſumit cum ſanguine. Ideo autem Romanus pontifex nõ communicat, ubi frangit, ſed ad altare frangit, & ad ſedem cõmunicat, quia Chriſtus in Emaus coram duobus diſcipulis fregit, & in Hieruſalem coram decem Apoſtolis manducauit. In Emaus fregiſſe legitur, ſed manducaſſe non legitur. In Hieruſalem non legitur fregiſſe, ſed legitur comediſſe. (An non hæc ratio, mi Chriſtiane, tibi uidetur ſufficiens?) Poſt communionem antiphona canitur. Peracto hoc myſterio, pontifex cum miniſtris ad altare procedit, & altare deoſculans, eleuatis manibus ultimam orationem ſeu benedictionem exequitur. Et diaconus alta uoce pronũciat: Ite, Miſſa eſt, &c.

Miſſa dicitur & miniſterium, & myſterium,

rium,id eſt, officium quod profertur,& ſacrificium quod offertur. Officium uerò diuiditur in Miſſam catechumenorum,& fidelium Miſſam. Miſſa catechumenorum eſt ab Introitu uſque poſt Offertorium. Et dicitur Miſſa ab emittendo i quia tempore quo ſacerdos incipit Euchariſtiam conſecrare, catechumeni foras de ecclesia emittuntur. Pelecto ſiquidem Euangelio, diaconus clamare ſolebat: Si quis catechumenus adeſt, exeat foras. Catechumeni ſacris myſterijs intereſſe non debét, quæ non niſi baptiſatis fidelibus committuntur: ſicut de quibuſdam, qui catechumenorum & nondum renatorum typum gerebant, ſcriptum eſt: Ipſe antem Ieſus non credebat ſe illis. Miſſa fidelium eſt ab Offertorio uſq; poſt communioné. Et dicitur Miſſa à dimittendo, quia tunc ad propria fidelis quiſq; dimittitur. Conſtitutum eſt enim in Aurelianenſi cõcilio, utcum ad celebrandas Miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non antè diſcedat, quàm Miſſæ ſolennitas compleatur. Totum auté officium dicitur Miſſa, quaſi tranſmiſsio, eo quòd populus fidelis per miniſterium ſacerdotis (qui fungitur uice mediatoris inter Deum & homines) preces,& ſupplicationes, & uota tranſmittat altiſsimo. Ipſum uerò ſacrificium, id eſt hoſtia, Miſſa uocatur, quaſi tranſmiſſa: primùm nobis à patre, ut eſſet nobiſcum: poſtea patri à nobis, ut intercedat pro nobis ad ipſum. primùm nobis à patre, per incarnationem: poſtea patri à nobis, per paſsionem. & in ſacramento primùm nobis à patre, per ſanctificationem: poſtea patri à nobis, per oblationem. Hæc eſt ſola ſufficiés & idonea miſsio ſeu legatio ad ſoluendas inter Deum & homines inimicitias & offenſas. Cum ergo diaconus ait, Ite, miſſa eſt: idem eſt, ac ſi diceret, Redite ad propria, quia oblata eſt hoſtia ſalutaris. Innocentius de myſterijs Miſſæ.

Binas Miſſas celebrari uno die uetat concilium Oxonienſe, excepto die natiuitatis & reſurrectionis Dominicæ, uel in obſequijs defunctorum, uidelicet cum corpus alicuius in eccleſia eadem die fuerit tumulandum, & tunc prior Miſſa de die, poſterior uerò pro defuncto celebretur.

Præterea his additamentis aucta eſt Miſſa. Euchariſticum panem in templis aſſeruari ſtatuit Innocantius tertius cap.20. Concilij Lateranenſis. Et miſſalis canonis uerba Euangelicis uerbis æqualia fieri idem iuſsit. Balæus lib.5. de Rom. Pontif. Honorius tertius in Euchariſtici panis eleuatione, genuum flexiones exigit. At Gregorius nonus pulſum tintinnabuli addidit, cuius etiam uſus fuit in circumgeſtatione, ad cuius ſonum proſtrari homines, pani illi diuinum honorem exhibebant. Idem ex Thoma Cantipratenſi, & Iacobo de Vitriaco, Blondus libro 7. decad.2.

Honorius tertius conſtituit, ut corpus Domini ad infirmos in habitu decenti portetur. Item, ut corpus Domini propter infirmos ſub clauſura ſemper in eccleſijs reſeruetur. Chron. Aeditui.

Conſtituit Gregorius nonus, ut tempore interdicti generalis ſemel in hebdomada ſubmiſſa uoce clauſis ianuis ſacerdos propter infirmos conficiat corpus Domini, quod decedentibus in pœnitentia non negatur. Chron. Aeditui.

Apoſtoli inſtituerunt in primitiua Eccleſia, Miſſam decantandam in Paſchato media nocte, in ſignum reſurrectionis Domini. Vnde & nos in ſancto ſabbato Paſchæ in Miſſa, quæ tandem cantatur, facimus mentionem de illa nocte, & in benedictione cerei. Hugo cardinalis in 28. caput Matth.

Præcipitur ſacerdotibus, quòd benedicant populo, Numer.6. Et ideo inoleuit, quòd in fine hoſtiæ Miſſæ, cum dicitur, Ite Miſſa eſt, ſacerdos benedicit populo. Albertus Magnus cap.1. ſuper Lucam.

Nouum uerò hac ætate de tranſſubſtantiato pane in Miſſa papiſtica, exortum eſt commentum, ut ex Lateranenſi conſtat concilio. Et ut prędictum errorem Dominicani contra Vualdenſes & Albianos tuerentur, eoſdem comprobauit, & in Romanæ Eccleſiæ conſortium recepit Honorius ſecundus, teſte Balæo.

Iocum quendam duorum regum Angliæ & Franciæ de Miſſa, refert Balæus: Henricus tertius, inquit, Anglorum rex, ſacerdotibus, cum Miſſas celebrarent, aſſiſtere ſolebat, & eorum manus oſculari. Huic S. Ludouicus Francorum rex dixiſſe olim perhibetur, Miſsis audiendis non ſemper eſſe uacandum, ſed interdum audiendas eſſe conciones ſacras. Reſpondit Henricus, Se malle amicum ſæpius uidere, quàm de ipſo loquentem audire. Balæus in appendice cap.46. Centuriæ 4. ſcriptorum Brytanniæ.

RITVS CIRCA ORAtiones.

LOcus orandi peculiaris fuit. Nam ſic Innocentius inquit: Licet in omni loco poſsit fidelis orare, competentius tamé in templo, in alto, & in occulto. Nam de templo Dominus ait: Domus mea domus orationis uocabitur. Et Salomon: Cum uenerit ergo & orauerit in

loco iſto, tu exaudies in cœlo Domine, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te. In altum autem Ieſus conſueuit adſcendere ad orationem, de quo legitur, quòd aſcendit in montem ſolus orare. ideoque locum ad adorandum commendat occultum. Tu autem, inquit, cum orabis, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito: & pater tuus, qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Nam & Chriſtus de loco adorationis à muliere Samaritana interrogatus, reſpondit: Mulier, crede mihi, quia ueniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hieroſolymis adorabitis patrem, ſed ueri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu & ueritate. ſic reprobans & Samaritanorum errorem, qui dicebant, non eſſe locum adorationis, niſi in Garatym: & Iudæorum, qui aſſerebant, non eſſe locum orandi Deum, niſi in Hieruſalem. Specialiter tamen Deus in templo eſt adorandus, ſecundum illud: Adorate Dominum in aula ſancta eius. Specialiter quoque ad orientem, ſicut legitur: Ad ortum lucis oportet orare, ut nobis adorantibus Dominum oriatur lux iuſticiæ uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundũ. Aſsiſtũt enim in ſacris baſilicis angeli Dei fidelibus adorantibus, ut deuotas eorum orationes offerant Deo, ſecundum illud: In conſpectu angelorum pſallam tibi Deus meus, adorabo ad templum tuum ſanctũ, & confitebor nomini tuo. Innocentius tertius in proœmio ſeptem pſalmorũ pœnitentialium.

Ad preces publicas certæ deputatæ fuerunt horæ. Nam ut certis diuinæ rei horis Salue regina cantaretur, conſtituit Gregorius nonus, teſte Nanclero.

Geſtuum etiam fit mentio. Quidam enim iacendo orant, quidam ſedendo, & quidam ſtando. Innocentius in proœmio ſeptem pſalmorum pœnitentialium. Gregorius nonus in eam omnium periculoſiſsimam perductus difficultatem, cum nõ haberet aliud, à Deo ſolo protectionem inuenit. Cardinalibus enim, clero, omnique populo conuocatis, capita ipſe Apoſtolorum geſtanda accepit, & cruce, cui portio uiuificæ crucis ineſt, præmiſſa, à Lateranenſi epiſcopio, apoſtolorũ principis baſilicam petijt: ubi ambone conſcenſo, orationem habuit commiſerationibus plenam, porrectoque brachio capita Apoſtolorum oſtendens, flens atque ſuſpirans, lachrymantibus multis, nihil moratus, decretum promulgauit ſacroſanctũ, gloriæ ſalutisque æternæ præmia illis pollicitus, qui aduerſus ſceleſtiſsimum Dei & Eccleſiæ ſanctæ hoſtem Fridericum pugnaturi, crucis charactere inſignirentur. mirumque, populum Romanum, à quo toties diſſenſerat, in ſuam defenſionem armare in ea hoſtis potentiſsimi propinquitate, cuius largitione corruptos atque etiam coniuratos eſſe potentiores quoſque conſtabat: ut nulli dubium eſſe debeat, ſicut Blondus inquit, diuina ope datam tunc Eccleſiæ pontificique ſalutem. Nanclerus uolum. 2. generat. 42. Chronicon Martini. Edmundus Cantuarienſis archiepiſcopus orationi ſedulus incũbebat, & nuda ſolo genua figebat. Vnde nonnunquam ui colliſionis erumpẽs ſanguis genu reſperſit alterũ, aliud uerò ſemper gibboſum & calloſum. Singulis diebus à capite uſque ad pedes membra crucifixi ſingula adorabat, & in adoratione cuiuslibet. Adoramus te Chriſte, pia uoce dicere ſolebat. Vincent. libro trigeſimo primo, cap. 77.

Letaniarum meminit Innocentius tertius, in epiſtola ad archiepiſcopum Lugdunenſem.

In pſalmodijs, Imperatoris mentionem factam in Eccleſia Conſtantinopolitana, ex Gregoræ libro quarto Romanæ hiſtoriæ conſtat.

Proceſsionum etiam fit mentio. Nam temporibus Roberti Leodienſis epiſcopi facta eſt ſiccitas immenſa, ita ut fructus terræ penè ab omnibus deſperarentur. Vnde tres proceſsiones ordinatæ ſunt, cum deportatione reliquiarũ & corpore S. Theodardi. Prima ad ſanctos Apoſtolos, ſecunda ad S. Leonardum, tertia ad S. Aegidiũ. Quorum orationes non ſunt exauditæ, quia non fecerant prima die commemorationem de beata Maria, prout eis per uiſum cuiuſdam ſancti uiri (contra uerbum Dei) relatum eſt. Sed in ſecunda proceſsione fecerunt intentionem de eadem. Vnde tanta pluuia exuberauit, ut omnes quærerent remedium ſub tectis. Catalogus epiſcoporum Tungrenſium.

Singulis menſibus proceſsiones fieri pro terræ ſanctæ liberatione, in ſynodo Lateranenſi ſtatutum eſt. Earundem fit mentio in bulla Innocentij tertij hinc inde miſſa, quam alibi inſeruimus. Iohannes Lubecenſis cantori in proceſsione uſum argentei baculi conceſsit. Chron. Holſatienſe. Cùm Nili exundatione ad Damiatam urbem milites multis afficerẽtur incommodis, pontificius cœtus, qui in exercitu erant, ſupplicationes & triduanum ieiunium indicunt, & ad obſecrationes

nes milites adhortantur. Pòſt exauditi, quaſdam gratiarũ actiones per circuitum caſtrorum celebrarunt. libro tertio, capite quinto Continuatæ hiſtoriæ belli ſacri. Anno 1281, Toloſæ pontis pars corruit, cũ uix clerus in proceſsione tráſijſſet. Iohannea de Oppido.

RITVS CIRCA VOCAtionem *&* ordinationem.

NOn eſt facienda electio ex improuiſo, ſed oratio debet præcedere. Vnde in electionibus inuocatur Spiritus ſanctus. Hugo capite quinto in Matth. In his uerbis, Et cum dies factus eſſet, uocauit diſcipulos ſuos, &c. datur forma electionis faciendæ. Omnia enim quæ ſunt neceſſaria ad electionem canonicam celebrandam, hic determinantur. Primum eſt, quòd debet eſſe circumſpecta, ut melior & utilior Eccleſiæ eligatur: quod notatur ibi, In illis diebus exijt in montem: unde poteſt longè lateque circumſpici. Deuteronom. tertio: Aſcende cacumen, &c. ubi eſt & libertas aeris & ſpacij, ubi nihil impedit uiſum aut greſſum. Primo Regum undecimo: Perrexit omnis populus in Galgata, quod interpretatur collis præcipiciorum uel reuelatio, & fecerunt ibi regem Saul. Item oratio debet præmitti ad Deum, quod notatur ibi: Et erat pernoctans in oratione Dei, non in colliſione. Ideo autem oratio debet præcedere electionem, quia ſolus Deus uidet corda hominum, & ſcit quis ſit idoneus. Contingit enim ſæpe, quòd ille qui auſterus uel fatuus apparet exterius in facie, benignus & ſapiens ſit interius in corde. Vnde dicitur Eccleſ. decimotertio: Veſtigium boni cordis & faciem bonam difficile inuenies & cum labore, &c. Debet fieri in die, & non in nocte: quia qui malè agit, fugit lucem, Iohan. 3. Quod notatur ibi, Et cum dies factus eſſet. Et non quolibet die, ſed die aſsignato: quod notatur per hoc, quod dicitur ſingulariter: Et cùm dies factus eſſet. Toto tempore antè Eccleſia debet eſſe in oratione Dei, ſicut hic dicitur: Erat pernoctans. Item die aſsignato debent uenire canonici ad electionem purè propter Deum: quod notatur ibi, Vocauit Dominus diſcipulos. Sed certè hodie multos uocat propria ambitio, multos carnalis affectio, multos pecunia, multos inuidia: unde poteſt dici illud Matth. uigeſimoquarto: Vbicunque fuerit corpus epiſcopi mortui, illic congregabuntur & aquilæ: id eſt, canonici non ſibi uel ſuis rapiant dignitatem, &c. Sed heu, &c. hodie fit nulla mentio de uita, ſciẽtia, &c. ſed magis, ſi eſt nobilis genere, ſi bonus mãducator, &c. Item debet eligi de canonicis Eccleſiæ, ſi eſt ibi idoneus: quod notatur, Et elegit duodecim ex ipſis, quos Apoſtolos nominauit. ut formicę formicam eligunt ſibi ducem, &c. Item, qui eligitur, debet eſſe Apoſtolus miſſus ad miniſtrandum, non ad dominandum. Hugo ſuper 6. caput Lucæ.

Ius eligendi & uocandi epiſcopos & alios Eccleſiarum miniſtros, totius erat Eccleſiæ, clericorum ſcilicet & laicorum. At Friderici ſecundi ætate, excluſo populo cæteriſque ſacrificulis, duntaxat à myſtia ferè imponi pontifices cœptum eſt. Eas ob cauſas huius tempeſtatis epiſcopi, in titulis, initijs epiſtolarum atque decretorum, non, uti nunc fit, adſcribunt, Apoſtolicæ ſedis gratia, nimirum fauore humano: ſed more Pauli, clementiæ duntaxat diuinæ id munus atque donum acceptum referunt. Ita enim cœpiſſe epiſtolas, Senatuſconſulta, placita, reſcripta, exempli gratia, reperitur: N. ſola miſeratione diuina Reginoburgẽſis epiſcopus. Non licebat tum Romano pontifici abſque illorum, utpotè uenerabilium fratrum ſuorum conſilio, in cuiuſquam prouincia quicquam attentare. nempe illi melius ſui gregis mores cognoſcebant, à Deoque ſe, non ab hominibus deſtinatos exiſtimabant. Si quippiam peccatum, aut temerè actum fuerat, quod coarguendum foret, id primùm ad ſuum gregis paſtorem referebatur, iaq; primùm cognoſcebat: Romanus duntaxat admonebat. Cuncta iure, lege, bonorum uirorum ex prouincia arbitratu, & more maiorum ex communis conſilij popularium, ſacerdotum decreto agebantur. Nihil tumultu, armis, ui, dolo malo, potentia, ſeditione, unius paucorum'ue, peſsimorum etiam temeritate atque libidine gerebatur. Hoc Inſtitutum tollere & antiquare, epiſcoporum authoritatem labefactare, ad unius cuncta poteſtatem redigere, complacitum eſt. Nec enim aliter Fridericus opprimi poterat, quem illi ſuum chariſſimum atque pientiſsimum principem propalàm prædicantes, nequaquam ſaluo rerum ſtatu deſeruri uidebantur. Primus enim Imperatorum, ſicuti & in libris pontificalibus legimus, & diplomata oſtendunt, Fridericus ille ſecundus tanta immunitate ſacerdotum genus condonauit, qua mox aduerſum eum abuſi ſunt Romanenſes. Auentinus libro ſeptimo annalium Boiorum. Arſenius monachus, Conſtantinopolitanus patriarcha creatur communi pontificum ſententia & ſuffragio, Imperatore maximè, Theodoro

Laſcari iuniore approbante, & pontificium illud ſuffragium, uti moris eſt, confirmante. Gregoras libro tertio. Fulconi epiſcopo Cracouienſi ſucceſsit Vincentius. cognomento Cadlubcus, præpoſitus Sendomirienſis, gente Roſeus, uir doctus, ut tunc ferebant tempora, & pius: qui primus Polonorum, hiſtoriam geritis ſnæ conſcripſit: liberis collegij ſacri ſuffragijs creatus & expetitus, quamuis ipſe in eo collegio non eſſet. Perfecerat enim id collegium per Iohannem archidiaconum, ut libera ſibi deinceps eſſet electio epiſcopi, in quam ſe principes peruerſo more etiam tunc ingerebant. Martinus Cromerus libro ſeptimo de rebus Polonorum. Gregorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabilibus fratribus, archiepiſcopo Bremenſi, & epiſcopo Verdenſi, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum Decani & Capituli Suerinenſis, fuit propoſitum coram nobis, quòd eadem Eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, ipſi conuenientea in unum, de futuri ſubſtitutione pontificia tractaturi, quaſi diuinitùs inſpirati omnes, uoto unanimi & uoluntate concordi in dilectum filium præpoſitum eiuſdem Eccleſiæ, uirum (ut aſſerunt) ſcientia præditum, diſciplinis Eccleſiaſticis eruditum, & morum honeſtate præclarum, per cuius induſtriam dicta Eccleſia, in medio prauæ ac peruerſæ nationis poſita, poſſe creditur à ſuis tribulationibus & anguſtijs reſpirare, ſua deſideria direxerunt, uotis populi ac cleri concurrentibus in eundem. Cranzius libro octauo, capite tertio Metropoleos. Temporibus Friderici epiſcopi Raceburgenſis, Guncelinus comes Suerinenſis, ius patronatus Eccleſiæ parochialis in Vuittenborg, conuêtui monialium in Tzerntin donauit, quam donationem epiſcopus confirmauit: ſed fortè poſt obitum comitum Suerinenſium, per dominos Megapolenſes, ad qnos principatus eorum peruenerat, ſupradicta donatio eſt caſſata & irritata. ibidem capite decimooctauo. Poſt Vuichmannum uoluntate patrum, Ludolphus creatur Magdeburgenſis atchiepiſcopus. Cranzius libro ſeptimo, capite uigeſimoquinto, in Metrop. Cum iam Cantuarienſis ſedes annis plus tribus uacaret, monachi Cantuarienſes elegerunt archiepiſcopum Bonifacium Sabaudienſem natione, Aleonoræ reginæ auunculum. Polydorus lib. 16. Sed per Nicolaum tertium caſſata eſt monachorum electio, teſte Balæo Cent. 4. capite 64.

De electione per ſcrutininm uel compromiſſum, item quòd electio per ſecularem poteſtatem facta non ualeat, & de pœna indignè confirmantis electionem, uide 24. 25. & 26. capita concilij Lateranenſis.

At Romani præſules ſupremam poteſtatem confirmandi electionem & ordinationem, per fas nefasq; ſibi arrogarunt. Vide, inquit Cranzius, in quantum licentiærum proceſsit, poſt Imperatorum deſtitutionem, Romana Eccleſia, ut ſe inciperet intromittere de Eccleſijs uacantibus. Solebant Imperatores de Romana aliquando diſponere Eccleſia: peruentum eſt eò, nt de ſolis Germaniæ Eccleſijs & abbatijs diſponerent, idque exortum eſt manibus eorum tempore Henrici 5. Imperatoris: tum Eccleſijs prouenit libera electio, in eam qnoque papa manns iniecit per hæc tempora, & creuit illa facultas in immenſum, ut ſatis ſit per Germaniam res tolerabilis, ſed in Francia & Anglia immoderata. libro ſeptimo, capite quadrageſimoquinto in Metrop. Et Hugo ait: Caſu hodie fiunt epiſcopi. Appellant enim, tunc ponit papa epiſcopum aliquẽ, de quo non ſperabarur. In pſal. 21. Capta per Venetoa Conſtantinopoli, in eorum gratiam de choro Veneto qnidam ſubdiaconns patriarcha ordinatur. Cuius tamen confirmationem Innocentius, nam ab eo id officij petebarur, detrectauit, electionẽ contra ſtaruta canonnm factam contendens, cùm laicis, quantumuis religioſis, nulla diſponendi de rebus Eccleſiaſticis data ſit facultas. Attamen inſtante Imperatore, ſubdiaconum, quem diximns, ſua autoritate elegit confirmauitque. Antoninus titulo decimonono, cap. 2. §. 3. Ne quid turbationis Germanico regno deeſſet, Innocentius papa tertius Henricum comitem de Veringen, in demortui Argentinenſis epiſcopi Conradi locum electum, uſque in qnartum penè annum confirmare diſtnlit. Nam idem Henricus epiſcopus ſeqni partes Philippi etiam inuitus cogebatnr, niſi Eccleſiam ſuam, & totam Alſatiæ prouinciam, periculo & deſolationi nolniſſet exponere. Ira pontifex Romanus in eum ſuccenſus, confirmationis & conſecrationis munus dare noluit. Verùm periculi cauſam apud ſe pertractans, tandem conſenſit, ut à Senonenſi archiepiſcopo Henricus conſecrationis munus ſuſciperet. Nauclerus uolum. 2. generat. 41. In Ratisbonenſi Eccleſia Gotfridna & Sigfridus, diſſentientibus ſacerdotibus, ſimul conſtituuntur epiſcopi. Sed Romano papa Sigfridum comprobante, alter cedere

dere cogitur, licet ab uniuerſo populo, ſed paucis canonicis electus eſſet. Auentinus libro ſeptimo Annal. Boiorum. Nicolaus quartus Philippo Mantuano Tridentinum donat epiſcopatum. Ibidem. Iacobus Suinca fit archiepiſcopus Gneſnenſis, fauore Martini quarti, electione Gneſnenſis collegij poſthabita. Cromerus libro decimo. Poſt Robertum Iohannes Franciſcanæ ſectæ alumnus in Cantuarienſi Eccleſia per Gregorium Romanum ſurrogatur. Polydor. libro decimoſeptimo. Gregorius decimus Ottonem quendam uicecomitem, ſuum affinem Mediolanenſem, Nicolaus quartus Iacobum ex Prædicatorum ordine Genuenſem archiepiſcopos deſignât. Bergomenſis. Philippum Carinthiæ ducem Gregorius decimus confirmare noluit, cum Aquileienſi Eccleſiæ præficiendus eſſet. Sabellicus.

Aſcendebant per gradus ad ſummos honores. Nam ſic ſcribunt: Statuimus, ut ſubdiaconus in epiſcopum ualeat liberè eligi, ſicut diaconus uel ſacerdos. Innocentius. Adolphus Holſatorum comes, cum monachum iam induiſſet, impetrata à Romano papa prius poteſtate, ad omnes promouetur ordines. Subdiaconns enim Romæ reuerſus, à quodam Iohanne epiſcopo, magiſtro ordinis Prædicatorum, in diaconum, à Iohanne Lubecenſi in presbyterum ordinatur. Cranzius libro octauo Metropol. capite undecimo. Idem narrat, ſolenne fuiſſe Eccleſijs, præpoſitos in defunctorum epiſcoporum locum ſurrogare, ut perinde gradum illi facerent. libro octauo, capite uigeſimoprimo. Iohannes Thralou ſcholaſticus Eccleſiæ Lubecenſis, in defuncti epiſcopi locum ſurrogandus, uno die presbyter, ſequenti uerò epiſcopns conſecratur. Ibidem capite uigeſimoquarto.

Examen præceſsiſſe ordinationem inde conſtar, quòd Robertus Lincolnienſis ad canonicatum in ſua Eccleſia admittere noluit quendam Innocentij ſpurium ob inſcitiam. Balæus libro ſexto de Roman. pontific. In quadam noſtra conſtitutione iam alia uice nos meminimus expreſsiſſe, quòd inſtitutio corporalis tam ſuper beneficijs, quàm etiam dignitatibus ad ipſum archidiaconum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum, ſi fuerint ad ſacros ordines promouendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obſeruandum, ut qui beneficijs Eccleſiaſticis præficiendi fuerint, à ſuo prius examinentur archidiacono, & per ipſum poſtmodum epiſcopo præſentencur. Innocentius libro primo Decret. conſtitutione nonageſimaſeptima. Item: Poſtquam nobis præſentatis eundem, ſufficienti examinatione præmiſſa, electionem de ipſo factam duximus irritandam, quicquid ex ea & ob eam factum eſt denunciantes penitus non tenere. Ibidem conſtitutione trigeſimaquarta. Et Honorius indoctos ad ſacerdotia promoueri prohibuit. Balæus libro quinto de Roman. pontific. Archiepiſcopus Bremenſis, Verdenſis & Lubecenſis epiſcopi, receptis literis Gregorij noni, in domo fratrum Minorum Stadij conueniunt, ibique Theodoricus præpoſitus una eademque die legitimatur, examinatur, confirmatur, & in epiſcopum conſecratur. Cranzius libro octauo, capite tertio Metropol. Nicolaus tertius nulli ſacerdotium attribuit, niſi doctrinam & mores prius inſpexerit. Sabel. tomo ſecundo, Enneade 9. libro ſeptimo.

Innocentius tertius conſtituit, ut nouicij non recipiantur ad profeſsionem, niſi finito anno probationis, poſsint tamen renunciare iuri ſuo. Chronicon Æditui.

Præſentes erant plures epiſcopi, ut ex Theodorici Suerinenſis epiſcopi conſecratione uidere eſt, cuius iam meminimus.

Ex hoc inoleuit, quòd quando epiſcopus ſacerdotes ordinat, porrigendo calicem cum pane & uino, in eos poteſtatem transfundendo, ordinem confert ſacerdotalem. Albertus Magnus capite 22. ſuper Lucam.

Manus impoſitio facta. In ordinato in ſubdiaconum, ſine manuum impoſitione, & confirmato non chriſmatis, ſed olei unctione, non fiet iteratio, ſed ſupplebitur prætermiſſum. Innocentius ad epiſcopum Helienſem.

Epiſcopi ordinati ungebantur in capite propter autoritatem & dignitatem, ut oſtendatur illius repræſentare perſonam, de quo dicitur per Prophetam: Sicut unguentum in capite. & in manibus, ut oſtendatur accipere poteſtatem benedicendi & conſecrandi. Vnde cum eas conſecrator inungit: Conſecrare, inquit, & ſanctificare digneris Domine manus iſtas per iſtam unctionem, & per benedictionem noſtram: ut quæcunque conſecrauerint, conſecrentur: & quæcunque benedixerint, benedicantur in nomine Domini. Innocentius libro 1. Decret. conſtitut. 84. Quia uerò in die Cœnæ dedit diſcipulis poteſtatem conficiendi, & eos ordinauit, inde inoleuit cõſuetudo in Eccleſia, q̃ illa

die conficitur chriſma & benedicitur, unde innunguntur ordinandi in ſacerdotes, & baptizandi. Et quia poſt ordinationem diſcipulorum fecit ſermonem, ideo epiſcopi poſt ordines facinnt ſermonem ordinaris, nel admonitionem loco ſermonis, ut dignè ſe cuſtodiant & adminiſtrent. Er quia Dominus poſt ſermonem fecit orationem, ideo faciunt ſimiliter prędicatores poſt prædicationem. Hugo cap. 13. ſuper Iohan.

Baculus dabatur. A' conſecratore dicitur conſecrato: Accipe baculum paſtoralitatis. Innocentius tertius lib. 1. myſteriorũ Miſſæ, cap. 42.

Tonderi ſolebant. Clerici in prima tonſura dicunt uerſum illum: Domine pars benedictionis meæ. Hugo in Pſalmum decimumſeptimum.

RITVS DEPOSItionis.

ALmarici ſectatores in concilio Pariſiēſi ſacris ordinibus ſpoliati, politico magiſtratui traduntur cremandi. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione 40. Gregorins nonus Remenſi archiepiſcopo & ſuis ſuffraganeis: Quoniam epiſcoporum numetus ad degradstionem clericotum à canonibns conſtitutus non poteſt de facili conuenire, concedimus, ut ſacerdotem uel alium clericum in ſacris ordinibus conſtitutum (cum pro hæreſi fuerit ſeculari curiæ relinquendus, aut perpetuò immurandus) connocatis abbatibus, alijsq; prælatis & religioſis perſonis, ac literatis ſuæ diœceſis, de quibus expedire uidebltur, ſuus ſolus poſsit epiſcopus degradare.

EXORCIZATIO.

QVotidie dæmones ab obſeſsis expelluntur corporibus, & per exorciſmum uirtus eorum ab infantibus exufflatur. Hugo in cap. 16. Marci.

RITVS CIRCA IEiunia.

CErta & ſtatuta tempora ieiunijs attributa obſetuabantur: nt in Quadrageſima. Nam ſic docent: Triplex eſt ſolenne ieiunium, qnod generaliter indicit Eccleſia. Primum in qustuor temporum obſeruantia, ſecundnm in Quadrageſima, tertium in feſtiuitatum uigilia. eorumq; rationem reddit Innocentius tertins ſermone in die Cinetum. Idem papa conſtituit, nt infirmi poſsint comedere carnes quadrageſimali tempore, neceſsirate id exigente. Item, ut in Apoſtolorum uigilijs ieiunetur, præter Iohannis, Philippi & Barnabæ, pro qnibns rogationnm diebus Eccleſia ieiunet. Chronicon Æditui. Relaxauit Iacobns Leodienſis archidiaconus, & legatus pontificius, Polonis partem ieiunij eius, quod eſt ſolenne cunctis ante Paſcha. Nam cum id totis nouem hebdomadis, ueteri ſummorum pontificum inſtituto, uulgò ſeruarent, indulſit, ut eſſet deinceps hebdomadarum ſex & dimidię. Crometus libro 8. In Quadrageſima Eccleſia ieiunat, & cantica læticiæ ſubticet, ſcilicet Alleluia. In ſeptimana Pentecoſtes ieiunat, & cantica læticię frequentat, tunc enim cantatur Alleluia. Hugo cardinalis ſuper 2. cap. Marci.

Et in pnblicis calamitatibns orationum gratia indicebantur. Cum in Damiatæ obſidione, Nili exnndatione annona ac reliqnus commeatus corrumperetur, publicum indicitur ieiunium: quo uix exacto, mare deſidit. Æmilius libro 6. de Francis. Bonſinius libro ſeptimo decad. 2. de Vngaris.

DE FESTIS.

DIes feſtos, inquit Hngo, debemus celebrare, & in illis ad eccleſiam ire, triplici ratione. Primò propter legis iuſsionem. Exodi uigeſimo: Memento ut diem ſabbati ſanctifices. Secundò propter promiſsionem Dei. Eſaiæ quinquageſimoſexto: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego uolui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum & nomen melius, à filijs & filiabus. Tertiò propter legis comminationem. Numeri decimoquinto præcepit Dominus colligentem ligna in ſabbato lapidari. Quarta etiam ratione uoluit & nnlt Dominus feſta celebrari, nt melius tunc uacare poſsimus orationi & contemplationi, non comeſſationi & potationi, ſicut mnlti faciunt, qui putant feſtorum Domini celebrationem conſiſtere in comeſſationum & ebrietatum amplificatione, quod eſt magis feſta uiolare. Super ſecundum caput Lucæ.

De die Dominico in concilio quodam Scotiæ ſtatutum eſt, ut is inirio facto ab hora duodecima diei Saturni, uſq; ad diem Lunæ ſacer eſſet. Boetius libro decimotertio. At Gregorius nonus conſtituit, ut homines & iumenta omnino quieſcant diebus Dominicis & feſtiuis, niſi urgens neceſsitas inſtet, uel niſi pauperibus uel Eccleſiæ gratis fiat. Chronicon Æditui. Patres ueteris Teſtamenti hebdomadi, id eſt, ſeptenario ſeruiebant, obſeruantes ſeptimā diem, ſeptimā ſeptimanam, ſeptimũ menſem, ſeptimum annum

decadisq;

decadis,qui dicitur Iubilæus. Patres uerò noui Teſtamenti ogdoadi ſeiuiunt, id eſt,octonario,ſeruantes octanam diem, id eſt Dominicam,ob reuerentiam Dominicæ reſurrectionis & miſsionis Spiritus ſancti. Hugo in Pſal.119.

Præterea ſinguli ferè dies in Antichriſti regno feſtiui erant, ut indicatum eſt alijs ſeculis. Sed tamen ſubinde nouis ſanctis peculiares dies in ipſorum honorem dicati ſunt, de quorum fine Hugo ait: Confeſſorum uitam Eccleſiaſticam recolere, quaſi quiddam continentiæ, iuſtitię & patientiæ ſpeculum & exemplar. cap.12. in Lucá. Antonio monacho diem obitus ſui conſecrat Gregorius nonus, uidelicet Idus Iunij, eumq́; magna ſolennitate celebrari cõſtituit, anno 1232. Vincentius libro 30. capite 135.

Vt octana natiuitatis Mariæ quotannis in Eccleſia, ſacra eſſet, Innocennius quartus ſanciuit. Contrinnator Vincentij. Sub eodem in concilio Lugdunenſi feſtum Stephano, Innocentibus, Syluestro, Iobanni Baptiſtæ, S. Paulo, D. Virgini, Laurentio, Michaeli, Martino, & 12. Apoſtolis ſacrum ſolenniter peragendum inſtituitur. Cbronograph. Panthaleonis.

Corporis Chriſti feſtiuitas cum proceſſionibus & octauis, die Iouis poſt Trinitatis ſolennia celebranda, Vrbani quarti inſtitutum eſt. Vincentij continuator, Boetius libro 13. de Scotis. Multæ ſunt, inquit Balæus, ſuper prima huius feſti origine opiniones: ſed hanc accipe certiorem eſſe, ex Arnoldo Boſtio, ac Petro Præmonſtratenſi. Anno Domlni 1264. reuelatio ſanè diabolica, ſuper hoc ſacramenti feſto celebrando, cuidam Euæ fœminæ in terra Leodienſi, in ocio ſuperſtitioſo recluſæ, pontifici ante papatum ſamiliariter notæ, facta eſt. Quam per ſuas literas ei ſignificauit, rogans, ut feſtum illud papali authoritate ſolennizandum ordinaret: cui has literas remiſit ſanctiſsimus pater.

Bulla Vrbani papæ ad Euam recluſam.

Vrbanus epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectæ in Cbriſto filiæ Euæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Scimns, ô filia, quòd magno deſiderio deſiderauit anima tua, ut ſolenne feſtum corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti inſtitueretur in Eccleſia Dei, à Chriſti fidelibus perpetuis temporibus celebrandum. Et ideo tibi ſignificamus ad gaudium, quòd nos ad corroborationem catbolicæ fidei, dignum duximus ſtatuendum, ut de tam mirabili ſacramento, præter quotidianam commemorationem, quam de ipſo facit Eccleſia, ſpecialior & ſolennior memoria celebretur, certum ad hoc deſignantes diem, uidelicet feriam quintam proximam poſt Dominicam feſti Pentecoſtes proximè ſequentem, ut ipſa feria quinta deuotæ turbæ fidelium, propter hoc ad eccleſias affectuosè concurrant. Sitq́; dies ille uniuerſis Chriſticolis noua feſtiuitate iucundus, & ampla iucunditate feſtiuus, prout in literis apoſtolicis, quas per uniuerſum mundum ſuper hoc direximus, ad plenius continetur. Et ſcias, quòd nos huiuſmodi feſtum cum omnibus noſtris fratribus, Romanæ uidelicet Eccleſię cardinalibus, nec non cum omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, cæteriſq́; Eccleſiarum prælatis, tunc apud ſedem Apoſtolicam commorantibus ad hoc, ut uidentibus & audientibus de tanti feſti celebritate præberetur exemplum, duximus celebrandum. Magnificet igirur anima tua Dominum, & exultet ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo: quia uiderunt oculi tui ſalutare tuum (horrendum idolum) quod parauimus (ô execrabilis Antichriſte & Abaddon) ante faciem omnium populorum. Lætare inſuper, quia omnipotens Dominus tribuit tibi deſiderium cordis tui, & noluntate labiorum non fraudauit te cœleſtis gratiæ plenitudo. Et quia quaternum, in quo totum ipſius feſti habetur officium, tibi ſub bulla noſtra per latorem præſentium deſtinamus, nolumus, & per apoſtolica ſcripta tibi mandamus, quatenus quaternum ipſum cum deuotione recipias, & eius copiam perſonis illam petentibus exhibeas liberaliter. Et libenter inſtes deuotis ſupplicationibus apud illum, qui memoriale tam ſaluriferum de ſeipſo reliquit in terris, ut nobis tribuat ex alto gratiam, commiſſam noſtro regimini Eccleſiam ſuam regendi utiliter, ad laudem & gloriam ſui nominis, & ſalubriter gubernandam. Datum apud urbem ueterem, ſexto idus Septemb. pontificatus noſtri anno tertio. libro 6. de Roman. pontific. actis.

Officium uerò de corpore Chriſti Thomas Aquinas compoſuit. Platina. Refert Ptolomeus Lucenſis, ad eiuſdem petitionem hoc feſtum inſtitutum.

Pridie Idus Auguſti feſtum beatę Clarę Alexander quartus papali autoritate præcepit agi. Schedelius.

Bonifacius octauus ſtatuit feſta Apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, & quatuor doctorum, Gregorij ſcilicet, Auguſtini, Ambroſij & Hieronymi, ſub honore feſti duplicis celebrare. Appendix Martini Poloni, Stella, Faſciculus temporum. Idem D. Ludouico Francorum

regi

regi feſtum diem agi præcepit 8. Calend. Septemb. Bergomenſis.

Armeni in die Epiphanię natiuitatẽ Domini celebrant. Ideo etiã in illa nocte non cantatur: Venite exultemus Domino. quia Magi non uenerunt uocati. Hugo ſuper 1. cap. Matthæi.

Feſta iſtorum trium, Stephani, Ioannis Euangeliſtę, & Innocentum puerorum, ordinantur ſecundum maiorem & minorẽ dignitatẽ. Quia enim dignius eſt eſſe martyrem actu & uoluntate, quàm uoluntate ſolùm: ideo antecedit feſtũ beati Stephani, feſtũ beati Iohannis Euangeliſtæ. Quia etiam plus eſt eſſe martyrem uoluntate, quàm actu & non uoluntate, ideo præcedit feſtum Iohannis feſtum Innocentum. Idem in cap 2. Matth.

Triplex honor in die Paraſceues Domino exhibetur, trina genuflexione & laudũ decantatione, & hoc in lingua Latina & Græca. Tertia enim lingua, id eſt Hebraica, ſilebit à laudibus Chriſti uſq; in finem ſeculi, & tunc primò ſoluetur: de qua dicitur Eccl. 28. Lingua tertia multos commouit. Verba Græca quę dicit Eccleſia Deum laudando & genuflectendò, ſunt ἅγιος ὁ ἰσχυρός, &c. Hugo cap. 15. in Marcum.

Gregorius nonus Elizabethę feſtum 13. die calend. Decemb. celebrandum præcepit. Hermannus Schedel ætate 6. Bergomenſis lib. 13.

In hodiernum uſq; diem ſtrages Sendomiriæ ædita, anno 1260. quaſi martyrum Chriſti, anniuerſaria celebritate poſtridie Calend. Iunij, Sendomiriæ magno populi concurſu recolitur, magna Alexandri IIII. pontificis indulgentia cumulata ac dedicata. Cromerus lib. 9. rerum Polonicarum.

RITVS CIRCA NVPTIAS.

Sponſalia anteibãt nuptias. Ottho Imperator Philippi regis filiã ſibi deſpõſatam, Brunſuigã collocat, uſq; dum ex Italia reuerteretur. pòſt Northuſę nuptias celebrat. Nauclerus uolumine 2. gener. 41. Henricus Angliæ rex Alexãdro Scoto Ioannã ſororem deſpondet, anno 1220. Hector Boetius lib. 13.

Conuiuia parabantur. Nã Henricus III. Anglorũ rex Ricardo fratri cum Cynthia Raimundi comitis Prouinciæ filia, magnificentiſsimas parauit nuptias, omniſq; generis ludos exhibuit. Polydorus li. 16. Anno 1225, Henricus filius Friderici ſecundi duxit uxorem Margaretam Auſtriæ ducis filiam, nuptiaſq; magna cum pompa & ſolennitate Norinbergæ in prę ſentia multorum principũ celebrauit. Tantuſq; hominum concurſus fuit, ut in palatio, ubi nuptiale paratum erat conuiuium, ex pondere gradus, quibus aſcẽdebatur, fracti, plus minus ſeptuaginta hominũ opprimerent. Nauclerus uolum. 2. gener. 41. De nuptijs Alexandri Scotorum regis cum Margarita Angli filia in hunc modum Boetius ſcribit: Conuenerant tunc ex Scotia cum Alexandro, tum ex tota Anglia, nobiliſsimi quiq; ad tantorũ hominũ nuptias: quibus honeſtè accipiendis, maximos rex Angliæ ſumptus fecerat. Non deerat quicquã quod lætitiam aut gaudiũ animis excitare poſſet: quicunq; muſices aut pſallendi, aut alicuius inſtrumenti, quod exhilarationem animo afferret, periti erant, eò aut uocari, aut ultrò concurrerant. Plena erat regia ſaltantium, canentium, pſallentiumq; turba: alij choreis operam dabant, pars quibus animus dictabat epulis. Nullus uſq; luctus erat, nulla ſolicitudo, uinum omnes curas diluebat abundè. Soluti prorſus omnes, ac uoluptatibus animi, oculorum uentriſq; dediti erant, quo pro ſua quiſq; uirili regias nuptias decorarent. Hector Boetius lib. 13. hiſtoriæ Scotorum.

Chorearum nuptialiũ meminit Hector Boetius lib. 14. Scotorum hiſtoriæ.

Dotes dabãtur. Alphõſus decimus eius nominis Hiſpanorũ rex, Alagarbi Comitatũ regi Portugalliæ dedit in dotẽ filię, quã ei elocarat. Ritius de regibus Hiſpaniæ.

RITVS VISITANDI *ægrotos.*

Viſitandi ægrotos communis erat labor epiſcopis, presbyteris & diaconis, ut in politia indicatur.

Illi aũt ædita confeſsione communicabant, ut de S. Eliſabetha in ueteri quodam Chronico ſcribitur, quòd cõmunicata & uncta diem extremũ clauſerit. Iohannes 21. papa, cum ſibi uitæ ſpaciũ in annos plurimos extendi crederet, & hoc etiam corã ſuis aſſereret, ſubitò cum camera noua, quam Viterbij ipſe circa palatium conſtruxerat, ſolus corruit, & inter ligna & lapides colliſus, ſexto die poſt caſum ſacramẽtis omnibus Eccleſiaſticis perceptis expirauit. Chronicon Martini Capellani: Nauclerus generat. 43. uolumine 2. Carolus Siciliæ rex, corpore Chriſti cum extrema unctione percepta, mortem obijt. Chron. Martini Capellani. Edmundus Cantuarienſis, cum iam cerneret ſibi diem imminere nouiſsimum, iuſsit afferri ſibi corpus Domini glorioſum. Extenditq; dexteram ad ipſum corpus Domini, & cum ingenti fiducia dixit ei: Tu es Domine, in quem credidi, quem prædicaui, quem ueraciter docui, & tu mihi teſtis es, quòd aliud quàm te in terra poſitus non quæſiui, ſicut tu ſcis, quòd nihil uolo, niſi quod tu

uis

uia Domine, ita fiat uoluntas tua, quia in tua ſunr omnia uoluntare. Vincentius libro 31. capite 85. Vuickboldus de Holte epiſcopus Colonienſis, cum decumberet, & frequenrer communicaret, reprehenſus eſt: unde reſpondit, Anima mea optat & plutimum affectat hoc Sacramentum, quia bonum uiaticum. Catalogus epiſcoporum Colonieoſium. Antonius quidā monachus facta confeſsione, & abſolutione accepta, cū unctione extrema, ſub Pſalmorū cantū expirat. Vincent. li. 30. cap. 133.

Infirmis poſt factam ſuorum peccatorum confeſsionem ſacerdos nō debet pœnitentiam ininngere, ſed tantùm innoreſcere ſiue declarare dicendo ſic, cum eius peccata audierit: Si ru eſſes ſanus, pro rot peccatis, quot commiſiſti & confeſſus es, deberes tot annis pœnitere. Sed quia tu es infirmus, non impono tibi pœnitentiam, ſed ininngo tibi, qnòd ſi de hac Infirmitate te mori contingat, facias dare pauperibus uel pijs locis, loco prædictæ pœnitentiæ, uel facias Miſſas celebrare, uel illud fieri. Si tamen connalueris, ininngo tibi pœnitentiam talem. & his dictis imponat manum ſuper caput, & abſoluat eum à peccatis: ſtatimq́; eum communicet, ne ſine communione moriatur. liber Synodalis Eccleſiæ Nemenſenſis.

Panem Euchariſticum cum tintinnabulo & lumine ad ęgrotum portari, decreoit Ionocentius tertius. Balæus li. 5. de Romanis ponrificibus. Honotius III. inſuper cū decenti habitu id fieri conſtituit. Ibidem.

De extrema unctione per oleum à pontifiee conſecratom, quòd ea in uſu fuerit, Vincētius teſtaror, qui Antoniō monachū perunctum ſcribit lib. 30. cap. 133. & de Edmundo lib. 31. cap. 85. Quaſi iam migraturus ad cœleſte regnum, inungitur in extrema nnctione, ſcilicet in exitu animæ à corpore. Hugo in Pſal. 26.

Inter clauſtrales, cnm aliquis eſt in articulo mortis, & laborat in extremis, omnes alij ueniunt ad eum, dicenres: Credo in Deum. ac ſi dicant: O' fides ſuccurre ei in hoc bello. Hugo in Pſal. 118.

Teſtamentū condebant morituri. Nam Philippus Galliç rex Iohanni Ieroſolymorum regi quadraginra millia aureorū, tantundem & Templatiorum magiſtro legauit. Sabellicos tomo 2. Ennead. 9. lib. 6.

Morientes monaſtica cuculla induebātur. Theodorus Laſcaris paulò ante obitum alacrirer mooaſticum habitū induit, & multos peconiarum aceruos diſtribuit, ferueutiq́; cor denim lachrymarum fudit, quibus animi uulnera in tantæ neceſsitatis articulo eluebat & curabat. Nicephorus Gregoras lib. 3. hiſtoriæ Romanæ.

RITVS SEPVLTVRAE.

Mortuos plangebant. Sic enim ſcribont: Quaodo quis moritur, clauduntur ei oculi & os, lauatur, inuoluitur io ſudario, ponitur in pheretro, operitur panno ſetico, ponitur crux ad caput, & affertur aqua beoedicta, & accendūtur cærei, canratur Placebo, & Dirige, & Exultabunt in laudibus, & Requiem in Miſſa: tandem cum luctu effertur ad foueam & ſepelitur. Hugo Pſal. 93. Mortuo Vuilhelmo Scotorum rege, Alexander filius patri ſuccedens, per uniuerſum regnū edictum promulgat, ne quis eo anno ludos aut cōuiuia ſplendida pararet: per omnis tēpla regi exequię ſolennes, ſacra ac ſupplicationes fierent. Ipſe rex toto anno eō omni familia, non alia, quàm pulla eſt ueſte uſus. Hector Boetios lib. 13. hiſtoriæ Scotorum. Martinus IIII. papa, audita Caroli regis Siciliæ morte, lugubres dies cnm cardinalibns & Paruſinis, ſicut decuit, celebrauit. Chron. Martini Capellani. Cum omniū planctu Brunonem Colonienſem epiſcopum terræ mandatum, in catalogo epiſcoporum eius loci ſcribitur.

Cadauera lauabant, & exemptis inteſtinis, aromatibus condiebant. Edmundi cadauer, exectis inteſtiois, lotum, ac ſacro ueſtitu amictum terræ mandatur. Vincent. lib. 31. cap. 88. Philippus rex Franciæ recrudeſcente morbo ſacris receptis emoritur. Cuius execta præcordia Narbonæ ſepulta ſunt: oſſa uerò ad Dionyſianum cœnobium delata. Ganguinus lib. 7.

Fiebant cantilenæ lugubres. Eccleſia canit in perſona defunctorū: Crearor omnium rerum Dominus, qui me de limo terræ formaſti, & mirabiliter proprio ſanguine liberaſti. Hugo Pſal. 106.

Vigiliæ. Manes Ludouici Bauari placauêre Eberhard us archiepiſcopus Boiorū, cum collegis ſuis Chiemenſi, Seccouienſi, Fruxinenſi, Auguſtano epiſcopis: Laodamia uxor Ludouici, Agnes nurus eius, & hi proceres, Otto à Phalay, Cōradus à Palieo, Conradus à Vuaſſerburg, Cōrados & Heintic us Mosburgēſes. Pauperibus una & quadragiora libræ, nomeraræ pecuniæ diſtributæ ſuot: quinq́; & uiginti, annoum uectigal monachis perpetuò condonaræ. Auētinus li. 7. annal. Boiorū. Ludooico Palatino iuſta pſoluêre oēs Boiariæ præſules & epiſcopi, an. 1294. pridie idus Febr. Ibid.

Exequię. Nono poſt obitū Theodori Laſcaris die, oēs matronæ nobiles in Soſandrio monaſterio, nbi cadauer ſepultū erat, cōneniūr, ur de more lugerét, & memoriā eius celebrarét. Gregoras lib. 3. Ludouicus Francorum

Francorum rex de matris morte certior factus, in omnibus Syriæ locis iuſta illi exoluere præcepir. libro 4. cap. 10. continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro. Ladislao tertio regi Vngariæ exequiæ ab Andrea ſecundo honorificentiſsimè in Alba regia celebratæ, ibique inter monumenta regum corpus honeſtè relatum. Bonfinius decad. 2. lib. 7. In exequijs defunctorum dicitur: Deus in quo electorum animæ depoſito carnis onere plena fœlicitate lætantur. Hugo in Pſal. 102.

Locus ſepulturę fuerunt templa, monaſteria, cœmiteria, & hæc quidem certis ritibus ad eum uſum conſecrabantur, ut ex libro 7. capite 45. Metropoleos Crauzij apparet, qui Lambertum Raceburgenſem unum cœmiterium conſecraſſe ſcribit. Et Iunocentius: Cœmiteria, in quibus excõmunicatorum corpora ſepeliri contingit, reconcilianda erũt aſperſione aquæ ſolenniter benedictæ, ſicut in dedicationibus eccleſiarum fieri conſueuit. lib. 3. decret. conſtitut. 128. ad epiſcopum Senonenſem. Euerhardus Vormaciẽſis epiſcopus, in monaſterio Ottẽburg tumulatur. Chronicon Hirſaug. Trithemij. Nicolaus Vandalorũ dux, & Buruinus princeps Roſtochienſis in Dobran ſepeliunrur: hic anno 1260. illo uerò 1277. iuxta Crantzium libro 7. cap. 35. 36. Vandaliæ. Richardi Imperatoris exuuiæ in Haylenſi cœnobio conduntur. Polyd. lib. 16.

Ad ſepulchra lampades, lychni & alia κειμήλια adhibebanrur. Iohannem Bonũ, qui obijt anno 1222. in Mauruana urbe, in deaurato monumento reconditum, narrat Bergomenſis lib. 12.

Tumulis epitaphia incidebãtur. Friderici II. ſepulchro hi uerſus inſcripti ferũrur:

Si probitas, ſenſus, uirtutum gratia, cenſus,
Nobilitas orti, poſſent obſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Cuſpinianus de Imperatoribus. Eucius cum annos duos & uiginti, menſes nouẽ, dies ſedecim detẽtus eſſet, defunctus, magnificẽtiſsimè funeratus, tumulatur in D. Dominici templo, marmore aurato, hac inſcriptione:

Viator quiſquis es, ſiſte gradum,
Et quod ſcriptum eſt, perlege:
Vbi perlegeris, penſita. Homo is
Cuius cauſa ſcriptum eſt, fieri rogat.

Præterea ſimulachrum hoc in perpetuum monumentum ex hoſte & captiuo S. P. B. Anno ſalutis M. CC. LXXII. II. Idus Martij. Hoc uolebam, ut ſcires: abi & uale. ibidẽ. Tempore Gregorij noni, Americus dux quidam Gallicus, qui plura contra Saracenos geſsit, in precio fuit. Cuius ſepulchrũ in baſilica S. Petri cernitur hodie cum hoc elogio: Hic iacet Americus comes Montiſfortis, Francię Coneſtabilis, qui contra Albingenſes pro fide catholica ſæpius dimicauit, poſtea contra Saracenos ad partes Syriæ transfretauit, à quibus in bello captus fuit, & diu in captiuitate detentus. Tandem per treugam liberatus, dum rediret ad propria Iduntrũ expirauit, anno Domini 1241. Volaterranus li. 22. Anthropol.

Offerri aliquid ſolebat ijs Eccleſijs, ubi recondebantur cadauera, ab amicis & hæredibus. Beneficia & præbendæ inſtituta ſunt pro animabus defunctorũ, qui in eccleſijs ſunt ſepulti, inquit Hugo in Pſal. 67.

Florentius Hollandię comes, patria ſui oſſa, qui ante uiginti annos in uiuis eſſe deſierat, ex Friſia in Selandiam ad cœnobium quoddam tranſportauit, anno 1255. Cuſpinianus de Imperatoribus.

In memoriam eorum monaſteria condebantur, ut ſuo loco dicemus.

CASVS.

Almericus hæreſiarcha, licet iam fuiſſet (ut putabatur) in pace Eccleſiæ ſepultus, quia tamen plenè cõſtirir per ipſum ſectæ ſuæ autorem, ab uniuerſo concilio Pariſijs congregato condemnatus eſt & excõmunicatus, ac de ſacro cœmiterio eiectus, eius cinis & oſſa per ſterquilinia ſunt diſperſa ac eiecta. Vincentius lib. 29. cap. 107.

Corpus Philippi Imperatoris primùm Bambergæ in eccleſia maiori nõ ſine multorum lachrymis ſepultum fuit: cuius tamen oſſa poſt annos aliquot per Fridericum ſecundum Imperatorem, Philippi nepotem, exhumata, Spiram ſunt tranſlata, & in maiori eccleſia cum funerali ſolennitate inter alios reges tumulata. Nauclerus uolùmine 2. generatione 41.

Hermanni cuiuſdam corpus, ſectæ Fratricellorum autoris, apud Ferrariã urbem uiginti iam annos ſepultum, qui pro ſancto colebatur, exhumari & eximi fecit Bonifacius octauus, habita prius de huiuſmodi re diligenti inquiſitione, anno 1298. Bergomenſis lib. 18.

DE RELIQVIIS SANCTOrum, eorumq́; cultu.

SVperſtitio illa tetra & ſtulta, circa putrida oſſa mirum in modum accreuit. Nam eleuata & collecta leguntur. Prendota Cracouienſis, Gerhardus Ruſſorũ, & Vitus Lituanorũ epiſcopi, ſolẽni pompa Stanislai oſſa ex terræ uiſceribus eruta tollũt, ſacraq; habẽt. Cromerus lib. 9. Stephanus Canruariẽſis archiepiſcopus Thomæ Becketi cadauer mirabili pompa tranſtulit: cuius facti ſuperfluas expenſas, quartus poſt illũ pontifex uix perſoluit. Balęus

Centuria

Centuria 3.cap.87. Anno 1265, Tholoſæ Syluij, Hilarij, Honorati & Pauli martyrũ corpora leuata ſunt nonis Octobris. Ioannes de Oppido. Carolus Comes Siciliæ, conuocatis Narbonenſi & Aquenſi archiepiſcopis, multis epiſcopis, abbatibus, aliisq; irreligioſis uiris, corpus Mariæ Magdalenę eruit ex terræ puluere. Idẽ, & Platina in uita Nicolai tertij. Vergilij Carinthianæ gentis apoſtoli oſſa cum canticis multoq; iubilęo è tetræ uiſceribus, ubi iã ultra annos 115. delituerãt, ſuſtulit. Chron. Martini. S. Eliſabeth in Merſpurgum per archiepiſcopos Mogũtinum & Treuirenſem, & Hildeſianũ epiſcopum, papę Commiſſarios, ex terra eruitur, præſente Friderico Imperatore, & epiſcoporum, principum, abbatum, comitum, prælatorum, nobilium ignobiliumq; infinita penè multitudine. Nam eorum numerus ad duodecies centena millia fuit ęſtimatus. Ipſe Imperator primum de ſarcophago lapidem ſuſtulit, imò cadaueri producto auream coronam, quam capite geſtabat, impoſuit. Chronicon Hirſaugienſe Trithemij: Cranzius lib.8.cap.5.in Saxonia. Craniũ D. Martini à Friderico imperatore acceptũ, Albertus archiepiſcopus magna pompa in Magdeburgicã urbem inuexit. Cranzius lib.7.cap.41. Metropoleos.

De ueneratione & adoratione earundem exempla extant plurima. A' Philippo rege Francorũ oblatam ſpineam Chriſti coronam, quam Bizantius rex ei dono miſerat, S. Dionyſij monachi cum hymnis & nudis pedibus occurrentes reuerenter excipiunt. Vincentius lib.29.cap.92. Gaguinus lib.7.

Balduinus ſecundus à Venetis certam pecuniæ ſummam mutuò accipiẽs, filium & partem lanceæ ſpongiæque, quibus in Chriſti Saluatoris ſupplicio carnifices uſi fuerãt, ut ſtulta gens credidit, pignori dedit. Quas reliquias ſoluta pecuniæ ſumma, Ludouicus Francorum rex redemit, Balduino, qui ære deſtituebatur, id permittente. Bergomenſis lib.13. Tilius, Gaguinus lib.7.

Ne ſanctorum reliquiæ extra capſam oſtendantur, néue in ueneratione nouæ habeantur ſine Romanæ Eccleſiæ autoritate, cap.62. Concilij Lateranenſis ſtatuitur.

DE PEREGRINATIONE AD loca ſancta.

Lvdouicus Thuringiæ Landgrauius, coniugis religioſæ Eliſabethæ inſtinctu, diuini cultus ardore in terrã ſanctam peregrinatur, ubi diem claudit extremum. Bonfinius lib.7.decad.2. Ioannes Brennus Ieroſolymitanorum rex, ſepulchrum Thomæ Cantuarienſis inuiſit, eiq; quatuor ſaphyros obtulit. lib.3. hiſtoriæ continuatæ belli ſacri. Idem & Compoſtellam Galliciæ, D. Iacobi memoria inſignẽ, religionis gratia inuiſit, teſte Blõdo.

DE MONACHATV EIVSQVE ritibus.

Antequam ad monachorum, in ſuis haris ubiq; locorum latitantium & grunnientium, ritus deſcribendos accedimus, de nouis ordinibus (nam ſubinde fœcundus monachorũ parens diabolus nouos fœtus in lucem protulit) monendus eſt Lector.

ORDO MILITIAE CHRISTI.

Albertus Rigẽſis epiſcopus, quo facilius Liuonienſem barbariem & ferociã reprimeret, nouum ordinem, ſuggerẽte id conſilij monachorum patre diabolo, inuenit, qui militię Chriſti ſeu fratrum gladij nuncupatur, iisq; tertiam ſui epiſcopatus partem attribuit. Cromerus libro 7. Veſtem ij albam rubenti gladio cum ſtella inſignitam gerebant, eodem autore. At regula eis cum Templarijs communis eſt. Funccius, anno 1204.

ORDO SCHOLARIVM.

Guillermus quidam ſcholaris Pariſienſis, cum quibuſdam ſodalitij ſui conſortibus in eremum commigrans, nouum uitæ genus auſpicatus eſt. Vitæ quidem norma, Auguſtini regula ipſis fuit: attamen & aliorum ordinũ Romana autoritate comprobatorum ſtatuta ſectati ſunt. Nam ex Ciſtercienſium lacunis hæc mutuati ſunt, ut Prior illius Domus & ſucceſſores omnibus Eccleſijs ſui ordinis, officium uiſitationis ſine ulla temporalium exactione impenderent, & tres primitiuę filiæ ipſius ordinis, uiſitandi matrem facultatem habeant, & quòd Priores forinſeci ſemel in anno apud Eccleſiã præfatam ſtatuto tempore conuenientes celebrent capitulum generale: ſcapularia deferant fratres laborantes: ſani carnibus non ueſcantur, niſi debiles & ægroti. Locus ubi initiò ſedem fixerunt, Vallis Scholarium dictus fuit. Horum inſtitutum Honorius, anno pontificatus ſui tertio, papali autoritate comprobauit. Vincentius lib.30. cap.123. Epitome mundi.

FRANCISCANORVM ORDO, ſeu Fratrum Minorum.

Nocturna quadam uiſione Franciſcus, qui, ut Martinus Polonus teſtis eſt, Iohannes, antequam monachum indueret, uocabatur, homo luxurioſus, dum in Apuliam negociationum cauſa proficiſcitur, admonitus, relicto ſeculo, & pecunia in pauperes erogata, cuidã pauperi presbytero ſe

tero ſe adiungit, ac licet pater blandicijs minisq; inde eum auellere tentaret, laterem tamen lauit. Tandem à patre ſibi relictus, leproſis ſe adiunxit, eisq; ulcera abſterſit. Cæterùm cum inter miſſandũ fortè Chriſti uerba legi audijſſet, ne diſcipuli uel aurum uel argentum poſsideant, ne peram in uia, non ſacculum uel uirgam uel panem portent, non calceamenta uel duas tunicas habeant: Hoc, inquit, eſt, quod quæro, ſolumq; deſidero. Calceis igitur, pera ueſtibusq; precioſioribus abiectis, tunicam uiliſsimam induit, ac funiculo ſe cinxit, cœpitque publicè prædicare, Quoſcunq; compellans hac ſalutatione ex diuina reuelatione, ut ipſe nugatur, utebatur: Dominus det tibi pacem. Huic cum alij ſeptem ſe coniunxiſſent, binos in diuerſas regiones ad prædicandum pacem ablegauit. Ipſe ſeptimo aſſumpto itineris comite, hinc inde uagatus eſt. Tandem cum aliquando iterum, præter ſuam opinionem, in unum locum fortè coijſſent, alijq; quatuor ipſorum conſortio acceſsiſſent, uitæ regulam conſuit, Romamque cum ſuis profectus, Innocentij ſe ſubijcit iudicio. Probatur ei non modò uitæ genus & norma agendorum, ſed & facultatem ubiuis locorum prædicandi pœnitentiam conceſsit. Porrò in tres claſſes ille ſuperſtitionum magiſter diſtribuit ſuos aſſeclas. Prima erat fratrum minorũ, quibus & ipſe accenſeri uoluit: ſecunda dominarum & uirginũ: tertia pœnitentium. Carnis laſciuiam ut hyemali tempore reprimeret, idem in niue ſe nudum uolutare ſolebat. Vincent. lib. 29. cap. 98. 99.

De ijſdem & Vrſpergenſis in hunc ſcribit modum: Pauperes minores (ab eo enim ſodalitio ſe auulſerant, quod pauperum de Lugduno nomen geſſerat) præciſe nudis pedibus tam æſtate, quàm hyeme ambulabant, neque pecuniam, neque quicquam aliud præter uictum accipiebant, ac ſi quando ueſtem neceſſariá quiſquam ipſis ſpontè conferebat: non enim quicquam petebant ab aliquo. Hi tamen poſtea attendentes, quòd nonnunquam nimiæ humilitatis nomen gloriationem importet, & de nomine paupertatis, cum multi eam fruſtra ſuſtineant, apud Deum uanius inde glorientur, maluerunt appellari minores fratres quàm minores pauperes, Apoſtolicæ ſedi in omnibus obedientes, ab eaque confirmati. Vrſpergenſis. Martinus Polonus in ſuo Chronico, Franciſcanorum initium ponit annum 1206. prope ciuitatem Aſsiſsinam apud S. Mariam de portiuncula. Eo tempore Minores, inquit Matthæus Pariſius, Innocentio fauente ſubitò emergentes, terram repleuerunt, in urbibus habitantes, nihil omnino poſsidentes, de Euangelio uiuebant, maximum in uictu & ueſtitu humilitatis exemplum præferentes. Nudis pedibus incedebant, funiculis cincti, tunicis griſeis utentes: diebus dominicis ac feſtiuis, habitaculis ſuis egreſsi, prædicabant in eccleſijs parochialibus. Tandem ſcholas ędificauerunt, deinde domos, clauſtra, eccleſias & officinas. Priuilegia à pontifice impetrabant miſſas celebrandi & confeſsiones audiendi. In fine ſcholas Theologiæ conſtituebant, legentes ac publicè diſputantes.

Ijſdem Honorius ſuffragatus eſt, & eiuſmodi uitæ regulam pręſcripſit: Honorius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectiſsimis filijs, fratri noſtro Franciſco & alijs fratribus, de ordine fratrũ minorum, ſalutem & apoſtolicam benedictioné. Solet annuere ſedes apoſtolica pijs uotis, & honeſtis petentiũ deſiderijs fauorem beneuolũ impartiri. Ea propter dilectiſsimi in Domino filij, ueſtris precibus inclinati, ordinis ueſtri regulam, à bonæ memoriæ Innocentio papa prædeceſſore noſtro approbatam, annotatam præſentibus autoritate uobis apoſtolica cõfirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio cõmunimus, quæ talis eſt.

Regula & uita minorum fratrũ hæc eſt: Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanctum Euangelium obſeruare, uiuendo in obedientia ſine proprio, & in caſtitate. Frater Franciſcus promittit obedientiã & reuerentiam domino papæ Honorio & ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus & Eccleſiæ ratione: debent uerò alij fratres Franciſco & eius ſucceſſoribus obedire.

Si qui uoluerint hanc uitam accipere, & uenerint ad fratres ueſtros, mittant eos ad ſuos miniſtros prouinciales, quibus ſolúmodò, & non alijs recipiẽdi fratres licentia cõceditur. Miniſtri uerò diligenter examinent eos de fide catholica & Eccleſiaſticis ſacramentis, & ſi hæc omnia credát, & ea fideliter confiteri, & uſq; in finem fideliter obſeruare: & uxores non habent, uel ſi habẽt, & iam monaſterium intrauerunt uxores, uel licentiam eis dederint autoritate diœceſiani epiſcopi uoto cõtinentiæ iã emiſſo, & illius ſunt ætatis uxores, quòd non poſsit de eis oriri ſuſpicio, dicant illis uerbum Euágelij, quòd uadát & uendant ſua omnia, & ea ſtudeant pauperibus erogare. quod ſi facere non potuerint, ſufficit eis bona uoluntas. Et caueant fratres & eorũ miniſtri, ne ſoliciti ſint de rebus ſuis temporalibus, ut liberè faciant

de rebus

de rebus ſuis, quicquid Dominus inſpirauerit eis. Si tamen cõſilium requiratur, licentiam habeant miniſtri mittẽdi eos ad aliquos Dominum timẽtes, quorum conſilio bona ſua pauperibus erogent. Poſtea concedant eis pannos probationis, uidelicet duas tunicas ſine capitio, & cingulum, & bracas, & caparonem uſq; ad cingulum, niſi miniſtris aliud aliquando uideatur. Finito anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes uitam iſtam ſemper & regulã obſeruare: & nullo modo licebit eis de iſta religione exire, iuxta mandatum domini papæ: quia ſecundum Euangelium ſanctum, nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retrò, aptus eſt regno Dei. Et illi qui iam promiſerunt obediẽtiam, habeant unam tunicam cum capitio, & aliam ſine capitio, qui uoluerint habere. Et qui neceſsitate coguntur, poſſunt portare calciamenta: & fratres omnes ueſtimentis uilibus induantur: & poſſunt ea repeciare de ſaccis & alijs pecijs, cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne deſpiciant, neq; iudicent homines, quos uident mollibus ueſtibus & coloratis indutos, uti cibis & potibus delicatis: ſed magis unuſquiſq; iudicet & deſpiciat ſemetipſum.

Clerici faciant diuinũ officium, ſecundum ordinem Romanæ Eccleſiæ. Laici uerò dicant uigintiquatuor Paternoſter pro matutinis: pro laudibus quinque: pro prima, tertia, ſexta & nona, pro qualibet iſtarum ſeptem: pro ueſperis autem duodecim: pro completorio ſeptem, & orent pro defunctis, & ieiunent à feſto omnium ſanctorum uſq; ad natiuitatem Domini. Sanctam uerò Quadrageſimam, quæ incipit ab Epiphania uſq; ad continuos quadraginta dies, quam Dominus ſuo ſancto ieiunio conſecrauit, qui uolũtariè eam ieiunant, benedicti ſunt à Domino: & qui nolũt, non ſunt adſtricti, ſed aliam uſq; ad reſurrectionem Domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneãtur fratres, niſi ſexta feria, ieiunare. Tempore uerò manifeſtę neceſsitatis non teneãtur fratres ieiunio corporali. Cõſulo uerò, moneo & exhortor fratres meos in Domino noſtro Ieſu Chriſto, ut quando uadunt per mundũ, non litigent, neq; contendant uerbis, nec alios iudicẽt: ſed ſint mites, pacifici & modeſti, mãſueti & humiles, honeſtè loquentes omnibus, ſicut decet. Et non debent equitare, niſi manifeſta neceſsitate, uel infirmitate cogãtur. In quãcũq; domũ intrauerint, primum dicãt, Pax huic domui. Et ſecũdum ſanctum Euangeliũ de omnibus cibis, qui apponũtur, eis liceat mãducare.

Præcipio firmiter fratribus uniuerſis, ut nullo modo denarios uel pecuniam recipiant per ſe uel perſonam interpoſitam: tamen pro neceſsitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis per amicos ſpirituales miniſtri rãtũm & cuſtodes ſolicitam curã gerant, ſecundum loca & tẽpora & frigidas regiones, ſicut neceſsitate uiderint expedire, eo ſemper ſaluo, ut ſicut dictũ eſt, denarios & pecuniã non recipiant.

Fratres illi, quibus gratiam dedit laborandi, laborẽt fideliter & deuotè, ita quòd excluſo ocio animæ inimico, ſanctæ orationis & deuotionis ſpiritum non extinguant, cui debent cætera temporalia deſeruire. De mercede uerò laboris pro ſe & ſuis fratribus corporis neceſſaria recipiãt, præter denarios uel pecuniam, & hoc humiliter, ſicut decet ſeruos Dei & paupertatis ſanctiſsimæ ſectatores.

Fratres ſibi nihil approprient, nec domum, nec locum, nec aliquã rem: ſed tanquam peregrini & aduenæ in hoc ſeculo, in paupertate & humilitate famulantes Domino, uadant pro eleemoſyna cõfidenter: nec oporteat eos uerecũdari, quia Dominus pro nobis ſe fecit pauperem in hoc mundo. Hæc eſt illa celſitudo altiſsimæ paupertatis, quæ uos chariſsimos fratres meos, hæredes & reges regni cœlorũ inſtituit, pauperes rebus fecit, uirtutibus ſublimauit. Hęc eſt portio ueſtra, quę producit in terram uiuentiũ, cui dilectiſsimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti in perpetuũ ſub cœlo habere uelitis. Et ubicunq; ſint, & ſi inuenerint fratres, oſtẽdant ſe domeſticos inuicem inter ſe, & ſecurè manifeſtet unus alteri neceſsitatem ſuam: quia ſi mater nutrit & diligit filium ſuum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere & nutrire fratrem ſuum ſpiritualem. Et ſi quis eorum in infirmitatem ceciderit, alij fratres ei ſeruire, ſicut uellent ſibi fieri, debent.

Si quis inſtigante inimico mortaliter peccauerit, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter fratres, ut recurratur ad ſuos miniſtros prouinciales, teneantur prædicti fratres ad eos recurrere, quanto citius potuerint, ſine mora. Ipſi uerò miniſtri, ſi presbyteri ſint, cum miſericordia illis iniungant pœnitẽtiam. Si uerò presbyteri non ſint, iniungi faciant per alios ſacerdotes huius ordinis, ſicut eis ſecundũ Dominum melius uidebitur expedire. Et cauere debent, ne iraſcantur & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio in ſe & in alijs hominibus impediunt charitatem.

Vniuerſi fratres unū de fratribus iſtius religionis reneantur ſemper habere generalem miniſtrum, & ſeruum totius fraternitatis, & ei teneantur obedire. Quo diſcedente, electio ſucceſſoris fiat à miniſtris prouincialibus & cuſtodibus, in capitulo Pentecoſtes, in quo prouinciales miniſtri teneantur ſemper ſimul conuenire, ubicunq; à generali miniſtro fuerit conſtitutum, & hoc ſemel in tribus annis, uel ad alium terminum, maiorem uel minorem, ſicut à prædicto miniſtro fuerit ordinatū. Et ſi aliquo rempore appareret uniuerſitati miniſtrorum prouincialium & cuſtodū, prædictum miniſtrum non eſſe ſufficientem ad ſeruitium & communé utilitarem fratrum, teneantur prędicti fratres, quibus electio data eſt, in nomine Domini alium ſibi eligere in cuſtodem. Poſt capitulum uerò Pentecoſtes, miniſtri & cuſtodes poſſint ſinguli, ſi uoluerint, & eis expedire uidebitur, eo anno in ſuis cuſtodijs ſemel frâtres ſuos ad capitulum conuocare.

Fratres non prędicent in epiſcopatu alicuius epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum. Er nullus fratrum populo penitus audeat prædicare, niſi à miniſtro generali huius fraternitatis fuerit examinatus & probatus, & ab eo ſibi officium prędicationis conceſſum. Moneo quoque & exhortor eoſdem fratres, ut in prædicatione quam faciunt, ſint examinata & caſta eorum eloquia, ad utilitatem & ædificationem populi, annunciando eis uicia & uirtutes, & pœnam & gloriam, cum breuitate ſermonis: quia uerbum abbreuiatum fecir Dominus ſuper terram.

Fratres qui ſunt miniſtri & ſerui aliorū fratrum, uiſitent & moneant alios fratres ſuos humiliter, & charitate corrigant eos, non pręcipientes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam & regulam ueſtrā. Fratres uerò qui ſunt ſubditi, recordentur quòd propter Dominum abnegauerint proprias uoluntates. Vnde firmiter pręcipio eis, ut obediant ſuis miniſtris in omnibus quę promiſerunt Domino obſeruare, & non ſunt cōtraria animæ ſuæ & regulæ ueſtræ. Et ubicunq; fratres ſint, qui ſcirent & cognoſcerent, ſe non poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos miniſtros debeant & poſsint recurrere. Miniſtri uerò charitatiuè & benignè eos recipiāt, & tantam familiaritatem habebunr circa eos, ut eis dicere poſsint, eos facere ſicut domini ſeruis. Nam ita debet eſſe, quòd miniſtri ſint ſerui omnium fratrum. Moneo uerò & exhortor in Domino Ieſu Chriſto, ur caueant fratres ab omni ſuperbia, uana gloria, inuidia, auaricia, cura & ſolicitudine huius ſeculi, detrectatione & murmuratione, & non curent neſcientes literas, literas diſcere: ſed attendant, quod ſuper omnia deſiderare debent, habere ſpiritum Domini & ſanctam eius operationem, orare ſemper ad Dominum puro corde, & habere humilitatem & patientiam in perſecutione & in infirmitate, & diligere eos qui uos perſequuntur & reprehendunt & arguunt. Quia dicit Dominus: Diligite inimicos ueſtros, & orate pro perſequentibus uos, & calumniantibus uos. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſticiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Qui autem perſeuerauerit uſq; ad finem, hic ſaluus erit.

Præcipio firmiter fratribus uniuerſis, ne habeant conſortia uel conſilia mulierum: & ne ingrediantur monaſteria monachorum, præter illos quibus à ſede apoſtolica conceſſa eſt licētia ſpecialiter: nec fiant compatres uirorum uel mulierum, ne hac occaſione inter fratres, uel de fratribus ſcandalum oriatur.

Quicunq; fratrum diuina inſpiratione uoluerint ire inter Saracenos & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis miniſtris prouincialibus. Miniſtri uerò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis quos uiderint eſſe idoneos ad mittēdum. Adhæc per obedientiam iniungo miniſtris, ut petant à domino papa N. de ſanctę Romanæ Eccleſiæ cardinalibus, qui ſit gubernator, protector & corrector iſtius fraternitatis, ut ſemper ſubditi & ſubiecti pedibus eiuſdem ſanctæ Eccleſię, ſtabiles in fide catholica, paupertatem & humilitaté, & ſecundum Euāgelium Domini noſtri Ieſu Chriſti, qđ firmiter promiſimus, obſeruemus.

Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam infringere, uel ei auſu temerariò contraire. Si quis autē hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Data Laterani III. Calend. Decemb. pontificatus noſtri anno octauo.

ORDO S. TRINITATIS.

Anno 1211. almæ Trinitatis ordo cepit exordium, Ioanne Marenſi & Felice anachorita auroribus: qui cum aliquandiu ad frigidum ceruum Feldenſis agri fuiſſent, iuſsi ſunt ambo per quietem Romanum pontificem adire, uitæ inſtitutum ab eo petituri: iam pontifex & ipſe nonnihil antea præuidit eos affuturos, ſimul oraculo inſtructus. Cæterùm benignè accepti, pallio ab eo albo ſunt ambo amicti, cærulea & rubenti cruce inſignito, quali habitu cœleſtis nuncius pontifici ſacris

operandi

operāti aſtitiſſe fertur, duos in manibus captiuos habens: quod uiſum Innocentius ſecutus, almæ Trinitatis fratres eos, & qui deinde futuri eſſent, appellari iuſsit de captiuorum redemptione. Sabellicus tomo 2. Ennead. 9. lib. 5. Hector Boetius lib. 13. Raphael Volaterranus: Polydorus de inuentione rerum lib. 7. cap. 21.

FRATRES SPIRITVS SANCTI.

Anno 1210. ordo fratrum ſancti ſpiritus incœpit. Chronicon Saxoniæ.

ORDO S. CLARAE.

Clara uirgo ordinem ſuum, à Franciſco edocta, auſpicatur, qui Minoritis ſubijcitur, ut iucundior eſſet ſocietas. At Innocentius quartus regulam compoſuit. Stella, Sabellicus, Panthaleon.

DOMINICANI SEV PRAE*dicatores.*

Ex Humiliatorum ſecta, de quibus ſuperiori ſeculo diximus, alij, quos Prædicatores uocant, enati ſunt, hac occaſione. Humiliati nulla habita autoritate aut licentia prælatorum, mittentes falcem in meſſem alienam, populis prædicabant, & uitam eorum plerumque regere ſatagebant, confeſsiones audire, & miniſterijs ſacerdotum derogare. Quæ uolens corrigere Innocentius tertius papa, ordinem Prædicatorum inſtituit & confirmauit. Illi quippe rudes & illiterati cum eſſent, operibus manuum inſtabant & prædicabant, accipientes neceſſaria à ſuis affeclis. Hi uerò ſtudio & lectioni ſacræ Scripturæ iugiter inſiſtentes, tantùm in ſcribendo libros opus faciebant, & eos diligentiſsimè à magiſtris ſuis audiebant, ut cum ſagittis, arcu, & omni armatura fortium poſſent ingredi, & ſtare pro defenſione ſanctæ matris Eccleſiæ, ex aduerſo aſcendere & ponere ſe murum pro domo Iſrael, dum fidem roborant, uirtutes inſtruūt, ſtatuta Eccleſiæ docent & collaudant, uicia hominum & prauitates redarguunt & caſtigant. Nihilominus ſedi apoſtolicæ in omnibus obediunt, à qua autoritatē præcipuam trahunt. Vrſpergenſis.

Dominicum prędicatorum ordinis inuentorem eſſe, prodit Antoninus. Honorium uerò confirmatorem extitiſſe. Nam cum Dominici uotis annuere differret Innocentius, fortè inter dormiendum Lateranenſis Eccleſia ſuis compagibus reſoluta, iamiam ruinam minans ipſi uiſa eſt, ad quam accurrens Dominicus humeris ſuppoſitis ſolus eam ſuſtentabat. Hoc oraculo de ſuo officio edoctus ſomniator pontifex, Dominico hortator eſt, ut quamprimùm ad ſuos, qui in Tholoſana urbe conſiſtebant, rediret, comportataque communi conſilio ſuæ profeſsionis norma, ſedem apoſtolicam denuò pulſaret. Dominicus ſuorum aſſeclarum, quorum ſedecim erant, cœtu coacto, pontificis ſententiam ipſis aperit. illi gaudio perfuſi, mox uno ore non modò S. Auguſtini prædicatoris regulam amplectuntur, ſed etiam re ac nomine ſe prædicatores futuros ſpondent. Ac ne ullū ipſis obſtaculum in ſuo curſu obijceretur, terrenas poſſeſſiones, annuoſq; reditus prorſus abijcere ſtatuunt. Sed dum illi ſcriptioni occupantur, Innocentius rebus humanis excedit. At Honorius, qui in cathedra & ſuperſtitionum officina ſucceſſerat, eorum inſtitutum comprobat, anno 1216. Dominicus poſt confirmationem ſui, ab Honorio papa Roma Toloſanum rediens, ubi iam fratres in eccleſia S. Romani, quam eis Fulco Toloſanus epiſcopus contulerat, clauſtrū conſtruxerant, & manebant, conuocatis omnibus dixit, hoc ſuum eſſe propoſitū, ut fratres omnes, licet paucos, per diuerſas mūdi diſpergeret regiones: ſciēs, quia ſemina diſperſa fructificāt, & congeſta putreſcunt. Voluit etiam, ut ſibi quēdam per electionem præficerēt, penes quem ſuper omnes, ſub ipſo tantùm regendi & corrigendi autoritas ſederet. Electus eſt igitur frater Matthæus, & abbatis nominè nuncupatus: poſt quem in eodem ordine nec alius ſurrexit abbas, nec exurget. Placuit namq; poſtmodùm fratribus, ut qui toti præeſſet ordini, nō abbas, ſed magiſtēr ordinis diceretur: cęteri uerò inferiores prælati, priores & ſuppriores, communi ſcilicet religioſorum uocabulo, cenſerentur. Vincent. lib. 30. cap. 67. Exinde quidam Hiſpaniam ſunt peruagati, alij Luteciam Pariſiorum, alij Bononiam incolere cœperunt, docendiq; munus peragere magna hominum cum admiratione. Vincent. lib. 30. cap. 65. 67. Rudimentum Nouitiorum. In Scotiam Dominicum & Franciſcū ſuos diſcipulos miſiſſe, Hector Boetius teſtatur lib. 13. Poloniam & Ruſsiam eoſdem recepiſſe, Cromerus annotat. Et Franciſcanorum & Dominicanorū ordinis ſectatoribus Innocentium quartum multa priuilegia, exemptiones ac indulgētias contuliſſe, narrat Vincentianæ hiſtoriæ cōtinuator. Eoſdem & Iacobitas dictos, annotat Faſciculus temporum. Conceſsit utriq; ordini Martinus quartus hoc iuris, ut confeſsiones audiāt, & hominibus Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrent. Chronicon Æditui.

Cæterùm cum mendicantium ordines ſuum genus uitæ, miris laudibus, ac religionis ſanctitatē, ſchiſmaticè & ſeditioſè commen-

commendarent, Guilhelmus à Fano amoris, Sorbonicus doctor, alijq; doctrina clari, mendicitatem illam in uulgus ac uotiuam ſine cauſa paupertatem improbabãt, contendentes ſpeciem & prætextum religionis dare locum inerti ac deſidioſæ uitæ, ac mendicationi. Liber eius, qui adhuc exrat in bibliotheca Sorbona, damnatus eſt, anno 1261. Iohannes Tilius.

SECTA MINIMORVM.

Quando deniq; ignauiſsimum quemq; iam nouæ religionis introducendæ libido inceſsit, Franciſcus quidam, homo Siculus, diui Franciſci ſubmiſsionem æmulatus, Minimorũ ſectam inſtituit, qui à carnibus coctisque abſtinerent cibarijs. Quo uiſo, nonnulli in præſentia, qui mallent quoduis pati, quàm ſeſe in aliqua arte exercere, etſi uiles ſunt animæ, conantur inchoare aliam inertię ſectam. In craſſo lino tantùm corpora tecti, aperto capite ac pedibus nudis uagantur, quorum fertur caput quidam Iacobus homo Eremonenſis, tam laboris fugiẽs, quàm ignauię amator. Polydor. Verg. de inuent. rerum li. 7. ca. 5.

EREMITANI.

Eremitanus ordo, cum temporum iniuria penè interijſſet, reſtauratus eſt per Iohannem quendam Mantuanum, eiuſdem ordinis uirum, teſte Sabellico tomo 2. Ennead. 9. lib. 5.

BONI HOMINES.

Edmundus Ricardi Angli, qui Romanum Imperium tenuit, filius, cœnobium quoddam in ſylueſtri colle, qui parum ſupra Berchanſtedum eminet, extruit, & amplis poſſeſsionibus ditatũ, nouæ religionis uiris, nunquã antea in Anglia uiſis, qui Boni homines dicuntur, inhabitandũ dedit. Hi D. Auguſtini regulam profitentur & obſeruant, ueſtimentum cęrulei coloris induunt, eadem penè forma factum atq; habẽt fratres quos uocant Eremitani. Polydorus lib. 16. de Anglis.

Anno Domini 1258. in Angliã uenerunt fratres cruciferi, fratres Paulini, fratres de Armenia, fratres de pœnitentia, fratres de uiridi ualle, & ordo Bonorum hominum, Ashergi & Edyndonæ locatus, & quicquid uiride fuit, hæ locuſtę ſuffocabãt. Balæus in appendice capite 26. Cent. 4. ſcriptorum Brytanniæ.

SORORES DE POENITENTIA.

Raimundus quidam ordinem ſororum de pœnitẽtia uocatarum, quem Franciſcus olim inſtituerat, ut à Nicolao quarto approbaretur, impetrauit. Volaterranus lib. 21.

SACCII.

Anno Domini 1257. Londini apparuit papæ autoritate nouus & incognitus ordo fratrum eorum, qui à ſaccis, quibus induti erant, Saccij uocabantur.

BETHLEHEMITAE.

Cantabrigæ etiam manſio concedebatur fratribus Bethlehemitis, qui Prædicatorum more ueſtiti, ſtellam rubeam in pectore, quinq; radijs crinitam habebant, in cuius medio rotunditas erat aerei coloris, propter ſtellam quæ nato Domino apparuit in Bethleem. Balæus in appendice cap. 24. Cent. 4. ſcriptorum Brytan.

SERVI MARIAE.

Ordo ſeruorum B. Mariæ, autore Philippo Tuderto Florẽtino medico incipit. Schedelius ætate 6. Chron. Panthal. De quo in hunc modũ Sabellicus ſcribit: Martini quarti huius põtificatu Philippus Tuſcus genere, Florentię ortus, nouæ fuit ſectæ autor, inſtitutorq; familiæ, quam Deiparæ uocant uirginis, qui primò initiati, ſerui nuncupari cœperunt, tenetq; hodie ea appellatio. Fuit Philippus Medicæ artis profeſſor: anachoriticam inde uitam ſecutus, oraculo monitus nouum religioni adiecit dogma, paulum ab Eremitano diuerſum. Nigræ tunicæ ac ſuccinctæ, nigrum ſuperinijciunt pallium, circa humeros in rugas complicatum, ſcapulari amictu ab humeris reiecto, indifferens calceatus. Nec res magno admodum eſt fauore à primordio recepta: cęterùm quum nouum inſtitutum ſua ſpõte gliſceret, augereturque indies initiatorum numerus, Benedictus undecimus, ſeptemq; deinde pontifices ſecuti, non modò ad pium inſtitutum conniuere uiſi ſunt, ſed probarũt etiam ſuo aſſenſu, probatum ceremonia & priuilegio excoluère. Datum præterea ut ſacculum geſtarent, mendicandi facultate conceſſa. Viri in familia ſanctitate & eruditione clari tres & uiginti in Beatorum numerum relati, muliebris ſexus nouem: nam & in his quoq; eſt tertius quidem ordo. Scitè pleriq; uiri ex his & utiliter multa in diuinis ſcripſere. Sunt horum cõuentus hodie in Italia duodequinquaginta, & in his mille quingenti & amplius initiati. Incidit primũ rei huius exordium in eum annum Salutis, qui octogeſimus ſecundus fuit ſupra duodecies centeſimum. Ennead. 9. lib. 7. tomo 2. Vincentij Continuator.

COELESTINORVM ORDO.

Cœleſtinus quintus, antequam ad papatum eueheretur, in eremo nouum monachorum genus inuenit ſub Benedicti regula, quod poſtea ipſius nomẽ retinuit. Continuator Vincentij.

BEGHINAE.

Anno Domini 1243. Beghinæ in Alemãnia in magno numero mulierũ creuerũt, autore earum primo penitus ignoto. Et in ciuitate Colonienſi inueniebãtur aliquot millia. Balæus Cent.4.cap.3. in appendice ſcript. Brytãniæ ex Vueſtmonaſterio.

¶ Porrò monaſteriorum numerus pro utroq; ſexu in infinitũ penè adauctus eſt. Nam pro uiris hęc extructa, & ſub certorũ deorũ patrocinio dicata, apud autores reperiuntur. Intra Pruſam metropolim ad Olympum mõtem ſitam, in honorem Baptiſtę cœnobium condit Irene Ioannis Ducæ Imperatoris cõiunx. Gregoras li.2.

In Gallia. Deuictis Pictauienſibus, Ludouicus Francorum rex, ad Syluanectum monaſterium condidit, cui Victoriæ nomen indidit, anno 1211. Ganguinus. Tilius annum habet 1214. Raph. Volaterranus. Cartuſienſibus & Carmelitis cœnobia Pariſijs extruit Ludouicus, quem Diuum uocant. Æmilius libro 7. Idem rex puer adhuc exiſtens, non procul ab Iſare amne Montem regalem Ciſtercienſibus cõdidit. Volaterr. Gang.

In Anglia. Hailenſe cœnobium Ciſterciẽſibus Ricardus Anglus Germanorum Imperator, & Aſsheruggienſe Bonis hominibus Edmundus eiuſdẽ filius extruit. Polydorus lib.16.

In Germania. In diœceſi Mindenſi per Dethmarum Neudorp, per Conradũ uerò Biſchofrode cœnobia initium ſumpſerũt. Cranzius lib.7.cap.18. & 42. Metrop. Adolphus Holſatiæ comes & monachus, in oppido Kyl monaſterij à ſe fundati extructionẽ proprijs iuuat manib. Idẽ lib.8. cap.7. Saxoniæ. Benedictini monachi Lubecæ commorãtes, cũ pro arbitrio ſuo cũcta agere ſibi nõ liceret per Senatũ, relicta ſpõte urbe, Ciſmariã quoddã exædificãt cœnobium, quòd uidelicet cis maria habitarẽt. Idẽ lib.7.cap.13. Vandaliæ. Iſo Verdẽſis epiſcopus in eadem urbe collegium monachorũ inſtituit, & D. Andreæ dedicat. Idem lib.7. Metrop.cap.30. Conradus Hildeſemenſis Falkenberge, Vuinhuſen ad Alram fluuiũ, & duorũ fratrum mendicantium intra ſuę urbis mœnia partim cõditor, partim alijs, ut extruerẽt, autor extitit. Idẽ lib.7.cap.38. Anno 1271. in urbe Vuiſmarienſi Franciſcanis conditum eſt cœnobium, ut monumẽta oſtendunt. Anno 1221. fratres Minores Vuormaciã primò uenientes, ordinis ſui monaſterium ex eleemoſynis fidelium ibidem conſtruxerunt. Anno Domini 1267. fundatum eſt in ciuitate Spirenſi monaſteriũ fratrum Prędicatorũ Dominici, eleemoſynis ciuium ac aliorum fidelium, cum conſenſu Henrici eiuſdem ciuitatis epiſcopi. Chronicon Hirſaugienſe.

In Auſtria. Cœnobiũ Liliorũ campum appellatum Leopoldus Auſtriæ dux fundauit, adiecitq; pleraſque arces & ciuitates eius prouinciæ, quas ſuo ære emit. Cuſpinianus.

In Polonia. Cracouiæ S. Marci cœnobium extrui curat Boleslaus dux, idque ei ſectæ mendicantium, quæ uocatur de pœnitẽtia beatorum martyrum, attribuit. Cromerus lib.9.

In Scotia. Anno 1257, fratres de monte Carmelo in Scotiam uenẽre, quibus Richardus Dunckeldenſis epiſcopus habitationem cõceſsit. Ioan. Maior lib.4.cap.12. de Scotis. Anno uerò 1275. fundata eſt abbatia de Dulci corde. Ibid. Alexãder ſecundus Scotorũ rex Dominicanis & Franciſcanis hoſpicia conceſsit, extruxitq; plura cœnobia, inter quæ Balmurinothum, Pluſterdinum. Hector Boëtius lib.13. Eiuſdem regis temporibus Malcolmus Fiſenſis comes bina monaſteria fundauit: unum uirorum in Culroſz, alterum uerò mulierum in ſeptentrionali Beruico. Iohannes Maior lib.4.cap.10.

In Flandria hæc condita leguntur cœnobia, Dulcis uallis, Nouæ terræ, D. Vrſnari iuxta Aluſtum, Bonham, Marketta. Chron. Flandriæ.

¶ Et pro uirginibus. In Gallia. D. Ludouici Francorũ regis cõiunx, poſt mariti ſui obitũ, in ſuburbio Pariſienſi, Franciſcanæ profeſsionis mulierculis ſplẽdidũ extruit cœnobiũ. Æmilius lib.7. §. in Germania. Circa Suſarũ Albertus magnus monialiũ fundauit cœnobiũ, quod Paradiſum uocitauit, qa bonus ille pater in ea ſcilicet paradiſo ſuas habuit delicias. Erphurd. Catalogus Colonien. In Tulna Auſtriæ oppido Rudolphus Imperator, uictoria contra Ottocarũ Bohemũ potitus, cœnobiũ monialiũ extrui in honorẽ S. Crucis fecit, ac cẽſibus donauit, an.1280. Cuſpiuianus. Rehne in ducatu Megapolẽſi Ludolphus Raceburgẽſis epiſcopus fundat. Cranzius lib.8.cap.8. Metropoleos. Laodamia Ludouici ducis Boiorũ uxor, in gratiã defuncti coniugis ſuburbanũ Landeshutæ cõtuberniũ Ciſtercienſibus fœminis dicat, dotemq; ſuam ijſdẽ largitur. Auentin. lib.7. Eiuſdem ſectæ fœmellis in Schonefeld haud longè ab oſtijs Lyci locus datus, anno 1261. Ibidem. Dum Henricus & Ludouicus Boiariæ ducatũ adminiſtrarunt, quatuordecim templa atque monaſteria condita eſſe reperio (idẽ autor inquit) Reginoburgi Auguſtanis mendicis in

ponte Iudæorum ædes dedicata eſt anno 1255. Eiuſdẽ urbis archidiaconus Semannus Semanhuſium in inferiori Boiaria, in pago Rbodani ijſdem Auguſtinianis cõtubernium erexit. In ſuperiori Boiaria Ludouicus Andechiſij ædẽ, quæ cum arce ante quinquaginta annos diruta erat, refecit. In ripa Ambronis inter Auguſtam Rhetiorum & Monachium, templum D.Bernhardi conſecraneis extruxit, Furſtenuelt nuncupant, anno 1275. Hartuicus Heinrico à ſecretis & myſta Bathauienſis, inter Oenum & Vilſum amnes cellam ſacris Ciſtercienſibus auſpicatur an. 1274. cumq́ue impendijs non ſufficeret, Heinricus dux Boiorum perficit, ac Furſtocellam nuncupauit. Eodem in tractu Bernhardus & Fridericus, quos Beringarios cognominant, templum Saluatori cõdunt, & Nordperti ſacris initiarunt. Henricus quidam & Mechtilda coniuges, Boiariæ dynaſtæ, Bernhardo ædem Droſchlach condunt: ſed pòſt cum conſecraretur per Reginoburgenſem, Dei cella dicitur, anno 1286. Gaicoſium in inferiore Boiaria inter Iſaram atque Oenum Bernhardus Leobergenſis condonat ſacratis Teutonum equitibus. Illius frater Berengarius infra Landshutam Vichpachium in monte Iſaræ imminente, uenatoriũ tugurium in templum commutat, 12. uirginibus Auguſtalibus tradit. libro 7. annalium Boiorum. Kirſgarten cœnobium pro monialibus ab Henrico epiſcopo Vuormatienſi fundatur, anno 1226. Hocheim extruitur anno 1272. Lebenauv an. 1298. Chronicon Hirſaug. Cœlicoronam diœceſeos Bam betgenſis cœnobium fundauit Otto comes Otlamundẽſis, anno 1280. Dominarum Anracbium monaſterium, uulgò Fra uenantach, an. 1275. Heppachium 1233. Pir chenfeldum ad Aeſtum amnẽ ſupra Neapolin in Oſtrofrancis, an. 1276. Poundum infta Rauensburgum, anno 1241. S. Claræ monialiũ cœnobium Norinbergẽſe 1278. conduntur. Eſt in eadem ciuitate & aliud monaſterium S. Catharinæ dicatũ, quod an. 1294. extrui cœptum eſt. Schluſſelouiũ anno 1260. Seſlingũ extra muros Vlmenſes anno 1237. Bruſchius de monaſterijs. Mariæ Magdalenæ ſacrum cœnobium fit arx Burggrauij apud Magdeburgẽſes, anno 1229. Chron. Saxoniæ.

In Bohemia. Hedvuigis Sileſiæ duciſſa, nobile monaſteriũ ordinis Ciſtercienſis in Trebnitz, haud longè ab Vratislauia condidit, quo filiam Gertrudem cum centum alijs uirginibus concludit, ac deniq; poſt mariti ſui obitum ibidem & ipſa cœlibem tranſegit uitam. Schedelius. Cranzius libro octauo, capite 39. Metropol.

In Polonia. Vuladislaus cognomẽto Sputator, Olobocenſe monaſterium Ciſtercienſibus uirginibus condit & ditat. Cromerus lib. 8. Boleslaus Pudicus, matris precibus adductus, Cracouiæ D. Franciſci ſectatoribus anno 1240. & nõ multo pòſt Crizanouicenſe Præmonſtratenſibus fœminis cœnobia condidit. Sub idem tempus Pompo ſecundus Crucifetorum magiſter Turoniæ, & non multo antè Theodorus Palatinus Cracouienſis, in pago Sci ricio, & Btoniſius comes in pago Goſcico uo Poſnanienſis diœceſis, ſub Patadiſi nomine, Ciſtercienſibus fœminis tabernas erexerunt. Breſcene cœnobiũ Præmonſtratenſibus Iuo Cracouiẽſis condit. Cromerus lib. 8. & 9. Gneſnę puellis S. Franciſci, ſeu Claræ regulam ſectantibus, conditur cœnobium à Boleslao Caliſsiẽſium duce. Præmislaus Polonorum rex Poſnaniæ cœnobium puellis Dominicani ſodalicij extruit. Idem libro 9.

¶ Et collapſa teſtituta ſunt. Carthuſianorum clauſtrum Styriæ, Geyrach uocitatum, reparauit & cenſibus auxit Luipol dus Auſtriæ dux. Cuſpinianus. Dionyſianum cœnobium D. Ludouicus inſtaurauit. Tilius.

Eaq́; cum bonis confirmabantur uel à Romanis papis. Anno 1280, Nicolaus papa tertius, anno põtificatus ſui tertio, confitmauit omnia priuilegia, libertates & bona monaſterij Hirſaugienſis, ad inſtantiam abbatis & conuentus, dans eis bullam ſub plumbo in Auinione, 8. Calend. Decembris. Aliam quoque bullam confirmationis priuilegiorum dedit eiſdem Romæ apud S. Petrum, 13. Calend. Ianuarij, anno pontificatus ſui primo. Chron. Hirſaug. Heppachium monialium contubernium Gregorius 9. & Ftidericus 2. confirmarunt. Bruſch.

Vel à Romanis Imperatorib. Anno 1215, Lutfridus cœnobij Hitſaugienſis abbas cõfitmationem omnium priuilegiorum, per reges & Imperatores ipſi monaſterio collatorum, à Friderico ſecundo Romanorum & Siciliæ inclyto rege impetrauit cum ulterioribus indultis. Chronic. Hirſaug. Trithemij.

Omnis generis reditus habebant ampliſsimos. Cœnobio Hocheim ꝑpe Vuormaciam Dirolphus fundator cum Agnete coniuge, omnia ſua bona, mobilia immobiliaque tradunt monialibus, unicam quam habebant filiam ijſdem præficientes ſuperſticioſi parẽtes. Chron. Hirſaug. Zauichoſtenſe cœnobium, quod mulieres Franciſcanę ſectæ incolebant, uiginti-

quinque

quinq; pagis donauit Boleslaus Pudicus. Cromerus lib.9. Cœnobitis Victoriæ largiſsimos reditus aſsignat Francus. Ganguinus libro 6. Anno Domini 1259. monaſterium S. Diſibodi ordinis Benedicti in comitatu Spanheimenſi Moguntinæ diœceſis, iuxta oppidum Sobernheim, ab ordine Benedicto translatum eſt per Gerhardum archiepiſcopũ & Canonicos Eccleſiæ Moguntinæ, & datum Ciſtercienſis ordinis fratribus, quorum primus abbas nomine Ioannes, quaſi pro gratiarum actione ſuſcepti beneficij, de conſenſu fratrum ſuorum centum coros ſiliginis annui cenſus perpetuis temporibus Moguntiam ſingulis annis præſtãda, ex reditibus eiuſdem monaſterij, canonicis præfatæ Eccleſię repromiſit. Chron. Hirſaug. Cœnobio quod à cœli corona nomen habet, fundator dedit pagum Preczendorf cum omnibus attinẽtijs, agris uidelicet, pratis, ſyluis, molendinis, aquis, aquarum decurſibus, piſcationibus, & omnibus alijs iuribus. Bruſchius de monaſterijs.

Ordini Teutonicorum B. Marię Fridericus ſecundus dedit terram Pruſsiæ, quæ Polonis Lituanisq; cõtermina eſt, ut fines ibi Chriſtianitatis & tenerent & amplificarent. Cranzius lib.8. cap.3. Saxoniæ.

In monaſterijs artes dicendi, & ſtudia philoſophica & Theologica tractabãtur: erant enim quaſi ſcholæ. In monaſterio Caſsinenſi Thomas de Aquino ad eam peruenit doctrinę excellentiam, ut nemini philoſophiæ & Theologiæ ſcientia ſecundus haberetur ijs temporibus. Blondus libro 8. decad. 2. Bonauentura ordinis minorum generalis grauiter & copioſè tempore Clementis quarti ſcripſit in primum, 2. 3. & 4. ſentẽtiarum librum. Platina in uita Clementis 4. Nouitiorũ inſtitutor in Heiſterbach diœceſis Colonienſis fuit Cæſarius monachus. Trithemius. Quoſdam ex Scotia adoleſcẽtes nobiles ad D. Nicolai Laudunenſis cœnobium miſſos fuiſſe diſcẽdi ſermonis Francici gratia, temporibus D. Ludouici, Ganguinus lib.7. teſtatur.

Ex monaſterijs quoq; ad Eccleſiarum regimen pleriq; epiſcopi uocati ſunt. Bertholdus enim quidam Ciſterciẽſium abbas in cõuentu Lucęnſi Meinardo in epiſcopatu Liuonienſi ſucceſsit. Cranzius libro 6. cap.10. Vandaliæ.

In monaſterijs presbyteri, diaconi, ſubdiaconi ordinabantur. Conradus à Lichtenauv, abbas Vrſpergenſis, anno 1202. per manus Diethalmi Conſtantienſis epiſcopi, presbyteratum accipit, ut ipſemet de ſe teſtatur. Adolphus Holſatorum comes, cum fratrum Minorum ordinem amplexus eſſet, diſpenſatione Innocẽtij quarti, à magiſtro illius ordinis ſubdiaconus, à quodam epiſcopo diaconus, & à Ioanne Lubecenſi presbyter ordinatur. Cranzius lib.7. Vandaliæ, cap.24.

Abbatum electio erat penes cœtum. Sic Lutfridus à conuentu Hirſaugienſi eligitur in abbatem. Chron. Hirſaug.

Confirmatio etiã erat in uſu. Nam Lutfridus abbas Hirſaugienſis, confirmatus fuit ab Ordinario Conrado Spirenſis Eccleſiæ pontifice, & munus benedictionis à Guidone ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinali, Præneſtino epiſcopo, & apoſtolicæ ſedis legato per Alemanniam, ſuſcepit. Chronicon Hirſaugienſe Trithemij. Craftonem abbatem Hirſaugiẽſem confirmauit Fridericus epiſcopus Spirenſis. Ibidem.

Abbatum muneris erat, recipiẽdos probare. Innocentius inquit: Prohibẽdum eſt abbatibus, ne paſsim ante tempus probationis quoslibet ad profeſsionẽ recipiãt: & ſi contra formam præſcriptam quoslibet indiſcretè receperint, animaduerſione ſunt debita corrigendi, cum in ſubſidium fragilitatis humanæ ſpacium probationis ſit regulariter inſtitutum. Innocentius libro 4. Decret. conſt.87. ad Piſanum archiepiſcopum.

Subditorum monachorum regere mores, & ijs bono exemplo præire. Tales, inquit Innocentius, ad agenda officia monaſterij deputentur, qui fideles fuerint & diſcreti: nec alicui cõmittatur aliqua obedientia perpetuò poſsidenda, tanquam in ſua ſibi uita locetur: ſed ut oportuerit amoueri ſine contradictione qualiber reuocetur. Prior autem præ cæteris, poſt abbatem, pòtens ſit in opere & ſermone, ut exemplo uitæ, uerboque doctrinę fratres ſuos & inſtruere poſsit in bono, & à malo etiam reuocare: zelum religionis habens ſecundum ſcientiam, ut delinquẽtes corripiat & caſtiget, obediẽtes foueat & confortet. Abbas uerò (cui omnes in omnibus reuerenter obediant) quantò frequentius poterit, ſit cum fratribus in cõuentu, uigilem curam & diligentem ſolicitudinem gerens de omnibus, ut de officio ſibi commiſſo dignam poſsit Deo reddere rationem. Quòd ſi præuaricator ordinis fuerit, aut contemptor, ſeu negligens, aut remiſſus, pro certo ſe nouerit non ſolùm ab officio deponẽdum, ſed & alio modo ſecundum regulam caſtigãdum: cùm offenſa non ſolùm propria, uerùm etiam aliena de ſuis manibus requiratur. Nec æſtimet abbas, quòd ſuper habenda proprietate

prietate poſsit cum aliquo monacho diſpenſare: quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa regulæ monachali, ut cõtra eá nec ſummus pontifex poſsit licentiá indulgere. Innocentius lib. 3. Decret. conſt. 105. ad abbatem & cõuentum Sublacenſem. Clauſtrales non debent eſſe prompti ad exeundum de clauſtro, ſed ad uocem gratię, uel prælati debent exire. Hugo Cardinalis ſuper cap. 28. Matth. Abbas debet coniungere inuicem per amorem & pacem, monachos & conuerſos actiuos & cõtemplatiuos. Idem ſuper cap. 10. Ioannis.

Delinquẽtes caſtigare. Innocẽtius: Nos igitur ad reformationẽ earundem Eccleſiarum diligenti ſolicitudine intẽdentes, uniuerſis canonicis dedimus in mãdatis, ut Priori ſuo in his quę ad Deũ pertinent, obedirent. Cumq; omnes (quatuor duntaxat exceptis) ſe obedire uelle cõcorditer reſpõdiſſent, prædicti quatuor ſe contra Priorẽ in ſuperbiam erigentes, licet de obediẽtia ſuo Priori præſtanda præſtitiſſent iuramentũ corporaliter, tamẽ exhibiti iuramẽti immemores, ſuo Priori per omnia reſtiterũt: & cũ pro cõtumacia ſua nequiuiſſent ad debitã obedientiã reuocari, dictus Prior in eos excommunicationis ſententiã promulgauit. Quum igitur præfati canonici ad apoſtolicã ſedem acceſsiſſent, per ſcripturas autẽticas ex multorũ teſtimonio prælatorũ effecti de ipſorum cõtumacia certiores, recepto ſecundum formã Eccleſiæ ab eiſdem corporaliter iuramẽto, ipſis fecimus abſolutionis beneficiũ impẽdi, pręcipiẽtes eis ſub debito iuramẽti, ut ad ſuũ clauſtrũ, de quo exierant, redeuntes, Priori ſuo ſecundũ Deũ deuotè ac humiliter obedirẽt. Ideoq; mãdamus, quatenus præfatos canonicos, ut ad Prioris ſui obedientiã reuertantur, per cenſurã Eccleſiaſticã cõpellatis, & ne de ſua poſsint cõtumacia uel malitia gloriari, cogatis eos (ſi uideritis expedire) ut iuramẽtũ quod de parẽdo mãdatis Prioris, pro abſolutionis beneficio impetrãdo, ſuperbè negauerãt, humiliter pręſtare, pcurẽt: alioqn eos de fratrũ cõſortio penitus excludatis. l. 1. decret. conſt. 132. ad abbates S. Stephani & Proculi Bononienſes.

Legationibus fungebãtur tum abbates tũ reliqui monachi. Diſsidẽtibus inter ſe rege Francorũ & rege Anglorũ, Innocentius papa tertius miſit ad eos abbatẽ Hammarij pro reformãda inter eos pace. Qui adiũcto ſibi abbate Trium fontium, utriq; regi authoritate apoſtolica præceperunt, ut cõuocatis epiſcopis & principibus regni, ſalua utriuſq; iuſticia pacem facerẽt & abbatias cęteraſq; Eccleſias per gentes eorũ deſtructas, in ſtatũ priſtinũ reformarẽt. Antoninus titulo 17. cap. 9. §. 31. Anno Domini 1211. abbas de Morimunt à feſto S. Michaelis uſq; ad Quadrageſimam, quinq; uicibus trãſiuit à Roma uſq; Capuam, iuſſu Innocẽtij tertij, quatenus pacem reformaret inter papã & Imperatorem. Chronicon Vrſpargẽſe. Anno Domini 1207. ab Innocẽtio papa cum legato 12. abbates Ciſterciẽſis ordinis in terram Albingenſiũ ad prædicãdum fidem ibidẽ hæreticis mittuntur. His additur Didacus Oxoniẽſis epiſcopus cũ fratre Dominico. Chronicon Martini Capellani. Vincẽtius lib. 29. cap. 93. Acta eſt in Lugdunẽſi concilio Anconitanorum cum Venetis cauſa, abbasq; Neruiſiæ, cui eam cõmiſit Gregorius decimus cognoſcẽdam, Anconitanos nil ſatis ſolidè probantes reiecit, permiſſa, pontificis autoritate, Venetis cura, eam maris Adriatici orã à Saracenis piratiſq; ſimul cum uectigalium portoriorumque ſuorum iuribus, defenſandi. Blondus lib. 8. decad. 2.

Artificia emungendi homines pecunia, alijsq; rebus, imprimis callebant. Guilhelmus Imperator rediens Aquiſgrano Coloniã, lautiſsimũ inſtituit principibus conuiuiũ, in quo (ut fertur) quod admirandũ eſt, mirabili opera Alberti Magni philoſophi, arbores media hyeme effloruerũt, & herbæ germinabãt (ſi uerum eſt, quod ſcriptores eius ætatis, & qui ſe uidiſſe cõmemorant, tradunt) ob quod factum, fratribus ſui ordinis in Traiecto prædium ingens cũ reditibus dicitur donaſſe, & monaſterium conſtruxiſſe. Iohannes Cuſpinianus de Imperatoribus.

Arma tractabant & caſtra ſequebantur. Robertus Turneham Franciſcanus Theologiæ profeſſor inſignis fuit. Eduardus princeps cognomẽto Longus, bellicã expeditionẽ contra Saracenos Aſſyriam incolentes, anno Domini 1268. parabat. Ad tantã profectionẽ quæſitus quoq; orator uehemens, qui plebis in cauſa religionis animos excitaret: Turnehamus principi uiſus eſt uel digniſsimus, qui munus hoc obiret. Sic tanquã ſignifer cõſtitutus, Aſſyrios unà cum Anglico exercitu petijt, ac ſuum non ſine laude præſtitit officiũ. Balæus Centuria 13. ſcriptorum Brytanniæ, cap. 82. ex Lelando.

Virginum autẽ cœtibus abbatiſſæ præerant. Erat in urbe Antiochena religioſarum uirginum cœnobiũ, quæ cum ex tumultu urbem captam eſſe ſentirent, deinde cæde, ſtupro omnia compleri, prophana ſacraq; eadem ignominia affici, ne cui-

tæ nec

tæ nec pudicitiæ cuiuſquã parci, antiſtitẽ pietate prudẽtiaq; exornatam fœminam adeunt, conſilium in rebus deſperatis petunt. Quæ cum multa de martyrij præſtantia, de caſtitatis merito præfata fuiſſet, in ipſius uerba omnes iurare iubet, atque eius exemplum ſequi: acceptoq; cultello, quantum cæſim uno ictu poruit detruncare, naſum mutilauit, oraque cruore dehoneſtabat. Matrem imitãres filiæ, uultibus fœdè laniatis, trucem horrendamq; ſpeciem irruentibus Sarracenis exhibuerunt: ea fœditate ſpurcam barbaramque libidinem, quam formidauerant, auertentes, ſalua pudicitia ad unum omnes enecatæ ſunt. lib.4. Continuatę hiſtoriæ belli ſacri, cap.16.

Sæpius utriuſque ſexus cœnobia coniuncta erant, aut ſimul habitabant, quo ſcilicet dilectionis monaſticę officia ſibi mutuò præſtare poſſent. A' Damaſco haud procul eſt locus, qui Sardanai dicitur, ubi eſt eccleſia B. Virginis Mariæ, in qua ſunt uirgines moniales duodecim, & octo monachi. Vincentius lib.31. cap.66.

Supremi monaſteriorum inſpectores erant epiſcopi, qui ea uiſitare, & quæ minus piè & rectè fiebant, corrigere ſolebãt. Diœceſiani epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeant reformare, ut cum ad ea prædicti uiſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant quod cõmendatione, quàm quod correctione ſit dignum. In concilio Lateranẽſi. Anno Domini 1207, Conradus epiſcopua Spirenſis eccleſiam S. Sepulchri Spirę, in qua erant moniales, cum omnibus iuribus & pertinentijs ſuis in perpetuum tradidit præpoſito in Deckendorf, ut monialibus, quæ tunc erant in ea, defunctis, aut aliorſum ſaluis uitæ neceſſarijs translatis, conuentum uirorum ſuę profeſsionis ibidem inſtitueret, qui tamen iuriſdictioni Spirenſis epiſcopi pro tempore eſſet ſubiectus. Chronicon Hirſaugienſe. Anno Domini 1222, Conradus epiſcopus Spirenſis, audiens moniales in Huſen Benedictini ordinis iuxta Durckheim, à tramite regularia obſeruantiæ nimium declinaſſe, uitamque uiuere improbã & nimis turpem, ipſum earum cœnobium de conſenſu domini Siphridi archiepiſcopi Moguntini, monaſterio Limpurgenſi eiuſdem ordinis uniuit, & titulum conuentus monialium penitus extinxit, ita ut illis quæ tunc uiuebant mortuis, nullæ deinceps ibidem ſuſciperentur, & abbas Limpurgenſis per ſuos monachos ſecundum loci facultatem & prouentus, pro tempore, diuina ibidẽ faciat celebrari. Landolphus Vuormacienſis de cœnobio Nonnenmonſter moniales turpiter uiuentes eijcit, & alias Ciſtercienſis farinæ introducit. Lauriſſam cœnobium Fridericus ſecundus Moguntinæ Eccleſiæ ſubijcit, conſentiente & approbante Gregorio nono. Ibidem. Albertus Ieroſolymitanus Patriarcha Carmelitis regulam obſeruandam præſcripſit. Epitome mundi. Monachos ſepulchri Dominici & montis Oliueti, in monte Thabor, in ualle Ioſaphat, cum ſuis abbatibus & prioribus ſoli Patriarchæ ſubeſſe, narrat Vincentius lib.31. cap.66.

Fuerunt & politici uiri monaſticæ uitæ cenſores. Anno 1207, Iohannes rex Angliæ 64. monachos Cantuarienſes ob contumaciã & præcepti ſui contemptum in exilium miſit. Balæus Cent.3. cap. 57. ſcript. Brytan.

Erant & monaſteria quaſi carceres & exiliorum loca. Sutrinum epiſcopum Innocentius tertius, quòd præter uoluntatem ſuam Philippum regem anathemate ſoluiſſet, relegauit in quandam inſulam maris, ubi in monaſterio uitam finijt. Vrſpergenſis. Idem papa ſacerdotem confeſsiones reuelantem, in monaſterium ad perpetuam pœnitentiam includi uoluit. Balæus lib.5. de actis Romanorum pontif. Conradus Maſouiæ dux Boleslaum Pudicum puerum cum matre ad colloquium euocatos cepit, & in Sendomirienſi cœnobio aſſeruari iuſſit. Cromerua lib.8.

In monaſteria ſæpius principes uiri & mulieres, tranquillitati conſulentes, ſenio confecti ſeceſſerũt. Cunegũdis Heinrici Vuratislauienſis coniunx, poſt mariti mortem, diſtributis in uſum egenorum & in cultum diuinum omnibus ſuis facultatibus, in Sandecenſi monaſterio plus duodecim annis duram exegit uitã. Cromerus lib.10.

Et epiſcopi. Ioſephus patriarcha Conſtantinopolitanus, relicta ſua ſede ad ociũ monaſticum redit Gregoras lib.5. Gaufridus Syluanectenſis & Gaufridus Meldenſis epiſcopi ad monaſteria ſe contulerunt anno 1213. Vincentius libro 30. cap.8. Conradus Halberſtadenſis tædio rerum ſecularium, ex auroritare Romani pontificis, in monaſterio Sedebeke ordinis Ciſterciẽſis uitam finijt. Cranzius lib.7. cap. 41. Metropoleos. Albertus Teutonicus ordinis fratrũ prędicatorũ, epiſcopus Ratiſponẽſis, papa Clemente quarto permittẽte, renũcians epiſcopatui, redijt ad ordinẽ prædicatorũ, & fratres ſuos ad conuentũ Coloniẽſem, cũ alijs fratrib. uiuens ſub diſciplina regulari. Erphurdienſis cap.94.

¶ Cæterùm

¶ Cæterùm ſtatuta multa & uaria Conradus Colonienſis epiſcopus cudit, quæ ſubijcienda duximus. Conradus Dei gratia ſanctę Coloniēſis Eccleſię archiepiſcopus, ſacri Imperij per Italiam archicancellarius, ſaluti & bono ſtatui omniū cuiuſcūq; profeſsionis ſeu ordinis, ſed noſtrorum domeſticorū maximè debitores in Domino exiſtentes, ſicut in noſtra uiſitatione negocium reformationis & correctionis de clericis ꝑ ſtatuta canonica expediuimus competenter, ita de monachis ſatagentes, idipſum ſuo modo, quo competens fuerit, expediemus.

1.

Imprimis igitur ſtatuimus, ꝙ omnium monaſteriorū nigri habitus monachi ordinis S. Benedicti, diuinū officium in cantando & legēdo, ſecundum quod regula eiuſdē S. Benedicti præcipit, exequantur: & maximè mundicijs circa altaria & ornatum Eccleſiaſticum ſint ſtudentes.

2.

Statuimus itē, ut miniſtri altaris ſingulis Dominicis diebus, & alijs feſtiuitatibus, prout cōſuetudo loci ſeu monaſterij habet, communicent corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, facta prius confeſsione abbati uel priori ſecundū regulā: ut ſi aliqua de cauſa duxerit aliquis abſtinendum, cauſam abbati uel priori non differat intimare, ut eius iudicio abſtineat, uel ad communicationem accedat.

3.

Item ſtatuimus, quòd monachi proprium non habeant, ſecūdum quod regula eorum præcipit, niſi quod abbas dederit aut permiſerit: & quod pariter uictum & ueſtitum percipiant de communi per ſui adminiſtrationē abbatis, ut nullus monachorū cauſetur de qualitate ſeu quantitate uictus & ueſtitus, ſed omnia ipſis adminiſtrentur, ſecundum quod monaſteriorum ſuorum ſuppetunt facultates, & prout regula hoc expoſcit.

4.

Statuimus item, eos grauiori culpa uel pœna puniendos ſecundum regulam, qui fuerint de incontinentia notati, quę maximè in monachis eſt deteſtanda.

5.

Itē ſtatuimus inhibēdo, ne aliquis monachorum ſurcocijs, caligis, coloratis calceis, nodatis cingulis irregularibus, aut maſſubijs ſericis utatur: ſed quòd ipſi monachi talibus indumētis, quæ ipſorū regula præcipit aut cōcedit, induantur. Statuimus etiā, quòd monachi officiarij pro ſui monaſterij uel officij negocijs, aut alij de licētia abbatis, uel prioris, abbate abſente, exeuntes, talibus utātur ueſtibus & calceis pluuialibus, quę ipſorum ordinis deceant honeſtatem, & in quibus monaſticæ religionis ſeu conuerſationis abuſio non poſsit deprehendi.

6.

De monachis aūt irregularibus ita pręcipimus: Si monachus in monachū manum iniecerit ſui monaſterij, & læſio non ſit enormis, abbas ipſum abſoluat ſecundum morem regulæ: alioqui ſi læſio fuerit enormis, abbas illum ad ſedem apoſtolicam deſtinet, uel ad illum qui abſoluendi habuerit poteſtatem.

7.

Præcipimus item de Simoniacis, quòd circa illos ſecūdum conſtitutionē regulæ, procedant abbates: ſuper his uerò, quæ ipſis non ſunt conceſſa abbatibus, eorum monachi ad ſuperiorem mittantur.

8.

Statuimus etiā, quòd monachi alijs cibis non utantur, niſi eis quos ipſorum regula præcipit aut permittit.

9.

Item præcipimus diſtrictius, ne monachis detur frequens licentia exeundi: ſed ſi ſine licentia ſuperioris, diſtrictum ſiue portas clauſtri aliquis eorū exire præſumpſerit, pœnam inde ſuſtineat regularem.

10.

Statuimus & ꝙ abbates in cōuentu cū fratribus ſedeāt, & diuinis frequētius interſint lectionibus, maximè uigilijs, capitulo, collationi & alijs diuinis officijs cū ijſdem, niſi cauſa neceſſaria, utili uel honeſta fuerint præpediti.

11.

Item ſtatuimus, ꝙ abbates excōmunicationis ſententiā in proprietarios ſemel in anno, ſcilicet ſabbato ꝓximo ante Dominicā Lætare, ſolēniter in capitulo publicēt: & ſi pòſt aliquis inuētus fuerit habere proprium, ſecundum regulam punietur.

12.

Statuimus etiā, quòd monachi fugitiui & apoſtatæ, per ſuos abbates ad ſua monaſteria reuocētur, ſalua ordinis diſciplina, niſi toties inobediēter & ex talibus cauſis receſſerint, quòd ſecūdum regulam non debeant in eorum monaſterio tolerari.

13.

Statuimus itē, quòd nullus monachorum hoſpites per ſe recipiat, niſi hoſpitarius monaſterij, uel alter, cui abbas eos commiſerit recipiendos.

14.

Item ſtatuimus, quòd debita eleemoſyna & cōſueta, tam de refectorio quam hoſpitali, fideliter pauperibus erogetur.

15. Sta-

15.

Statuimus etiá, quòd omnes monachi in cómuni Refectorio comedant, niſi infirmitas uel aliqua alia cauſa legitimæ neceſſitatis ipſos excuſet: & tunc quę ſuperfuerint, in eleemoſyná pauperibus tribuátur.

16.

Statuimus item, quòd monachis nullatenus detur licentia ante primá exeundi, & ſimiliter poſt Completoriű, niſi ex cauſa ualde rationabili & neceſſaria, utpote ſi contingat ipſum extra ſuum monaſteriű in aliquo loco diuinum officium celebrare, uel in obitu parentű, fratrű uel ſororű.

17.

Item, ſi contingat monachű ante neſperas exire de licentia, ita maturet redire, q in diuino officio illa hora poſsit eſſe.

18.

Statuimus etiam, quòd quodlibet monaſterium ſuum carcerem habeat, in quo delinquentes regulariter puniantur.

19.

Statuimus item, q nulla mulier dormire debeat intra immunitaté: & ſi factum fuerit, ille qui eſt in culpa, grauiter puniatur.

20.

Item ſtatuimus, q omnes abbates nigri habitus ordinis B. Benedicti noſtræ diœceſis, ſingulis annis in exaltatione S. Crucis capitula Coloniæ teneát, uel apud S. Panthaleonem, uel apud S. Martinum, utibidem obſeruantia regulæ cum diſcretione tractetur, & de ſtatutis noſtris, qualiter in quolibet monaſterio obſeruentur, & aliæ utilitates monaſteriorű: & quicűq; ipſorű abbatum ad capitulű uenire neglexerit, nec excuſationem in Capitulo legitimam oſtenderit, ſecundum cohertioné regulæ puniatur. Et uolumus, q abbates S. Panthaleonis & S. Martini Colonienſ. iſta Capitula ſingulis annis fieri procurent à nobis, ita quòd nullus ualeat excuſari.

21.

Item præcipimus, q monachi in raſura coronarum, & tonſura capillorum ita decenter & regulariter ſe habeant, quòd ſuper his non ualeant reprehendi.

22.

Statuimus item, quòd monachi nó dormiant in lectis plumeis, ſed in culcitris, ſecundum quod regula mandat.

23.

Item ſtatuimus, ne aliquis monachus rediens, qui abſens fuerat de licentia uel ſine licentia, aliquam præbendam tempore ſuæ abſentiæ requirat: quia illa eſſet occaſio proprium habendi.

24.

Statuimus item, q monachi ieiunia ſua obſeruent ſecundű quod regula præcipit.

25.

Statuimus & q monachi officiarij ad minus ſemel in anno in præſentia abbatis & ſeniorum, computationem uel legitimam rationem faciant. Et ſi quid ultra ſuorum officiorum adminiſtrationé ſuperfuerit, de hoc nihil per ipſos monachos, ſed per abbatem & ſuperiores ſui conuentus, ad ſui monaſterij utilitatem ordinetur.

26.

Item ſtatuimus, quòd monachi nuptijs nullatenus interſint: nec exequijs, niſi parentum, fratrum, uel ſororum.

27.

Item præcipimus & ſtatuimus, q nullatenus offerant ad altare.

28.

Quęcunq; aűt de interiori pariter & exteriori clauſura monaſterij & immunitatis monaſticæ, regula præcipit, quæcunq; de ſilentio in horis & locis debitis & conuentu ſeruando, regula ipſa præcipit, necnó quę de cantu diuini officij, profeſsione quoq; faciéda, alijsq; obſeruátijs præcipiű tur in regula, ubicűq; hęc hactenus ſunt cómiſſa, reuocari in ſtatű debitű p abbates, & ſeruari deinceps more & modo debito, ſtatuimus & mádamus. Alioqui negligentiá huiuſmodi cű pœna canonica requiremus. Hæc ad præſens ſtatuimus, ſaluo nobis, quòd ſi aliqua occurrerint in poſterű, opus habentia correctionis & reformationis remedio, ea loco & tépore ſtatuemus, & prout expediens fuerit, ordinabimus. Datum & pronunciatű quarto Idus Martij, anno Domini 1260. Statuta prouincialia Eccleſiæ Colonienſis.

Innocentius: Firmiter inhibuimus, ne quis decæterò monachorű lineis camiſijs uteretur. Ité: Probibem⁹ quoq; diſtrictè in uirtute obediétiæ, ſub obteſtatione diuini iudicij, ne qs monachorű propriű aliquo modo poſsideat: ſed ſi quis aliqd habeat proprij, totű in cótinenti reſignet. Si uerò poſt hęc proprietaté aliquá fuerit depreheſus habere, regulari monitione præuia de monaſterio expellatur, nec recipiatur ulterius, niſi pœniteat ſecundű monaſticá diſciplina. Quòd ſi ꝓprietas apud quenquá inuenta fuerit in morte, ipſa cű eo in ſignű perditionis extra monaſteriű in ſterquilinio ſubterretur, ſecundű quod B. Gregorius narrat in dialogo ſe feciſſe. Vnde ſi qc quam alicui fuerit ſpecialiter deſtinatum, nó præſumat illud accipere, ſed abbati uel priori uel cellario aſsignetur. In epiſtola ad abbatem & conuentum Sublacenſem.

Iordanes Theologus Pariſienſis factus generalis inter monachos prædicatores, ſi

lentium menſæ inſtituit. Volaterranus.

Monachi ſemper in nocturnis ſuis decã tant duodecim lectiones: uel unam ſolã, ut in æſtate: nouem uerò, niſi in exequijs. Hugo in 23. cap. Lucæ.

Vir clauſtralis facit tria uota, ſcilicet cõtinentiæ, paupertatis, obedientiæ. Hugo in Pſal. 33.

Clauſtrales uoluntarium ſibi aſſumunt ſilentium, & etiam potentiã loquendi abſcindunt. Hugo in 38. Pſal.

Veſtitus. Carmelitanis album aſsignauit amictum Honorius quartus iuxta Funcium. Abbates & Priores Eccleſię Dominici ſepulchri, mõtis Oliueti, mõtis Thabor, in ualle Ioſaphat, infulis, baculis, annulis atq; ſandalijs pontificalibus in miniſterio utuntur. Vincent. li. 31. cap. 66. Bonauẽtura habitũ, quo nunc utuntur Minores, inſtituit, cum prius paſtorali modo incederent. Volaterranus lib. 21. Anthropologiæ.

Mulierculарũ amantes erant monachi. Nam Adolphus Holſatię comes, cũ & ipſe monachum induiſſet, fratres Noui monaſterij, iam familiarius, quàm religioni ſuæ par erat, mulierculis adhęrẽtes, procul eas à ſe dimittere coegit. Cranzius li. 8. cap. 23. Saxoniæ. Thomas Cantipratenſis lib. 2. cap. 56. de Apibus ait: Incubi dęmones (fratres dixiſſet) ita religioſas uirgines illis diebus opprimebant, ut nulla eis ualeret crucis ſignatio, nec aqua benedicta, nec ipſum Chriſti corporis Sacramẽtũ. Balæus Cent. 4. cap. 42. in appendice ſcriptorũ Britãnię.

Et moniales uirorũ. Nam propter diſſolutos & impudicos mores, cœnobiales fœminę Northuſæ ex ſuo contubernio, quod à S. Cruce nomen habebat, eijciuntur, anno 1221. Chron. Iſenacenſe.

Superſtitionũm lerna erãt monaſteria. Nam ibi reliquiarũ cultus in maximo fuit precio. Ægidius abbas D. Martini Tornacenſis iuuat translationem reliquiarũ D. Landradæ apud Halteram in agro Gandenſi. Chron Fland.

B. Franciſcus rogatus à fratribus, ut eos orare doceret, ſimpliciter illis huiuſmodi formã tradidit, dicens: Cũ orabitis dicite, Pater noſter: &, Adoramus te Domine Ieſu Chriſte, & omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi, quia per ſanctam crucẽ tuã redemiſti mundum. Quod ipſi fratres humiliter exequẽtes, & uerbũ ſimplex pro mandato obediẽtiæ reputantes, ſe etiam ad eccleſias, quas è longinquo proſpicere poterant, inclinabant, & proni in terrã, prout inſtructi fuerant, adorabant. Vincentius lib. 30. cap. 99.

Thomas Eckelſtonus in libro de aduentu Minorum in Angliam, narrat quoſdam Franciſcanos, ſtatim poſt primum eorũ introitũ uirilia ſibi amputaſſe, non propter reghum cœleſte, ſed ut in hoc mundo ſanctiores haberentur hypocritæ: ac primum eorum illic ponit Guilhelmum quendam Etonum. Balæus Cent. 4. cap. 42.

Miſsificatio. Adolphus Holſatus ordine Minorum fratrum initiatus, primam Miſſam in Zuuentina, loco ſolitario, & pòſt Hamburgi in Quadrageſima, cunctis collachrymantibus celebrauit, uirum in ſeculo nominatiſsimũ, nunc in abiectiſsima ueſte mendicantẽ, & ad altare, diuinũ officiũ celebrantẽ, mirati. Hæc eſt, inquiũt, mutatio dextræ excelſi. Quis enim alius ex tam glorioſo milite ſeculi faceret tam humilẽ peditẽ Chriſti? Monaſteriũ ſui ordinis, ipſe manib. multa molitus, in oppido Kijl, ubi nunc requieſcit, curauit erigere, eleemoſynas ſuorũ quondam ſubditorũ humiliter poſcens & accipiens: curauit quoq; Eccleſiam, in terra Aldenburgenſi, quæ noua dicitur, erigere in honore D. Antonij fratris ſui ordinis: quamuis rerum ignari, patrocinium deriuent ad Ægyptium Antonium. Cumq; multũ ſolicitè laboraret in erectione dicti monaſterij in oppido Kijl, ibat hoſtiatim, lac in hydriam mendicans: ut haberent operarij & fratres, quo inter laborandum per æſtũ reficerẽtur. Media iã platea, ubi declinare iter non poterat, ibat hydriã baiulãs lacte plenã: & cũ obuios habuiſſet filios ſublimes in equis, comitũ more ſeculariũ, paſſus eſt humanitùs aliquid, ut rubore cœperit perfundi. Sed ille infremuit, & robur mentis aduocans, cũ adhuc in conſpectu eſſent filij, hydriam leuatã ſuper caput euertit, ſeſe totũ à uertice lacte perfundẽs, dixitq;: Infœlix, erubuiſti Chriſti pauperiẽ, baiulare lac in manibus, nunc uel in capite oſtẽde quid portaueris. Cranz. li. 8. cap. 7. Saxoniæ: & lib. 7. cap. 24. Vandaliæ.

Oratio pro defunctis. Quidam monachus monaſterij Swyneshеupt, hoc eſt, capitis porci, regem toxico, modo ſequẽti, è medio ſuſtulit. Cereuiſiæ cuppã ueneno infectã regi propinauit: quẽ tamen rex antea iuſſerat bibere, &c. At regis iuſſu monachus imperterritus uas mediũ euacuauit: reliquam uerò partem rex intrepidus hauſit: & ſic eodem toxico ambo perierunt. Ad hanc prouinciam ſubeundã, hinc monachus motus erat. Inter prandendũ repertis uicibus rex dicebat, quòd panis qui aſſe uendebatur, mox uiginti ſolidis ueniret. Hoc reipublicæ admodũ nociuũ monachus intellexit, quocirca regem perimere meritorium ratus eſt: ſed antequam aliquid perpetraret, abbatem ſuũ adiuit, & eius conſilio utens, Regem ueneno ſo

hauſtu extinxit, abſolutionem tamé ante factum ab abbate quærit. Pro hoc monacho, qui reipublicæ ſic prouidit, quolibet die quinque monachi ſpecialiter orant, & ad diem iudicij orare non deſiſtent. Iohannes Maior lib. 4. cap. 3. de Scotis ex Captono: Polydor. lib. 15.

Luxus. Anno Domini 1277, Volandus abbas conuiuijs & uoluptatibus nimium deditus, monaſterij Hirſaugienſis ſubſtantiam prodigialiter amicis ſuis & conſanguineis alijsq; fucis & Penelopes ſponſis diſtribuendo expendens, cum pecunię deficerét, res cœnobij immobiles detrahere & alienare cœpit. Chron. Hirſaug. Tritbemij. Nicolaus Gallus, monachus, qui ſub annũ Domini 1270. floruit, ſcripſit libellũ, titulo Ignea ſagitta, in eo uehementer deplorat & accuſat corruptiſsimũ monachorũ ſtatũ. Dicit eos olim in eremo, in ſudore proprij uultus uixiſſe, orationibus & ſtudiis incubuiſſe: nunc cõtrà in ciuitatibus, ubi & ſtudia & omné pietatem negligát, uoluptatibus & turpitudinibus ſint dediti, & præſentes ac futuros ſeducant. Catalogus teſtium ueritatis.

Vuilhelmus de S. Amore oppugnauit oés monachos, præſertim aũt médicátes, acerrimè rũ ſtatũ eorũ dánans penitùs, tũ accuſans eos q, perturbent Eccleſias, dum inuitis ordinarijs paſtorib. cócionentur, & audiát cõfeſsiones, & ſimpliciter paſtoris officio fungantur. Catalogus teſtiũ ueritatis. Godfridus de Fontanis ſcripſit contra monachos mendicantes, id oppugnás, quòd cum uitam ſolitariam profiteantur, uelint eſſe gubernatores Eccleſiarum, & alios opprimant. Ibidem.

Quidá ſunt quadraginta diebus, ſed nõ 40. noctibus, qui ſcilicet diebus morantur in clauſtris, ſed noctibus uagantur ad prauitates ſuas. Hugo in 1. cap. Marci.

Curtiſanorũ, eorũq; impoſturarũ initiũ ponit anno 1238. Chron. Iſenacenſe.

MORES CHRISTIANORVM.

Virtutum & uitiorum quædá ſaltem exépla hic annotare ſufficiat, ut breuitatis habeatur ratio.

EXAMPLA VIRTVTVM
primæ tabulæ.

Studiũ pietatis. Marceſina pellex Iohannis Ducę Imperatoris, ob uitę turpitudiné téplo excluſa à Blémide Nicephoro, ad Imperatoré reuertitur, & toto impetu illũ ad uindictá incitat, eá ignominiá in ipſius Imperatoris caput redúdare clamitans. At Imperator ſubito mœrore affectus, ac lachrymis oppletus, cũ profundo ſuſpirio: Quid me (inquit) ad uirũ iuſtũ puniendũ impellitis? Ná ſi ego ſine probro & ignominia uiuere uoluiſſem, Imperij maieſtatẽ inuiolatá cõſeruaſſem. Nũc cũ ipſe meæ atq; adeò ipſius Imperij cõtumeliæ cauſam præbuerim, meritis meia gratia refertur, ut malæ ſemétia malá meſſem percipiá. Nicephorus Gregoras li. 2. hiſt. Rom. Cõquerentibus regijs magiſtratibus & præfectis, augendo iure ſacerdotũ, regia iura imminui, reſpõdit Philippus Francorũ rex, Tot eſſe actá perſpicua cœli in ſe Franciáq; beneficia, ut ſacerdotibus téplisq; nihil denegare iurè poſsit ex ijs rebus, quas diuina potius quá humana ope integras florentesq; ac uictrices haberet. Æmylius lib. 6.

EXEMPLA VIRTVTVM
ſecundæ tabulæ.

Iuſtitia in puniédis facinoroſis. Fridericus comes de Iſenburg rota cõteritur ob interſectũ Coloniéſem præſulé. Rudimentũ noniñorũ. Biſſettorũ principé, qui Patriciũ quendá comité Athoniæ, eius ædib. noctu ſuccéſis, cremari curarat, amicorum precibus per regé Scotorũ quidé uita donatur, ſed regno in perpetuũ excedere iuſſua eſt, in regiũ fiſcũ cũctis eius bonis cõgeſtis. Iohannes Maior li. 4. cap. 10. de Scotis.

Fridericus Imp. Henricũ filiũ, Cæſaré & ſucceſſoré iá pridé à ſe declaratũ, parricidij accuſat (q, cũ papa, cardinalibus, & quibuſdá Germaniæ principibus contra patrem fœdus cõtraxerit, in Chronico de ducibus Bauariæ ſcribitur) ſententia ſeptuaginta principũ condénat, in uincula conijcit, & in Siciliá ablegat, ubi nõ multo pòſt mortem obijt. Auetinus li. 7. Andreas ſecundus Vngarorũ rex ad ſacrũ bellum iturus, ſummam rerũ Bancbano demádat. Cũq; Gertrudis coniũx regis abſentiá moleſtiua ferret, eius frater, ut eá conſolaretur, ex Germania aduenit. Is deperit Bancbani uxoré: quod cũ regina animaduertiſſet, ut eius turpi cõſuetudine frui, ſuáq; explere libidiné liceret, nõ exiguá nauauit operá. Ac cùm arte nihil poſſet, ui eá adoritur, & uitiũ offert. Rei indignitate cõmotus Bancbanus, reginá cõfodit, moxq; ad ipſum regẽ Cõſtantinopoli morá trahenté properat, ac re ordine ut geſta erat expoſita, ſimul gladiũ, quo cędé perpetrarat, offert: Si peccaui, inquiés, eodé me repentè gladio cõfice. Sed ſi iure id factũ cenſes, me nunc abſolue, ne fruſtra iuſtitia fretus huc acceſſiſſe uidear. Rex, ut domũ redeat, ac delegatũ munus fideliter gerat, iubet, ſe expedito bello ré iudicaturũ. Cæterùm tum in iudiciũ uocatus Bancbanus, cũ reginæ culpa ſtuprũ coniugi illatũ probaſſet, abſoluitur à rege, & in exemplũ ſeruádæ pudicitiæ, ipſa iure cæſa iudicatur. Bonfinius lib. 7. decad. 2. D. Ludouicus, ſi Magiſtratus

contra ſuũ officiũ feciſſent, de illis ipſe cauſa cognita ſtatuebat, ut quiſq; meritus fuerat, alios ære multabat, alios in Syriá militatũ ad certũ tẽpus ablegabat: qui diuino nomine ad periuriũ uel execrationes abuſi fuerant, eorum fronti candente lamina notam inurebat. Æmilius lib. 7.

Theodoricũ comitẽ de Euerſtein, cum præter fidẽ datam Gottingẽſem agrũ ope Moguntini præſulis uaſtaſſet, Albertus Brũſuicenſis dux p pedes trabi, quæ in loco publica erecta erat, appẽdi iuſſit, ut exquiſito cruciatu uitá finiret, qui execrabile ſcelus in dominũ ſuũ cõmiſiſſet, ut loquitur Crãzius li. 8. Saxoniæ, cap. 21. Leolini Vuallorũ principis ſeditioſi caput Edmundus rex turris cuiuſdã faſtigio Londini affixit. Polidorus li. 17. Leſcus Albus princeps Cracouienſis, nullũ facta pace cũ Ruſsis, quoad uixit, bellũ geſsit, pace & ocio impenſius delectatus. In pace uerò iuſtè, clemẽter & moderatè principatum adminiſtrauit, ædificia partim collapſa inſtaurauit, partim noua excitauit. Obibat aũt cũctas regiones ditioni ſuæ ſubiectas, cauſasq; & cõtrouerſias hominũ omnibus in locis ipſe pcognoſcebat: in ſontes, & maximè in ſycophantas ſiue calũniatores animaduertebat: oppreſſos potentiorũ iniurijs uindicabat. Cromerus lib. 7.

Diſciplinæ cura. Ioãnes Ducas orientis Imperator, cũ uideret Romanas diuitias in pegrinas ac ſumptuoſas ueſtes, ſericas, Aſſyrias, Babylonias atq; Italicas, uario ac ſolerti officio cõfectas effundi, decreto ſanxit, ne quis ſubditorũ ijs uteretur: niſi ipſe, quiſquis eſſet, cũ omni familia in ordinẽ cogi ac notari ignominia uellet: ſed ijs cõtenti eſſent, quas Romanæ prouinciæ manus pręberẽt. Gregoras li. 2. hiſt. Rom. Idẽ ſuo ſtudio curabat, ut iuſtitia & ęquitas in urbibus florerent, auaritia uerò & rapinæ probiberẽtur. Ibidẽ. Pandulphus ſenator Romanus, frater Honorij quarti põtificis, tantæ iuſtitiæ & ſeueritatis eſt habitus, ut quoties Romani ciues purgare urbẽ latronibus, ſicarijs, furibus, parricidis uellent (quorũ tũ in ſolo Romano magna copia ob ſeditiones ciuiũ erat) nõ aliũ ſenatorẽ, quàm Pandulphũ expoſcerẽt. Is etſi podagra & chiragra uexabatur, nõ tamẽ animi magnitudine & conſtantia à bene ualentibus ſuperabatur. Plauns.

Alexander tertius, Scotorũ rex, in quatuor anni tẽporibus quatuor regni ſui plagas uiſitare ſolebat, pauperum & iuſtitiæ cauſas audiendo, ſingulis opportunũ remedium ſecundũ rei exigentiá exhibens. Iohannes Maior de geſtis Scotorum lib. 4. cap. 12. Henricus tertius rex Angliæ, ut cõmuni utilitati in re aliqua cõſulere, ſeruire, prouidere uideretur, pondera ac menſuras correxit. Polydorus lib. 16.

Blaſphemi pœna. Cũ Ludouicus diuus Francorũ rex palatio ſuo egreſſus audiſſet blaſphemum quendam Dei nomine turpiter abuti, candenti ferro labra peierantis inurere iubet. Ganguin. lib. 7.

Pietas erga parentes. Alexander Scotorũ rex matri uiduæ, caſtella, oppida, campos, paſcua & lacus, & multa pręterea, pro ſuo libitu adſignat, unde uitę ſubſidia, quę reginæ uiduæ ſatis eſſent, haberet. Hector Boetius lib. 13.

Cura & inſtitutio liberorũ. Blancha Galliæ regina, ut Ludouicus filius erudiretur magnã adhibuit curam, ita ut uigili ſtudio elaboraret Chriſtianis illũ inſtituris, pręclarisq; morib. educari, deputaris ad id negociũ religioſis hominibus, ordinis pręcipuè Prædicatorũ atq; Minorũ. Rober. Gág. l. 7.

Studiũ pacis. Rodulphus Imperator, cũ durũ cũ abbate S. Galli gereret bellũ, illiq; accreuiſſent duo ingẽtia bella alia, paucis comitatus & inermis in monaſteriũ S. Galli ſpontè (dum Abbas cœnaret) uenit, mẽſæq; aſſedit, inter cœnandũ illi cõciliatus, adeò ut ei auxilia cõtra hoſtes ſuos polliceretur. Cuſpinianus de Imperatoribus.

Amicitiæ. Conſuetudo eſt, maximè in Frácia, q cũ peregrini uadunt uel redeunt, amici eorũ proſequũtur eos cum organis muſicis. Hác etiá conſuetudinẽ uidẽtur habuiſſe antiquitùs, ſecundũ qđ Labã dixit ad Iacob, Gen. 31. Quare fugiſti, nec indicare uoluiſti, ut proſequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & cytharis, &c. Hugo in Pſal. 67.

Coniugiũ, caſtitas. Balduinus Imperator erat uir pius & modeſtus, ne impudicè quidẽ aſpectu mulierẽ intuitus, quãdiu à ſua cõiuge abfuerat: uacabat diuinis laudibus, neceſsitatibus cõflictãtes ſubleuabat, ſuæ ſentẽtiæ aduerſantes æquo animo audiebat. Et quod maximũ eſt, bis qualibet hebdomade ueſperi proclamari iubebat, ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienã mulierem attigiſſet. Nicetas Choniata.

Parſimonia. Rodulphus Imper. ſeuerus fuit iuſtitię executor, pacis ſtudioſiſsimus: humilitate, quæ nobilitatis comes eſt, mira præditus. ideo in una profectionũ, thorace ſarcito uſus, & cõſpicuus fuit, ut exẽplũ præberet, ne ſuos huius parſimonię puderet. Et cũ ſemel caſtrametaretur, ueſùm illi & exercitui deeſſet uictus, acceſsit ad agrũ rapis conſitũ, & cœpit euellere rapam ac comedere. Cũ alij uiderent Imperatorẽ hoc uili cibo famẽ pellere, euulſerũt & ipſi, & uorarunt. Paralipomena Vrſpergẽſis.

Eleemoſynæ. Cũſtruxit in Marſpurg S. Eliſabeth hoſpitale, in quu omnis generis infirmus fouit & aluit. Chrouic. manuſcriptũ. De S. Luduuico Fráciæ rege traditur & illud pietatis exemplũ, cũ 300. milites à Sarraceno captus è ſuis ipſe redimeret, ac ꝑ huſtis perfidiá luminib. puſtea priuatos animaduerterer, tutidé cellas Pariſijs extruédas curauit, ubi ex uectigali aſsignatu ꝑpetuò alerétur, quod adhuc xeuodochiũ durat. Volaterran. li. 3. Geographiæ, Ganguin. li. 7. Ioanna Philippi Pulchri regis Fráciæ uxor, Muſæũ, qđ Nauarræ dicitur, extruxit locupletauitq́; ad ſchulaſticorum tenuitaté ſuſtentandá. Paulus Æmil. lib. 8. de reb. geſtis Francorũ. Anno 1286. Tilius.

EXEMPLA VITIORVM CONTRA *primam tabulam.*

Idululatria & ſupſtitiu. Philippus Auguſtus rex Fráciæ addidit ad Dionyſianorũ monachurũ numerũ triginta cœnobitas, qui perpetuò ré diuiná pru ſe, Deo exuluerét. Ganguin. li. 6. de rebus Francurũ. Puſt hæc Eliſabeth Vngarica in D. Fráciſci ſe religiuné aſſeruit: cũ contéptũ humiléq́; habitũ, Veneto pannu conſutũ ſubiuiſſet, mirá in ea religiune humilitaté prætulit. Cumulus huiuſce miſeriæ, quũ ad Andreæ regis aures peruenisset, quamprimũ filiá miſertus, è proceribus unũ ad eam miſit, ut in paterná regiá deduceret: quod ille pruſectus uullo mudo exurare potuit. Inſtániſsimè Deũ quuridie urare ſulitá phibét, ut humanarũ rerũ, & imprimis liberorũ cũtemptũ, ité cũtumeliarũ patienttiá, & cũſtantiá miſeriarũ inſpiraret, quo expeditius tuto curde ac auimu Saluatorem ſuũ colerat & amaret, nihilq́; diuina charitate duceret antiquius. Sáctimoniç ſuç prçceptoré, Córadũ, uirũ ea tempeſtate religiuſiſsimũ, habuit. In ſanctimonialiũ cœnubiu, non modò nendu laná & texédu uitá humilé traxit, uerũetiá ſordidiſsima queq; minisſteria in humilitatis ubſeruantiá exercuit. Quin etiá id ſæpe dicere ſolitá ferunt, deſpectiuré ſi inuenire puſſet, ſe uitá optare, ut Deo placeret. Id tandá uitæ ſanctitate, & conté plationis uehemétia cunſecutá affirmant, ut ſe cœlũ apertũ uidiſſe, ſereniſsimũ cũſoláris Dei uultũ ſuſpexiſſe, fuiſſe cũ ea locutũ, & arcana multa ſpectaſſe, exorata quandoq; fateretur. Et cũ prætextatũ ſpéctaſſet adulſcenté, mux percótata, an'ne uratione ſua, ad ineundũ ſalubriuré uiuendi mudũ adiuuari uellet? Quũ ille uolũtati precas adieciſſet, ſic pro eius ſalute Deũ exurauit, ut diuinu ſtatim ardore ſe correptũ intelligeret: quinquies mille argéti pódo, qđ pro dote ſuſceperat, partim in pius pauperũ uſus erugauit, partim in hoſpitalis diuerſurij ædificationé impédit, qđ in Marcburgo adhuc uppido ſpectare licet. Vbi ipſam pleriq; memurát pientiſsima ægrutis miniſteria præſtitiſſe, lauaſſe pedes, tabifica ulcera curaſſe, ſubiuiſſe ſçpe fulloniç uſficiũ, & languétib. calceos exuiſſe, ité quotidie ſordida uerriſſe pauiméta, ſtrauiſſe lectos, & nulla charitatis ufficia phorruiſſe. Inter hæc ſæpe cũ ancillis gratulabũda dicere, O' quá bene nobiſcũ agitur, qñ Dñm noſtrũ ſic lauamus & tegimus. Ité laná turquere, dũ illi quieſcerét, & quæſtũ hinc factũ in calamituſus diuidere. Bunfin. li. 7. decad. 2. rerũ Vngaricarũ. Cóſueuerat rex Rudolphus ſemp feria ſexta, quæ dies eſt Veneris, paſsioni Chriſti dicatus, cũ huſte manus cũſerere: ná S. Crucé religiuſiſsimè uenerabatur. Votũ itaq; Deu fecit, ſi uictoria potiretur, ſeſe in hunuré S. Crucis nouũ fundaturũ atq; extructurũ cœnobium, &c. Rex uutũ ſoluit uictoria potitus cũ tra Ottucarũ regé Bohemiæ, ac in Tulna Auſtriç uppido cœnubiũ munialiũ, qđ hodie durat, extrui in honuré S. Crucis fecit, dunarijsq́; ac cenſibus dotauit, anno Chriſti 1280. Cuſpinianus de Imperaturib. Præmislaus dux maioris Puluniæ, uſqueadeò addictus fuit religiuni & cultui diuino, ut per tépus quadragenarij ieiunij ciliciña ueſte ſup nudũ corpus, & uinó diluto admodũ, aut inſipidiori cereuiſia uteretur. Nocturnis téporibus, cũ durmire putabatur, prulixæ precatiuni uacabat. Purrò qua die cœná Chriſti ultimá anniuerſariu ritu recolimus & reprçſentamus, duudecim pauperũ pedes reuarenter abluere, extersſusq́; deuſculári, & pauperes ipſos ueſtire quotánis ſolitus eſt. Cromerus li. 9. Ludouicus Ládgrauius Thuringiæ, S. Elizabethæ maritus, uxoris monitis ac precib. excitatus, diuini cultus ardure Hieroſulymá pegrè ꝓfectus, in ſancta religiune dié clauſit. Bunfin. decad. 2. li. 7. Cũradus & Bertholdus filij Eginonis cumitis de Vrsch, in periculo captiuitatis cũſtituti, ambu Deo repromiſerũt, q̃ ſi eſſent liberati, ad monachicá uitá ſe cũferrent: id quod etiá fecerunt. Chron. Vrſpergéſis. Multi adhuc hudie deferũt cartulas, in quib. ſcripta eſt epiſtola, quá detulit angelus Domini Agaro regi. Quidá nomina Hebraica, quidá partem Euangelij ſcribunt & alligát circa collum. Hugo Cardinalis in 23. cap. Matth.

Blaſphemiæ. Vbi ad regé Angliæ Iohanné perlatũ eſt, ſuũ exercitũ à Philippo Fráco ad puuté Bouinũ cæſum, tantũ ei muleſtiæ aſperſit, ut primò totũ dié nihil cibi capiens, è uita per inediá diſcedere cuperet: deinde præ iracũdia, triſtitia animi in furoré uerſa, nullis uerborũ cõtumelijs parce-

ter, paláq; uociferaretur, nõ poſſe quicquá ſibi bene cadere, poſtquá cũ Deo & Romano pontifice in gratiá rediſſet: id quod cũ ſæpius repeteret, exijt in uulgus non illepidum, incerto autore, dictũ, Ideo nihil ſecundi Iohanni ſuccedit, quia neq; Deo neque hominibus reconciliatus eſt. Polydorus lib. 15. De æmulo Rodulphi Imperatoris Caſtulonenſi Alphonſo dictum illud ſceleratum fertur, Si à principio creationis interfuiſſet conſilio Dei, quòd nonnulla melius ordinatiusq; diſpoſuiſſet. Baſilius Iohannes Herolt continuatæ hiſtoriæ belli ſacri lib. 5. cap. 1.

EXEMPLA VITIORVM CONtra ſecundam tabulam.

Aſtorgia. Heduigis Henrici Barbati Vratiſlauienſis ducis coniũx, in Trebnicẽſi degens monaſterio, maritũ ægrotũ neq; inuiſere, néq; mortui funus deducere, aut obuiam ei prodire uoluit, ne ſcilicet rerũ humanarũ commercio animus eius à diuinis auocaretur. Quinetiá cęteris, uiris iuxtà ac mulieribus plangentib. & lamentantibus, ſola moderatè coiunctiſsimi mariti mortẽ tulit, impiũ eſſe uoluntati diuinæ aduerſari, dictitans. Ac ne uiuentẽ quidem illũ ſæpe adijt, niſi fortè ut egenis & iniuria affectis opitularetur. Communi enim conſenſu totos ferè triginta annos diſiuncti & cõtinentes uixere. Cromerus lib. 8. de Polonis. Michael Palæologus Ioannem uerũ Imperij hæredẽ excæcat. Gregoras lib. 4. Maria uxor Ludouici Palatini, quæ cũ Eliſabetha regina Siciliç Vuerdeç habitabat, binas literas, uno quidẽ annulo, diuerſa tamen cęra, atra, rubra, obſignatas, illas marito, alteras Henrico Ruchoni Decurioni equeſtri, ſecreta quæpiá cõtinentes mitrit. Atq; is q epiſtolas detulit, errore ſeductus rubra cæra complicatas Ludouico tradit. Qui lectis literis, amatoria agi ſuſpicatus, cõfeſtim paucis comitatus, diſsimulata re, relicto apud Rhenũ exercitu, nemine ſalutato, quàm maximis poteſt itineribus ad uxorẽ diu noctuq; properãs, ſubitò ac inſperatò adeſt. Mox iracundia percitus, nec prece nec lachrymis ſororis reginæ mouetur, abſq; cunctatione coniugẽ indicta cauſa adulterij condemnat, ſecuri percuti iubet. Poſtea ueluti conſciam, Helicá uirginẽ Prennebergenſem cultello confodit: fœminam admodum nobilem, cuius nomen non traditur, quam gynæceo præfecerat, de turri præcipitari imperat. Proditorem, qui iſthæc ad ſe detulit, primũ ferro necauit. Facta hæc cædes in Sueuia Vuerdeç in arce 15. Calend. Feb. anno Chriſti 1256. Auẽtinus li. 7. Annaliũ Boiorum, Chron. de ducibus Bauariæ. Anno Domini 1234. Fridericus comes de Phirrith in captiuitate poſitus à ꝓprio filio ſuo crudeliter occiſus eſt poſt longam carceris inediá. Chron. Hirſaug. Aquinus Noruegiæ rex, cũ diu trãquillitate fruitus eſſet, in eá incidit fortunã, ut in chariſsimũ omni genere animantiũ, proprij corporis pignus deſęuiret. Siue capitis mania, quę regibus nonnunquá incidit: ſiue culpa adoleſcentis (res enim in obſcuro eſt, malè à maiorib. tradita) unicũ filiũ interemit. Nec cõtentus ſęuitia, quendá etiá ex ducibus regni ſui propioribus, filio cõiunxit pereũti. Erat aũt tunc annus Chriſti quadrageſimus, & circiter, poſt mille ducentos. Cranzius lib. 5. cap. 14. Noruegiæ. Anno 1252. Ericus Danorũ rex à fratre ſuo Abel auiditate regnandi interimitur. Ptolomæus Lucenſis in Rudimẽto nouitiorum, Cranzius lib. 5. cap. 23. Sueciæ.

Filiorũ inobediẽtia. Burcuinus tertius princeps Roſtochienſis, in ætate prouecta cæcus degebat. Filij illũ Ericus & Hẽricus cæcitate percuſſum contẽpſere, nõ abſtinẽtes iniurijs: quapropter iuxta Scripturę cõminationẽ nõ erát lõgæui ſuper terrá, mortui ſine prole. Cranz. li. 7. cap. 36. Vandaliæ.

Cupiditas uindictæ. Ioánes Angliæ rex ſuis multò infeſtior, ut pari incõmodo nõ nullos populos afficerẽt, q. ſe ut impiũ denunciatũ in Scotiá ſequi negaſſent, nouũ genus uaſtationis excogitauit: cũ enim iá inſtaret finis menſis Iulij, quádo in Anglia frumenta matureſcere incipiũt, omnia ſepta quib. cerui ac damæ cũ primis cõtinentur, ſepimentis nudari, atq; foſſas circũductas oppleri iuſsiſſe fertur, quo ipſæ feræ latè currẽtes frugũ dulcedine allectę arua depaſcerentur. Propter quod flagitiũ agricolæ paſsim uociferantes, omnibus precibus regẽ execrati ſunt, cũ aliter ulciſci nõ licuiſſet: nam feras ipſas occidere, capitale propè erat. Polydor. li. 15. de Anglis.

Tyránis & crudelitas. Crudelitatis Vuallos arguit Polydorus, q. in bellis nõ ſexui, nec ætati parcát. li. 17. Ecelinus in ſubigẽdis nobiliſsimis urbibus Italiæ, tanta dicitur crudelitate uſus, ut nobiliſsimorũ hominũ, quos crudeliter inſectatus eſt, alios luminibus priuarit, his manus, illis nares & aures pręciderit, horũ filijs uirilia ademta, uirgines corruptæ, matronis mammæ mutilatæ, prægnantibus exectus uterus, flammisq; conſumptus partus. Sabellicus tomo 2. Ennead. 9. li. 6. Veroná uerò idẽ ingreſſus cũ copijs, duodecim millia Patauinos, nõ quidẽ gregarios milites, aut diuerſi generis mercede cõductos, ſed ciues, & maiori parte optimates, & equites diuerſis cruciatib. interfecit. Blondus li. 8. decad. 2. Henricus Balduini frater per uim

Aprum

Aprum ingreſſus, ciues inclementer tractatos occidi iubet. Multi uincti lequeis per urbes & pagos circumducebantur, ut emendicatā pecunia ſe à uictoribus redimerent. In ea circumductione ſi qui aut morbis oppreſsi, aut uiæ longitudine fatigati deficiebant, lexato colli uinculo, non ut Chriſti ſui expirare ſinebantur, & naturali morte obire, ſed gladijs obtruncabantur aut confodiebantur. Nicetas Choniate. Tempore Martini quarti papæ, paulò poſt captum piſcem marinum in ſimilitudine leonis Panormiteni in regno Siciliæ, ſuccenſá rabie, omnes Gallicos qui ibi morabantur, tam mares quàm fœminas, ſenes & iuuenes in Petri Arragoniæ regis contemptum occiderunt. Et quod fuit deteſtabilius, aperientes latus mulierum Latinarum prægnantiū, quæ dicebantur à Gallicis concepiſſe, partus earū occidebāt antequam naſceretur. Continuetor Chron. Martini Capellani. In odium Ottocari regis Bohemiæ (cui Margarita Leopoldi ducis Auſtrię filia, priore marito defuncto, nupſerat) Vngari uniuerſam Auſtriā rapinis & incendijs deuaſtarunt; maxima ædita ſtrage, qua centum milia hominum feruntur occiſa, qui partim cruci effixi, partim ſagittis crudeliter iaculati, partim enſe cæſi, partim ædibus incluſi igne ebſumpti ſunt. Nulla enim fœditate Hungari abſtinuerunt, ut ſæuitiæ ſuæ ſatisfieret. Nec ſexui ulli pepercerunt, proſtitutis & uirginibus & uiduis ac coniugibus. Iohennes Cuſpinianus de Imperetoribus. Hugolinum Piſanum Comitem, factionis Gibellinæ ea in urbe principem, anno 1291, Guelphi Piſani auxilio archiepiſcopi, qui cum eo uetuſtiſsimas gerebet inimicirias, cum omni domo & familia ceperunt: & cauſa indicta eum cum ingenti furore in quadā turri incluſerunt: ubi liberos & nepotes, ac omnem ſuam familiem, & demum ipſum inedia conſumere permiſerunt: propter quod turris illa ab illo & deincepe uſq; in præſentem diem Famelica turris eſt eppellata. Bergomenſis lib. 13.

Adulteriū. Cōrediuus Cōradi filius apud Beneuentum ſuperatus à Carolo rege Siciliæ, in Auſtriem profugit ignotus, ubi demum captus atque ſecuri percuſſus eſt: quod ei diuina factum eſt ultione. Is enim uxorem formoſiſsimam comitis Caſertani eius fidiſsimi ducis adamarat, qua ut potiretur, uirum honoris ſpecie ablegauerat: ille facinore comperto mœſtus ac furibundus clàm ad Carolum uenit, ſeſeque exercitum illi proditurū pollicetur, quod & facit, unde ſupradicta calamitas ſubſecuta. Volaterrenus lib. 23. Anthropologię.

Otto quertus Briſacū uenit, ut Friderico ſecundo iter interciperet. Sed cum ſui militee uxores ciuium & filias conſtuprerēt, orto tumultu, & ipſe & ſui oppido eſt deturbatus, amiſsis pluribus nobilibus. Cuſpinianus de Imperatoribus. Manfredum ex Blanca cōcubina genuit Fridericus Imperator. Cuſpinianus.

Diuortiū. Ottocarus Bohemus, repudiata non iuſtis de cauſis Margarethe Auſtriaca, neptem Belæ Vngerorum regis uxorē duxit. Nauclerus generat. 42. Alexius Ducas Imperator duas iuuēculas uxores, homo à pubertate libidinoſus & ſalax, per iniuriā repudiauit. Nicetas. Iohānes rex Angliæ filiam Guilhelmi comitis Clendiocoſtrię, quam in matrimonio habebat, repudiauit, propinquitatem tunc demum cauſatus: filiamque unicam comitis Engoliſmenſis, deſponſam iam Hugoni comiti Marchiæ, patrique in opes ſucceſſurem, ſibi iunxit. Paulus Æmylius libro ſexto.

Superbie. Vxor Caroli regis Siciliæ, ut nomen tam cupidè quęſitum retiueret, omnem mundum ſuum diſtraxit ad alendum militem. Peulus Æmylius libro ſeptimo.

Auaricia, rapinæ. Erent in Iohanne Anglorum rege multa uicia, ſed ferè eorum omnium fons ac fomentum auaricia. Humana enim ac diuina cuncta, ubi emolumenti ac rerum aliquid auferri potuit, cōtempſit. Nam cuicunque pater aut mater aut quiuis, cuius iure hæres eſſe deberet, mortuus eſſet: non prius ſuccedere in bonis is potuit, quèm pro megnitudine hæreditatis illa ab rege redemiſſet. Filias autem familiās nobiliores, non perentū, ſed ſue uoluntate, accepto prius precio, elocauit. Ab epiſcopis & cœnobiarchis annuas exigebet penſiones, quod in prophenorum agris fieri conſueuit, ſi ſeruitutis aliquo genere obnoxij eſſent. Quòd ſi qui Eccleſiarum aut cœnobiorum antiſtites uita exceſſerant, reditus ſtatim ſacrorum locorum occupauit omnes, donec nouus electus & conſecretus eſſet præſes. Hector Boetius libro 13. Hiſtoriæ Scotorum. Erant & aliæ cauſæ, quæ bonos etiam uiros non paucos inſeuſiores Boleslao Pudico Cracouienſi duci redderent, nimirum quòd is indulgentia aut negligentia quadam, calumniis in iudicijs regnare patiebatur, quibus implicati ſimpliciores, multi graues mulctae expendere cogebantur, multi patrimonijs exuebantur. Neque uerò uſquequaque incorruptus iudex ferebatur eſſe Boleslaus. Ad hæc autem onerofus erat nobilitati, propter crebrae uenationes, eo quòd

& canes principis alere, & equos atq; ſubnectiones ipſi præbere, omnibus paſsim, quacunq; iter faciebat, neceſſe erat. Martinus Cromerus lib. 9. rerum Polonicarum. Hodie fit, quando parentes uident aliquẽ ſuorum audire Theologiam, dicunt quòd inſanit & ſtultus eſt: uellent enim potius, quòd audirent lucratiuas ſententias, nec curarent, ſi animam perderent, dum ditarent parentes. Hugo in 3. cap. Marci.

Imposturæ. Anno Domini 1292. inuentus eſt, qui ſe diceret Fridericum ſecundum, quem Fridericum Holſtuch quidam dixère, alij Tile Kolnp cognominant, qui ſe diceret clam ſuis ſubduxiſſe, faſtidio rerum, ut quietior uiueret, & mortuum ſubdidiſſe, quem pro ſe uulgus hominum tumulaſſet, paucis conſcijs conſilij ſui, ſe per annos triginta peregrinatum, nunc reuiſere terras Imperij. Tanta proferebat ſecretorum indicia, ut quibuſdam fidem faceret, præſertim Landgrauijs Thuringiæ. Rudolphus Imperator, cum ueritatem in ea re compertam haberet, confeſsionem falſitatis expreſsit quæſtionibus. Fatebatur enim, aliquando ſe in Cæſaris curia ſeruiuiſſe, inde præcognita ſibi quę narraret, ut Albertus Cranzius in Saxonia & Vandalia refert. Tandem ficticius Fridericus cõbuſtus fuit, iuſſu Rodulphi. Chronicon Vuormacienſe habet, quòd ſit combuſtus cum duobus complicibus in Frideberg. Et quia Colmaria hunc impoſtorem admiſerat, oppugnatur à Rodolpho: ſed datis quatuor mille auri marcis, recipiuntur rurſus in gratiam. Paralipomena Vrſpergenſis. Anno 1225. talis exortus nebulo, Flandriam omnem Hannoniamq; perturbauit. Venit peregrino primùm habitu, ac promiſſa barba, ex ſylua, ut eſt tandem cognitum, Glaucona prope Valentianas, ubi heremitam aliquandiu egerat. Hic ſe auſus mentiri Balduinum Auguſtum Iohannæ patrem, apud uulgus nunquam non mobile, ac imperitæ multitudini fidem de ſe fecit, eo quòd ſtatura corporis lineamentisq; haud admodum malè Balduinum referret. Confluente ad eum tumultuaria manu, Iohannam principem tantæ temeritati fortiter obſiſtentem fugauit, nihilq; propius fuit, quàm ut Querceri eam ceperit. Caſtrilocum fugere coacta, Ludouici regis propinqui ſui implorauit opem. Vocatus publica fide à rege, ibat Compendium, haud exiguum trahens comitatum, toga ueſtitus rubra, albamq; dextra gerens uirgam. Eo loci ab Epiſcopo Bellouacorum publicè interrogatus, primùm quo loco in uerba iuraſſet Philippi regis: iterum, abs quo atq; ubi baltheo eſſet inſignitus: tertiò, ubi loci ac quo die celebraſſet ſponſalia cum Maria Campana. hærens æſtuansq; primùm obmutuit, deinde tridui petijt ſpacium ad reſpondendum. Ob hæc aliaq; huiuſmodi pro impoſtore habitus, & fide qua uenerat ab rege dimiſſus, redijt Valentianas, deſertusq; ab omnibus, clam fugit in Burgundiam, quẽ captum ibi Erardus Caſtenacus clarus eques quadringentis marcis argenti Ioannæ uendidit. Tum ſe aperire coactus, fatetur ſuam audaciam, ac Bertrandum ſe uocari dicit, cognomento de Rayna, natione Campanum. Traduxit eum Iohanna per omnia oppida Flandriæ & Hanoniæ, cauſaq; eius Inſulæ in iudicio cognita, patibulo ſtrangulauit. ita dignas tantæ audaciæ luit pœnas. Vulgus tamen Iohannam ſuſpendiſſe patrem ſuum fabulabatur, eumque tam fœdum de cordatiſsima principe in hanc noſtram memoriam tranſmiſit rumorem. Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

Sacrilegium. Erat per continua bella iam uacuum ærarium regium (de Edouardo Anglo loquitur) quod malum Guilhelmus Marchianus quæſtor unus omnium alieno detrimento ſanandum ſtatuit. Is enim nouerat cum in cœnobijs, tum in templis pecunias eſſe depoſitas, quas ſibi iuberet tolli, non utiq; ſe ſcelus, ſed operæprecium facturum ducebat, ſi pecunia promeretur foras, ad uſum populi, perinde quaſi omnia eſſent communia, quo ſic pecuniam militi ſuppeditaret, præſentemque curaret inopiam. Itaq; præfecti militum, quibus ille ſacrilegij patrandi negocium dederat, diſpoſitis paſsim per regnũ militibus, uno tempore, quicquid pecuniarum in locis ſacris reconditum fuerat, omnibus ueſtigijs indagatum ad Edouardum adferunt, gemente paſsim populo, quòd princeps non putaret manum abſtinendam à pecunijs, quibus ſacræ ædes reficiendę eſſent. Rex autem pecunię egenarem diſsimulauit, ac nequaquam ea præda contentus, habito non multo pòſt concilio, poſtquam inuidiæ declinandæ cauſa excuſauerat illud ſui quæſtoris factum, bene multis uerbis ſignificauit, quàm infiniti ſumptus in nouũ exercitum impenderent, quàm graue immineret bellũ, & quæ pericula pro Repub. ſibi atque prophanis principibus quotidie ſubeunda forent: & quia idem per religionem facere non liceret ſacerdotibus, ideo eos debere pecunia iuuare milites. qui per hęc argumenta illis dimidiam partem omniũ uectigalium ſacerdotiorum unius anni imperandam curauit: ſed ut poſt tot impẽſa onera uideretur in

tur in parte aliqua uellè partibus gratum facere, pollicitus eſt ſe conceſſurum aliquid, ſi modò peterent, quod ex uſu ordinis ſacerdotalis eſſet. Sed cum cuiuſdam legis, quę ſuo ordini plurimū nocebat, abrogarionē peterent, nihil impetrarunt. Polyd.lib.17. Conrsdus regno abdicatus cū Henrico Bauaro omnia quæ epiſcopi Ratiſponēſis dominio ſuberant, igne ferroq; deusſtāt. Deinde ciuitatem ipſam ingreſſi, Henricus dux monaſterium S.Emerani, Conradus antem eccleſiam cathedralem in diuerſorium commutauit: ſicq; ambæ turpirer uiolsntur eccleſiæ, ſolaq; innocētia pro crimine reputata uexabatur. Cōueniuntur deinde monachi monaſterij S.Emerani ſuper bonis cuinſdā Iudæi baptizati, quę nec hsbebant, nec receperāt, atq; ad reſtitutionē impoſsibilem urgebantur. Verùm cū dsre poſtulata minimè poſſenr, dux Henricus extortis monaſterij clauibus, omnem domus & Eccleſiæ ſupellectilem rapuit ac deportari fecit. Igitur quartó Kalend. Ianuarij, intēpeſtæ noctis ſilenrio, nobilis quidā de Hohenfels, epiſcopi Ratiſponenſis miniſteralis, tanti contra Deū & loca ſancta facti iniurij uicem dolens, ac ueluti alter Phinees blsſphemiā in Deum, in ſanctos & Deo dediros homines, ulciſci cupiens, Conradum regē impinm, imò Eccleſiæ hoſtem atq; tyrannum, occultè ſtatuit interficere. Quod fidelis quidā, Fridericus de Eunesheim, regi nimium familiaris & fidelis, dum intellexerat, præcurrēs, ut rex mox ſe abſconderet, ſuaſit, ipſe ſūt ad lectum, ubi rex dormire conſueuerat, ponens, à nobili prædicto cum alijs fermè ſex regis familiaribus occiſus, turpiſsima morte extinctus eſt. atq; rex mortis periculum euadens, craſtina luce populo uniuerſo uiſus, ac eum gaudio deuotiſsimè ueneratus à ciuibus, ne ipſis tanti criminis inſidioſa proditio impingeretur, humiliter regem exorarunt. Verùm tanti in ſe cōmiſsi ſceleris uindictam ulturus, monaſterium S.Emerani rurſus cum duce Henrico ingreditur, ac plura inibi ædificis ſubuertens, funditùs demolitur. Vnde monachi obligatis bibliothecę precioſiſsimis libris, tyrannidem redimere coacti, altare quoddam portarile aureum, pondo marcarum ſeptem & ſexaginta, quod à tempore Henrici quarti extructum, uſq; ad ea tēpora durauerat, diſtrahere compulſi ſunt. Nauclerus generatione 42. uolumine 2. Chronicon de ducibus Bauariæ. Reginaldus Bononiæ comes impius publicè indicatur, quòd ſacram pecuniam expilaſſet, à Philippo Francorum rege principatu dsturbatur. Polydorus lib.15.

Proditionis. Oppidum Vuarne duo Henrici, dux Megapolenſis & princeps Vuandaliæ, occuparunt, fraude clerici, qui clauium formas cera expreſſas tradidit illis. Crsnzius lib.7. Vsndsliæ, capite qnadrsgeſimotertio.

RITVS DEMONSTRANDI *innocentiam.*

FErdinsndus qusrtus rex Hiſpaniæ, cum regnaſſet snnos 15. duosque non obſcuro loco ntos perduellionis reos, ex altiſsima turri pręcipites dsri iuſsiſſet, iiq; conſtanter crimen à ſe amolirētur, nec aliquid profeciſſent, eò confugerunt, ut dicerent, ſe diuinum tribunal sppellare, proindeq; meminerit sd dies triginta iudicio ſiſtere. Mos enim Hiſpanis & Gallis eſt, ut qui ſibi iniuriam fieri qneritur, adnerſarium moneat, ut ad certam diem coram ſnperiore compareat. Itaque Ferdinsndus sdueniente trigeſimo die, cum dormire crederetur, in fatā corruit. Michael Ritius lib.3. de reg. Hiſpsn. Honorins tertins inhibuit csndentis ferri & aquæ frigidæ, & omnium ſimilium, inq; electionibus uſum ſórtis. Chron. Æditui.

RITVS INAVGVRANDI *Imperatores.*

VLtrà progrediens Otto cum exercitu, Romsm tandem peruenit, ubi óccurrente ſibi papa Innocentio rertio cum uniuerſo clero & populo ciuitatis, magno honore ad eccleſiā S.Petri deductus, ab eodem Imperij corona donatus eſt. Nam uehementer nimis Othonem pontifex uidere cupiebst, cuius partes cōtrs Philippnm tanto tempore, tsmque ſtudioſe, libens perſecutus fuerat, licet magnus hic smor in maius odiū ſiri immutatus. Coronstur aūt sb Innocentio pont. maximo die mēſis Octob. 4. Romæ in baſilica S.Petri Orho rex quartus, licet multi ex parte regis Gallorū Philippi hoc impedire moliretur propter odiū Otthonis, &c. Naucletus uolum.2. genetst.41. Fridericus, ut ad regni faſtigia conſcenderet, conuocato principū regni Germanici conuentu Moguntiæ, illò peruenit: ubi cum principes in unū conueniſſent, Moguntinus archiepiſcopus denuò Fridericum regni Germanici corona inſigniuit: qua obtenta, rex Fridericus in Sueuiam, ſuę gentilitaris regionē, multo ſtipatus milite profiſciſcirur. ubi cū reſediſſet, audita clade qua Otho apud Bouinum ponrē afflictus fuerat, Aquiſgranum nuper urbem obſidione preſſam recepit, ubi Innocentij papæ autoritate regiā denuò de more coronā accepit, atq; ut aliquā Deo, unde omnis poteſtas principaliter datur, animi gratitudinem

nem demonſtraret, cruce ſignatus, uoto ſe tum publicè obligauit ſubſidij Chriſtianis in Aſia degentibus offerẽdi cauſa, ſed & pontifici Romano comitatum de regno Siciliæ Fundanũ perperuò donationis iure à Romana Eccleſia poſsidẽdum. Nauclerus uolum.2.generat.41. Henricus Friderici filius, per Engelbertum Colonienſem Aquiſgrani ſolenni coronatur põpa. Et anno 1227. in eadem ciuitate in conuentu principum, Henrici uxor, filia Lupoldi ducis Auſtriæ, per miniſterium Hẽrici archiepiſcopi Colonienſis in reginam uncta & coronata fuit, atq; in ſede regali iuxta maritum honorificè collocata. Nauclerus uolumine 2.gener.41. Vuilhelmũ comitem Hollandiæ, anno Domini 1249. in feſto omnium ſanctorũ Aquiſgrani per duos epiſcopos, Mindenſem & Monaſterienſem, benedicendum archiepiſcopo Colonienſi in templo præſentatum, duo alij epiſcopi, Traiectenſis & Leodienſis, in modum diaconi dalmatica induerunt, quem archiepiſcopus Conradus cum magna ſolennitate in regem Romanorum unxit & coronauit. Conſecratione autem peracta, idem archiepiſcopus locauit eum in ſedem regni, dicens: Super thronum ſedis glorioſæ ſedeas, & iudicium & iuſticiã in terra facias. Chriſtianus archiepiſcopus Moguntinus cum oleo ſanctificato dexteram eius foris inunxit, dicens: Conſecrare te dignetur omnipotẽs Deus in regem Romanorum, qui Dauid per manum Samuelis prophetæ inungi iuſsit ſuper populum Hebræorũ. Arnoldus archiepiſcopus Treuirorum manus ſuper caput eius impoſuit, dicens: Deſcendat ſuper te ſpiritus ſapientiæ, intelligentiæ, ſcientiæ, pietatis, fortitudinis & conſilij, repleariſque ſpiritu timoris Domini. Ludouicus comes Palatinus Rheni, archidapifer regni, globum aureum in manus illius poſuit, dicens: Accipe globum ſphæricum, ut omnes terræ nationes Romano Imperio ſubijcias, & Auguſtus glorioſus appellari ualeas. Marchio Brandenburgenſis, Camerarius regni, annulum in manum tradidit, dicens: Accipe ſignaculum Monarchiæ, ut Romanum Imperium in ſuo uigore conſerues, & inuicta uirtute ab omni barbarorum incurſu defendas. Dux Saxoniæ regis enſifer gladiũ ei dedit, dicẽs: Accipe ſceptrum regium, ut rebelles ſeuera correptione potenter affligas, omneſq; beneuolos in tranquilla pace gubernes. Rex autem Bohemiæ pincerna Imperij, de conſenſu archiepiſcopi Colonienſis, coronam argenteam capiti regis impoſuit, dicens: Accipe diadema ſplendidum, ut ſis uirtuoſis actionibus adeò coruſcus in terris, quatenus merearis coronam æternæ felicitatis habere in cœlis: Amen. Chronicon Hirſaugienſe. Rodolphus Imperator Aquiſgrani coronatur ſolitis ceremonijs. Sed cum iuramentũ à principibus exigeret, aliqui abſentiam quorundã cauſati recuſarunt. Tum accepto crucis ſigno, dixiſſe fertur: Ecce ſignum, in quo ſaluatus eſt mundus, hoc ſceptri loco utemur. Moti hac re principes, crucem exoſculati, fidelitatis iuramentum pręſtirerũt, auxilia contra rebelles, & qui Imperij loca ſibi uiolenter uſurparent, promittentes. Iohannes Cuſpinianus. Et Cranzius ait: Cũ breui Romanorum rex Rodulphus poſt factam de ſe electionem in Bopardia urbe Rheni permaneret, lancea Imperialis Dominica, cum corona, illi præſentatur, qua non longè pòſt Aquiſgrani ſolenniter coronatur, quod nulli regum à memoria D. Caroli fertur contigiſſe. Nam ibi argenteã ex conſtitutione ſolet accipere coronam. In Saxonia lib.8.cap.30.

Cum Andronicus inſignibus Imperij à patre Michaele Palæologo ornaretur, ipſe patri iurat, ſe Dei Eccleſiam piè ueneraturũ, eiuſq; priuilegia modis omnibus culturum, & inuiolata conſeruaturum eſſe: poſtea, ſe uitam & Imperium patris ſui expertem inſidiarum uſque ad eius obitum pro uirili conſeruaturum. His peractis, omnis Romanus populus uſitatum iuſiurandum Andronico nouo Imperatori dedit. Patriarcha uerò & collegium ſacerdotum iuſiurandum ſuum præſcriptum, in ſacros codices retulerunt: ſe & ſucceſſores ſuos, eius Imperio non eſſe inſidiaturos, profitentes. Pater autem permiſit, edictis ſubſcribere rubris literis, cęterùm ſine mẽſe & indictione: ſed, Andronicus Chriſti gratia Imperator Romanorum. Gregoras lib.4.

AT REGES.

Iohannes Anglorũ rex factus, promittit ſe primùm ſummæ habiturũ curæ cuncta quæ ad religionem pertinerent, deinde leges emẽdaturum, ac poſtremò ius unicuiq; ſanctè redditurũ. Polydorus lib.15.

Cum Andreas ſecundus rex Vngariæ exceſsiſſet rebus humanis, Bela filius natu maior ab Vngaris omnibus rex ſalutatus, comitijs regalibus ritè habitis, pridie Idus Octobris, Albæ in æde Petri, quam ipſe dicarat, ex more coronatur. Bonfinius libro octauo decad.2. Et Colomannus Andreæ regis Vngarorum filius, Halicenſem principatum adeptus eſt, à Ruſsis expetitus. Veniens autem Halicium cum magnis copijs, ab epiſcopis,

quos

quos in ſuo comitatu habebat, ſolenni põpa inunctus, coronatus, & rex Galicię ſiue Haliciæ appellatus eſt: quod iam inde ab initio de ſententia Andreæ patris conſtitutum erat. Cromerus lib. 7.

Anno 1295. Præmislaus Poſnaniæ, rex Poloniæ 26. die Iunij ſolenni ritu inunctus, diadema regium à Iacobo Suinca archiepiſcopo Gneſnenſi accepit, adſtante Iohanne Gerbiſſo Poſnanienſi, Iohanne Romca Vuratislauienſi, Goslao Plocenſi, & Conrado Lubuſſenſi epiſcopis, &c. Cõuentus autem uniuerſus, qui erat frequentiſsimus atque celeberrimus, cum palatinis ac caſtellanis gratulans, fauſta omnia nouo regi acclamauit, & feſtis epulis ludisq; indulſit. Crom. li. 11. rerũ Polonicarũ.

Alexander Vuilhelmi regis Scotiæ filius ſecundus, in patris demortui locum ſucceſſurus, magna nobillum comitatus caterua Sconam uenit: ubi ueteri regum more in lapidea ſedens cathedra, regni gubernacula, impoſita capiti corona, ſuſcepit. Hector Boetius lib. 13. hiſtorię Scotorũ.

Fetuot in Vuenceslai regis Boemiæ coronatione ducenta equitum millia apud Pragã ex regia curia cibos accepiſſe. Nauclerus uolumine 2. generat. 43.

SVPPLICANDI RITVS.

SVmerledus Argadiæ Thanus, filius ſuperioris Sumerledi, qui poſt alteram ſeditionem in crucem à Malcolmo actus erat, patris inſiſtens ueſtigijs à rege defecit, ac uicinas Argadię terras grauibus fœdauit populationib. Sed à comite Marchiatum uictus, in deditionem ea lege uenit, ut ſuſpenſo ex collo laqueo, ſupplex ad regem ueniret. Quod ubi ab eo factum eſt, ueniam ab Alexandro impetrauit. Hector Boetius lib. 13. de Scotis. Bremenſes, ſubmiſsis mediatoribus, obuiam pergũt pontifici Giſelberto uenienti, uiri & fœminæ, nudis pedibus, gratiam repoſcunt, & ueniam facilè impetrant. Cranzius in Metrop. lib. 8. cap. 35.

CAPVT VII.

DE POLITIA ET GVBERnatione *Eccleſiæ.*

DE PERSONIS.

ECCLESIAE miniſtros, tum politicos, tum Eccleſiaſticos homines, Imperatores, Romanos pontifices, clerũ populumq; elegiſſe ac confirmaſſe, ſuperiori capite exemplis ſatis ſuperq; demõſtratum eſt. Nonnullos etiam per uim intruſos, qua maximè Romanos papas uſos legimus, ut Stephani Cantuarienſis hiſtoria teſtatur.

Ipſæ autem perſonæ delectæ & cooptatæ ſunt in numerum epiſcopotum.

Ex nobilibus. Gregorius decimus quendam uicecomitem, ſuum affinem, Mediolanenſem creat epiſcopum. Bergomenſis.

Ex ſacerdotibus. Edmundus Salisberienſis canonicus & theſaurarius, Cantuariæ creatur archiepiſcopus. Vincentius lib. 31. cap. 81. Hugo Vellenſis archidiaconus, Lincolniæ fit epiſcopus. Polydorus lib. 15. Anglicæ hiſtoriæ.

Ex monachis. Nicolaus Corbeiẽſis monachus, creatur Lemonicenſis epiſcopus. Vincentius lib. 30. cap. 128. Odo quidam abbas S. Dionyſij Pariſijs, Rotomagenſis fit archiepiſcopus. Ibidẽ cap. 152. Petrus Corbius Cluniaci monachus, Auinione creatur epiſcopus per pontificiũ quendã legatum. Ganguious lib. 7. Ioſephus ex Galleſio monte, ubi monachum in ocio egerat, ad patriarchatum Conſtantinopolitanum accitur. Gregoras lib. 4. Ludouicus Caroli 2. Siciliæ regis filius, ex monacho per papã fit Toloſanus epiſcopus. Schedelius ætate 6. Ioannes Franciſcani ordinis uir, à Gregorio decimo Cantuarienſi præficitur Eccleſiæ. Polydorus l. 17.

¶ At gradus perſonatum ſuperioribus ſeculis uſitati, hac etiã ætate locum in Eccleſia obtinuerunt.

DE RATIONE GVbernationis.

DIffert inter epiſcopos & presbyteros: quia ad omnes ſacerdotes communiter pertinet, catechizare, baptizare, prædicare, conficere, ſoluere & ligare: ſed ſpecialiter ad pontifices ſpectat, clericos ordinare, uirgines benedicere, põtifices conſectare, manus imponere, baſilicas dedicare, degradãdos deponere, ſynodos celebrare, chriſma conficere, ueſtes & uaſa conſecrare. Innocentius tertius lib. 1. cap. 9. myſteriorũ Myſſæ. Item: Veruntamen & maiores & minores ſacerdotes cõmuniter in quibuſdam uices gerunt ſummi pontifitis, id eſt, Chriſti, dum pro peccatis obſecrãt, & peccatores per pœnitentiam reconciliant. Ibidem.

Tradiderũt doctrinã. Epiſcopus debet uiſitare epiſcopatũ ſuũ, & archidiaconus archidiaconatũ. In cuius uiſitatione quatuor poſſunt notari, quæ pertinent ad officium uiſitationis. Primũ eſt, corrigere exceſſus ſubditorũ, iuxta Pſalmũ: Viſitabo in uirga iniquitates eorum. Secundũ eſt, cõſolari puſillanimes. Eſa. 40. Cõſolamini ſacerdotes populum Domini. Tertium eſt, præ-

prædicare. Pſal.64.Viſitaſti terram.Quartum eſt, cauſas audire & decidere, ſecundum quod dicitur Eſa.60.Ponam uiſitationem tuam pacem,& præpoſitos tuos iuſtitiam.Hugo cardinalis in 1.cap.Lucæ. Brechinenſis epiſcopus,Euſtathius abbas Abberbrotenſis, & Vdardus monachus Cupreſis,quos pauci clerici comitati ſunt, pedites totã Scotiam perluſtrarunt, Dei uerbum diſſeminãtes. Hector Boetius lib.13. Scotorũ hiſtoriæ. Vuilhelmus Antiſiodorẽſis epiſcopus,in gymnaſio Pariſiẽſi Theologicam cathedrã aſcẽdens, longo tẽpore clarus emicuit. Iohãnes Trithemius in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorũ. Anno 1207.ab Innocẽtio papa cum legato 12. abbates Ciſterciẽſis ordinis in terram Albingenſium ad prædicandum fidem ibidem hæreticis mittuntur. Quibus de Hiſpania Didacus Oxonienſis epiſcopus,habens ſe cum fratrem Dominicũ,adiungitur. Chronicon Martini Capellaui.

Falſa dogmata confutarunt. Ricardus Knapuuel doctor ordinis prędicatorũ,introduxit octo opiniones erroneas,& fidei Chriſtianæ contrarias,anno Domini 1286. ac eas ſuſtinere non erubuit. Quas,eo ad citationem non comparente, Iohaones Peckam archiepiſcopus Cantuarieñſis,pro tribunali ſedens cum ſuo clero damnauit. Balæus in appendice Cent.4.cap.64.ex Chronico Thomæ Vnyke. Hugonem Antiſiodorenſem epiſcopum præcipuum hæreticorum perſecutorem nocat Vincẽtius lib.29.cap.100.

Libros quoq; compoſuerunt,nt in nitis eorum indicatur. De Stephano Langthono Cantuarienſi archiepiſcopo Balæus annotat,quòd omnea Bibliorũ libros per capita diſtinxerit, quibus adhuc Eccleſia ntatur.Centuria 3.cap.87.

Vicia & peccata grauiter & liberè arguebant,ſine perſonarum reſpectu.Hugo Lincolnienſis epiſcopus tributa à Iohanne rege indicta deteſtabatur, conſtanterque ac palàm pernegabat, ſe imperatam pecuniã pro impio bello, ſimultatum cauſa inter principes Chriſtianos gerendo, ſoluturũ. Polydorus libr.15. Pellicem Iohannis Ducæ templo excludit Nicephorus Blemmides.Nefas eoim iudicabat, nefariam & impudicam mulierem profaois & ſceleratis pedibus ſacrum pauimeotum calcare, cum prius tam lingua,quàm calamo eam redarguiſſet ſæpius.Gregoras lib.2.

Agentes pœnitentiam recipiebant. Ioſephi Conſtantinopolitani patriarchæ ob religionem conſuetudine utebatur Imperator Michael,& ſuas illi cogitationes exponebat. Quare cum is primum ſacrificiũ cum cæteris pontificibus peregiſſet, ante ueſtibulum ſacri ſuggeſtus proſtratus,duo ſua peccata, periurium & filij Imperatoria excæcationem,apertè profitetur, ſibique condonari petit. Primus igitur Patriarcha illi iacenti aſtans, condonationis ſyngrapham quandam, acpoſt eum pontifices, ſuo quiſq; ordine,eandem recitarunt. Nicephorus Gregoras lib.4. Fridericum Imperatorem in extremis conſtitutũ,Panormitanus abſoluit. Cranz.lib.8.cap.22. Metrop.

Miniſtros Eccleſiarũ, explorata prius eorum doctrina,ordinabant. Albertus Magnus ad inſtantiã domini Sifridi epiſcopi Colonienſis,diſcurrit per eandem diœceſin eccleſias dedicando,& clericos ordinãdo, ita ut quadã uice centũ clericos ordinaret. Catalogus epiſcoporũ Coloniẽſiũ.

Aegrotos inuiſebãt. Non debemus abhorrere leproſum,uel infirmũ, inqnit Hugo in 8.cap Matthæi. Aegrotantium lares diligentius pérſcrutatum eſſe Edmũdum, teſtarur Vincentius.

Pauperum curam agebant. Edmundus Cantuarienſis archiepiſcopus competentibus indumẽtis pnellas pauperes de ſuis facultatibus adiuuabat, ut traderentur ad nuptias, & in hoc expendebat pœnas pecuniarias pro delictis aliquibus legitimè inflictas. Vincen.lib.31.cap.82. Guilhelmus Ninernenſis epiſcopus duo pauperũ millia paſcebat. Iohãnes de Oppido. Gualterus Sutfelde, epiſcopus Nordouicenſis, tẽpore famis argentea uaſa uendidit,ut pauperibus ſubueniret. Balæus in appendice cap.26.Cent.4.ex Matthæo Pariſio. Ioannes papa. qui hoc uixit ſeculo,in hoc quã plurimùm laudabilis fuit,q, ſe tam pauperibus,quàm diuitibus cõmunem exhibẽs, multos egentes ſtudium literarum amplectentes fouit,& in beneficijs Eccleſiaſticis promouit. Chronicõ Martini Capellani. Ioãnes de Oppido. Hugo epiſcopus Leodiẽſis ſeptuaginta millia alborum legauit in eleemoſynam Chriſto ſeruientibus. Catalogus epiſcoporum Tungrenſium.

Cauſas matrimoniales dijudicabãt. Innocentius 3.conſtituit,ut ultra gradũ quartum conſanguinitatis licitè matrimonium contrahatur, quod olim prohibitum fuit uſq; ad ſeptimum. Chronicon Aeditui.

Monaſteria, templa, ſcholas gubernabant & uiſitabant. Vetuit Innocentius tertius, ne epiſcopus aliquis ſuas uiſitãos parochias, clericis exactionibus expenſiue moleſtus ſit, nec ultra triginta miniſtros ſecum circumducat, archidiaconus uerò ſeptem famulis contentus ſit, & omnino ſine canibus. Chronicon Æditui.

Epi-

Epiſcopatus cōſtituebant. Sic Eberhardus archimiſta Iuuauienſis tres epiſcopatus inſtituit. In Boiorum lacu maximo apud Noricos, Chimenſem: in cōfinio Norici atq; Pannoniæ, Seccouiā atq; Lauentinum, hisq; epiſcopos præficit. Auētinus lib. 7. Annalium Boiorum.

Bono exemplo præibant. Bruno epiſcopus Oſnaburgenſis multa fecit, componendis controuerſijs, quæ erant inter canonicos Eccleſię, & nonnullos citerioris ordinis: nonnullas cōſtitutiones reſoluit inter epiſcopos & capitulum, ut ſe pacis ſequeſtrum monſtraret diligentiſsimum. Cranzius lib. 7. Metrop. cap. 43.

Principes, & in magiſtratu conſtitutos officij cōmonefaciebant. Edmūdus Cantuarienſis ab omni munere ſemper manus ſuas excutiens, acceptores quoque munerum deteſtabatur, præcipuè in poteſtate poſitos, quos ad reddendam iuſticiam dicebat gratuitos eſſe debere, non muneribus inuitatos. Vincentius libro 31. capite 82.

Ab iniuſtis eos conatibus dehortabantur. Antiſtitum interuentu Ioannes Angliæ & Philippus Franciæ reges à pugna abſtinent. Polydorus lib. 15. Eboracenſis & Salisberiēſis epiſcoporum opera ac precibus, pax inter Anglum & Scotū conſtituitur. Idem.

Coronabant reges. Ludouicum Francorū regem Sueſsionenſis epiſcopus diademate ornat, teſte Vincentio lib. 30. cap. 129. anno 1206. Ganguinus. Ioannē Anglorum regem inungit Hubertus Cantuarienſis anno 1201. Polydorus lib. 15. Pręmislao Polonorū regi Iacobus Gneſnenſis regium imponit diadema, adſtantibus Ioanne Poſnanienſi, Ioanne Vratislauienſi, Goslao Plocēſi, & Conrado Lubuſſenſi epiſcopis. Cromerus lib. 10. Anno 1228. Odacharus & Vuenceslaus reges Bohemiæ tale priuilegium dederunt Eccleſiæ Moguntinę, quòd conſecratio regum Bohemiæ ad archiepiſcopum Moguntinum perpetuis futuris tēporibus debeat pertinere. Chron. Hirſaugienſe. Theodorus Angelus, ſubacta ciuitate Theſſalonica, ſtatim ſibi nomen regium adſciſcit, & regio more à Bulgariæ archiepiſcopo inungitur. Nicephorus Gregoras lib. 2. hiſtoriæ Romanæ. Alexsnder rex Scotiæ, licet puellus, in ſolio cathedrali lapideo, ueſtibus precioſis cooperto ſedens, ab archiepiſcopo S. Andreæ inunctus eſt. Ioannes Maior de geſtis Scotorum libro 4. cap. 11. Bela quartus rex Vngariæ, antiſtitū principumq́ue conſenſu Albæ (ut moris eſt) à Strigonienſi archiepiſcopo coronatus eſt. Bonfinius libro octauo, decad. 2.

Miſsi ad Alphonſum Burgis epiſcopi Conſtantienſis & Spirēſis, ac abbas S. Galli, electionem (in Imperatorem Romanum) regi iuramento præſtito ratificabant. Cuſpinianus de Imperatoribus Romanis.

PECCATA GVBERNATOrum Eccleſiæ.

Minus legitimè ad Eccleſiarum gubernationē aſpirabant, & euehi ſe patiebantur. Vuickboldus epiſcopus Colonienſis plus factione nobilium, quàm electione canonica gradum epiſcopalem aſcendens, in Nuſsia fuit electus. Catalogus epiſcoporum Colonienſium. In Eccleſia Raceburgēſi optimo pontifici & longæuo Isfrido, tum deficienti, ſurrogatur Philippus, non ſine cōtentione fratrum. Cranzius lib. 7. Metropoleos, cap. 22. Gerhardus Mogūtinus ſuam ſedem clàm ducentis marcis mercatur. Chronicon Moguntiacum. Anno 1215. Vualterus Baſilienſis epiſcopus electus, diffamatus quòd non canonicè intrauerit, à Papa Innocētio Romam citatus eſt: qui cum ſe de obiectis expurgsre canonicè non poſſet, ab eodem fuit depoſitus. Chronicon Hirſaugienſe.

¶ Ex una ſede in aliam commigrabāt. Nam Hugo inquit: Hodie mulris propter duriciem eorū permittitur dimittere Eccleſias, in quibus uixerunt. Ab initio autem non ſic fuit: quia antiquitùs ſolebant accipi Eccleſiæ prepter zelum animarū, & præbendæ propter zelum Dei principaliter. Nunc autem non propter animas ſuſcipitur Eccleſia, ſed propter diuitias. Cuius ſignum eſt, quòd propter ditiorem dimittitur pauper. Hugo in 19. cap. Matt. Robertus Lingonenſis, hortatu pontificij cuiuſdā legati, ſua ſede reſignata, in Leodienſium epiſcopum promouetur. Catalogus Tungrenſium. Cum in electione Remenſis Eccleſiæ unus è pluribus eſſet nominatus Robertus Leodienſis epiſcopus, ut abundantius haberet, unde ſuam cauſam foueret, ſedi propriæ multa fertur ſubtraxiſſe: quam tamen dignítatem non obtinuit. Catalogus Tungrenſium. Robertus cardinalis & Portuenſis epiſcopus factus, Canriarieſi epiſcopatu ſe abdicauit. Polydorus lib. 17. Oliuarius relicta Paderbornenſi ſede, in urbem Romam concedit, ibiq́ue cardinalis creatur. Cranzius lib. 7. cap. 39.

Negligebant officiū docendi. Improbus epiſcopus Cracouienſis Paulus, cùm alijs ſtudijs minimè dignis epiſcopo, tum uenationi ſic fuit deditus, ut uenatorem,

quòd feram imprudens à caſsibus tepulerat, uenabulo transfigeret. Cromerus libro decimo. Canonici ſuos canonicos morientes monent omnia ſua dimittere Eccleſiæ ſuæ, eo quòd malè deſeruiunr. Hugo ſuper cap. 7. Marci. Tunc bene uadir res, quando peccaror dicit ſacerdori peccata ſua, & ſacerdos dat ei, ſi opus fuerit, uitæ neceſſaria. Modò fit econtrariò. Sacerdotes accipiunt pecuniam à peccaroribus, & peccata eorum comedunt, & occidunt per malum exemplum. Idem in caput 14. Matci. Mundus adhuc iacet in ignauia, & tamen pauci uolunt ire, non dico in uniuetſum mundum, ſed nec eriam in parochiam uel diœceſin ſuam. Ibidem capire decimoſexto. Totum ſtudium prælatorum eſt ad promouendos parentes, & diuitiæ eorum ad ditandos conſanguineos conuertuntur. Ideo pauperes & ſimplices moriuntur fame animæ & corporis. Idem in Pſalm. 104. Item: Prælati noſtri temporis idolis ſiue ſimulachris comparantur, imò idola ſeu ſimulachra appellantur. primò, quia uidentur uiuere, & non uiuunt. Vnde Apocal. tertio dicit Ioannes cuidam epiſcopo: Scio opera tua, quia nomen habes quòd uiuas, & mortuus es. Secundò: Quia uidentur eſſe homines, & non ſunt. Habent enim ſpeciem, & non ueritatem. 2. Timoth. 3. Speciem pietatis habentes. Tertiò: Quia idola auro & ſerico ueſtiuntur, interius autem lutea & ligna. Daniel, 14. Ne erres tex, &c. Quartò: Quia idola non intendunt, nec cogirant de profectu ſuorum: ſic nec prælati. Vnde Baruch. 6. Habent in manu gladium & ſecurim, id eſt, autoritatem & poteſtatem iudiciariam. Quia igitur ſuperiores conſtituti ſunt prælati, & inferioribus nec prouident, nec intendunt, merirò idolis comparantur, quibus nihil eſt ſimile in natura. Idē in Pſal. 134. Ex hac radice, ſcilicet auaricia, procedit, quòd ſubdirorum peccata palpamus, quaſi canes muti, non ualenres latrare, ne fortè ſubtrahant nobis oblationes, decimas arque primitias. Ex hac radice procedir, quòd alienos parochianos ſeducimus, & inuadimus parochias alienas, mittētes falcem in meſſem alienam, & tranſgredienres terminos, quos poſuerunt patres noſtri, ut nobis ex eleemoſinis quæſtus accreſcat. Innocentius tertius ſermone 2. in die Cinerum. Multi Theologi magis innituntur philoſophiæ, legendo, & diſputando, & prædicando, quàm Theologiæ. Et tales non declarant, ſed magis obſcutant ſermones Domini. Hugo cardinalis Pſalm. 118. Item: Prælati Eccleſiæ contendunt non pro animabus, ſed pto dignitatibus. Idem in Pſalm. 106. Ecce peruerſio ordinis Eccleſiæ. Epiſcopi enim & magiſtri dati ſunt populo, quaſi duces & rectores, unde populus debet reuocari à malo, timore epiſcoporum. Nunc autem ipſi epiſcopi reuocantur timore populi à malo: quia multa mala adhuc faciunt, ſed plura facerēt, ſi populum non timerēt. Sic uadit currus ante boues. Idem in 20. cap. Lucæ.

Seſe inuicem mordebant. Hodie fit inter prælatos & ſubditos: alter excommunicar, & alrer appellat, & mutuò Romam uadunt & redeunt, & mutuò de ſuis locis ſeſe expellunt. Hugo in 10. cap. Matthæi.

Curioſis aut impijs ſtudijs erant dediti. Obſeruabit prętererea diligens lector in perſonarum deſcriptione, plures huius ſeculi uiros religioſos magis expoſitionibus philoſophicorum, quàm ſacrorum occupatos fuiſſe. Petrus Baiocenſis epiſcopus cum Stephano Dionyſiano antiſtite mittitur ad magicam quandam fœminam in Btabantia, à Philippo Galliæ rege, quæſitum de autore necis filij. Veneno enim ſublatus credebatur. Ganguinus lib. ſeptimo, Æmilius libro ſeptimo, Tilius. Henricus rertius rex Angliæ locauit Aleonoram ſororem, quæ nupta fuerar Vuilhelmo Mareſcallo Gloceſtriæ comiti, Simoni ex Montiforti, uiro ſingulari uirtute. Id connubium Edmundus Cantuariēſis antiſtes deteſtabatur, quòd Aleonora poſt obitum uiri uouiſſet Deo perpetuam caſtitatem. Polydorus libro 16. Gregorius nonus dimiſit in omnem Chriſtianorū regionem, ſanctorum Franciſci & Dominici religioſos, qui deuotionis ardore, prædicationiſque inſtantia, multos ad pia arma, ſanctiſsimamq́ue expeditionem (contra Saracenos) ex Gallijs arque Iralia conciuēre. Platina in uita eius: Blondus libro 7. decadis 2. Innocentius quartus, omiſſo concilio Lugdunenſi, legatos per Franciam & alias prouincias miſit, qui populis ſuaderent militiam Chriſti ſuſcipere, Ludouicumq́; regem Frāciæ ſequi in Aſiam traijcere propetantem. Platina. Ioannes Teutonicus epiſcopatum ſuum deſerens, monachum induit. Trithemius. Nunc omnes fetè pręlati, quàm ſubditi, tam laici, quàm clerici, cōtemptis operibus charitatis, ſtudent auaritiæ & cupiditati. Hugo in caput 11. Lucæ. Phariſæi dicuntur ſimiles ſepulchris. Dicitur autem ſepulchrū quaſi ſemipulchrum. Sic etiam prælati & magiſtri

giſtri

giſtri noſtri temporis exterius nitidi, interius fœtidi. Idem in caput 23. Matthæi. Multi prælatorum noſtri temporis imitantur nequiciam principū ſacerdotum, & ſeniorum, qui ſubditos ſuos uel ſuggeſtionibus uel exemplis à ueritate & à uita ſimul auertūt, de quibus dicitur Daniel.13. Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus. Idem in caput 27. Matthæi. Canonici libentius eligunt in epiſcopos, illos qui ſapientia mūdi pollent, quàm qui ſapientiam cœli habent: cum tamen dicatur Sapien.13. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſapientia Dei. Idem in caput 15. Lucæ.

Superſtitiones augebant. Stephanus Langthon Cantuarienſis, Thomæ Becketi cadauer fœtidum mirabili pompa tranſtulit, cuius facti inaniſsimi expenſas ſuperfluas quartus poſt illum pontifex uix perſoluit. Ranulphus libro ſeptimo, cap. 34. in Polychronico: Balæus Centuria 3. Script. Brytan. cap. 87. Epiſcopus Portuenſis & quidam conſecraneus D. Dominici, Germanos ad Aſiaticam Africanamque militiam cohortantur, & ut facilius toties longinquæ militiæ pœnas dantes, precium ob ſtulticiam ferentes, inducerent, multa noua inaudita dogmata hactenus inculcant. Quemcunque ſceleri obnoxium, parricidio, inceſtu, ſacrilegio pollutum, continuò, ubi cruciculam ueſti aſſuiſſet, ſolutum eſſe & crimine & pœna declamitabant. Plerique anſa hic arrepta, inimicos ſuos prius tollebant, hinc in militiam ſacram nomina dabant. Auentinus libro 7. annalium Boiorum. Robertus Leodienſis epiſcopus à generali capitulo ordinis Ciſtercienſis obtinuit, ut per uniuerſum illum ordinē ſingulis annis Lamberti martyris feſtum ſolenniter celebraretur, de quo antea ſimplex tantùm fiebat commemoratio. Catalogus Tungrenſium epiſcoporum.

Monaſteria & templa conſecrabant. Ioannes Lubecenſis epiſcopus Reinfeldę cœnobium conſecrat. Cranzius lib. 7. Metropoleos, cap. 47. Poſt captam Damiatam, primarium Barbarorū templum pontificius legatus, Ieroſolymorum patriarcha, aliíque Galliæ epiſcopi & abbates, qui caſtra ſequebantur, in honorem beatæ Mariæ conſecrant. Blondus libro 7. decad. 2. Anno 1258. dedicatum Brugis ſacellum fratrum minorum ad Brambergam per Valterum Tornacenſem epiſcopum. Anno 1262. conſecratum uirgini Matri nouum Dunēſis cœnobij templum, quo uix eſt aliud tota Flandria magnificentius, per Radulphum Morinorum ac Iohannem Tornacenſium epiſcopos, præſidente tum abbate Theodorico. Iacobus Meier in Chron. Flandriæ.

Viſiones, ſomnia magnifaciebāt. Cum Reginaldus Hoſtienſis epiſcopus, quò minus Stanislaus martyr ab Innocentio quarto in diuorum numerum ſcriberetur, reſiſteret, ſubitò in grauē morbum incidit: ſed per eundem Stanislaum pontificali ornatū habitu noctu de cauſa morbi admonitus, cum ſupplex ueniam precaretur, ſanitati reſtitutus eſt, & ad optatos honores conſcendit Stanislaus. Cromerus lib. 9. de Polonis. Alexander quartus, uiſione qua Beatum & ſanctum Auguſtinum uidit, unionem fratrum eremitarum, à prædeceſſore inchoatam, ipſe perfecit: ordinem ipſum, relicta deinde eremo, urbea petere & incolere præcepit & coëgit. Schedelius.

Reliquias nimium uenerabantur. Rauennas, Mutinenſis, Brixienſis & Bononienſis epiſcopi, Dominici corpus magna reuerentia ex terra erutum, religioſè recondunt. Vincentius lib. 30. cap. 115. Anno ſecundo regni ſui, qui erat Chriſti 1251. Alexander Scotiæ rex, conuocatis ex toto regno cœnobiarchis, epiſcopis ac baronibus ad Doumfermilem, celebribus ac multis ſupplicationibus prius habitis, oſſa Margaritæ atauię ſuæ, terra effoſſa, capſulæ argēteæ multis ornatæ gemmis impoſuit. Quumq; ea epiſcopi omnium conſenſu in aditum templi deportare conarentur, ac peruentum iam eſſet ad Malcolmi mariti eius ſepulchrum, repentè omnes immobiles conſtitēre. Capſula enim cui reliquiæ inerant, ſepulchro Malcolmi impreſſa adhæſit, nec ulla ui moueri potuit. Quo miraculo ſtupefacti omnes, cū haud inuenirent tam nouæ rei cauſam, ueterādus quidam ſenex diuino ſpiritu afflatus, ſublata uoce, ut cuncti eum facilè exaudirent, Margaritam, inquit, marito, quam uiuo ſemper exhibuit reuerētiam, eam mortuo denegare nolle: quamobrem non prius eam ſeſe ueſtris manibus in aditum deportari permiſſuram, quàm Malcolmus maritus humo effoſſus lateri adiungatur. Quod ubi factum eſt, tum deniq; ſublata cum marito in aditum delata eſt. Hector Boëtius lib. 13. Scoticæ hiſtoriæ. Anno 1221. Adam Morinorum epiſcopus transfert Oſualdi regis & Idabergæ uirginis Pipini filiæ oſſa in cœnobium D. Vuinnoci. Chronicon Flandriæ. Albertus Magdeburgicus ſuæ Eccleſię acquiſiuit brachium Vitalis, Mauricij cranium, & Catharinæ digitum. Chronicon Saxoniæ.

Ad fidem homines ui cogebant. Sub annum 1203. nouus in barbaram teligionem exercitus ducitur. Pręcones, concionatores, imò incitarores eius rei gratia cit cummiſsi. Fulco Pariſienſis, Petrus Roſiacenſis, ac Herluinus monachus Pariſienſis in Belgico eo munere functi ſunt. Chronicon Flandriæ.

Miſsificabant. Edmundum Cantuariēſem, quòd ſæpius ſuorum ſacerdotum loco Miſſas celebrarit, commendat Vincentius lib. 31. cap. 82. Lambertus Raceburgēſis epiſcopus unam Miſſam die aſſumptionis Mariæ petegit. Cranzius lib. 7. cap. 45. Metropoleos.

Excōmunicatione uariè abntebantur. Aut uindictæ graria: ut Otto Imperatot, q̧ patrimoniū S. Petri inuaderet, à Romano præſule excōmunicatur. Vincent. lib. 30. cap. 4. Ioannes Teutonicus teclamans papæ, pecunia clerum prætextu ſacri belli emungenti, excōmunicatur à Clemente quarto. Ptolomeus Lucenſis. Gregorius decimus Florētinis, ipſius oppida inuadēribus, ſacris interdixit. Volaterranus.

Innocentes excommunicabant & damnabant. Almericus, imagines, altaria, & ſanctorū inuocationē, idololatriam cenſens, comburitur. Et in Alſatia quidā carniū & matrimonij uſum omni tempore Chriſtianis licitum eſſe docētes, hæretici iudicātut. Chronographia Panthaleonis.

Matrimonia pro arbitrio diſſoluebant atq iungebāt. Fridericus Impetarot, cùm affinitatis gtadu obſtāte, Angli regis ſororem, uxotem accipere non poſſet, pontificis Romani diſpenſatione uoti ſui tandem compos factus eſt. Blondus libro 7. decad. 2.

Iuriſdictionem politicam adminiſtrabant. Patriarcha ritulo Ieroſolymitanus, ſibi temporalem æquè ac ſpirituale uendicare quærebat gubernationem (in utbe Ptolomaide.) Eandem hinc Templarij, inde Hoſpitalarij, & pariter Teutonici, ab armorum tractatione, & ſanguinis effuſione repetebant. Blondus libro octauo decad. 2. Henricus Spitenſis, Contadus Herbipolenſis, & poſt hunc Eichſtetenſis & Ratisbonenſis, aulæ Imperialis cancellarij ſuiſſe leguntur in Vrſpergenſi Chronico. Theodorus Laſcaris iunior, Imperatot, moriens, Muzalonem quendam cum Arſenio patriarcha, curatorem Imperij reliquit, donec filius Ioannes, ſextum tum agens annum, ad maturam ætatem perueniſſet. Nicephorus Gregoras libro 3. hiſtoriæ Romanæ. Fridericus Imperator pro papali inauguratione Romam proficiſcens, totius regni in Germania adminiſtrationem Engelberto Colonienſi demandat. Catalogus epiſcoporum Colonienſium. Conuenerunt dehinc principes Germaniæ, Gerhatdus Mogūtinus, Conradus Colonienſis, Arnoldus Treuirenſis, Iacobus Metenſis, Abbas Fuldenſis, Ludouicus Palatinus Rheni, Dux Bauariæ cum uiginti quinq; comitibus, ac primariarū urbium legatis: in quo cōuentu de pace genetali tractatū eſt, quam omnes principes ciuitatesq́; iurarunt, capitaneosq́; fœderis ctearūr, qui mox atces & caſtra, in quibus latrocinia exercebantur, deuaſtabant, & ſolo æquabant, raptores occidebant. Facta hæc ſunt tēporibus interregni. Cuſpinianus de Imperatoribus. Fridericus epiſcopus Merſburgenſis, urbanos ſua iuriſdictione priuauit. Chronicon Mersburgenſe.

Sequebantur aulas. Nam Henricus Spirenſis epiſcopus poſt Philippi regis obitū regalia inſignia, quæ penes ſe habebat, prius ttadere noluit, quàm Imperialis aulæ nūciaretur cancellarius. Vrſpergenſis. Richardus Dunkeldenſis epiſcopus Alexādri Scoti cancellarius fuit. Boëtius l. 13.

Fidem Imperatoribus non ſeruabant. Nam Moguntinus & Colonienſis iuxta Herbipolim in ipſa aſcēſionis Dominica, Landgrauium Thuringiæ Impetatotem ſalutant, repudiato Friderico. Ctanzius libto 8. cap. 13. Saxoniæ. Animaduertentes nonnulli principes Imperij, imprimis autem Siſridus Moguntinus, rex quoque Bohemiæ, Treuirenſis atchiepiſcopus, & Hermannus Landgrauius, Ottonis quarti contumaciam & tebellionem, atque in unum conuenientes, ad memotiam iuramentum, quod olim fecerunt Friderico Henrici Imperatoris filio adhuc infantulo, reuocarunt, atque illum in regem loco abrogati Ottonis aſſumere decreuerunt. Nauclerus uolumine 2. genetat. 41. Coniurabant in Adolphum Imperatorē Conradus Argentinenſis præſul, Domini de Leichtenſtein, de Oxenſtein, Landgrauij de Freiburg, de Brugk, cum multis alijs principibus: prætetea Gerlacus, Moguntinus archiptæſul. Pragę Moguntinus Albertum coronat. Albertus uiribus Moguntini, Argenrinenſis Conſtantienſisq́; epiſcoporum, ac quorundā nobilium, robuſtior factus, circum Friburgum ab Argentinenſibus undecim millia militū, ab epiſcopo mille tre centos accepit, rectaq́; exercitum in Adolphum mouet. Cuſpinianus de Imperaroribus.

Bella gerebāt epiſcopi. Lupoldus Vuormatiēſis omnibus quę cū Ottone Philippus geſsit, bellis intetfuit, & inter cœnobiorum

biorum & Eccleſiarũ prædones non fuit poſtremus. Chronicon Hirſaugiẽſe. Arnoldum Treuirẽſem multa pace belloq́; ſtrenuè geſsiſſe, idem teſtatur. Siſridus Auguſtanus epiſcopus muros in Suuabeck confringit, rotumq́; oppidum euertit, quòd eius incolæ prædia quædam ſuę Eccleſiæ infeſtaſſent. Vrſpergenſis. Guarinus Syluanectenſis Francorum regis ſigna ſequitur, anno 1114. aciemq́; inſtruit. Vincenr. lib. 30. cap. 53. 56. Contra Albingenſes in armis ſunr Petrus Senonũ archipræſul, Reginaldus Roromagẽſis, Robertus Baiocenſis, Iordanus Lexouiẽſis, Reginaldus Carnorenſis. Ganguinus lib. 6. Mediolanenſibus Raimundus Aquileienſis patriarcha bellũ facit. Vuilhelmus epiſcopus Aretinus cum Carolo Siculo confligit. Bergomenſis. Minorem Poloniã Paulus Çracouienſis turbat uindictæ cauſa, & ad occupandum ducatum Maſouiorum ducem accerſir, qui mox cum copijs præſtò eſt. Cromerus lib. 10. de rebus Polonorum. Sifridus Moguntinus odio Friderici Imperatoris, & ur papæ gratiam mereretur, animum leonis induens, uillas combuſsit, urbes deſtruxit, miſeros homines miſerè mactauir. Chronicon rerum Mogũtiacarum. Chriſtianis in Damiata urbe commorantibus auxilio uehiunr cum copijs Mediolanenſis, Crerenſis, Fauenſis & Regemenſis epiſcopi. Vincentius libro 30. capire 94. Otto Brandeburgicus marchio, & Lupoldus Halberſtadenſis epiſcopus, armis inrer ſe dimicanr: tandem Otto inſidijs circumuentus carceri rraditur. Inde liberatus irerum epiſcopo bellum facit, ipſumque uulneratum in prælio capit. Cranzius lib. 8. Saxoniæ, cap. 20. Moguntinum archiepiſcopum Albertus Brunſuicenſis bello captum, in uinculis renet. Ibidem capire 21. Tobias Pragenſis epiſcopus à Venceslao Bohemo mittitur ad occupandam Cracouienſem prouinciam. Cromerus lib. 10.

Bonis Eccleſię aburebãtur. Heu quot hodie tales in Eccleſia prælati, qui quum deberenr eſſe odor uitæ ad uitam, facti ſunr odor mortis in morrem: & cum deberenr eſſe diſpenſarores, ipſi ſunr diſsiparores effecti. Innocẽtius rertius ſermone 1. Dominica nona poſt octauam Pentecoſtes. Nos in laboribus Apoſtolorum, martyrum & confeſſorum luxuriamur. Hugo in 4. cap. Ioannis. Irem: Sed utinam ſalrem uxores inde paſcerent, ſicut Iudas, ſed ipſi paſcunr concubinas de bonis Chriſti. Idem cap. 10. Er Fridericus Imperator ad reges & principes mundi: Porrò, quia clerici cenſentur pauperum eleemoſynis impinguati, filios opprimũt: ipſiq́ue noſtrorum filij ſubdirorum paternæ condirionis obliti, nec Imperatorem, nec regem aliqua ueneratione babere dignantur, quoties in patres Apoſtolicos ordinantur. Petrus de Vineia lib. 1. epiſtolarum, cap. 2.

Simoniaci erãt. Pauci ſunt, inquir Hugo, qui beneficia Eccleſiaſtica non accipianr uel conferant Simoniacè. Hugo in cap. 13. Marci.

Ambitioſi. Fulco ſiue Pelca Cracouienſis epiſcopus, ſibi & ſucceſſoribus ſuis pręrogatiuam loci & ſuffragij ſecundum archiepiſcopum in Gneſnenſi prouincia, ab Innocentio rertio impetrauir. Martinus Cromerus lib. 7.

Turpitudine uitæ inſignes erãt. Innocentius: Sed & funiculus ſuperbiæ, peccatis exigentibus, ita nos clericos detiner alligaros, ut iam magis uelimus ſuperbi, quàm humiles apparere, incedẽres extento collo, eleuatis oculis, erecta ceruice, magnificãres fimbrias, phylacteria dilatãres, quærentes primos recubitus in cœnis, primas carbedras in ſynàgogis, & uocari ab hominibus rabbi. Sic iá ornati prodimus, ut magis ſpõſi, quàm clerici uideamur. ſermone 2. in die Cinerũ. Irem: Tanta eſt ſuperbia clericorũ, ut nunquá ad ſatisfactionem priorea poſsint humiliari, nõ imitantes eum qui dicit: Diſcire à me, quia mitis ſum, & humilis corde. qui nõ uenit miniſtrari, ſed miniſtrare. Sed illum, qui poſuit ſedẽ ſuam ad aquilonẽ, ut eſſer ſimilis altiſsimo: qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię. Ibid. Irem: Hodie multi paſtores, id eſt prælati, fugiũt à Ieſu, per malá uirá, & ramen nunciant prædicãdo & docẽdo. Hugo ſuper cap. 8. Lucæ. Paulus Cracouienſis epiſcopus, dignitatis ſuæ immemor, totus uoluptatibus, uenationibus, & libidinib. deditus, ſubditis grauis, aduerſus Boleslaum principem contumax fuit, non preces, admonitiones, tum collegij, tũ principis curãs. Prærerea moniali quadam ex cœnobio educta, concubinæ loco uſus eſt. Ac cum Boleslai Polonorũ principis permiſſu captua uinculis detineretur, Ioan. Gneſnenſis omni prouinciæ ſacris inrerdixit. Tandem liberatus in hoc totus fuit, ut Boleslaũ ulciſceretur. Affinitates itaq; & amicitias cũ uicinis barbaris iungit, domi factioſorũ, obærarorũ & ob maleficia exulantium hominũ animos contra principem concirar, nec multo pòſt atrox & cruentum pręlium cômmittitur: uictoria tamen penes Boleslaum eſt. Tandem eiuſdem inſtinctu pleriq; proceres à Leſco nigro, qui Boleslao in regno ſucceſ-

ſerat,

ferat,deficiunt,nouumq́; ducem ſibi conſtituunt.Cromerus lib.10.de Polonis.

Vuilhelmus Pariſienſis ſcripſit libellum de collatione beneficiorum, in quo primùm docet,qualis debeat eſſe ſacerdos,tum in uita,tum in doctrina. Deinde acerrimè inſectatur ſacerdotes ſui temporis,& prælatos, qui tales admittant, eisq́; beneficia conferant.Dicit in eis nihil pietatis ac eruditionis comparere, ſed potius diabolicas turpitudines,omniū ſpurcitiarum ac uiciorum mōſtroſitatem : eorumq́ue peccata non ſimpliciter peccata eſſe, ſed peccatorum monſtra terribiliſsima: eos non Eccleſiam, ſed Babylonē,Ægyptum ac Sodomam eſſe: prælatos non ædificare Eccleſiam,ſed deſtruere,ac Deo illudere: eos cum alijs ſacerdotibus prophanare ac polluere corpus Chriſti: prælatos omnibus Eccleſiaſticis honorib.membra diaboli & Dei hoſtes honorare,eos in cœlum Eccleſiæ Chriſti luciferum reſtituere.Catalogus teſtium ueritatis.

Bernhardus Vueſterrodi obijcit clericis ſummam uitæ turpitudinē, & officij neglectionem.Monachos dicit,mundo ipſo mundaniores, & uanitate ipſa uaniores: eos nō pietatis, ſed opum & deliciarū gratia monaſteria intrare. Prælatos dicit eſſe meros Pilatos & tyrannos,id eſt,perſecutores & oppreſſores Eccleſiæ. Dicit quoque,grauiſsimè uexari Eccleſiam Chriſti à clericis ,ita ut periculum ſit ne intereat. Denique ait,ubique patēre idololatriam, & enormes clericorū abuſus. Catalogus teſtium ueritatis.

Conradus Polonus archiepiſcopatum Salisburgenſem ob defectum cereuiſiæ repudiauit.Cromerus lib.10.

DE DONIS.

Dona miraculorū habuit Edmūdus Cantuariēſis archiepiſcopus, teſte Vincentio lib.31.cap.79.80.83.

Futura quidam prędixerunt.Clementem quartum ſpiritu prophetico multa, antequam fierent, prædixiſſe,narrāt Bergomenſis & Stella.

DE SYNODIS PRIVATIS.

Synodos celebrabant. Singulis annis concilium prouinciale celebrari mandat Innocentius tertius in cōcilio Lateranenſi, cap.6. In diœceſi Colonienſi ſæpius cōcilia celebrata eſſe, ex capite nono conſtat. Stadij, Verdenſis epiſcopus Gerardus concilium agit pro reformando cœnobio iuxta Stadium.Cranzius lib. 8. cap. 4. Metrop. In concilio quodam Conſtantinopoli, eiuſdem ſedis patriarcha ſede cedere iubetur. Gregoras lib. 4. Romanæ hiſtoriæ.

DE BONIS ECCLEſiaſticis.

Principes quædam contulerunt. Fridericus ſecūdus Imperator ob cōmemorationē patrui ſui Philippi, canonicis Eccleſiæ Spirenſis in augmentū præbendarū ſuarū contulit Eccleſiā in Ezilingen cum pertinētijs ſuis. Chron.Vrſperg.

Ex legatis: ut,Philippus Frācorum rex cētena millia lib.Pariſien.Tēplarijs & Hoſpitalarijs in terra ſancta degētibus,omne uerò ueſtiariū ſacris ædibus(ut Tilius indicat)legauit.Vincent.lib.31.cap.125.Blondus,Platina. Conradus de Hoſtadin epiſcopus Coloniēſis Cometiā de Hoſtadin, ipſo adhuc uiuente, ſuo epiſcopatui reliquit & incorporauit.Catalogus epiſcoporū Colonienſiū manuſcriptus. Otto Imperator prope Tornacū à Philippo Francorum rege ingenti prælio uictus, ex mœrore animi in morbū lapſus, paucis exinde diebus obijt,Eccleſiæq́; Romanæ Fundos oppidum, quæq́ue Fundis attributa ſunt,ex teſtamento reliquit. Michael Ritius lib.2.de regibus Siciliæ.

Ex ſpolijs & rapinis: ut,Memelinus pōtentiſsimus Aphrorū rex an. 1246. Hiſpaniam ingreſſus, Chriſtianos perſequitur. Quapropter Galli Hiſpanis iūcti,illū ſuperant:ob cuius uictoriæ gloriā,eius uexillū Romā mittūt,& in eccleſia S.Petri ſuſpendunt.Palmerius. Arce Gedanenſi capta, paucos quoſdam, quòd impenſius fauerant Saxonibus, uita & bonis mulctauit Meſciugus dux Pomeranorum:in quibus erant præcipui, Arnoldus & Iacobus. De quorū bonis duos pagos,Scrobotoum,& Vitominum, Vuladislauienſi epiſcopo donauit.Cromerus lib.9.de Polonis.

Ac data ſunt:Villæ. ut,Luderus epiſcopus Verdenſis,contulit Eccleſiæ Verdenſi decimā in Emelendorpe cum aduocatia, & prædia in paluſtribus & fluminalibus locis Oldendorpe.Ordinauit ſcholaribus decimā in Nendorpe.Cranzius lib.7.Metropoleos,cap.48. Conradus ibidem epiſcopus contulit fratribus duos coros ſalis in ſalina Luneburgēſi,& adiecit Eccleſiæ bona,quæ dicūtur Vriban, & præfecturas quas uocāt Gogreueſcop in Verda, in Douerden,in Zueuerdinge, Schiſlo,& Viſſelhouede. Cranzius libro 8. Metropoleos, capite 36. Iariſlaus epiſcopus Vuratiſlauienſis, Nyſſam urbem cum territorio à patre ſibi datam, Vuratiſlauienſi epiſcopatui ſempiterno iure adiunxit. Martinus Cromerus lib.7.de rebus Polonorū. Iſo filius comitis de Vuelpha, epiſcopus Verdenſis, bona hæreditaria militariū de Vueſtene,pro Eccleſia data,magna pecu-

nia comparauit, prædia in Rauene, & alia nõnulla donauit Eccleſiæ. Cranzius lib.7. cap.30. Metropol. Præmislaus dux Polonorum, Gneſnenſi Eccleſiæ Cirnelium pagum, Poſnanienſi uerò Bucum donauit, non ſine inuidia & offenſione procerum. Cromerus lib.9. Conradus Maſouiæ dux Louiciam uillam, cum circumiacentibus ſyluis, ſanè quàm uaſtis, archiepiſcopo Gneſnenſi ſempiterno iure donauit, ea quidem lege, ut is Plocenſis ſemper canonicus eſſet, & libram ſiue marcam auri duci Maſouiæ, eorum bonorum nomine, quotannis pénderet. Ibid. lib.8.

Decimæ. Leſcus Polonorum dux Cracouienſi epiſcopo iure ſempireтno donauit decimam de omnibus metallis, in cuiuſcunq; ſolo eſſent intra ipſius diœceſin. Cromerus lib.10. Viceſimam redituum de ſalinis Cracouienſibus Pręmislaus rex eidem epiſcopo attribuit. Sed Vvenceſlaus Bohemus pòſt, ut decimæ darenrur, conſtituit. Ibid. Grauiter peccant, qui decimas & primitias non reddunt ſacerdotibus, ſed eas pro ſua uoluntare diſtribuunt indigentibus. Innocentius tertius ſermo.3. in die dedicat. templi. Vvedekindus de Schovvenborg monaſterio Vallis benedictionis, pro ſui ac ſuorum memoria contulit decimam in Vſelen, non longè à monaſterio. Cranzius lib.8. Metropol. cap.6.

Tributa, uectigalia. Petrus rex Arragonũ, comes Barcinoniæ, & dominus montis Peſſulani, regnum ſuum obtulit anno 1214, Innocentio tertio papæ, illudq́ue ſibi & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum pro redemptione animæ ſuæ ac progenitorum ſuorum conſtituit cenſuale, ut annuatim de camera ipſius regis certi reditus apoſtolicæ ſedi reddantur, ac ipſe & eius ſucceſſores eidem ſpecialiter fideles & obnoxij teneantur. Epitome mundi. Carolus Andegauenſium comes è Maſsilia cum 30 triremium claſſe ſoluens, ingreſſus oſtium Tiberis cum Beatrice coniuge Romam uenit, auriq́ue nummûm annuis ſexaginta (quinquaginta habet Hermannus Schedel ætate 6.) millibus Romanæ pactis Eccleſiæ, Siciliæ reges appellati, Carolus & uxor apud Lateranum à pontifice coronati ſunt. Ritius lib.2. de regibus Siciliæ, Ganguinus, Æmylius.

Er ex ijs bonis pauperes alebátur. Miecislaus ſenex extruit ptochodochium, ſiue hoſpitale, ut uocant, recipiendis & ſuſtentandis egenis, Poſnaniæ apud D. Michaelis, & compluribus pagis dotauit, eiusq́; cũram hoſpitalarijs fratribus Ieroſolymitanis mandauit. Cromerus lib.7.

Non licebat Eccleſiaſtica bona ad prophanoa uſus conuertere. Officiales bona communia conuertunt in proprios uſus. Item clerici & ſacerdotes cuſtodiunt loculos Domini: quia ſunt miniſtri patrimonij, nec ſnnt poſſeſſores bonorum Eccleſiæ, ſed cuſtodes: unde fures ſunt & latrones, ſi ea in ſuperfluis expendant. Hugo in 12. cap. Ioannis.

DE BIBLIOTHECIS.

ECcleſia Ratisbonenſis ad S. Emmeranum, uexationem ſuam libris bibliothecæ, quingentis iuxta Nauclerum, redemit à Conrado Friderici ſecundi Imperaroris filio: ad quam redemptionem alrare aureum, quod à temporibus Ramboldi extructum uſque tunc durauerat, appendens 67 marcas auri expenderunt, anno 1251. Vrſpergenſis Paralipomena.

DE SCHOLIS.

NEapolitanam Scholam fundatam multis prinilegijs donauit Fridericus ſecundus, eoq́; omnium ſcientiarum doctores magnificis conuocauit ſtipendijs. Idem Bononia Paduam Scholam tranſtulit. Blondus libro 7. decad. 2. Cranzius lib.8. cap. 10. Saxoniæ. Thadeus natione Florentinus, medicæ artis peritiſsimus doctor, eam ſcientiam certis annis publico ſalario conductus Bononię egregiè docuit. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Antonius de Padua Tholoſæ Bononiæq́; ac Patauij diu Theologiam egregiè docuit. Bergomenſis lib. 13. Schedelius.

Valentiæ Dominicus philoſophiæ ac Theologiæ operam dedit. Volarerranus.

Veronæ, Guilhelmus ciuis Placentinus, Medicæ artis Doctor eruditus, & aliarum literarum humanitatis non ignarus, publico ſalario conductus, multis annis in ea facultate ſcholam tenuit. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Bergomenſis lib.13.

Peruſij, Petrus Cappocius, Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, gymnaſium (quod Sapientiam uocant) ſua impenſa extruit. Platina in uita Gregorij noni, Volarerranus, Sabellicus.

Alexander de Ales, cum eſſer doctor ſacrarum literarum in gymnaſio Pariſienſi, ordinem pauperum Chriſti intrauit. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Anno 1253. Lutecię Robertus Sorbonam inſtituit, arq; fundauir collegium Sorbonæ. Ioannes Tilius in Chronico de tegibus Francorum.

Oxonij, circiter annũ Salutis 1282. Guilhelmus Martonus Angliæ cancellarius,

collegium diſcipulorũ bonarum artium ſectatorum inſtituit,& reditibus locupletauit.Polydor.Vergil.lib.17.Angl.hiſtor.

Sub magiſtro Iordano fratres primò ad legendum Pariſijs licentiati ſunt. Et quia doctores egregij multi mox circa principium ordinem intrauerunt, duas ſcholas ibidem acceperunt. Erphurdenſis cap.93.

Albertus Magnus multos annos Coloniæ & Pariſijs publicè Theologiam & philoſophiam docuit.Bergomenſis lib.13. Idem magnum ſacerdotiũ repudiauit,ne à literarum auerteretur ocio,in Colonia Agrippina diu profeſſus, ubi octogenarius obijt. Multi ſub eo egregiè profecerunt, ſed omnium maximè Thomas media Italia Aquini ortus,qui per Albertum adeò profecit,ut Pariſijs in clariſsimo orbis gymnaſio primum ſit locũ ſortitus: inde Romam ab Vrbano quarto pontifice accerſitus,gymnaſium Romæ inſtaurauit. Sabellicus tomo 2.Ennead.9.lib.6.

Ludolphum,ex gymnaſio Pariſienſi reuerſum,Vvichmannus Magdeburgicus epiſcopus paruulis docẽdis præficit.Cranzius lib.7.Metrop.cap.25. Ex Bohemia nobiles quoſdam adoleſcẽtes ſtudiorum gratia Magdeburgi conuerſatos, temporibus Philippi, idem ſcribit lib.7. Vandaliæ,cap.19.

DE CONSOCIATIONE ECCLEſiarum *in una prouincia.*

IN una prouincia epiſcopi certa ratione erant cõſociati. Sic anno Domini 1288, Rudolphus archiepiſcopus Saltzburgenſis,præſentibus omnibus ſuffraganeis ſuis,corpus B.Vergilij, Carinthianæ gentis apoſtoli, cum pſalmis & canticis tranſtulit,& cum maximis laudibus eleuauit, quod 115.annis quieuiſſe legitur. Chronicon Æditui.

Epiſcopos aut presbyteros ordinabant. Ab archiepiſcopis pependiſſe tum confirmationem, tum conſecrationem epiſcoporum, teſtatur Cranzius in Metropoli lib.8.cap.3. Philippus Raceburgenſis epiſcopus,Bremę ab Hartuico benedictionem epiſcopalem accepit.Idem lib.7.ca.1. Vandaliæ. A' Bremenſi & Verdẽſi Theodoricus Suerinenſis ordinatur, Cranzius lib.8.cap.3.Metropoleos.

Cauebant ne bona Eccleſiaſtica abalienarentur. Epiſcopi Scotiæ Gaulonem papalem legatum,præter ius & æquum pecuniam ab ipſis exigentem,ad Romanam curiam accuſant.Boetius.

Synodos celebrabant. Innocentius tertius: Abbates & ſacerdotes diœceſana tibi lege ſubditos,qui ad tuam ſynodum uenire contemnũt (dummodò in ipſa ſynodo non ducas aliquid ſtatuendum, quod canonicis obuiet inſtitutis) per cenſuram eccleſiaſticã ad ſynodum illam uenire compellas,& debitam tibi obedientiam & reuerentiam exhibere. lib.1.decret.conſtitutione 131.ad archiepiſcopum Cantuarienſem. Contra uulturem Romanum, qui petitum pecuniam adueniebat, ſub prætextu ſacri belli,ut uocant, Scoti præſules iuſſu regis coeunt, & communi decreto legatus regnó illo excluditur. Boetius lib.13. Anno 1292,Gerhardus archiepiſcopus Moguntinus ſynodum prouincialem ſuffraganeis & pręlatis ſuis in Aſſchaffenburg celebrandam indixit,ubi conuenerunt epiſcopi Eiſtetenſis, Spirenſis, Auguſtenſis, Herbipolenſis, Bambergenſis, Hildeshemenſis & Vvormacienſis, cum alijs multis abbatibus, præpoſitis, decania atq; presbyteris, qui multą & uaria in negocijs eccleſiaſticis utilia ſtatuerũt. Chronic.Hirſaug.Trithemij.

DE CONSOCIATIONE ECCLEſiarum *in pluribus prouincijs.*

Plures etiam prouinciæ fuerunt certa quadam ratione,& ordine,inter ſe cõiunctæ. Erant enim archiepiſcoporum & patriarcharum certæ ſedes, quibus alij epiſcopi ſubiecti erant. In Armenia minori Tarſum ciuitatem archiepiſcopalem eſſe, eiuſq; loci antiſtitem catholicon, hoc eſt, uniuerſalem dici,& in Am eiuſdem regionis ciuitate mille eccleſias eſſe, Vincẽtius teſtatur lib.31.cap.29.97. In Georgia ſunt tam epiſcopatus quàm archiepiſcopatus decem & octo. Idem lib.30.cap.96. Patriarcha Ieroſolymorum quatuor habet archiepiſcopos ſub ſe. In Palæſtina Cæſarienſem, in Galilæa Nazarenum, in Phœnicia uerò Tyrenſem: qui quatuor habent ſuffraganeos, Acconenſem, Sidonienſem, Berithenſem & Belinenſem. Petracẽſem quoq; in prouincia Moabitarũ,qui unum in monte Sina habet ſuffraganeum Græcum. Patriarchæ uerò ſuffraganei ſunt, Ebronita, Bethlehemita, & Lyddanus epiſcopi. Idem lib.31. Temporibus Ioannis Ducæ Imperatoris Ternobij epiſcopus perpetuam libertatem impetrat, cum ad id uſq; tempus primæ Iuſtinianæ,hoc eſt, Bulgariæ archiepiſcopo propter ueterem illius gentis cognationem paruiſſet. Gregoras lib.2. Reualiæ epiſcopum Danorum rex,cuius opera illi populi ex gentiliſmo conuerſi erant, Lundenſi metropolitano ſubeſſe decernit. Cranzius libro 7. Vandaliæ,cap.22. Archiepiſcopo Rigenſi per Cruciferos Culmẽſis epiſcopus ſubiectus eſt,teſte Cromero lib.10.

Vocabant,ordinabant & regebant epiſcopos.

ſcopos. Ottonem inter alios Bernardus de Lippia habebat filium, epiſcopum Traiectenſem, qui manibus ſuis parentem ſecundum carnem, conſecrauit Leodieſem epiſcopum, factus parenris parens, & inde pater cum eodem filio Gerardum archiepiſcopum Bremenſem, alium filium, oleo ſancto initiauit. Cranzius libro 7. Metrop. cap. 10. Meinardus & Albertus Rigenſes epiſcopi per Bremenſem cõſecrantur. Ibid. cap. 10. & lib. 6. cap. 10. Vandaliæ. Ioannes Lubecẽſis epiſcopus per Bremenſem confirmatur. Cranzius lib. 8. Metropol. cap. 24.

Coniungebant ſtudia contra non legitimè uocatos. Innocentius ad archiepiſcopum Biſuntinum: Priorem, quem aſſeris à ſchiſmatico ordinatum, ab officio poteris repellere incunctanter, niſi legitimè probauerit ſecũ fuiſſe miſericorditer diſpenſatum, & ab ea perſona, quæ ſuper hoc poteſtatem habuerit diſpenſandi. lib. 5. Decret. conſtitut. 27.

Contra hæreſes pugnabãt, ſed non tam ſacris quàm prophanis armis. Contra Albingenſes ſæpius arma ſumpta ſunt, ac inquit Gaguinus: In expeditione contra Albingenſes hæreticos inuenio fuiſſe multos epiſcopos, Petrum Senonum, Reginaldum Rothomagenſem, Robertum Baiocenſem, Iordanum Lexouium, & Reginaldum Carnotenſem epiſcopos. Idem teſtatur Vincent. lib. 31. cap. 28.

In ſynodis conueniebant. In ſynodo Romana ſub Innocentio tertio conuenère 412 epiſcopi, inter quos Conſtanrinopolitanus & Hieroſolymorum fuêre Patriarchæ. Antiochenus & Alexandrinus legatos miſerunt. Vrſpergenſis. Anno 1222, M. Petrus de Corbolio Senonenſis archiepiſcopus, uir inæſtimabilis literaturæ, ac ſenectutis bonæ, die ſynodi ſuæ moritur, & in eccleſia Senonenſi præſenti ſynodo tumulatur. Vincent. lib. 30. cap. 124.

Excõmunicariones promulgabant communi cõſilio. Franci, Angli & Dani excommunicationem Friderici Imperatoris publicè denunciabant. Cranzius lib. 8. cap. 8. Saxoniæ.

Iniurias alicui illatas communi ſtudio uindicabant. Cum Paulus Craconienſis epiſcopus, uitæ turpitudine clarus, à duobus iuuenibus captus eſſet, uel iuſſu uel permiſſu Boleslai principis, Ioãnes Gneſnẽſis archiepiſcopus omni prouinciæ ſuæ eam ob rem ſacris interdixit: tandemque inita gratia, princeps epiſcopo ducenta argenti pondo numerare cogitur. Cromerus lib. 9.

Ciuilibus negocijs ſeſe ingerebant. Aquileiẽſem patriarcham, archiepiſcopum Saltzburgenſem, & Ratiſponenſem epiſcopum in Italiam uocat Fridericus Imperator, ut de pace tractent inter ſe & Romanum pontificem. Vrſpergenſis, Chronicon Æditui.

DE ROMANORVM PONTIFICVM *primatu & tyrannide, item de operibus Antichriſti in regimine Eccleſiaſtico.*

DOMINATIO SVPER ECcleſias orbis.

Principatum ſuper alias omnes Eccleſias efferũt papæ Romani etiam hoc ſeculo. Poteſtatem ordinariam patriarchis, archiepiſcopis & epiſcopis in multis rebus ademit Innocentius tertius. Balæus libro 5. de Roman. pontificibus. Per legatos ex Tartaria, ad Ludouicum Franciæ regem in Cypro agentem miſſos, ad magnum Tartarorum principem Odo pontificis Romani legatus, qui tum caſtra regis ſectabatur, ſcribit, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia eos libẽter ut filios chariſsimos reciperet, audiens gratulabundam conuerſionem eorum ad fidem catholicam, dummodò fidem orthodoxam uellent firmiter tenere, & eam confiteri matrem omnium Eccleſiarum, eiq; præſidentẽ Ieſu Chriſti uicariũ eſſe, & eidem uicario cuncti, qui Chriſtiana profeſsione cenſentur, meritò debeant obedire. Prælatos etiam illorũ admonuit ſpecialiter, utidipſum omnes ſaperent, & in eis ſchiſmata non eſſent, ſed in ueritate fidei, ſcilicet in quatuor primis generalibus concilijs æditæ, & à ſede apoſtolica approbatę, immobiliter permanerent. Vincent. lib. 31. cap. 94.

Cæterùm hominum papalium faſtum, cui hactenus dediti fuerunt, fortè deteſtatus Cœleſtinus quintus, primo, poſtquam Antichriſti cathedram conſcendiſſet, conuenru conſtituit, ut ab eo tempore nec papa nec cardinales cum tanta pompa ſolennibus equis uterentur, nec mulis quidem, ſed aſinis tantùm ueherentur (aſini ſcilicet) dicens: Ieſus Chriſtus filius Dei humilis aſini dorſo uectus eſt, cuius nos imitatores eſſe debemus. Erphurdenſis cap. 96.

Sibi ſolis ſupremum ius clauium uſurpant. Fertur Otto Imperator ad extremũ ſincerè compunctus obijſſe, quòd Eccleſiam inſectatus ſit, quòd mala multiplicauerit per incendia & rapinas, & in arce ſua Hartesburg ante obitum à Sifrido Hildeſemenſi epiſcopo abſolutus: quam abſolutionem Honorius papa fertur babuiſſo ratam,

ratam,ut eſſetuigoroſa. Cranzius libro 7. cap.35.Metropoleos.

Sibi ſupremum & ſummum iudicium de quauis doctrina arrogant. Auignionem urbem ſeptem annis Romanæ excommunicationi ob hæreticam prauitatem ſubiectam fuiſſe, narrat Vincentius libro 30. cap.128. Primo anno Richardi Imperatoris, libellus peſtifer à Magiſtro Vvilhelmo de S. Amore, Canonico Beluacenſe, compoſitus & intitulatus De periculis, damnatus eſt & combuſtus per papam Alexandrum in eccleſia cathedrali Anagniæ, tum propter hæreſes quas continebat, tum etiam propter hoc quòd contra religioſos ſeditionem & ſcandala continebat. Erphurdenſis capite 93. Alexander quartus quoſdam nouos libellos, religioſos de eleemoſynis uiuentes ſaluari non poſſe dicentes, penitus reprobauit. Palmerius, Platina. Idem papa inquit: Inhibemus, ne cuiquam laicæ perſonæ liceat publicè ſeu priuatim de fide catholica diſputare. Sexto decretaliũ lib.5.tit.2.de hæreticis.

Suas cenſuras alijs Eccleſijs omnibus obtrudunt tali appeodice, ne cuiquam fas ſit diſſentire. Innocentius tertius: Monemus igitur, ut illum ordinem in ordinandis presbyteris, & conſecrandis epiſcopis morem ſerues, & facias obſeruari, quem apoſtolica ſedes obſeruat. Ad Conſtantinopolitanũ patriarcham. Extat in Chronico Caſsinenſi Vrbani quarti priuilegium quoddam de corpore S. Benedicti, quòd uerè apud Caſsinenſes requieſcat, & ab omnibus omnino credendum ſtatuit. Quod decretum Clemens quartus confirmauit. Sextum pontificij iuris librum Bonifacius octauus ipſe pontifex (anno 1298. iuxta Ptolomeum Lucenſem) edidit, quem à tribus doctiſsimis uiris ex quibuſdam nouis decretis à ſe editis compilari mandauit, & ſub publico edicto in iudicijs obſeruari, & in publicis gymnaſijs legi debere mandauit. Schedelius ætate 6. Bergomenſis lib. 13. Stella. Hanc uiſitandi formam, inquit Innocentius quartus, ab uniuerſis epiſcopis alijsque prælatis ordinario iure ſuos ſubiectos uiſitantibus, plenè obſeruari præcipimus, ſaluis ſuper hoc rationabilibus & approbatis religioſorum conſuetudinibus, & regularibus inſtitutis. lib.6. Decretalium.

Suis decretis horriſonam adijciũt clauſulam, ut in decretis concilij Lateranenſis uidere eſt. Nicolaus tertius per totum mundum præcepit regulam fratrum Minorum cum ſua declaratione legi publicè, cum decretalibus, in omnibus ſcholis iuris, excommunicans omoes dictam regulam decæterò impugnantes. Chronicon Æditui.

Iactant ſine fine incredibiles prærogatiuas, quas præ alijs doctoribus habeant. Romanum enim pontificem Saluatoris Ieſu Chriſti uicarium, & Petri ſucceſſorem uocat Innocentius 3. Sermone 1. Dominica Lætare. Item: Romaous pontifex in ſignum imperij utitur regno, & in ſignum pontificij utitur mitra. Sed mitra ſemper & ubique utitur, regno uerò nec ubique nec ſemper. Quia pontificalis autoritas & prior eſt, & dignior, & diffuſior, quàm imperialis. Sacerdotium enim in populo Dei regnum præceſsit, cum Aaron primus pontiſex Saulem primum regem præceſſerit: Noe quoque Nemroth, cum de illo dicit Scriptura, quòd principium Nemroth extitit Babylon: Noe uerò ædificauit altare Domino, & holocauſta obtulit ſuper illud. De ſacerdotibus autem & regibus loquens, ſacerdotes appellat Deos, & reges Principes. Dijs, inquit, non detrahes, & principi populi tui non maledices. Et cum de rege dicat Apoſtolus: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis. Ad Hieremiam ſacerdotem de ſacerdotibus Anatoth ipſe Dominus ait: Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut euellas & deſtruas, ædifices & plantes. Petro uerò fuit datum à Domino, & in Petro ſucceſſoribus Petri: Tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Nihil excepit, qui dixit, Quodcunque. Propter quod alibi dixit: Paſce oues meas. non diſtioguens inter has oues & illas, ut oſtenderet, ad ſuas oues minimè pertinere, qui Petrum recuſat habere paſtorem. Ei quoque ſingulariter dixit: Tu uocaberis Cephas, quod exponitur Caput, in quo ſenſuum plenitudo conſiſtit. Quia quum cæteri uocati ſint in partem ſolicitudinis, ſolus Petrus aſſumptus in plenitudinem poteſtatis. Idem Sermone 1. in feſto Syluestri papæ. Item: Licet cæteri omnes Apoſtoli claues regni cœlorum acceperunt, ac per hoc omnes epiſcopi, ut quicquid adhibitis clauibus ligauerint ſuper terram, ſit ligatum & in cœlis: & quicquid ſoluerint ſuper terram, ſit ſolutum & in cœlis. priocipaliter tamen beatus Petrus claues regni cœlorũ accepit, ac per hoc ſucceſſor eius,

ut ipſe poſsit ligare cæteros, ſed ligari non poſsit à cæteris. Ei namque ſingulariter dictum eſt: Tu uocaberis Cephas, id eſt, caput. Sicut enim in humano corpore ſolum caput habet plenitudinem ſenſuum, cætera uerò membra partem recipiunt plenitudinis: ſic & in Eccleſiaſtico corpore cætori epiſcopi uocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſed ſupremus pontifex aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis. Idem Sermone 1. in feſto Gregorij papæ. Item: Altitudo maris iſtius, de qua Chriſtus inquit ad Petrum, Duc in altum, eſt Roma, quæ primatum & principatum ſuper uniuerſum ſeculum obtinebat & obtinet: quam in tantum diuina dignatio uoluit exaltare, ut cùm tempore paganitatis ſola dominium ſuper omnes gentiles habuerit, Chriſtianitatis tempore ſola magiſterium ſuper fideles habeat uniuerſos. Dignũ ergo Deus prouidit & congruum, ſed & congruum prouidit & dignum: ut ille qui erat princeps Eccleſiæ, ſedem conſtitueret apud urbem, quæ tenebat ſeculi principatum. & ideo Dominus inquit ad Petrum: Duc in altum. Quaſi diceret: Vade Romam, & te cum tuis transfer ad urbem, & laxate ibi retia in capturam. Ecce liquidò patet, quantum Deus urbem iſtam dilexerit, ut eadem eſſet ſacerdotalis & regia, imperialis & apoſtolica, obtinens & exercens non ſolum dominium ſuper corpora, uerùm etiam magiſterium ſuper animas. Longè nunc maior & dignior autoritate diuina, quàm olim poteſtate terrena: per illam habens claues regni cœlorum, per iſtam orbis terrarum reges habenas. Ne uerò tantæ dignitatis honor, uel potius tanti honoris dignitas, ad aliam ciuitatem quacunque ratione tranſiret, ſed in hac urbe iuxta diſpoſitionem perpetua lege maneret: quum Petrus perſecutionem fugiens infidelium, urbem exiſſet, apparuit ei Dominus iuxta urbem. cui cum Petrus dixiſſet: Domine, quò uadis? reſpondit: Vado Romam iterum crucifigi. Quod Petrus intelligens pro ſe dictum, ut uidelicet caput crucifigeretur in membro, redijt ad urbem, quam tandem in crucis patibulo, ſuo ſanguine conſecrauit. Idem Sermone 2. in feſto S. Petri. Et: Vniuerſalis Eccleſia pro ſummo pontifice ſine intermiſsione orare debet. Idem in ſermone ad uincula Petri. Dominus ergo, non quilibet, ſed ille qui in ueſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum habet, Rex regum & Dominus dominantium: de quo legitur, quia Dominus nomen eſt illi: per ſeipſum apoſtolicæ ſedis primatum conſtituit, ut eius conſtitutioni nulla poſsit audacia refragari. Idem Sermone 2. in conſecratione pontificis maximi. Item: Equidem conſtitutus ſum ſuper familiam, ut ſicut excellentiſsimus mihi eſt locus, ita ſit & excellentiſsimum meritum. Verùm ad magnam potentis Domini laudem accedit, quòd per uilem ſoruum ſuum beneplacitum operatur, ut nihil adſcribatur humanæ uirtuti, ſed totum tribuatur diuinæ potentiæ. Quis autem ſum ego, aut quæ domus patris mei, ut ſedeam excellentior regibus, & ſolium gloriæ teneam? Mihi namque dicitur in Propheta: Conſtitui te ſuper gentes & regna, ut euellas & deſtruas, & diſperdas & diſsipes, & ædifices & plantes. Mihi quoque dicitur in Apoſtolo: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. Cùm omnibus Apoſtolis loqueretur, particulariter dixit: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. Cum autem ſolo Petro loqueretur, uniuerſaliter ait: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, &c. Quia Petrus ligare poteſt cæteros, ſed ligari non poteſt à cæteris. Tu, inquit, uocaberis Cephas, quod exponitur caput: quia ſicut in capite conſiſtit omnium ſenſuum plenitudo, in cæteris autem membris pars eſt aliqua plenitudinis: ita cæteri uocati ſunt in partem ſolicitudinis. Solus autem Petrus aſſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis. Iam ergo uidetis, quis ſit iſte ſeruus, qui ſuper familiam conſtituitur, profectò uicarius Ieſu Chriſti, ſucceſſor Petri, chriſtus Domini, Deus Pharaonis: inter Deum & hominem medius conſtitutus, citra Deum, ſed ultra hominem: minor Deo, ſed maior homine: qui de omnibus iudicat, & à nemine iudicatur: Apoſtoli uoce pronuncians, Qui me iudicat Dominus eſt. Verùm officium ſeruitutis humiliet, quem faſtigium ſublimitatis exaltat, ut humilis ſublimitas ſit, & ſublimis humilitas. Idem Sermone 1. in Conſecrat. pontificis Maximi. Item: Sacroſancta Romana Eccleſia, diſponente Domino, cunctorum fidelium mater & magiſtra eſt. Ibidem. Et: Romanus pontifex ſupremam in Eccleſia obtinet poteſtatem. Idem in epiſtola ad conuentum Dimolienſem. Porrò cum Eccleſia Romana debitum reuerentiæ nulli prorſus impendat, niſi Romano pontifici, qui poſt Deum alium ſuperiorem non habet: quid eſt hoc quod Romanus pontifex debitum prouidentiæ non utique

quo

que tantùm Romanæ Eccleſiæ, ſed omnibus omnino tenetur Eccleſijs exhibere? Sapientibus & inſipientibus debitor ſum, inquit Apoſtolus, & inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum. Sermone 3. de conſecratione pontificis maximi. Item: Sic & Romanus pontifex ſponſam habet Romanam Eccleſiam, quæ tamen Eccleſias ſibi ſubiectas introducit ad ipſum, ut ab eo recipiant debitum prouidentiæ: quia quanto plus redditur, tanto magis debetur. Ibid. Item: Ego facilè non crediderim, ut Deus permitteret Romanum pontificem cõtra fidem errare, pro quo ſpiritualiter orauit in Petro, &c. Ibid. Et: Potuiſſes auté prærogatiuam ſacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictum eſt, non à quolibet, ſed à Deo: nõ regi, ſed ſacerdoti: non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti, de ſacerdotibus uidelicet, qui erant in Anathot: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut euellas & diſsipes, & ædifices & plantes. Prȩterea noſſe debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cœli: luminare maius, ut præeſſet diei: & luminare minus, quod prȩeſſet nocti: utrumq; magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cœli, hoc eſt, uniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas inſtituit dignitates, quæ ſunt pontificalis autoritas, & regalis poteſtas. Sed illa quȩ præeſt diebus, id eſt, ſpiritualibus, maior eſt: quæ uerò carnalibus, minor: ut quanta eſt inter ſolem & lunam, tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcatur. Hæc autem ſi prudenter attenderet Imperatoria celſitudo, non faceret aut permitteret Conſtantinopolitanum patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, iuxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere, cum alij reges & principes archiepiſcopis & epiſcopis ſuis (ſicut debent) reuerenter aſſurgant, & eis iuxta ſe uenerabilẽ ſedem aſsignent. In epiſtola ad Imperatorem Conſtantinopolitanum.

Romanus pontifex, inquit Bonifacius 8. in quadam conſtitutione, iura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere. lib. 1. tit. 2. de conſtitut. cap. 1.

Legatos ſuos ſemper huc illuc mittunt, & mandata ſcribunt, & non obtemperantibus ſæua minãtur. Ottonem ſuum quendam legatum Gregorius nonus in Angliã miſit, ut ſacerdotalis ordinis ſtatum recognoſceret, & quatenus opus eſſet corrigeret. Polydor. lib. 16. Vrbanus 2 Othobonum cardinalem ad componendum inteſtinum bellum inter Anglię regem & eius optimates, & pro colligendis pecunijs, cũ ſumma poteſtate ablegauit. Sed dum controuerſias inter regem & barones ſedare laboraret, quò quietius res ſuas ageret, à ciuibus Londinẽſibus in carcerem eſt coniectus. Ibid. Balæus lib. 6. de actis Romanorum pontificum. Innocẽtius conſiderans quòd per detentionem Salernitani archiepiſcopi, qui adhuc per Philippum, Imperatoris Henrici fratrem germanum in Alemannia detinebatur captiuus, detraheretur apoſtolicæ dignitati, ſtatim Sutrinum epiſcopum, natione Teutonicum, & abbatem S. Anaſtaſij, in Alemaniam deſtinauit, ſcribens prælatis Eccleſiarum, ut detentores Salernitani ac aliorum prælatorum monerẽt, & ſi neceſſe eſſet, per excommunicationem compellerent, ut illos dimitterent, comminando principibus, ut niſi ad hoc darent operam, totam Alemaniam ſe ſuppoſituros interdicto. Nauclerus uolumine 2. generat. 40. Legatos quibus in certis prouincijs committitur legationis officium, ut ibidem euellant & diſsipent, ædificent atq; plantent, prouinciatum ſibi commiſſatum, ad inſtar proconſulum cæterorumque præſidum, quibus certæ ſunt decretæ prouinciæ moderandæ, ordinarios reputantes, &c. Sexto decretal. libro 1. titul. 15. capite 1.

Diſtribuunt epiſcopatus, ueluti Cæſar Ducatus & prouincias. Aponenſem uillam & ciuitatis iure & epiſcopali dignitate illuſtrat Bonifacius 8. Bergomenſis lib. 13. Stella, Æmylius. Per Guilhelmum Mutinenſem, ſuum legatum, Romanus quidam pontifex hac ætate Boruſsiam in epiſcopatus diſtinxit, nempe Varmienſem, Sambienſem, & Pomeſanienſem, quemadmodum uult Dugloſſus, ut annotat Crometus lib. 8. de Polonis. Innocentius quartus nõ multum poſt electionem ſuam, ſedes cardinalium plures ex longo tempore uacuas, perſonis honeſtis ex diuerſis mundi partibus impleuit. Ptolomeus Lucenſis.

Volunt ad ſe prouocari, tanquam ad ſummum in terris iudicem. Vna conſtitutionum concilij Lateranenſis hæc exiſtit, ait Nauclerus, ut quoties orbis principes alter in alterum deliquerit, correctionem ad Romanum pontificem ſpectare. Generat. 41. Nicolaus quartus fœdus Tarraconenſe, quod Carolus Claudus rex Siciliæ inierat, ratum noluit, nec iniuſſu ſuo tranſigi potuiſſe de regno ſedis Romanæ beneficiario contendit, &c. Paulus Æmylius libro 8. de geſtis Francorum.

Caſus quoſdam ſibi reſeruant. Innocentius: Sratuimus,ur generalem excommunicstionis ſenrentiam promulgeris,quam per ſingulas parochias façiaris frequentius innouari. quòd ſi quis falſas lireras ſe habere cognoſcir,intra uiginti diss literas illas sut deſtruat, aut reſignet, ſi pœnam excommunicationis uoluerit euadere: quam (niſi forſsn in mortis articulo) ſine ſpeciali mandato noſtro, à quoquam nolumus relaxari: nec erism, ſi præſumpta fuerit,cõtrahoc abſolutio quicquã habeat firmitaris. libro quinto conſtit.49. Idem pspa ad petitionem Philippi regis, filium Philippum & unam filiam, quas ex Maria (quam quinque annis contra Dei decretum & legem tenuerat) ſuſceperat,legitimos hæredes eſſe mandauit, & poſtea literis ſuis confirmauit. Quod factum eo tempore multis diſplicuit. Eſt enim contra uerbum Dei. Antoninus titulo decimoſeptimo,capite 9.§.31.Vincentius libro uigeſimonono, capire ſexsgeſimoſeprimo. Gerhardus tertius comes Holſatiæ,cnm eſſer præpoſitus Lubecenſis,ſubdiaconus, apoſtolica diſpenſarione, mortuis fratribus, duxit uxorem, & genuit ex ea Ioannem, in quo ſtetir illa linea. Cranziu lib.8.cap.26.Saxoniæ.

Volunt eſſe irreprehenſibiles in terris, quicquid tandem ſentiant aut deſignent. Maledicentibus papæ pœnas infligendas cenſuit Innocentius tertius, teſte Balæo. Er in Alſatia quidam nobiles Innocentiũ tertium impieratis damnabant, quòd ſacerdoribus uxores non permitteret, centumque ſunt per epiſcopos uno die combuſti: nam carnium & mstrimonij uſum, omni tempore Chriſtianis eſſe licirum, docebant. Balæus libro quinro de actis Roman.pontif. ex Huldrico Mutio. Ioannes Semeca iuris doctor, & Halberſtadenſis præpoſitus, cùm ſummò ponsifici, decimas à clero Germaniæ exigenti ad bellum ſacrum, contradiceret, excommunicatus præpoſiturs priuatur. Sic ſcilicet Antichriſtus uoluit eſſe irreprehenſibilis. Cranzius lib.8.cap.27.Saxoniæ. In Sueuia quidam dicentes, ponrificem non habere Chriſti poteſtatem,pro hæteticis habentur.Panrhaleon.

Alexander qnartus decernit, ne iureiurando teneatur Henricus tertius Anglorum rex; quod in Oxonienſi concilio dediſſet, qno antiquas leges & inſtituta ſe redditurum promiſerat, néue promiſsis ſtare cogatur,cum affirmaret, ſe eam ſponſionem non ſpontè, ſed metu feciſſe.Polydorus lib.16.

Venalia habebant,Epiſcopatus.Statutũ eſt hoc ſeculo Romæ, quẽlibet ex Anglia electum tranſalpinare, ut Romanorum loculos imprægnent,in magnam ruinã Anglici regni.Nam omnia tunc illi erant uenalia.Sub reformarionis colore multi etiã in Angliam uenerunt, & inter alios frater Manſuetus Minorita, qui authoritsrẽ habebat quoſcunq; abſoluendi, falſidicos, periuros,uotorum rrsnſgreſſores,adulteros,homicidas, proditores,ueneficos, Sodomitas, & omnes: quod prudentibus fuit in ſibilum ac deriſum.Balæus Centuria 4.in append.cap.24. Papa eo tempore (de Honorio terrio loquitur Pariſius) hydrope ſpirituali laborãs, euscuauit per ſuum legstum,clericorum & clauſtralium loculos, ac miram in eos exercuit tyrannidem.Nam Hugo Lincolniẽſis pro epiſcopatu recuperando,mille marcas expoſuit, ac ipſo legaro 100 numerauit.Illius exemplo & alij ſunt edocti,eãdem ſedare ſirim. Balæus lib.5.de actis Roman.pontif. Gerhardus qnidam comes ducenras marcas pecuniæ expoſuit cardinali cuidam, pro obrinenda Mogunrinenſi ſede. Panthaleon. Guilhelmus Hothun, Pariſienſis doctor, & Dominicanorum fratrũ in Anglia prouincialis,miſſus ab Edouatdo rege legatus ad Bonifacium 8. anno Domini 1298. fit auro currente Dublinenſis archiepiſcopus, & citerioris Hyberniæ primas. Balæus Cent.4.ſcriptorum Brytan. cap.74. Syluester Giraldus Meneuenſis electus epiſcopus, Romã confirmationis gratia perijt; ſed dũ illic ſolicitè tractaret ſub Innocẽtio 3.de metropolitano ſuę Eccleſię iure,cõrra Hubertũ Cantuarienſem epiſcopũ, & ad eius inuectiones in pleno conſiſtorio reſpõderet,competitore quodam ſtrenuo per pecuniam agente, cauſa & dignitate cecidit. Idem Cent.3.csp.59. Henricus Anhaltinus, cum primas literas uix attigiſſet, tandem à Romsno pontifice,re prius bene deliberaca, in Magdeburgenſi ſede cõfirmatur. Sed quis dubitabit, Romani ponrificis animum auro emollitum? Cranzius lib.8.cap.53.Metropoleos.

Sacerdotia. Conſtituit Innocentius tertius,ut nullus plura beneficia uel dignitates habeat ſine papæ licenria ſpeciali,quę quidem auro comparanda fuit. Chronicon Æditui.

Pallia. Quæ (ut Innocentius ait libro primo de myſterijs Miſſæ,capite decimo) metropolitanorum,primatum & patriarcharum erant propria, ut ſcilicet per illa à cæteris epiſcopis diſcernerenrur, & priuilegiatam obrinerent dignitatem. Item capire ſexageſimorertio. Dicitur autem pallium plenitudo pontificalis officij

torum enacuatis crumenis. Ibidem capite undecimo. Peruſini, qnòd Fulginetum urbem diripuerant, à Martino quarto excommunicati, maxima pecuniæ ſumma ueniam merentur. Bergomenſis libro 13. Platina. Henricus Alphonſi regis Hiſpaniæ frater, Virerbium ad pontificem declinat, tãquam à fratris ſuperbia & ambitione profugus, & adeò errabundus ſe contulit, magnaque largitione uſus ac liberalitate, ut pontificem quoq; data mutui nomine pecunia, ſibi obnoxium redderet: qua fretus largitionė, diſcordem tunc ciuitatem Romanam fecit, pariterq; in ſua ſtudia traxit, adeò ut ei ſenatorium ciues obtulerint magiſtratum. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione quadrageſimatertia.

Cenſus ab Eccleſijs in longinquis regionibus extorquẽnt, & ad eam rem mira tenent artificia. Temporibus Alexandri tertij Scotorum regis, miſſus eſt legatus pontificius in Scotiam ad conquirendam ad expeditionem in Saracenos pecuniæ ſummam grandem. Cæterùm ab Alexandro hand inſcio quid ageretur, extra fines ſubſiſtere iuſſus eſt, ac per literas mandata exponere. Petijt itaque nomine pontificis à qualibet ſine delectu eccleſia parochiali quatuor marcas Sterlingas: ab abbatibus uerò, uel quòd eos epiſcopis ditiores credebat, uel minus mandatis metu aduerſaturos, octoginta. Miſit inſuper ſtatuta quędam ab ipſo in itinere compoſita, ut ſibi gratiam regis compararet, quibus optimũ eſſe ſcribebat omnem populum inſueſcere. Ad ea Alexander Rex, præfecti eccleſiaſtici, & populus uno ore ita reſponderunt: Præceptis ſeſe eius, uel alterius cuiuſquã, præter quæ cõcilium aut pontifex edidiſſet, ad rectè uiuendum nõ egere. Nam quò ſint plura præcepta, eò reperiri plures trãſgreſſores. Quod uerò ad collationem munerum pertineret, rectè ſibi fieri uideri, Eccleſiæ hoſtes uindicare, ac miſeros illos & afflictos, quos illi in peſsimam ſeruitutem redegerint, liberare. Verùm immoderatã eſſe petitionem tam ingentis pecuniæ: ſe prò cuiuſque facultatibus, ſicut commodum uidebitur, delectum aliquem militũ miſſuros, ne pecunia denuò naufragium patiatur, aut à prædonibus in itinere rapiatur. Quod Hẽricus rex Angliæ, ſocer eius, per Eduardum filium ſuum uenientẽ ob id Roxburgum ad ſororem ac ſororium, apprimè laudauit. Expertus enim idem ſapiebat. Miſit inde Alexander mille marcas argenti Clementi quarto in ſubſidiũ profectionis. Hector Boetius lib. 13. Hiſtoriæ Scotorum. Anno 1229. exigebat papa Gregorius aduerſus Fridericũ 2. decimas omnium rerum mobilium in tota Anglia, Vuallia & Hybernia. Quod clero mediante, pro maiori parte obtinuit, ex reditibus, prouentibus, fructibus carucarum, oblationibus, decimis, nutrimentis animaliũ, ac frugibus, & de omnibus obuẽtionibus eccleſiarum, altarium, uel poſſeſsionum, qnocunque nomine cenſeantur, non debitis uel expẽſis aliqua ratione deductis. Habuitque collector autoritatem excommunicandi & interdicendi contradicentes. Balæus Cent. 3. cap. 91. in Appendice. Anno 1246. papa andiens per quoſdam ſuſurrones, quòd clerici quidam in Anglia opulenti, morbo repentino correpti, indecenter à ſeculo migraſſent, ſtatutum fecit, ut defunctorum clericorum bona in eius uſum deinceps cederent. Nam Ioannes Hotoft, archidiaconus Norhamptonenſis, ſic moriens, quinque marcarum millia, cum 30. cuppis argenteis, & aliquot aureis, atq; infinitis iocalibus reliquit. Ita etiam fecerunt, Robertus Hayles archidiaconus Lincolnienſis, Amalricus archidiaconus Bedfordenſis, & alij plures. Cum hæc ad regis aures perueniſſent, arctè præcepit, ne inandita hæc nouitas procederet, nec prælati quicquam illi contribuerent. Sed his cognitis, frẽdens papa reſcripſit, ut contributio ſolueretur, potentes executores mandati conſtituens, Vintonienſem ac Noruuicenſem epiſcopos. Hi uerò negocium papale fulminibus ita exequebantur, ut territis prælatis, regi ſilentium impoſuerint, ut ne mutiret quidem. Non enim iuuat fruſtratorios regis conatus deſcribere, cùm finem tam flebilem ſortiantur. Aſſumens ex præteritis audaciam papa, miſeros Anglos opprimere non ceſſabat. Sed & ſolito imperioſius prælatis mandabat, ut omnes in ſuis beneficijs reſidẽtes, tertiam ſuorum bonorum partem ei per triennium conferrent: non reſidentes dimidiam, adiectis conditionibus duriſsimis. Ad quod exequendum, epiſcopum Londinenſem uicarium conſtituit. Atque ut eò celerius fierent, Eadmundũ Abyndonium canonizauit. At rex per ſuos clericos hæc fieri prohibuit. Et poſtquam papa & ſui clientes Imperatorem depoſuiſſent, in eius necẽ proditoriè conſpirauerunt. Hęc Matthæus Pariſius. Idem Centuria 4. cap. 6. in Appendice.

Cum Bonifacius octanus Porchetum Genuenſium archiepiſcopum ad pedes proſtratum, prima quadragenarij die, cineribus ſignaturus eſſet, mutato uſitato carmine (Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris) ad hominem

dixit: Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuertẽris. & ſimul eius oculis, non capiti, ut mos erat, cinerem infudit: nec multo pòſt eum dignitate priuauit, ſed mox reſtituit. Bergomenſis lib. 13. Paralipomena Vrſpergenſis, Sabellicus tomo 2. Enneadis 9. lib. 7.

CVLTVS MAOSIN.

Nouum hoc eſt, & ſuperiorum ſeculorum pontificibus Romanis in mẽtem non uenit, quòd Bonifacius octauus anno Salutis 1300. primum iubilæũ more Iudaico celebrat, plenamq; delictorum ueniam, Apoſtolorum limina tum uiſitantibus promittens: unde tanta hominum copia Romam confluxit, ut uix eos, quantumuis ampla, capere poſſet. Vincentij continuator, Schedelius. Durante autem Iubileo, pontifex in publico prælatorum aſſeſſu concionatur, & recenſuit, ſe eo anno 12. legationes, quarum Florentini extiterant principes, à diuerſis mũdi principibus accepiſſe: & legatorum inde nominibus atque familijs palàm exhibitis, iniunxit: In gloriam igitur Florẽtini nominis affirmo, in gubernatione orbis terrarum, Florentinos aliud elementum fore. Palmerius.

Miſſas ſtabiliunt. De myſterio Miſſæ ſex libros Innocentius 3. conſcrpſit. Et anno Domini 1210. idem ſtatuit, uerba in canone Miſſę poſita, licet non citentur ab Euangeliſtis, tamen credendum, à Chriſto data Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus. Pãthaleon. Idẽ papa Miſſalis canonis uerba Euangelicis ęqualia fieri iuſsit. Balęus.

Idololatriã & ſuperſtitiones confirmãt. Mariam inuocandam docet Innocentius, inquiens: Qui iacet in nocte culpæ, reſpiciat lunã, deprecetur Mariam, ut ipſa per filium cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Sermone 1. in feſto aſſumpt. Mariæ. In hoſpitali Spiritus ſancti, ſolennem ſtationem inſtituit idem, Dominica prima poſt octauas Epiphaniæ, ubi confluenti populo ſudarium Saluatoris uidendum exhibetur. Antoninus tit. 19. cap. 1. Cunigundam Romanã Imperatricem, cuius ſuperiori ſeculo meminimus, idem canonizauit. Eius rei bullam paulo pòſt ſubijciemus. Idem papa de bello contra Turcam ſuſcipiendo, in hunc modum inter reliqua ſcribit: Orationi ieiuniũ & eleemoſyna coniungatur, ut his quaſi alis, facilius & celerius ipſa uolet oratio ad pijſsimas aures Dei, qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno. In ſingulis quoq; diebus intra Miſſarũ ſolennia, poſt pacis oſculum, cum iam pro peccatis mundi offerenda ſit hoſtia ſalutaris, omnes tam uiri, quàm mulieres, humiliter proſternantur in terram, & à clericis pſalmus iſte, Deus uenerunt gentes: cantetur alta uoce. Quo cum hoc uerſu finito, Exurgat Deus: & ſacerdos qui celebrat, orationem iſtam alta uoce ſuper altare decantet, Deus, qui admirabili, &c. Vrſpergenſis. . Idem in Lateranenſi cõcilio ſanciuit, canonizationes ſanctorum non niſi à Romano pontifice fieri poſſe & debere. Lucenſis. Eliſabetham regis Vngarorum filiam, quæ Landgrauio Thuringiæ nupta fuerat, & Dominicum ordinis prædicatorum inuentorem inter Diuos Gregorius nonus locauit. Chronicon Martini. Idem papa Aſsiſium ueniens, & Franciſcũ in conſpectu maximæ multitudinis, quæ deuotionis gratia eò confluxerat, canoniſauit, his uſus uerbis: Ad laudem & gloriã omnipotẽtis Dei patris, & filij, & Spiritus ſancti, & glorioſiſsimæ uirginis Mariæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ad honorem Eccleſiæ Romanæ, beatiſsimum patrem Frãciſcum, quem Dominus glorificauit in cœlis, debito in terris obſequio uenerantes, de conſilio fratrum noſtrorum & aliorum Eccleſiæ prælatorum, in catalogum decreuimus ſanctorum adnotandum, & feſtum diem obitus eius celebrandum. Statim cardinales, Te Deum laudamus, incipiunt, & populi uoces laudes Chriſti excipiunt. Papa de ſolio deſcẽdit, & cum cardinalibus ſanctum corpus de tumba leuauit. Cranzius lib. 8. cap. 4. Saxoniæ: & lib. 7. cap. 45. Metropoleos. Idem Salue regina certis diuinæ rei horis addi, campanasque ad Euchariſtiæ confectionem, & laudes uirginis Dei genetricis pulſari decreuit. Paralipomena Vrſpergẽſis. Innocentius 4. Edmundum Cantuarienſem, Petrum quendam Veronenſem, & Stanislaum Cracouienſem epiſcopos papiſticorum deorum numero accenſeri uoluit. Vincentij continuator. Alexander quartus claram uirginem, Franciſci diſcipulam (aut ſi mauis, concubinam) ad cœlos migrare iuſsit pro ſuo imperio. Idem papa nouam idololatriam in Polonia erexit, ſcilicet uiſitationem occiſorum à Tartaris in Sendomitia, poſtridie Calendarum Iunij. Chron. Pol. lib. 3. cap. 44. Cromerus lib. 9. Heduigem Poloniæ duciſſam Clemens quartus canonizauit Continuator Vincentij. Ludouicum Tholoſanum Nicolaus quartus, Ludouicum Francorum regem Bonifacius octauus, Balæo teſte, in deorum numerum retulẽre.

Franciſci religionem Honorius tertius confirmat, teſte Palmerio. At Nicolaus tertius ſub annum ſalutis 1280. literas de ſtigmatibus

gmatibus Franciſci paſsim in orbem Chriſtianum emiſit. Schedelius ætate 6. Nauclerus uolumine 2. generatione 41. Martinus quartus Prædicatores & Minores ſuper confeſsionibus audiendis decorauit priuilegio ſpecialiter, ut poſſent hominibus miniſtrare Eccleſiaſtica ſacramenta, ſi publicani contra confitentes uoluerint malignari. Chron. Æditui.

Impietatis & idololatriæ pleniſsima eſt orariuncula quædam hoc tempore uſitatiſsima: Benedictum ſit dulce nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, & glorioſiſsimæ uirginis Mariæ matris eius in æternum, & ultrà. Nos cum prole pia benedicat uirgo Maria: Amen. Et qui hæc legerit uel orauerit, de ſingulis iterationibus, autoritate Clementis papæ, ob petitionem Ludouici regis Franciæ, tres annos indulgentiarum habebit. Continuator Vincentij, Faſciculus temporum, Schedelius.

Regulam heremitarum in monte Carmeli, Honorius tertius approbauit, & in remiſsionem peccatorum obſeruandam tradidit. Vincentius lib. 30. cap. 123.

Profectiones Romam uerſus orationis cauſa approbant & confirmant. Inter cauſas, ob quas Ottho excommunicatur, & eam refert Vincentius, quòd Romipetas impedierit. lib. 29. cap. 106.

Bulla canoniſationis Cunigundis Imperatricis: Innocentius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabili fratri Thiemoni epiſcopo, & dilectis filijs in capitulo Bambergenſi, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſecundum Euãgelicam ueritatem nemo accendat lucernam, & ponat illam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut omnes qui in domo ſunt, uideant: pium pariter eſt & iuſtum, ut quos Deus merito ſanctitatis coronat, & honorat in cœlis, nos uenerationis officio laudemus & glorificemus in terris, cum ipſe potius laudetur & glorificetur in illis, qui eſt laudabilis & glorioſus in ſanctis. Pietas enim promiſsionem habet uitæ quæ nũc eſt, & futuræ, dicente Domino per Prophetam: Dabo uos cunctis populis in laudem, gloriam & honorem. Et Chriſto pollicente: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Nam ut ſuæ uirtutis potẽtiam mirabiliter manifeſtat, & noſtræ ſalutis cauſam miſericorditer operatur, fideles ſuos, quos ſemper coronat in cœlo, frequenter etiam honorat in mundo, ad eorum memorias ſigna faciens & prodigia, per quæ prauitas confundatur hæretica, & fides catholica confirmetur. Nos ergo quantas poſſumus, etſi non quantas debemus, omnipotenti Deo gratiarum referimus actiones, qui in diebus noſtris, ad confirmationem catholicæ fidei, & confuſionem hæreticæ prauitatis, euidenter innouat ſigna, & miracula potenter immutat, faciens eos coruſcare miraculis, qui fidem catholicam tam corde, quàm ore, nec non & opere tenuerũt. Inter quos beatæ memoriæ Kunegundis Romanorum Imperatrix Auguſta, quæ degens olim in mundo magnis meritis præpollebat, nunc uiuens in cœlo multis coruſcat miraculis, ut eius ſanctitas certis indicijs comprobetur. Licet enim ad hoc, ut aliquis ſanctus ſit apud Deum in Eccleſia triumphante, ſola ſufficiat finalis perſeuerantia, teſtante Veritate, quæ dicit: Quoniam qui perſeuerauerit uſque ad finem, hic ſaluus erit. Et iterum: Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Ad hoc tamen, ut ipſe ſanctus apud homines habeatur in Eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria: Virtus morum, & uirtus ſignorum: uidelicet merita & miracula, ut hæc & illa ſibi inuicem conteſtentur. Non enim aut merita ſine miraculis, aut miracula ſine meritis plenè proficiunt ad perhibendum inter homines teſtimoniũ ſanctitati: cum interdum angelus ſatanæ transfiguret ſe in angelum lucis, & quidam opera ſua faciant, ut ab hominibus uideantur. Sed & magi Pharaonis olim ſigna fecerunt, & Antichriſtus tandem operabitur prodigia, ut ſi fieri poſſet, etiam in errores inducantur electi. Verùm cum & merita ſanè præcedunt, & clara ſuccedũt miracula; certum præbent indicium ſanctitatis, ut nos ad ipſius uenerationem inducant, quem Deus & meritis præcedentibus, & miraculis ſubſequentibus exhibet uenerandum. Quæ duo ex uerbis Euangeliſtæ plenius colliguntur, qui de Apoſtolis loquens, aiebat: Illi profecti prædicauerunt ubique, Domino cooperante & confirmante uerbum ſequentibus ſignis. Sanè cum ad audientiam bonæ memoriæ Cœleſtini papæ, prædeceſſoris noſtri, merita & miracula præfatæ Imperatricis, nobis referentibus, perueniſſent, ut ipſe de illis noticiam conciperet, certiorem inquiſitionem eorum uenerabilibus fratribus noſtris Auguſtenſi & Eychſtetenſi & Virtzburgenſi epiſcopis, & dilectis filijs Eboracenſi, Lancheimenſi & Halesbrunnenſi abbatibus, per apoſtolica ſcripta commiſit: poſt cuius obitum uſqueadeò manifeſtari cœperunt & multiplicari miracula, ut ex euidentia pariter & frequentia ſanctitas eius ab omnibus quaſi notoria prædicetur, ſicut ex multis teſtimonialibus

literis epiſcoporum, abbatum, præpoſitorum & principum, nec non & aliorum multorum extitit. Venientes igitur ad apoſtolicam ſedem ex parte ueſtra dilecti filij N. abbas Mechelneldéſis, N. decanus, Cunradus cuſtos, Marcus archidiaconus, Hermon ſubdiaconus maioris Eccleſiæ ueſtræ, Lupoldus diaconus S. Srephani, Burchardus diacoous S. Mariæ, Henricus presbyter S. Michaelis, Henricus ſubdiaconus S. Mariæ, nobis & fratribus noſtris humiliter ſupplicarunt, ut ex plenitudine poteſtatis, quam Ieſus Chriſtus beato Petro conceſsit, prænominatam Imperatricem catalogo ſanctorum dignaremur adſcribere, decernentes eius memoriam inter ſanctos, ab uniuerſis fidelibus decætero celebrandam, cum hoc ſublime iudicium ad eum tantùm pertineat, qui eſt beati Petri ſucceſſor, & uicarius Ieſu Chriſti. Nos itaque cognoſcentes, quòd hoc reuera iudicium ſublimius eſt inter cætera iudicia iudicandum, plenam uoluimus adhibere cautelam, & ideo prænominatos iuriſiurandi religione conſtrinximus, ut puram nobis ſuper hoc dicerent ueritatem. Qui iurati dixerunt, quòd ſicut ex celebri fama, & ſolenni ſcriptura nouerunt, beata Kunegundis ſancto Henrico Imperatori fuit matrimonialiter copulata, ſed ab eo non extitit carnaliter cognita. Vnde cum Dominus Imperator ageret in extremis, principibus & potentibus de illa dixit: Qualem mihi eam aſsignaſtis, talem nobis eam reſigno. Virginem eam dediſtis, & uirginem reddo. Suam ergo uirginitatem Domino conſecrauit & ſeruauit intactam, ita quòd cum aliquando, inſtigante humani generis inimico, ſuſpicio quædam contra ipſam fuiſſet exorta, ipſa ut ſuam innocentiam demonſtraret, ſuper ignitos uomeres nudis plantis inceſsit, & proceſsit illæſa. Item S. Imperator Henricus, & hæc Imperatrix egregia Kunegundis, de proprijs facultatibus Bambergenſem fundarunt eccleſiam & dotauerunt, quam cum ſuis omnibus pertinentijs, ex feruore deuotionis, quam ad apoſtolicam ſedem habebant, beato Petro Apoſtolorum principi obtulerunt, annuum ei cenſum ad indicium, quòd iuris ſit Eccleſiæ Romanæ, ſoluentes. Sed & alia plurima beneficia pijs locis, & uenerabilibus Eccleſijs contulerunt, Chriſtum ſibi facientes hæredem. Hæc & alia retulêre de meritis: de miraculis aſſerentes, quòd eis præſentibus & uidentibus, ad memoriam huius uirginis, cæci uiſum, claudi greſſum, muti uerbum, & ſurdi recuperauerint auditum, alijsque languoribus impediti, frequenter & euidenter plenam conſecuti ſint ſanitatem: & quod eſt mirabilis nouitatis, & noui miraculi, puluis de tumulo eius aſſumptus, ſæpe conuerſus eſt in frumentum. Nos ergo de meritis eius & miraculis multis & magnis, non ſolùm teſtimonijs, ſed & teſtibus certiores effecti, cum ſecundum Prophetam, laudandus ſit Deus in ſanctis ſuis: de fratrum noſtrorum conſilio, & pontificum multorum apud ſedem apoſtolicam exiſtentium, ipſam beatam uirginem Kunegundim catalogo ſanctorum adſcripſimus, eiusque memoriam inter ſanctos decreuimus celebrandam. Quapropter uniuerſitatem ueſtram monemus & hortamur in Domino per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus, quod nos ſolenniter & cautè ſtatuimus, uos humiliter & deuotè ſeruetis, ut meritis eius & precibus apud Deum miſericordiſsimum Iudicem indulgentiam conſequamini. Collectam autem, & alias orationes in commemoratione eius dicendas edidimus, quas in hac pagina duximus ſubſcribendas. Oratio: Omnipotens & miſericors Deus, qui à gloria tua nullum excipis ſexum, nullamque conditionem excludis, te ſuppliciter oramus, ut ſicut beatæ Kunegundi uirgini tuę, poſt terreni culmen Imperij, cœleſtis regni ſolium contuliſti: ita meritis eius & precibus, nobis quoque famulis tuis, æternæ fœlicitatis præmia largiaris, per Dominum, &c. Secretum: Sacrificium laudis tibi Domine Deus noſter offerimus, tuam clementiam implorantes, ut per huius ſacramenti uirtutem, intercedente beata Kunegunde uirgine tua, nos & à peccatis expedias, & à periculis tuearis, per Dominum, &c. Complendum: Sacramentum redemptionis humanæ, quod in honorem beatę Kunegũdis obtulimus, tibi nos Domine reddat acceptos, ut per hoc quod accepimus ipſi de tuo, & tu ſuſcepiſti de noſtro, in tui ſemper unione uiuamus, qui cum patre, &c. Datum Laterani 3. Non. Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio. Hiſtoria Bambergenſis. Hoc igitur pacto idololatria adaucta eſt.

REGNA HVIVS MVNDI *& gloria eius: ſeu* PAPACAESAREATVS.

REgna huius mundi tenent ipſi pontifices Romani, ut:

Vrbes

Vrbes. Cum Romani nõ ſatis pontifici obedientes forent, legemq́; rogaſſent, uti oppida Eccleſiæ iuxta urbem poſita, Romanis uectigal penderent, ne que montis caſtigationibusq́; pontificis ad ſanitatem reduci poſſent, Fridericus Reate pontificem conuenit, cumq́; eo in hanc ſententiam conſenſit, ut primo quoq; tempore coniunctis copijs Romanos adorirentur. Abeunte deinde Friderico in Germaniam, Germani milites ad pontificem confluxerunt tanta multitudine, ut Romani nequaquam auſi fuerint aperto Marte cum Eccleſiæ copijs congredi. Recuperauit tamen Gregorius pontifex Germano milite patrimonium ſancti Petri, Sabiniumq́; agrum. Paralipomena Vrſpergenſis. Anno milleſimo, duceteſimo, quinquageſimoſeptimo. Aſtronomus. Alphonſus rex Hiſpaniæ, Imperium à pontifice Romano mercatus fuerat, duabus ſcilicet Tranſpadanis urbibus, Taurino atque Altera, Eccleſiæ donatis. libro quarto Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro, capite undecimo. Nicolaus tertius miſit nepotem, Latinum cardinalem, legatum in Hetruriam, qui reſtitutis ubiq; Gibelinis, Florentiæ ac quinque cæteris Hetruriæ urbibus pro arbitrio animi, magiſtratus impoſuit, Platina.

Regna. Poſt Conſtantię Imperatricis obitum, Innocentius Siciliam inuadit, ſui iuris tuendi cauſa. Nauclerus generatione quadrageſimaprima. Carolus Siciliæ rex Romam ueniens, in baſilica Lateranenſi rex Siciliæ & Ieruſalem ea conditione declaratur, ut ſingulis annis feudi nomine quadraginta millia aureorum nummorum Eccleſiæ Romanæ perſolueret, planè ſcilicet ſicut S. Petrus fecerat. Bergomenſis libro decimotertio, Æmilius libro 7. Ritius libro ſecundo de regibus Siciliæ. Iurat idem pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, nunquam ſe Romanum Imperium, licet ab Electoribus offeratur, ſuſcepturum adminiſtrandum. Blondus libro octauo, decad. 2. Fundanum principatum Romanæ Eccleſiæ, pro ſui inauguratione, donaſſe legitur Fridericus Imperator. Sabellicus tomo ſecundo, Enneadis 9. libro ſexto. Anno milleſimo, ducenteſimo, octogeſimoſecundo, Petrus Arragonum rex ſe fecit in regem Siciliæ coronari, propter quod excommunicatus à papa priuatus fuit & depoſitus à regno Arragoniæ, & ab omni quod ab Eccleſia tenebat, omniaque ſua regi Franciæ occupanda conceſſit, ac Carolo filio Phillppi regnum Arragonię contulit. Ioannes de Oppido. Innocentius quartus utrinſque Siciliæ regnum Henrico tertio Anglorum regi uendendum obtulit, ad Eadmundi filij ſui uſum, Conradino rege adhuc uiuente. Balæus libro ſexto de actis Roman. pontificum. Decimo anno Richardi Imperatoris, Vrbanus papa Carolo comiti Prouinciæ, fratri regis Franciæ Ludouici, regnum Siciliæ, ducatum Apuliæ, & Capuæ principatum miſit per Simonem presbyterum cardinalem, conferens hæc ſibi ſuisq́; hæredibus uſque ad quartum hæredem poſsidenda, ſi contra Manfredum regem inſurgerent, ac ſanctam Eccleſiam ab eius inuaſione cuſtodirent, & ſi à Manfredo dictas terras recuperarent. Heinricus Erphurdenſis capite nonageſimoquarto.

De patrimonio Petri in immenſum iactitant. Thuſciam & Marchiam S. Petri terras uocat Vrſpergenſis, eaſque ad Romanam ſedem pertinere ait. Antonam, Firmium, Heſium, Camerinum, Fanum, Oſonium, Senegalia, Peſaurum Marchiæ ciuitates cum diœceſibus ſuis, totumq́; exarchatum Rauennatenſem recuperauit Innocentius tertius. Antoninus titulo decimonono, capite primo, ∮.1. Carolum comitem D. Petri patrimonio præficit Bonifacius octauus. Aemilius libro octauo de Francis.

Nicolaus tertius ſenatoriam urbis Romanæ dignitatem, quam Clemens quartus regi Carolo dederat, ad ſe tranſtulit, perpetuoque edicto uetuit, ne in poſterum quis aut rex, aut princeps, magiſtratum ipſum petere aut obire auderet. Huius perfidia factum eſt, ut Flaminia tota cum ipſa Bononia, & Rauennæ exarchatus, quæ Imperatoribus diu ſubeſrant, in Romanæ ſynagogæ poteſtatem redactæ ſint. Sed & Senatorium munus (inquit Stella) quod principibus & regibus Eccleſia demandare conſueuerat, ipſe ſolus obiuit. Balæus libro 6. de actis Romanorum pontificum.

Epiſcopos etiam à ſe creatos ſinunt regna, id eſt, arces, urbes, oppida poſſidere. Arce Athenienſi cedit Michael archiepiſcopus, eamque Bonifacio marchioni tradit. Nicetas. Menardus Tyrollius, quòd Tridentini epiſcopi caſtella occuparat, iuſſu Romani præſulis in Iuuauenſi concilio excommunicatur. Aucntinus libro ſeptimo annalium. Anno milleſimo, ducenteſimo, trigeſimooctauo, Henricus ultimus Alſatiæ Landgrauius ſine hæredibus obijt, cuius quidem titulus cum feudis, beneficijs & miniſterialibus ad epiſcopum Argentinenſem deuoluitur, atque ho-

die manet. Nã in ipſum, unde prodijt, tandem redijt. Nauclerus uolum. 2. generat. 42. Miniſteriales Eccleſiæ Bremenſis, arcem Vorda, quam dux Saxoniæ Luderus extruxit, hactenus ducales tenuerunt, occuparunt, & tenet Eccleſia in hodiernum. Cranzius lib. 7. Metrop. cap. 35. & li. 7. cap. 37. Saxoniæ. Otto epiſcopus Hildeſemẽſis arcem Vuoldenborge addidit ditioni Hildeſemenſi. Idem lib. 8. cap. 28. & in Metrop. lib. 7. cap. 25. Rodolphus Suerinenſis epiſcopus Butzouienſem arcem condidit. Cranzius lib. 7. cap. 42. Vandaliæ.

Bella gerũt Romani pontifices, aliosq́; ad bella concitant. Boleslauum Caluum, à quibuſdam epiſcopis captis pecuniam exigentem, Fulco Gneſnenſis excommunicat. Quod fulmen cum ille nihil extimeſceret, ad pontificem Romanum Alexandrum 4. ſcribit, quid porrò fieri oporteat. Reſcripſit ille archiepiſcopo, ut Poloniam omnem ad arma contra Boleslauum ſumenda, crucis prædicatione, unà cum cæteris epiſcopis concitaret. In eandẽ quoq; ſententiam Magdeburgenſi archiepiſcopo de concitandis Germanis ſcripſit. Cromerus lib. 9. Idem papa Manfredum excommunicatum bello petit. Nauclerus generat. 42. uolum. 2. Guido Antiſiodorenſis epiſcopus, accepta poteſtate abſoluendi à papa, abſoluit exercitum, quem contra Manfredum Carolus cum papa Clemente 4. & rege Francorum congregauit, ab omnibus ſuis peccatis, iniungens eis pœnitentiam, ut in Manfredum & Teutonicos, & alios eorum auxiliarios, ictus geminarent. Erphurdenſis cap. 94. Vrbanus 4. pontifex creatus, ſtatim è Gallia milites conuocauit, quos Manfredo ditionem Eccleſiæ uexanti obijceret. Platina. Contra Albingenſes, peccatorum remiſsione conceſſa, cunctos armat Innocentius tertius. Ganguinus lib. 6. Vincent. lib. 29. cap. 101. Honoriua tertius Ioannem Columnenſem cardinalem legatum in Aſiam cũ ijs copijs miſit, quas Innocentius tertius coegerat. Volaterranus lib. 22. Anthropologiæ. Et Cardinalis quidam in oppugnatione Genuæ, cum obſeſſos, quòd non parẽrent, iure ſacræ legationia impios hoſtesq́; piorum iudicaſſet, execratusq́; eſſet, militibus: Ite, inquit, magno animo, certa uictoriæ de capitibus ſceleſtis, damnatisq́;, & inferorum pœnæ debitis, ſpe. Theſauro ſacroſanctæ iurisdictionis, iureq́; cœleſtium clauium peccata his condonantur, qui ſanctam ſtrenuamq́; operam hodierno die nauabunt. Et quo maiore alacritate pugnetis in Domini exercituum hoſtes, qui ueſtrũm in prælio, oppugnatione ue, fortiter res gerens cadet, eius peccata, mea unius crimina periculo meo facio, me cognitorem, imò me principem reum magna fiducia apud Deum ſiſto, quòd ea hoſtium eluentur cruore. Annales Francorum, in hanc fermè ſententiam exhortationem fuiſſe legati, tradunt. Paulus Æmylius libro ſeptimo de rebus geſtia Francorum.

Papæ Romani nolunt ullum pro Cæſare Auguſto haberi, niſi quos ipſi coronarint. Quòd principes terrarum corrigere papa debeat, ac nullum deinceps, quem ille non coronauerit, pro Imperatore debere capi, ordinauit Innocentius tertius. Balæus lib. 5. de actis Romanorum pontificum. Tarentaſienſis epiſcopus, quòd præter Romani papæ uoluntatem Philippum Moguntiæ Imperatorem inunxiſſet, epiſcopatu ſuo exuitur. Nauclerus generat. 40. Et ad Carinthiæ ducem Innocentius ſcribit: Verùm illis principibus ius & poteſtatem eligendi regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum recognoſcimus, ut debemus, ad quos de iure ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim cum ad eos ius & poteſtas huiuſmodi ab apoſtolica ſede peruenerit, quæ Romanum Imperium ad perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut ijdem noſtra recognouẽre pręſentia, quòd ius & autoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promouendam ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſeruatum, ut ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunquid enim, ſi principes non ſolùm in diſcordia, ſed etiam in concordia, ſacrilegum quemcunq́;, aut excommunicatum, in Regem, tyrannum, uel fatuum, hæreticum eligerent aut paganum, nos inungere, conſecrare ac coronare hominem eiuſmodi deberemus? abſit omnino. libro 1. Decret. conſtitut. 51. Ottho quartus ab Innocentio tertio in baſilica S. Petri, & Fridericus ſecũdus in eadem baſilica ab Honorio tertio coronantur. Interuentu autẽ Hermanni Teutonici ordinis magiſtri, ac Meſſanenſis archiepiſcopi, Gregorius pontifex Imperij regnorumq́; Ieroſolymę Siciliarumq́; Friderico titulos reſtituit, his conditionibus, ſi uiginti centumq́; millia auri unciarum, eo bellorum in Italia impendio conſumpta, in ærarium pontificium referret. li. 3. cap. 14. de bello ſacro. Cũ reſciniſſet Clemẽs põtifex, Cõradinũ adoleſcẽtu

ſum

lum Conrado genitũ copias in Germania parare, mox Imperij curã aſſumpſit, & Carolũ Francũ regẽ, in Hetruria uicariũ Imperij conſtituit. Contendebãt enim de Imperio Alphonſus Hiſpanus & Richardus Anglus. Inſuper idẽ Clemens ſcripſit uniuerſis Chriſti fidelibus, ne Cũradino ut regi ſcriberẽt Siciliæ, nec illi cõtra Carolum Siciliæ regẽ conſiliũ, auxiliũ aut fauorem præſtarent. De hoc extat epiſtola, quæ incipit, Ad certitudinẽ, in qua ſubiũgit: Nos uolentes Conradini ambitũ refrenare, omnibus & ſingulis principib. Alemaniæ, uocẽ in electione Rom. Imperatoris habentibus, ꝓhibemus ſub pœna excõmunicationis latæ ſentẽtiæ ac interdicti, ne eũ eligãt in Romanũ regẽ, attento etiã, q̃ non licet eligere quenquã pendente electione duorum corã Rom. pontifice, quæ fuerat facta de rege Caſtellæ & Richardo Cornubiæ comite, ut in eadem. His auditis, Cunradinus ſcripſit lamẽtabilẽ epiſtolã, quæ incipit, Ex abundantia cordis: in qua iniurias ſibi illatas enumerat. Conqueritur in principio de Innocentio 4. quòd ſibi innocenti nocuerit. Nã Cunradus pater ſuus Siciliæ rex, condito teſtamento, ſe tenellũ in manibus ſanctæ matris Eccleſiæ reliquerat: & quomodo tunc papa Innocentius ſub prętextu Cũradini, aſſerens ſe eius baiulum, totũ regnũ occupauerit, qui tũ poſſeſsione adepta, nomẽ ſuũ extinguere conatus ſit, terras ipſius Cũradini diſtribuẽs in ſuos conſanguineos & nepotes. Deinde cum Manfredus pro ſe Conradino tũc terras regni recuperauerat, qui tũ perfidia motus, ad ſe, mẽritus mortẽ ipſius Cũradini, regnũ traxerit, & mortuo Innocentio Alexãder ſuccedẽs, ad illũ epiſcopũ Venuſinũ miſerat, ubi pacis mẽtio fuerat habita: nihilominus ipſe Alexãder ꝑ literas ſuas alios ad regnũ inuitauerat. Quo mortuo, cõſequẽter idẽ Cũradinus conqueritur de Vrbano, q̃ ſibi fuerat inurbanus. Nã, ſe Cũradino neglecto, egerit cũ Mãfredo, uolueritq́; eidẽ ac ſuis hæredibus regnũ cõcedere. Et cũ tractatus ipſe mãſiſſet incõpletus, idẽ pontifex in excidiũ ipſius Cunradini, Carolũ inuitauerit ad regnũ. Illo uerò pontifice defuncto, cõqueritur quomodo Clemens papa cõtra eũ inclementer egerit, & in regno prædicto antiregẽ erexerit. Nec his cõtentus, ſed & ꝓceſſus fulminauerit, nõ reputans eſſe ſatis, quòd cõtra Deũ & omnẽ iuſtitiã abſtulerit ſibi regnũ, niſi regni etiã titulum tollat: deinde præfatũ Carolũ ꝑ uniuerſam Italiã Imperij uicariũ ſtatuerit, quo cõmodius uires ſuas cõprimat. Hæc & alia nonnulla ſcribens, ſubintulit ſe armis aduerſus Carolũ certaturũ. Nauclerus uolum. 2. generat. 43. Rodolphi electionem ea cõditione approbauit Gregorius decimus, ut intra anni ſpaciũ Romam pro ſuſcipiendo Auguſti nomine ſe cõferret. Blondus lib. 8. decad. 2.

Memorabile, & perpetua memoria dignũ Bonifacij octaui factum eſt, quo ſe uerum Antichriſtũ probauit. Nã cũ Albertus Auſtriæ dux, Rudolphi filius, miſsis in urbem Romam oratoribus, uoluntatẽ de ſe electorum principum pontifici Bonifacio octauo declararet, ut electionem de ſe factam confirmaret: pontifex ſuperbè electionem reiecit, dicens, quòd ſine ſua autoritate electio facta, robur non haberet: nam penes ſe utriuſq; gladij poteſtatem eſſe affirmabat. quod ipſo apparatu in Iubilæo, qui tũ Romæ agebatur, ſolenniter oſtẽtauit. Primo quidẽ ſolenni die in pontificalibus apparens populo, apoſtolicã illis benedictionem impartitur. Poſtero die Imperiali habitu, infula Cæſarea inſignis, gladiũ ante ſe nudatum iuſsit deferri, & ſedẽs alta uoce teſtatur: Ecce duo gladij hic. Vides, ô Petre, ſucceſſorẽ tuum: & tu ſalutifer Chriſte, cerne tuũ uicariũ, uide quò aſcendit ſuperbia ſerui ſeruorũ tuorũ. Paralipomena Vrſpergenſis. Mandauus Lithuaniæ rex baptizatus anno 1255. per Andreã ordinis Teutonici magiſtrũ, iuſſu Romani pontificis, coronã accipit. Funcius.

Imperatores cogũt in ſua uerba iurare. Otho quartus coronãdus, Innocẽtio exigẽte iurat, ſe patrimoniũ & ius B Petri, ſeu Romanæ Eccleſiæ, nõ modò non uiolaturũ, ſed & contra quoſuis eius aduerſarios patrociniũ ſuſcepturũ. Vincent. lib. 29 cap. 106. Antoninus tit. 19. cap. 1. §. 3. Rodolphus Haſsiæ comes ab Electorib. Germanis in Romanorũ regem Imperatoremq́; declaratus, ea conditione à Gregorio 10. pontifice in concilio Lugdunenſi eſt acceptus, ut ſequenti anno in Italiã pacificus ueniens, Romã ad coronam inunctionẽq́; accipiendam ſe cõferret, exinde rebus Ieroſolymæ quantam poſſet maximã operam ferret. Blondus lib. 8. decad. 2.

Sumũt ſibi poteſtatẽ deponendi eoſdẽ. Præter multorũ principũ uoluntatẽ Innocẽtius papa, Philippo repudiato, Otthonẽ Auguſtũ ſalutat: in quo, ut Vrſpergẽſis inquit, ſalua reuerẽtia ſedis Apoſtolicę, nõ uidetur ſecundũ ęquitatẽ iudicaſſe. Et extat, ut idẽ teſtatur, Innocẽtij epiſtola ad Bertholdũ Zaringiæ ducẽ, in qua contra Philippũ multa abſurda, & quędã falſa deſcribũtur, quã Decretalib. ſuis interſeri iuſsit. Sed nõ multo pòſt idẽ, cũ cõtra fidẽ datã Romanę Eccleſię rebus, ſeu pontificũ magnificẽtiæ detraheret, excommunicatur, ſubditi à fide præ-

de præſtanda liberantur, graui ſimul addito fulmine, ne quis ſub excómunicationis pœna eum Imperatoré uel agnoſceret, uel ſalutaret. Vincent. li. 29. ca. 106. Antoninus tit. 19. cap. 1. §. 1. Saxonia Cranzij li. 7. cap. 33. Nauclerus gener. 41. Fridericū tanquam Romanę Eccleſię hoſté Honorius diris deuouet, & ab obedientia debita magnatea quoſuis liberat. Tandemq́; crucé in ipſum tanquā Chriſto perfidum prædicari iuſsit. Martinus in Chronico, Vincent. li. 30. cap. 129. Cranz. li. 8. cap. 8. Saxoniæ. Sed mediāte Luipoldo Auſtriæ duce, cū papa in gratiam redijt, ſoluto quod exigebat papa auro. Panthaleon, Hedio. Gregorius quoque nonus, inconſultis Germaniæ epiſcopis, eidē ſacris Romæ interdixit, ac tres cōtra ipſum bullas emittit. Primā dat ad uniuerſos Chriſtianos, beſtiā Fridericū appellat, parricidij, mendacij, crudelitatis, periurij, ſacrilegij, impietatis, perfidię accuſat: nihil prætermittit, quod ab hoſte proficiſci, & irato animo dici poteſt, ut Auguſto inuidiam cōciter: eundē malè ſentire de Chriſto Domino, Deoq́; noſtro, de myſterijs religionis noſtrę, aſſeuerat: Sacramentorū eidem conſuetudiné obijcit, eiuſdē triumphos atq; uictoriā calumniatur. Huc omnes uerſutiſsimū neruos intendere aſſerit, ut Romano pontifice atq; flaminibus ad ſummā inopiā atq; egeſtaté redactis, & ita omnino oppreſsis, philoſophiā Chriſtianā penitus exibilet atq; explodat: ideo indignū eſſe, cui Chriſtianus pareat. Eundē more maiorū per omniū ſacerdotū religiones deuotū, eidē ſacris interdictū, uniuerſos ſacramento, quo ei aſtricti fuēre, ex cōcilij decreto, ſentētia ſanctiſsimorū Eccleſię magiſtrorū exanthoratos eſſe declarat, donec ille reſipiſcat, atq; ſecū in gratiá redeat. In altero edicto Fridericū cum fautoribus atq; conſultoribus quibuſuis è ciuitate Chriſtiana proſcriptū, uicis, oppidis, caſtellis, ubi uerſetur, ſacrificijs publicis interdictū, omnes iuriſiurandi religione ſolutos eſſe, Alberto Bathauienſis tēpli decurioni aperit. Pōtificibus deinde, maximis, minoribus, ſacrificulis uniuerſis, monachis præcipit, ut hoc ſenatuſconſultū, hanc ſententiā ritu ſolenni, ceremonia celebri, publicè in tēplis pro cōcione, adhibitis cæra & ære, abſq; cunctatione populo renuncient. Quòd ſi hi parēre recuſarint, mādat Alberto, ut eoſdē fulmine eccleſiaſtico afflet, de cœloq́; tāgat. Tertia proſcriptionia tabula itidem Alberto data, in qua Gregorius Fridericū hæreticū nūcupat, ſuoq́; more nihil conuicij prætermittit: archiepiſcopis, epiſcopis, ſacerdotibus, monachis, nobilibus, ignobilibus, diuitibus, paupibus, uulgo, ſenatoribus, doctis, indoctis, uniuerſisq́; pariter Chriſtianis, qui ſibi Deū propitiū eſſe uelint, imperat, ne uerbo, facto, dicto, ne animo quidē Friderico fautores ſint: quaſi uerò ꝓinde animis atq; linguis imperare poſſet. Poſtremò aduerſarios ab Alberto execrari uult. Cū hiſce mandatis Ranærius, Philippus, Albertus, Roma in Germaniā abeūt, diſcordias ubiq; ſerunt, quoſcunq; poſſunt diuitijs, pollicitationibus, ſacerdotijs, munerib. in partes trahūt, opesq́; factionis confirmāt. Auentinus lib. 7. annaliū Boiorū. Huius edicto Frācos, Anglos & Danos paruiſſe: ſed Germanos metu Cæſaris, dicto audientes non fuiſſe, narrat Cranzius li. 8. cap. 8. Saxoniæ. Innocentius quartus eundem in quodā Lugdunenſi concilio dānat, & Imperatoria ac regia dignitate exutū, regnis quoq; Sicilię Apulięq́; priuat, ſubditos iuramēto ſoluit, & deniq; Electoribus nouū eligēdi Imperatoré cōcedit poteſtaté. Cōtinuator Vincentij: Cranzius li. 8. cap. 12. Saxoniæ: Blondus li. 7. decad. 2. Teſtatur Balæus, hūc Innocentiū decreto ſanciuiſſe, poſſe à pontifice Imperatorem deponi. lib. 5. de actis Romanorum pontificum.

Excōmunicant reges & principes ſuis nolūtatibus aduerſantes. Toloſanū comitem, q̄ Albingenſes fouerat, Innocētius papa excōmunicat. Vincent. li. 29. cap. 93. Idē pōtifex Angliæ regē anathemate ferit propter monachorū quorundam eiectioné, ac rerū Eccleſiaſticarū confiſcationé, & interdicto Angliā ſubijcit: & quòd Stephanum quendā, Romæ conſecratū Cantuarienſem archiepiſcopū, admittere nollet. Idē li. 30. cap. 4. Et deniq; cū papę ſatisfacere noluet, urgētib. ante omnes Angliæ epiſcopis, primū cūctos populos, qui ſub Ioannis imperio eſſent, iureiurādo abſoluit, quo tenebantur, Ioanné regni adminiſtratione abdicat, ac poſtremò regé Francię cæterosq́; Chriſtianos principes de huiuſmodi abrogatione certiores factos admonet, ut ita repudiatū tanquam publicū Dei hoſté perſequantur. Polydor. lib. 15. Martinus quartus nō magis Petri Arragonis (regnū Siciliæ occupantis) iniuſtitiā ægrè ferēs, quàm Gallitorū damni & iniuriæ acceptæ impatiens, Petrū excōmunicatū regnis quoq; hæreditatis patrię priuauit, in quibus regē inſtituit Carolū ſecundū, regis Francorum primogenitū: eadēq́; regna quādiu in Petri Arragonis poteſtate & obediētia perſeuerarēt, Eccleſiaſtici interdicti incōmodo ſunt dānata. Quinetiā, ne aliquid deeſſet mali, quod ab irato pōtifice poſſet infligi, æternę beatitudinis præmia illis ſacroſancto decreto promiſſa ſunt, q̄ cruce ſignati

in Petrum

in Petrum Arragonem hoſtilia intentarét. Blondus lib.8.decad.2.

Excitát omnes reliquos Eccleſiæ prçſules, ut ſecum exequantur excommunicationes contra Imperatores & reges. Cunctis Germaniç epiſcopis autor eſt Innocétius, ut Philippo excõmunicato aduerſentur, & Ottoni tanquá uero regi obediant. Idé Lombardiæ ciuitatibus & comitibus ſuaſit. Antoninus tit. 19. cap.1.§.2. Sed nõ multo pòſt idẽ & Otthonẽ excõmunicatũ denunciat per uniuerſum orbé. Vrſpergenſis. Apud Germanos papç ea in re Sifridus Mogũrinus gratificatur: ſed dignas luit pœnas, Otthonis fautoribus eius agrũ paſsim depopulantibus. Chron. Hirſaug.

Gladio ſe opponũt Imperatorib. & Regibus, ut ex hiſtorijs Impatorũ uidere eſt.

Principibus mandant executioné ſuorũ decretorũ. Innocentius tertius, pro liberatione Salernitani epiſcopi, qui apud Germanos obſes erat, ad Eccleſiarũ præſules ſcribit, ut excõmunicationis fulmine eum liberent: eo ſi nihil effecerint, principũ opé implorent: quibus parêre detrectantibus, totam Alemaniá interdicto ſe ſuppoſiturum minatur. Antoninus tit.19.cap.1.§.1.

Excitant politicos magiſtratus, ut iuxta ſua placita perſequátur, quos papa execratur. Tholoſani comitis terrá, qui Albingéſis ſectæ defenſor, Petrũ Romanũ legatũ, & ad extirpandũ id genus hominũ miſsũ, occiderat, regi Francorũ prædandá obijcit Innocétius 3. Vincent.li.29.cap.92. Et nõ multo pòſt per Gualoné legatũ, ut maturè terrá Toloſaná, Albingenſiũ & Narbonẽſiũ inuadat, omneſq; incolas perdat, monet: milites regis ab omnibus peccatis à primis annis commiſsis liberos pronuncians. Ibidem cap.101. Gregorius nonus cõtra Stadingenſes (populi ſunt in cõfinibus Phriſiæ & Saxoniæ) crucé prçdicari fecit. Ná eius mancipia, uiros ut uocant religioſos, euchariſtiá malè tractarant, Romani ſedi dicto audiẽtes nõ fuerát, contéptis eius diris fulminibus, contéptores clauiũ Eccleſiaſticarũ fuerant. Excitũ papæ bellica tuba uulgus, arma cõtra eoſdé capeſſũt, ac trucidatis circiter bis mille uiris, reliquá cateruá diſpergũt, anno 1234. Rudimentũ nonitiorũ, Trithemius in Chron. Hirſaug.

Subditos ab obedientia erga Magiſtratus diſſoluũt pro ſuis cupiditatibus. Deiecto Otthone per Innocentiũ, Idé cunctos ſubditos ab eius fide & obediẽtia liberat. Vincent.li.29.cap.106. Cũ Cremoná uniuerſos regni principes Fridericus ſecũdus aliquádo conuocaſſet, Honorij 3. carpinaliũq; arte principes adeſſe detrectát. Cuſp.

Médacijs & calúnijs delectátur. Gregorius enim nonus, cũ nec arma nec minas Fridericũ timere ſentiret, hominé calumnijs opprimere ſtatuit, ſuppoſititiũ eſſe, nõ ex Conſtantia genitũ: phyſici, molendinarij, aut aucupis filiũ, aut ex cõdemnato & ſacrilego concubitu natũ: quandoquidem cum ritè capta fuiſſet Cõſtantia, ac in uerba religionis iuraſſet, furtim ex Parthenone deductá fuiſſe. Sacrilegũ, qui iura reſq; Eccleſiaſticas ubiq; diminueret, Saracenorũ regulos luſtrali aqua regenerari prohiberet. Blaſphemũ, qui etiá in Chriſtũ cõuitia conijcere haud dubitaret, uocẽq; horrendá eũ ꝓtuliſſe. Quippe impoſtores tres fuiſſe, q̃ præſtigijs ſuis orbẽ uniuerſum deméntarint: Moſen ſcilicet, qui Iudæos: Chriſtũ, q̃ Chriſtianos: Mahometũ, qui Saracenos faſcinauerant. q̃ ſi principes ſententiá ſuá admittere uellent, monarchiá rationibus ita ſe ſtabiliturũ, ut nulla ſuperſtitione cõtaminata, uanitate nulla infecta, & optima & utiliſsima perduraret. li.3. continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro, cap.14.

MERETRIX BABYLONICA.

In Paralipomenis Vrſpergenſis annotatur, Clemẽté quartũ ante epiſcopatũ uxorẽ habuiſſe, ex qua filias duas, & unũ ꝓcreauit filiũ: ſed poſtea amaſias aluiſſe. Balæus.

Libidinib. uſq; ad ima tartara noti ſunt pontifices, hoſteſq; legitimi fuẽre cõiugij. Spurios plures habuit Innocentius quartus, quos religionis gratia nepotes nuncupauit. Balæus li.6. de actis Roman. pontif.

Idé inquit: Cõcupiſcentia carnis, ad uoluptates: concupiſcentia oculorũ, ad opes: ſuperbia uitæ ꝑtinet ad honores. Voluptates aũt luxurioſum faciũt, opes auarũ, honores ſupbũ. His tribus funiculis nos clerici prçcipuè colligamur. Funiculus enim luxuriæ, peccatis exigẽtibus, ita nos detinet alligatos, ut nõ erubeſcamus mulierculas in domib. publicè retinere, de quib. aliquç nuper fuerũt turpiter captæ, & uioléter abſtractæ, grauiter flagellatæ, in magná clericorú infamiá, multũ opprobriũ ſacerdotũ. Nobis aũt dicitur: Mũdamini, qui fertis uaſa Dñi. Innocẽtius tertius Serm.2. in die Cinerũ. Itẽ: Pané ſanctũ dignè mánducare nõ poſſunt, niſi q̃ mundi ſunt à coitu mulierũ. Turpe dictu, ſed turpiſsimũ actu: dici liceat, ut agi nõ libeat. Quidá nocte filiũ Veneris agitát in cubili: manè filiũ Virginis offerũt in altari. Nocte Venerẽ amplexátur, manè Virginé uenerátur. At ſi uerũ eſt, imò quia uerum eſt, quod dicit Apoſtolus: Fornicatores & adulteri regnum Dei non poſsidebunt. Ibidem. Filijs canonicorum præbendas in ijſdem Eccleſijs conferri nõ ſinatis, quorũ ſunt canonici patres eorum: cũ indecorũ ſit, ut in altaris officio illegitimus

filius

filius impudico patri miniſtret,in quo unigenitus Dei filius ærerno patri pro ſalure humani generis uictimatur.li.1.Decret.cõſtit.86.Iunocenrij. Irem: Sanè poſtulaſti per ſedem Apoſtolicam edoceri, ſi presbyteri plures concubinas habentes, bigami cenſeantur. Ad quod duximus reſpondendum, ꝙ quum irregularitatem nõ incurrerint bigamiæ, cum eis tanquã ſimplici fornicatione notaris, qđ ad execurionem ſacerdotalis officij, poteris diſpenſare. Ibidẽ ad Lugdunenſem archiepiſcopũ conſtit. 93. Idem papa Noruicenſi epiſcopo mandat, ut clericos, qui matrimoniũ contraxerunt, priuet beneficijs eccleſiaſticis. Anno 1251, Robertus Lincolniẽſis epiſcopus iucoutinentes ſacerdotes caſtigabat, beneficijs eos priuarts, quoſdam fuſtibus cædebat, quoſdã expellebat. Continuator hiſtoriæ Pariſij. Agnetem Rodulphi Imperatoris coniugẽ, cum eſſer uenuſtiſsima, Fridericus comes de Leiningen, anriſtes Spirenſis, è carpento tollens, cũ uiolẽter deoſcularetur, Regi cõqueſta, bilem illi mouit mediocrẽ: quãdoquidẽ & ipſe ſæpe principũ uxores oſculabatur. Sed ut reginæ ſatiſfaceret, nobilẽ quendã præſuli hęc referenda præmiſit, nt aliud ſibi pacificale quæreret deoſculandũ, id ſoli ſibi emptũ. Epiſcopus regis irã timens, patriã reliquit, & uſq; ad mortẽ regis in exilio delituit. Cuſpinianus in uita Rodulphi Cæſaris. Anno Domini 1251, Henricus Leodienſis luxu perditiſsimus, filias ciuiũ deperijt, & tãtiſper inſecutus eſt, donec prece uel precio, aut etiam ui opprimeret, crimen profectò non dicam Chriſtiano epiſcopo, ſed etiã homine indignũ. Vnde nothos ex ſtupro natos ſupra uiginri habebat. Catalogus epiſcoporũ Tungrenſiũ. Dignus hic erat Romana cathedra: ſatis enim ſe marem eſſe probauit.

Meſciugus Pomeranorum dux prærer uxorem legitimam, monialem concubinã habuit. Crometus lib. 10.

Coniugia legirima diſſoluerunt. Innocentius tertius cõſtituit, ut ante carnalem copulam poſsit alter coniugũ religionem intrare, altero inuito. Chron. Æditui. Bochardus quidã Auenienſis comes, lireris à teneris imbutus, Aurelijs iuris ciuilis factus eſt profeſſor, ac tandem inſcijs omnibus amicis ibidẽ ſacris iniriatus, hypodiaconus creatur. In Flandriã reuerſus, diſsimulato ſacro, quẽ amplexus erat, ordine, laico habitu ueſtitus incedit, & ad militare redijt ſtudiũ. Cumq; ob res pręclarè geſtas omnib. charus eſſet, Margarethã Flandriæ comitiſsã uxorẽ accipit, ex qua duos ſuſcepit filios. Cęterùm poſtquã innotuit, eum eſſe hypodiaconũ, Ioanna cõiugis ſorore, principe Flandrię eum inſectante, ad Innocentiũ 3. ſupplex refugit, ſi quo modo à ſacro ordine liberatus, in matrimonio manere poſſet. At Nocentius inexorabilẽ ſe prębens, iubet ut coniugẽ dimittat, illiq; ac ſorori de tãta iniuria ſatisfaciat. Inſuper in Aſiã abeat militatũ per unũ annũ contra barbaros: reuerſus autẽ, quod omniũ erat grauiſsimũ, in ſacro perſeueret ordine. His oneratus mandaris in Syriam quidẽ abit, ſed domũ reuerſus, cõſpecta uxore & dulciſsimis liberis dixiſſe fertur, Viuũ ſe malle excoriari, quàm ea quæ Romanus iniunxerat, cõplere. Chron. Flandriæ. Edmundus Cantuarienſis improbat coniugium Aleonoræ uiduæ cum Simone ex Montiforti comite, cum prius perpetuam uouiſſet caſtiratem. Polydorus lib. 16.

De illicitis coniũctionibus diſpenſarũt. Veniẽtes in Alemaniæ partes legati Romani, matrimoniũ nuper inter Ottonẽ & Philippi regis filiã cõmunis intuitu pacis contractũ, apoſtolica ſanctione confirmarunt, atq; ſuper cõſanguinitaris impedimẽto diſpenſarũt. Nauclerus uolum. 2. generat. 41. Bonifacio papa diſpenſante, inquir Naucletus, rex Anglię duxit nxorẽ filiam regis Franciæ Iſabelen. Volum. 2. generat. 44. Sextã uxotẽ fetunt habuiſſe Fridericũ ſecundũ Mechtildim, Ioannis regis Angliæ filiam, quã ponrificis diſpenſatione (quandoquidem affinitaris gradus obſtabat) accepit. Ioannes Cuſpinianus de Imperatot.

Gregorius nonus conſtituit, ne filius presbyteri ducat illam in matrimonium, quam patet ſuus baptizauit. Chtonicon Æditui.

Qua uerò tatione ſinguli huius ſeculi papæ cathedram illam cõſcenderint, ex perſonarũ deſcriptione lector peret. Per oẽs dignitatis gradus Bonifacius octauus ad ponrificatũ nõ ſine ambitionis crimine ꝑuenit. Nam dũ eſſet S. Martini in mõnbus presbyter cardinalis, adeò dignitatẽ pontificatus exoptauir, nt nihil ambitione & fraude prætermiſerit, quod ad eam rẽ pertinere arbitraretur. Tantę præterea arrogãtię fuit, ut omnes ferè contẽneret. Platina. Traditur ab autoribus, ꝙ per arũdinẽ inſonuerit in aures Cœleſtini, perinde ac ſi uox eſſet cœleſtis, ut papatũ relinqueret, & Bonifaciũ ſucceſſorem admitteret. Tandem cum res ex uoto ſucceſsiſſet, eundẽ heremiricam uitam appetentẽ cepit, ueritus, ne homines magis Cœleſtinũ uitæ ſanctimonia conſpicuũ, quàm ſe ſequerentur, & apud Fumonis Campaniæ arcẽ tam arctè cuſtodiri iuſsit, ut inde mortem illi acceleraram creditum ſit. Paralipomena Vrſperg. Balæus ex Matthæo Pariſio.

CONFIR-

CONFIRMATORES DOminationis.

HAnc paparum Romanorũ ſuperioritatem confirmarunt & auxerunt:

ECCLESIASTICI.

Confirmationis petitione in ſua uocatione. Stephanus à Iuuauenſibus electus, dum Romę confirmationem per legatos, Conradum epiſcopum Lauentinum, & Henricum ſecretarium, peteret, repulſam patitur, eo quòd pontificij legati, quos exploratum de Stephani uita & moribus in Germaniã ipſe miſerat, retuliſſent, ſe eundem paludaméto militari amictum, ſagittariorum ſpectaculo præſidenté offendiſſe. At Conrado Iuuauiam, Henrico Lauentinos nuncijs committit. Auentinus lib.7. Reginaldus à Cantuarienſibus monachis electus, Romam petit pro confirmatione ſuæ electionis. Polydor. lib.15. Albertus contra æmulos Magdeburgenſem ſedem autoritate Nocentij Romani obtinet, cum prius Ottoni adſtipulatus eſſet. Saxonia Cranzij lib.7.cap.15. Rupertus eiuſdem Eccleſiæ præſul Romam proficiſcitur, ut confirmaretur, conſecraretur, & pallium acciperet. Cranzius lib.8. Metrop.cap.23. Hildeboldus Breméſem Eccleſiam apud Romanum pontificem obtinet, repudiato Gerhardo Lippienſi. Ibid.cap.20.

Palliorum emptione. Bruno Colonienſis pallium Romæ impetrat cum gratia apoſtolica. Naucleruṡ uolumine 2.generat.41. Pallij fit mentio & apud Cranzium lib.8. Metrop.cap.23. Pallij uſum extra ſuam prouinciam Compoſtellano archiepiſcopo, cum peteret, Innocérius concedit. A Gregorio decimo Folco Vpſalenſis eundem ornatum accipit. Ioannes Magnus lib.3. Vpſal. hiſtoriæ.

Priuilegiorũ poſtulatione. Edmundus Cãtuarienſis archiepiſcopus uentilationibus cauſarum intereſſe noluit. Et ut ea cura liberaretur, literas apoſtolicas impetrauit. Vincent. lib.31.ca.78. Fulco Cracouienſis epiſcopus ſibi & ſucceſſoribus ſuis prærogatiuam loci & ſuffragij ſecundum archiepiſcopum in Gneſnenſi prouincia ab Innocentio 3. impetrauit. Crom. lib.7.

Appellatione ad ipſos, & petitione conſiliorum, ut ex conſtitutionibus Innocentij & reliquorum patet. Cum Ricardus Knapuuel, ordinis prædicatorũ monachorum, ob quaſdã erroneas opiniones à Cantuarienſi epiſcopo damnatus eſſet, prouincialis eius ordinis Hugo de Manceſtria ſe ingerens, allegabat pro illo, quòd nullus haberet in. ſui ordinis fratres poteſtatem, niſi papa ſolus: & ad eius ſedem appellauit. Balæus Centuria 4.cap.64. in appendice, ex Chronico Thomæ Vuyke.

Adulatione & laude immodica. Soli Eccleſię poteſtas clauium tradita eſt in Petro, inquit Hugo in 27.ca.Matt. Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater eſt & magiſtra. Idem in 13.cap.Ioan. Fundamenta Eccleſiæ ſunt prælati, & præcipuè Romani cardinales, qui debent portare & ſuſtinere totam fabricã Eccleſiæ. Idem in 81.Pſal. Illuminatores orbis terrę ſunt papa, cardinales, archiepiſcopi, epiſcopi. Albert. Magn. in 21.cap. Lucæ. Conſtitutionem papæ omnes ſuo modo ſcire tenentur. Si ergo aliquis neſciat per negligentiam, non excuſatur à culpa, ſi contra conſtitutionem agat. Si uerò aliquis habeat ſufficiens impedimentum, propter quod ſcire non poterit, puta ſi fuerit in carcere, uel in terris extraneis, ad quas conſtitutio non peruenit, uel propter aliquid ſimile: talis ignorãtia excuſet, ut non peccet, contra conſtitutionem papæ agens. Thomas Aquinas Quodlib.1.artic.19. Item: Papa habet plenitudinem poteſtatis in Eccleſia, ita ſcilicet, quòd quæcunq; ſunt inſtituta per Eccleſiam, uel Eccleſiæ prælatos, ſunt diſpenſabilia à papa. Idem Quodlib. 4.art.13. Sicut in uno ſpeciali populo unius Eccleſiæ requiritur unus epiſcopus, qui ſit totius populi caput: ita in toto populo Chriſtiano requiritur, quòd ſit unus totius Eccleſiæ caput. Idem lib.4.cap.76. contra gentiles. Item: Per hoc autem excluditur error quorundã præſumptuoſus, qui ſe ſubducere nituntur ab obedientia & ſubiectione Petri, ſucceſſorem eius Romanum pontificem uniuerſalis Eccleſiæ paſtorem non cognoſcentes. Idem in ſumma contra gentiles lib.4.ca.76. Nuncij à papa ad Tartaros miſsi, uocãt papam patrem ac dominum Chriſtianorum. Vincentius lib.31.cap.20.

POLITICI.

Petentes à Romanis inaugurationem. Conſtãtia Imperatrix, Hẽrici ſexti uidua, ad Innocẽtium ſolennes miſit nuncios, petitum ut regnum Sicilię, ducatum Apulię, & Capuę principatũ cum ſuis adiacentijs concedere dignaretur ſibi & filio ſuo, ea forma, qua anteceſſores olim cõceſsiſſẽt. Sed ſagaciſsimus ille prædator quatuor illis capitibus priuilegiorũ ab Hadriano & Clemente conceſſorum, de electionibus, legationibus, appellationibus & cõcilijs, ſuę authoritati plurimũ derogari animaduertens, petitioni prius annuere noluit, quàm his omnino renũciarit. Ac licet Conſtantia ampliſsimis muneribus tẽtaret animum põtificis expugnare, tamen non ualuit. Tandẽq; ipſa pontifici conſenſit. An-

ton.tit.19.cap.1.§.1. Anno Domini 1213. qui fuit 13 regni Iohannis regis Angliæ, idem Ioannes ſpontaneè de comuni conſilio baronum ſuorum obtulit & liberè conceſsit Deo & Apoſtolis eius Petro & Paulo, ac Romanæ Eccleſiæ, ac Innocentio 3. eiuſq; ſucceſſoribus totum regnū Hyberniæ, cū omni iure ac pertinētijs ſuis, pro remiſsione peccatorū ſuorū, ac totius generis ſui, uiuorum ac defunctorū. Et fecit ac iurauit homagium pro dictis regnis Deo ac Apoſtolis prædictis, & Innocentio 3. ut ea de cætero tanquam feudarius reciperet ac teneret ab ipſo papa, eiusque ſucceſſoribus. Ad cuius iudiciū ſtatuit, ut de proprijs reditibus prędictorum regnorum pro omni ſeruitio ac conſuetudine, ſaluo per omnia denario beati Petri, Eccleſia Romana mille marcas percipiat annuatim, uidelicet in feſto S. Michaelis quingētas, & in Paſcha 500. ſeptingētas pro regno Angliæ, ac 300 pro regno Hyberniæ, ſaluis ſibi & hæredibus ſuis iuſticijs & libertatibus atq; regalibus ſuis. Vincent. lib. 30. ca. 7. Ranulphus addit hoc, quòd ſi uel ipſe uel aliqui hæredum ſuorum ab hac conditione uel ſolutione deficiant, à iure regni cadant. lib. 7. cap. 33. in Polychronico. Ioannes Brenna Ieroſolymorum rex ab Innocentio denominatus, ne ingratus Romano pōtifici appareret, regnum Romanæ ſedi uectigale eſſe, & in perpetuum fore iuramento affirmat: nec unquā poſthac regis nomē quenquam ferre poſſe, niſi quē Romanus pontifex deſignaſſet. lib. 3. continuatæ hiſtoriæ ſacræ. Ad Honorium tertium Petrus Antiſiodorenſis, Imperator Conſtantinopolitanus, cum Iola uxore ueniens, in baſilica S. Laurentij extra muros coronatur. Naucler. uolum. 2. generat. 41. Volaterran. lib. 22. Platina. Alexander ſecundus in regno Scotiæ patri ſuccedens, duos legatos Romam obedientiæ declarādæ gratia miſit ad Innocētiū, à quo priuilegiorū Scotiæ diplomata quędā accipit. Boet. lib. 13.

Reijcientes cōtrouerſias ad ipſos. Nam Ioannes Anglorum rex Romani papæ auxilium contra ſuos primates implorat. Polydorus, Boetius. Supplices legatos Scoti queſtum ad Romanum pontificē maximum Bonifacium miſere de iniurijs ac cladibus, quas quotidie Anglus cupiditate regni inferret, oſtēſaq; libertate ſua, quòd nunquā regibus alienis obnoxij fuiſſent, orare ac obſecrare pōtificem maximum, patrem & tutorem gentiū, ut pro poteſtate ſua, quam præter reliquos in Angliam haberet, literis ac mandatis Eduardū compeſceret: ſeſe paratos eſſe omni iure ac æquo cum eo decidere, quandoquidem armis non rectè ceſſerit, nobilibus ſuis inter ſe ambitione nimia cæcis ac diſcordibus, & interim innoxio populo grauiter afflicto. Itaq; literis hinc inde diu diſceptata re, pro Scotis pontifex ſententiam protulit. Boetius lib. 13. hiſtoriæ Scotorum.

Legatos ipſorum nimis ſubiectè uenerantes. Sic Otto Imperator Hugonem & Leonem Romanos legatos, in ſolēni principum conuentu, ſumma cum reuerentia excepit. Naucler. generat. 41.

Mandata paparum nimia promptè exequentes. Ad Innocentij enim publicas literas, per uniuerſum orbem pro liberatione terræ ſanctæ, innumerabilis multitudo pro Chriſti amore ac terræ ſanctæ recuperatione cruce ſignabatur. Naucler. uolum. 2. generat. 41. Cum in odium Friderici ſecundi Imperatoris, Pontifex Electores ac Germaniæ principes crebris adhortatus eſſet literis, ne Fridericum iam anathemate notatum Imperatorem obſeruarēt, néue ex eius ſobole Regem ſibi crearent, quum iam eius filium Chunradum delegiſſent, conueniunt Herbipoli Moguntinus, Colonienſis, Treuerenſis, Argentinenſis, Metenſis & Spirenſis epiſcopi, cum nonnullis alijs principibus: & Henricum Landgrauium Thuringiæ & Haſsiæ deligunt, &c. Argentinenſis epiſcopus præterea muniriones & caſtra, quæ Fridericus nuper & filius poſſederant, euertit & expugnat. Cuſpinianus.

Papas nimium uenerātes. Sic ad D. Petri ædes in Vaticano, pontifex gratulatus illi fœlicē acceſſum, cum de more pedem exoſculandum exhibuiſſet, Imperator gemina ceu errore lapſus, ſummis uix labellis baſiauit: quæ quidē incuria altius in pontificis animo hæſit, quàm ut unquam obliuiſci poſſet. lib. 3. continuatæ hiſtorię belli ſacri, cap. 11. Innocentio in hunc modum ſcribit Alphonſus Hiſpaniarum rex: Sanctiſsimo patri & domino Innocentio tertio, Dei gratia ſummo pōtifici, Alphonſus octauus eadem gratia rex Caſtellæ & Toleti cum manuum oſculo atq; pedum, ſalutem. A' ſanctitate ueſtra non credimus excidiſſe, &c. Et Carolus Siciliæ rex Gregorium decimū, ad Conciliū Lugdunenſe euntē, cum magna principū honoratorūq; ſocietate duxit. Blond. lib. 8. decad. 2.

QVI SE OPPOSVERINT ANTIchriſti, *hoc eſt, Romanorum Pontificum tyrannidi.*

IMPERATORES.

FRidericus Imperator ſecundus, poſt depoſitionem non aduertens ſententiam papæ, quam iniuſtam & friuolam dicebat, ſe Imperatorem geſsit, magnamq; princi-

principum,nobilium & ciuitatũ adhærentiam habituſq; ad mortem.Intrauit poſt depoſitionem ſui Italiã,& tantis malis papam ſubiectoſque illi populos afflixit, ut pontificem uiuere tæderet, uoluiſſetq́; ſe nũquam depoſitionem illius cogitauiſſe. Chronicon Hirſaugienſe. Item: Cũ principes ad inſtantiã Romani pontificis Rodulphum regem ſæpe admonerẽt, ut pro corona Imperij Romam proficiſceretur, reſpondebat: Multos Alemãnorum reges Italia conſumpſit: non ibo Romam: Rex ſum,Imperator ſum, nec minus pro utilitate reipublicę me facturũ confido, quàm ſi Romæ fuiſſem coronatus.Ibid.

REGES ET PRINCIPES.

Dederunt ipſi epiſcopos & doctores. Gerhardus Oſnaburgenſis epiſcopus Romani pontificis translatione in archiepiſcopum Bremẽſem confirmatur.Sed dux Bernardus pro Vvaldemaro faciẽs, ipſum reduxit Bremam. Cui ciuitas tantũ fauit, ut pro ipſo interdictum Eccleſiaſticũ diu ſuſtineret.Saxonia Cranzij lib.7.cap.33.

Mandata Romanorum pontificum non ſunt executi. Anno Domini 1246.definitum erat in parlamẽto apud Anglos,ut efficaciter ſcriberetur papæ,ut à cõſuetis oppreſsionibus ceſſaret. Scripſerunt igitur epiſcopi per ſe,ſcripſerũt abbates & priores,ſcripſerũt comites & barones,ſcripſit & ipſe rex,ita ut ferina potuerint emolliri corda. Balæus cent.4.cap.6. in Appendice,ex Matthæo Pariſio.

Synodos congregant. Contra legatum ab Honorio tertio miſſum Alexãder Scotorum rex ſynodum conuocat, ubi communi cõſenſu decretum,uulturem iſtum, qui deprædatũ ipſos uenerat, in regnum non admittendum.Hector Boetius lib.13. Scotorum hiſtoriæ.

Abuſum bonorum Eccleſiaſticorum reduxerũt ad legitimum uſum. Ludouicus Francorum rex,quem Diuum uocant, anno 1228. ſanxit legem contra paparũ præſeruationes, aliaq́; machinamenta, ut ſint electiones epiſcoporum & prelatorum,& aliorum quorumlibet liberæ,ualidæ ac efficaces electoribus, patronis & collatoribus. Eodem anno & aliam legem edidit contra Simoniã. Demum & anno Domini 1268.edidit pragmaticam ſanctionem, qua in uniuerſum prohibuit omnes rapinas & expilationes Romani pontificis. Hæc enim eius uerba ſunt: Item exactiones & onera grauiſsima pecuniarum, per curiam Romanã Eccleſiæ regni noſtri impoſitas uel impoſita (quibus regnum noſtrum miſerabiliter depauperatũ exiſtit) ſiue etiam imponendas uel imponenda, leuari aut colligi nullatenus uolumus,niſi duntaxat pro rationabili,pia & urgentiſsima cauſa,ineuitabili neceſsitate, ac etiam de expreſſo & ſpontaneo iuſſu noſtro, & ipſius Eccleſię regni noſtri,&c.Catalogus teſtium ueritatis.

ECCLESIASTICI.

Reſiſtẽtes impijs cultibus Romani pontificis.Anno Domini 1299,Bonifacius octauus hæreſin eorum qui ſe Fratricellos uocabant, damnauit & ubiq; perſecutus eſt.Hi enim multa Romanæ Eccleſiæ ſtatuta damnabant, Chriſtum & Apoſtolos pauperes fuiſſe docebãt,& Cæſarem non eſſe Romano pontifici ſubiectum.Balæus in appendice cap.70.cent.4.

Iniquis poſtulationibus & decretis.Fulco Londinẽſis epiſcopus, audita exactione pecuniarum, quæ per legatos pontificis fiebat,dolenter dixit: Antequam tantę Eccleſiarum iniuriæ, ſeruituti & intolerabili oppreſsioni conſentiam,caput amittam. Balæus lib.5.de Romanorum pontificum actis. Cum Gregorius papa epiſcopos ſolicitaret, ut abrogato Friderico aliũ ſubſtituerent, Colonienſis & Mogũtinenſis reſpõdent,non eſſe ſui iuris Imperatorem ſubſtituere, ſed tãtum electum à principibus coronare. Cranzius lib.8.ca.5.Metrop. Nicolaus quidã prior,natione Gallus,in libello,quem Igneam uocat ſagittã, damnat inanes paparum diſpenſationes, qui monachis iam hoc, iam illud, contrà quàm fas piumq́; ſit,indulgeant. Catalogus teſtium ueritatis. Robertus Capito, Lincolnienſis epiſcopus,ad Innocentium 4. aculeata dedit ſcripta, quòd pro ſuis nepotibus ac ſpurijs Angliam tot exactionibus inſolitò uexaret: propterea priuatus tãdem ſacris, & diris maledictionibus ad inferos execratus,atq; tum demũ ad ſanguinariam illam,ut illic cõpareret,curiam citatus, à papiſtica tyrãnide appellauit ad æternum Ieſu Chriſti ſummi iudicis tribunal.Balæus cent.4.cap.18. Seuallus Eboracenſis Alexandrum quartum per literas rogabat,ut à conſuetis & quotidianis uiolentijs ceſſaret, uel ſaltem ſe temperaret, ſanctorum humilitatẽ ſecutus. Hortatus eſt eum, ut D.Petri exemplo, Chriſti paſcat ouiculas,non tondeat, non excoriet, non euiſceret, aut ut lupus famelicus deuorando conſumat. Intruſerat enim pontifex in Eccleſiaſticas functiones maiores,extraneos quoſdam,iuuenes laſciuos ac petulantes,& Anglici ſermonis prorſus ignaros: præcipuè Iordanum quendam, quem eo inconſulto Eboracenſem decanum fecerat. Cum uerò obſtitiſſet Seuallus, ilicò excommunicabatur, pulſatia

 etiam

etiam campanis, & candelis ad uulgi terrorem accenſis atq; deletis. Sed hæc patienrer & conſtanter uir pius ſuſtinuit, nolens nihilominus indignis ſacerdotia conferri. Et quantò magis, papa præcipiente, maledicebatur, tanrò magis à populo honorabatur, licet tacitè, ob Romanæ tyrannidis metum. Aſpera & grauis mundi amatoribus uidebatur hæc Chriſtiani paſtoris conditio: ſenſatis tamen amœna ac iucunda, cum in perſecutione uirtus incrementum ſuſcipiat. Hæc atque alia de ipſo retulit præſatus Matthæus. Ibid. capite 23.

Antichriſti tyrannidem animaduerterunt & ſtrinxerunt circumcelliones quidam, ut Cranzius eos uocat. Nam ij pulſatis campanis, & conuocatis baronibus terrarum, in Hallis Sueuiæ ſic feruntur prædicaſſe in publica ſtatione, quòd papa eſſet hæreticus, omnes epiſcopi & prælati Simoniaci & hæretici, inferiores quoque prælati cum ſacerdotibus, quia in uicijs & peccatis mortalibus non haberent authoritatem & poteſtatem ligandi & ſoluendi, & omnes eſſent hominum ſeductores. Item, quòd ſacerdotes in mortalibus conſtituti, non poſſent conficere altaris Sacramentum. Irem, quòd nullus uiuens, neque papa, neque epiſcopi, neque alij poſſent interdicere diuina: & qui prohiberent, eſſent hæretici & ſeductores. & permittebanr in ciuitatibus interdicto ſuppoſitis diuina peragere, ut Sacramenta Eccleſiaſtica liberè perciperét, quia ipſis perceptis mundificarentur à peccatis. Irem, quòd fratres Prędicatores & Minores peruerterent Eccleſiam falſis prædicationibus: & quòd omnes illi fratres unà cum Ciſtercienſibus & alijs, prauam uitam ducerét & iniuſtam. Item, quòd nullus eſſet qui ueritaté diceret, & qui fidem iuſtam opere ſeruaret, niſi ipſi & eorum ſocij: & ſi ipſi non ueniſſent, priuſquam Deus fidem ſuam periclitari ſineret, de lapidibus exciraſſet alios, qui Eccleſiam Dei uera prędicatione illuſtraſſent. Prædicauerunt, inquiunt, ad hoc tempus prædicatores noſtri, & ſepelierunt ueritatem, & promulgarunr falſitatem. Nos contrà ueritarem prædicamus, & ſepelimus falſitatem. & in fine: Indulgentiam quam damus uobis, non damus fictam uel compoſitam ab apoſtolico uel epiſcopis, ſed de ſolo Deo & ordine noſtro. Adiecerunt: Nihil opus eſt, habere mentionem de papa: quia ita peruersè uiuit, & tam mali exempli homo eſt, quòd tacere, & in obliuionem oportet illum adducere. Er blaſphemando adiecit perfidus concionator: Orate, inquit, pro domino Friderico Imperatore, & Conrado filio eius, qui perfecti & iuſti ſunt. Audebant dicere, qnòd papa neque haberet autoritatem ſoluendi & ligandi, quia non habet uitam apoſtolicá: & hoc probare inſtituerunt per quandam gloſſulam, &c. Cranzius lib. 8. cap. 18. Metropoleos: & lib. 8. cap. 16. Saxoniæ. Gualterus Mapes, Oxonienſis archidiaconus, Romę fuit, ubi uidir faſtum pontificis, cardinaliũ ac prælatorum ſpiritualium ambitiones, ſupercilia, luxus, libidines, auaritias. Nec poterat, cum redijſſet domũ, tam execrabilium uiciorum obliuiſci, quin poſtea illos, quamdiu uixit, uehementiſsimis criminationibus ſatyricè uellicaret: ſed fictis nominibus luſit, ut Goliæ pontificis, uel Iohannis de Abbatia, uel Ioannis de Corborio, uel Gualteri de Hybernia, & ſimilibus. Habebatq́; Oxonij ſcurram ſeu bomolocum, doctum tamen, qui libenter, eo conſultore, iactitabar ſe facetiarũ ac rhythmorum ſuorum eſſe parentem. Nec poterar æquo perſerre animo iniurias & calumnias, ab iniquo eius temporis clero Ioanni regi malitiosè illatas: ſed illum quandoq; Iouem, quandoq; Leonem in Satyris appellans, pontificem Plutonem atq; aſinum, prælatos uerò animalia bruta. Balæus Cent. 3. ca. 16. Nicolaus de Bibrach, qui Erſordię uixit ſub annum 1290. in ſuo libello, quem Occultum nominat, narrat ſe Romæ fuiſſe, indicat ſimulatas blanditias erga exteros literatosq́; homines, & iuramenta, ut ille inquit, per Iudæ oſcula. Nec obſcurè innuit, etiam ſe à papa ueluti Ganymedem (nam hac uoce utitur) ad turpiora quædam expetitum. Docet, Romæ fidem ac pietatem eſſe aroma, id eſt, rem admodum raram & caram: papam, eiusq́; ſatellires omnium opes rapere, & nulli quicquam dare. Dicit, Martinum papam exoptaſſe, ut tota Germania unum ſtagnum eſſet. eiusq́; hoc epitaphium, dignum ſanè papa, recitat:

Hic iacet ante chorum ſubmerſor Teutonicorum,
Paſtor Martinus, extrà qui totus ouinus,
Et lupus introrſus, cui nulla redemptio prorſus,
Sed ſit ad inferna detruſus ab arce ſuperna.

Item alibi ira de papa inquit:

Sed quia papa ſacer, eſt uir uerſutus & acer,
Non leue flectetur, nec gratis fortè medetur:
Suadet portari ſibi munera multa, iuuari
Si per eum uultis.

Gerhardo Sagareli Parmenſi, & Dulcino Nauarenſi uitio datum eſt, quòd docuerint, orationem Deo non minus acceptam eſſe in prophano, quàm in ſacro loco. Item, papam aſſeruerunt

eſſe

eſſe Antichriſtū, & Eccleſiam Romanam, id eſt, papam eiusq; ſpirituales à Deo reiectos, eſſe illam meretricem Babylonicam, de qua eſt in Apocalypſi. Tandem uerò à papa non tantùm iſti duo doctores, ſed & ingens auditorum numerus, crudeliter interfecti ſunt. Catalogus teſtium ueritatis.

POLITICI PRIVATI.

Salisburgenſibus Burchardum quendam Innocentius quartus deſignarat epiſcopū. Verùm hoc illi ſpreto, Philippum Charionum ducis filium eligunt & recipiunt. Auentinus lib. 7. Anno Domini 1247. quidam nobiliſsimi Francorum, mirabilem conſpirationem contra papam, propter quotidianas extorſiones fecerūt, epiſtolas & facetias inter ſe multas conficientes. Balæus Centuria 4. cap. 4. ex Matthæo Pariſio. Vuilhelmus aurifex docuit, papam eſſe Antichriſtū, Romam Babylonem, & prælatos membra Antichriſti. Catalogus teſtium ueritatis.

In Anglia nobilis quidam audiens ſacerdotum coniugia in Lateranenſi ſynodo iterum damnari per Innocentium tertium, hunc rhythmum ſequente anno Domini, ſcilicet 1216. cecinit:

Priſciani regula penitus caſſatur,
Sacerdos per Hic & Hęc, olim declinatur:
Sed per Hic ſolummodo nūc articulatur,
Cum per noſtrū pręſulē, Hæc, amoueatur.
Ita quidam presbyter cœpit allegare,
Peccat criminaliter, qui uult ſeparare,
Quod Deus coniunxerat, fœminā amare.
Tales dignum duximus, fures appellare.
O' quàm dolor anxius, q̄ tormētū graue
Nobis eſt dimittere, quoniam ſuaue.
O' Romane pontifex, ſtatuiſti prauè,
Ne in tanto crimine moriaris, caue.
Non eſt Innocentius, immò nocēs uerè,
Qui quod facto docuit, uerbo uult delere:
Et quod olim iuuenis uoluit habere,
Modò uetus pontifex ſtudet prohibere.
Gignere nos pręcipit uetus Teſtamētū:
Nouum quòd non retinet, nuſquam eſt inuentum.
Præſul qui contrariū donat documētum,
Nullum neceſſariū his dat argumentum.
Dedit enim Dominus maledictionem
Viro qui non fecerit generationem.
Ergo tibi conſulo per hanc rationem,
Gignere ut habeas benedictionem.
Nónne de militibus milites proceſſit?
Et reges à regibus, qui ſibi ſuccedunt?
Per locum à ſimili, omnes iura lædunt,
Clericos qui gignere, crimen eſſe credūt.
Nobis adhuc pręcipit uetus Teſtamētū,
Quod noſtræ nunc legis eſt uerax fundamentum,
Vt mares & fœminæ ſciant inſtrumētum,
Tale per quod habeāt prolis incrementū.
Zacharias habuit prolem & uxorem,
Per uirum quem genuit adeptus honorē:
Baptizauit etenim mundi Saluatorem.
Pereat qui teneat nouum hunc errorem.
Paulus cœlos rapitur ad ſuperiores,
Vbi multas didicit res ſecretiores.
Ad nos tandē rediens, inſtruensq; mores,
Suas (inquit) habeant quilibet uxores.
Propter hæc & alia dogmata doctorū,
Reor eſſe melius, & magis decorum,
Quiſq; ſuam habeat, & nō proximorum,
Ne incurrat odium uel iram eorum.
Proximorum fœminas, filias & neptes
Violare nefas eſt, quare nil deceptes.
Verè tuam habeas, & in hac delectes,
Diem ut ſi ultimum tutius expectes.
Ecce iam pro clericis multum allegaui,
Nec nō pro presbyteris plura cōprobaui.
Pater noſter nūc pro me, quoniā peccaui,
Dicat quiſq; presbyter cum ſua ſuaui.

Balęus lib. 5. de Romanorū pontificum actis, in uita Innocentij tertij.

De Bomolocho uel ſcurra lib. 4. cap. 16. in ſpeculo Eccleſiæ Giraldus ſcribit: Paraſitus quidam, Golias nomine, noſtris diebus guloſitate pariter & dicacitate famoſiſsimus, qui Gulias melius, quia gulæ & crapulæ per omnia deditus, dici potuit: literatus tamen affatim, ſed nec bene morigeratus, nec diſciplinis informatus, in papam & curiam Romanam carmina famoſa pluries & plurima, tam metrica, quam rhythmica, non minus impudenter quàm imprudenter euomuit, &c.

Roma mundi caput eſt, ſed nil capit mundum:
Quod pendet à capite, totū eſt immundū.
Trahit enim uitium primū & ſecundum:
Et de fūdo redolet, quod eſt iuxta fundū.
Roma capit ſingulos, & res ſingulorum.
Romanorum curia non eſt niſi forum:
Ibi ſunt uenalia iura ſenatorum:
Et ſoluit contraria, copia nummorum.
In hoc conſiſtorio ſi quis cauſam regat
Suam uel alterius, hic inprimis legat,
Niſi det pecuniam, Roma totum negat,
Qui plus dat pecuniæ, melius allegat.
Romani capitulum habet in decretis,
Vt petentes audiant manibus repletis.
Dabis aut non dabitur, petūt quādo petis.
Qua menſura ſeminas, eadem tu metis.
Munus & petitio currunt paſſu pari:
Opereris munere, ſi uis operari.
Tullium nec timeas, ſi uelit cauſari:
Munus eloquentia gaudet ſingulari.
Nūmus in hac curia nō eſt qui nō uacet,
Crux placet, rotūditas placet, totū placet.
Et cum ita placeat, & Romanis placet,
Vbi nummus loquitur, & lex omnis tacet.

Cum ad papam ueneris, habe pro conſtanti:
Non eſt bonus pauperi: ſoli fauet danti.
Etſi munus præſtitum non ſit aliquanti,
Reſpondet hic tibi ſic, Non eſt mihi tanti.
Papa quærit, chartula q̃rit, bulla quęrit,
Porta quærit, cardinal quęrit, curſor quærit.
Sed ſi dares omnibus, at uni deerit,
Totum mare ſalſum eſt, tota cauſa perit.

Balæus Cent.3.cap.61.in Appendice.

DE OFFICIIS POLITICI MAGIſtratus in iuuanda gubernatione, & conſeruanda diſciplina Eccleſiaſtica.

Reſtituebant iniuſtè pulſos. Epiſcopos Anglicanos exulantes Philippus rex armis reſtituere conatur, eaq; de cauſa Sueſsionis cõcilium agit anno 1212. Vincent.lib.30.cap.5.

Monebant eos ſui officij. Nam Fridericus Imperator in quadam epiſtola: Dei teſtimonium inuocamus, quia ſemper fuit noſtræ uoluntatis intentio, clericos cuiuſcunq; religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum ſtatũ reducere, ut tales perſeuerent in fide, quales fuerũt in Eccleſia primitiua, Apoſtolicam uitam ducentes, & humilitatem Dominicã imitantes. Tales namq; clerici ſolebant angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate, non armis ſibi principes ſubiugare. At iſti ſeculo dediti & ebriati, delitijs Deum poſtponunt, quorum ex affluentia diuitiarum religio ſuffocatur. Talibus igitur ſubtrahere nocẽtes diuitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charitatis: ad hoc uos omnes principes unà nobiſcum, ut cuncta ſuperflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo ſeruiant, cui ſeruiunt omnia, omnem quam poteſtis debetis diligẽtiam adhibere. lib.1. epiſtolarum Petri de Vineis, cap.2.

Epiſcopatus conſtituebant & transferebant. Vuilhelmus Scotiæ rex duodecimum ſui regni epiſcopatum Liſmorẽſem conſtituit, & agris prædijsq; ditauit. Boetius lib.13. Bureuinus Dominus Magnopoleos Guſtrouienſem fundauit Eccleſiã, anno 1226. Cranzius lib.7.cap.16. Vãdalię. Fridericus Sueuorum dux Eslingenſem Eccleſiam parochialem cum omnibus iuſticijs, pertinentijs, prouentibus, ac iure patronatus Spirenſi Eccleſię tradidit. Quam donationem poſtea factus Imperator Imperiali banno confirmauit. Nauclerus generat.41.

Priuilegia dabant. Donauit Vuladiſlaus Sputator Polonus Gneſnẽſem & Poſnanienſem Eccleſias, & oppida pagosq; earum, etiam quos in poſterum Eccleſiæ illæ acquiſituręeſſent, uacatione omnium laborum atque munerum, & immunitate penſionum, quæ principibus ducibũſue debẽtur, ad hæc ab omni quorumuis profanorum iudicum, præfectorum, palatinorum, atq; adeò ipſorum principum iuriſdictione omnes, quicunq; in ditione illarum Eccleſiarum eſſent, liberauit. Quanquam hoc prius iam in uniuerſa Polonia Henrici archiepiſcopi opera in conuentu effectum eſſe diximus. Fecit autem idem Vuladislaus poteſtatem archiepiſcopo Gneſnenſi, & epiſcopo Poſnanienſi, monetam cudendi, & uenandi in ſyluis atq; bonis ſuarum Eccleſiarũ: quod antea nemini pręter principem licebat. Cromerus lib.8. ex Dugloſſo. Ludouicus Palatinus moriturus teſtamento cauet, ne hæredes extra ordinem tributis monachos ſacerdotesq; onerent. Auentinus lib.7. Temporibus Friderici epiſcopi Raceburgẽſis, Guntzelinus comes Suerinẽſis, ius patronatus Eccleſię parochialis in Vuittenborg conuentui monialium in Tzerntin donauit, quam donationem epiſcopus confirmauit. Cranzius lib.8.cap.18. Metropol.

Tempore Rudolphi fuiſſe uſum primarum precum, colligitur ex tali forma: Rudolphus Dei gratia rex, & ſemper Auguſtus. Honorabili in Chriſto deuoto abbati, &c. gratiam ſuam & omne bonũ. Cum ex antiqua & approbata, ac à Diuis Imperatoribus & Regibus ad nos producta cõſuetudine, quælibet Eccleſia in noſtro Romano Imperio conſtituta, ad quam beneficiorum Eccleſiaſticorum pertinet collatio, ſuper unius collatione beneficij, precũ noſtrarum primarias admittere teneatur, Deuotionem tuam rogamus, quatenus huic clerico de Eccleſiaſtico beneficio, quod ad tuam collationem attinet, ob reuerentiam ſacri Imperij ſtudeas liberaliter prouidere, &c. Datum anno regni noſtri primo. Paralipomena Vrſpergenſis.

Epiſcoporum opera in legationibus utebantur. Olnuuicenſem epiſcopum Brunonem Ottocarus Bohemiæ rex ad quendam conuentum Noribergenſem mittit. Cuſpinianus de Imperatoribus. Bernhardum Seccouienſem idem Francofurtum, ubi de Imperatore ſubſtituendo à principibus cõſilia agitabãtur, ablegauit. Naucl.

Hæreticos puniebant. Anno 1213. menſe Septembri, cõmiſſum eſt mirabile prælium in terra Albingenſium. Quinquennio namq; iam elapſo, cum uiri uenerabiles archiepiſcopi Senonenſis, & Robertus Rothomagenſis, epiſcopi uerò Robertus Baiocenſis, & Reginaldus Carnotenſis, alijq; plures, ſed & Odo Burgundiæ dux, ac Hen-

ac Henricus comes Niuernenſis, & alij multi barones, & infiniti populi de regno Francorum cruce ſignati in partes illas ad debellandum hæreſin deueniſſent, urbemq; Biturim cepiſſent, 70000 hominũ & amplius in ea trucidatis, ac funditùs euertiſſent, inde quoq; ad urbem Carcaſſonum accedentes, eam breui debellaſſent, repatriare uolentes, inuocata Spiritus ſancti gratia, de communi aſſenſu Simonem Montisfortis comitem elegerunt, ut Chriſtianorum præeſſet exercitui, totique terræ illi. Qui priuatum commodum utilitati publicæ poſtponens, urbes & etiam caſtella debellauit, hæreticos & eorum fautores interire ſæua morte coëgit, multa bella geſsit, multas uictorias non ſine diuino miraculo conſecutus eſt. Ad ultimum uerò rex Arragoniæ, & comes S. Ægidij, comes etiã Foſi, & alij infiniti obſederũt eum in caſtro quod uocatur Murellum. Qui cũ non haberet ſecũ niſi 260 milites, & 500 equites ſatellites & peregrinos, pedites uerò 700 inermes, audita Miſſa, inuocata Spiritus ſancti gratia, de caſtro exeuntes pugnauerũt cum eis, & inaudito ferè miraculo 17000 millia de exercitu percuſſerunt, ipſumque regem Arragonum occiderunt. Vincentius libro 30. cap. 9. Ganguinus, Nauclerus generat. 41. Bergomenſis. Verùm cum adhuc apud Auinionenſes durarent Albigenſium hæreticorum reliquiæ, Ludouicus rex Franciæ hortatu Gregorij noni Auinionem urbem obſedit, eaq; capta homines ad ſanitatem reduxit. Polydorus lib. 16.

Reformationes & bonas leges promulgabant. Leges cõplures pro honore fidei Chriſtianæ, & cõſeruatione libertatis Eccleſiaſticæ, condidiſſe ſcribitur Fridericus ſecundus in uita eius. S. Ludouicus Galliç rex, domum reuerſus Damiata, omnes fœneratores, Iudæos, aleatores, ac impia in Deum uerba dicentes diſcedere iuſsit. Volaterranus, Ganguinus lib. 7. Fuit Alphonſus decimus condendis legibus deditiſsimus. Romanos enim imitatus, qui ex Græcorũ decẽ tabulis leges ſibi quaſdam delegerãt, ingenia populorũ & gentium de legibus uolumina, deq; rebus in uniuerſo orbe geſtis, euoluit: ac ſeptẽ libros pro æquitatis moderatione, quos Partitas uocant, ſalubriter cõpilauit, ut & hominibus & diuino cultui neceſſaria ſingulis innoteſcerent. Vniuerſi præterea orbis hiſtoriã, quã Generalẽ Hiſpani uocãt, per ſapientes ſcribi curauit. Cuſpinianus.

Exules recipiebant & fouebãt. Anglia eiectos per Ioannem epiſcopos Philippus Franciæ rex benignè excepit fouitq;. Ganguinus libro 6. Vincentius libro 30. cap. 4. Ludolphum Raceburgẽſem epiſcopum, quem Albertus Saxoniæ dux affligebat, Ioannes Dominus Mechelburgenſis recepit, & in noua ſua ciuitate Vuiſmaria fouit. Cranzius lib. 8. cap. 8. Metropoleos.

Artium ſtudia iuuabant & promouebant. Libros multos Fridericus Imperator ex Græco & ex Arabico Latinos fieri curauit, inter quos & Ariſtotelis uolumina fuerant, & multa medicorum. Cuſpinianus. Idem & mirificè delectatus eſt ſtudijs Aſtronomicis, quæ cum uideret in magno apud Mahometicas gentes precio & cultu eſſe, μεγάλην σύνταξιν Ptolomei, qua audiuit conſummatã totius artis continerí traditionem, ex Arabica latiſsimè patente lingua transferri in Latinam curauit, ut in Europam rediens precioſum hoc opus, quod conuerſum prius è Græca erat lingua, ſcholis noſtris pro militari donatiuo adferret. Curio lib. 2. rerum Chronologicarum. Anno 1251. motuum tabulæ, quæ Alphonſi Hiſpaniarum regis titulo ſcribuntur, ſupputatæ ſunt Toleti. Mira commemorantur de liberalitate & ingenti pecuniarum ſumma, quam Rex hic in ſupputatores mathematicos, qui ferè Hebræi & Mauri fuerunt, contuliſſe dicatur. Oportet profectò eum artis maieſtate & ſupputantiũ operam probè habuiſſe perſpectã, ſi, uti in literis relata fama eſt, quater centena aureorum millia in illas multæ operæ ſupputatuque difficiles tabulas, cæterũm caducas tamen, nec ætate noſtra ſatis iam conſtantes & fideles, erogauit. Ibidem.

QVAE A' VIRIS POLITICIS *contra ſuum officium, & Eccleſiæ utilitatem geſta ſint.*

Nimis multa bona Eccleſijs aut monaſterijs dabant. Henricus Vratiſlauienſis dux, extructo S. Crucis templo, collegium ſacerdotum inſtituit, datis de ſuo luculentis reditibus. Quinetiam cum ex uxore nullos ſuſciperet liberos, Vratiſlauiam ipſam cum omni territorio Eccleſię & epiſcopo Vratiſlauienſi ſempiterno iure donabat. Verùm eam donationem epiſcopus abnuit. Cromerus li. 10. Stadenſem urbem Henricus Palatinus moriturus Eccleſię Bremẽſi cũ comitatu donat, anno 1221. Chron. Saxoniæ.

Nimis magna priuilegia Eccleſiaſticis concedebant. Boleslai Pudici Polonorum principis illa extant in Cracouienſem epiſcopum & Eccleſiam memorabilia beneficia, diplomatibus eius conſignata, quibus cunctos ſacri ordinis homines, eorumque adſcripticios omni

prorſus onere ſeruitutis atque penſionis duci debitæ, etiam telonij, liberauit, & ab omni ſuorum iudicum & magiſtratuum, ſuaq; ipſius iuriſdictione exemit. Epiſcopum autem omnino ducali iure in bonis ſuis eſſe iuſsit, modò ut ſemel quotannis principem hoſpitio acciperet, ſubuectionesque ipſi ut præberet, quando ei uſuueniret per epiſcopalia prædia iter facere. Adhæc fecit poteſtatem ſingulis prælatis, ut uocant, & canonicis baſilicæ Craco uiẽſis, ſenos ex nobilitate, aut duodenos ex plebe, quos uellẽt, ab expeditione bellica eximẽdi, miniſterij ſui cauſa: inferiorum uerò Eccleſiarum collegijs dimidiũ eius numeri. Cromerus lib. 9. de Polonis. Henricus Gneſnenſis diligentia & autoritate ſua perfecit, ut principis atque omnium ducum procerumq; Polonorũ conſenſu, & uniuerſi conuentus conſtitutione, ſacer & Eccleſiaſticus ordo omnis, cũ adſcripticijs etiam & ſubditis ſuis, ab omnium profanorum iudicum, etiam ducum atque ipſius ſummi principis iuriſdictione prorſus liber eſſet, ita ut ne per exceptionem quidem ullam, aut reconuentionem pertrahi ad ullum profanum ſiue laicum, ut uocant, forum poſſent. Eamq; conſtitutionem pontificis maximi & ſedis apoſtolicæ autoritate confirmauit. Idem libro 7.

Bona Eccleſiaſtica ſibi rapiebant. Philippus rex ob æris penuriam prædia quæ pater ſuus latè in Alemania acquiſiuit, diſtrahere cœpit, uillasque & agros ruſticanos, & Eccleſias illis contiguas, ære alieno obligare. Siquidem ea tempeſtate Eccleſiã Vrſpringenſem dedit titulo pignoris nobili uiro Bertholdo de Nyfen, quam poſtea præpoſitus & fratres de poteſtate tyrannorum & manu liberarunt, 200 auri marcas ſoluentes. Hic denique obligationis uſus & nodus Eccleſiarũ, ordini quàm maximè Ciſtercienſi & Præmonſtratenſi admodum inſuetus fuit, quum cõſtet nullum ſibi tale ius Imperatores antea uendicaſſe. Cauſam uerò huius impignorationis referunt nõnulli, ſcilicet, quòd regnante Cunrado rege 3. & eius ſucceſſore primo Friderico Barbaroſſa, dominium Eccleſiarum ſub ſua protectione & defenſione ſuſcipiebant, atque priuilegijs munitas fideliter, quantũ licuit, defenſabant. Mortuo igitur præpoſito Vrſpringenſi, fratres ſibi ad regimen Eccleſię inutilem elegerunt: quod cùm Friderico innotuiſſet, nobili uiro Degenhardo de Helenſtettẽ, regalium prædiorum per Sueuiam procuratori, demandauit, ut ad pręposituram Vrſpringenſem quantocyus accederet, & annuum ab eodem præpoſito cenſum, uidelicet de ſingulis ruſticorum manſis & prædijs unum auenæ maldrum reciperet quotannis reddendum. Hinc nactus occaſionẽ Bertholdus de Nyfen ſupradictus, annuum cenſum ab Eccleſia Vrſpringenſi recepit. Naucleru generat. 41. Vrſpergenſe Chronicon. Siculus rex Carolus 2. qui ex captiuitate Arroganenſis Neapolim redierat, certior factus diadema & nomen regium (regni Ieroſolymitani) Henrico Cypri regi ceſsiſſe, exacerbatus, uectigalia quæ ſub ipſius ditione Templarij percipiebant, prouentusq; agrorum ærario ſuo inferri iuſsit, prædia uaſtare & diripere. lib. 5. Continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro, cap. 5. Anno 1203, Philippus Germanorum rex manu ſuorum ualida Thuringiam intrauit, cõtra Hermannũ Landgrauium rebellẽ, in eo uel maximè, quòd Sifrido Moguntino archiepiſcopo, contra Philippi decretum electo, adhæreret, ac ſimul Romano pontifici Innocentio tertio conſentiret, quòd prouentus ac reditus memoratæ Moguntinæ Eccleſiæ in Thuringia, in uſus ſuorum hoſtium & regis Ottonis conuertiſſet. Naucle. generat. 41. Ioãnes Angliæ rex, epiſcopis regno ſuo eiectis, omnes res Eccleſiarum & beneficia monachorum fiſco applicuit, & in uſus proprios per plures annos conuertit. Vincentius libro 30. cap. 4. Bonifacius 8. conceſsit Philippo Pulchro regi Franciæ, atque eius ſucceſſori filio priuilegium, uacantium Eccleſiarum prouẽtum anni unius exigendi, præterquam earum quas cathedrales & monaſticas uocant. Id autem ius Regaliæ appellatũ eſt: quod regibus ita peculiare eſſe Franci contendunt, ut nihil magis ad ius regium pertinere poſsit. Robertus Ganguinus lib. 7.

CAPVT VIII.

DE SCHISMATIBVS *& diſsidijs multiplicibus.*

SVB PHILIPPO ET Ottone IIII Impp.

SCHISMA RACEBVRGENſe, *ob electionem Epiſcopi.*

NOndum terræ mãdatæ erãt 1204.
Iſfridi Raceburgẽſis epiſcopi exuuiæ, ſtatim de ſucceſſore cõſtituendo inter clerum diſſenſio oboritur. Alij enim Heinricum eiuſdem Eccleſiæ præpoſitum, alij uerò Philippum Iſfridi capellanum

lanum ſurrogandum cenſent. Tandem re ad arbitriū Alberti comitis Holſatiæ ſeu Nordalbingiæ utrinque delata, Philippus per eundem denominatur ſucceſſor. Mira, inquit Cranzius, illorum temporū ſimplicitas, ut in manum laicam conferrent arbitrium Epiſcopi conſtituendi. Cranz. lib.7.cap.2.Metrop.lib.7.cap.1.Vandaliæ, & lib.7.cap.27.Saxoniæ.

SCHISMA MOGVNTINVM,
DE ELECTIONE
Epiſcopi.

1205. MOrtuo Moguntiæ Archiepiſcopo Cōrado, Philippus Imperator poſt acceptam Aquiſgrani inaugurationem, eò cōtendit, quo dignus aliquis ſufficeretur. Cōmuni itaq; canonicorū ſuffragio Diepoldus Vuormatienſis epiſcopus deſignatur. Tres tamē his contradixerunt, ob Imperatoris præſentiam electionem minus liberè fieri poſſe aſſerētes: ijq́; relicta urbe Bingā ſe cōferunt, ubi Sigfridū quendā archiepiſcopū creant, quē papa, altero repudiato, cōfirmat. Diepoldus Philippi Imperatoris fretus fauore & auxilio, riualem ſuum inſectatur, monaſteria & eccleſias ipſi adhærētes ſpoliat, multaq́; mala ipſius fautoribus & amicis infert, ipſum Romani pōtificis fulmē, quod eiaculatus fuerat, floccifaciēs: eiectoq́; Sigfrido, uiolenter ſedem occupat. Verùm is elapſo biennio, quo incerta ſede uagatus fuerat, iuſſu Nocentij, per quē cardinalitia dignitate iam ornatus erat, Moguntiā redit: quem honorificè exceptū clerus populusq́; ſuum archiepiſcopū agnoſcunt, repudiato Diepoldo. Nam Imperator, qui huius partes ſtrenuè iuuerat, rebus humanis exemptus erat. Nauclerus uolum.2.generat.41. Durauit autem hoc ſchiſma annos octo. Chronicon rerum Moguntiacarum, Vrſperg. Trith. in Chron. Hirſaug.

SCHISMA COLONIENSE
ob depoſitionem Epiſcopi.

PRæter Romani Nocentij uolūtatem Colonienſis archiepiſcopus Adolphus Aquiſgrani ſecundò inunxerat Philippum Imperatorem. Ciues uerò Ottoni adhærebant, cuius partes & papa ſectabatur. Miſſus igitur in Germaniā Guido Præneſtinus epiſcopus, pro cognoſcenda cauſa inter Diepoldum & Sigfridum Moguntinos, quorum iam meminimus, à Colonienſibus ciuibus rogatur, ut ea qua iam fungeretur autoritate, depoſito ſuo epiſcopo, alium ſubſtitueret. Mox is poſtulantium uotis annuit, & in deiecti locum Brunonem Bonnæ præpoſitum deſignat. Papa eo de negocio per ſuum legatum certior factus, totum illud comprobat, & Adolphum excōmunicatum denūciat. Papalem bullā paulo pòſt ſubijciemus. Sed obſtante Philippo Imperatore, ſuum munus minimè obire ualuit Bruno. Nam Adolphi iniuriā ulturus Imperator conſilio principum, quos Spiræ ſecum habebat, exercitum cogit, eoq́; in agrum Colonienſem ducto, urbem obſidione cingit, pridie Calend. Octob. anno 1205. Sed poſt dies aliquot de expugnatione diffidens, urbe relicta, circumquaq; exercitum nō ſine maleficio ducit, urbes arcesq́; munitas diruit, ferro flammaq́ue cuncta domat, Nuſſam captam Adolpho tradit. Anno ſequenti denuò exercitum ad Coloniam ducit, concludens ſimul Otthonem Imperatorē. Nam Sigfridus Moguntinus, accitis ex Anglia eò duobus epiſcopis, Brunonem conſecrarat. Ottho cum peditum equitumq́; turma non exigua, urbe erumpit, atq; cum hoſte confligit, ſed admodum infœliciter: nam in fugam accepto uulnere actus eſt. In armis & epiſcopus erat cōſpicuus, qui in Philippi manus delatus, uinculis conſtringitur, ac Herbipolim deducitur. Ciues Colonienſes ſupplices facti, in gratiā recipiuntur. Poſt annū Bruno interceſsione quorundā principum & legatorum Romanorum, qui pro pace inter utrumq; Imperatorem cōſtituenda miſsi erant, liberatur: qui cū legatis Romā profectus, palliū & gratiā Romani papæ impetrat. Adolphū uerò ijdem anathematis quidē uinculis eximunt, ſed pro delictorum expiatione ad Romanam eum relegant curiam, ubi perpetuo damnatur exilio. Nauclerus uolu.2.generat.41. Trith. in Chron. Hirſaug. Vrſpergenſis.

Hæc paulò aliter Cranzius recēſet: Cardinales, inquiens, apud Philippum, penes quē difficiliores partes ſunt rati, ſe reperturos agebant, oſtēdentes illi ſummi pontificis ad pacem propenſiſsimam uoluntātem. Cumque ille mandatorum fines ex illis ſcrutaretur, dixere: Si Bruno captus uinculis laxaretur, & omni captiuitate, tum quoque ipſum Philippum excommunicatione ſoluendū. Rex ſe nullo modo in laxationem captiui poſſe aſſenſum præbere oſtendit, niſi ex ſententia omniū principū, & præſertim Adolphi, qui propter ſe pateretur ſui honoris detrimentū. Cardinales, quo pacto incertum, metu an fauore, munere an promiſsis flexi, Philippū abſoluerunt, Brunone non laxato. Tum ad Otthonem quoq; regem ſe cōtulēre, illum de rebus interpellaturi. Sciſcitatur ille, quid apud Philippum inuenerint? Reſpondent, ita rerum extitiſſe neceſsitatem,

ceſsitatem, ut illum uinculo ſoluerent excōmunicationis, ut pacatiore ad reliqua cōponenda uterentur. Excandeſcens rex, literas ſummi pontificis, quas ad ſe clanculò ſuper mandato cardinalium dediſſet, protulit: Hæ, inquit, oſtendent, ſi mandati fines impleuetitis. Sic enim ſtetit ſententia pontificis: ſine uinculo corporali Btunonis, non laxandum ſpirituale Philippi. Erubuere cardinales, & bene ſperare inbentes Ottonem, redeunt ad Philippum: oſtendunt Brnnonem omni pacto laxandũ, alioquin abſolutioné quam impenderant euaneſcere. Inuitus laxauit Archiepiſcopum: & paucis adhibitia deſcenderũt regis in colloquium. Ibi multis ultrò citroq; dictis, ſine fine diſceditur. Philippus tamen intentus rei, eundé Brunonem iterum capi, & in arce munitiſsima Rodenburg iuſsit aſſeruari. Papa, ubi res innotuit, ſcripſit Philippo, niſi laxaret Brunonem, illico grauioribus ipſe uinculis teneretur. Cuius rei gratia ſolutum remiſit ad ſummum pontificem, ut ibi remaneret, donec Adolpho prouiſio fieret: diſpenſatumque tantiſper cum Adolpho, ut ducentas annuas de teloneo Bunnenſi, & tantundem de Colonienſi, & octo ſtipendia in ipſa ciuitate perciperet: quibus rebus perfectis, Bruno ad Eccleſiam ſuam quietus regreditur. libro 7. cap. 26. Saxoniæ.

Bulla Papalis de excommunicando Adolpho.

Innocentius epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, uenerabilibus fratribus, archiepiſcopo Moguntino, & epiſcopo Cameracenſi, & dilecto filio ſcholaſtico ſancti Gereonis, ſalutem & Apoſtolicá benedictionem. Vt Adolphus Colonienſis archiepiſcopus incidat in foueá quam pararat, & intret impius gladius in cor eius, pertinax ipſius inobedientia, periurium iteratum, & proditio uulgata depoſcunt. Ipſe enim nec Deum timens, nec reueritus hominem, nec Colonienſis Eccleſiæ dignitatem attédens, in offenſam Dei, Eccleſiæ Romanæ contemptũ, & ſuæ ſedis diſpendium, à ſe iugum obedientiæ excuſsit, iuramentum ſemel atque iterum pręſtitum uiolauit, & eum prodidit qué crearat. Sanè cum olim chariſsimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Ottonem in Romanorum Imperatorem electum coronaſſet in regem, & fidelitatis ei præſtitiſſet iuramentum, apud nos multipliciter inſtitit, ut eidem regi fauorem Apoſtolicum impendentes, ratum quod ipſe fecerat haberemus. Cumq; multiplicatis interceſsionib. obtinuiſſet à nobis, ut in honorem ipſius Eccleſiæ Colonienſis, regis deferremus honoré, cœpit in eiuſdé deuotione tepeſcere, ac manũ ſuam ab aratro retrahés, occaſiones friuolas inuenire à nobis, ne quod plantarat, irrigaret, quatenus citò areſceret planta eius, cũ ſollicitudiné ſubtraheret manus plantatoris. Verùm quia neq; qui plantat, neq; qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementũ dat Deus: inualuit nihilominus per gratiam nouus palmes: & cũ extenderet iam ramos ſuos & pullularet, uidit plátator inuidus, & inuidit, & non potuit diutius occultare uirus ſuum: quia nequam mentem iniqua operatio reuelauit, & arbor agnita eſt in fructu. Commonitus igitur & conuentus iterum præſtitit iuramentum, quòd eundem regem nunquá de ſereret, nec in partem alteram declinaret: ſed iuramentum ſtabilire non potuit mentem illam, quæ innatæ leuitatis uitio fluctuabat. Nos autem ſicut nõ facilè crederemus, quòd uir præditus táta dignitate ſic eſſet aduerſarius ſibijpſi, ut quod fecerat, inténderet annullare: ne quid tamé noſtræ deeſſet ſolicitudini, ad cõſtantiam eum excitare uolentes, & monitis & minis inſtitimus apud ipſum, & ſub quanta potuimus ei diſtrictione præcepimus, ut eidem regi adſiſteret, & ad promotionem eius efficaciter aſpiraret, cauēs ſollicitè, ne maledictioné pro benedictione acciperet, ſi illuſiſſe nobis tam turpiter probaretur. Ipſe uerò nõ attendens, quòd ſicut obediétia uictimis antefertur, ſic inobediétia idololatriæ cõparatur: lora dirumpens, in uitium inobedientiæ incidit, & contra præceptum noſtrum & proprium iuramentum, corruptus pecunia, ſicut fertur, dominũ ſuum temeratius prodidit, & conuerſus in arcũ peruerſum, nobili uiro Philippo duci Sueuiæ contra eum impudenter adhæſit. Et ne quid eius præſumptioni deeſſet, & ne culpa eius aliquo uelamine poſſet palliari, nuper Aquiſgrani, ubi præfatũ regé antea ſolenniter coronauerat, memoratũ ducem publicè coronauit: quáuis excõmunicationis ſententiá incurriſſet, quá in Eccleſia Colonienſi corá multitudine copioſa, ipſo præſente, ac gerēte ſtolá ſacerdotalem in collo, & candelam in manu accenſam tenente, frater noſter G. Remēſis archiepiſcopus, nunc epiſcopus Præneſtinus, Ap. ſedis legatus, promulgauit in eos qui à præfato rege diſcederent, & parti alteri adhærerent. Vt igitur Colonienſes, qui noluerunt in malo caput languidum imitari, ſed in eiuſdem regis fidelitate perſtiterunt firmius, & perſiſtunt, expugnato ferméto ueteri, quod uoluit

luit tantam maſſam corrumpere, ſint noua aſperſio, ſicut ſunt azymi, nihil corruptionis habentes: cum iuxta canonicas ſanctiones, accuſatione non egeant manifeſta: unde nos eius exemplo, qui abſens corpore, præſens autem ſpiritu, Corinthium damnarat abſentem, potuiſſemus in eum ſententiam promulgare: ad maiorem tamen cautelam, conſilio fratrũ noſtrorum, & tam epiſcoporũ quàm prælatorum plurium, diſcretioni ueſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, diſtrictè præcipiẽtes, quatenus cum apud uos ſint iſta luce clarius manifeſta, dictum archiepiſcopum pulſatis campanis, & accenſis candelis, ſingulis Dominicis diebus & feſtiuis excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis per omnes Eccleſias Colonienſes, & uicinas diœceſes, ſub ſolennitate ſimili nunciari: ſuffraganeos & omnes uaſallos Colonienſis Eccleſiæ, tam clericos, quàm laicos, abſolutos ab eius obedientia nunciantes. Quia uerò, ſi tantum ſcelus maneret inultum, quis decætetò poſſet impunè inobedientiæ uitium, periurij crimen, ac proditionis facinus perpetrare: ſub eadem diſtrictione uobis præcipimus, quatenus cũ hæc nulla poſſint apud uos tergiuerſatione celari, uos eum autoritate noſtra ſuffulti, à pontificali officio ſublatum, cuiuslibet contradictionis aut appellationis obſtaculo remoto, deponatis: niſi forſan infra menſem poſt factam à uobis denunciationem ad ſedem Apoſtolicam acceſſerit indicandus: his ad quos electionis ius noueritis pertinere, apoſtolica autoritate iniungentes, ut perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri & honori, ſibi eligant in paſtorem. Quòd ſi electionem contigerit aliqua fortè, qnod abſit, conditione differri: ne bona Colonienſis Eccleſiæ poſsint interim deperire, alicui perſonæ boneſtæ, ac prouidę & potenti, committatis adminiſtrationem illius. Quia uerò illius Eccleſiæ tanto amplius zelamus honorem, quanto clerum & populum eius deuotiores & firmiores ſumus experti: ne unitatem eius aliqua ſciſſura corrumpat, ſi forſan hi ad quos electio ſpectat, non potuerint cõuenire, præcipiatis eiſdem, ut in aliquos uiros idoneos conferant uota ſua, ad ſedem Apoſtolicam accedẽtes, cum conſilio noſtro, qui ad eorum concordiam faciente Domino dabimus operam efficacem, ut perſonam idonoam ſibi eligant in prælatum. Cranzius lib. 7. cap. 24. Saxoniæ.

SCHISMA ANGLICANVM, DE ELECTIONE Epiſcopi.

HVberti archiepiſcopi ſucceſſorẽ ele- 1206.
gerãt monachi Cantuarienſes adoleſcentiores, ut Pariſius loquitur, Reginaldum ſui cœtus alumnum, idque inſcio Iohanne rege. Reginaldus clam itineri ſe dat, Romæ Innocentium pro ſui muneris confirmatione interpellaturus. Pontifex, antequam fide digno teſtimonio edoceretur electionẽ eſſe legitimam, eam probare differt. At Cantuariẽſes monachi ea de re certiores facti, Regem hanc moram inieciſſe arbitrantur. Vt itaq; iratum regem nouo obſequio ſibi placarent, rogant, ut de eius ſententia liceat archiepiſcopum ſubſtituere. Annuit rex petitioni, ſimulque monachos hortatur, ut Iohannem Nordouicenſem epiſcopũ, ſuum domeſticum deligerẽt. Monachi tanquã prioris electionis immemores, regi ea in re gratificantur, ac Romam mittũt procuratores, qui hanc ſecundam electionem à Romano pontifice probandam curarent.

Dum autem uterque Romæ in magna contentione ſuam electionem ratam haberi poſtulat, pontifex utroque repudiato, apud monachos, qui frequẽtes in hoc negocio aduenerant, ſua autoritate egit, ut Stephanum Langtonum D. Chryſogoni cardinalem, Anglum natione, renunciarẽt, quem ipſe poſtea archiepiſcopum fecit. Poſthæc regem pontifex per literas omnia edocet, ac ut Stephanum ritè creatum ob egregias uirtutes commendatum habeat, rogat. At rex adeò indignè tulit repulſam Iohannis, ut monachos, qui Cantuariæ erant, publicatis primùm omnibus eorũ bonis, profligarit: qui Romam iuiſſent, patriæ hoſtes proclamarit. Romano pontifici reſpondet, nunquam ſe paſſurum, ut Stephanus Cantuarienſi Eccleſiæ præeſſet. Pontifex de regis indignatione certior factus, literis & nuncijs regem hortatur, rogatq; ut à rebus ſacris manus abſtineret, monachos reſtitueret, & Stephanum ſuo fungi munere permitteret. Sed laterẽ lauit: imò rex ſæuius tum ſacerdotalis ordinis uiros, tum reliquos ciues, quoſcunq; Stephanũ ſua opera iuuiſſe cognoſcit, tractat.

Papa Regis contumaciam minimè ferendam putans, etſi extremum morbo remedium, quod ſectione fit, adhibere ſtatueret, tempus tamẽ aliquod reſipiſcendi concedit. Sed cum in peius rueret Ioãnes, per literas mãdat Guilhelmo Londinẽſi, Euſtachio Elyẽſi, ac Mangerio Vigornienſi epiſcopis, ut regem ſuis uerbis commonefacerent,

neſacerent, quo tandem uellet Romano præſuli obedire. Epiſcopi lectis literis, quod in mandatis acceperant, diligenter exequuntur. Quibus monitis tantum abfuit ut obtéperaret rex, ut etiá ira magis contra eoſdé excandeſceret. Fruſtra itaq; ſæpius tentato regis animo, quò ad ſanitatem reduci poſſet, iidem quos diximus epiſcopi, pontificis decreto, ipſi regi populoq; uniuerſo ipſo paſchatis die ſacris interdicunt. Poſthæc boni illi uiri in Galliá fugiunt, quò extra periculú eſſe poſſent. Tum rex ſacerdotes iam ociantes (nam à ſacris ceſſatú erat) regno agminatim exturbat, ædes ſacras ſpoliat, poſſeſsiones occupat. Apud uulgus etiam paſsim probro habebantur uncti raſiq; uiri.

Papa, ut Anglum exorbitantem furentemq;, in uiam & ad mentem ſanioré reduceret, eius rei gratia Pandulphú quendam, & Durantú Templarij ordinis ſectaroré ablegat. Illi properè in Angliá profecti, ad oppidú Northantanú in regem ex Vuallia pedem referentem incidút: à quo benignè excepti, in oppidum, quod diximus, ducútur. Vbi poſtquá diu de concordia tractatú eſſet, cum Rex admiſsis cæteris conditionibus, damna ſacerdotibus alijsque irrogata reſarcire detrectaret, re infecta diſceſſum eſt. Legati in Galliam profecti, inde ſuum pontificem de rebus geſtis certiorem faciunt.

Demiratus papa hominis contumaciam, ſacrum cardinalium ſenatum cogit, rem omnem aperit, eorumque conſilium expetit. Poſt longam autem conſultationem cuncti cenſuerunt Iohannem regia dignitate priuandum, qui ita religionem contemptui haberet: qui monita pontificia, imò Chriſti, quæ ipſius populique conducerent ſaluti, nihil reſpiceret: qui ſe demum ab omni Chriſtianorum cœtu in dies ſingulos magis diſiungeret. Papa itaque, urgentibus Anglia exulantibus epiſcopis, cunctos ſubditos à iureiurando quo regi obſtricti erant (ſcilicet non Chriſti, ſed Antichriſti more) abſoluit, deinde ipſum Iohannem regni adminiſtratione abdicat: denique regem Franciæ, cæterosque Chriſtianos principes hortatur, ut Iohannem tanquam Dei hoſtem publicè proſequantur. Inprimis uerò Pandulphú, cuius paulo antè meminimus, quiq; Romam magno cum exulum numero redierat, ad Francum ablegat, quem Anglo iam ſatis ſuperque infeſtum norat, eumque inſtigat cruentus papa, ut armis excommunicatum inſectaretur. Interea fama ad Anglos perfertur de ſoluta erga regem obligatione, & abdicato ipſi imperio: plerique magnates ab eo ſecedunt, eius ſermonem aditumque fugiunt, clam in Gallias confugientes. Vualli ea occaſione finibus egreſsi, finitimos agros populantur, nonnullis caſtris ſolo æquatis.

Philippus à pontifice per Pandulphum rogatus, ut contra Anglum arma moueret, impigrè ac libés exercitum cum claſſe parat, ſtudioſiusque in id negocium incumbit. Iohannes etiam, periculo cognito, non minus in procinctu erat, ut aduenientes Francos exciperet. Rebus itaque ad cruentam hominum lanienam utrinque ſpectátibus, Pandulphus præter Francorum uoluntatem ad Iohannem præcurrit, ſi fortè mutato ipſius animo, hoc mali præcaueri poſſet. Cum quo locutus ad Douerúm, ac præſenti periculo, quod eius capiti per Francum pontificis mandata exequentem immineat, expoſito, quodque, ſi Romani pontificis mandatis ſe ſubmitteret, auerti facilè poſſet: Iohannis animum frangit emollitq;, qui innitus grauatiſsimeque, ſed extrema neceſsitate coactus, ſe pontificis arbitrio ſtaturum iureiurando promittit. Diadéma capiti ademptum Pandulpho tradit (ſic enim fieri iuſſerat Nocentius crudelis & ſanguinia Anglici ſitientiſsimus) nunquam id niſi à Romano papa recepturus, Stephanum Cantuarienſem ſe benignè recepturum, exulibus quibuſcunque ſatisfacturum, parſurumque ne cuiquam illorum fraudi ſit, qui defeciſſent, promittit. Poſthęc Pandulphus regi diadema reſtituit. Ex quo, inquit Polydorua, fama eſt, Iohannem cupiétem perpetuare memoriam muneris accepti, ea lege feciſſe ſe Innocentij beneficiarium, ut reges deinceps à pontifice duntaxat Romano iura regni conſequerétur. Cæterùm has reconciliationis leges, qui ſecuti ſunt reges minimè ſeruarút, neq; Annales Anglici de eiuſmodi deditione loquútur. Quare illa omnia onera, Ioanni tantúmodò, qui deliquiſſet, impoſita, non ité ſucceſſoribua ſuſtinenda fuiſſe, ſatis conſtat. Cæterùm interdictum tollere differt, donec Iohannes, quod promiſerat præſtitiſſet.

Res ut acta erat, ſtatim Gallo, qui Rothomagi commorabatur, renunciat Pandulphus, & ut arma nunc deponat hortatur. Sed ingrata admodum hæc ipſi erat tranſactio: conuocatoq; ſenatu caſtrenſi, quid agendum ſit, ne fruſtra tantum temporis & pecuniarum (60 millia librarum annotat Pariſius) in adornando bello conſumpſiſſe uideatur, conſultat. Illi uno ore bellum perſequendum conſulunt, præter Ferdinandum Flandrum, qui clam cum

Anglo

Anglo ſentiebat. Huncigitur, ne dum foris bellum gereret Francus, domi bellum moueret, omiſſo Anglo, petendum ſtatuunt, eiusq; oppida quædam expugnant. Anglus rogatus Flandro auxiliares copias parata claſſe mittit. Illæ circa Dammum Francicam claſſem ſubmergunt. Gallus re infecta ad patrios lares remeat.

Hac uictoria elatus Anglus, in Aquitaniam exercitum ducit, ad compeſcendos Francos finitima loca infeſtantes. Verùm duces arma prius capere detrectant, quàm rex anathematis uinculo ſolutus omnibus de iniurijs ſatisfeciſſet, ut ſcilicet placato diuino numine, fœlicius in hoſtem arma mouerentur. Rex uidens neceſsitatem parendi imponi, legatos mittit ad Cantuarienſem, Londinẽſem & Elyenſem in Galliam, qui eos rogent, ut cum cæteris exulibus in Angliam redeant: ac per eoſdem literas mittit, quibus tutum iter, & ſe omnium ſimultatum oblitum pollicebatur, cũ compenſatione damni accepti. Antiſtites acceptis literis ſtatim accurrũt: quibus rex obuiam factus ad Cantuarienſis pedes prouoluitur, ueniamq; cum lachrymis petit. Pòſt ſimul Vintonienſem urbem ingrediuntur. Acciderunt hæc anno ſalutis 1213. Mittuntur Romam legati pro tollendo interdicto. Per Stephanum Cantuarienſem monachi reſtituuntur. Non multo pòſt Iohannem factæ reconciliationis ferè pœnitet, ſibi impoſitum eſſe aſſerens. Cuius furorem Cantuarienſis ad tempus cohibuit, affirmando, de eo eiusq; regno actũ fore, ſi datam fidem falleret. Polydorus libro 15.

SCHISMA INTER BREMENſes & Hamburgenſes ſacrificulos ob electionem Epiſcopi.

1207. Poſt Harduici epiſcopi fata Bremenſes ſacrificuli, ſpe recuperandi legationis honorem, Vualdemarum regio apud Danos ſanguine prognatum ſubſtituere conantur, qui tum Bononiæ ſtudiorum gratia ex patrimonio uiuebat. Dum enim Scleſuici ageret præſulem, in hoc ſedulò incubuit, ut auxilio Noruegiorum, coronam regni Daniæ, mitræ pontificali coniungeret. Quod perſentiſcens Canutus rex, epiſcopum captum carceri tradit: ſed reginæ interceſsione poſt multos annos liberatur, abiurata prius ſede epiſcopali, & omni loco, qui regi ſuſpectus uideri poſſet. Quod iuramentum & Romanus papa approbauit. Hamburgenſes uerò Gerhardo Oſnaburgenſi epiſcopo eum honorem ſeu epiſcopale munus deferunt.

Vualdemarus de ſua electione certior per oratores factus, mox cum iiſdem Romam cõtendit petitum confirmationem. Quam cum pontifex ſtudioſè de die in diem differret, aduolant interim Hamburgenſes, ſe ab electione Epiſcopi excluſos querulantes, & cũ his Petrus Roſchildenſis præpoſitus, regius cancellarius: qui cùm literas in itinere amiſiſſet, tantùm iuramẽtum Vualdemaro coram pontifice in memoriam reuocat, quo ſe omnem locum regno Daniæ ſuſpectum uitaturũ ſanctè promiſerat. Vualdemarus fruſtra ſe in curia Romana laborare animaduertens, non ſalutato pontifice urbe excedit, & ad Philippum Imperatorem ſe confert, Danorũ regi infeſtiſsimum, quòd is Ottonis æmuli partes, cui affinis erat, ſectaretur. Ipſum ab Imperatore cum literis & nuncijs Bremã miſſum ſacrificuli digno honore ſuſcipiũt. Cæterùm quòd Roma exceſsiſſet, inſalutato ibi dominante idolo, excommunicationis ſentẽtia in eum decernitur. At Gerhardus ſuccedere iubetur.

Vualdemarus rex cùm cognouiſſet, epiſcopum Bremæ receptum, armis eundem oppugnare tẽtat. Sed per Guncelinum & Heinricum comites, de Suerino ipſi bellũ faciẽtes, retrahitur aliquandiu, quò minus epiſcopũ moleſtare poſſet. Parat interim epiſcopus bello neceſſaria. Interea Burchardus quidã maior præpoſitus, à rege, Hamburgenſibus & quibuſdam ex Bremenſibus ſacrificis conſentientibus, epiſcopus deſignatur. Is ducto Stadium exercitu, oppidum ui capit. Hunc inſecutus Vualdemarus epiſcopus, Burchardum inde uiciſſim exturbat. Sed regis auxilio paulo pòſt, qui ſuperius contra Guncelinum bellum Alberto cuidam comiti demandarat, eundem recuperat locum. Tandem cum Philippi Imperatoris morte, & Vualdemari epiſcopi res concidẽre. Nam Stedingi, qui hactenus Vualdemarũ epiſcopum defenſauerant, Gerhardo ſe cõiungunt, Bremẽſesq; inſectantur. Contra illorum impetus hi Heinricum Palatinum, Ottonis fratrẽ, belli ſocium adſciſcunt. Tandem bellorũ malis fracti Bremenſes, iunctiq; Stedingis, Gerhardum admittunt archiepiſcopũ, excluſo Vualdemaro. Huius iniuriã ulturus Otto Imperator, cum fratre Heinrico uniuerſum agrũ Bremenſem igni ferroq; uaſtant. Cranzius li. 7. cap. 31. & 36. Metrop. li. 7. cap. 27. 33. 36. Saxoniæ li. 7. cap. 1. 2. 3. Vandaliæ lib. 7. cap. 14. 15. &c. Daniæ.

SCHISMA INTER ROMANVM Pontificem & Imperatorem, DE PATRIMONIO S. PETRI.

Cum præter Francorum regis & principum Imperij uoluntatem, Otthonem

nem Auguſtum ſalutaret Innocentius papa, eiuſmodi ab eo exegit iuramentum, ut Patrimonium Petri in inregtum reſtitueret Romanæ cathedræ, eiusq; fidum deinceps ageret patronum. Iurat quidem Imperator: ſed eodem die, ſi Vincentio creditur, fidem frangit, aſſerens eam donationem, per mulierem ſine principum conſenſu factam, minus habere ponderis. Hanc contentionem, quæ uerbis diu multumq; agitata fuerat, tandem uerbera comitantur. Nam utrinq; armis correptis, atrox intra urbis mœnia prælium committitur. Ex urbe ſecedens Imperator, quæcuuq; caſtra, imprimis uerò ea quæ munita erant, S. Petro addicta capit, Apuliamq; perluſtrat. Nocentius Romanus ablara reſtitui, ac Romipetas (quos paſsim præſidiarij milites intercipiebāt) ſine maleficio dimitti poſtulat. Sed cum nihil moueretur Imperaror, anathemare eum ferit, omneſque ſubditos eius imperio eximit, graui propoſita pœna parēre detrectātibus pontificio edicto: Anno 1209. Vincentius li. 29. cap. 106.

DISSIDIVM INTER PHILIPpum Francorum regem & Aurelianenſem & Antiſiodorenſem Epiſcopos,

DE BONIS EREPTIS.

1209. EXpeditionem ſub annū Salutis 1209. Philippus Franciæ rex contra munitiſsimam arcem, cui Guarpha nomē, ſuſcepturus, quòd ibi Anglici prædones fouerentur, epiſcopos in ſocieratem belli adſciſcit. Parent quidem illi: uerùm Aurelianenſis & Antiſiodorenſis, cum ipſum regem nō unà iturum cognouiſſent, pedem & ipſi cum ſuis referūt. Cumq; fruſtra eos reuocaſſet rex, ijs bonis, quæ ex feudo ipſius habebant, exuit, ac ſolas decimas eis reliquit. Epiſcopi irritati ſacris regi eiusq; ſubditis inrerdicūt: præterea Romam contendentes, exacto iam biennio erepta bona autoritate pontificia recuperanr, Vincentius lib. 29. cap. 102.

SVB FRIDERICO II. Imperatore.

SCHISMA FLANDRIAE.

1217. ANno ſalutis 1217. Hypris orta diſcordia inter canonicos diui Martini & ciues, oppido canonici pelluntur: uerùm cauſa non exprimitur à terum Flandricarum ſcriptore.

SCHISMA DE ADVOCAtia in Heimbach.

1220. GRauis diſcordia inter archiepiſcopū Moguntinum & Conradum comitem de Dune eſt ſub annum Salutis 1220. de Aduocatia in Heimbach. Comes ab epiſcopo excommunicatur, omniſque eius terra eccleſiaſtico ſubijcitur inrerdicto. Tandem amicis utrinq; ſe interponentibus, concordia hoc modo initur, ut comes acceptis argenti marcis centum, Moguntino ſacrificorum collegio Aduocatiā reſignaret, & à ſententia excommunicationis & inrerdicti abſolueretur. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi.

SCHISMA DE BONIS Eccleſiæ.

INdignè ferebant Vueſtgothorum proceres, ſacerdotum poſſeſsiones, eorumq; colonos ab omni politici magiſtratus 1220.
onere immunes eſſe, ipſis ſolis eorūq; iuriſdictioni ſubiectos. Scarenſi itaq; epiſcopo Benedicto ea de re negocium faciunt, temporibus Iohannis Sueciæ regis: qui ſigillo regio ſacerdotum libertatem confirmans, lirem diremit. Ioannes Magnus lib. 19. Gothicæ hiſtoriæ, cap. 13.

ANGLICANVM Schiſma.

ORta inter Richardum Dunelmenſem, & eiuſdē cœnobij monachos 1221.
diſſenſione, Romæ ijdem mutuò ſeſe de Simonia, adulterio, ſacrilegio & periurio accuſant. Et cum epiſcopi ſeruus monachum quendam eiuſdem contubernij percuſsiſſet: Malè, inquit epiſcopus, eueniat ſeruo, quòd raſum illum non occiderit. Et locum illum miſerè afflixit. Balæus Cent. 3. cap. 82. in appeudice, ex Matthæo Pariſio.

SCHISMA CRVENtum,

DE AEDIFICIO.

DE quodam ædificio in Hamelburgenſi urbe cū Fuldenſi abbate Her- 1225.
bipoleos epiſcopus contendebat. Res ad arma deuenit. Epiſcopus equitum turma ſtipatus illud obſidet. Superueniēs abbas non cum cucullatis monachis, ſed armata militū cohorte, in fugā illos conijcit, & ad Herbipolim uſque fugientes inſequitur. Epiſcopus à monacho ſe profligatum indignius ferens, uires colligit, & ad Fuldenſem urbem caſtra ponit: ſed denuò per monaſticum exercitum terga dare cogitur, utrinq; plurimis deſideratis. Valentinus Munzer ætate 3. Chronol.

SCHISMA DE LIbertate.

DE libertate Eccleſiaſticorum grauiter cum ciuibus Heinricus Van- 1226.
gionum epiſcopus diſceptauit: cumque eos amica collatione in ſuam ſententiam pertrahere non ualeret, urbem interdicto ſuppoſuit, ac in uniuerſum ſacra

fieri

fieri netuit. Cum nec ſic, quod uellet, obtinere poſſet, clericos orbe excedere iuſsit, præter paucos parochialium Eccleſiarum curatores: qui nec cōfitentes, nec infirmos communicare uolebant, niſi prius ſe mandatis epiſcopi obtemperaturos promiſiſſent. Nullus præterea eccleſiaſticæ tradebatur ſepulturæ, nullus etiam ad communionem eccleſiaſtico ritu intrare permittebatur. Tandem anni unius ſpacio euoluto, bonorum uirorum autoritate concordia inter utroſq; inita eſt, anno 1226. Nauclerus generat. 41.

CONTENTIO DE SVCCESſione in Eccleſia Ratiſponenſi.

1226. POſt Contadi Reginoburgenſis epiſcopi obitum, ſub annū Salutis 1226. duo ſucceſſores à diuerſa eligentiū parte conſtituuntur. Gotfridus præpoſitus per paucos quidem canonicos, ſed unioerſum ferè populum eligitur. Pleriq; ſacerdotum aduerſantes, Sigfrido Sueuo Magiſtro Epiſtolarum Imperatoris eas partes deferunt. Sigfrido conſecrato, aduerſarijs ſacris interdicitur. Auent. lib. 7. Annal.

SCHISMA MONASTICVM, DE AMBITIONE.

1228. FRanciſco noui ordinis inuētori, cum magiſtratū inter monachos Aſsiſij gerere prorſus detrectaret, Helias quidā uicarius additur. At Franciſco mortuo, Helias licet ingeoio & doctrina excelleret, tamen ob faſtum animiq; ferociá reijcitur; ac Iohannes Florentinus, cuius hypocriſis magis probabatur monachis, ſucceſſor denominatur. Helias collecto quodam furū manipulo, non exiguas dat turbas, feras portasq; monaſterij effringit, ac ſceptrum monaſticum ui arripit. Florentinus cū Heliæ Gregoriū nonum fauere cognouiſſet, ſpontè ſe magiſtratu abdicat. Non multo pòſt & Helias per mooachos loco ſuo deturbatur, & Albertus Piſanus, probante id eodem papa, ſufficitur. Ab Imperatore Friderico benignè ſuſceptus Helias, plurimū malorū ſui ordinis monachis creauit. Ob id anathemate percutitur ab Innocentio 4. Sed morbo pòſt correptus, & anteactorum pœniteotia ductus, ueniam à pontifice meruit. Volat. lib. 21.

SCHISMA OB ELEctionem Epiſcopi.

1230. EX Rebus humanis, poſt exuperatos plurimos labores, exempto Alberto Liuonienſi epiſcopo, ſacrificuli Bremenſes pro ſuo, ut putabāt, iure, ex ſuo collegio Albertum quendam Scholaſticū ſubſtituunt. At Rigenſes, quorum iam non erat exiguus numerus, communi omniū Eccleſiarum iure utentes, ex ſuo cœtu Nicolaum queodā eligunt. Cauſa ad Romanam curiam deuoluitur, quæ ad extremū pro Rigenſibus ſeotentiam tulit, impoſito Bremenſibus ſilentio. Cæterū Nicolào defuncto, Albertus, quē diximus, Liuonienſibus per Romanū præſulem mittitur archiepiſcopus. Cranzius li. 7. cap. 22. Vandaliæ: & lib. 8. cap. 4. Saxoniæ.

DISSIDIVM SCHOLARIVM & ciuium Pariſienſium.

SVb annū Salutis 1230. inter ſcholares 1230.
& ciues Pariſienſes diſsidium oritur, adeò ut utrinq; ſæpius multæ cædes fierēt. Cauſa apud aotores nō exprimitur. Cumq; de acceptis iniurijs ſibi nō ſatisfactū quererentur ſtudioſi, de transferenda in alium locum Schola conſilia agitant. Quod conſilij Ioannes Aogliæ rex ſi non ſuggeſsiſſe, attamen frigidā, quod dicitur, ſuffudiſſe ferebatur, propoſita ampliſsimorum priuilegiorum ſpe, ſi in ſuum regnum diuertiſſent. Et quidem, ut Vincentius narrat lib. 30. cap. 137. aliqui Remos, alij Andeganum, alij Aurelianum, multi in Angliam aliasq; prouincias ſtudioſū gratia iam conceſſerāt. Sed Francus, ne literario ſplēdore ſuum priuaretur regnum, finem rixarum æquis conditionibus facit. Gang. lib. 7.

SCHISMA DE ADVOCAtia Sigebergenſi.

ARchiepiſcopus Colonienſis & Dux 1230.
de Limburg propter mooaſterij Sigebergenſis aduocatiam altercātur, quā uterq; ad ſuū ius pertinere contendebat. Armis autē ac igne res agebatur, quib. inuicē ſubditis dāna inferebantur. Tandē per Imperatorē aliqoa pax inter diſsidentes ſancita eſt. Trithemius in Chron. Hirſ.

DISSIDIVM DE BOnis ereptis.

OCcupauerat Hubertus comes Can 1230.
tij arcem Tumbrigienſem cū adiuncto pago ac oonnullis poſſeſsionibus, quæ Cantuarienſis erant præſulis. Ricardus, qui tum ad clauū eius Eccleſiæ ſedebat, apud regem conqueritur. Sed cum & ipſum eandem captare prædam intelligeret, locorum occupatores anathemate ferit, & ad Gregorium prouocans, Romá mox perrexit. Rex & comes miſsis legatis, pontificem arbitrū, qui litem terminet, coostituūt. Gregorius ſecundū Cantuarienſem decernit. Sed quia in itinere non procul à Roma è uiuis exceſſerat Ricardus, irritum fuit pontificiō decretū. Polyd. lib. 16.

SCHISMA AMBITIONIS.

IN Synodo quadā prouinciali Iuo Cracouienſis, & Laurentius Vuratislauienſis de loco in contentionem uenerūt: ac licet ille Apoſtolicæ ſedis diplomate præ-

rogatiuam probaret, hic tamen cedere noluit. Romam profectus Ino metropoliticã dignitatem ſuæ Eccleſiæ à Gregorio nono, cum quo adoleſcens familiariter nixerat in Schola Pariſienſi, recuperat, quã ante annos centum quinquaginta Lampertus Zuls epiſcopus ſna negligentia amiſerat. Sed æſtate media, æſtu & itineris labore confectus, in morbũ incidit, ex quo prope Mutinam deceſsit. Cromerus.

ALIVD DE AMBItione.

EX Iuonis obitu noua contentio oboritur de epiſcopatu, quæ annos durauit duos, inter Viſlaum canonicũ & Andream ſcholaſticũ Palatini Cracouienſis filium, quorum ille legitima electione, hic uerò Romani pontificis ſuffragio (nã Iuonis Comes fuerat) nixus eſt. Tandem Heinrici Barbati ope per pontificem Viſlaus locum obtinet. Cromerus lib. 8. de rebus Polonorum.

DISCEPTATIO DE PLVralitate beneficiorum.

1238. ANno 1238. Pariſijs contra plnralitatẽ beneficiorum diſputatũ fuit, & concluſum ab omnibus, quòd nemo ſine periculo mortalis peccati tenere poſsit duo beneficia, qnorum alterum ſufficit ad ſuſtentationem ſuam. Dicunt ſanctũ Thomam tum dixiſſe, Medietatem miniſtrorũ Dei reſecatam per hoc genus auaritiæ. Paralipom. Vrſpergenſis.

COLONIENSE DISSIDIVM, DE CVDENDA moneta.

1240. PRimnm Conradi in archiepiſcopatu Colonienſi munus erat, poſtquam ea dignitate potitus fuiſſet, monetam cudere: idq; cum magno plebis detrimento, & præter urbis Colonienſis conſuetudinẽ & priuilegia fiebat, quibus epiſcopus, anteqnam tam ab Imperatore, quàm Papa regalia, ut uocant, impetrauerit, id facere prohibetur. Obſiſtunt itaq; epiſcopo acriter Senatus & ciues, nouamq; monetam reijciunt. Epiſcopus indignabnndus urbe excedens, Andernacũ ſe confert. Inde bellum indicit ciuibus, hinc inde auxilijs conquiſitis. Copias decem & quatuor nauigijs impoſitas Tuitium uſq; deducit. Inde fundis in urbem conijciuntur qnidem lapides: ſed cum inanem operam ſumarent milites, nauigia, qnæ ad littus Colonienſium erant locata, arte ſuccendere parant. ſed nec ſic res ſucceſsit. Tandem Hermannus primarius quidam miles, epiſcopo in mentem reuocans accepta ab urbe beneficia, ſuadet ut pacem ſectaretur potius. Annuit epiſcopus, ac utrinq; ea firmatur. Bello iam ſopito, Heinricus quidam, nobili & illuſtri ſtẽmate apud Coloniẽſes natus, ad ſuperiores Germaniæ partes cõtendẽs, ab epiſcopi amicis, qui de pace inita ſibi nihil omnino conſtare ſimulabant, intercipitur. Parens iuſto dolore ob captum filium motus, in quaſcunq; uindicandi occaſiones intentus eſt. Accidit aliqnando, cognatum eius qui in uinculis Heinricum tenebat, ad fores palatij, ubi archiepiſcopus ad tribunal ſedebat, obambulare. ad hunc uel capiendum uel occidendum quidam ſicarij aderant: ſed inſidijs proditis, ægrè euaſit adoleſcens. Archiepiſcopus cum de tumultu ſciſcitaretur, re cognita ſtatim inde diſceſsit, & metu periculi, conſcenſo equo urbe excedit, ac Bonnam abit. Non multo pòſt quidam Patricij Colonienſes cuiuſdam negocij gratia eò ſe conferunt, cum tamen ab archiepiſcopo prius ſaluum impetraſſent conductum. Hos archiepiſcopus captos uinculis cõſtringit. Hæc res noui belli occaſio fuit. Ægrè enim ferebant ciues, præter fidem datam ſuos tam indignis modis tractari. Epiſcopus coacto undecunq; exercitu ad urbis mœnia properat. Ex eo quadringenti propius accedentes ad pugnam ciues prouocãt: quam illi quidem non detrectant, armatique erumpentes, pontificios milites in fugam conijciunt. Cùm armis ciues domare non poſſet, alia uia eos aggreditur epiſcopus, omni ſcilicet commeatu terra mariq; eos intercludens. Sed fortitudine Theodorici de Falckenburg, cui belli gerendi ſumma demandata erat in urbe, qui epiſcopi exercitum ex improuiſo adortus eſt & profligauit, liberantur. Tandem Alberto Treuirenſi mediante, bellum componitur, Colonienſibus epiſcopo promittentibus pro reſarciendo damno ſexies mille marcas. Reuerſus in urbem archiepiſcopus, ut Senatum & primarios ciues opprimeret, conſilia die noctuq; cum ſuis agitat, tandemq; eo utitur artificio. Clam ad ſe conuocat primarios artifices textorum, eosq; blanda oratione & ampliſsimis pollicitationibus, ut contra Senatum & urbis patricios ſuam ſibi addicerent operam, perſuadet. Poſthæc quoſdam patricios ſuis dignitatibus & publicis muneribus exuit, urbe eijcit, Scabinos etiam deponit, aliosq; ex plebeis, homines imperitos, textores, piſcatores, piſtores ſubſtituit, qui in gratiam epiſcopi nihil non faciebant, nec ſine ipſius conſilio ſententiam in quocunque negocio ferebant. Rebus ſic peſſum euntibus, cædes in templo ipſis ferijs Paſchalibus

ſchalibns perpetratur. Nam cum ſrequentes conuenißent ciues ob feſti ſolennitatem, & ibi de præſenti rerum ſtatu ſermones haberentur, quorum alius huic, alius alteri adhærebat parti, quidam ex patricijs lanium, qui præ cæteris per ſas neſaſque ad dignitatum gradus aſpirabat, confodit. Sub ueſperam ſuribundum uulgus fortè ebrinm concurrit, ac iudicis expugnat ædes, easq; ſuccendit. Plures ibi occiſi ſunt ex ciuibus, iudicis amicis & patricijs oppugnatis ſuppetias ſerentibus. Sed nox alijq; boni uiri tandem hunc tumultum compeſcuere. Altero die per Scabinos epiſcopus, qui tum urbe aberat, ſtatim accerſitur. Aduolat ille, utramque partem conuocat, auditaq; cauſa, eiuſmodi ſententiam fert, ut patricij ordinis uiri præter ſexcentas marcas ſolutas, nudis pedibus templum peterent, ibiq; in frequenti cœtu epiſcopo ſupplices fierent. Quique hoc facere detrectabant, in exilium ire iubebantur.

Hoc tumultu ſedato, patricij & ſenatorij uiri Scabinos infidelitatis, tyrannidis & iniuſtitiæ in publico iudicio, præſidente archiepiſcopo, accuſant, ac dignas de ijſdem pœnas ſumi expetunt. Verùm epiſcopus ſuorum mancipiorum ad quæuis ſeruitia promptiſsimorum patrocinium ſtrennè agit. Et Scabinorum primas, ex piſcatorio ordine aſſumptus, populi auxilium implorat contra ſuos aduerſarios. Illi onerum, quæ hactenus à potentioribus perpeſsi fuerant, pertæſi, quorum relaxationem epiſcopus & Scabini promittēbant, ſuam ipſis operam addicunt. Diſcant hoc exemplo omnes ad gubernacula ſedentes, ut tales ſe gerant erga ſuos ſubditos, quo amentur & colantur. Mox arma utrinq; capiūtur, uulgus epiſcopo ſe adiūgit. Patriciorum quidam cœtus in ea platea, quæ à Rheno nomen habet, alij in S. Columbæ æde armati coeunt. Epiſcopus inuento aſtuto conſilio, Engelbertum præpoſitum S. Gereonis cum alijs duobus ad eos qui in Rhenana erant platea mittit, poſtulatum ut ſe epiſcopo dedant, quemadmodum illi qui in Columbæ æde conſtiterunt, feciſſent. Qui dolentes ſociorum defectionem, epiſcopo ſe dedunt. Ex quibus duodecim ſelecti ad epiſcopum, libera ipſis accedendi poteſtate facta, ablegantur. Sed cum ij poſtularent ad pœnas rapi iniquos Scabinos, carceri traduntur: ubi per integrum biennium detinentur, cum multi fruſtra pro ijs interceſsiſſent apud epiſcopum, iam etiam decumbentem & animam agentem.

Poſt Conradi obitum de Engelberto ſucceſſore magnam ſpem & captiui & reliqui Colonienſes patricij conceperunt, de Scabinis ex plebeio ordine aſſumptis reijciendis. Verùm cum hi obſequium in quibuſuis rebus epiſcopo iuramento promiſiſſent, ſaluus ipſis honor manſit: ac quandocunque pro captiuis intercedebatur, arctius conſtringebantur. Tandem uerò effractis uinculis euadunt, precibusque Theodorici fratris epiſcopi, & ſolutis mille quingentis marcis, reditus in urbem ijſdem conceditur, datis ea de re per epiſcopum literis. Verùm reſiſtunt acriter Scabini. Prærerea epiſcopus duas intra mœnia urbis arces, non tam defendendi gratia, quàm compeſcendi eam extruxerat. His fretus epiſcopus, nulla non uectigalia tributaque ſibi concedi poſtulabat. At ciues iniquis epiſcopi poſtulatis exciti, arma corripiunt, ſeſeque campanarum pulſu mutuò cohortantur, ac utramque arcem expugnatam ſolo æquant.

Hæc epiſcopo abſenti nunciata tantum incuſſerunt dolorem, ut ab omni riſu aliquandiu abſtinnerit: & conuocato uniuerſo nobilium ignobiliumq;, quotquot eius ſuberant dominio, cognatorum & amicorum cœtu, exercitum ad urbis mœnia ducit. Suppetias ſerebat & Heinricus Leodienſis epiſcopus cum Ottone fratre Heldriæ comite. Sed hi pacis magis quàm belli ſtudioſi, autores ſunt epiſcopo, ut & ipſe pácem ſectaretur: quæ etiam utrinque per eoſdem compoſita eſt. Reſtituuntur exules, epiſcopo numerant pro compenſatione damni ſexcentas marcas ciues.

Hanc prædam mox Romam defert epiſcopus, ubi de tot tantisque iniurijs, quas perpeſſus eſſet, quæritur: ſe ſcilicet à ciuibus urbe eiectum præter omnem culpam, domum ipſius expoliatam, arcem deſtructam, & alia damna irrogata. Addebat & hos, ſe à ciuibus contra ius & æquum coactum, ut ipſis reconciliatus, iuramento ac ſigillo obfirmaret, ſe de omni contra ipſos actione ceſſurum. Petere itaque ſe, ut ſanctiſsimus pater eum à iuramento & fide data liberaret. Papa fidem epiſcopo adhibens, literas qualeſcunque ipſe exigebat, ſcribere iubet. His ex animi ſententiá acceptis, lætus pedem refert, & in uicino Coloniæ loco ſubſiſtit. Inde ad ſenatum ſuperbè ſcribit, ac damna compenſari poſtulat: quod ni fiat, fulmen pontificium minatur. Hac ratione mille ducentas marcas extorquet. Literæ uerò papales præſente archiepiſcopo, Alberto Magno Ratisbonenſi præſule, qui cum alijs quibuſdam

magnatibus ad tranſigendum negocinm accerſitus fuerar, à Colonienſi ſenatu lacerantur, ac noua concordiæ formnla ſigillis utrinque confirmatur, ac publicè per præconem Bonnæ & Andcrnaci proclamatur.

Epiſcopus fidem ſeruare neſciens, paulo pòſt conſilio cuiuſdam aulici Gnathonis, nouas Colonienſibus inſidias ſtruit. Ingreſſus enim urbem clàm, quoſcunque in nrbe habuir fautores conuocat, eoſq; armatos in ſua arce occuluir. Fratri quoque ſuo, ut ad certum diem cum armatis copijs adeſſet, ſcripſerat: ne tamen ciues periculum aliquod ſubeſſe cognoſcerent, non ſimul eas adducerer. Poſthæc ſigno dato, ad tribunal, quaſi ius dicturus ciuibus, ſedet. Aduolat rum cum exiguò comiratu epiſcopi frater, ac in diuerſorium diuertis. Verùm ſenatus de maioribus copijs ſubſecuturis certior factus, comitem capit. Hoc nuncio ad epiſcopum in publico loco ſedentem allato, penè ipſe exanimatus eſt, moxq; palatium firmiſsimè occludi iubet. Eius uerò amici, quos, ut diximus, occuluerat, ſibi periculum ab epiſcopo imminere metuentes, ex feneſtris ſe præcipires agunt.

Senatus ciues conuocat, ac apud eoſdem de perfidia, mendacijs & inſidijs epiſcopi grauiter queritur. Communi ibi conſilio ſtatuitur, epiſcopum capiendum. Accedunr itaque ſenatores ad palatium, ac epiſcopum compellantes roganr, ut ſecum eat, quò eum ſint deducturi. Turbatus epiſcopus, licet ægrè, eos comitatur ad ædes, quæ ab equo denominantur: ibique ipſi cuſtodes adhibiti ſunt.

Sparſo hoc rumore, aduolant epiſcopus Leodienſis & frater eiuſdem, & cum his alij duo comites, qui totum negocium in ſe recipientes, pacem perpetuò ſanctè ſeruandam cerris condirionibus conſtituunr. Sicque liberatur epiſcopus: ac quotquot epiſcopus ex ciuibus Colonienſibus iam per multos annos captiuos detinuerat, uinculis ſoluũtur. Epiſcopus liberatus mox urbe excedit.

Cùm hac nia non ſucceſsiſſer res, præter fidem datam alia aggreditur uia Colonienſea epiſcopus. Mittit cum literis quendam Anshelmum nobilem, hominem callidum, & ad turbas narum, in urbem, qui clàm ſocieratum Magiſtros, ac quoſcunque ex plebe aliqua potentia & autoritate ualere cognoſcere poterat, conuocat, eos honorificè excipit, ac ſui præſulis literas exhiber, quibus ſummam erga ipſos beneuolentiam declarabat. Inter cætera uerò ſcribebat, ſe admodum mirari, quòd tanta à ſenatu ac urbis patricijs onera ſibi tanquam uiliſsimis quibuſdam mancipijs imponi patiantur, nec uideanr, quomodo bonis & ſaluti ipſorum inhient atque deglubant. Se nerò non modò ex animo ipſis cupere, ſed ex commiſeratione etiam hunc Anshelmum miſiſſe, ex quo cognoſcere liceret, quo rebus eorum afflictis remedium adhiberi poſsit commodè: neqne ſe unqnam ipſis deſuturum ſua operâ, qnantamcunque præſtare poſſer. Illi lectis literis, rem ita ſe habere ad Anshelmum dicunr, nulla non ſeruitute hactenus preſſos fuiſſe: denique ex eodem conſilium exquirunt. Anshelmus ad fidem & conſtanriam eos cohortatus, inquir, Choreas publicè eſſe inſtituendas ad certum diem cum ſuis filijs, miniſtris, filiabus ac ancillis. Eas uerò Senatus & patricij non facilè uobis permittent, nec uos illis quicquam cedire. Placet conſilium, ſicque diſcedunt. Inſtituuntur iraque ad diem Pentecoſtes publicæ choreæ à plebe, inrer quas principem locum tenebant textores, quæ magna lætitia ac nociferatione peraguntur. Mittit eò ſenatus, arqne ut ab inſtituto deſiſtant amicè poſtulat. Sed hoc ipſi reſponſi datur à coryphæis, ſe ſuos ſeruos non poſſe compeſcere. Illi denuò de periculo inde exorituro uerba facientes, choreas quæ in ſummam patriciorum tendant ignominiam, intermitti maiori ſeueritate poſtulant. Sed cum nihil impetrarent, arma capeſſunt. Textores ijsque adiuncti relictis choreis domum abeuntes, armis & ipſi accinguntur. His diuerſis in locis bis ſimul confligentibus, patricij utroque prælio ſuperiores exiſtunt. Poſthæc ædes utrinq; expugnantur plurimæ. Inde nonum prælium exoritur, idque cruentiſsimum fuit rextoribus.

Hæc de infelici ſucceſſu chorearum textorum epiſcopo nunciata, penè eum exanimem reddiderunt: ſed per monachum quendam Vuolfhardum, quo ipſe utebatur familiariter, & ſanctæ Columbæ paſtorem, nonum opprimendi Colonienſes conſilium ſuggerenres, erigitur. Illi Coloniam ingreſsi, eos patricios, qnorum amici ſuperioribns prælijs ceciderant, in ſunm conſpectum uocandos, & epiſcopi conſilium, cuius ipſimet inuentores extiterant, exponendum cenſent. Initiò uerò tres uiros nobiles, epiſcopo in primis fauentes, ad ſe accerſunt, & cum ijſdem de tradenda epiſcopo urbe clàm conſultant. Placet uiris conſilium, pòſt patricij accerſuntur,

cerſuntur. Apud quos legati de epiſcopi dolore, quem ex ipſorum præſeuri calamitate conceperit, ac de ipſius beneuolo & propenſo iuuandi ſtudio, quo in integrum res reſtituantur, & de ſeditionum facibus iuſtæ pœnæ ſumenrur, ſplendidiſsimè uerba faciunt, modò ipſi, qua id ratione commodiſsimè fieri poſsit, liberè indicēt. Quibus illi, re prius deliberata, reſpondent, nihil ſe magis in uotis habere, quàm rebus afflictis maturè ſuccurri: idq; hac uia poſſe fieri. Conſiliū uerò tres illi nobiles ſuggeſſerant. Epiſcopus ingentem cogat exercitum, eumq; ad urbem deducat, claſſemque adornet, quę molas Rheno impoſitas diſſecet. hæc uno eodemque die peragantur. Se uerò intra mœnia incendium facturos: ad quod reſtinguendum ſi confluerer populus, ſe curaturos, ut portis apertis liber exercitui eſſet ingreſſus. Epiſcopus militem ſcribit, aliosque belli ſocios adſciſcit principes. Ii deducti ad urbem, per integros dies octo datum periucendium ſignum expectant. Ciues interim muros & portas urbis diligentius obſeruant. Epiſcopus ſe deluſum uidens, dolore animi penè cruentas ſibi addidiſſet manus. Poſthæc eorundem conſilio nouas excitat turbas intra urbem inter ciues & Senatum: quæ initiò quidem per Iuliacenſem comitem ſedantur, ſed paulo pòſt recrudeſcunt, ac aperto Marte utriq; congreſsi, multo fœdantur ſanguine.

Tandem extrema neceſsitate coacti tū patricij, tum ciues, concordiam ineunt, ac ſimul quatuor comites, Geldrieuſem, Iuliacenſem, Bergenſem, & Katzenelenbogenſem, ſaluo tamen archiepiſcopi iure, conſtituūt arbitros, qui exorta inter ipſos deinceps aliqua ſimultate, litem dirimerent: eisque annuos reditus pro officio ſoluendos promittunt. Hæc confœderatio epiſcopo, è cuius rebus minimè erat, admodum diſplicebat: cumque iam omni ſpe capiendæ Coloniæ fruſtratus eſſet, ipſos confœderatos petendos ſtatuit: ac primùm quidem magna celeritate exercitu coacto, in Iuliacenſem agrum mouet, eumque miſerè depopulatur. Geldrenſia à Iuliacenſi in auxilium uocatus, properè aduolat: ij coniunctis uiribus epiſcopi copias cædunt, ipſo die Lucæ ſacro, anno 1267. Epiſcopus in prælio captus, ſqualido traditur carceri: imò ferreæ caueæ incluſus, certis diebus uulgo quaſi ſpectaculi loco uidendus exhibetur. Hinc mox ſacra Coloniæ conticuerunt, ipſaque urbs anathemate feritur, ac uniuerſus clerus urbe excedit. Crebriores tum à Romano pontifice, tum alijs eiuſdem farinæ hominibus, ad Iuliacenſem mittuntur literæ, quibus uel dimittere, uel pro dignitate tractare iubetur Eccleſiæ præſulem. Quibus ille reſpondet, Non ſe epiſcopum captiuum tenere, ſed prædonem & uaſtatorem. Clerus Colonienſis omnia quidem tentabat pro liberando ſuo præſule: ſed ingrata erant captiuo omnia officia, qui ſe carceris ſqualore malle perire aſſerebat, quàm in gratiam comitis quicquam fieri. Et hæc quidem epiſcopi pertinacia arctioris cuſtodiæ cauſa non poſtrema extitit. Diuturna denique calamitate fractus epiſcopus, Albertum Magnum Ratisbonenſem ad ſe uocat, eique totum demandat negocium, ac quicquid ſuo nomine cum comite acturus eſſet pro ſui liberatione, ratum ſe habiturum. Albertus, cum prius eum de uiolata fide, iuſticia atque alijs enormibus peccatis redarguiſſet, operam ſuam ei addicit, iisque conditionibus eum liberat, ut ſacra quamprimùm fieri curet Colonienſibus: omnia priuilegia ab Imperatoribus olim ſibi conceſſa, ſalua & inuiolata relinquat: pacem publicam colat cum ciuibus: iniuriarum contra ciues & comitem obliuiſcatur, ne cuindictæ cupidus ſit. Hæc ſe ſeruaturum ſanctè epiſcopus iurat. Poſthæc epiſcopus in templum Mariæ Coloniam deductus, formula concordiæ publicè prælecta, & utrinque interpoſito iuramento cōfirmata eſt, anno 1270. paulò poſt paſcha. Chronicon Colonienſe.

SCHISMA LINCOLnienſe.

CONtra Robertum Lincolnienſem ca- 1241.
pitularium, mores turpes emendare uolentem, ijdem cornua erexerunt. Balæus Cent. 4. cap. 3. in appendice in Matthæo Vueſtmonaſterio.

SCHISMA DE ELEctione Epiſcopi.

A Maiori & ſaniori parte, ut Trithemius loquitur, Treuirenſis capituli, Arnoldus comes de Iſenburg, maioris Eccleſiæ præpoſitus, in demortui Theodorici locum eligitur epiſcopus. Huius electioni Rudolphus quidam S. Paulini prępoſitus, ducis Lotharingi comitumque de Lutzeuburg & Sein fretus patrocinio auxilioq; grauiter reſtitit. Tandem Innocentio quarto Arnoldi ſucceſsionem comprobante, Rudolphus ceſsit.

CONTENTIO DE Primatu.

CYprum inſulā grauis adflixit diſcor- 1245
dia de primatu. Inſula ſiquidē duos habebat archiepiſcopos, Latinum ſcilicet,

Græcumq́;. Latinus cum ritum Romanæ Eccleſiæ inducete, ac pto ſuo arbittatu ſacerdotia otdinare uellet, imperinm quoque in Græculum exercete, acceſſu Francorum (qui in terram ſanctam iruri, ibi tum in hybernis erant) elatiot, teſtitantem habuit Græcum, qul uiribus inferior taridem uertete ſolum coactus eſt. Victoria potitus Latinus, cæteris epiſcopis omnibus, ne rem diuinam facerent Gtæci, inrerdicir: maiorem quoque partem ueteris nobilitatis Cypriæ abſtentos uocat, ac impiotum habet loco. Hac de te, ſacra conrentione & ſupetbia præſulis, irritati Cyprij, in pontificem inſurgunt, ad arma conuolant, ac teuocato Græco, qui Nicoſiæ præetat, Nimoſienſem expellere tentant. Pontifex Latinus in ptæſidium, quod Limiſſum & Paphum interiacet, munitum ſe recipit: imploratoq́; auxilio Francotum, qui ea in regione hybetnabát, iam obuiam hoſti, & pugnam inire decreuerat. Cyprij numero ob locotum peritiam citius aucti, antequam ad tegem tantæ ſeditionis fama perueniſſet, exacerbatis animis in prælia ruebant, cum de tanto periculo rumot etiam tegum autes petcellit. Ftancus rex inſidias ſibi parari ratus, euocatis ad ſigna militibus per præcones, iam in ipſum Cypri regem iniuriam hanc retrudere meditabatur. Cyprius ſuſpicionis ſiniſtræ haud liber, Francum de ui ſuſpectum habebat: ptæſidia, portus & itinera cuſtodite iubet, ac cum delectorum ſuorum manu ſuis ſubſidio aduolat. Miraculo fuit, tantum motum ambatum partium ex ertore nõ deplorandam aliquam cladem commiſiſſe. Sed dum acies ſignaque aduerſa utrique parti comparere incipiunt, Oddo legatus in medium ſe confert, qui iam ex ordine rem omnem didicerat, teges cauſam edocet, armaque deponere perſuadet, cum lis pontificum, ipſum unum atbitrum poſtulet. Nec mora, induſtria uiri optimi, iunctis dexrris, reges, pontifices, milites atque inſulani in ſocietatem amicitiamq́; tediere. Diuina & humana tefotmata negocia, inſtautari Eccleſiæ Romanæ ritus, in ſacris admiſsi inſulani. Rerum deinde abundantia, omnis iniuriæ memoria abolita, atq; hoſpitalitate liberalitateq́; beneuolentia mutua tecuperara. libro quarto, cap. 2. Hiſtoriæ continuatæ belli ſacri: Aemylius libro ſeptimo de Francis: Vincentius libto trigeſimoprimo, capite octogeſimonono.

SVB CONRADO IIII.

CONTENTIO DE *extructione arcis.*

SVerinenſis epiſcopus Rudolphus, qui 1250.
ſub annum 1249. Vuilhelmo ſucceſsit, in Butzouu atcem extruebat: id operis Pribislaus Megapolenſis dux impedire conabatur, diurnas operas noctu deijciens. Cumque, ut à cœpto ædificio ceſſaret, adduci hac tatione non poſſet epiſcopus, pet quendam militatem hominem, dum ſuam diœceſin perluſtrat, iuſſu Pribislai capitur: ac licet ſe precio redimeret, manſit tamen inter utrumque ſimultas. Interea nunciatut cuidam epiſcopi ptæfecto, in armis ſtrenuo uiro, Pribislaum exiguo cum comitatu, ac ſine armorum apparatu per uicinà obetrate loca. Ille correptis armis prædam illam exoptatam inſectatur, eaque potitut. Pribislaus pto redemptione ſui tanta pecunia mulctatur, ut omni penè tetra exueretur. Ctanzius lib. 7. cap. 4.

SCHISMA.

ANno 1253. diſcotdia ſuborta eſt inter 1251.
Vniuerſiratem Parienſem & fratrea Prędicatores, qui multiplicari & exaltati tenuebant ſcholárium iuribus ſubiacete, imò ſupetcilioſè pleraque conrra Scholæ leges faciebant. Scholaribus Rex & ciues adſtipulabantut. Præualuere tamen autoritate papæ monachi. Continuator hiſtoriæ Matthæi Pariſij.

SVB VVILHELMO.

SCHISMA DE AETERNO *Euangelio.*

REcruduit ſub annum Salutis 1255. Pa- 1255.
riſijs ſchiſma intet ſcholares & Dominicanos. Nam hi contra Vniuerſitatis conſuetudines pleraque ſupetbè & nefariè fecerunt. Scholaribus Gallorũ rex & ciues Pariénſes adſtipulabantur. Hi monachis omnium ludibrio expoſitis eleemoſynás conſuetas ſubtrahunt, uocantes eos hypocritas, Antichriſti ſucceſſores, pſeudoptædicatores, regum deceptores, principum adulatotes, falſos conſiliarios, ordinariorum contemptotes & eorundem ſupplantatorea, thalamorum regalium ſubintratores, confeſsionum ptæuaricarores, & qui ignoras prouincias peruagando peccati audaciam ſubminiſtrarent. Cæterùm anno ſequenti crebteſcentibus ſcandalis & odijs mutuis inrer eoſdem, tũ q́, monachi Scholam opprimere tentatẽt, tum ob nouum quẽdam librum erroribus refer-

refertiſsimum, à monachis ex libris Ioachimi abbatis conſarcinatum, quem Æternũ Euangelium appellarant: communi conſilio graues ac primarij ſcholaſtici ordinis uiri, numero ſex Romam miſsi ſunt, Guilhelmus de S. Amore, Otho de Doaco, Chriſtianus Beluacenſis canonicus, Nicolaus de Baro ſuper Albam, Iohannes de Sicca uilla Anglicus Rector uniuerſitatis, & Iohannes Belim Anglicus, ut de monachorũ inſolentia & erroribus quererentur. Ablegarunt & Dominicani ſuos. Sed hi, quod ad errores Æterni Euangelij attinet, cauſa exciderunt: publicè tamen noluit papa librum illum damnari, ne quid hac ratione monachorum ordinibus decederet, ijque uileſcerent: ſicque ea litis pars clam ſopita eſt. Reliquam monachorum tyrannidem & petulantiam papa cobercere noluit. Matthæus Pariſius, Balæus.

TEMPORE INTERREGNI.

SCHISMA DE DIGNItate Epiſcopali.

1259. POſt Arnoldum, duo à clero diſſentiente conſtituuntur ſucceſſores in Eccleſia Treuerenſi, Arnoldus de Sleida, & Heinricus de Bolandia. Res Romam defertur. Sed Alexander utroque reiecto, Heinricum de Vinſtingen decanum Metenſem, archiepiſcopum deſignat. Qui Treuerim cum pallio & Apoſtolicis literis delatus, à nemine non honorificè excipitur. Trithem. in Chronico Hirſaug.

SCHISMA IN ECCLEſia Saliſburgenſi.

1257. IN Iuuauienſi Eccleſia Romanus præſul quendam Burchardum de Zigenhagen Eberardo ſubſtituerat: quo reiecto, Iuuauienſes Philippum Carinthiæ ducem aſſumunt. Sed cum is pace facta inter ipſum & Ludouicum Bauariæ ducem, ſacris initiari, ſacrificia facere, cæteraque pontificalia munera obire recuſaret, per Alexandrum quartum remouetur, & Vlricus Seccouienſis epiſcopus ſuccedere iubetur. At quia ægrè oppida caſtellaq; Philippus reddere uellet, anathema minatur: Iuuauenſibus uerò, niſi Vlricum recipiant, interdictum. Hanc ſententiam Heinricus quidam Dominicanus, quem Philippus Chiemenſi templo antè præfecerat, iuſſu Alexandri renunciat. Fuit ea res exitioſa Eccleſiæ Iuuauienſi. Nam domi armis affligebatur, Romæ uerò auro emungebatur. Philippus enim Ottocaro Bohemo & Auſtriaco in auxilium uocatis, caſtella, arces, ipſumque Iuuauium occupat, munit, aduerſarios in exilium agit, minaſque papales ut anilia terriculamenta contemnit: Chiemenſia quoque prædia, exacto Heinrico, perfidiæque condemnato, in ſuum ius redigit. Vlricus uerò, ut contra Philippum dignitatem tueretur, Pannoniam petit, Vngarorum inſtructus exercitu redit, ac Philippum Ratbſtadij obuiam habet, manus conſerit, uincitur, & fuga retractus ad Ottocarum uinctus deducitur. Sed ab hoc dimiſſus, iterũ in Boiariam ad Heinricum uenit, cuius opera octo Eccleſiæ caſtella in ſuam accipit poteſtatem, cætera Philippo poſsidente & fortiter defendẽte. Vlricus Iuuauia excluſus, cum æs alienum, hac turba contractum, & unciarum argenti puri quatuor & ſexaginta millia, quibus pontificiam dignitatem cauponatus fuerat, reddere non poſſet, excommunicatur. Romam itaque petit, & abſolutionem impetrat. Sed hac lege, deducente eum legato, Roma redire permittitur, ſi intra certum tempus promiſsis ſatisfaceret. At cum non poſſet, denuò per legatum anathemate feritur. Sic ad extremam inopiam redactus, ſponte pontificatu cedit, amiſſo ſimul Seccouienſi. Durauêre autem hi motus bellici annos ferè decem & quatuor, ijq; maiorẽ in modum Iuuauiam attriuêre. Auentinus libro ſeptimo.

DISSENSIO SAcerdotum.

IN tanta ſacrorum ordinum inter mona- 1260.
chos coaceruatione, ubi alius alio præſtantior haberi uolebat, nõ potuit non mutua ſubſequi concertatio. Imprimis uerò ſacri mendicorum cœtus, ſpontaneam efferentes paupertatem, in prædiuites & luxu diffluẽtes canonicos pro cõcione inuehebantur, eorum cupiditatem, ambitionem, diſſolutos mores redarguentes. Hæc illis prædicantibus ſummi quidam aduerſabantur uiri, qui licet in ijs opprimendis omnem mouerent lapidem, tamen ſub Alexandri quarti clypeo tuti extiterunt: nam & eruditionis & ſanctitatis nomine præſtabant. Æmylius lib. 7. de Francis.

SCHISMA CRVentum.

INter Gualterum epiſcopum & ciues 1261.
Argentinenſes, ſub annum Salutis 1261. de iuribus quibuſdam, ut Nauclerus ait, dimicantes, graue & cruentũm

obortum

obortum eſt bellum. Cum enim iam fruſtra utrinq; de pace laboratum eſſet, ſacrificulis, ut apparet, tanquã Caucaſi rupibus in ſua perſiſtentibus ſententia contra ciues, nec quicquam de ſuo iure cedere uolentibus: ciues urbe egreſsi cum armis, Haldenburgenſem arcem ſolo æquant. Exinde epiſcopus uniuerſum cletum urbe excedere iubet, graui propoſita pœna non obremperantibus, uidelicet redituũ beneficiorumq; priuatione. Poſthęc ſacris in uniuerſum interdicit, nulla uel infantũ uel infirmorũ habita ratione. Paret ſuo epiſcopo uniuerſus cletus, aurum argentumque comportant ac ſecum efferunt, annonam tamen & uina relinquunt. At ſenatus tribus ſacerdotibus rem ſacram interim demandat. Epiſcopus cum plures belli ſocios adſciuiſſet, collectum undiq; militem exemplo Iudæ cohorti armatæ præeuntis ad urbem Argentinam deducit, agrum depopulatur, omnemq; commeatum inretcludit. Cæterùm multi proceres ciuibus confœderati hoſtium terras inuadunt, ac in ijs prædas agunt. Ciues ex urbe eruptione facta in uicinum quẽdam pagum Vuickersheim, inde plurimum uini recẽtioris, quo ob bellicos motus in urbe carebant, reportant. Quindecim ex ijs uiri cum ob nimiam uini ingurgitationẽ relicti eſſent, ab hoſtibus intercepti, deſectis prius manibus, pedibus (attendat lector epiſcopi crudelitatem) trucidantur. Anno ſequenti (non enim exacerbati utrinque animi placati potuerunt, licet multi in hoc incumberent ſedulò) ſub tempus quadrageſimæ ad diruendam quandam epiſcopi arcem, ne præſidio firmaretur, ciues erumpunt. Redeuntes epiſcopus cum ſuis excipit: fit conflictus atrox. Epiſcopo duo equi, quibus inſederat, telis cõfodiuntur. Tandem in fugam uertitur epiſcopus: ciues uerò uictores cum tripudio domum redeunt. Poſtero die epiſcopus miſsis legatis pacem ab Argentinenſibus ultrò petit, interdictum relaxat, & pro captiuis, quorum ſeptuaginta & ſex erant, ut humaniter tractarentur, intercedit. Durante uerò hac de pace actione, epiſcopus animi mœrore, ut uulgò credebatur, extinguitur. Poſt eius mortem reliquum ſacrificulorum agmen facilè in gratiam redit cum ciuibus, ac in integrum reſtituitur. Paralip. Vrſperg.

CONTENTIO DE
decimis.

1267. EXigebat à Germanis clericis decimas Clemens quartus, in bellum ſacrum, ut ipſe prætendebat, erogãdas. Quod cum reprehenderet Iohannes Semeca Iuris Doctor & Halberſtadienſis præpoſitus, pontificia excidit gratia, eumque papa excommunicatum præpoſitura exuit. Cæterùm adhærebant Iohanni non pauci, & quidem magni nominis uiri. Tandem mors, quæ utrumque abripuit, contentioni finem impoſuit. Paralipom. Vrſpergenſis.

CONTENTIO PRAESV-
lum & abbatum,
DE DIGNITATE, *&c.*

1267. OB cultum, mitras atque pedum, Eccleſiarum prȩſules & abbates inter ſe diſcordant. Eam litem Clemens quartus dirimit: monachòs holoſerico atque argento, epiſcopos auro & gemmis uti præcipit. Auentinus libro ſeptimo Annalium.

DISSIDIVM MONASTI-
cum in Anglia.

1269. ANno Domini 1269. in Anglia Dominicani mordacibus ſcriptis Minoritas impugnabant, quòd lege uetuiſſent ſub religionis fuco pecuniæ tactum, cum tamen illos ſcirent nummorum eſſe cupidiſsimos. Sed concordes paulo pòſt facti ſunt. Inuidia ſuſcitauit rixas, hypocriſis denuò ſoluit. Balæus ex Vuilhelmo Rishanger continuatore Chronicorum Matthæi Pariſij, Cent. 4. capite 46. in appendice.

CONTENTIO EPI-
ſcopalis,
DE BONIS.

1269. LOnga inter Plocenſem & Culmenſem epiſcopos controuerſia fuit de bonis uentri ſeruientibus, quibus id genus epiſcoporum fuit deditiſsimum, bonorum ſpiritualium & æternorum nulla habita ratione. Ea autẽ arbitrio epiſcopi Vuladislauienſis & Magiſtri Crucigerorum ſublata eſt, anno 1269. ita ut Culmenſis pagum Orechouum, ac trecenta iugera adhuc inculti agri in territorio Lubauienſi daret Plocenſi epiſcopo pro decimis & poſſeſsionibus, quas ille ſibi in Culmenſi diœceſi uendicabat. Cromerus lib. 9.

CONTENTIO DE EXV-
uijs Belæ Vngarorum
regis.

COrpus Vngarorum regis in nobili quadam Strigonij æde, quam Bela rex ædificarat, & ad magnam æram, è rubro marmore ſepulchrum erexerat, tumulatũ fuerat. Aliquãto uerò pòſt Philippus Strigoniẽſis metropolita ereptũ inde corpus in ſuã baſilicã transfert, ut regiam regio corpore honeſtaret ædẽ. Quod indi-

indignè ferentes Franciſcani monachi, ad Romanum forum rem retulerunt. Poſt longam cauſæ uentilationem iudicatum eſt, ut in priſtinum locum Metropolita corpus referret. Bonfinius lib. 8. decad. 2.

SCHISMA DE IVRE *Eccleſiæ.*

INter Ericum Danorum regem, & Iohannem Lundenſem epiſcopum Eccleſiæ ſuæ iura pertinacius defendentē, ſimultas quædam incidit. Rex epiſcopum, cum immotus perſiſteret, captū carceri tradit. Pro quo liberando Roma miſſus Guido cardinalis, Lubeca in Daniam traijcit. Cūque in regis animo emolliendo fruſtra laboraſſet, regem anathemate ferit, ac ſacris per uniuerſum regnum interdicit: moxq; in pedes ſe conijcit bonus ille uir, ſuæ metuens cuticulæ. Cranzius libro ſeptimo Vand. capite trigeſimotertio. Vinculis exemptus epiſcopus Romam ſe confert, pontifici calamitatem cum lachrymis exponit. Is hominis miſertus, Iſaruum quendam ad regem mittit, quem rex archiepiſcopum deſignat Lundenſem: Iohannes uerò Rigenſi præficitur Eccleſiæ. Idem lib. 7. cap. 25. Daniæ.

DISSIDIVM MONASTICVM.

1272. SVb annum Salutis 1272. orta eſt ingens diſcordia inter monachos & ciues Nordouicenſes, quæ ita breui tempore creuit, ut populus facto impetu principem ædem inflammarit. Sed in facinoris autores Heinricus rex grauiter animaduertit. Polyd. lib. 16. de Anglis.

SVB RVDOLPHO.

SCHISMA DE EXVVIIS *Clementis quarti.*

1275. CAthedralis eccleſiæ ſacrificuli, & fratres prædicatores, Viterbij degētes, de Clemētis fœtido corpore turbas mouent, quorum utriq; illud ſuo gremio fouendum haberē laborabant. Sed Innocentij quinti iudicio, Clementem ſic fieri conſtituiſſe aſſerentis, monachi ſui uoti compotes redduntur. Platina in uita Innocentij.

SCHISMA DE BONIS.

1276. OB molæ cuiuſdam poſſeſsionem ciuitas Lubecenſis & epiſcopus, eiuſque conſortes, dimicant ſub annum Salutis 1276. Epiſcopus ciuitatis incolas ob id excommunicat. Oppidanis uerò de eo grauamine appellantibus, aut certè uel nihili, uel parum epiſcopale fulmen curantibus, Romæ iterum atque iterum à ſacrificulis eodem fulmine petuntur. Ciues irritati, quicunque ſupererant, canonicos ex ciuitate profligant. Cronicon Lubecenſe lib. 2. Cranzius lib. 7. Vand. capite 44.

SCHISMA CRVENTVM *de Epiſcopatu Magdeburgenſi.*

1278. SVb annum Salutis 1278. è rebus humanis exempto Cōrado Magdeburgenſi præſule, diuiſis Canonicorum de ſucceſſore deliberantium ſuffragijs duo eliguntur: Ericus maioris Eccleſiæ præpoſitus, Marchio Brandeburgicus: & Buſſo Queruordenſis comes, canonicus. Res in apertum bellum euadit: ſæpius leuia commiſſa prælia, incendia cædesq; crebrius perpetratæ. Tandem uterque accepta pecunia, non modò ſe bello, ſed & ſuo iure cedere uelle promiſit. Poſthæc Guntherus quidam Comes de Sualenberg (quem tamen idē autor in Vandalia libro ſeptimo, capite trigeſimoſeptimo, Suartzburgenſem uocat) ad epiſcopalem dignitatē adſciſcitur. Contra quem mox marchiones, uiolata pactorum fide, bellum reſtaurant. Epiſcopus, cum pleroſque principes ſuis aduerſarijs adhærere cognoſceret, trāquillitati conſulens, dignitatem, qua paucis menſibus potitus fuerat, ultrò cuidā Bernhardo comiti de Vuelp ceſſit. Nec hunc marchiones, Ericum fratrem in illud faſtigium locaturi, intentatum reliquerunt. Cæterùm & à Bernhardi partibus principes quidam uiri ſtabant. Damna utrinque apertò bellò irrogata ſunt plurima. Tandem primarijs turbarum facibus è medio ſublatis, pax aliqua redijt Bernhardo, quæ tamen diuturna non fuit. Sed cum arma denuò hoſtes capere Bernhardus edoctus fuiſſet, ad patrios lares, epiſcopatu relicto, redijt. Canonici paeandarum rerum gratia, Ericum epiſcopum tum deſignant. Id indignius ferentes Magdeburgēſes ciues (is enim omnium motuum autor extiterat) in ipſum impetum faciunt: ſed cloacæ beneficio liberatur. Crāzius lib. 3. Metrop. cap. 38. lib. 7. Saxon. cap. 32. lib. 7. Vandal. cap. 37. 38.

SCHISMA DE FVnere.

1280. CÆſei monachi (quos uulgò Griſeos uocant) mortuam uiduam prædinitem Lubecæ monaſterio ſuo intulerunt ac ſepelierunt, funus temerè ac ceu ui quadam ex aliena diœceſi trahentes citra parochi uoluntatem: ex quo factū eſt, ut Lubecum urbs per epiſcopum excōmunicaretur, & Capitulum ciuitate eijceretur, donec lis hæc tandem Romæ ex præcepto ſummi pōtificis, p legitimas ſententias

tenrias cardinalis Iacobi de Columnis pacaretur ſedareturq́;, anno 1280. lib. 2. Chronici Lubecenſis: Cranzius lib. 8. cap. 37.

SCHISMA CONSTANTI- *nopolitanum.*

HAud parùm Eccleſiam Conſtantinopolitanam turbauit concordia & tranſactio illa cum Romana, quæ Lugduni in concilio facta dicitur per Imperatorem. Nam Ioſephus patriarcha, ea concordia repudiata, ſede ceſsit, nec multo pòſt urbe relicta, in Archiſtrategi monaſteriũ ad Boſphorũ ſe abdidit, ubi reliquũ ætaris tranquillo & religioſo ocio exigeret. His rebus ſacerdotum collegium concitatum, haud obſcurè ferebat, ſe non eſſe quieturum, plebemq́; ab illa Imperatoria concordia reuocabat, martyrij & coronarum tempus eſſe clamitans, ita ut magnus inde tumultus excitaretur, atq; in atrocẽ tempeſtatem erumperet, ut Imperator externis negocijs relictis, ad res domeſticas componendas omne ſtudium transferre cogeretur. Erant enim non pauci è magiſtratibus etiam, qui decretis illius acriter aduerſarentur. In eas igitur redactus anguſtias, duas ſibi uias patêre arbitratus, ut aut omnes ſibi aſſentirentur, aut hoſtium loco haberentur. Quare principio blandirijs uerborum, animos eorum qui aduerſabantur, mollire & conciliare ſtudet. Cœptam eſſe eam rem non quidem nouitatis ſtudio, ſed quòd temporum difficultates poſtularent, & urbe in extremis periculis conſtituta neceſsitati parendum fuiſſe. Hac ratione alios commouit, alios non item, quibus uim intendit, aut bonis eos exuit, in exilium eiecit, carceri tradidit, oculos eruit, flagris cæcidit, aut alijs corporis partibus truncauit. Maxima uerò plebis pars, aſperis pallijs induti, ubique terrarum ſparſim & paſsim uagari ſunt, ubi Chriſtianos eſſe audiuerunt, in Peloponeſo, Aſia, Theſſalia & Colchide, ubique denique gentium extra ditionem Imperatoris, alij Arſenij aut Ioſephi ſectam profeſsi, alij alia iactitantes. Nec deerant, qui oracula in uicis & urbibus, quaſi modò à Dei conſpectu reuerſi, cantarent, lucri utique cauſa, & ad implendos ſaccos: qui eam ipſam ob rem in eodem habitu perſeuerarunt, nec poſt Eccleſiæ inſtaurationem uitæ ratione mutata. Erat in numero eorum qui Imperatori aduerſabantur, Becus magnæ Eccleſiæ cartophylax, acutiſsimi ingenij uir, omnium acerrimus: nec ulla ratione, ut aſſentiretur, de cætero adduci potuit, licet tum ipſemet Imperator, tum alij eruditi id tentarent. Eum in carcerem ſqualidiſsimum cum omni ferè familia detrudit Imperator. Sed Nicephori Blemmidæ ſcriptis, quæ ad carcerem ipſi perlegenda miſſa fuerant, mutatus Becus, Imperatoris ſententiam & decretum non modò amplexus, ſed carcere liberatus, ac patriarcha factus, acriter defendit, ſtrenuè eum adiuuantibus Meliteniote & Metochite Imperatorij cleriarchi diaconis, & Georgio Cyprio. Nullus tamen eorum omnium ad papæ rationem liturgiam celebrarat, niſi quòd Freriorum nonnulli poteſtate data, ſemel in Blachernio templo id fecerunt, ſuffragio cuiuſdam è familiaribus. Gregoras lib. 5.

SCHISMA.

1282.

ELectionem noui pontificis in Romanam cathedram collocandi, poſt Nicolaum tertium, Ricardus ex Hanibalenſium familia apud Romanos, Viterbij, ubi cardinales conſederant, turbat. Is enim cùm tanta gratia apud Viterbienſes ualeret, ut nõ tam Eccleſiæ, quàm ipſi ſubditi eſſe uiderentur, Vrſum Nicolai pontificis defuncti nepotem prætura Viterbienſi deijcit. Cardinales pleriq; Vrſo tum ob ſanguinem, tum quòd à Nicolao beneficijs affecti eſſent, addicti, grauiter id tulerunt, ac electionem differendam ſtatuunt, uſque dum Vrſus reſtituatur. Quod cum intellexiſſent Viterbienſes, conclaue cardinalium irrumpunt, & eductos Vrſinæ factionis cardinales cuſtodiæ tradunt: inter quos primarij erant, Matthæus & Latinus: quorum hic ex ſorore, ille uerò ex fratre Nicolao pontifici fuerant nepotes. Interim Hanibalenſes Romæ omnia turbant, Vrſinos ſuppreſſuri. Fiunt ibi cædes plurimæ, incendia crebra conſpiciuntur. Tandem Præneſte ſecedunt Vrſini, quos inſecuti ſunt Hanibalenſes. Committuntur prælia, totaq́; regio uaſtatur. Viterbij interea concordia facta, Martinus quartus creatur papa. Romæ etiam nouo tumultu concitato, Cincius, Latini germanus frater, Romani populi capitaneus deſignatur. ibi partium ſtudijs intra Romanę urbis mœnia recrudeſcentibus, cædes incendiaq́; fiunt. Inde in Viterbienſem agrum cohortem ducit Cincius, fratris iniuriam ulturus, quem miſerè depopulatur. Quo Romam reuerſo, papa ex Montisfaliſcorum oppido, ubi ob loci amœnitatem per æſtatem delituerat, Matthæum cardinalem mittit, ad pacem eos hortatus. Ricardus amicorum conſilio ad Matthæi prouolutus pedes, excommunicatione eximitur. Id quamprimùm factum eſſe intellexit pontifex, Romano populo liberum facit, ut à duobus ex nobilitate

Romana

Romana in populo gratioſis grauibusq́; uiris, publico concordiq́; ciuium inermiũ concilio in ſenatores annuos delectis, autoritate etiam Apoſtolica gubernarentur. Blondus decadis 2. lib. 8.

CONTENTIO DE SEDE *Moguntina.*

1285. PEr triennium de Moguntina ſede dimicant in Romana curia Petrus prępoſitus Baſilienſis, & Gebhardus de Eckſtein archidiaconus Treuerẽſis, quorum uterq; à certa canonicorum Moguntinenſium turba electus fuerat. Tandem Honorius quartus utroque repudiato, Heinricum Baſilienſem epiſcopum Moguntium cõmigrare iubet. Huic uerò Petrum, quem diximus, ſubſtituit. Trithemius in Chronico Hirſaug.

SCHISMA DE AVDIENDIS *confeßionibus.*

1288. SVb annum Salutis 1288. inter Franciæ uniuerſum clerum & fratres Minores diſcordia extitit. Contendebát enim monachi illi, quòd ij, quorum confeſsiones ipſi audiuiſſent, non tenerentur ſuis plebanis parochialibus ea peccata recenſere. Contrarium uerò clerus aſſerebat, ſuæ ſententiæ quoddam Martini papæ priuilegium prætendens. Multarum autem diſputationum, imò inuectiuarum, apologiarum, rixoſorum ac famoſorum librorum, ut habet Flandriæ Chronicon, ea contentio occaſio fuit Theologaſtris Pariſienſibus. In primis Heinricus quidam de Gaudano cæteris excellẽtior aſſeruit, quòd quilibet ſaltem ſemel in anno teneatur ſua peccata enumerare ſacerdoti proprio, licet ea prius Minoritæ aperuerit. Conſulunt in re tam ardua prophaniſsimum patrem Romæ peſtilentiali ſedi inſidentem clerici Galli, miſsis ex ſuo numero duobus epiſcopis. Sed quia Romanus papa, Nicolaus 4. Minoritarum ſectæ nomẽ dederat, pro neutra parte ſententiam ferre uoluit, ſed in dubio litem dependêre permiſit. Chron. Aeditui.

SCHISMA OB EXCOMMVnicationem promulgatam.

IRritatus pontificum fulmine, ex ſynodo Lencitiæ habita contra ſe emiſſo, Heinricus Polonus, nihil non contra religioſos illos uiros tentauit, præſertim cum Franciſcani monachi ſynodi decretum non amplecterentur. Epiſcopum enim Gneſnenſem cum ſacerdotibus non ſolùm è ſua ditione profligat, ſed ubicunque uel hoſpitium uel ſubſidium quærebant, quietum eis non reliquit locum. Tandem à Cazimiro duce perbenignè excepti ſunt, & in Ratisboria arce, quæ munitiſsima erat, foti. Nec hoc ferre potuit Heinricus: arcem obſidione cingit, hoſpites ſibi dari poſtulans. Ciues à uictu imparati, & quòd bona in agris uillisque diriperentur, ſacrificulorum cauſa hæc fieri indignius ferunt. In tantis conſtitutus anguſtijs epiſcopus, ex tempore conſilium capit. Induit pontificalẽ ornatum, ac cæteris, quos comites habebat, ſacerdotibus, ut idem faciant, autor eſt. Parent illi. Egreſsi ex urbe, ad Heinrici contendũt tentoria. Quibus ille conſpectis, ſubitò in alium mutatur hominem, & ad pontificis pedes prouolutus, ueniã cum lachrymis petit, pro illo damno ſe ſatisfacturũ promittens. Cromerus lib. 10.

SCHISMA MOGVNTINVM *ob electionem.*

1287. POſt Heinrici Moguntini obitum, nouæ eam Eccleſiam turbæ excipiunt in ſubſtituendo ſucceſſore. Nam duo electi fuere per canonicos ſuffragijs diſsidentes, Gerhardus de Epſtein canonicus Moguntinus & archidiaconus Treuirenſis, & Emericus de Schoneck ſcholaſticus Moguntinus. Qui uerò litem dirimeret, nemo erat, extincto iam Honorio Romano. Lite pendente, è rebus humanis excedit Heinricus Treuirenſis epiſcopus, cui ſucceſſor decernitur Gerhardus, quem diximus, contra Bohemundum quendam ab altera Capituli, ut uocant, parte electũ. Ille Romã profectus cum duplici electione, à Nicolao nuper in peſtilentiæ ſedem euecto Mogũtinis datur præſul. Sic Bohemundus Treuirenſem conſcendit ſedem. Trithemius in Chronico Hirſaug.

CONTENTIO DE *primatu.*

1289. DVm Heinricus Cypri, & Carolus Siciliç rex, Hugo Antiochenus, ac Tripolitanus comes de Ptolemaidis urbis dominio cõtenderent, legatus quoque Romani pontificis ius regni & urbis repetebat, cum Biennam regem Ioãnem beneficiarium Romanæ Eccleſię eſſe conſtaret. Et patriarcha Ieroſolymitanus primas partes ſacri prophaniq́; dominatus ciuitatis ſibi arrogabat, quoniã Metropolitanus Tyrenſis, ſub quo Ptolemais tertiã haberet ſedem pontificalem, ipſi ſubeſſet. Templarij, Hoſpitalarij, Teutonici milites, Anglus, Francus, Genuenſes Piſaniq́; ad eius dominiũ ſinguli ſummo aſpirabát conatu. In hac urbis diuiſione quotidie facinora & ſcelera audiebãtur plurima, nihilq́; ſani in urbe fuit. Tandẽ urbs à Saracenis capta ſolo æquatur. Continuator hiſtoriæ belli ſacri lib. 5. cap. 5.

DISCEPTATIO MONAchorum,

DE CAPPA.

1290. RESidente ad Romanam cathedram Nicolao quarto, Præmonſtrarenſes canonici & Carmelitæ fratres dimicant propter albas cappas, quas Honorius 4. illis conceſſerat in magnum, ut dicebant, præiudicium & ſcandalum. Sed Carmelitę pontificis fauoré nacti (is enim ex monaſtico erat otdine) tandem uicerunt, ut refert Balæus Cent. 4. cap. 54. in Appendice, ex Iohanne de Molinis cap. 9. ſui Speculi.

SVB ADOLPHO.

SCHISMA DE SEPVLTVRA.

MIchaëlem Palæologum, Græcorũ Impetatorem, ſacra poſt obitum atcent ſepultura Conſtanrinopolitani ſacerdores, quòd Romanæ Eccleſiæ ſenrenriam in concilio Lugdunenſi amplexus fuiſſet. Indignè eam ferebat iniuriá filius Andronicus, ſceprris paternis potitus: & licet ad ſeruandam Romaná religionem eſſet pronior, tamen patris damnatione abſterritus, in ſuotum poteſtate petmanſit. Præterea Romana ſedes tum rectore catebat, cuius ſubſidio opus etat Imperatori. Platina, Betgomenſis, Æmylius. Hæc aliter à Gtægora referuntur, ut ſuo in loco annotauimur.

CONTENTIO PRO REcuperanda libertate.

1298. SVb annum Salutis 1298. Bathauenſes cum Bernhardo epiſcopo ſuo diſcordant: in libertatem ſe à ſeruiture ſacrificulorum, uti quondam Rheginoburgenſes excuſſo iugo principum feciſſe cõmemorabant, uendicant: ſenatũ ad modum ſplendoremq́; urbium Imperialium atq; liberatum ciuitatum legunt: conſulem creant: tintinnabula in turri, quibus ſenatus legitimus ſtatis diebus cogetetur, ſuſpendũt: ſacerdotes ciuibus ſactis interdicunt, ex urbe trans Hiſtrum in atcem commigtant, bellicis tormentis urbem oppugnanr. Albertus Romanorũ rex ab armis eos diſcedere iubet, placere ſibi, utiure potius ante ſe diſceptẽt. Cauſam deinde cognoſcit: ſed ciuibus trecẽtatum librarum mulctam irrogar, moreque maiorum epiſcopo parẽre præcipit, tintinnabula eidẽ tradit, iubetque utis ciues à diris ſoluat, atqne cum ipſis in gtatiam redeat. Auentinus libro 7.

DISSIDIVM INTER PApam & Columnenſes.

COlumnenſes nobilitatis ſplendore & potentia freti, Romano Bonifacio, cuius & electioni reſtiterant initiò, plurimum deinceps moleſti fuerũt. Pręterea Sarra quidam papæ bonis, cum aliò ſuam curiá tráſferret, uim fecerat. Papa non pati, ſed dominari & fulminare edoctus, omnes de Columna cleros & laicos, ut ſceleris fautores, ſuo fulmine ferit, beneficijs ac dignitatibus unctos uiros exuit, palatia deſtruit ac ſubuertit, quæcunq; in Romana habebant urbe. Hinc Columnenſes totos ſe à papæ obedientia ſubtraxerunt, cruentumq́; bellum enatũ eſt. Quicunq; uerò ſub papæ ſigno militarũt, plenatia indulgentia donati ſunt, certò ſcilicet ad orcum patẽre ſibi aditum. Nauclerus generatione 44.

CAPVT IX.

DE SYNODIS SEV concilijs.

SVB PHILIPPO ET Otthone IIII. impp.

SVB INNOCENTIO III. papa.

IN SCOTIA.

De inauguratione Regis & feſto ſabbati.

SVb annũ Salutis 1203. Vuil- 1203.
helmus Scotiæ Rex primorum regni ſui concilium cogit, in quo uniuerſos filio Alexandro trimo homagiũ præſtare iubet. Interuenit & Romanus quidam legatus, enſem galerumq́ue purpureum, indulgentias & priuilegia nouello tegi adportas. Decretum ibi etiam eſt, ut dies Saturni à duodecima hora meridiei ſacer eſſet, neque quiſquam res profanas, quemadmodum feſtis diebus uetitum etat, exetceret: idq́ue campanæ pulſu populo indicatetur, ac poſtea ſacris rebus opetam darent, concionibus inrereſſent, ueſpetas quas uocant, audirent, idq́; uſque in diem lunæ facerent, conſtituta aduerſus cõtemptores graui mulcta. Boëtius lib. 13. de Scotis.

RADINGAE IN ANGLIA.

DE RAPINA PAPAE.

ANno 1206. Iohannes Ferentinus Le 1206.
gatus in Angliam ueniens, eamq́ue perluſtrans, magnam pecunię ſummam congeſſit: & tandem, ne nihil feciſſe in ſpiritualibus uideretur, Radingę concilium celebrauit. Quo peracto, ſarcinulis cum magna cautela diſpoſitis, feſtinus ac repentinus uiaror Romam remeauit. Mattheus Pariſienſis.

IN HISPANIA.

CONTRA ALBIGENSES, DE *propagatione uerbi.*

1207. ABlegabat Innocẽtius papa cum Petro ſuo quodam legato duodecim Ciſtercienſis ſectæ abbates in Albigenſium terrá, ut in uiam eoſdẽ ſua prædicatione reducerẽt. Illi cõuocato archiepiſcoporum, epiſcoporũ aliorumq́; cõcilio, ſimul deliberant, qua uia res incœptanda eſſet. His deliberationibus ſuperuenit & Oxonienſis epiſcopus, adducẽs in ſuo comitatu Dominicũ. Rogatus autem ſententiá, reſpondit, Nõ pompa illa externa, qua inſignes eſſent epiſcopi, ſed potius uerbi prędicatione & uitę integritate ad eá rem opus eſſe. Ac ut cęteris ſuo exẽplo pręiret, quoſcũq; habuit itineris comites cũ eqs, curribus, omniq́; apparatu domũ remiſit, ipſe cũ paucis clericis pedes diſcurrit, prædicationisq́; opus ſtrenuè pegit. Vincent. lib. 29. cap. 93. Antoninus tit. 19. cap. 1. §. 3.

ROMAE.

FVLMEN PAPALE, CONTRA *Imperatorem Otthonem IIII.*

1210. POſtquá Auguſtus ſalutatus eſſet Otho IIII. publica ſolẽnitate per Innocentiũ, inter Cęſareanos & Romanos ciues tumultus excitatur, quo ipſe Imperator urbe pellitur. In Apuliam autẽ profectus, plura oppida, quę Romanę parebant Eccleſię, ſubigit, Siciliáq́; ſuę ditioni adducit. Papa cũ ferro nihil poſſet, anathemate in concilio Romæ coacto Imperatorẽ ferit, eiq́; Imperiũ adimit, cũctosq́; ab obedientia ipſi pſtáda eximit, an. 1210. Bergomẽſis, Palmerius. Nauclerus ad an. 1212. refert.

PARISIIS.

CONTRA ALMERICI *ſectatores.*

1210. IN concilio Pariſiano, an. 1210. coacto, Almerici ſectatores, quos Radulphus quidá clericus, eidem ſectę ſe addictũ ſimuláns, magno ſtudio explorauerat, hæreſeos cõuicti ſunt. Sacris itaq; ordinibus ſpoliati, & Magiſtratui traditi, extra portam in campis exurũtur. Ipſe uerò Almericus, cuius hæreſis iam poſt obitũ detecta fuerat, per eoſdẽ epiſcopos tũ congregatos damnatus, ex terra uiciſsim eruitur, oſſa & cineres paſsim per ſterquilinia diſperguntur. Vincẽt. l. 29. c. 107. Rudiment. nouitiorũ: Nauclerus uolum. 2. generatione 40.

SVB FRIDERICO II.

IN ANGLIA.

DE DISSENSIONE *cleri & regis.*

1214. CVm in gratiá cum Stephano Cátuarienſi Ioannes Angliæ rex rediiſſet, legatos ad Romanũ Innocentium mittit pro tollẽdo interdicto, cui regnũ iam annos ſex, mẽſes tres, ac dies duodecim ſubiacuerat. Pontifex Nicolaum cardinalem Tuſculanũ epiſcopũ ablegat: q coacto cõcilio antiſtitũ aliorũq́; ſacerdotum, cauſa quidẽ res ſacras rectiſsimè cõſtituẽdi prætẽditur, ſed nõ eo ſtudio atq; integritate, qua epiſcopi cupierát, diſsidium cõponitur. Nam cum Rex partem bonorũ, quibus unctos ſacerdotes ſpoliarat, reſtituiſſet, anathemate ſoluitur, an. 10 1214. 3. Calend. Iulij. Polydorus lib. 15.

ROMAE.

PRO STATV ECCLESIAE, ET *Expeditione ſacra ſuſcipienda.*

SVb annũ Salutis 1213. Innocẽtius papa, 1215.
reb. in Palæſtina afflictis ſuppetias laturus, omnẽq́; morbũ eccleſiaſtici regiminis pro uiribus curaturus (hoc eſt, ſuá aucturus potẽtiam) per uniuerſum Chriſtianũ orbem miſsis literis, tum eccleſiaſticos tùm politicos uiros ad conciliũ Romanum uocat. Earum exemplar ad Germanos delatum, hîc ſubijcimus.

Innocẽtius papa archiepiſcopis, epiſcopis & dilectis filijs abbatib. & prioribus, decanis & archidiaconis per Teutonicas prouincias cõſtitutis. Vineá Domini multiformes ſatagũt beſtiæ demoliri. Quarũ incurſus adeò inualuit cõtra ipſam, ut ex parte nõ modica pro uitib. ſpinæ ſuccreuerint, & quod gemẽtes referimus, ipſæ iam uites proferát pro uua labruſcam, infectæ multipliciter & corruptæ. Illius ergo teſtimoniũ inuocamus, qui teſtis eſt in cœlo fidelis, q inter omnia deſiderabilia cordia noſtri, duo in hoc ſeculo principaliter affectamus, ut ad recuperationem uidelicet terræ ſanctæ, ac reformationẽ uniuerſalia Eccleſiæ, ualeamus intẽdere cum affectu. Quorũ utrũq; tátam requirit prouiſionis inſtantiá, ut abſq; graui & grádi periculo ultrà diſsimulari nequeat uel differri. Vnde ſupplicationes & lachrymas effundimus, corá Deo humiliter obſecrátes, quatenus ſuper his ſuũ nobis beneplacitũ reuelaret, inſpiraret affectũ, accenderet deſiderũ, & ppoſitũ confirmaret, facultatẽ & opportunitatẽ præſtando ad ea ſalubriter exequenda. Quapropter habito ſuper his cũ fratribus noſtris, & alijs uiris prudẽtibus, frequẽti & diligẽti tractatu, prout tanta ſolicitudo exigebat, hoc tandẽ ad exequenda prædicta de ipſorũ conſilio prouidimus faciendũ, ut quia hæc uniuerſorũ fidelium cõmunem ſtatũ reſpiciunt, generale conciliũ iuxta priſcam conſuetudinẽ ſanctorũ patrum conuocemus, propter lucra ſolùm animarũ opportuno tẽpore celebrandum, in quo ad extirpandũ uitia &

 plan-

plantádas uirtutes,corrigédos exceſſus & reformádos mores,eliminádas hęreſes & roborandá fidé,ſopiédas diſcordias & ſtabiliendá pacé, cõprimédas oppreſsiones, libertaté fouendá,inducédos principes et populos Chriſtianos ad ſuccurſum & ſubſidiũ ſanctæ terrę,tá à clericis,q̃ à laicis impendendũ, cũ cęteris,quæ perlongũ eſſet per ſingula enumerare, ꝓuidè ſtatuantur inuiolabiliter obſeruáda,circa prȩlatos & ſubditos regulares,quæcũq; de ipſius approbatione concilij uiſa fuerint expedire ad laudé & gloriá nominis eius, ad remediũ & ſaluté animarũ ueſtrarũ,ac profectũ & utilitaté populi Chriſtiani. Quia uerò ante bienniũ uniuerſale nõ poſſet cómodè cõciliũ celebrari, diſpoſuimus interim per uiros prudétes in ſingulis prouincijs plenius explorare,quę Apoſtolicę ꝓuiſionis limá expoſcát,& pręmittere uiros idoneos ad terrę ſanctę negociũ procurandũ, ut ſi exigéte neceſsitate ſacrũ conciliũ approbauerit,nos ipſum negociũ perſonaliter aſſumamus efficacius promouédum. Credétes igitur hoc ſalutare propoſitú ab illo deſcédere, à quo eſt omne datũ optimum,& omne donũ perfectũ: uniuerſitati ueſtræ per Apoſtolica ſcripta pręcipimus, quo uos taliter pręparetis,ꝙ à pręſenti Dominicæ incarnationis M.CC.XIII. anno, uſq; ad duos annos & dimidium,pręfixis nobis pro termino Kalend. Nouemb. ad ſedé Apoſtolicá accedatis cũ modeſtia & cautela,ita ꝙ in ueſtra prouincia,ſi neceſsitas poſtulauerit, duo uel tres de ſuffraganeis epiſcopis ualeát remanere,pro Chriſtianitatis miniſterijs exequédis:& tam illi q̃ alij,qui canonica præpeditione detenti, uenire nequeũt, idoneos pro ſe dirigát reſponſales: perſonarũ & euectionũ mediocritate ſeruata,quá Lateranéſe conciliũ definiuit,ut nullus omnino plures aut pauciores ſecũ deducere poſsit. Nec quiſquá faciat ſuperfluas & pópoſas, ſed neceſſarias tantùm & moderatas expenſas, oſtendendo ſe actu & habitu uerũ Chriſti cultoré,cũ non ſecularis applauſus,ſed ſpiritualis profectus in hoc negocio ſit requirédus. Interim aũt per noſipſos,& ꝑ alios uiros prudentes,uniuerſa ſubtiliter inquiratis,quæ ſtudio correctionis aut reformationis indigere uidétur:& ea fideliter conſcribétes, ad ſacri cõcilij præfati examen, erga ſubuentioné terræ ſanctæ neceſſaria, ubi Deus noſter Rex ante ſecula ſaluté in medio terrę operari dignatus eſt,opem & operá efficaciter impenſuri,aſsiſtendo fideliter & prudéter his quos ad hoc negocium duxerimus ſpecialiter procurádum deſtinare. Nullus itaq; fallaciter ſe excuſando ab executione tá ſancti operis ſubtrahat,ſi canonicá uult effugere ultionem. Nemo diſſenſionũ obſtacula,uel itinerum impedimenta cauſetur, quæ Domino faciente ſignũ in bonum,ex bona iam parte ceſſare cœperũt. Nam & quáta maiora imminent pericula, tanto potiora remedia cõuenit adhiberi. Nunquá enim nauigabit per æquora, qui ſemper expectat, ut mare nõ excitet in ſe fluctus. Propter hæc aũt ad uos dilectũ filium N. cum iuſsione Apoſtolica deſtinamus, quem habeatis pro noſtra reuerentia cõmendatum, &c.

Iiſdem uerbis & ad Reges & principes ſcripſit,adiecta ſaltem hac clauſula: Cum ergo deceat & expediat, ut tua Regalis ſublimitas ad ſynodum tam ſolenné nuncios dirigat ſpeciales, ſerenitatem tuam monemus & exhortamur in Dño, quatenus uiros idoneos,uita comite,pręſcripto termino dirigere nõ poſtponas, per quos tuæ nobis aperias beneplacitum uoluntatis: quia quantum poterimus cum honeſtate,ad tuum libenter & efficaciter intendemus commodum & honorem.

Ad dictum itaq; diem menſis Nouembris anni 1215. frequentes Romæ in æde Saluatoris, quæ & Conſtantiniana dicitur, adſunt ſummorum Regum oratores, Romanorum,Conſtantinopolitani, Franci,Angli,Vngari, Hieroſolymitani, Cypri, Arragoniæ,aliorumq; principum: epiſcopi 412. inter quos Conſtantinopolitanus & Hieroſolymitanus. Antheradienſis epiſcopus ab Antiocheno, qui tum aduerſa utebatur ualetudine: Germanus quidam diaconus ab Alexandrino,quem Ægyptij proficiſci uetabant,miſsi fuerunt: abbates & priores ultra octingétos. Martinus Capellanus in Chronicis ponit numerũ pręlatorum ſatis magnum,nimirum 1315. His uerò Romanus papa tanquam ſummus Dictator & Antichriſtus pręſedit. Vrſperg. Sabellicus Ennead.9.lib.6. Statuta porrò concilij adſcribimus.

1.

Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd unus ſolus eſt uerus Deus, æternus & immenſus, omnipotens, incommutabilis, incomprehenſibilis & ineffabilis,pater & filius & Spiritus ſanctus: pater à nullo, filius autem à ſolo patre, ac Spiritus ſanctus ab utroq; pariter, abſque initio ſemper & fine: pater generans, filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens: conſubſtantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, unum uniuerſorum principium, creator omnium uiſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium & corporaliũ: qui ſua omnipotenti uirtute,

ſimul

ſimul ab initio temporis, utramq; de nihilo condidit creaturá, ſpiritualem & corporalem, angelicam uidelicet & mundanam, ac deinde humaná quaſi cõmunem ex ſpiritu & corpore conſtitutá. Diabolus enim & dęmones alij à Deo quidẽ natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunc mali. Homo uerò diaboli ſuggeſtione peccauit.

Hæc ſancta Trinitas ſecundum cõmunem eſſentiá indiuidua, & ſecundũ perſonales proprietates diſcreta, per Moſen & ſanctos ꝓphetas alioſq; famulos ſuos, iuxta ordinatiſsimá diſpoſitionẽ temporũ, doctriná humano generi tribuit ſalutaré.

Et tandem unigenitus filius Dei Ieſus Chriſtus, à tota trinitate cõmuniter incarnatus, ex Maria uirgine cooperatione ſpiritus ſancti cõceptus, uerus homo factus, ex anima rationali & humana carne compoſitus, una in duab. naturis perſona, uiá uitæ manifeſtius demõſtrauit. Qui cũ ſecundum diuinitaté ſit immortalis & impaſsibilis, idem ipſe ſecundum humanitatem factus eſt paſsibilis & mortalis: quin etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus, deſcẽdit ad inferos, reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cœlum. Sed deſcendit in anima, reſurrexit in carne, aſcenditq; pariter in utroq; uenturus in fine ſeculi iudicare uiuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecundũ opera ſua, tam reprobis quàm electis. Qui omnes cum ſuis proprijs corporibus reſurgent, quæ nuc geſtant, ut recipiãt ſecundũ merita ſua, ſiue bona fuerint, ſiue mala: illi cum diabolo pœnam perpetuam, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternam.

Vna uerò eſt fideliũ uniuerſalis Eccleſia, extra quá nullus omnino ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos & ſacrificiũ Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & uini ueraciter continentur, tranſubſtãtiatis pane in corpus, & uino in ſanguinẽ poteſtate diuina, ut ad perficiendum myſterium unitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc utique ſacramentum nemo poteſt conficere, niſi ſacerdos fuerit ritè ordinatus ſecũdum claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſsit Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus.

Sacramentum uerò baptiſmi, quod ad inuocationem indiuiduę Trinitatis, uidelicet Patris & Filij & Spiritus ſancti, conſecratur in aqua, tam paruulis quàm adultis in forma Eccleſiæ à quocunq; ritè collatum, proficit ad ſalutem.

Et ſi poſt ſusceptionem baptiſmi quiſquam prolapſus fuerit in peccatum, per ueram pœnitentiam ſemper poteſt reparari. Non ſolùm autem uirgines & continentes, uerumetiam coniugati, per fidem rectam & operationem bonam, & ſic placentes Deo ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

2.

Damnamus ergo & reprobamus libellum ſiue tractatum, quem abbas Ioachim edidit contra Magiſtrũ Petrum Lombardum de unitate ſeu eſſentia Trinitatis, appellans hæreticũ & inſanum, pro eo quòd in ſuis dixit ſententijs, quomodo quædá ſumma res eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, nec genita, nec procedens. Vnde aſſerit, quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem adſtruebat in Deo, uidelicet tres perſonas, & illam cõmunem eſſentiam quaſi quartá: manifeſtè proteſtans, quòd nulla res eſt, quæ ſit Pater & Filius & Spiritus ſanctus, ſcilicet una eſſentia, una ſubſtãtia, unaq; natura. Verùm unitaté huiuſmodi non ueram & propriam, ſed quaſi collectiuam & ſimilitudinariam eſſe fatetur, quemadmodum dicũtur multi homines unus populus, & multi fideles una Eccleſia, iuxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: & qui adhæret Deo, unus ſpiritus eſt: item qui plantat & qui rigat, unum ſunt, & omnes unum corpus ſumus in Chriſto. Rurſus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus, unum ſunt. Ad hanc autem ſuam ſententiam adſtruendam, illud potiſsimùm uerbũ inducit, quod Ieſus Chriſtus de fidelib. inquit in Euangelio: Volo pater ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus, ut ſint conſummati in unũ. Non enim ait, ut fideles Chriſti ſint unũ, id eſt, una quędam res, quæ communis ſit omnibus: ſed tantùm ſint unũ, id eſt, una Eccleſia propter catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indiſſolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Iohannis epiſtola legitur: Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo, pater & uerbum & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt. Statimq; ſubiungit: Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua & ſanguis: & tres unũ ſunt, ſicut in codicibus quibuſdam inuenitur. Nos autem ſacro & uniuerſali concilio approbante credimus & cõfitemur cum Petro, quòd una quædam res eſt, incomprehenſibilis quidem & inæſtimabilis, quæ ueraciter eſt Pater & Filius & Spiritus ſanctus, tres ſimul perſonę, ac ſingulatim quęlibet earundẽ. & ideo in Deo Trinitas eſt ſolùmodò, & non quaternitas: quia quæ-

libet trinm perſonarum eſt illa res, uidelicet ſubſtãtia, eſſentia, ſiue natura diuina, quæ ſola eſt uniuerſorũ principium, præter quam aliud inneniri non poteſt: & illa res non eſt generans, nec genita, nec procedẽs, ſed eſt pater qui generat, filius qui gignitur, & ſpiritus ſanctus qui procedit, ut diſtinctiones ſint in perſonis, & nnitas in natura. Licet igitur alius ſit pater, alius filius, alius Spiritus ſanctus, non tamen aliud: ſed id quod eſt pater, eſt & filius, & Spiritus ſanctus, id eſt, omnino, ut ſecundum orthodoxam & catholicam fidem conſubſtãtiales eſſe credãtur. Pater enim ab æterno filium generãdo, ſuam ſubſtantiam ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur: Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus. ac dici non poteſt, quòd partem ſuæ ſubſtantiæ illi dederit, & partẽ retinuerit ipſe ſibi, cùm ſubſtantia patris indiuiſibilis ſit, utpote ſimplex omnino. Sed nec dici poteſt, quòd pater in filium trãſtulerit ſuam ſubſtantiam generando, quaſi ſic dederit eam filio, quòd non retinuerit ipſam ſibi: alioquin deſeruiſſet eſſe ſubſtantia. Patet ergo, quòd ſine ulla diminutione filius naſcendo ſubſtantiã patris accepit, & ita pater & filius habent eandem ſubſtantiã, & ſic eadem res eſt pater & filius & Spiritus ſanctus ab utroq; procedẽs. Cum ergo Veritas pro fidelibus ſuis ad patrem orat, Volo, inquiens, ut ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus: hoc nomen, Vnum, pro fidelibus quidẽ accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro perſonis uerò diuinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quẽadmodũ Veritas alibi ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater neſter cœleſtis perfectus eſt perfectione naturæ. utrique uidelicet ſuo modo: quia inter creatorem & creaturam non poteſt tanta ſimilitudo notari, quin inter eos maior ſit diſſimilitudo notanda.

Si quis igitur ſententiã ſiue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere uel approbare præſumpſerit, tanquã hęreticus ab omnibus cõfutetur. In nullo tamẽ per hoc florẽti monaſterio, cuius ipſe Ioachim extitit inſtitutor, uolumus derogari: quoniã regularis inſtitutio eſt, & obſeruãtia ſalutaris, maximè cum idẽ Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſsignari mandauerit, apoſtolicæ ſedis iudicio approbãda ſeu etiã corrigẽda, dictãs epiſtolã cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter cõfitetur, ſe illã fidẽ tenere, quã Romana tenet Eccleſia, quæ cunctorũ fideliũ, diſponente Domino, mater eſt & magiſtra.

Reprobamus etiã & damnamus peruerſiſsimũ dogma impij Amalrici, cuius mentem ſic pater mendacij excæcauit, ut eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quàm inſana.

3.

Excõmunicamus & anathematiſamus omnem hæreſim, extollẽtem ſe aduerſus hanc ſanctam, orthodoxam, catholicam fidem, quam ſuperius expoſuimus: condemnantes uniuerſos hæreticos, quibuſcunq; nominibus cenſeantur: facies quidem habentes diuerſas, ſed caudas adinuicem colligatas, quia de uanitate conueniunt in idipſum.

Damnati uerò, ſecularibus poteſtatibus præſentibus, aut eorum balliuis relinquantur animaduerſione debita puniẽdi, clericis prius à ſuis ordinibus degradatis: ita quòd bona huiuſmodi dãnatorũ, ſi laici fuerint, confiſcentur: ſi uerò clerici, applicẽtur Eccleſijs à quibus ſtipendia perceperunt.

Qui autẽ inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi iuxta conſiderationes ſuſpicionis, qualitatemq; perſonæ, propriã innocentiã congrua purgatione monſtrauerint, anathematis gladio feriantur, & uſq; ad ſatisfactionẽ condignã ab omnibus euitẽtur, ita quòd ſi per annum in excommunicatione perſtiterint, extunc uelut hæretici condemnentur.

Moneãtur aũt & inducãtur, & ſi neceſſe fuerit, per cenſurã Eccleſiaſticã cõpellantur ſeculares poteſtates cuiuſcũq; officij, ut ſicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita pro defenſione fidei pręſtẽt publicè iuramentũ, quòd de terris ſuę iuriſdictioni ſubiectis, uniuerſos hęreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro uiribus exterminare ſtudeant, ita quòd amodò, quandocunq; quis fuerit in poteſtatem, ſiue ſpiritualem, ſiue temporalem aſſumptus, hoc teneatur capitulum firmare.

Si uerò dominus tẽporalis requiſitus & monitus ab Eccleſia, terrã ſuã purgare neglexerit ab hac hæretica fœditate, per metropolitanũ & cõprouinciales epiſcopos excõmunicationis uinculo innodetur. Et ſi ſatisfacere cõtempſerit infra annũ, ſignificetur hoc ſummo pontifici, ut extũc ipſe uaſallos ab eius fidelitate denũciet abſolutos, & terrã exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis ſine ulla cõtradictione poſsideãt, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure domini principalis, dummodò ſuper hoc ipſe nullum præſtet obſtaculũ, nec aliquod impedimẽtũ opponat: eadẽ nihilominus lege ſeruata circa eos qui nõ habẽt dños principales.

Catholici uerò, qui crucis aſſumpto charactere, ad hęreticorum exterminiũ ſe accinxerint, illa gaudeant indulgẽtia, illoq;

priuilegio ſint muniti, quod accedétibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceditur.

Credétes uerò, præterea receptores, defenſores aut fautores hæreticorũ, excommunicationi diſcernimus ſubiacere: firmiter ſtatuentes, ut ſi poſtquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, nec ad publica officia ſeu conſilia, nec ad eligendos aliquos ad huiuſmodi, nec ad teſtimoniũ admittantur. Sit etiam inteſtabilis, ut nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis ſucceſsionem accedat. Nullus præterea ipſi ſuper quocunq; negocio, ſed ipſe alij reſpondere cogatur. Quòd ſi fortè iudex extiterit, eius ſentẽtia nullam obtineat firmitatem, nec cauſæ aliquæ ad eius audientiam perſerantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, eius inſtrumenta confecta per ipſum, nullius penitus ſint momenti, ſed cum autore damnato damnentur. Et in ſubiectis idem præcipimus obſeruari. Si uerò clericus fuerit, ab omni officio & beneficio deponatur, ut in quo maior eſt culpa, grauior exerceatur uindicta.

Si qui autem tales, poſtquã ab Eccleſia denotati fuerint, euitare contẽpſerint, excommunicationis ſententia uſq; ad ſatiſfactionem idoneam percellãtur. Sanè clerici non exhibeãt huiuſmodi peſtilẽtibus eccleſiaſtica Sacramenta, nec eos Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec eleemoſynas, nec oblationes eorũ accipiant: alioquin ſuo priuẽtur officio, ad quod nũquam reſtituatur abſq; indulto ſedis Apoſtolicæ ſpeciali. Similiter quilibet regulares: quibus hoc etiã infligatur, ut eorũ priuilegia in illa diœceſi non ſeruẽtur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare.

Quia uerò nonnulli ſub ſpecie pietatis, uirtutem eius (iuxta quod ait Apoſtolus) abnegantes, authoritatem ſibi uendicant prædicandi, cũ ipſe Apoſtolus dicat, Quomodo prædicabunt, niſi mittantur? omnes qui prohibiti, uel nõ miſsi, præter authoritatẽ ab Apoſtolica ſede uel catholico epiſcopo loci ſuſceptã, publicè uel priuatim prædicationis officium uſurpare præſumpſerint, excommunicationis uinculo innodentur: & niſi quantocyus reſipuerint, alia competenti pœna plectantur.

Adijcimus inſuper, ut quilibet archiepiſcopus uel epiſcopus per ſe, aut per archidiaconum ſuum, uel idoneas perſonas honeſtas, bis aut ſaltẽ ſemel in anno propriã parochiã, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres uel plures boni teſtimonij uiros, uel etiã, ſi expedire uidebitur, totam uiciniam iurare cõpellat, quòd ſi quis ibidẽ hæreticos ſciuerit, uel aliquos occulta cõuenticula celebrantes, ſeu à cõmuni conuerſatione fidelium, uita & moribus diſsidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare. Ipſe autẽ epiſcopus ad præſentiam ſuam cõuocet accuſatos: qui niſi ſe ab obiecto reatu purgauerint, uel ſi poſt purgationem exhibitam in priſtinam fuerint relapſi perfidiam, canonicè puniãtur. Si qui uerò ex eis iurationẽ damnabili ſuperſtitione reſpuentes, iurare fortè noluerint, ex hoc ipſo tãquã hæretici reputẽtur.

Volumus igitur & mandamus, & in uirtute obedientiæ diſtrictè præcipimus, ut ad hæc efficaciter exequẽda, epiſcopi per diœceſes ſuas diligenter inuigilẽt, ſi canonicam effugere uoluerint ultionẽ. Si quis enim epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit uel remiſſus, cum id certis indicijs apparuerit, ab epiſcopali officio deponatur, & in loco ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui uelit & poſsit hæreticam confundere prauitatem.

4.

Licet Græcos in diebus noſtris ad obedientiam ſedis Apoſtolicæ reuertentes, fouere & honorare uelimus, mores ac ritus eorum, quãtum cum Deo poſſumus, ſuſtinendo: in his tamen illis deſerre nec uolumus nec debemus, quæ periculũ generãt animarũ, & eccleſiaſticæ derogãt honeſtati. Poſtquã enim Græcorũ Eccleſia cũ quibuſdam cõplicibus ac fautoribus ſuis, ab obediẽtia ſedis Apoſtolicæ ſe ſubtraxit, in tantũ Græci cœperũt abominari Latinos, quòd inter alia, quæ in derogationẽ eorũ impiè cõmittebant, ſi quando ſacerdotes Latini ſuper eorũ celebraſſent altaria, non prius ipſi ſacrificare uolebãt in illis, quàm ea tanquã per hoc inquinata lauiſſent. Baptizatos etiã à Latinis, & ipſi Græci rebaptizare auſu temerario præſumebant: & adhuc (ſicut accepimus) quidã agere hoc non uerẽtur. Volẽtes ergo tantũ ab Eccleſia Dei ſcãdalũ amouere, ſacro ſuadẽte cõcilio, diſtrictè pcipimus, ut talia decæterò nõ præſumãt, cõformantes ſe tanquã obediẽtiæ filij ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri ſuæ, ut ſit unũ ouile & unus paſtor. Si quis aũt aliquid tale præſumpſerit, excõmunicationis mucrone pcuſſus, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico deponatur.

5.

Antiqua patriarchaliũ ſediũ priuilegia renouãtes, ſacra uniuerſali Synodo approbante ſancimus, ut poſt Romanã Eccleſiã, quæ diſponẽte Dño ſuper oẽs alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum, utpote

mater uniuerſorum Chriſtifideliũ & magiſtrà, Conſtantinopolitana primum, Alexandrina ſecũdum, Antiochena tertium, Hieroſolymitana quartum locum obtineant, reſeruata cuilibet propria dignitate, ita quòd poſtquam eorum antiſtites à Romano pontifice receperint pallium, quod eſt plenitudinis pontificalis inſigne, præſtito ſibi fidelitatis & obediẽtiæ iuramento, licẽter & ipſi ſuis ſuffraganeis pallium largiantur, recipiẽtes pro ſe profeſsionem canonicam, & pro Romana Eccleſia ſponſionem obedientiæ ab ijſdem.

Dominicæ uerò crucis uexillum ante ſe faciant ubiq; deferri, niſi in urbe Romana, & ubicunq; ſummus pontifex pręſens extiterit, uel eius legatus utens inſignijs apoſtolicæ dignitatis.

In omnibus autem prouincijs eorum iuriſdictioni ſubiectis, ad eos, cum neceſſe fuerit, prouocetur: ſaluis appellationibus ad ſedem apoſtolicã interpoſitis, quibus eſt ab omnibus humiliter deferendum.

6.

Sicut olim à ſanctis patribus noſcitur inſtitutum, metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigendis exceſsibus & moribus reformandis, pręſertim in clero, diligentem habeant cum timore Dei tractatum: canonicas cauſas, & maximè quæ ſtatuta ſunt in hoc generali concilio, relegentes, ut eas faciant obſeruari, debitam pœnam trãſgreſſoribus infligendo.

Vt autem id ualeat efficacius adimpleri, per ſingulas diœceſes ſtatuant idoneas perſonas, prouidas uidelicet & honeſtas, quæ per totum annum ſimpliciter, & de plano abſq; ulla iuriſdictione ſollicitè inueſtigẽt, quæ correctione uel reformatione ſint digna, & ea fideliter perferant ad metropolitanum & ſuffraganeos in concilio ſubſequẽti, ut ſuper his & alijs, prout utilitati & honeſtati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quod ſtatuerint, faciant obſeruari, publicantes ea in epiſcopalibus ſynodis, annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis. Quiſquis autem hoc ſalutare ſtatutum neglexerit adimplere, à ſuis beneficijs & executione officij ſuſpendatur, donec per ſuperioris arbitrium eius ſuſpenſio relaxetur.

7.

Irrefragabili conſtitutione ſancimus, ut Eccleſiarum pręlati ad corrigendum ſubditorum exceſſum, maximè clericorum, & reformandum mores, prudenter & diligenter intendant, ne ſanguis eorum de ſuis manibus requiratur. Vt autem correctionis & reformationis officiũ liberè ualeant exercere, decernimus, ut executionem ipſius nulla conſuetudo uel appellatio ualeat impedire, niſi exceſſerint in talibus obſeruanda.

Exceſſus tamen canonicorum Eccleſię cathedralis, qui conſueuerunt corrigi per capitulũ, per ipſum in ipſis Eccleſijs (quæ talem hactenus cõſuetudinem habuerũt) ad commonitionem & iuſsionem epiſcopi corrigantur infra terminum competentem ab epiſcopo præfigendum. Alioquin extunc epiſcopus Dominum habens præ oculis, omni cõtradictione ceſſante, ipſos, prout animarum cura exegerit, per cenſuram eccleſiaſticam corrigere non poſtponat. Sed & alios eorum exceſſus corrigere non omittat, prout animarum cauſa requirit, debito tamen ordine in omnibus obſeruato.

Cæterùm ſi canonici abſque manifeſta & rationabili cauſa, maximè in contemptum epiſcopi, ceſſauerint à diuinis: epiſcopus nihilominus, ſi uoluerit, celebret in eccleſia eadem: & metropolitanus ad querelam ipſius, tanquam ſuper hoc delegatus à nobis, taliter eos per cenſuram eccleſiaſticã cognita ueritate caſtiget, quòd pœnæ metu talia decæterò nõ præſumãt.

Prouideant itaq; diligenter Eccleſiarũ prælati, ut hoc ſalutare ſtatutum ad quæſtum pecuniæ uel grauamen aliquod non conuertant: ſed illud ſtudioſè ac fideliter exequantur, ſi canonicam uoluerint effugere ultionem: quoniam ſuper his apoſtolica ſedes, authore Domino, attentiſsimè uigilabit.

8.

Qualiter & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum & puniẽdum ſubditorum exceſſus, ex autoritatibus noui & ueteris Teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones, ſicut olim apertè diſtinximus, & nunc ſacri approbatione concilij confirmamus. Legitur enim in Euangelio, quòd uillicus ille, qui diffamatus erat apud dominũ ſuum, quaſi diſsipaſſet bona ſua, audiuit ab illo: Quid hoc audio de te? redde rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare. Et in Geneſi Dominus ait: Deſcendam & uidebo, utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerunt.

Ex quibus authoritatibus manifeſtè cõprobatur, quòd non ſolùm cum ſubditus, uerùm etiam cum prælatus excedit, ſi per clamorem & famam ad aures ſuperioris peruenerit, non quidẽ à maleuolis & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis: nec ſemel tan-

mel tãtùm, ſed ſæpe (quòd clamor innuit, & diffamatio manifeſtat) debet coram Eccleſiæ ſenioribus ueritaté diligentius perſcrutari: & ſi rei popoſcerit qualitas, canonica diſtrictio culpam feriat delinquẽtis, non tanquam ſit autor & iudex, ſed quaſi deferente fama uel denũciante clamore, officij ſui debitum exequatur. Licet auté hoc ſit obſeruandum in ſubditis, diligentius tamen obſeruandum eſt in prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam.

Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolùm arguere, ſed etiam increpare, quin etiam interdum ſuſpendere, nonnũquam uerò ligare, frequẽter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur: ideo ſancti patres prouidè ſtatuerunt, ut accuſatio prælatorum non facilè admittatur, ne concuſſis colũnis corruat ędificium, niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolùm falſæ, ſed etiam malignæ criminationis ianua pręcludatur. Verùm ita uoluerũt prouidere prælatis, ne criminarentur iniuſtè, ut tamen cauerent ne delinquerẽt inſolenter: contra morbum utrumq; inuenientes congruam medicinam, uidelicet ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis (id eſt, degradationem) intendit, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cũ ſuper exceſsibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ita ut iam clamor oſtendat, qui diutius ſine ſcãdalo diſſimulari non poſsit, uel ſine periculo tolerari, abſq; dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum eius exceſſus, non ex odij fomite, ſed charitatis procedatur affectu, quatenus ſi fuerit grauis exceſſus, etſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoueatur omnino: quod eſt ſecundum Euangelicã ſententiam à uillicatione uillicum amoueri, qui non poteſt uillicationis ſuæ dignam reddere rationem.

Debet igitur eſſe præſens is, contra qué facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contumaciam abſentauerit: & exponenda ſunt illi capitula, de quibus fuerit inquirendũ, ut facultatem habeat defendẽdi ſeipſum. Et non ſolùm dicta, ſed etiam nomina teſtium ſunt ei, ut quid uel à quo ſit dictum appareat, publicãda: necnon exceptiones & replicationes legitimè admittendæ: ne per ſuppreſsionem nominum, infamãdi: per exceptionum uerò excluſionem, deponendi falſum audacia præbeatur.

Ad corrigendos itaq; ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quãto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas. Contra quos, ut de notorijs exceſsibus taceatur, etſi tribus modis poſſet procedi, per accuſationé uidelicet, denũciationem & inquiſitionem eorum: ut tamen in omnibus diligẽs adhibeatur cautela, ne fortè per leue compendium ad graue diſpẽdium ueniatur, ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denunciationem charitatiua admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine, ut iuxta formam iudicij, ſententiæ quoq; forma dictetur. Hunc tamen ordiné circa regulares perſonas non credimus uſquequaque ſeruandum, quæ cùm cauſa requirit, facilius & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri.

9.

Quoniam in pleriſq; partibus intra eandem ciuitaté atq; diœceſin permixti ſunt populi diuerſarum linguarũ, habẽtes ſub una fide uarios ritus & mores, diſtrictè præcipimus, ut põtifices huiuſmodi ciuitatum ſiue diœceſium prouideant uiros idoneos, qui ſecundum diuerſitates rituum & linguarum diuina officia illis celebrẽt, & eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, inſtruendo eos uerbo pariter & exemplo.

Prohibemus autem omnino, ne una eademq; ciuitas ſiue diœceſis, diuerſos pontifices habeat, tanquam unum corpus diuerſa capita, quaſi monſtrum. Sed ſi propter prædictas cauſas urgẽs neceſsitas poſtulauerit, pontifex loci catholicum præſulem, nationibus illis conformem, prouida deliberatione conſtituat ſibi uicarium in pręd ictis, qui ei per omnia ſit obediens & ſubiectus. Vnde ſi quis aliter ſe geſſerit, excommunicationis ſe nouerit mucrone percuſſum: & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni Eccleſiaſtico miniſterio deponatur, adhibito, ſi neceſſe fuerit, brachio ſeculari ad tantam inſolentiam compeſcendam.

10.

Inter cætera quæ ad ſalutem ſpectant populi Chriſtiani, pabulũ uerbi Dei permaximè ſibi noſcitur neceſſarium: quia ſicut corpus materiali, ſic anima ſpirituali cibo nutritur, eo quòd non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei.

Vnde cum ſæpe cõtingat, quòd epiſcopi propter occupationes multiplices, uel inualitudines corporales, aut hoſtiles incurſus, ſeu occaſiones alias (ne dicamus defectum ſcientiæ, quod in eis eſt reprobandum omnino, nec decætero tolerandum) per ſe ipſos non ſufficiũt miniſtrare populo uerbum Dei, maximè per amplas diœceſes & diffuſas: generali conſtitutione ſancimus, ut epiſcopi uiros idoneos ad

ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumant, potentes in opere & ſermone, qui plebes ſibi commiſſas uice ipſorum, cum per ſe idem nequeunt, ſolicitè uiſitantes, eas uerbo ædificent & exemplo: quibus ipſi, cũ indiguerint, congruè neceſſaria miniſtrent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incœpto.

Vnde præcipimus tã in cathedralibus, quàm in alijs conuentualibus Eccleſijs uiros idoneos ordinari, quos epiſcopi poſſint coadiutores & cooperatores habere, nõ ſolùm in prædicationis officio, uerùm etiam in audiendis confeſsionibus & pœnitentijs iniungendis, ac cæteris quæ ad ſalutem pertinent animarum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictæ ſubiaceat ultioni.

11.

Quia nonnullis propter inopiam & legendi ſtudium opportunitas proficiendi ſubtrahitur, in Lateranenſi cõcilio pia fuit inſtitutione prouiſum, ut per unamquamque cathedralem Eccleſiam magiſtro, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ aliosq; ſcholares pauperes gratis inſtitueret, aliquod cõpetens beneficium præberetur, quo & docentis releuaretur neceſsitas, & uia pateret diſcentibus ad doctrinam. Verùm quoniam in multis Eccleſijs id minimè obſeruatur, nos prædictum roborãtes ſtatutum adijcimus, ut nõ ſolùm in qualibet cathedrali Eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus à prælato cum capitulo, ſeu maiori ac ſaniori parte capituli eligendus, qui clericos Eccleſiarum ipſarum & aliarum gratis in Grammaticæ facultate ac alijs inſtruat iuxta poſſe.

Sanè metropolitana Eccleſia Theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quę ad curam animarum ſpectare noſcũtur. Aſsignetur autem cuilibet magiſtrorũ à capitulo unius præbendæ prouentus, & à metropolitano tantundẽ: non quòd per hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quòd ſi fortè de duobus metropolitana Eccleſia grauetur, theologo iuxta modum prædictum ipſa prouideat, grammatico uerò in alia Eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue diœceſis, quod ſufficere ualeat, faciat prouideri.

12.

In ſingulis regnis ſiue prouincijs fiat de triennio in triennium, ſaluo iure diœceſanorum pontificum, commune capitulum abbatum, atq; priorum, abbates proprios non habentium, qui non conſueuerunt tale capitulum celebrare: ad quod uniuerſi conueniant, præpeditionem canonicam non habentes apud unum de monaſterijs ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, ut nullus eorũ plus quàm ſex euectiones & octo perſonas adducat.

Aduocent autem charitatiuè in huius nouitatis primordijs duos Ciſterciẽſis ordinis abbates uicinos, ad præſtandum ſibi conſilium & auxilium opportunum, cum ſint in huiuſmodi capitulis celebrãdis ex longa cõſuetudine plenius informati: qui abſq; contradictione duos ſibi de ipſis aſſociẽt, quos uiderint expedire. Ac ipſi quatuor præſint capitulo uniuerſo, ita quòd ex hoc nullus eorum authoritatem prælationis aſſumat: unde, cum expedierit, prouida poſsint deliberatione mutari. Huiuſmodi uerò capitulũ aliquot certis diebus continuè iuxta morem Ciſtercienſium celebretur, in quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis & obſeruantia regulari: & quod ſtatutum fuerit illis quatuor approbãtibus, ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur, omni excuſatione & contradictione & appellatione remotis: prouiſo nihilominus, ubi ſequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui cõueniunt, uitam ducant communem, & faciãt proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas, ita quòd ſi non omnes potuerint in ijſdem, ſaltem plures ſimul in diuerſis domibus commorentur.

Ordinentur etiam in eodem capitulo religioſæ ac circumſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias eiuſdem regni ſiue prouinciæ, non ſolùm monachorũ, ſed etiam monialium, ſecundum formam ſibi præfixam, uice noſtra ſtudeant uiſitare, corrigentes ac reformantes, quæ correctionis & reformationis officio cognouerint indigere: ita quòd ſi rectorem loci cognouerint ab adminiſtratione penitus amouendum, denuncient epiſcopo proprio, ut illum amouere procuret: quod ſi non fecerit, ipſi uiſitatores hoc referant ad apoſtolicam ſedem examinandum. Hoc ipſum regulares canonicos ſecundum ordinem ſuum uolumus & præcipimus obſeruare. Si uerò in hac nouitate quicquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri, ad apoſtolicæ ſedis iudicium abſq; ſcandalo referatur: cæteris irrefragabiliter obſeruatis, quę concordi fuerint deliberatione prouiſa.

Porrò diœceſani epiſcopi monaſteria ſibi ſubiecta ita ſtudeãt reformare, ut cum ad eã prædicti uiſitatores acceſſerint, plus in illis inueniant quod commẽdandum, quàm

quàm quod correctione ſit dignum: attentiſsimè præcauentes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneribus aggrauentur. Quia ſic uolumus ſuperiorū iura ſeruari, ut inferiores nolimus iniurias ſuſtinere.

Ad hoc diſtrictè pręcipimus tam diœceſanis epiſcopis, quàm perſonis quæ præſunt capitulis celebrandis, ut per cēſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant aduocatos, patronos, uicedominos, rectores & conſules, magnates & milites, ſeu quoslibet alios, ne monaſteria pſumāt offendere in perſonis ac rebus. Et ſi forſitā offenderint, eos ad ſatisfactioē cōpellere non omittāt, ut liberius & quietius omnipotenti Deo ualeant famulari.

13.

Ne nimia religioſorum diuerſitas grauem in Eccleſia Dei offenſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis decætero nouam religionem inueniat. Sed quicunque uoluerit ad religionē conuerti, unam de approbatis aſſumat. Similiter qui uoluerit religionis domum fundare de nouo, regulam & inſtitutionem accipiat de religionibus approbatis.

Illud etiam prohibemus, ne quis in diuerſis monaſterijs locum monachi habere præſumat, nec unus abbas pluribus monaſterijs præſideat.

14.

Vt clericorū mores & actus in melius reformētur, cōtinenter & caſtè uiuere ſtudeant uniuerſi, pręſertim in ſacris ordinibus cōſtituti, ab omni libidinis uitio pręcauentes, maximè illo, propter quod ira Dei uenit de cœlo in filios diffidentiæ, quatenus in conſpectu Dei omnipotentis, puro corde, ac mundo corpore ualeant miniſtrare.

Ne uerò facilitas ueniæ, incentiuum tribuat delinquendi: ſtatuimus, ut qui deprehenſi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis aut minus peccauerint, puniantur ſecundum canonicas ſanctiones: quas efficacius & diſtrictius præcipimus obſeruari, ut quos diuinus timor à malo non reuocat, tēporalis ſaltem pœna à peccato cohibeat.

Si quis igitur hac de cauſſa ſuſpēſus, diuina celebrare præſumpſerit, nō ſolùm eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur, uerùm etiā pro hac duplici culpa perpetuò deponatur.

Prælati uerò, qui tales præſumpſerint in ſuis iniquitatibus ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ uel alterius commodi temporalis, pari ſubiaceant ultioni.

Qui autem ſecundum religionis ſuæ morem non abdicarunt copulam coniugalem, ſi lapſi fuerint, grauius puniantur, cùm legitimo matrimonio poſsint uti.

15.

A' crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant, unde uinum ſibi temperent, & ſe uino: nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cum ebrietas mentis inducat exiliū, & libidinis prouocet incētiuū.

Vnde illum abuſum decernimus penitus abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores: & ille iudicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit. Si quis autem ſuper his culpabilem ſe exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatisfecerit competenter, à beneficio uel officio ſuſpendatur.

16.

Clerici officia uel commercia ſecularia non exerceāt, maximè inhoneſta. Mimis, ioculatoribus & hiſtrionibus non intendant, & tabernas prorſus euitent, niſi fortè cauſſa neceſsitatis in itinere conſtituti. Ad aleas uel taxillos non ludāt, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruētem, & ſe in officijs diuinis, & alijs bonis exerceant ſtudijs diligenter. Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate uel longitudine non notāda. Pannis rubeis aut uiridibus, necnon manicis, aut ſubtalaribus conſutitijs ſeu roſtratis, frenis, ſellis, pectoralibus, & calcaribus deauratis, aut aliā ſuperfluitatem gerētibus non utantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra eccleſiam nulli gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio uel perſonatibus conſtituti, niſi iuſti cauſa timoris exegerit habitū tranſformari. Fibulas omnino non ferant, neq; corrigias auri uel argenti ornatum habentes: ſed nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico & in eccleſia ſuperindumentis lineis omnes utantur, niſi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem: pallijs diffibulatis non utantur in publico, ſed uel poſt collum, uel ante pedes hinc inde connexis.

17.

Dolentes referimus, quòd non ſolùm quidam minores clerici, uerumetiam & aliqui Eccleſiarum prælati, circa comeſſationes ſuperfluas & confabulationes illicitas, ut de alijs taceamus, ferè medietatem noctis expēdunt: & ſomno reſiduum relinquentes, uix ad diurnum concētum auium excitantur, tranſcurrendo undiq; continuata ſyncopa matutinum. Sunt & alij, qui miſſarum celebrant ſolennia uix quater in anno, uel quod deterius eſt, intereſſe contemnūt: & ſi quando, dum hæc celebrantur, interſunt, chori ſilentium fugientes,

gientes,intendunt exterius collocutionibus laicorum:dumq; auditum ad indebitos ſermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

Hæc igitur & ſimilia ſub pœna ſuſpenſionis penitus inhibemus,diſtricte præcipientes in uirtute obedientiæ,ut diuinum officium diurnum pariter & nocturnum, quantum eis Deus dederit,ſtudioſe celebrent & deuote.

18.

Sententiam ſanguinis nullus clericus dictet aut proferat, nec ſanguinis uindictam exerceat, aut ubi exercetur interſit. Si quis autem huiuſmodi occaſione ſtatuti, Eccleſijs uel perſonis eccleſiaſticis aliquod præſumpſerit inferre diſpendium, per cenſuram canonicam cõpeſcatur. Nec quiſquã clericus literas ſcribat aut dictet pro uindicta ſanguinis deſtinandas: unde in curijs principũ hæc ſolicitudo non clericis,ſed laicis committatur.

Nullus quoq; clericus rottarijs aut baliſtarijs aut huiuſmodi uiris ſanguinũ præponatur: nec illam chirurgiæ partem ſubdiaconus, diaconus uel ſacerdos exerceant, quæ ad uſtionem uel inciſionem inducit. Nec præcipue quiſquam purgationi aquę feruentis uel frigidæ,ſeu ferri candentis,ritum cuiuslibet benedictionis aut conſecrationis impendat: ſaluis nihilominus prohibitionibus de monomachijs ſiue duellis antea promulgatis.

19.

Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici ſic exponunt eccleſias ſupellectilibus proprijs & etiã alienis, ut potius domus laicæ, quàm Dei baſilicæ uideantur: non conſiderantes, quod Dominus nõ ſinebat, ut uas trãsferretur per tẽplum.

Sunt & alij, qui non ſolùm Eccleſias dimittunt incultas, uerumetiã uaſa miniſterij & ueſtimenta miniſtrorũ ac pallas altaris, necnon & ipſa corporalia tã immunda relinquũt, quod interdum aliquibus ſunt horrori. Quia uerò zelus nos comedit domus Dei, firmiter prohibemus, ne huiuſmodi ſupellectilia in Eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus aut incẽdia repentina, ſeu alias neceſsitates urgentes, ad eas oporteat haberi refugium: ſic tamen, ut neceſsitate ceſſante, res in loca priſtina reportentur. Præcipimus quoque, ut oratoria, uaſa, corporalia & ueſtimẽta prędicta, munda & nitida cõſeruentur. Nimia enim uidetur abſurdũ, in ſacris ſordes negligere, quæ dedecerẽt etiã in prophanis.

20.

Statuimus in cunctis Eccleſijs, ut chriſma & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruentur, ut non poſsit ad illa temeraria manus extẽdi, ad aliqua horribilia uel nefaria exercenda. Si uerò is, ad quem ſpectat cuſtodia, ea incaute reliquerit, tribus menſibus ab officio ſuſpendatur. Et ſi p eius incuriã aliquid nefandũ inde cõtigerit, grauiori ſubiacest ultioni.

21.

Omnis utriuſq; ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter ſaltẽ ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitẽtiam ſtudeat pro uiribus adimplere, ſuſcipiens reuerẽter ad minus in paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi forte de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinẽdum: alioquin & uiuens ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſijs publicetur, ne quiſquam ignorantiæ cęcitate uelamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti iuſta de cauſa confiteri uelit peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cum aliter ille ipſum non poſſit ſoluere uel ligare.

Sacerdos autem ſit diſcretus & cautus, ut more periti medici ſuperinfundat uinũ & oleum uulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumſtantias & peccati, per quas prudẽter intelligat, quale illi conſilium debeat exhibere, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis utendo ad ſanandum ægrotum.

Caueat autem omnino, ne uerbo uel ſigno uel alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem: ſed ſi prudentiorũ conſilio indiguerit, illud abſq; ulla expreſsione perſonæ caute requirat. quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio ſibi detectum pręſumpſerit reuelare, non ſolùm à ſacerdotali officio deponendum decernimus, uerùm etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monaſterium detrudendum.

22.

Cum infirmitas corporalis nonnunquã ex peccato proueniat, dicẽte Domino languido, quem ſanauerat, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat: decreto præſenti ſtatuimus, & diſtricte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos uocari contigerit, ipſos ante omnia moneat & inducãt, quod medicos aduocent animarum: ut poſtquã infirmis fuerit de ſpirituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cùm cauſſa ceſſante

ceſſet

ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quòd quidam in ęgritudinis lecto iacentes, cùm eis à medico ſuadetur, ut de animarum ſalute diſponant, in deſperationis articulum incidũt, unde facilius mortis periculum incurrũt.

Si quis autem medicorum huius noſtræ conſtitutionis, poſtquam per prælatos locorum fuerit publicata, tranſgreſſor extiterit, tam diu ab ingreſſu eccleſiæ arceatur, donec pro tranſgreſsione huiuſmodi ſatisfecerit competenter.

Cæterùm cùm anima ſit multò precioſior corpore, ſub interminatiõe anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali ſalute aliquid ægroto ſuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

23.

Ne pro defectu paſtoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus ſuis Eccleſia uiduata graue diſpendium patiatur, uolentes in hoc occurrere periculis animarum, & Eccleſiarum indẽnitatib. prouidere, ſtatuimus, ut ultra tres menſes cathedralis uel regularis Eccleſia prælato non uacet: infra quos, iuſto impedimento ceſſante, ſi electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerãt, eligendi poteſtate careant ea uice, ac ipſa eligendi poteſtas ad eum qui proximo præeſſe dinoſcitur, deuoluatur.

Is uerò ad quem deuoluta fuerit poteſtas, Dominum habens præ oculis, non differat ultra 3. menſes cum capituli ſui conſilio & aliorum uirorum prudentium, uiduatam Eccleſiam de perſona idonea ipſius quidem Eccleſiæ, uel alterius, ſi digna nõ reperiatur in illa, canonicè ordinare, ſi canonicã uoluerit effugere ultionẽ.

24.

Quia propter electionum formas diuerſas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Eccleſijs uiduatis: ſtatuimus, ut cum electio fuerit celebranda, præſentibus omnibus qui debent & uolunt & poſſunt commode intereſſe, aſſumantur tres de collegio fide digni, qui ſecretò & ſingillatim uoces cunctorum diligenter exquirant: & in ſcriptis redacta, mox publicẽt in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, ut is collatione adhibita eligatur, in quem omnes uel maior uel ſanior pars conſenrit.

Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus uiris idoneis committatur, qui uice omnium Eccleſiæ uiduatæ prouideant de paſtore: aliter electio facta non ualeat, niſi fortè communiter eſſet ab omnibus quaſi per inſpirationem diuinam abſque uitio celebrata. Qui uerò contra prædictas formas eligere attentauerint, eligendi ea uice poteſtate priuentur.

Illud penitus interdicimus, ne quis in electionis negocio procuratorem conſtituat, niſi ſit abſens in eo loco de quo debeat aduocari, iuſtoque impedimento detentus uenire non poſsit: ſuper quo, ſi fuerit opus, fidem faciat iuramento, & tunc ſi uoluerit uni committat de ipſo collegio uicem ſuam. Electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes ut quàm citò electio fuerit celebrata, ſolenniter publicetur.

25.

Quiſquis electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum, cõſentire præſumpſerit contra canonicam libertatem: & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, & abſque diſpenſatione non poſsit ad aliquam eligi dignitatem. Qui uerò electionem huiuſmodi, quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officijs & beneficijs per triennium ſuſpendantur, eligendi tunc poteſtate priuati.

26.

Nihil eſt, quod Eccleſiæ Dei magis officiat, quàm quòd indigni aſſumantur prælati ad regimen animarum. Volentes igitur huic morbo neceſſariam adhibere medelam, irrefragabili conſtitutione ſancimus, quatenus cum quiſquam fuerit ad regimen animarum aſſumptus, is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet & electionis proceſſum, & perſonam electi, ut cum omnia ritè cõcurrerint, munus ei confirmationis impendat: quia ſi ſecus fuerit incautè præſumptum, non ſolùm deijciendus eſt indignè promotus, uerùm etiam indignè promouens puniendus.

Ipſum quoq; decernimus hac animaduerſione puniri, ut cum de ipſius conſtiterit negligentia, maximè ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, uel inhoneſtæ uitæ, aut ætatis illegitimæ approbauerit, non ſolùm confirmandi primum ſucceſſorem illius careat poteſtate, uerùm etiam ne aliquo caſu pœnam effugiat, à perceptione proprij beneficij ſuſpendatur, quouſque, ſi æquum fuerit, indulgentiam ualeat promereri: ſi conuictus fuerit hoc per maliciam exceſsiſſe, grauiori ſubiaceat ultioni.

Epiſcopi quoq; tales ad ſacros ordines & eccleſiaſticas dignitates promouere procurent, qui commiſſum ſibi officium dignè ualeant adimplere, ſi & ipſi canonicam cupiunt effugere ultionem.

M Cæ-

Cæterùm qui ad Romanum pertinent immediatè pontificem, ad percipiendam ſui confirmationem officij, eius ſe conſpectui, ſi commodè poteſt fieri, perſonaliter repræſentent: uel perſonas tranſmittant idoneas, per quas diligēs inquiſitio ſuper electionis proceſſu & electi poſsit haberi: ut ſic demum per ipſius circūſpectionem conſilij, ſui plenitudinem aſſequantur officij, cùm eis nihil obſtiterit de canonicis inſtitutis: ita quòd interim ualde remoti, uidelicet ultra Italiā cōſtituti, ſi electi fuerint in concordia, diſpenſatiuè propter neceſſitates & utilitates Eccleſiarum, in ſpiritualibus & temporalibus adminiſtrent: ſic tamen, ut de rebus Eccleſiaſticis nihil penitus alienent. Munus uerò conſecrationis ſeu benedictionis recipiant, ſicut hactenus recipere conſueuerunt.

27.

Cum ſit ars artium regimen animarum, diſtrictè præcipimus, ut epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant & informent uel per ſeipſos, uel per alios uiros idoneos, ſuper diuinis officijs & eccleſiaſticis Sacramentis, qualiter eā ritè ualeant celebrare: quoniam ſi ignaros & rudes decæterò ordinare præſumpſerint (quod quidem facilè poterit comprehendi) & ordinatores & ordinatos graui decernimus ſubiacere ultioni. Sanius eſt enim, maximè in ordine ſacerdotij, paucos bonos, quàm multos malos habere miniſtros: quia ſi cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam dilabuntur.

28.

Quidam licentiam cedendi cum inſtantia poſtulantes, ea obtenta, cedere prætermittunt. Sed cum in poſtulatione ceſsionis huiuſmodi, aut Eccleſiarum cōmoda quibus præſunt, aut ſalutē uideantur propriam attendiſſe, quorum neutrum ſuaſionibus aliquorum quærentiū quæ ſua ſunt, etiā leuitate qualibet uolumus impediri, ad cedendū eos decernimus cōpellendos.

29.

De multa prouidentia fuit in Lateranenſi concilio prohibitum, ut nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures Eccleſias parochiales reciperet contra ſacrorum canonum inſtituta. Alioquin & recipiens ſic receptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia uerò propter ſuppreſsiones & cupiditates quorundam, nullus hactenus fructus aut rarus de prædicto ſtatuto prouenit, nos euidentius & expreſsius occurrere cupientes, præſenti decreto ſtatuimus, ut quicunque receperit aliquod beneficium, habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit iure ipſo priuatus: & ſi fortè illud retinere contēderit, alio etiam ſpolietur.

Is quoque ad quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius liberè conferat, cui meritò uiderit conferendum: & ſi ultra tres menſes conferre diſtulerit, non ſolùm ad alium ſecundum ſtatutum Lateranenſis concilij eius collatio deuoluatur, uerùm etiam tantum de ſuis cogatur prouentibus in utilitatem illius Eccleſiæ, cuius iſtud eſt beneficium, aſsignare, quantum à tempore uacationis ipſius conſtiterit ex eo eſſe perceptum. Hoc idē in perſonatibus decernimus obſeruandū, addentes, ut in eadem Eccleſia nullus plures dignitates habere præſumat aut perſōnatus, etiamſi non curam habeant animarum. Circa ſublimes tamē & literatas perſonas, quæ maioribus ſunt beneficijs honorandæ, cum ratio poſtulauerit, per ſedē Apoſtolicam poterit diſpenſari.

30.

Graue nimis eſt & abſurdū, quòd quidam prælati Eccleſiarum, cum poſsint uiros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, aſſumere non uerētur indignos, quibus nec morum honeſtas, nec literarū ſcientia ſuffragatur, carnalitatis ſequentes affectum, non iudicium rationis. Vnde quanta Eccleſijs damna proueniant, nemo ſanæ mentis ignorat. Volentes igitur huic morbo mederi, præcipimus, ut prætermiſsis indignis, aſſumant idoneos, qui Deo & Eccleſijs uelint & ualeant gratum impendere famulatū: fiatq; de hoc in prouinciali concilio diligēs inquiſitio annuatim, ita quòd qui poſt primam & ſecundā receptionem fuerit repertus culpabilis, à conferendis beneficijs per ipſum conciliū ſuſpendatur, inſtituta in eodem concilio perſona prouida & honeſta, quæ ſuppleat ſuſpenſi defectum in beneficijs conferendis. Et hoc ipſum circa capitula quæ in his deliquerint, obſeruetur. Metropolitani uerò delictum ſuperioris iudicio relinquatur ex parte concilij nunciandum. Vt autē hæc ſalubris prouiſio pleniorem conſequatur effectum, huiuſmodi ſuſpenſionis ſentētia præter Romani pontificis autoritatē, aut proprij patriarchæ, minimè relaxetur: ut in hoc quoq; quatuor patriarchales ſedes ſpecialiter honorentur.

31.

Ad abolendam peſsimam, quæ in pleriſq; inoleuit Eccleſijs, corruptelā, firmiter prohibemus, ne canonicorū filij, maximè ſpurij, canonici fiant in ſecularibus Eccleſijs, in quibus inſtituti ſunt patres: & ſi fuerit contrà præſumptum, decernimus

non

non ualere. Qui uerò (ut dictum eſt) canonicare præſumpſerint, à ſuis beneficijs ſuſpendantur.

32.

Extirpandæ conſuetudinis uitium in quibuſdam partibus inoleuit, qnòd ſcilicet patroni Eccleſiarum parochialium, & aliæ quædam perſonæ prouentus ipſarũ ſibi penitus uendicantes, presbyteris eatundem ſeruitio deputatis relinquunt adeò exiguam portionem, ut ex ea cõgruè nequeant ſuſtentari. Nam ut pro certo didicimus, in quibuſdam regionibus parochiales presbyteri pro ſua ſuſtentatione non obtinent, niſi quartam quartæ, id eſt, ſextam decimam decimarum. Vnde fit, ut in his regionibus penè nullos inueniatur ſacerdos parochialis, qui uel modicam habeat notıciam literarũ. Cum igitur os bouis alligari non debeat triturantis, ſed qui altari ſeruit, uiuere debeat de altari: ſtatuimus, ut conſuetudine qualibet epiſcopi uel patroni, ſeu cuiuſcunq; alterius non obſtante, portio presbyteris ipſis ſufficiẽs aſsignetur.

Qui uerò parochialem habet Eccleſiã, non per uicarium, ſed per ſeipſum illi deſeruiat in ordine, quem ipſius Eccleſiæ cura requirit, niſi fortè præbẽdæ uel dignitati parochialis Eccleſia ſit annexa: in quo caſu concedimus, ut is qui talem habet præbendam uel dignitatem, cum oporteat eum in maiori Eccleſia deſeruire, in ipſa parochiali Eccleſia idoneum & perpetuũ ſtudeat hsbere uicarium canonicè inſtitutum, qui, ut prędictum eſt, congruentem habeat de ipſis Eccleſiæ prouentibus portionem: alioquin illa ſe ſciat huius decreti authoritate priuatum, liberè alij conferenda, qui uelit & poſsit quod prædictum eſt adimplere. Illud autem penitus interdicimus, ne quis in fraudem de prouentibus Eccleſiæ, quæ curam proprij ſacerdotis debet habere, penſionem alij quaſi pro beneficio conferre præſumat.

33.

Procurationes quæ niſitationis ratione debentur epiſcopis, archidiaconis uel quibuslibet alijs, etiam apoſtolicæ ſedis legatis aut nuncijs, abſque manifeſta & neceſſaria cauſa nullatenus exigantur, niſi quando præſentialiter officium uiſitationis impenduntı & tunc euectionnm & perſonarum mediocritatem obſeruent, in Lateranenſi concilio definitam.

Hoc adhibito moderamine circa legatos & nuncioa, ut cum oportuerit eos apud aliquem locum moram facere neceſſariam, ne locus ille propter illos nimium aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab alijs Eccleſijs uel perſonis, quæ nondum fuerunt de ſuis procurationibns aggrauatæ, ita quòd numerus procurationum, numerum dierum, quibus huiuſmodi moram fecerint, non excedat: & cùm aliqua nõ ſuffecerit per ipſam, duę uel plures coniungantur in unam.

Porrò uiſitationis officium exercentes, non quærant quæ ſua, ſed quæ Ieſu Chriſti, prædicationi & exhortationi & correctioni & reformationi uacando, nt fructum referant qui non perit. Qui antè contra hoc uenire præſumpſerit, & quod acceperat, reddat: & Eccleſijs, quæ taliter aggrauantur, tantundem impendat.

34.

Quia prælati plerique, ut procurationem aut ſeruitium aliquod impendant legato uel alij, plus extorquent à ſubditis, quàm exoluant, & in eorum damnis lucra ſectantes, quærunt prædam potius quàm ſubſidium in ſubiectis, id decæterò fieri prohibemus. Quod ſi quis fortè præſumpſerit, & ſic extorta reſtituat, & tantundẽ cogatur pauperibus elargiri.

Superior autem, cui ſuper hoc fuerit querela depoſita, ſi negligens fuerit in huiuſmodi executione ſtatuti, canonicæ ſubiaceat ultioni.

35.

Vt debitus honor deferatur iudicibus, & litigatoribus conſulatur ſuper laboribus & expenſis, ſtatuimus, ut ubi quis coram idoneo iudice conuenerit aduerſarium, ille ante ſententiam ad ſuperiorem iudicem abſque rationabili cauſa non prouocet, ſed coram illo ſuam iuſticiam proſequatur, non obſtante ſi dicat qnòd ad ſuperiorem iudicem nuncium deſtinauerit, aut etiam literas impetrarit ab eodem, priuſquam delegato fuerint aſsignatæ. Cum autem ex rationabili cauſa putauerit appellandum, coram eodem iudice cauſa probabili appellationis expoſita, tali uidelicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari, ſuperior de appellatione cognoſcat: & ſi minus eum rationabiliter appellaſſe cognouerit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti cõdemnet. Alioquin ipſe procedat, ſaluis cõſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſedẽ Apoſtolicam perferendis.

36.

Cùm ceſſante cauſa ceſſet effectus, ſtatuimus, ut ſiue iudex ordinarius, ſiue delegatus, aliquid comminando uel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium grauaretur, & ſano uſus conſilio, ab huius comminationis uel interlocutionis effectu deſtiterit liberè in

cauſæ cognitione procedat,non obſtante ſi à tali comminatione uel interlocutione fuerit appellatum: dummodo non ſit ex alia legitima cauſa ſuſpectus,ne proceſſus negocij friuolis occaſionibus retardetur.

37.

Nonnulli gratia ſedis Apoſtolicæ abutentes,literas eius ad remotos iudices impetrare nituntur, ut reus fatigatus laboribus & expenſis,liti cedere,uel importunitatem actoris redimere compellatur.Cum aũt per iudicium iniurijs aditus patêre nõ debeat, quas iuris obſeruantia interdicit, ſtatuimus ne quis ultra duas diætas extra ſuam diœceſin per literas apoſtolicas ad iudicium trahi poſsit, niſi de aſſenſu partiũ fuerint impetratæ,uel expreſſam de hac conſtitutione fecerint mentionem.

Sunt & alij,qui ſe ad nouum genus mercimonij conuertentes, ut uel ſopitas poſſint ſuſcitare querelas,aut nouas immittere quæſtiones, fingũt cauſas, ſuper quibus à ſede apoſtolica literas impetrant abſque dominorum mãdato, quas uel reo, ne per eas laborum uel expenſarum diſpendio moleſtetur,aut actori, ut per ipſas aduerſarium indebita uexatione fatiget, uenales exponunt.Cum autem lites reſtringendæ ſint potius, quàm laxandæ, hac generali conſtitutione ſancimus, ut ſi quis ſuper aliqua quęſtione,decętero ſine mandato ſpeciali domini,literas apoſtolicas impetrare præſumpſerit, & literæ illæ non ualeant, & ipſe tanquam falſarius puniatur:niſi forte de illis perſonis extiterit, de quibus nõ debet exigi de iure mandatum.

38.

Quoniam contra falſam aſſertionem iniqui iudicis,innocens litigator quandoque non poteſt ueram negationem probare, cum negantis factum per rerum naturam nulla ſit directa probatio: ne falſitas ueritati præiudicet,aut iniquitas præualeat æquitati,ſtatuimus, ut tam in ordinario iudicio, quàm extraordinario iudex ſemper adhibeat aut publicam (ſi poteſt habere) perſonam,aut duos uiros idoneos,qui fideliter uniuerſa iudicij acta conſcribant, uidelicet citationes,dilationes,recuſationes & exceptiones, petitiones & reſponſiones, interrogationes & appellationes, renunciationes, concluſiones, & cætera quæ occurrunt competenti ordine conſcribenda, deſignando loca, tempora & perſonas, & omnia ſic conſcripta partibus tribuantur,ita quòd originalia penes ſcriptores remaneant: ubi ſi ſuper proceſſu iudicis fuerit ſuborta contentio, per hæc poſsit ueritas declarari. Hoc adhibito moderamine,quatenus ſic honeſtis & diſcretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos innocentum iuſticia non lædatur.Iudex autem,qui conſtitutionem iſtam neglexerit obſeruare,ſi propter eius negligentiam aliquid difficultatis emerſerit,per ſuperiorem iudicem animaduerſione debita caſtigetur, nec pro ipſius præſumatur proceſſu, niſi quatenus in cauſa legitimis conſtiterit documentis.

39.

Sæpe contingit,quòd ſpoliatus iniuſtè, per ſpoliatorem in alium re translata, dum aduerſus poſſeſſorem non ſubuenitur per reſtitutionis beneficium ſpoliato, commodo poſſeſsionis amiſſo, propter difficultatem probationis ius proprietatis amittit effectum. Vnde non obſtante ciuilis iuris rigore, ſancimus, ut ſi quis decætero ſcienter rem talem acceperit, cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in uitium, eò quòd non multum interſit, præſertim quo ad periculum animæ, detinere iniuſtè,ac inuadere alienum: contra poſſeſſorẽ huiuſmodi ſpoliato per reſtitutionis beneficium ſuccurratur.

40.

Contingit interdum, quòd cum actori ob contumaciam partis aduerſæ adiudicatur cauſa rei ſeruãdæ poſſeſsio,propter rei potentiam ſiue dolum actor infra annum rem cuſtodiendam nanciſci non poteſt, uel nactam amittit: & ſic cum ſecundum aſſertionem multorum, uerus non efficeretur poſt lapſum anni poſſeſſor, reportat commodum de malicia ſua reus. Ne igitur contumax melioris quàm obediens conditionis exiſtat,de canonica æquitate ſancimus, ut in caſu præmiſſo actor uerus conſtituatur elapſo anno poſſeſſor.

41.

Quoniam omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt, ſynodali iudicio definimus, ut nulla ualeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica quàm ciuilis: cum ſit generaliter omni conſtitutioni derogandum, quæ abſque mortali non poteſt obſeruari peccato. Vnde oportet, ut qui præſcribit, in nulla temporis parte rei habeat conſcientiam alienæ.

42.

Sicut nolumus, ut iura clericorum non uſurpent laici: ita uelle debemus, ne clerici iura ſibi uendicent laicorum. Quocirca uniuerſis clericis interdicimus, ne quis prætextu eccleſiaſticæ libertatis ſuam decætero iuriſdictionem extendat in præiudicium iuſticiæ ſecularis, ſed contentus exiſtat conſtitutionibus ſcriptis, & con-

conſuetudinibus hactenus approbatis: ut quæ ſunt Cæſaris, reddantur Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo recta diſtributione reddantur.

43.

Nimia de iure diuino quidam laici uſurpare conantur, cùm uiros eccleſiaſticos nihil temporale continentes ab eis, ad præſtandum ſibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia uerò ſecundum Apoſtolum, ſeruus ſuo domino ſtat aut cadit, ſacri authoritate concilij prohibemus, ne tales clerici perſonis ſecularibus præſtare cogātur huiuſmodi iuramentum.

44.

Cùm laicis, quamuis religioſis, diſponendi de rebus eccleſiaſticis nulla ſit attributa poteſtas, quos ſubſequendi manet neceſsitas, non authoritas imperandi: dolemus, ſic in quibuſdam ex illis refrigeſcere charitatem, quòd immunitatem eccleſiaſticæ libertatis, quam nedum ſancti, ſed etiam principes ſeculares multis priuilegijs muniuerunt, non formidant ſuis conſtitutionibus, uel potius confictionibus impugnare, non ſolùm de feudorum alienatione, ac aliarum poſſeſsionum eccleſiaſticarum, & uſurpatione iuriſdictionum, ſed etiam de mortuarijs, necnon & alijs quæ ſpirituali iuri uidentur annexa, illicitè præſumendo.

Volentes igitur ſuper his Eccleſiarum indemnitati conſulere, ac à tantis grauaminibus prouidere, conſtitutiones huiuſmodi, & uendicationes feudorum ſeu aliorum bonorum Eccleſiarum, ſine legitimo eccleſiaſticarum perſonarum aſſenſu præſumptas occaſione conſtitutionis laicæ poteſtatis, cùm non conſtitutio, ſed deſtitutio uel deſtructio dici poſsit, necnon uſurpatio iurisdictionum: ſacri approbatione concilij decernimus non tenere, præſumptoribus per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendis.

45.

In quibuſdam prouincijs Eccleſiarum patroni uel uicedomini & aduocati, ſe in tantam inſolentiam erexerunt, quòd non ſolùm uacantibus debet Eccleſijs de paſtoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt & malitias: uerùm etiam de poſſeſsionibus & alijs bonis eccleſiaſticis pro ſua uoluntate præſumunt, & (quod horrendum eſt dicere) in necem prælatorum prorumpere non formidant. Cùm igitur, quod ad defenſionis ſubſidium eſt inuentum, ad depreſsionis diſpendium non debeat retorqueri, prohibemus expreſsè, ne patroni uel aduocati ſeu uicedomini ſuper præmiſsis decætero plus uſurpent, quàm reperitur in iure permiſſum: & ſi contrà præſumpſerint, canonica diſtrictione compeſcantur. Sacri nihilominus concilij prouiſione ſtatuimus, quatenus ſi patroni, uel aduocati, aut feudatarij ſeu uicedomini, ſeu alij beneficiati, alicuius Eccleſiæ rectorem, uel clericum alium ipſius Eccleſiæ per ſe uel per alios occidere, uel mutilare, auſu nefando præſumpſerint, patroni ius patronatus, aduocati aduocatiam, feudatarij feudum, uicedomini uicedominatum, beneficiati beneficium prorſus amittant. Et ne minus uindictæ, quàm exceſſus memoria prorogetur, non ſolùm de præmiſsis nil perueniat ad hæredes, ſed etiam uſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus aſſumantur, nec in regularibus domibus alicuius prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum.

46.

Aduerſus conſules ac rectores ciuitatum, & alios qui Eccleſias & uiros eccleſiaſticos tallijs, ſeu collectis, & exactionibus alijs aggrauare nituntur, uolens immunitati eccleſiaſticæ Lateranenſe concilium prouidere, præſumptores huiuſmodi ſub anathematis diſtrictione prohibuit, tranſgreſſores & fautores eorum excommunicationi præcipiens ſubiacere, donec ſatisfactionem impendant competentem.

Verùm ſi quando forſan epiſcopus ſimul cum clericis tantam neceſsitatem uel utilitatem inſpexerint, ut abſque ulla coactione ad releuandas utilitates & neceſsitates communes, ubi laicorum non ſuppetunt facultates, ſubſidia per Eccleſias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter & deuotè recipiant cum actionibus gratiarum.

Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius conſulant pontificem, cuius intereſt communibus utilitatibus prouidere.

Quoniam uerò nec ſic quorundam malitia contra Dei Eccleſiam conquieuit, adijcimus, ut conſtitutiones & ſententiæ, quæ ab excommunicatis huiuſmodi, uel de ipſorum mandato fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo unquam tempore ualituræ.

Cæterùm quia fraus & dolus alicui patrocinari non debent, nullus uano decipiatur errore, ut infra tempus regiminis ſuſtineat anathema, quaſi poſt illud non ſit ad ſatisfactionem debitam compellendus: nam & ipſum qui ſatisfacere recu-

ſauerit,& ſucceſſorem ipſius, ſi non ſatisfecerit inſra menſem, manere decernimus eccleſiaſtica cenſura concluſum, donec ſatisfecerit competenter, cum ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

47.

Sacrò approbante cōcilio prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, & præſentibus idoneis perſonas, per qnas, ſi neceſſe fuerit, poſsit probari monitio, promulgare præſumat. Quòd ſi contrà præſumpſerit, etiamſi iuſta fuerit ex canſa ſententia, ingreſſum eccleſiæ per menſem unum ſibi nouerit interdictum, alia nihilominus pœna mulctādus, ſi uiſum fuerit expedire.

Caueat etiam diligenter, ne ad excommunicationem cuiuſquam abſque manifeſta & rationabili cauſa procedat: ad quam ſi fortè taliter proceſſerit, & requiſitus humiliter, proceſſum huiuſmodi non curauerit abſque grauamine reuocare: grauatus, apud ſuperiorem deponat de iniuſta excommunicatione querelam: quòd ſi abſque periculo moræ poteſt, ad excommunicatorem, illum cum ſuo mandato remittat, infra comperentem terminum abſoluendum: alioquin ipſe per ſe uel per alium, prout uiderit expedire, ſufficienti cautione recepta, munus ei abſolutionis impendat.

Cumq; aduerſus excommunicatorem de iniuſta excommunicatione conſtiterit, excommunicator condemnetur excommunicato ad intereſſe. Aliàs nihilominus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit, ſuperioris arbitrio puniendus: cum non leuis ſit culpa, tantam infligere pœnam inſonti, niſi forſan errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi laudabilis opinionis exiſtat.

Verùm ſi contra excommunicationis ſententiam nihil rationabile fuerit à conqnerente probatum, & idem ſuper iniuſta conqueſtionis moleſtia per pœnam ad intereſſe, uel aliàs ſecundum ſuperioris arbitrium condemnetur, niſi forſan & ipſum probabilis error excuſet, & ſuper eo prò quo iuſta fuerit excommunicatione ligatus, per cautioné receptam ſatisfacere compellatur, uel in priſtinam reducatur ſententiam, uſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruandam.

Si uerò iudex ſuum recognoſcens errorem, paratus ſit talem reuocare ſententiam, & is pro quo lata fuerit, ne abſque ſatisfactione reuocet illam, appellet, appellationi non deferat in hac parte, niſi talis ſit error, de quo meritò poſſit dubitari: & tunc ſufficienti cautione recepta, quòd coram eo, ad quem extitit appellatum, uel delegato ab ipſo, iuri pareat, excommunicatum abſoluat, ſicque pœnæ præſcriptæ minimè ſubiacebit: cauens omnino, ne uoluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ uult effugere diſciplinam.

48.

Cùm ſpeciali ſit prohibitione prouiſum, ne quis in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti commonitione præmiſſa, promulgare præſumat: uolentes etiam prouidere, ne fortè commonitus fruſtratoriæ recuſationis uel appellationis abiectu momentis declinare poſsit examen: ſtatuimus, qnòd ſi allegauerit ſe iudicem habere ſuſpectum, coram eodem canſam iuſtæ ſuſpicionis aſsignet. Et ipſe cum aduerſario, uel ſi fortè aduerſarium non habeat, cum iudice arbitros communiter eligat: aut ſi fortè communiter conuenire non poſſunt, eligant abſque malicia ipſe unum, & ille alium, qui de ſuſpitionis cauſa cognoſcant: & ſi nequiuerint in nnam concordare ſententiam, aduocent tertium, ut qnod duo ex ipſis decreuerint, robur habeat firmitatis. Sciant quoque, ſe ad id fideliter exequendum, ex iniuncto à nobis in uirtute obedientiæ ſub atteſtatione diuini iudicij diſtricto præcepto teneri. Cauſa uerò ſuſpicionis legitima coram ipſis infra competentem terminum non probata, ſua iuriſdictione iudex utatur. At ipſa probata legitimè, de recuſatoria aſſenſu perſonæ idoneæ committat negocium recuſatus, uel ad ſuperiorem tranſmittat, in eo ipſe procedat ſecūdum qnod fuerit procedendum.

Porrò commonito ad appellationem conuolante, ſi eius exceſſus euidentia rei, uel ipſius confeſsione, aut alio modo legitimè fuerit manifeſtatus: cum appellationis remedium non ſit ad defenſionem iniquitatis, ſed in præſidium innocentiæ inſtitutum, non eſt prouocationi huiuſmodi deferendum. Exceſſu qnoque dubio exiſtente, ne friuolæ appellationis diffugio appellans iudicis proceſſum impediat, coram eodem probabilem cauſam appellationis exponat, talem uidelicet, quæ ſi foret probata, deberet legitima reputari: & tunc ſi habuerit aduerſarium, infra terminum ſecundum locorum diſtantiam & temporis qualitatem & naturam negocij ab eodem iudice moderandum, appellationem

tionem interpoſitam proſequatur: quam ſi proſequi non curauerit, extunc ipſe iudex, non obſtante appellatione, procedat.

Nullo autem aduerſario comparente, cum ex ſuo iudex procedat officio, appellationis cauſa coram ſuperiore probata, ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur. Sed ſi appellans in eius probatione defecerit, ad eum, à quo ipſum malitioſè appellaſſe conſtiterit, remittatur.

Cæterùm has duas inſtitutiones præmiſſas nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales.

49.

Sub interminatione diuini iudicij penitus interdicimus, ut cauſa cupiditatis nullus audeat excommunicationis uinculo aliquem innodare, uel abſoluere innodatum, in illis maximè regionibus, in quibus ex conſuetudine, cum excommunicatus abſoluitur, pecuniaria pœna mulctatur: ſtatuentes, ut cum excommunicationis ſententiam iniuſtam fuiſſe conſtiterit, excommunicator ad reſtituendam pecuniam ſic extortam, per cenſuram eccleſiaſticá compellatur: & niſi probabili fuerit errore deceptus, tantundem iniuriam paſſo perſoluat: & ſi fortè ſoluendo nõ fuerit, animaduerſione alia caſtigetur.

50.

Non debet reprehenſibile iudicari, ſi ſecundum uarietatem temporum, ſtatuta quandoq; uarientur humana, præſertim cum urgens neceſsitas, uel euidens utilitas id expoſcit: quoniam ipſe Deus ex his quæ in ueteri Teſtamento ſtatuerat, nonnulla mutauit in nouo.

Cum igitur prohibitiones de coniugio in ſecundo & tertio affinitatis genere minimè contrahendo, & de ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs cognationi uiri non copulanda prioris, & difficultatem frequenter inducant, & aliquando periculum pariant animarum: ut ceſſante prohibitione ceſſet effectus, conſtitutiones ſuper hoc æditas, ſacri approbatione concilij reuocántes, præſenti conſtitutione decernimus, ut ſic contrahentes decæterò liberè copulentur.

Prohibitio quoque copulæ coniugalis, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum decæterò non excedat: quoniam in ulterioribus gradibus iam non poteſt abſq; graui diſpendio huiuſmodi prohibitio generaliter obſeruari. Quaternarius enim numerus bene congruit prohibitioni coniugij corporalis: de quo dicit Apoſtolus, quòd uir non habeat poteſtatem ſui corporis, ſed mulier: neque mulier habeat poteſtatem ſui corporis, ſed uir: quia quatuor ſunt humores in corpore, quod conſtat ex quatuor elementis.

Cum ergo uſque ad quartum gradum prohibitio coniugalis copulæ ſit reſtricta, eam ita eſſe uolumus perpetuam, non obſtantibus conſultationibus ſuper hoc dudum æditis, uel ab alijs uel à nobis: ſi qui contra prohibitionem huiuſmodi præſumpſerint copulati, nulla longinquitate defendantur annorum, cum diuturnitas temporum non minuat peccatum, ſed augeat: tantoque grauiora ſint crimina, quanto diutius infelicem detinent animam alligatam.

51.

Cum inhibitio copulæ coniugalis ſit in tribus ultimis gradibus reuocata, eam in alijs uolumus diſtrictè obſeruari. Unde prædeceſſorum noſtrorum inhærendo ueſtigijs, clandeſtina coniugia penitus inhibemus: prohibentes etiam, ne quis ſacerdos talibus intereſſe præſumat. Quare ſpecialem quorundam locorum conſuetudinem ad alia generaliter prorogando, ſtatuimus, ut cum matrimonia fuerint contrahenda, in Eccleſijs per presbyteros publicè proponantur, competenti termino præfinito, ut infra illum qui uoluerit, & ualuerit, legitimum impedimentum opponat. Et ipſi presbyteri nihilominus inueſtigent, utrum aliquod impedimentum obſiſtat.

Cum autem probabilis apparuerit coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expreſsè, donec quid fieri debeat ſuper eo, manifeſtis conſtiterit documentis.

Si qui uerò clandeſtina uel interdicta coniugia inire præſumpſerint in gradu prohibito etiam ignoranter, ſoboles de tali coniunctione ſuſcepta prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum illi taliter contrahendo non expertes ſcientiæ, uel ſaltem affectatores ignorantiæ uideantur. Pari modo illegitima proles cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum, præter commune edictum in cõſpectu Eccleſiæ contrahere præſumpſerint.

Sanè parochialis ſacerdos, qui tales coniunctiones prohibere contempſerit, aut quilibet alius regularis, qui eis præſumpſerit intereſſe, per triennium ab officio ſuſpendatur, grauiter puniendus, ſicut culpæ qualitas poſtulauerit. Sed & ijs qui taliter copulari præſumpſerint, etiá in gradu conceſſo, condigna pœnitẽtia iniungatur. Si quis aũt ad impediendũ legitimam

copulam malitioſum impedimentũ obiecerit, eccleſiaſticã non effugiet ultionem.

52.

Licet ex quadã neceſsitate præter communem formam olim fuerit inſtitutum, ut in cõſanguinitatis & affinitatis gradibus computandis ualeret teſtimonium de auditu, cum propter breuem hominũ uitam teſtes de uiſu deponere non ualerent uſq; ad gradum ſeptimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima coniugia proueniſſe: ſtatuimus, ne ſuper hoc recipiantur teſtes de cæterò de audiru, cum iam quartum gradum prohibitio non excedar, niſi perſonæ granes extiterint, quibus fides meritò ſit adhibenda, & ante motam litem teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non utiq; uno, cum non ſufficeret ille ſi uiueret, ſed duobus ad minus: nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed à fide dignis, & omni exceptione maioribus: cum ſatis uideretut abſurdum illos admitti, quorum repellerentur aurhores. Nec tamẽ, ſi unus à pluribus, uel infames ab hominibus bonæ famæ acceperint quod teſtentur, tanquam plures & idonei teſtes deberent admitti, cum etiam ſecundum ſolitum ordinẽ iudiciorũ, non ſufficiat unius teſtis aſſertio, etiãſi pręſidali dignitate pręfulgeat, cũ actus legitimi ſint infamibus interdicti.

Teſtes autem huiuſmodi proprio iuramento firmantes, quòd ad ferendũ in cauſa ipſa teſtimonium odio, uel timore, uel amore, uel cõmodo non procedant, perſonas expreſsis nominibus uel demonſtratione ſiue circumlocutione ſufficientibus deſignent nerbis, & ab utroq; latere clara cõputatione gradus ſingulos diſtinguant, & in ſuo nihilominus iuramento concludant, ſe accepiſſe à ſuis maioribus quæ deponũt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi iurati deponãt ſe uidiſſe perſonas ſaltem in uno prædictorum graduum conſtitutas, pro conſanguineis ſe habere. Tolerabilius eſt enim, aliquos cõtra ſtatuta hominũ copulatos dimittere, quã cõiugatos legitimè, cõtra ſtatuta Dñi ſeparare.

53.

In aliquibus regionibus quædã permixtæ ſunt gentes, quæ ſecundum ſuos ritus decimas de more non ſoluunt, quãuis cenſeantur nomine Chriſtiano. His oonnnlli domini prædiorum ea tribuunt excolenda, ut decimis defraudantes Eccleſias, maiores inde reditus aſſequantur.

Volentes igitur ſuper his Eccleſiarũ indemnitatibus prouidere, ſtatuimus, ur ipſi domini talib. perſonis & taliter ſua prędia excolẽda cõmittant, quòd abſq; contradictione decimas Eccleſijs cũ integritate pſoluãt: & ad id, ſi neceſſe fuerit, per cenſurã eccleſiaſticã cõpellantur. Illę qppe decimę neceſſariò ſunt ſoluẽdæ, quę debẽtur ex lege diuina, uel loci cõſnetudine approbata.

54.

Cũ nõ ſit in homine, quòd ſemẽ ſerenti reſpondeat: quoniã iuxta uerbũ Apoſtoli, neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementũ dat Deus, ipſo quidẽ de mortificato ſemine plurimũ fructũ afferente: nimis auarè in decimis quidam defraudare nitũtur cẽſus & tributa, quę interdũ in decimata prętereũtur de frugibus & primitijs educẽtes. Cũ aũt in ſignũ uniuerſalis dominij, quaſi quodã titulo ſpeciali, ſibi dominus decimas reſeruauerit: nos Eccleſiarũ diſpẽdijs & animarũ periculis obuiare uolẽtes, ſtatuimus, ut in pręrogatiua domini generalis, exactionẽ tributorũ & cenſuũ præcedat ſolutio decimarũ, uel ſaltẽ hi, ad quos cẽſus & tributa indecimata peruenerint, quoniã res cũ onere ſuo tranſit, ea per cenſurã eccleſiaſticam decimare cogantur Eccleſijs, quibus iure debentur.

55.

Nuper abbates Ciſterciẽſis ordinis in generali capitulo cõgregati, ad cõmonitioõẽ noſtrã prouidè ſtatuerũt, ut de cæterò fratres ipſius ordinis nõ emant poſſeſsiones, de quibus decimæ debentur Eccleſijs, niſi fortè pro monaſterio de nouo fundãdo. Si tales poſſeſsiones eis fuerint pia fideliũ deuotione collatę aut emptæ ꝑ monaſterija de nouo fundãdis, cõmittanr excolẽdas à quib. Eccleſijs decimę perſolnantur, ne occaſione priuilegiorũ ſuorũ, Eccleſiæ ulterius prægrauentur. Decernimus ergo, ut de alienis terris, & amodò acquirendis, ſi eas proprijs manib. aut ſumptib. deinceps excoluerint, decimas perſoluãt Eccleſijs, quibus ratione prędiorũ anrea ſoluebãtur, niſi cũ ipſis eccleſijs alirer duxerinr componendũ. Nos ergo ſtatutũ huiuſmodi gratũ & ratũ habẽtes, hoc ipſum ad alios regulares, qui gaudẽt ſimilibus priuilegijs, extendi uolumus: & mandamus, ut Eccleſiarum prælati prooiores & efficaciores exiſtant ad exhibendũ eis de ſuis malefactorib. iuſtitiæ cõplementũ, eorũq; priuilegia diligentius & perfectius ſtudeant obſeruare.

56.

Pleriq; (ſicut accepimus) regulares & clerici ſeculares, interdũ cum nel domos locant, uel feuda concedunt, in pręiudicium parochialium Eccleſiarum, pactum obijciunt, ut cõductores & feudararij decimas eis ſoluãt, & apud eoſdẽ eligãt ſepulturã. Cum aũt id de auaritiæ radice procedat,

pactum

pactum huiuſmodi penitus reprobamus, ſtatuentes, ut quicquid fuerit occaſione huiuſmodi pacti perceptum, Eccleſiæ parochiali reddatur.

57.

Vt priuilegia quæ quibuſdam religioſis perſonis Romana conceſsit Eccleſia, pmaneát incóuulſa, quædá in eis duximus declaranda, ne minus ſanè intellecta, pertrahant ad abuſum, propter quē meritò poſſint reuocari: quia priuilegiũ meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.

Sanè quibuſdá regularibus ſedes Apoſtolica indulſit, ut his qui eorũ fraternitatē aſſumpſerint, ſi forſan Eccleſiæ ad quas pertinent, à diuinis fuerint officijs interdictæ, ipſosq; mori contingat, ſepultura eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicati uel nominatim fuerint interdicti, ſuóſque confratres, quos Eccleſiarum prælati apud Eccleſias ſuas defetát tumulandos.

Hoc aũt de illis confratribus intelligimus, qui uel adhuc manentes in ſeculo, eorum ordini ſunt oblati, mutato habitu ſeculari: uel qui eis inter uiuos ſua bona deduut, reteuto ſibi, quamdiu in ſeculo uixerint, uſufructu: qui tamen ſepeliantur apud ipſorum regularium uel aliorum nõ interdictas Eccleſiaa, In quibus elegerint ſepulturam: ne, ſi de quibuslibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectũ, pro duobus aut tribus denarijs annuatim ſibi collatis diſſoluatur pariter & uileſcat eccleſiaſtica diſciplina. Certam tamē & ipſi remiſsiouem obtineant ab apoſtolica ſibi ſede conceſſam.

Illud etiá pro huiuſmodi regularib. eſt indultũ, ſi qui fratrũ ſuorũ, qui ab eis miſsi fuerint ad recipiendas fraternitates ſiue collectas, in quálibet ciuitatē, caſtellũ uel uicum aduenerint, ſi fortè locus ille à diuinis ſit officijs interdictus, in eorũ iucundo aduentu ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, ut excluſis excõmunicatis, diuina ibi officia celebrentur: ſic intelligi uolumus, q, in eadem ciuitate aut caſtro uel uilla, una tantùm eccleſia eiuſdem ordinis fratribus (ut dictum eſt) ſemel aperiatur in anno. Quia licet pluraliter dictũ ſit, quòd in eorum iucũdo aduentu aperiantur eccleſiæ: nó tamen ad eccleſias eiuſdem loci diuiſim, ſed prædictorũ locorũ coniunctim, ſano reſerendum eſt intellectu: nè ſi hoc modo ſingulas eiuſdem loci eccleſias uiſitarént, nimiũ uilipendi contingeret ſententiam interdicti. Qui uerò cõtra declarationes præſcriptaa quicquá ſibi præſumpſerint uſurpare, graui ſubiaceant diſciplinæ.

58.

Quod nõnullis eſt religioſis indultũ in fauorē pontificalis officij ad epiſcopos extendentes, concedimus, ut cũ commune terræ fuerit interdictum, excommunicatis & interdictis excluſis, quandoq; ianuis clauſis & ſuppreſſa uoce, non pulſaris campanis, celebrent diuina, uiſi hoc ipſum eis expreſsè fuerit interdictum. Verùm hoc illis concedimus, qui cauſam aliquam non præſtiterint interdicto, nec quicquam doli uel fraudis ingeſſerint, tale compendiũ ad iniquum diſpendium diſtrahentes.

59.

Quod quibuſdam religioſis à ſede apoſtolica eſt prohibitum, uolumus & mandamus ad uniuerſos extendi, ne quis uidelicet abſq; abbatis & maioris partis ſui capituli licentia pro aliquo fideiubeat, uel ab alio pecuniam mutuò accipiat ultra ſummam communi prouidentia conſtitutam. Alioqui non teneatur conuentus pro his aliquatenus reſpondere, niſi fortè in utilitatem domus manifeſtè conſtiterit expendiſſe. Et qui contra ſtatntum iſtud uenire prǽſumpſerit, grauiori diſciplinę ſubdatur.

60.

Aſcendentibus ad nos de diuerſis mundi partibus epiſcoporum querelis, intelleximus graues & grandes quorundam abbatum exceſſus, qui ſuis finibus nou contenri, manus ad ea quæ ſunt epiſcopalia dignitatis extendunt, de cauſis matrimonialibus cognoſcendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo indulgentiarũ literas, & ſimilia præſumendo: unde contingit interdictum, quòd uileſcat authoritas apud multos. Volentes igitur in his epiſcoporum dignitati, & abbatum prouidere ſaluti, præſenri decreto firmiter prohibemus, ne quis abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium uoluerit periculum euitare, niſi fortè quiſquam eorum ſpeciali conceſsione uel alia legitima cauſa huiuſmodi ualeat ſe tueri.

61.

In Lateraneuſi concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares Eccleſias ſeu decimas ſine conſenſu epiſcoporum de manu præſumat recipere laicali, nec excommunicatos uel nominatim interdictos admittat aliquatenns ad diuina. Nos aũt id fortius inhibentes, tranſgreſſores condigna curabimus animaduerſione punire, ſtatuentes nihilominus, quatenus in Eccleſijs quę ad ipſos pleno iure nõ pertinēt, iuxta eiuſdē ſtatuta cõcilij, epiſcopis inſtituendos presbyteros repræſentēt, ut illis de plebis cura reſpondeát, ipſis uerò pro rebus temporalibus rationē exhibeát competentē: inſtitutos uerò remouere non audeant epiſcopis inconſultis. Sanè adijcimus,

adijcimus, ntillos repræſentare procurét, quos uel cõuerſatio reddit notos, uel commendat probabile teſtimoniũ prælatorũ.

62.

Cum ex eo quòd quidam ſanctorũ reliquias exponũt uenales, & eas paſsim oſtédant, Chriſtianę religioni ſit detractũ ſæpius in poſterũ præſenti decreto ſtatuimus, ut antiquæ reliquiæ amodò extra capſam nõ oſtendantur, nec exponãtur uenales.

Inuentas aũt de nouo nemo publicè uenerari præſumat, niſi prius authoritate Romani pontificis fuerint approbatæ.

Prælati uerò decætero non permittant illos, qui ad eorũ Eccleſias cauſa uenerationis accedũt, uanis figmẽtis aut falſis decipi documẽtis, ſicut & in pleriſq; locis occaſione quæſtus fieri conſueuit. Eleemoſynarũ quoq; quæſtores, quorũ quidã ſe alios mẽtiẽdo, abuſiones nonullas in ſua prædicatione proponunt, admitti, niſi apoſtolici uel diœceſiani epiſcopi literas ueras exhibeanr, prohibemus. Et tũc præter id quod in ipſis continebitur literis, nihil populo proponere permittantur. Formam uerò, quam cõmuniter talibus apoſtolica ſedes indulget, duximus exprimendã, ut ſecundum eam diœceſiani epiſcopi ſuas literas moderentur. Ea ſiquidem talis eſt.

Forma literarum prædicatorum.

Quoniã (ut ait Apoſtolus) omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti, recepturi prout in corpore geſsimus, ſiue bonũ, ſiue malũ fuerit oportet nos diẽ meſsionis extremę, miſericordiæ operibus præuenire, ac æternorũ intuitu ſeminare in terris, quod reddente Domino cũ multiplicato fructu colligere debeamus in cœlis: firmam ſpem fiduciamq; tenentes, quoniã qui parcè ſeminat, parcè & metet: & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet uitam æternam. Cum igitur ad ſuſtentationem fratrum & egenorum, ad tale confluentiũ hoſpitale, propriæ non ſuppetant facultates, uniuerſitaté ueſtram monemus & exhortamur in Domino, atq; in remiſsioné uobis iniungimus peccatorũ, quatenus de bonis à Deo uobis collatis pias eleemoſynas & grata eis charitatis ſubſidia erogetis, ut per ſubuentioné ueſtrã ipſorũ inopiæ cõſulatur, & uos per hęc & per alia bona, quæ Dño inſpirãte feceritis, ad æternæ poſsitis fœlicitatis gaudia peruenire.

Qui autem ad quęrendas eleemoſynas deſtinantur, modeſti ſint & diſcreti, nec in tabernis aut locis incongruis hoſpitentur, nec inutiles faciãt aut ſumptuoſas expenſas, cauentes omnino, ne falſum religionis habitum geſtent.

Adhæc, quia per indiſcretas & ſuperfluas indulgentias, qnas quidam Eccleſiarũ prælati facere non uerentur, & claues Eccleſiæ contemnuntur, & pœnitentionalis ſatisfactio eneruatur: decernimus, nt cum dedicatur baſilica, non extendatur indulgẽtia ultra annum, ſiue ab uno ſolo, ſiue à pluribus epiſcopis dedicetur: ac deinde in anniuerſario dedicationis tẽpore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remiſsio non excedat: & infra hunc quoq; dierum numerum indulgentiarum literas præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet cauſis aliquoties cõceduntur, cũ Romanus pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamẽ conſueuerit obſeruare.

63.

Sicut pro certo didicimus, in pleriſq; locis, & à pluribus perſonis quaſi columbas in templo uendentibus, ſiũt exactiones & extorſiones turpes & prauæ pro conſecrationibus epiſcoporũ, benedictionibus abbatũ, & ordinibus clericorũ: eſtq; taxatũ, quantũ ſit iſti uel illi, quãtũmue alteri uel alij perſoluendũ: & ad cumulũ damnationis maioris, quidam turpitudinem & prauitatem huiuſmodi nitũtur defendere per conſuetudiné longo tempore obſeruatã.

Tantũ igitur abolere nolentes abuſum, conſuetudiné huiuſmodi (quę magis dicẽda eſt corruptela) penitus reꝓbamus, firmiter ſtatuentes, ut pro his ſiue cõferendis, ſiue collatis, nemo aliquid quocũq; prætextu exigere ac extorquere præſumat. Alioquin & qui receperit, & qui dederit huiuſmodi precium omnino damnatum, cum Giezi & Simone condemnetur.

64.

Quoniã Simoniaca labes adeò pleraſq; moniales infecit, ut uix aliquas ſine precio recipiãt in ſorores, paupertatis prætextu uolẽtes huiuſmodi uitiũ palliare: ne id decæterò ſiat, penitus prohibemus, ſtatuẽtes, ut quęcũq; decętero talẽ prauitaté cõmiſerit, tã recipiẽs quã recepta, ſiue ſit ſubdita, ſiue prælata, ſine ſpe reſtitutionis de ſuo monaſterio expellatur, in locũ arctioris regulæ ad agendam perpetuò pœnitentiam retrudenda.

De his aũt quæ ante hoc ſynodale ſtatutũ taliter ſunt receptæ, ita duximus prouidendũ, ut remotæ de monaſterijs quæ perperam ſunt ingreſſæ, in alijs eiuſdem ordinis collocentur.

Quòd ſi ꝓpter nimiã multitudiné alibi fortè nequerint cõmodè collocari, ne fortè dãnabiliter in ſeculo euagẽtur, recipiantur in eodẽ monaſterio diſpẽſatiuè de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus aſsignatis.

Hoc

Hoc etiam circa monachos & alios regulares decetnimus obſetuandū. Verùm ne per ſimplicitatem uel ignotantiā ſe ualeant excuſare, præcipimus, ut diœceſiani epiſcopi ſingulis annis hoc faciant per ſuas diœceſes publicari.

65.

Audiuimus de quibuſdā epiſcopis, q̄ decedentibus Eccleſiarū rectoribus, ipſas interdicto ſubijciūt, nec patiūtur aliquos in eīſdē inſtitui, donec ipſis certa ſumma pecuniæ petſoluatur: prætetea cū miles aut cleticus domum religionis ingteditur, uel apud religioſos eligit ſepulturam, ſi nihil loco religioſo reliquerit, difficultates ingerunt & malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum.

Cum igitur nō ſolùm à malo, ſed etiam ab omni ſpecie mali ſit (ſecundum Apoſtolum) abſtinendum, exactiones huiuſmodi penitus inhibemus: quòd ſi quis tranſgteſſor extiterit, exacta duplicata reſtituat, in utilitates locotum, in quotum ſuerint ſoluta diſpendium, fideliter conuertenda.

66.

Ad apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidā clerici pto exequijs mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus, pecuniam exigūt & extorquent: & ſi forte cupiditati eorum non ſuerit ſatisſactum, impedimenta fictitia ſraudulenter opponunt. Econtrà uerò quidam laici laudabilem conſuetudinem erga ſanctam Eccleſiā pia deuotione fideliū introductā, ex ſermento hæteticæ prauitatis nituntur infringere ſub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter & prauas exactiones ſuper his fieri prohibemus, & pias conſuetudines præcipimus obſeruari, ſtatuentes ut liberè cōſetantur Eccleſiaſtica Sacramēta. Sed p̄ epiſcopū loci, ueritate cognita, compeſcantur, qui malitioſe nitūtur laudabilē conſuetudinē immutare.

67.

Quanto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur uſurarū, tanto grauius ſuper his Iudęorū perfidia inſoleſcit, ita quòd breui tempore Chriſtianorū exhauriunt facultates. Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne à Iudæis immaniter aggrauentur, ſynodali decteto ſtatuimus, ut ſi decæterò quocūq; prætextu, Iudæi à Chriſtianis graues & immoderatas uſuras extorſerint, Chriſtianorū eis participiū ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint cōpetenter. Chriſtiani quoq;, ſi opus ſuerit, per cenſuram eccleſiaſticā, appellatione poſtpoſita, cōpellantur ab eorū cōmercijs abſtinere.

Principibus aūt iniungimus, ut propter hoc nō ſint Chriſtianis infeſti, ſed potius à tāto grauamine Iudæos ſtudeāt cohibere.

Ac eadem pœna Iudęos decernimus cōpellendos ad ſatisfaciendū Eccleſijs pro decimis & oblationibus debitis, quas à Chriſtianis de domibus & poſſeſsionibus alijs percipere conſueuerant, antequā ad Iudæos quocūq; titulo deueniſſent, ut ſic Eccleſiæ conſeruentur indemnes.

68.

In nonnullis prouincijs à Chriſtianis Iudæos ſeu Saracenos habitus diſtinguit diuerſitas: ſed in quibuſdam ſic quędam inoleuit confuſio, ut nulla differentia diſcernantur. Vndè cōtingit interdum, quòd per errorem Chriſtiani Iudæorum ſeu Saracenorum, & Iudæi ſeu Saraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur.

Ne igitur tam damnatæ cōmixtionis exceſſus per uelamentum erroris huiuſmodi, excuſationis ulterius poſsint habere diffugiū: ſtatuimus, ut tales utriuſq; ſexus in omni Chriſtianorum prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publicè ab alijs populis diſtinguantur, cum etiam per Moſen hoc ipſum legatur eis iniunctum.

In diebus aūt lamentationū & Dominicæ paſsionis, in publicū minimè prodeāt, eo q̄ nōnulli ex ipſis talibus diebus (ſicut accepimus) ornatius nō erubeſcūt incedere: ac Chriſtianis, qui ſacratiſsimæ paſsionis memoriā exhibentes, lamentationū ſigna prætendunt, illudere non formidant.

Illud autem diſtrictiſsimè inhibemus, ne in contumeliam redemptoris proſilire aliquatenus præſumant. Et quoniā illius diſsimulare non debemus opprobriū, qui probra noſtra deleuit, præcipimus præſumptores huiuſmodi per principes ſeculares cōdignæ animaduerſionis adiectione cōpeſci, ne crucifixum pro nobis præſumant aliquatenus blaſphemare.

69.

Cum ſit nimis abſurdū, ut Chriſti blaſphemus in Chriſtianos uim poteſtatis exerceat: quod ſuper hoc Toletanū concilium prouidè ſtatuit, nos propter tranſgreſſorum audaciam, in hoc capitulo innouamus, prohibentes, ne Iudæi officijs publicis præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis ſunt plurimum infeſti.

Si quis aūt officiū eis tale cōmiſerit, per prouinciale conciliū (quod ſingulis præcipimus annis celebrari) monitione præmiſſa, diſtrictione, qua conuenit, compeſcatur. Officiali uerò huiuſmodi tam diu Chriſtianorum communio in commercijs & alijs denegetur, donec in uſus pauperum Chriſtianorum ſecundum prouidentiā diœceſiani epiſcopi conuertatur, quicquid

quicquid fuerit adeptus à Chriſtianis occaſione officij ſic ſuſcepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos.

70.

Quidam (ſicut accepimus) qui ad ſacri undam baptiſmatis, uoluntarij acceſſerũt, ueterem hominem omnino non exuunt, ut nouum perfectiùs induant, cum prioris ritus reliquias retinentes, Chriſtianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem ſcriptum ſit, Maledictus homo qui terram duabus uijs ingreditur, & indui ueſtis non debeat lino lanaq; contexta: ſtatuimus, ut tales per prælatos Eccleſiarum ab obſeruantia ueteris ritus omnimodo compeſcantur, ut quos Chriſtianæ religioni liberæ uoluntatis arbitrium obtulit, ſalutiferæ coactionis neceſsitas in eius obſeruatione conſeruet: cum minus malum exiſtat, uiam Domini non agnoſcere, quàm poſt agnitã retroire.

APPENDIX DE EXPEDITIONE *pro recuperanda terra ſancta.*

Ad liberandam terram ſanctſm de manibus impiorũ, ardenti deſiderio aſpirantes, de prudentum uirorum conſilio, qui plenè nouerãt circumſtantias temporum & locorum, ſacro approbante concilio diffinimus, ut ita cruce ſignati ſe præparent, quòd in Kalendas Iunij ſequẽtis poſt proximum, omnes qui diſpoſuerunt tranſire per mare, conueniant in regnum Siciliæ: alij, ſicut oportuerit & decuerit, apud Brũduſium: & alij apud Meſſanam, & partes utrobique uicinas: ubi & nos perſonaliter Domino annuente diſpoſuimus tunc adeſſe, quatenus noſtro conſilio & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum benedictione diuina & apoſtolica profecturus. Ad eum quoq; terminum ſe ſtudeant præparare, qui propoſuerunt per terram proficiſci: ſignificaturi hoc interim nobis, ut eis ad conſilium & auxilium, legatum idoneum de noſtro latere concedamus.

Sacerdotes autem & alij clerici, qui fuerint in exercitu Chriſtiano, tam ſubditi quàm prælati, orationi & exhortationi diligenter inſiſtant, docentes eos uerbo pariter & exemplo, ut timorem & amorẽ ſemper habeãt diuinum ante oculos, ne quid dicant aut faciant, quod diuinam maieſtatem offendat. Et ſi aliquando lapſi fuerint in peccatũ, per ueram pœnitentiam mox reſurgant, gerentes humilitatem cordis & corporis, & tam in uictu quàm ueſtitu mediocritatem ſeruãtes, diſſenſiones & æmulationes omnino uitando, rancore ac liuore à ſe penitus relegatis, ut ſic ſpiritualibus & materialibus armis muniti, aduerſus hoſtes fidei ſecurius prælientur, non de ſua præſumentes potentia, ſed de diuina uirtute ſperantes.

Ipſis autem clericis indulgemus, ut beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſijs reſidentes: & ſi neceſſe fuerit, ea per idem tempus pignori ualeant obligare.

Ne igitur hoc ſanctum propoſitum impediri uel retardari cõtingat, uniuerſis Eccleſiarum prælatis diſtrictè præcipimus, ut ſinguli per loca ſua illos qui ſignum crucis diſpoſuerunt reſumere, ac tã ipſos quã alios cruce ſignatos, & quos adhuc ſignare cõtigerit, ad reddendum uota ſua Domino diligenter moneãt & inducant: & ſi neceſſe fuerit, per excõmunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiuerſatione ceſſante, cõpellant: illis dũtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, ſecundum ſedis Apoſtolicæ prouidentiam, uotum eorum commutari debeat meritò uel differri.

Adhæc, ne quid in negocio Ieſn Chriſti de contingentibus omittatur, uolumus & mandamus, ut patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, & alij qui curã obtinent animarũ, ſtudioſè proponant ſibi commiſſis uerbũ crucis, obſecrantes per patrem & filium & ſpiritum S. unum ſolum uerum æternũ Deum, reges, duces, principes, marchiones, comites & barones, aliosq; magnates, necnon cõmuniones ciuitatũ, uillarum, oppidorũ, ut qui perſonaliter nõ acceſſerint, in ſubſidium terræ ſanctæ competentem conferant numerũ bellatorũ, cum expenſis ad triennium neceſſarijs, ſecundum proprias facultates, in remiſsionem peccatorum ſuorum, prout in generalibus literis eſt expreſſum, & ad maiorem cautelam etiam inferius exprimemus.

Huius remiſsionis uolumus eſſe participes non ſolùm eos qui naues proprias exhibent, ſed etiã illos qui propter hoc opus naues ſtuduerint fabricare. Renuentibus aũt, ſi qui fortè tã ingrati fuerint Domino Deo noſtro, ex parte apoſtolica firmiter proteſtentur, ut ſciãt ſe ſuper hoc nobis in nouiſsimo diſtricti examinis Dei corã tremendo iudice reſponſuros, prius tamẽ cõſiderantes, qua cõſcientia, quáue ſecuritate confiteri potetũt corã unigenito Dei filio Ieſu Chriſto, cui omnia pater dedit in manus, ſi ei pro peccatoribus crucifixo ſeruire renuerint in hoc negocio, quaſi propriè ſibi proprio, cuius munere uiuunt, cuius beneficio ſuſtentãtur, quin etiam eius ſanguine ſunt redempti.

Ne uerò in humeros hominum onera grauia & importabilia imponere uideamur, quæ digito noſtro mouere nolimus, ſimiles illis qui dicunt utiq;, ſed non faciunt: ecce nos de his quæ ultra neceſſarias & moderatas expenſas potuimus reſeruare, triginta milia librarũ in hoc opus concedimus & donamus, præter nauigium, quod cruce ſignatis de urbe atque uicinis partibus conferimus, aſsignaturi nihilominus ad hoc ipſum tria milia marcarum argenti, quæ apud nos de quorundam fidelium eleemoſynis remanſerunt, alijs in neceſsitates & utilitates prædictæ terræ, per manus felicis memoriæ abbatis Hieroſolymitani, patriarchæ ac Magiſtrorum templi & hoſpitalis fideliter diſtribuẽdis.

Cupientes autem alios Eccleſiarũ prælatos, necnon clericos uniuerſos, & in merito & in præmio habere participes & cõſortes, ex communi concilij approbatione ſtatuimus, ut omnes omnino clerici, tã ſubditi quàm prælati, uiceſimam partem eccleſiaſticorum prouentuũ uſq; ad triennium conferant in ſubſidiũ terræ ſanctæ, per manus eorum qui ad hoc apoſtolica fuerint prouidentia ordinati: quibuſdam duntaxat religioſis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximendis, illis ſimiliter qui aſſumpto uel aſſumendo crucis ſignaculo ſunt perſonaliter profecturi.

Nos autem & fratres noſtri, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinales, plenariè decimam perſoluemus: ſciantq; ſe omnes ad hoc fideliter obſeruandum per excõmunicationis ſententiam obligatos, ita quòd illi qui ſuper hoc fraudem ſciẽter cõmiſerint, ſentẽtiã excõmunicationis incurrãt.

Sanè quia iuſto iudicio cœleſtis Imperatoris obſequijs inhærentes, ſpeciali decet prærogatiua gaudere, cum tempus proficiſcendi annum excedat in modico, cruce ſignati uel à collectis, uel tallijs, alijsq; grauaminibus ſint immunes, quarũ perſonas & bona poſt crucem aſſumptam ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcepimus, ut ſub archiepiſcoporum, epiſcoporũ ac omnium prælatorũ Eccleſiæ defenſione conſiſtãt, proprijs nihilominus protectoribus ad hoc ſpecialiter deputãdis, ita ut donec de ipſorum obitu uel reditu certiſsimè cognoſcatur, integra maneant & quieta: & ſi quiſquam contrà præſumpſerit, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur.

Si qui uerò proficiſcentiũ illuc, ad præſtandas uſuras iuramento tenẽtur aſtricti, creditores eorum, ut remittant eis præſtitum iuramentum, & ab uſurarum exactione deſiſtant, eadem pręcipimus diſtrictione compelli. Quòd ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionẽ coegerit uſurarum, eum ad reſtitutionem earum ſimili cogi animaduerſione mandamus.

Iudæos uerò ad remittendas uſuras per ſecularem compelli præcipimus poteſtatem, & donec illas remiſerint, ab uniuerſis Chriſtifidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. His autem qui Iudęis debita ſoluere nequeunt in pręſenti, ſic principes ſeculares utili dilatione prouideãt, quòd poſt iter arreptum, uſquequò de ipſorum obitu uel reditu certiſsimè cognoſcatur, uſurarum incommoda non incurrãt: compulſis Iudæis prouentus pignorum, quos interim ipſi perceperint, in ſortem, expenſis deductis neceſſarijs, computare: cum huiuſmodi beneficiũ, non multum uideatur habere diſpendij, quod ſolutionẽ ſic prorogat, quòd debitum non abſorbet. Porrò Eccleſiarũ prælati, qui in exhibenda iuſticia cruce ſignatis & eorũ familijs negligẽtes extiterint, ſciãt ſe grauiter puniendos.

Cæterùm quia curſarij & piratæ nimiũ impediunt ſubſidium terræ ſanctę, capiendo & expoliando tranſeuntes ad illam, & redeuntes ab ipſa: nos ſpeciales adiutores & fautores eorum excõmunicationis uinculo innodamus, ſub interminatione anathematis inhibẽtes, ne quis cum eis ſcienter cõmunicet aliquo uenditionis uel emptionis contractu, & iniungentes rectoribus ciuitatum & locorum ſuorum, ut eos ab hac iniquitate reuocent & compeſcãt: alioquin quia nolle perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultę, qui manifeſto facinori non deſinit obuiare, in perſonas & terras eorum per Eccleſiarum pręlatos ſeueritatem eccleſiaſticã uolumus & pręcipimus exerceri.

Excommunicamus præterea & anathematizamus illos falſos & impios Chriſtianos, qui contra ipſum Chriſtum & populum Chriſtianum Saracenis arma, ferrum & ligamina deferũt galearum: eos etiam qui galeas eis uendunt uel naues, quiq; in piraticis Saracenorum nauibus curam gubernationis exercent, uel in machinis, uel quibuslibet alijs aliquod eis impendunt conſilium uel auxilium in diſpẽdium terræ ſanctę, ipſarum rerum ſuarũ priuatione mulctari, & capientium ſeruos fore cenſemus: præcipientes, ut per omnes ciuitates maritimas diebus Dominicis & feſtiuis huiuſmodi ſententia innouetur, & talibus gremium non aperiatur Eccleſiæ, niſi totum quod ex ſubſtãtia tam damnata perceperint, & tantũdem de ſua in ſubſidium prædictæ terræ tranſmiſerint, ut æquo iu-

dicio in quo deliquerint, puniátur. Quòd ſi fortè ſoluẽdo nõ fuerint, aliàs ſic reatus taliũ caſtigetur, quòd in pœna ipſorũ alijs interdicatur audacia ſimilia præſumẽdi.

Prohibemus inſuper omnibus Chriſtianis, & ſub anathemate interdicimus, ne in terras Saracenorum, qui partes orientales inhabitant, uſq; ad quadriennium tranſmittant aut tranſeant naues ſuas, ut per hoc uolentibus transfretare in ſubſidium terræ ſanctæ maior nauigij copia præparetur, & Saracenis prædictis ſubtrahatur auxilium, quod eis conſueuit ex hoc non modicum prouenire.

Licet autem torneamenta ſint in diuerſis concilijs ſub certa pœna generaliter interdicta, quia tamen hoc tempore crucis negocium per ea plurimũ impeditur, nos illa ſub pœna excõmunicationis firmiter prohibemus uſq; ad triennium exerceri.

Quia uerò ad hoc negocium exequendum, eſt permaximè neceſſarium, ut principes & populi Chriſtiani ad inuicem pacem obſeruent, ſancta uniuerſali ſynodo ſuadente ſtatuimus, ut ſaltẽ per quadrienniũ in toto orbe Chriſtiano ſeruetur pax generaliter, ita quòd per Eccleſiarũ prælatos diſcordantes reducátur ad plenam pacem aut firmam treugam inuiolabiliter obſeruandam: & qui acquieſcere fortè contempſerint, per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras arctiſsimè compellantur, niſi tanta fuerit iniuriarum malicia, quòd ipſi tali non debeant pace gaudere. Quòd ſi fortè cenſuram eccleſiaſticam. uilipenderint, poterunt non immeritò formidare, ne per authoritatem Eccleſiæ circa eos tanquam perturbatores negocij crucifixi, ſecularis potentia inducatur.

Nos igitur omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli authoritate confiſi, ex illa quam nobis (licet indignè) Deus ligandi atq; ſoluendi contulit poteſtatem, omnibus qui laborem proprijs perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſsi, ueniam indulgemus: & in retributione iuſtorum, ſalutis æternæ pollicemur augmentum: eis autem, qui non in perſonis proprijs illuc acceſſerint, ſed in ſuis duntaxat expenſis iuxta facultatem & qualitatem ſuam uiros idoneos deſtinauerint, & illis ſimiliter, qui licet in alienis expenſis, in proprijs tamen perſonis acceſſerint, plenam ſuorum concedimus ueniam peccatorum. Huius quoq; remiſſionis uolumus & concedimus eſſe participes, iuxta qualitatem ſubſidij & deuotionis effectum, omnes qui ad ſubuentionem ipſius terræ de bonis ſuis congruè miniſtrabunt, aut conſilium & auxilium impenderint opportunum. Omnibus etiam piè proficiſcentibus in hoc opere in communi uniuerſalis ſynodus omnium beneficiorum ſuorum ſuffragium impartitur, ut eis dignè proficiat ad ſalutem: Amen. Tomo 2. conciliorum.

¶In eodem concilio Dominicus nuper excogitati à ſe monachorum ordinis confirmationem à diaboli uicario Innocentio impetrat. Sunt & Crucigeri eodem contientu ptobati. Bergom. Schedelius, Sabellicus.

Narrat Hector Boetius, exinde Gualonem cardinalem in Angliam miſſum, ut uniuerſos Iohannis Regis aduerſarios fulmine pontificio feriret, imprimis Ludouicum Delphinũ Franciæ, & Alexandrum Scotiæ regem, omneſq; eorum comites & aſſeclas. lib. 13. de Scotis.

Eorundem patrum decreto ius comitatus Toloſatium Raimundo abrogatum, Simoni cuidam comiti Montisfortis dono datum eſt. Æmylius lib. 6. de Francis, Iohannes de Oppido.

ANVICI IN SCOTIA, PRO CVDENDO ARgento.

BEllum erat inter Alexandrum Scotiæ, & Heinricum Angliæ reges. Gualo itaq; homo inexplebilis auariciæ occaſionem ſe nactum ratus conuerrendi ex Scotia aliquot talenta, in Alexandrum, quòd Angliam, quæ ſactæ Eccleſiæ nunc terra eſſet, bello uaſtaſſet, ultima execrationum fulmina eijcit. Interponunt apud utrumq; regem ſuam autoritatem Eboracenſis & Salisberienſis epiſcopi: & facta pace, ijdem, Gualone id permittente, Alexandrum abſoluunt, ac regnum interdicto liberant. Sed Gualo, ne uacuus rediret, tantaſque ſuæ curſitationis moleſtias fruſtra perpeſſus eſſet, Eccleſiarum antiſtites omnes ad ſe Anuicum uenire præcipit, non prius eos dimiſſurus, quàm abſolutionem ſui immenſa quiſque pro facultatibus pecunia redemiſſet. Alij quidem homini auaro gratificantur, alij negant ſe quicquam daturos: indignum enim eſſe, ſacra ita uenalia habere. Nihil præterea ſe criminis contra ipſum admiſiſſe: aut ſi quid admiſſum, communi calamitate ſatis ſe luiſſe pœnas. Hos Romã adire iuſsit, ea nimirum ſpe, quòd itineris moleſtijs fracti, aliquid tandem ſint daturi.

ROMAE

ROMAE CONTRA QVENDAM *uulturem Romanum.*

ROmam delati Scotiæ epiſcopi, Gualonem abſentem grauirer accuſant. Adferiitur & ſubinde epiſcoporum & abbatum literæ ad Innocentium ex Anglia & Scotia, quibus de hominis illius auaricia extrema conqueruntur. Quibus obtuſus papa, Romam eum reuocat. Quo ueniente, mox conuentus habetur, cui papa pręſidet. Accuſatur ibi Gualo, quòd ſceleratè & auarè multa perpetraſſet apud Anglos & Scotos: ex quo legatione functus eſſet, ab Scotis & Franris præſulibus ingenrem pecuniæ uim extorſiſſet: Henricum Anglum, ut contra fidem datá Scotis bellum faceret, incitaſſet: Alexandrum Scotum, ſe defendenrem, ſacro fulmine ferijſſet. Quo factum eſſe, ut maximo Anglia & Scotia ferè bello conciderint. Deniq; magnum auri pondus ſibi imperaſſet: quod erogare denegantes, cum pręter culpam tantum oneris imponeretur, Romam uſque ire iuſsiſſet. Cum de obiectis criminibus non ſatis ſe purgaret uultur ille, pecuniaria pœna pro papę arbirrio mulctatur: Scoti uerò liberi abire permittuntur. Hector Boetius.

SVB HONORIO III.

GNESNAE, DE SACERDOTVM *coniugio.*

1218. HEinricus Gneſnenſis archiepiſcopus, indicta ſynodo, ſacerdores omnes, uxores & concubinas, quas pleriq; adhuc poſt legati pontificij edictum retinebant, abdicare cogit, iureiurando ab eis exacto. Cromerus lib. 7. de Polonis.

IN SCOTIA, CONTRA VVLTVRES *Romanos.*

1221. SVb annum Salutis 1221. miſſus eſt ab Honório pontifice Ægidius quidam cardinalis, qui in ſubſidium ſacri belli aliquam pecuniæ ſummam ibi corraderet. Is accepta haud parua tum à laicis, tum à clero, cum eam in itinere turpiter abligurijſſet, ſpoliatum ſe à latronibus confinxit, ita crumena uacua Romam redijr. Paucis diebus interiectis, poſtquam ille reuerſus erat, eadem de cauſſa miſſus eſt alius in Scoriam legatus. Sed Alexander rex conſulendos ſuos prius ratus, concilium conuocat. Ibi pręſul quidam ſupra modum auaritiæ legatorum Romanorum infenſus, liberrimè aduerſus eos in hanc ſententiam prolocutus eſt: Quanquam multa ſunt quæ me deterrent ea quæ in rempublicam ſunt, publicè ac liberè dicere, optime Rex, tamen cum humanitarem tuam fidemq; in defendendis tuis, ſi quid Reipublicæ cauſſa aut dicant in conſilio, aur faciant, conſidero, non poſſum non ſuſcepta populi cauſſa, ueritatem hic omnem propalam proferre, ac legatorum tyrannidem, quam in nos his proximis annis fœdiſsimè exercuerunt, contemnere. Nam licet intoleranda ſit tyrannis, quam is exercet, qui regnum hæreditate paterna ac ſucceſsione acceperit: tamen multò minus ferenda, ſi inuaſo imperio, ſerui noſtri aut infimæ ſortis homines, in nos debacchentur aut ſæuiant, quibus nos terrori eſſe decebat. Ita (quamuis miſerum nobis eſſet immeritis) ſi mala, quibus per hos annos affectum hoc regnum eſt, à pontifice nobis illata eſſent, ferenda ea utcunq; putarem. Verùm ut homines infimi, & ad aliquam fortunam per flagitia prouecti, non modò ſacris in nos pœnis, cum mandatum etiam à pontifice non haberent, per tantam iniuriã iam iterum ſæuiant, ſed quod ſacrilegum eſt, ea quæ ſumma & ſanctiſſima hactenus à patribus noſtris accepimus, auariſsimè quæſtui habeant: quis ea non indignè patienda, & uindicanda exiſtimet? præſertim cum nec finem ullum faciant, & noſtram ſimplicitatem ac modeſtiam ſuperbiſsimè contemptui habeant. Superioribus igitur his annis taciti indignabamini inter uos, quidam etiam queſtum ad pontificem ibatis de iniuria & auaritia Gualonis, quòd non ſatis habuerar iniuſtè uos omnes ſacris interdixiſſe ac excommunicaſſe, ſed quos minus potentes, quàm ut tanto nomini (quo ille tum oneratus, non honoratus erar) reſiſtere auderenr, arbitrabatur, eos ſe pecunia ſceleratiſsimè redimere ab interdicto atq; excommunicatione cogeret. Vt omittam, certiſsimis coniecturis ab illo conflatum quoque poſterius bellum eſſe uideri, & qui concordiæ cauſa huc miſſus erat, eum in exrremum periculum utrumque regnum perduxiſſe. Quæ quia nota uobis eſſe ſrio, quid reperere cum ſummo & meo & ueſtro dolore attiner? Extitir & alter paucis uix menſibus elapſis, ex eadem farina profectus, in re nulla Gualone melior, dererior uerò qui eſſe potuit? Is quum in cauſſa iuſtiſsima ac pia conquiſitum ad nos pecuniam aliquam à pontifice miſſus eſſerad redimendos Chriſtianos, quos Saraceni ſubactos, miſerrima ſeruiture ac indigniſsimis contumelijs, quæ ipſis potius perferenda erant, premerent: ac ex populi liberalitate

ingentem conflaſſet (Exiſtimabat enim pius populus, non minus eos quos Chriſtus ſanguine ſuo redemiſſet, & qui eodem baptiſmate tincti eſſenr, coniunctos ſibi & amandos, quàm qui in eodem urero menſes delituiſſenr iuſtos) eam omnem homo audaciſsimus in ſumma ambitione ac luxu etiam nobis aſpicientibus profudit: nec ueritus eſt falſum crimen confingere, ur flagitia ſua tegeret, & ne abſumptum, imò deuoratum theſaurum reſtituere cogeretur. Quòd ſi, qui duos tales experti ueſtro malo eſtis, eò redigemini dementiæ, ut tertio etiam credituri ſitis: illúmne meliorem exiſtimatis eſſe teliquis, qui ut melioribus priores committerentur honores, hactenus expectare debuit? Quid igitur faciendum eſſe cenſes? dixerit quiſpiam. Non modò hunc noti admittendum reclamante populo ac regno exhauſto, ſed ne in poſterum quidem alium. Nam quando ea quæ ſemel data ſunt, malè perdita ſunt ab illis qui ea ut uſui eſſenr curare debebant, non eſt neceſſe in eandem nos foueam recidere. Si aliquid uobis aut toti regno ſuperſit, id non malè collocatum iri, ſi in pauperes, quotum hic non eſt exiguus numetus, diſtribuatur, arbitror. Quæ cùm ſummo regis & aſsidentium aſſenſu probara eſſent, legatus in regnum admiſſus non eſt. Hector Boetius lib. 13. hiſtoriæ Scototum.

SENONIS.

1222. MAgiſter Petrus de Corbolio Senonenſis archiepiſcopus in ſua urbe ſynodum habet anno 1222. Sed ipſa actione dnrante, rebus humanis ualedicir. Cum quo fortè & acta concilij interciderunt, cum nulla apud autores eorum fiat mentio. Vincent. lib. 30. cap. 124.

OXONII.

1222. ANno Domini 1222. Oxonij ſynodum celebrauit Stephanus Cantuarienſis, cuius acta ex tomo Conciliotum ſecundo adſcribemus.

Autoritare Dei patris, & beatæ Virginis, & omnium ſanctorũ, & præſentis concilij, excommunicamus omnes illos, qui malicioſè Eccleſias ſuo iure priuare præſumunt, aur per maliciam & contta iuſticiam libertates eatundem infringere uel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis ſenrentia innodamus, qui pacem & tranquillirarem domini Regis & regni iniurioſè perturbare præſumunt, & qui iura domini Regis detinere conrendunr.

Adijcimus autẽ illos omnes ſimili ſententia inuolutos, qui ſcienter & prudenter falſum perhibent teſtimoniũ, uel perhiberi procurant, uel etiam tales reſtes ſcienrer producunr uel ſubornant in cauſſa matrimoniali, ubi ſcilicer agitur cõtra miſericordiam, uel etiam ubi agitur ad alicuius exhæredationem.

Aduocaros quoq; excommunicamus omnes, qui in cauſis matrimonialibus malitioſè oppoſitiones opponutr uel opponi procurãt, ne matrimonia ueta debitum ſortiãtur effectum, uel ut contra iuſticiam proceſſus cauſæ diutius ſuſpendatur.

Item excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, odij uel fauoris, uel alitet malitioſè crimen imponunt uel opponũt alicui, cum infamatus non ſit apud bonos & graues, ut ſic ſaltem ei pnrgatio indicatur, uel alio modo grauetur.

Præterea omnes illos ſententia excommunicationis innodamus, qui uacaute Eccleſia malitioſè opponunr uel procuranr opponi patronatus quæſtionem, ur ſit uti de patronum illius Eccleſię collatione ſaltem illa uice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos, qui gratia lucri, odij, uel fauoris, uel aliàs malicioſè contẽnunt exequi domini Regis mandatum contra excommunicaros, qui claues Eccleſiæ contemnunt.

Statuimus etiam authoritare præſẽtis concilij, ut prælati ſinguli eleemoſynarios honeſtos habeanr: & ur ipſi prælati ſint, iuxta Apoſtolum, hoſpitales: & ut horis comperentibus ad pauperes audiendos & iuſtitiam exhibendam, in publico præſentiam ſuam exhibere procurent & in perſonis proprijs, confeſsionibus audiendis interdum interſinr, & pœnitentijs iniungendis: ipſi etiam per confeſſores diſcretos ciuitates proprias obeanr, & in Eccleſijs ſuis carhedralibus reſidere procurent, ut aliquibus maioribus feſtis, & ſaltem in aliqua parte pro ſe, prout animæ ſuæ ſaluti magis uiderint expedire. Et quia iuxta ſcripturæ teſtimonium, uota noſtra renemur reddere Domino Deo noſtro, ſalubrirer decernimus aduertendum, ut epiſcopi formam ſuæ profeſſionis in ſua conſecratione prolatam, bis in anno coram ſe legi facianr diligenter, ut tantò melius profeſsionis ſuæ recordentur, quantò ſæpius eotum fuerit auribus inculcata.

Ad hæc ſtatuimus, ne prælatus aliquis, cum Eccleſiam contulerit aur præbẽdam, fructus eiuſdem Eccleſiæ ſiue præbendæ nondũ collectos, ſibi præſumat aliquatenus uſurpare, uel in inſtitutione, uel miſſione in poſſeſsionẽ, uel charta ſuper hoc facienda aliquid audeat extorquere, nec ab offi-

ab officiarijs ſuis archidiaconis uel decanis ſuſtineat extorqueri.

Cúm ſecundum Apoſtolum auaritiæ (quæ eſt idolorum ſeruitus) epiſcopos aut alios Dei miniſtros ſeruire non conueniat, ad tantam peſtem radicitùs euellendam ſtatuimus, ut ſi aliquis ad Eccleſiam aliquam nullo contradicente præſentetur, epiſcopus præſentatum ipſum, dum tamen idoneus ſit, nequaquam admittere differat ultra duos menſes: alioquin quicquid ex eadem Eccleſia poſt factam præſentationem fuerit fortè perceptum, illi cum inſtitutus fuerit, reſtituatur, quatenus fructus illi ad epiſcopum perueneri nt: & id in archiepiſcopis (fortè archidiaconis) ſi per eos ſteterit, obſeruetur, niſi cauſſam rationabilem coram ſuo ſuperiore duxerit aſsignandam, cum ſuper hoc fuerit requiſitus ab eo, quare eum non admiſerint infra tempus in hoc concilio definitum.

Hoc autem nõ immeritò duximus adiungendum, ut ſi duo ad unam eandemq; Eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum pendente lite cuſtodia committatur. Si autem ad epiſcopum ius conferendi talem Eccleſiam autoritate concilij deuoluatur, cum contentio ſit inter duos patronos, quorum uterq; ſuum clericum præſentauerit, tamen ex collatione epiſcopi nulli patronorum, qui poſtea euicerit ius patronatus, præiudicium debeat generari: ſtatuimus, ut epiſcopus neutri eorum qui præſentati fuerint, Eccleſiã illam conferat illa uice, niſi de utriuſq; patroni conſenſu: ne ſaltem qualecunq; præiudicium alteri patronorũ uideatur generari, ſi fortè poſtmodum ius patronatus euicerit.

Ad excuſandos affectus laborantium in uinea Domini Sabaoth, ut uerè retributionis recipere mereamur denarium poſt laborem: decreuimus, ne opus Dei fiat ab aliquibus negligenter, præſertim cum in generali concilio ſit præceptum, ut diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum, ſecundum quod Deus dederit, ſtudioſè celebretur & deuotè: uniuerſa quoque eccleſiaſtica Sacramenta, & præcipuè baptiſmatis & altaris, deuotiſsimè, prout Deus inſpirauerit, celebrentur: uerba quoque canonis, præſertim in conſecratione corporis Chriſti, plenè & integrè proferantur.

Presbyter autem, poſtquam Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat iterarò, uinum calici infuſum uel digitis ſuperfuſum ſumere nõ præſumat.

Adhæc duximus ſtatuẽdum, diſtrictius inhibentes, ne ſacerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die, excepto die Natiuitatis & Reſurrectionis Dominicæ, uel in obſequijs defunctorum, uidelicet cum corpus alicuius in eccleſia eodem die fuerit tumulãdum: & tunc prior Miſſa de die, poſterior uerò pro defuncto celebretur. Cæterùm præſenti decreto ſancimus, ne clerici beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, uillarum procurationes admittant, uidelicet ut non ſint ſeneſcalli aut baliui talium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis ratiocinijs obligentur, nec iuriſdictiones exerceant ſeculares, præſertim illas, quibus iudicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adiungendum, ne iudicium ſanguinis in locis ſacris tractetur, ſcilicet in eccleſia, uel cœmiterio. Authoritate generalis concilij diſtrictius inhibemus, ne quis clericus beneficiatus, uel in ſacris ordinibus conſtitutus, literas pro pœna ſanguinis infligenda ſcribere uel dictare præſumat, uel ubi iudicium ſanguinis tractatur aut exercetur, interſit. Nouerint enim protectione eccleſiaſtica ſe indignos, cum per eos in Eccleſia Dei per talia præſumpta ſcandalum generetur.

Hæc ſunt feſta, in quibus, prohibitis alijs operibus, conceduntur opera agriculturæ & carrucarum. Statuimus quòd feſta ſubſcripta ſub omni ueneratione ſeruentur, uidelicet omnes dies Dominici, 5. dies Natalicij, Circumciſio, Epiphania Domini, omnia feſta beatæ Mariæ (præter feſtum conceptionis, cuius celebrationi non imponitur neceſsitas) Conuerſio S. Pauli, Cathedra S. Petri, feſta omniũ Apoſtolorum, feſtum S. Gregorij, dies Paraſceues, feria ſecunda, tertia & quarta in hebdomada paſchali, dies Aſcẽſionis Domini, feria ſecunda, tertia & quarta in hebdomada Pentecoſtes, feſtum S. Auguſtini in Maio, duo feſta S. Crucis, translatio ſanctæ Thomæ martyris, utrumque feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, feſtum S. Margaretæ, feſtum ſanctæ Mariæ Magdalenæ, feſtum S. Petri ad uincula, feſtum S. Laurentij, feſtum S. Michaelis, feſtum omnium ſanctorum, feſtum S. Martini, feſtum S. Edmundi confeſſoris, & S. Edmundi regis & martyris, feſtum S. Catharinæ, feſtum S. Clementis, feſtum S. Nicolai, feſtum dedicationis cuiuslibet eccleſiæ in ſua parochia, quodlibet feſtum illius ſancti, in cuius honore fundata eſt Eccleſia.

Volumus etiam, ut alia feſta à rectoribus Eccleſiarum & capellanis in obſequio diuino & laude deuotiſsimè cele-

brentur, minoribus operibus ſeruilibus ſecundum conſuetudinem loci illis diebus interdictis: feſtum S. Fabiani & Sebaſtiani, S. Agnetis, S. Vincentij, S. Blaſij, S. Agathæ, S. Felicis, S. Georgij, S. Iohannis ante portam Latinam, S. Dunſtani, S. Albani, S. Emeldridæ, Inuentionis ſanctæ crucis, S. Stephani, S. Hieronymi, S. Fidis, Dedicatio S. Michaelis in monte Tumba, S. Dionyſij, feſtum animarum, S. Ceciliæ, S. Luciæ, S. Leonardi.

Hæc ſunt feſta, in quibus poſt Miſſam opera ruſticana concedimus: ſed antequam, non. Octaua B. Epiphaniæ, Iohannis & Pauli, Tráslatio S. Benedicti, Translatio S. Martini.

Hæ ſunt uigiliæ ſtatutæ ad uigilãdum: Vigilia natiuitatis Domini, uigilia Paſchæ, uigilia Pentecoſtes, Litania maior, tres dies rogationum, uigilia S. Iohannis Baptiſtę, uigilia apoſtolorum Petri & Pauli, uigilia S. Laurentij, uigilia aſſumptionis B. Mariæ, uigilia S. Bartholomæi, uigilia S. Matthæi, uigilia apoſtolorum Simonis & Iudæ, uigilia omnium ſanctorum, uigilia S. Andreæ, uigilia S. Thomæ apoſtoli.

Ieiunia quatuor tẽporum in totius anni temporibus. In Martio prima hebdomada ieiunandum eſt feria quarta, & ſexta, & ſabbato. In Iunio in ſecunda, quod dupliciter obſeruatur à pluribus: in prima hebdomada poſt Litanias, aut in hebdomada Pentecoſtes. In Septembri per tres dies. In proxima ſeptimana integra ante Natalem Domini.

2.

Presbyterorum parochialium Eccleſiarum animos ad ea quæ magis noſtris temporibus expediunt exercenda, ſtudioſè excitare uolẽtes, eis pręſentis concilij definitione diſtrictè duximus iniungẽdum, ut plebes ſibi cõmiſſas pabulo uerbi Dei, ſecundum quod eis fuerit inſpiratum, informare procurent, ne canes muti meritò iudicentur, cùm ſalubri latratu à caulis dominicis luporum ſpiritualium morſus non repellunt. Illud Euangelicum memorialiter recolentes, quòd in nouiſsimo examine uiſitatores infirmorum regno remunerabuntur æterno, quoties fuerint accerſiti, celeriter accedant & hilariter ad ægrotos.

3.

Ad exemplum Salomonis, qui omnia uaſa domus Domini ex auro puriſsimo fabricata, diuino cultui mancipauit: ſtatuimus, ut quælibet Eccleſia calicem habeat argenteum cum alijs uaſis decentibus, & ſindonem mundam & candidam, & amplitudinis congruentis: uetera uerò corporalia, quę non fuerint idonea, loco reliquiarum reponantur, uel in præſentia archidiaconi comburantur. Prouideant etiam archidiaconi, ut linteamina & alia ornamenta altaris ſint, ſicut decet, honeſta. Libros etiam habeat Eccleſia idoneos ad legendum & pſallendum. Ad minus duplicia ornamenta ſacerdotalia. Et ut honor debitus diuinis officijs impendatur, præcipimus, ut qui altari miniſtrant, ſuperpellicijs induantur.

4.

Ne lepra Giezitica (quod abſit) per auaritiæ cultum latenter irrumpens, miniſtros Eccleſiæ collocet extra caſtra regni æterni: diſtrictius inhibemus, ne quis Eccleſiæ ſuæ renuncians, recipiat ab eo qui ſibi ſubſtituit, uicariam, cum uehementer poſſet præſumi, quòd talia fiant per pactionem etiam turpẽ. Quòd ſi ab aliquo fuerit acceptatum, ut ille uicaria, & alius perſonatu priuarentur. Illud autem abſurdum reputamus omnino, ut aliqua exiſtẽte perſona unius Eccleſiæ, alius de conſenſu ipſius perſonæ aliquid conferat in eadem Eccleſia nomine perſonatus, niſi perſona prior Eccleſiam totam prius duxerit reſignandam.

5.

Quia iuxta canonicas ſanctiones, inter carnale & ſpirituale matrimonium optima eſt cõparatio, & cum inter duos ſponſos diuidi naturalis ratio minimè patiatur, & inhoneſtum eſt plurimum, quòd Eccleſia Dei, quæ debet eſſe una, multorum amplexibus frequenter ancilletur: ſacro ergo approbante concilio, diſtrictius inhibemus, ne de nouo aliqua Eccleſia pluribus rectoribus, quorum uterque ſit perſona, committatur agenda. In Eccleſijs autem, ubi nunc plures perſonæ exiſtunt, ſtatuimus ut ſingulis decedentibus, accreſcat uiuentibus portio decedentium, donec ad unum ſolum illius Eccleſiæ perueniat perſonatus: nec decæterò plures uicarij in eadem inſtituantur, illis Eccleſijs hoc ſtatuto duntaxat exceptis, quæ ex antiquis diuiſæ fuerunt.

6.

Cum hoſtis antiquus, ſcilicet leo rugiens, faciat & quærat prædam animarum: ſolicitius eſt cauendum, ne talibus cura gregis Dominici committatur, qui negligunt aut ignorãt cuſtodire ſibi commiſſa, ut deceret intendere uigilanter. Statuimus igitur, ut nullus epiſcoporum ad uicariam quendam admittat, niſi uelit in eccleſia, in qua uicaria ei conceditur, perſonaliter miniſtrare: aut talis exiſtat, qui

infra

infra breue tempus ſuper hoc limitatum, ualeat & uelit in presbyterum ordinari. Quòd ſi admiſſus fuerit fortè quis, & noluerit in presbyterum ordinari, uicariæ beneficio ſpolietur.

7.

Adhæc, quia inhoneſtum eſt nimis, ut Eccleſiæ propter minores reditus paſtoribus maneant deſolatæ, præſenti decreto ſtatuimus, ut Eccleſiæ quæ in reditibus ultra 5. marcas non habent, non niſi perſonis talibus conferantur, qui reſideant in iiſdem, & in propria perſona miniſtrent: quòd ſi tales admiſsi, reſidere noluerint à nunc & adminiſtrare, cum non niſi laborantibus panis Dominicus (fortè, dandus) ſit, Eccleſijs ipſis, præmiſſa monitione debita, per diœceſanum epiſcopum ſpolientur.

8.

Quoniam autem multoties, ſicut temporalium rerum luxus quoſdam in non modicum ſcandalum populi, ab officio ſibi commiſſo ſegregat & abducit: ſic & earundem inopia, in uituperium ordinis noſtri, quoſdam cõpellit infœliciter mendicare: prouidẽdum eſt nobis, ut in utroque talium habita moderatione, ipſarum Eccleſiarum regimini conſulatur. Statuimus igitur, ut uicario perpetuo ad minus reditus 5. marcarum aſsignetur, qui ſaltem pro 5. marcis dari poſsit ad firmam, niſi fortè in illis partibus Vualliæ ſit, in quibus propter tenuitatem Eccleſiarum, minori ſtipendio uicarij ſunt contenti. Prouideat quoq; diœceſanus epiſcopus, penſata Eccleſiæ facultate, utrum uicarius onera Eccleſiæ ſubire debeat, an perſona, an ad ea uterque debeat conferre: prouiſo tamen, quòd archidiaconus loci, ſiue ab illis, ſiue ab altero illorum debeat procurari, una tantùm procuratione ſit contentus.

9.

Ad inſtar patris Euangelici, plures operarios in uineam ſuam mittentis, ut quod ſolius non ualet explere ſolicitudo ſeu adimplere, perficiat plurimorum præſentialiter: diffinimus, ut in ſingulis parochialibus Eccleſijs, quarum parochia eſt diffuſa, duo ſint uel tres presbyteri, penſata pariter magnitudine parochię & Eccleſiæ facultate: ne fortè, quod abſit, ægrotante uno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut diuinis uolentibus intereſſe officijs, officia debita ſubtrahantur, uel negentur Sacramenta eccleſiaſtica.

10.

Præſenti quoque ſtatuto diffinimus, ut epiſcopus ab eo qui ſibi præſentatus fuerit, recipiat iuramentũ, quòd propter pręſentationẽ illam nec promiſerit, nec dederit aliquid præſentanti, nec aliquod propter hoc pactũ inierit, ſi ei ſuper hoc meritò uideatur eſſe ſuſpectus, cum talia maniſeſtè canonicis obuient inſtitutis.

11.

Quoniam nonnunquam ob defectum confeſſorum, uel quia decani rurales & perſonæ erubeſcant fortè cõfiteri ſuo prę lato, certum imminet periculum animarum: uolentes huic morbo mederi, ſtatuimus, ut certi confeſſores, prudentes & diſcreti, per ſingulos archidiaconatus ab epiſcopo loci conſtituantur, ut decanorũ ruralium, presbyterorum & perſonarum. In cathedralibus eccleſijs, ubi ſunt canonici ſeculares, confiteantur ipſi canonici epiſcopo uel decano, uel certis perſonis ad hoc per epiſcopum, decanum & capitulum conſtitutis.

12.

Quoniã in cauſis matrimonialibus eſt magna diſcretio neceſſaria, unde periculoſum eſt, eas à ſimpliciorib. tractari perſonis: ſtatuimus, ut decani rurales nullam cauſam matrimonialem decæterò audire præſumant, ſed earum examinatio nõ niſi uiris diſcretis cõmittatur: quibus aſsidentibus, ſi cõmodè fieri poteſt, poſtmodum pronuncietur.

13.

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrociniũ faciendũ in ſeruitio ſuo retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat.

14.

Vt ſingula eccleſiaſtica officia in eccleſia ritè procedant ſecundum canonicas ſanctiones, ſtatuimus, ne archidiaconi nimium graues exiſtant Eccleſijs ſuis ſubditis: diſtrictius inhibentes, ne ſtatutum in concilio generali in numero conuectorũ excedant, cùm uiſitationis nomine debitam ſibi recipiunt procurationem: nec ád talem procurationẽ uenientes, extraneos, ut ſecũ ueniant, inuitare pręſumant. Sed ſi pro honore archidiaconi, Eccleſiarum rectores aliquos uelint inuitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed ipſi archidiaconi nullũ inuitẽt, ne fortè qui per ſuũ aduentũ Eccleſias nõ grauarẽt, grauẽt ſaltẽ ꝑ inuitatos. Vnde, ut ſubtrahatur eis neceſsitas inuitãdi, ꝓhibemus, ne archidiaconi tẽpore uiſitationis ſuę apud Eccleſiã, quã uiſitant, capitulũ teneant uel celebrent: niſi fortè in burgo, uel in ciuitate ſit eccleſia cõſtituta. Ad hoc archidiaconis diſtrictius inhibemus, ne aliquo modo ꝓcurationẽ

recipiát ſine cauſa rationabili,niſi illo die, quo perſonaliter uiſitant Eccleſiam procurantem.Nec redemptionem pro uiſitatione extorquere præſumant.

15.

Vt omnis cupiditas & auariciæ cultus expellatur ab Eccleſiæ Dei miniſtris,præſentia præteritis duximus annectenda: ſtatuentes, ut archidiaconatus, uel decanatus,uel aliud officium, quæ in ſpiritualibus merè conſiſtunt, nulli dentur ad firmam. Si uerò certus reditus huic officio ſit annexus, ille de ſuperioris licentia dari poterit ad firmã, ſicut inferius de alijs officijs ſtatuemus.Si quis autem cõtra ſtatutum uenire præſumpſerit archidiaconus uel decanus,ſi ſuper hoc canonicè fuerit conuictus, per epiſcopum ſuum à tali officio ſuſpendatur per annum, & alius interim conſtituatur, qui diſcretè gerat uices illius.

16.

Vt autem archidiaconi ſecundum Apoſtolum,non quæ ſua ſunt quærãt,ſed quę Ieſu Chriſti: in ſua uiſitatione prouideãt, ut canon Miſſæ emẽdetur, ſi ſint in eo defectus: & quòd ſacerdotes ritè proferre nouerint ſaltem uerba canonis & baptiſmatis,& quòd in hac parte ſanum habeãt intellectum: & etiam laici, ſi fortè debeãt baptizare in caſu neceſsitatis, ut ſaltem ſciant hoc facere in aliquo idiomate congruo ſeu uulgari.

17.

Prouideant utique archidiaconi,quòd diligenter iuxta formam concilij generalis,euchariſtia,chriſma & oleum ſanctum, ſalua ſub clauibus recondantur, fideli cuſtodiæ deputata.

18.

Habeant & archidiaconi redacta in ſcriptis omnia ornamenta & utenſilia eccleſiarum: ueſtes quoque & libros ſingulis annis ſuo conſpectui faciant præſentari, ut ſic uideant, quæ fuerint addita per diligentiam perſonarum, uel quæ tempore intermedio per malitiam & negligẽtiam deperierint.

19.

Et prouideant archidiaconi de poſſeſſionibus Eccleſiarum, ut eas ſingulis annis poſsint proſpicere, ne Eccleſię ſuo iure defraudentur.

20.

Præterea archidiaconis, decanis & eorum officialibus diſtrictius inhibemus,ne in ſubditos ſuos exactiones uel tallias per ſe uel per ſuos exercere præſumant.

21.

Ad hæc eccleſiaſtici ordinis utilitate penſata pariter & honore,decreuimus,ne archidiaconi uel eorum officiales ſententias excommunicationis,ſuſpenſionis uel interdicti in aliquem audeant promulgare,ubi exceſſus nõ eſt manifeſtus, niſi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra pręmiſſa, excommunicationis ſententiam tulerit in quencunque,pœnæ ſubiaceat in Lateranenſi cõcilio promulgatæ.Pro ſuſpenſione uerò uel interdicto, ſuperioris arbitrio puniatur: quod & ſuperiores prælati obſeruent.

22.

Firmiter inhibemus,ne ꝑ aliqua pecunia denegetur ſepultura, uel baptiſmus, uel aliquod eccleſiaſticum Sacramẽtum, uel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam ſi quid pia deuotione fidelium conſueuerit erogari,ſuper hoc poſtmodũ nolumus per ordinarium loci Eccleſiæ iuſticiam exhiberi, ſicut in generali concilio expreſsius & diffuſius eſt ſtatutum: abſurdum eſſe iudicantes, quòd decętero pro chriſmate uel oleo aliquid exigatur, cum toties hoc prohibitum eſſe reperiatur.

23.

Cæterùm diſtrictius duximus inhibendum, ne archidiaconi uel decani bonum pacis impedire faciant: & ſi aliquãdo diſcordantes ad inuicem uoluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compoſitionem diſcedere quãdo uoluerint, ſi tamen cauſa compoſitionẽ admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant,niſi eis conſtiterit de iniuſticia actoris uel rei. Sed nec aliquẽ ad ſuggeſtionem præconum ſuorum ad purgationem cõpellant, niſi apud bonos & graues fuerit primò infamatus.

24.

Nec in cauſa ſua præſumant pariter eſſe iudices & actores,uidelicet cum in dubium uenerit,utrum quid ab eis exigere debeatur.

25.

Vt clericalis ordinis honor debitus ſeruetur, autoritate præſentis concilij decernimus, ut tam archidiaconi quàm decani,& omnes alij in perſonatibus & dignitatibus conſtituti, & omnes decani rurales & presbyteri decenter incedant in habitu clericali,& cappis clauſis utantur. Idemq́; obſeruent officiales epiſcoporum & archidiaconorum,dum fuerint in conſiſtorio.

26.

Et nec ipſi nec alij clerici comam nutriant, ſed honeſtè tonſi & coronati incedant,niſi fortè iuſta cauſa exegerit habitũ

tranafor-

transformare. A' crapula quoq; & ebrietate, & alijs quibus honeſtas eorũ deformatur, omnino clerici ſe abſtineant uigilanter: ad quæ omnia ſtudioſè obſeruãda, ſecundum formam concilij generalis à ſuperioribus ſuis compellantur.

27.

Addentes, ne clerici beneficiati, uel in ſacris ordinibus cõſtituti, in hoſpitijs ſuis tenere publicè concubinas præſumant, nec alibi cum ſcandalo acceſſum habeant ad eaſdem.

28.

Et ſi fortè concubinæ eorum, monitione poſtea propoſita, ab eis non receſſerint, ab Eccleſijs Dei, quas infamare præſumunt, expellantur, nec admittantur ad eccleſiaſtica ſacramenta: & ſi nec ſic duxerint abſtinẽdum, excommunicationis mucrone percellantur, & tunc demũ contra eos inuocetur brachiũ ſeculare. Ipſos autẽ clericos per ſubtractionem officij & beneficij, canonica admonitione pręmiſſa, uolumus coërceri. Itẽ licet legitima teſtamenta clericorum beneficiatorũ decedentium uolumus firmiter obſeruari: nolumus tamẽ, quòd cõcubinis ſuis aliquid relinquant in teſtamento ſuo. quod ſi fecerint, illud arbitrio epiſcopi conuertatur in uſum Eccleſiæ, in qua rexit defunctus.

29.

Eccleſiarum autẽ indemnitatibus conſulere cupientes, præſentis concilij authoritate duximus ſtatuendum, ut nullus abbas, nullus prior, nullus decanus, uel archidiaconus, uel alius, habens perſonatũ uel dignitatem, ſed nec clericus inferior, penſiones uel reditus dignitatis, uel conſanguineis uel amicis quibuſcunq; uendere præſumat, uel impignorare ſeu infeudare de nouo, uel quolibet modo alienare pręſumat, niſi forma canonis obſeruata. Si quis autem contra hoc uenire præſumpſerit, quod in hac parte pręſumptum fuerit, uiribus careat: & præſumptor perſonatu uel Eccleſia, quam ſic læſit, per ſuum ſuperiorem ſpolietur, niſi quod abalienauerit, infra tẽpus à ſuo ſuperiore ſibi præfixum, ſine damno Eccleſiæ ſuis ſumptibus duxerit reuocandum. Is quoq; qui ſic eccleſiaſtica bona decæterò receperit, & admonitus præſumpſerit ea retinere, excõmunicationis ſententia percellatur, donec ea reſtituerit, nullatenus abſoluendus. Idem autem maiores prælati obſeruent omnino.

30.

Quia ſunt pleriq;, quod nõ ſine lachrymis dicimus & ſingultu, qui omnipotentis indignationẽ & iram in die irę, ad perpetuam damnationem ſibi cumulantes, non ſolùm filijs & nepotibus, uerùm etiã concubinis ſuis turpiter inuaſant patrimonium Ieſu Chriſti, ad quorũ uſus, quod dicto ſeruitio reputatur, in feudo laicali de bonis Eccleſiæ domos cõſtruunt, in quibus eccleſiaſticos prouẽtus & bona Eccleſiæ uſibus pauperũ deputata, congregare præſumũt: ſalubri ꝓuiſione decernimus, ne clerici beneficiati fructus Eccleſiæ in laico feudo reponant: & ut melius abſtineant à præmiſsis, decæterò domos aut penſiones laicales ad opus cõcubinarum uel filiorũ ſuorũ non emant, nec etiã domos ad opus earum conſtruant in fundo laicali: ſed nec etiam pecuniã miniſtrent ad huiuſmodi emẽda ad opus earum, ut ſic eis ſubtrahatur occaſio malignandi. Si quis autem ſuper hoc habeatur ſuſpectus iuſta ratione, niſi ad arbitrium ſuperioris ſe purgauerit, ipſius arbitrio puniatur. Itẽ ut melius gerantur omnia, ſi exterior adminiſtratio clauſtralium reſponderit ritè quieti, ſtatuimus, ut tam obedientales rerum monaſterij, quàm prælati maiores, quatenus uel bis ad minus in anno corã ſuperioribus iuxta monaſterij conſuetudinem reddant de receptis & expenſis rationẽ. Ad hoc enim prælatos illos ex iſta cõnſtitutione uolumus obligari, qui poſſeſsiones habent à monachis uel canonicis ſeparatas.

31.

Adhæc, quoniam ſexum muliebrem contra uerſutiam hoſtis antiqui minus fortẽ, multiplici remedio neceſſe eſt communiri: decernimus, ut moniales & cæteræ mulieres diuino cultui dedicatæ, nec lum uel peplum ſericum non habeant, nec in uelo acus argenteas uel aureas audeant deportare: nec ipſæ uel monachi uel canonici regulares, zonas ſericas, auri uel argenti ornamenta habentes: nec decæterò burneta uel aliquo panno irregulari utantur. Metiantur etiam iuxta diminutionem corporum ueſtem ſuam, ita quòd longitudinem corporum non excedat: ſed pede decenter ſuperducto, ſufficiat eis, cùm Ioſeph indutus legatur ueſte talari. Et ſola monialis conſecrata deferat annulum, & uno ſolo ſit contenta. Si qua autem cõtra hanc noſtram prohibitionem uenire præſumpſerit, & commonita ſe non correxerit, regulari ſubiaceat diſciplinæ.

32.

Præterea ſtatuimus præſenti cõcilio approbãte, ut decęterò pro receptione alicuius in domũ religionis, pecuniã aut quicquid aliud extorquere non præſumant: adeò

adeò ut ſi præ paupertate domus debeat ueſtire ſeipſum, prætextu ueſtium ultra iuſtum precium earum ab eo nihil penitus recipiatur.

33.

Nunc ergo uideamus Euangelicæ legis ſectatores: cum non niſi in uinea laboranti, retributionis denarius ſit porrigendus, nec niſi qui altari deſeruit, de altari uiuere debeat: ſtatuimus, ut Eccleſiæ certis perſonis deputatæ, nulli dentur ad firmam, niſi fortè iuſta cauſa fuerit, & à ſuo epiſcopo approbata, & ut ita de eius conſenſu alicui perſonæ honeſtæ & ordinatæ detur ad firmam, de quo uериſimiliter præſumi debeat, quòd fructus Eccleſiæ in bonos uſus conuertat.

34.

Item, ut uerſutijs & calliditatibus aliquorum obuiemus, qui in fraudem generalis conſtitutionis, nouaa quaſdam adinuentiones fingere moliuntur: ſtatuimus, ut non liceat alicui aliquem aſsignare in Eccleſia quicquam nomine beneficij, quia hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

35.

Quoniam per aduocatos multoties legitima matrimonia protrahuntur, ſtatuimus, ut ſentētia lata pro matrimonio, aduocatus qui contra id fecerit, hoc ipſo per annum aduocatione priuatus exiſtat, niſi iudex eum in ipſa ſententia propter iuſtū errorem, uel probabilem ignorātiam expreſsè habeat excuſatum.

36.

Quia nonnunquam ſerpens antiquus, qui iugiter ſedet in inſidijs, ut interficiat innocentes & ſanctos uiros, quando eos inuenit ſolitarios & abſque conuerſatione uel conſolatione mutua conuerſantes, tanto facilius interdum eos ſuis inſultibus obruit & confundit: prouida deliberatione decernimus, ut tā monachi quàm canonici regulares & moniales in uno dormitorio pariter dormiant & quieſcāt, ſingulis perſonis ſingulis lectis aſsignatis: & in uno refectorio ſimul edant, nec per ſe cuilibet, ſed communiter omnibus uictualia prępparentur. nec ſingulis eorum denarij pro ueſtibus tribuantur: ſed talia per certas perſonas ad hęc deputatas, puta camerarios uel camerarias, diligenter expediantur: qui, ut quilibet indiguerit, & facultas domus ſuſtinuerit, eis indumenta miniſtrent. Et cùm eis noua tradita ſunt, uetera ab eis recipiantur, quæ in uſus pauperum uel alias neceſsitates, de conſilio abbatis uel priorißæ uel abbatiſſæ uel prioris, conuertantur. Cameratio autem uel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin cameratius ab officio deponatur, & monachus ſiue canonicus uel monialis anno illo nouis careat indumentis. Monachus nō recipiatur minor XVIII. annis, niſi euidens utilitas ſeu neceſsitas aliud inducat.

37.

Inhibemus etiam, ne moniales infra ſepta domorum ſuarum præter neceſſarios ſeruientes, nec ad cohabitādum mulieres ſeculares recipiāt, niſi epiſcopi diœceſani accedat aſſenſus. Item tam monachis quàm canonicis regularibus & monialibus ſilentium imponimus obſeruari in temporibus & locis conſtitutis. Nec uiris aut mulieribus religioſis abſq; ſuperioris licentiā egredi liceat ſepta domus, nec ſine certa & honeſta cauſa egrediēdi eis licentia concedatur: ita tamen, quòd nulli clauſtralium cauſa orationis, aut uiſitandi parentes, pateat aditus exeundi: niſi talis fortè fuerit, de quo nihil ſiniſtrū poſsit quis aut debeat meritò ſuſpicari, qui ſemper habeat collegam: & quoties aliter licētia exeundi indulgeatur, certus dies eidem pręfigatur, in quo redeat. Hoc quoque uolumus obſeruari, ut ubicunq; propter exceſſum alicuius uiderit epiſcopus, uel abbas, uel prior cōuentualis non habēs abbatem, expedire, ut quis ad tempus alibi moretur, ad aliam domum religionis eiuſdem in eodē epiſcopatu transferatur: uel ſi neceſſe fuerit, etiā ad alium epiſcopatum dirigatur, & per diœceſanum compellatur admitti, qui ibi in omnibus regulari ſubiaceat diſciplinæ: ita ut, ſi ex mora ipſius Eccleſia in qua moratur, grauata uideatur, uice uerſa mittat aliquem de ſuis, qui interim morā faciet in monaſterio delinquētis: nec prius rediet ipſe qui deliquit, in domo ſua recipiatur, quàm plenè pœnituerit de cōmiſſo, & per ſuum ſuperiorem reuocetur.

38.

Omnem ſingularitatem interdicimus in refectorio, ut cibus aliter uni quàm alteri præparetur. Sed qui præeſt, uideat, ut ſcilicet interdū talia præparentur, de quibus aliorū debilitas uel infirmitas, prout uiderit expedire, ualeat releuari. Omnia etiam uictualia religioſis apponenda, ſine ſubtractione eis apponantur tam in conuentu quàm alibi, ubi reficiuntur de omnibus appoſitis. Totum reſiduum ſine diminutione aliqua cedat in eleemoſynā indigentibus fideliter erogandā, ita quòd nec abbas, nec prior, nec eleemoſynarius

rius hoc poſsit diſpenſare. Et quicunque iſtud ſtatutum de indiminutis adinuicem implere uel obſeruare noluerit, ſi ſacerdos fuerit, à celebratione diuinorum: ſi minoris ordinis, à communione corporis Chriſti: ſi monialis ſit, uſq; ad plenã ſatisfactionem ſuſpẽdatur. Item prohibemus, ne moniales aliquæ ſingulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non ſolent communiter carnes comedere.

39.

Adhæc per nullam ſocietatem uel confideratione admittantur monachi in alterius monaſterio ad moram faciendã, niſi cũ literis epiſcopi ſui, uel abbatis, uel prioris conuentualis non habentis abbatem. Idem inter canonicos regulares & moniales uolumus obſeruari.

Prouideant etiam epiſcopi, quòd moniales in omnibus neceſſarijs competenter ſuſtentari poſſint de bonis monaſterij, ne ſuſtineant ultra numerum aliquam admitti: nec etiã ſuſcipiatur aliqua, quouſq; redactæ fuerint ad numerum illum. Etiam hoc firmiter ſtatuimus authoritate concilij generalis. Si autem contigerit aliquam decæterò contra hanc formam admitti, tam abbatiſſa quàm prioriſſa deponatur.

Idem de magiſtris & prioribus moniales cuſtodientibus, ſi cõtra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus ſtatuendum. Confiteantur etiam moniales ſacerdoribus ab epiſcopo ſibi deputatis. Clerici autem uel laici frequentem non habeant acceſſum ad clauſtra monialium ſine cauſa rationabili.

40.

Quoniam non licet uiris religioſis aliquid proprium poſsidere, qui ſe & ſua pariter in ipſo religionis ingreſſu Domino dedicarunt: præſenti authoritate definimus, ut nulla perſona in regulari ordine cõſtituta, condere teſtamentũ præſumat, cum nihil habeat ſuum temporale, quod transferre ualeat in dominium alienum.

Itẽ nec monachus, nec canonicus Eccleſiam uel monaſteriũ, uel quodlibet prædium Eccleſiæ ſuę, audeat retinere ad firmam. Diſtrictè etiam inhibemus, ne alicui monacho uel canonico regulari, qui non ſit obedientialis, cuſtodia monaſterij cõmittatur, ita quòd ex longa ipſius mora uel conuerſatione ſcandalum oriatur: quod ſi præſumptum fuerit, per ſuperiorem emendetur.

Itẽ uiri religioſi non recipiant Eccleſiã ad firmã, in qua ſibi quid iuris uendicant, ſaltem poſt mortem perſonæ. Quod ſi fecerint, arbitrio ſuperioris puniantur.

41.

Quoniam inter alia uitia impetus gulę uiros religioſos præcipuè non mediocriter infeſtat, decernimus, ut nec monachi nec canonici regulares, niſi ſtatutis locis & horis, potationi ac comeſſationi uacare præſumant. Si quis uerò ſitiuerit, impetrata licentia, refectoriũ regulariter intret, ut ſic neceſsitati ſubueniat, nõ ut conſulat uoluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obſequio prælatorum.

42.

Adhæc ſtatuimus, ut cùm ratione debilitatis uel alia iuſta ratione monachi ſeorſum in miſericordia morentur, ſemper habeant ſecum ad minus alios ſeniores, qui aliorum leuitatem debita correctione compeſcant, & qui poſtmodum in capitulo teſtificentur, qualiter in miſericordia fuerint conuerſati. Idem uolumus inter canonicos regulares & moniales obſeruari. Vt autem omnia fine bono cõcludantur, Lateranenſe concilium ſub ſanctæ recordationis papa Innocentio celebratum, in pręſtatione decimarum & alijs capitulis pręcipimus obſeruari, & in ſynodis epiſcopalibus cõſtitutiones illius concilij unà cum iſtis, prout eis uidebitur expedire, uolumus obſeruari.

Excõmunicationes etiam in hoc concilio ꝓmulgatæ, ſingulis annis in epiſcopalibus ſynodis, & quater in anno in parochialibus eccleſijs ſolenniter iterentur.

¶ In eodẽ concilio pſeudochriſtus quidam uulnerum ſtigmata in corpore oſtendẽs, damnatus eſt, quòd ſe Chriſtum eſſe publicè docuiſſet. Balæus ex Chronico Londinenſi & Lelando, Ceut. 3. cap. 84. in appendice.

PARISIIS.

IN Albios cõcilium Pariſijs celebratum 1223.
narrat Tilius, cui legatus quidam pontificius interfuit, anno 1223.

IN POLONIA,

DE LOCO.

IN Synodo quadam prouinciali, Craco- 1224.
uienſis cum Laurentio Vuratislauienſi de loco in contentionem uenit. Cromerus lib. 8. de Polonis.

IN ANGLIA,

DE AVCVPIO PAPALI.

ANno 1225. Otto cardinalis miſſus ab 1225.
Honorio, in Anglia ſynodũ agit: in qua cum peteret, ut generatim in ſingulos annos aliquid uectigalis Romano pontifici penderetur, ab omnibus denegatum eſt. Pantaleon. Alij decimas ſacerdotiorum pro bello gerendo contra Saracenos petitas autumant, quas facilè impetra-

impetrarit. Polydorus lib.16. Matthæi Pariſij uerba de eodẽ concilio adijcimus: Anno Domini 1226. papa Honorius tertius per Otthonem legatum, præbẽdas à toto Angliæ regno ſibi dari petijt. Ab omnibus Eccleſijs cathedralibus duas prębendas ſibi dari petijt: unam de portione epiſcopali, alteram de capitulo. Similiter de cœnobijs diuerſas portiones. Sed Rex hæc fieri uetuit. Balæus Cent. 3. cap. 88. in appendice. Eodem tempore apud Bituricenſes cõcilium egit & alius Legatus Romanus, & quidem de eodem negocio, uidelicet argẽto cudendo. Pariſius.

IN ALEMANIA.

1225. Honorius deploratiſsimo Eccleſiæ ſtatui, quæ morum corruptione in Occidente & Saracenorum triſtiſſima oppreſsione laborabat, medicamen adhibiturus, Conradum Portuenſem & S. Rufinæ epiſcopum cardinalem in Alemaniam miſit. Qui concilio habito (locus non exprimitur) conſtitutiones quaſdam cudit, easque omnibus archiepiſcopis, epiſcopis, archidiaconis & archipresbyteris obtruſit, ſeuerè mandans, ut in ſuis concilijs, ſingulis annis celebrandis, eas publicari & ſeruari curent. Eæ uerò ſunt:

Conradus miſeratione diuina Portuenſis & S. Rufinæ epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus, uniuerſis Chriſtifidelibus, ad quos præſens ſcriptum peruenerit, ſalutem in Chriſto Ieſu.

1.

Licet multa ſuper continentia clericorum, ſanctorum patrum hactenus emanauerint inſtituta: quia tamen adhuc nõnulli clerici lumbos ſuos cingulo continentiæ, ut accipimus, non præcingunt, in animæ ſuæ periculum & ſcandalum plurimorum, non attendentes, quoniam ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Deus ueſter. nos qui nunc demũ circa horam undecimam miſsi ſumus, ut nocua de uinea Domini Sebaoth ex officio nobis iniuncto, quantum ipſe dederit, extirpemus, quia zelus nos comedit domus eius, huius ſacri approbatione concilij duximus ſtatuendum. Præcipimus igitur, ut clerici continenter & caſtè uiuere ſtudeant uniuerſi, & maximè in ordinibus ſacris cõſtituti, quatenus in conſpectu Dei omnipotẽtis, puro corde & mundo corpore ualeant miniſtrare.

2.

Si quis autem clericorũ deinceps fuerit deprehenſus incontinentiæ uitio laborare, detinendo publicè concubinam: niſi poſt admonitionem canonicam, illam à ſe prorſus expulerit, extunc tam beneficio, quàm & officio ſpolietur. Si uerò nec ſic fœtorem ſuæ libidinis curauerit euitare: quia creſcente contumacia, creſcere debeat & pœna, anathematis ſententia feriatur. Qui uerò obſcœnis uoluptatibus inhiantes, concubinas uſque ad hæc tempora publicè tenuerunt, ne delictum præteritum tranſeat impunitum, eos ſub pœnitentiã duximus redigendos: ut ſi canonici fuerint, quadraginta diebus in clauſtris ſuis in quadrageſimali cibo ieiunent. Si autem hæc agere contempſerint, præpoſitis, & decanis, & capitulis Eccleſiarũ ſub anathemate prohibemus, ne præbendarum fructus eis miniſtrent, neu ad chorum, uel ad conſortium capituli eos admittant, niſi incœpta dicta pœnitentia & peracta, & præſtito iuramento, quòd eas ulterius non reſumant. Qui uerò remotas reſumere pręſumpſerint, decreuimus eos beneficijs eſſe priuatos, ut illi ad quorum collationem eorum beneficia pertinent, ea idoneis perſonis aſsignent, intra tempus in generali concilio comprehenſum. Alioquin proximus ſuperior extũc ea ſtudeat aſsignare. Si uerò decani uel alij eorũ confratres, exceſſum eorũ ſciẽtes diſsimulare pręſumpſerint, eos denunciamus excommunicationis uinculo ſubiacere.

3.

De clericis ruralibus concubinarijs expreſſus rigor ſuperius obſeruetur: quorũ archidiaconi, ſi eos in iniquitatibus uoluerint cõfouere, uel eorum diſsimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos: & ſi in ſuſpenſione permanſerint, eos præcipimus per epiſcopos ſuos à dignitatibus remoueri: quæ dignitates per eoſdem epiſcopos, uel alios ad quos eorũ ſpectat collatio, perſonis idoneis aſsignentur.

4.

Quantæ temeritatis & præſumptionis exiſtat, quòd qui ſeruare debent canonicas ſanctiones, in quibus apertè continetur, quòd nullus aliquem ſine rationabili cauſa excommunicare pręſumat, eas frangere non formidant, plures nõ amore iuſticiæ, ſed liuore odij uel fauore aduerſariorum excõmunicationis uinculo innodantes, nullus prorſus ignorat. Quare firmiter prohibemus, ne in aliquem excommunicationis ſententiam, niſi competenti admonitione præmiſſa, & præſentibus perſonis idoneis, per quas, ſi neceſſe fuerit, poſsit probari admonitio, promulgare præſumat: & ſi prælatus contra hoc fecerit, & admonitus errorem ſuum non reuocauerit, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ ſit exclusus.

Ad

5.

Ad abolendā de domo Domini conſuetudinē,uel potius corruptelam ſeu temeritatem,qua clerici (qui ſignū pudicitiæ debent oſtendere laicis,quibus poſiti ſunt in exemplum) in argumentum ſuæ finalis impœnitentiæ, fructus præbendarum ſuarum concubinis,uel ſpurijs ſuis legant in ultima uoluntate, contra eos rigor eccleſiaſticus exerceri debet. Quare ſub anathemare prohibemus,ne decæterò clerici graria reſtandi abutentes, cum de rebus Eccleſiæ nullum poſsint condere teſtamentum,fructus beneficiorum eccleſiaſticorum ſpnrijs ſuis uel concubinis ſuis dimittant. Qui uerò contra hanc inhibirionem nenire præſumpſerint,in ſignum ſuæ perditionis eccleſiaſtica careant ſepulrura: & quibus taliter fructus legantur,eis careant ipſo iure. Qui autem teſtamentū tale manu tenere uoluerint, & per quorum manus perſonis illis fructus prębendę fuerint miniſtrati, ipſo facto ſciant ſe excommnnicationis uinculo innodatos. Et quādiu fructus huiuſmodi contra hanc inſtitutionem ipſis miniſtrati fuerint, Eccleſia ipſa ſit ſub interdicto poſita.

6.

Cnm ſcriptum ſit in lege neteri, quòd quicunq; nō obtemperaſſet ſacerdotibus, aut exrra caſtra poſitus lapidaretur à populo, aut gladio ceruice ſuppoſita expiaret cruore contemptum: & in primiriua Eccleſia inobedienres cuncti de Eccleſia rabido ore dæmonum traherentur: multi nomine ſacerdotes, cenſuram Eccleſiæ contemnentes, excommunicati uel ſuſpenſi à prælatis ipſorum, exigentibus culpis ſuis, & immemores quæ epiſcopis & prælatis clauium regni cœleſtis collata ſit poreſtas, attrectare ſibi interdicta myſteria non uerentur: contra quos rigorem Eccleſiaſticum uolumus exerceri. Statuimus igitur,ut tales, ſine ſpe reſtitutionis,ab officijs & beneficijs deponantur, & infames & inreſtabiles ſint, & decætero ad beneficia eccleſiaſtica nullatenus admittantur, niſi per pœnitentiam approbatam, & conuerſionē laudabilem, ſedis apoſtolicæ gratiam meruerint obtinere.

7.

Præterea ſnnt nonnulli,qui craſſam prętendentes ignorantiam,quæ cum non excuſet à culpa,nec eos à pœna poterit excuſare, coram his diuina celebrare præſumnnr, qni excommunicationis uinculo ſunt innodati, dicentes quòd eis excommunicario nec per literas,nec per nuncios fuerir nunciata, cum ipſi excommunicati impediant ſæpe, ne poſsit ad eos denunciatio uel citatio peruenire, uel malitioſè ſe occultant: & cum talis ſir meritò contumæx cenſendus, ſtatuimus, nt poſtqnam tales excommnnicari fuerint, & in nicinis locis publicè denunciati, ſacerdos qui coram eis celebrauerit, ſimili pœna puniatur.

8.

Si epiſcopus aliqnem excommunicauerit certa de cauſa, denunciet uicinis epiſcopis per ſuas patentes literas, ut excommunicatum denunciari faciant & euitari: & tunc ſine difficultate aliqua nicini epiſcopi excommnnicatum facianr publicè denunciari, & in diœceſibus ſuis arctius euitari. Si uerò epiſcopi fuerint negligentes, & excommunicatis ſcienter communicauerint, tamdiu cathedralium eccleſiarum canonici eis non communicēt, qnam diu huic ſalubri ſanctioni contempſerint obedire.

9.

Qnoniam in quibuſdam locis Alemaniæ, fundatores Eccleſiarum, uel hæredes ipſorum, poteſtare (in qua eos Eccleſia hucuſq; ſuſtinuit) abutuntur, partem decimarum nel aliarum obuenrionum eccleſiaſticarum, in quibus ius obtinent patronatus, ſibi retinentes ex pacto, repræſentant clericos ad eaſdem: huic uulneri cancroſo & Simoniſco, cenſuræ ferrum opponimns, decernentes, ut ex quo conſtiterit patronum hniuſmodi flagitium perpetraſſe, anathemate feriatur, & eius terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto, donec Eccleſiā liberam cum ſno iure dimittat, ſal uo iure patronatus, quod eis de miſericor dia reſeruamus, qui poſſunt per iuris ex cuſari ignorantiam.

10.

Qui uerò cæca cupiditate ducti, taliter à patronis præſentationem receperint, officio beneficioq; priuentut, nec ad beneficium nel actus eccleſiaſticos admittantur, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum.

11.

Epiſcopi nerò & archidiaconi, qni talibus ſcienter curam animarum commiſerinr, ab inſtitutione & collatione perpetuò ſint ſuſpenſi. Statuimus eriam, qnòd nullus clericus ad curam animarum ab epiſcopo uel archidiacono admittatur, niſi prius iurauerit, qnòd nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam præſentatur, commiſerit Simoniſm.

12.

Quia enormis quædam conſuetudo in quibuſdam Alemaniæ partibus contra canonicas ſanctiones inualuit, nt ponantur

O in Ec-

in Eccleſijs conductitij ſacerdotes, uicarij temporales: ne id fiat decæterò, authoritate legationis, qua fungimur, omnibus modis inhibemus Sed cum uicarius poni debet & poteſt, perpetuò inſtituatur, idq; aſſenſu & authoritate diœceſani & archidiaconi loci illius: nec epiſcopus uel archidiaconus talem inſtituat, niſi eis de bonis Eccleſiæ coram eo tantum fuerit aſsignatum, unde iura epiſcopi & archidiaconi poſsit perſoluere, & congruam & ſufficientem ſuſtentationem habere.

13.

Licet contra nefandos inſidiatores ſacrarum uirginum pudicitiæ, pœnæ grauiſsimę ſint inſtitutę tam canonicæ quàm legales: quidam tamen relaxatis uoluptatum habenis, in lacum miſeriæ, & in lutum fecis ſe immergunt, ut ſalutis æternæ coronam, honeſtatis normam, earumque pudicitiam interpellare præſumant, contra quos neruum rigoris apponimus: ſtatuentes, ut quicunque pudicitiam ſanctimonialium cuiuſque habitus, auſu ſacrilego ſolicitare præſumpſerit, ab officio, ſi clericus fuerit: ſi laicus, à perceptione corporis Domini nouerit ſe ſuſpenſum. Qui uerò ſacrilegum uel temerarium carnis commercium cum talibus habuerit, ipſo facto excommunicationis ſententia ſe nouerit innodatum. Sanctimonialis uerò ſeu canonica, quæ huiuſmodi crimen flagitioſum perpetrauerit, ulterius ad officium aliquod in monaſterio nullatenus admittatur: ſed in ſignum iniquitatis ſuæ, ultima tam in clauſtro maneat, quàm in choro.

14.

Quoniam memoria hominum dilabitur cum tempore dilabente, ne quis ex noſtrarum conſtitutionum ignorantia uelamen in poſterum excuſationis aſſumat, in uirtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis diſtrictè præcipimus, ut archiepiſcopi, epiſcopi, archidiaconi & decani, in ſuo ſinguli concilio annis ſingulis celebrando, eas publicari faciant & ſeruari, pœnam tranſgreſſoribus infligendo. Quas etiam abbates & alij Eccleſiarum & monaſteriorum prælati conſcribi faciant, & in ſuis capitulis frequentius publicari, ut tam ab ipſis, quàm à ſuis ſubditis inuiolabiliter obſeruentur. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo, ducenteſimo, uiceſimo quinto, quarto idus Decembris. In libro conciliorum prouincialium Colonienſium.

SVB GREGORIO IX.

ROMAE,

DE FRANCISCO.

CVm crebra ad tumulum Franciſci ederentur miracula, Gregorius nonus cœtu quodam ſuorum conuocato, communi ſuffragio defunctum illum in diuorum papiſticorum contubernium ſecedere iubet, quibus cũ pari lætitia perfruatur. Bergom. lib. 13.

LONDINI.

PRo ſtatu Eccleſiæ recognoſcendo & 1237.
corrigendo in Angliam mittit Gregorius nonus Ottonem cardinalem. Is de conſilio regis inſignem Londini antiſtitum conuentum egit, in quo poſt longam conſultationem, de patrum ſententia leges plurimas tulit, quæ deinceps ſacerdotalem dignitatem maximè conſeruarunt. Poſt hæc decimas in bellum ſacrum ſacerdotibus erogandas imperauit. Polyd. lib. 16. de Anglis.

PARISIIS.

POſt longam dè ambitu, plurium epi- 1238.
ſcoporum diſputationẽ, Guilhelmus Pariſiorum epiſcopus cum ſuis definiuit, neminem poſſe habere duo ſacerdotia abſq; ſcelere mortali. Faſcic. temporũ. Panthaleon.

ROMAE,

CONTRA IMPERATOREM.

GRegorius nonus Friderico, quem 1240.
pontificium fulmen in ipſum eiaculatum non magni facere norat, Imperium abrogaturus, Romam frequentes conuenire iubet cardinales epiſcopoſq; concilij cauſam eam prætendens, Reformationem Eccleſiæ & præſidia terræ ſanctæ quærenda. Præterea ad Galliæ Anglięque reges auxilij gratia, prius ſuos miſerat cardinales. At Fridericus uera cauſa cognita, ſuum nimirum iugulum peti, uias terra mariq; ipſis intercludit, quoſdam Piſanorum ope captos in uinculis detinet, adeò ut pauci uenire poſſent, qui, teſte Blondo, Piſanos execrati ſunt. Turbato in hunc modum concilio, mœrori ſe dat Gregorius, ac poſt paucos dies ad maiores ſuos commigrat. Bergomenſis, Stella, Naucler. & Æmilius, Platina in uita Gregorij noni.

SYLVANECTAE,

PAPALIS PECVNIAE extorſio.

SYlua nectæ conuentus epiſcoporum 1240.
prouinciæ Remenſis indicitur anno 1240. ubi Iacobus epiſcopus Præneſtinus,

nus, Romani papæ legatus, extorſit in ſubſidium Romanæ cathedræ ſeu luxus uigeſimam omnium eccleſiaſticorum rediruum partem. Chronicon Flandriæ libro octauo.

SVB COELESTINO IIII. REGINOBVRGI.

1241. OTthonem Boiorum ducem, & Conradum Friſingenſem epiſcopum, inter quos ſimultates fuerunt, in gratiam redigunt Eberhardus Iuuauenſis & Rudigerus Bathauenſis. Ægrè hanc concordiam tulit Albertus Romanus legatus, Romanis carpinalibus rem ac concordiam ipſis pernicioſam aperit, ut iure ſuo eam turbent obſecrat, Ottbonem de fide ſuſpectum reddit. Hæ literæ interceptæ ad Iuuauenſem deferuntur. Quamobrem ille & omnes Bauariæ epiſcopi Reginoburgi conueniunt: ipſe Eberhardus, Heinricus Bambergæ, Fridericus Aichſtadij, Rudigerus Bathauiæ, Conradus Fruxinij, Sigfridus Reginoburgenſium, Brixinæque epiſcopus, ac Hirsbergenſis dominus. Sigfridus Reginob. cum Eberhardo comite de Abensberg, præpoſito, Conrado decano; & Semanno archidiacono Landeshutam mittitur, accerſitum Ottonem ad communes deliberationes. Annuit Otto, legatisque coniunctus Regino burgum uenit. Vbi conſedere, literæ Alberti, quibus Ottonem Romano præſuli de fide ſuſpectum facit, recitantur. Deinde, inquit Auentinus, huiuſcemodi orationem archimyſtam habuiſſe reperio. Chriſtus ſeruator Dominus, & Deus noſter, relicto æthereo ſolio, atque (ut ita loquar) immortalitate, mortalis pauperque effectus eſt, ut nos immortales atque diuites efficeret. Cumque deuictis inferis triumphabundus rurſus in cœlum rediturus eſſet, pacem ſuam nobis dedit, pacem ſuam nobis reliquit, concordiam atque mutuum amorem, tanquam notam atque teſſeram, qua ciues ſui à militibus inferi Iouis diſcernerentur, aſsignauit. Summopere quoque admonuit, uti falſos Chriſtos, falſos prophetas uitaremus, qui tecti pelle ouina, nimirum Chriſtiano nomine, atque pontificio titulo, nobis dominari atque illudere cuperent: quos ex ſpinis atque operibus, nempe auaritia, luxu, contentione, odio, inuidia, bellis, diſcordiæ malis, libidine dominandi, ambitione, cognoſci oportere docuit. Quid nam apertius hiſce uerbis, quàm Babylonis phariſæos atque ſcribas, cœleſtis Imperator indicauit? Sub pontificis maximi titulo, paſtoris pelle, lupum ſæuiſsimum, niſi cæci ſumus, ſentimus. Romani flamines arma in omnes habent Chriſtianos: audendo, fallendo, & bella ex bellis ſerendo magni facti, oues trucidant, occidunt, pacem, concordiam terris depellunt, inteſtina bella, domeſticas ſeditiones ab inferis eliciunt, indies magis atque magis omnium uires debilitant, ut omnium capitibus inſultent, omnes deuorent, uniuerſos in ſeruitutem redigant. Non pontificis more gregi conſulunt, ſed potius immanitate tyranni licentia debacchantur. Iuſtitia rareſcit: Impietas, auaritia, cupiditas honorum, pecuniæ ſtudium, libido crebreſcit. Inopes & boni prædæ ſunt ſceleratis, ac diuexantur undique ab iniuſtis: ſoli autem mali opulenti ſunt. Chriſtus inimicos odio habere uetat, eoſdem amari præcipit, de his promereri, fidem hoſtibus ſeruare, beneficijs maleficia expiare docet. Romanenſes contrà, ſancta uiolare, fœdere Dei nomine ſacrato ad fallendos homines abuti, benemeritis ingratos eſſe, malefactis beneficia compenſare, bellare, litigare, defraudare, prodere, decipere, ſub magna pietatis ſuperficie iubent: diuinæ maieſtati, cœleſti prouidentiæ, naturæ repugnare, ſupremæ maieſtati à Deo Opt. Max. conſtitutæ reſiſtere nos uolunt. Hildebrandus ante annos centum atque ſeptuaginta primus ſpecie religionis Antichriſti imperij fundamenta iecit. Hoc bellum nefandum primus auſpicatus eſt, quod per ſucceſſores huc uſque continuatur. Primò illi Imperatorem à comitijs pontificalibus extruſere, ea ad populum & ſacerdotes tranſtulere. Deinde & his ludibrio habitis, atque exploſis, nunc & nos in ordinem redigere atque ſeruitutem conantur, ut ſoli regnent. Capti iam imperij conſuetudine, penſitatis ſuis & aduerſariorum uiribus, occaſione rapiendæ dominationis, & opprimendæ libertatis Chriſtianæ, ſpecioſo Eccleſiaſticæ conſtituendæ libertatis fuco utentur. Credite experto, non ceſſabunt, donec Imperatore in ordinem redacto, Romani Imperij honore ſoluto, paſtoribus ueris qui paſcant oppreſsis, canibus qui latrare queant ſublatis, per hunc morem omnia extinguant, aut occidant. Ideo omnia turbare, atque permiſcere uolunt. Sed dominari uel ingratis contendunt. Paulus armarium philoſophiæ diuinæ præcipit, Subiecti inuicem in timore Chriſti eſtote. Hoc intereſſe inter Chriſtianorum, prophanorum principes, cœleſtis doctor, & præceptor noſter, ſummusque atque immortalis pontifex docet, quòd hij dominan-

tur ſubditis, illi ſeruiunt. Formam ſerui ſuprema maieſtas ſuſcepit, ut diſcipulis ſuis ſeruiret, eorumque pedes lauaret. Flamines illi Babyloniæ ſoli regnare cupinnt, ferre parem non poſſunt: non deſiſtent, donec omnia pedibus ſuis conculcauerint, atque in templo Dei ſedeant, extollanturque ſupra omne id quod colirur. Fames opum, ſitis honorum inexplebilis eſt: quò plura auido conceſſeris, eò plura appetit: porrige digitum, & manum concupiſcet. Licentia omnes ſumus dereriores. Qui ſeruus ſeruorum eſt, dominus dominorum, perinde ac ſi deus foret, eſſe cupit. Sacros cœtus, arque concilla fratrum, imò dominorum ſuorum aſpernarur. Timet, ne eorum quæ aduerſus auſpicia, leges, interceſsiones indies magis magiſque gerit, rationem reddere cogarur. Ingentia loquitur, quaſi uerò Deus eſſet. Noua conſilia ſub pectore uolutat, ut proprium ſibi conſtituat imperium: leges commutat, ſuas ſancit: contaminat, diripit, ſpoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille (quem Antichriſtum uocare ſolent) in cuius fronte contumeliæ nomen ſcriptum eſt, Deus ſnm, errare non poſſum: in templo Dei ſedet, longè lateque dominatur. Sed ſicut eſt in arcanis ſanctarum literarum, Qui legit, intelligat: docti intelligent, omnes impij impiè agent, neque intelligent. Quemadmodum longo antè tempore, Sybillæ apertè, Hydaſpes rex antiquiſsimus, ſub interpretatione uaticinantis pueri ad memoriam poſteris tradidit, nomen Romanum multo antè præfatus, quàm illa Troiana gens conderetur. Conciones prophetarum ſub ambage aliorum nominum, ne quis facilè intelligat, denunciarunt: Romani maieſtas populi, qua olim orbis regebatur, ſublata eſt de terris, & Imperium in Aſiam reuerſum eſt: rurſus Oriens dominabitur, ſeruiet Occidens. Regnum multiplicatum, ſumma rerum poteſtas per plures diſsipata, conciſa, minuta, ne dicam dilacerata, diſcordiæ ciuiles in perpetuum feruntur, nec ullam requiem bellis exitialibus eſſe ſentimus. Imperator uana appellatio, & ſola umbra eſt. Reges decem pariter exiſtunt, qui orbem terræ, Romanum quondam Imperium, non ad regendum, ſed ad conſumendum partiti ſunt. Decem cornua, id quod D. Aurelio Auguſtino incredibile uiſum eſt, Turcæ, Græci, Ægyptij, Afri, Hiſpani, Galli, Angli, Germani, Siculi, Itali, Romanas prouincias poſsident, Romanoſque in his excidère colonos. Cornu paruulum ſub his ſuccreuit, quod oculos habet, & os loquens grandia, tria potiſsimùm, Siciliæ, Italiæ, Germaniæ regna in ordinem redigit, ſibique ſeruire cogit, inſuſtentabili dominatione populum Chriſti ſanctoſque Dei uexat: diuina, humana miſcet: infanda, exectabilia molitur. Quid hac prophetia apertius? Omnia portenta, atque prodigia, quæ cœleſtis ille Magiſter noſter cantauit nobis (euoluite Annales) iam pridem fiunt. Audacià & uis omnia poſsident: boni in omnibus contumelijs, atque in egeſtate iactantur: confunditur omne ius, & leges pereunt. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non ueritas, atque ita neque ſecuritas, neque regimen, neque requies à malis ulla eſt. Omnis terra tumultuatur, fremunt undique bella, omnes gentes in armis ſunt, & ſe inuicem oppugnant. Ciuitates finitimæ inter ſe præliantur, eruuntur regna. Ciuitates funditùs intereunt, non modò ferro atque igne, uerumetiam terræmotibus aſsiduis, & eluuie aquarum, & morbis frequentibus, & fame. Fiunt ubique prodigia miranda per omnia elementa mundi: aer uitiatur, & corruptus & peſtilens eſt, modò importunis imbribus, modò inutili ſiccitate, nunc frigoribus, nunc æſtibus nimijs: nec terra homini dat fructum, nec ſeges quicquam, non arbor, non uitis ferunt. Cum in flore ſpem maximam dant, in fruge decipiunt. Deficiunt in terra quadrupedes, in aere uolucres, in mari piſces. Crines Cometarum, ſolis tenebræ, color lunæ, cadentium ſyderum lapſus ſubitò, & non uſitato modo, ſanguine offuſum cœlum mentes hominum maximo terrore confundunt. Per iram Dei aduerſus homines ſæuit ferrum, ignis, fames, morbus. Impij tamen iuſtitiam Dei non agnoſcunt, imò magis inſtigantur, ut oculos habeant, & non uideant. Niſi hoc incendium extinguatur, uniuerſum orbem terrarum comburet. Decet eum qui primus hoc excitauit, ruina monſtri nulla uirtute redempti, quod hucuſque Landſhutæ, in oppido Boiariæ, maximo Chriſtianorum periculo deliteſcit, extinguere. Quid prodeſt, extrema popularium pernicie ſerpentem orbi terrarum educare? Illorum ſerui ſumus, quibus, ſi uiri eſſemus, atque maiorum ueſtigia æmularemur, timori eſſemus: fortuna illorum noſtris uitijs incolumis exiſtit. Date operam, patres conſulti, ut à Germania,

mania, génte Chriſtianiſsima, cædes, diſcordiæ mala, iucendia, crudelia facinora iu ciues, in patriam patrata, pellantur: pax ciuilibus armis exacta, concordiæ bonis reuocetur. Quod tum fiet, ſi Imperatori Friderico ſecundo Cæſari Auguſto, priucipi Chriſtianiſsimo, à Deo conſtituto obtemperabimus, & peſtem illam atque ſerpentem è Boiaria eliminauerimus. Poſteaquam Eberhardus finem dicendi fecit, atq; aſſedit, ſenatus decretum fit, ſicut ille ceuſuerat. Albertus Boiemus oppidis, uicis, ædibus, caſtellis Boiariæ edicto exigitur. Inſuper omnibus rebus, ſupellectile, ſacerdotijs, gratia, gaza, gentilicijs bæreditatibus, item ſocij eius mulctantur. Aueutinus libro 7. Annalium Boiorum.

SVB INNOCENTIO IIII.

BATHAVIAE.

1243. DIſsidebant Albertus Bohemus & Fridericus Auſtriacus. Bathauiæ itaque congregati principes atque ſacerdotes Boiariæ, in gratiam eos redigunt, paxque inter epiſcopos, priucipes, regulos Bohemiæ, Boiariæ, Noricos atque Vindelicos non ſolùm iuriſiurandi religione, ſed etiam datis obſidibus firmatur. Auentinus libro ſeptimo Annal. Boior.

MILDORFII.

1244. NOu multo pòſt, eiuſdem papæ (Innocentij quarti) iuſſu, Philippus Iuuauenſis, cum collegis ſuis Secouienſi arque Chiemenſi, Albertus Riginoburgenſis, Conradus Friſingenſis Mildorfij coeunt. Poſtulabat enim ab illis pontiſex Romanus, ut Otthoni Boiorum regulo, niſi ab Imperatore Friderico & Cunrado Cæſare deſciſceret, ſacrificijs ritu ſoleuni interdicerent. Epiſcopi Otrhonem ad ſe miſsis oratoribus acceſſunt, eidem mandata pontificis maximi aperiunt. Hiſce auditis, Regulus Boiorum: Quid uultis? (inquit) uos mihi priores bellum indixiſtis, ego coactus ad Romanum epiſcopum prouocaui, iuſſuque Gregorij pontificis maximi armis mea tutatus ſum, Hoc mortuo, Romanum epiſcopum Antichriſtum eſſe prædicaſtia: egoque deſerta primarij ſacerdotis ſecta, ad Imperarorem defeci: uos ſuaſiſtis, uobiſcum pacem inij. Nunc ruſſum bellum uobis placet: magis uarij atque mutabiles eſtis homine triuiali. Cur ſic inepti ludificamini Chriſtianum populum ueſtrà puerili ſententia? Aequum iniquum eſt, Quod modò fas erat, modò nefas eſt. Nolo, uolo: quod dictum, indictum eſt: quod modò ratum erat, modò irritum eſt. Mendacio creditis, iniquitati conſentitis. Vento fortunæ circumferimini. Aut nuuc, aut antea erraſtis. Pacem inire cum optimis priucipibus ſuaſiſtis, parui libenter, ueſtris conſilijs pacem atque fidem ſeruabo: repugnantia nunc docetis, atque more magis uerſutorum atque argutorum hominum, quàm ex æquo atque bono poteſtati reſiſtere. His à quibus beneficijs collocupletati ſumus, ingratiſsimos eſſe iubetis. Decernite uos, quid nam æquum ſit. Hominibúsne diſcordiarum fallacibus fabris, an Chriſto concordiæ authori obtemperabo? Qui gladium acceperit, gladio pereat. Qui ſitis, opera ueſtra oſtendunt: opes potentiam, diuitias, honorem, uoluptates, munera concupiſcitis, appetitis, adamatis: pro hiſce uicti cupiditate, peius Turcis, Saracenis, armis decertatis. Diſcordia creuiſtis, oues nou paſcitis, gregem diſciſſum deuoratis, uon licet Chriſtianis per uos ſeruare pacem. Ego ſuperis fauentibus obdurabo animum, mente obſtinata Thyeſteas ueſtras preces, diraſque deteſtatioues naucifaciam. Ad Chriſtum ſeruatorem noſtrum prouoco, qui tales phariſæos nobis uitandos prædixit: & ueſtris inominatis uerbis ſe bene precaturum pollicetur. Quemadmodum Deus immortalis, ne comparandus quidem ad mortales eſt: ita dum à uobis condemnamur, à Chriſto Domino Deoque noſtro, qui nobis ueſtros mores probè cantauit, abſoluimur. A' quo ſacrilegum hoc genus hominum mauus ſceleratas, impias abſtinebuut, qui ne Chriſto quidem authori noſtro pepercerunt? Et quis eſt ille, qui ſacricolas huiuſcemodi uiuos cum liberis & uxoribus combuſsit? atque illo egregio facinore, ea ſumma pietate Deo Opt. Max. perlitauit, adeò ut regnum Palæſtinæ non ſolùm ſibi, ſed & poſteris ſuis promeruerit? Hæc ubi Ottho dixit, diſcedir, arque cum Conrado Cæſare Dornbergium obſidet. Sacerdotes qui Myldorpij erant, rati illum uera dixiſſe, cum eo in gratiam redeunt: execratione pontificali eundem expiant. Auentinus lib. 7.

LVGDVNI, CONTRA GRAECOS, ET *Imperatorem.*

1245. SYnodum Lugduni Innocentius quartus indixit circa feſtum Apoſtolorum

Petri & Pauli, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimoquinto (iuxta Vincentium libro trigeſimoprimo, capite primo.) Vbi cum Græcis de multis, quibus à Romana Eccleſia diſsidebant, ac imprimis de proceſsione Spiritus ſancti, conferendum erat. Eò uocatus Thomas Aquinas, ut de ea contentione iudicium ferret, in itinere apud Caſsinenſes obit. Eius partes Bonauentura Theologus pòſt ſuſtinet, & à papa rubeo galero donatur. Ac idem papa tum primùm conſtituit, ut Romanæ Eccleſiæ cardinales in publicum adequitaturi galero rubente inſignirentur, quo non ſolùm à cæteris inferioribus eſſent conſpicui, ſed ut admonerentur, pro fide catholica & Chriſtiani populi ſalute paratos eſſe debere, ut ſanguinem effundant. Paralipomena Vrſpergenſis.

Contendebat eò & Fridericus Imperator: nam ipſi dictus erat dies. Ac quoties papa in Lugdunenſi urbe, antequam patres conuenirent, ſermonem ad populum habuit, quod unoquoque ſolenni die fecit, Imperatorem alta inclamauit uoce, illum admonens, ut ad ea reſpondeat, quæ aduerſum ſe pro inribus Eccleſiæ conſequendis habebat: Lugdunum ſe conferret, futurum proteſtatus, ut ſi non acceſsiſſet, ſatisque poſtulatis feciſſet, patrum iudicio ſubiaceret, ut Blondus narrat. Sed cum Parmæ urbis obſidio eum remoraretur, ſuos oratores, archiepiſcopum Panormitanum, Magiſtrum Thadeum Sueſſanum iuſticiarium curiæ ſuæ, cum alijs duobus Cremonenſibus doctoribus, epiſcopum Argentinenſem, Hugonem magiſtrum ordinis Teutonicorum, & Magiſtrum Petrum de Vineis præmittit, qui ſe eò uenturum, ac in poreſtate concilij futurum promitterent. Verùm indicta cauſa abſens in die Iacobi, uelut hoſtis Eccleſiæ, periurus, ſacrilegus condemnatur, à iuramento fidelitatis omnes ſoluuntur, ac ne quis ullo modo ipſi conſentiat, ſub pœna excommunicationis interdicitur, ac Rudolphus ſucceſſor deſignatur. Sic deniq; concilium, antequam ueniret Imperator, ſoluitur. Auentinus lib. 7. Ptolomeus Lucenſis, Erphordienſis.

Formulam depoſitionis & excommunicationis Friderici ſubijcimus. Innocentius quartus epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ſacro præſenti concilio, ad rei memoriam ſempiternam, &c. Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem, licet indigni, dignatione diuinæ maieſtatis aſſumpti, omnium Chriſtianorum curam uigili ſedulaque ſolertia gerere, ac intimæ conſiderationis oculo ſingulorum diſcernere merita, & prouidæ deliberationis ſtatera librare debemus: ut quos iuſti rigor examinis dignos oſtendit, congruis attollamus fauoribus: quos autem reos, pœnis debitis deprimamus: appendentes ſemper meritum & præmium æqua lance, retribuendo cuique iuxta qualitatem operis, pœnæ uel gratiæ quantitatem. Sanè cum dura guerrarum commotio nonnullas Chriſtianæ profeſsionis prouincias diutius affixiſſet, nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem & pacem Eccleſiæ ſanctæ Dei, ac generaliter cuncto populo Chriſtiano, nos ad Fridericum præcipuum principem ſecularem, huiuſmodi diſſenſionis & tribulationis authorem, à fœlicis recordationis Gregorio papa nono, prædeceſſore noſtro, pro ſuis exceſsibus anathematis uinculis innodatum, ſpeciales nuncios, & magnæ authoritatis uiros, uidelicet uenerabiles fratres, Petrum Albanenſem, archiepiſcopum Rhothomagenſem, Hugonem Sabinenſem, card. Guilhelmum baſilicæ duodecim Apoſtolorum preſbyterum cardinalem, qui ſalutem zelabantur ipſius, duximus deſtinandos: facientes ſibi proponi per ipſos, quòd nos & fratres noſtri (quantum in nobis erat) pacem per omnia ſecum habere, necnon cum omnibus hominibus optabamus, parati ſibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam uniuerſo. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captiuos, omnium tam clericorum quàm laicorum, quos ceperat in galeis, reſtitutio, poterat eſſe pacis plurimum inductiua: eum ut illos reſtitueret (cum hoc idem tam ipſe quàm ſui nuncij, antequam ad apoſtolatus uocari eſſemus officium, promiſiſſent) rogari & peti ab ipſo fecimus per eoſdem: ac proponi inſuper, quòd ijdem pro nobis parati erant audire & tractare pacem, ac etiam audire ſatisfactionem, quam facere idem princeps uellet de omnibus, pro quibus erat uinculo excommunicationis aſtrictus: & offerri præterea, quòd ſi Eccleſia eum in aliquo contra debitum læſerat (quod non credebat) parata erat corrigere, ac

re, ac in ſtatũ debitum reformare. Et ſi diceret ipſe, quòd in nullo contra iuſticiam læſerat Eccleſiam, uel quòd nos eum contra iuſticiam læſiſſemus: parati eramus uocare reges, prælatos & principes tam eccleſiaſticos quàm ſeculares ad aliquem tutum locum, ubi per ſe uel per ſolennes nũcios conuenirent: eratq; parata Eccleſia de conſilio concilij ſibi ſatisfacere, ſi eum læſiſſet in aliquo, ac reuocare ſententiam, ſi quam contra ipſum iniuſtè tuliſſet, & cum omni manſuetudine ac miſericordia (quãtum cum Deo & honore ſuo fieri poterat) recipere de iniurijs & offenſis ipſi Eccleſiæ ſuiſque per eum irrogatis ſatiſfactionem ab eo uolebat, & omnes amicos ſuos ſibique adhærentes in pace ponere, plenaq; ſecuritate gaudere, ut nunquam hac occaſione aliquod poſſent ſubire diſcrimen. Sed licet ſic apud eum pro pace paternis monitis, & precum curſeremus inſiſtere lenitate: idem tamen Pharaonis imitatus duriciam, & obturans more aſpidis aures ſuas, preces huiuſmodi & monita, elata obſtinatione, ac obſtinata elatione deſpexit.

Et licet proceſſu temporis in die Cœnæ Domini proxima, nuper præterita, coram nobis & fratribus noſtris, præſentibus chariſsimo in Chriſto filio noſtro Conſtantinopolitano Imperatore illuſtri, cœtu quoque non modico prælatorum, ſenatoribus populoq; Romano, & maxima multitudine aliorum, qui eodem die propter ſolennitatem ipſius de diuerſis mundi partibus ad apoſtolicam ſedem conuenerunt, quòd ſtaret noſtris & Eccleſiæ mandatis, per nobilem uirum Comitem Tholoſanũ, ac Magiſtros Petrum de Vines, & Thaddeum de Sueſſa, curiæ ſuæ iudices, nũcios & procuratores ſuos, ſpeciale ſuper hoc ab ipſo mãdatũ habentes, pręſtiterit iuramentũ: poſtmodũ tamẽ quod iurauerat non impleuit. Quinimò, ea intentione ipſum præſtitiſſe probabiliter creditur, ſicut ex factis ſequentibus colligitur euidenter, ut eidem Eccleſiæ ac nobis illuderet potius, quàm parêret: cùm anno & amplius iam elapſo, nec ad ipſius Eccleſiæ gremium reuocari potuerit, nec ſibi de illatis ei damnis & iniurijs ſatisfacere curauerit, licet ſuper hoc extiterit requiſitus. Propter quod non ualentes abſq; graui Chriſti offenſa eius iniquitates amplius tolerare, cogimur urgente nos conſcientia iuſtè animaduertere in eundem.

Ecut ad præſens de cæteris eius ſceleribus taceamus, quatuor grauiſsima, quæ nulla poſſunt tergiuerſatione celari, commiſit. Deierauit enim multotiens, pacem quondam inter Eccleſiam & Imperium reformatam, temerè uiolando. Perpetrauit ſacrilegium, capi faciendo cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac aliarum Eccleſiarum prælatos & clericos, religioſos & ſeculares, uenientes ad concilium, quod idem prædeceſſor noſter duxerat conuocandum. De hæreſi quoque non dubijs & leuibus; ſed difficilibus & euidentibus argumentis ſuſpectus habetur. Plura ſiquidem eum commiſiſſe periuria ſatis patet. Nam olim cùm in Siciliæ partibus morabatur, priuſquam eſſet ad Imperij dignitatem electus, coram bonæ memoriæ G. ſancti Theodori diacono cardinale, apoſtolicæ ſedis legato, felicis recordationis Innocentij papæ, perinde ut & prædeceſſoribus noſtris, Eccleſiæque Romanæ, pro conceſsione regni Siciliæ ab eadem Eccleſia ſibi facta, fidelitatis præſtitit iuramentum. Et ſicut dicitur illud, poſtquam ad eandem dignitatem electus extitit, & uenit ad urbem, coram eodem Innocentio, ſuiſque fratribus, & alijs multis, præſentibus in eius faciem manibus innodauit ligium hominem. Et deinde cùm in Alemannia eſſet, Innocentio, & ipſo defuncto, Honorio papæ, prædeceſſori noſtro, & eius ſucceſſoribus, ac ipſi Eccleſiæ Romsnæ, præſentibus Imperij principibus, promiſit atque iurauit, iura & poſſeſsiones Eccleſiæ Romanæ pro poſſe ſuo ſeruare, ac protegere bona fide: & quòd quæcunque ad manus ſuas deuenirent, ſine difficultate reſtituere procuraret, nominatis expreſsè dictis poſſeſsionibus in huiuſmodi iuramento: quod poſtmodum cõfirmauit, coronam Imperij iam adeptus. Sed horum trium iuramentorum temerarius extitit uiolator, non ſine proditionis nota, & crimine læſæ maieſtatis. Nam contra pręfatum prædeceſſorem noſtrum Gregorium & fratres noſtros, comminatorias literas eiſdem deſtinare: ac D. Gregorium apud fratres ſuos, ſicut apparet per literas ab eo tunc directas eiſdem, & etiam prout fertur, per uniuerſum ferè orbem terrarum multipliciter diffamare præſumpſit. Ac uenerabilem fratrem Othonem Portuenſem, tunc S. Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, & bonæ memoriæ Innocentiũ Præneſtinum epiſcopos, apoſtolicæ ſedis legatos, nobilia & magna Romanæ Eccleſiæ membra, corporaliter capi fecit, & bonis omnibus ſpoliatos, ac per diuerſa loca non ſemel ignominioſè deductos, carceribus mancipans. Priuilegium inſuper, quod beato Petro & ſucceſſoribus eius in ipſo tradidit Ieſus Chriſtus, uidelicet, Quæ-

cunque ligaueris ſuper terram, erunt ligata in cœlis, & qnodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis: in qno anthoritas & poteſtas Romanæ Eccleſiæ conſiſtit, diminuere, uel ipſi Eccleſiæ auferre ſatagit: ſcribens, ſe præfati Gregorij ſententias non uereri: latam ab en excnmmunicatinnem in ipſum, non ſolùm cnntemptis Eccleſiæ clauibus, non ſeruando: uerùm etiam per ſe ac officiales ſuos, & illam, & alias excnmmunicatinnis nel interdicti ſententias: quaa idem omninn contempſit, cogendo alioa non ſeruare. Poſſeſsiones quoque præfatæ Eccleſiæ, uidelicet Marchiam & ducatum Beneuentanum, cuius muros & turres dirui fecit, & alias quas in Thuſciæ ac Lnmbardię partibus, & quibnſdam alijs nbtinebat lncis, paucis exceptis, occupare non metuẽs, eas adbuc detinet occupatas. Et tanquam ei nnn ſuffecerit, quòd manifeſtè cnntra iuramenta præmiſſa præſumendo talia neniebat, per ſe, uel ſuos officiales, earundẽ pnſſeſsionum homines deierare cõpulit ipſos à iuramento fidelitatis, quibus Rnmanæ tenebantur Eccleſiæ, de facto (cum de iure non poſſet) abſoluens, & faciens eoſdem fidelitatem nihilominus abiurare prędictam, ſibiq́; fidelitatis iuramenta præſtare. Pacis uerò ipſum uiolatorem exiſtere plenè conſtat: quia cùm olim tempore pacis inter ipſum & Eccleſiam reformatæ iuraſſet, coram bonæ memoriæ Iohanne de Abbatis uilla, epiſcopo Sabinenſi, & Magiſtro Tbnma de Capua, titulo ſanctæ Sabinæ presbytero cardinale, pręſentibus multis prælatis, principibus & baronib. quòd ſtaret & parêret præcisè, abſqne ulla cnnditione, omnibus mandatis Eccleſiæ, ſuper bis, pro quibus erat uinculo excnmmunicationis adſtrictus, canſis excommunicatinnis eiuſdẽ expreſsia per nrdinem coram eo, tunc nmnibus Teutnnicis hominibus regni Siciliæ, ac quibuslibet alijs qui Eccleſiæ cõtra ipſum adhæſerant, omnem remittẽs offenſam & pœnã, & quòd nullo tempnre offenderet, uel offendi faceret ipſos, pro eo quòd Eccleſiæ aſtiterant, præſtari in anima ſua per cnmitem Acerrarum faciens iuramentum. Poſtmodnm pacem & iuramenta huiuſmndi nequaquam erubeſcẽs, fidem periurus non ſeruauit. Nonnullns etiam ex ipſis hominibus, tam nobiles, quàm alios, præterea capi fecit, & eos bnnis omnibus ſpoliatos, uxores enrũ & filios captiuari, ac terras Eccleſię, cõtra promiſsionem, quam idem Inhanni epiſcopo, & Thomæ cardinali fecerat, irreuereoter innaſit, licet ipſi extũc in eum præſentem, ſi cnntrà ueniret, excnmmunicationis ſententiam ptomulgarunt. Et cùm ijdem apoſtolica authnritate ſibi mandaſſent, ut nec per ſe, nec per alium impediret, quin poſtulationes, electiones & confirmationes Eccleſiarum & mnnaſterinrum, in tegnn prçfatn liberè decçterò fierent, ſecundum ſtatuta cõcilij generalis: & quòd nullus deinceps in endem regno uiris eccleſiaſticis, ac rebus enrum imponeret taleas uel cnllectas: qundq́; nullus ibidẽ clericus uel perſona eccleſiaſtica decæterò in ciuili uel criminali cauſa conuenirent cnram iudice ſeculari: nec ſuper feudis quęſtin ciuiliter haberetur: ac Templarijs, Hoſpitalarijs, & alijs perſonis eccleſiaſticis, de damnis & iniurijs irrogatis eiſdem ſatisfaceret competenter, ipſe mandatum eius cnntempſit. Liquet namq;, plures archiepiſcopales & epiſcopales ſedes abbatiasq́;, ac alias Eccleſias ad præſens in regnn uacare prædicto, ipſasq́; procurãte ipſo, ſicut apertè patet, fuiſſe diutius prælatorum regimine deſtitutas, in graue ipſarum præiudicium, & periculum animarum. Et licet fnrtè in aliquibus eiuſdem Eccleſijs regni electiones ſint à capitulis celebratę, cùm tamen per ills eiuſdem familiares clerici ſunt electi, probabili poteſt argumento concludi, quòd facultatem liberam eligendi non habuerũt. Eccleſiarum autem ipſius regni non ſolùm facultates & bona fecit, prout uoluit, occupari: ſed & cruces, calices & thuribula, & alins ſacrns earũ theſaurns, & pannos ſericos, uelut cultus diuini contẽptor, auferri: licet, ut dicitur, ipſis Eccleſijs, exacto prius prn eis certo precio, in partẽ fuerint reſtituti. Clerici quoq; collectis & taleis multipliciter affliguntur: nec ſolùm pertrahũtur ad iudicium ſeculare, ſed ut aſſeritur, coguntur ſubire dnella, incarcerantur, occiduntur, in patibulis cruciantur, in cõfuſinnem & opprnbrium ordinis clericalis. Præfatis autem templarijs & perſonis eccleſiaſticis non eſt dę damnis ijſdem illatis uel de iniurijs ſatisfactum.

Eum quoq; certũ eſt fore ſacrilegij patratorem. Nam cũ præfati Portuẽſis & Præneſtinus epiſcopi, & cõplures eccleſiarũ prælati & clerici, tam religioſi quàm ſeculares, ad Apoſtolicam ſedem, pro celebrãdo concilio, quod prius ipſe petiuerat cõuocari, ꝑ mare uenirẽt, uijs terræ ipſis de mãdato eius nmninn præcluſis, itẽ deſtinato Entio filio ſuo cũ multitudine galearũ, & per perſonas alias cõplures, lõgè aotea ſeriò præparatas, in partibus Thuſciæ maritimis inſidijs poſitis contra ens, ut grauius poſſet uirus uomere præconceptum, ipſos auſu ſacrilego capi fecir: qnibuſdam prælatnrum ipſnrũ & alijs in huiuſmodi captione ſub-

ne ſubmerſis: nonnullis etiam interemptis 1 & aliquibus in ſeruirute hoſtili fugatis: reliquis autem bonis ſpoliatis omnibus, & de loco ad locum in regnum Siciliç opprobrioſè reductis, ac ibidem diris carceribus mancipatis: quorum aliqui macetati ſqualoribus, & inedia preſsi, miſerabiliter defecerunt.

Meritò inſuper contra eum de hæretica prauitate ſuſpitio exorta eſt. Cum poſtquam excommunicationis ſententiam à præfatis Iohanne epiſcopo Sabinenſi, & Thoma cardinali prolatam incurrerit, & dictus Gregorius papa anathematis ninculo enm innodarit, ac poſt Eccleſiæ Romanæ cardinalium, prælatorum & clericorum, ac allorum ex diuerſis pattibus ad ſedem Apoſtolicam uenientium captionem, claues Eccleſiæ contempſerit & contemnat, ſibi faciens celebrari, uel potius, quanrum in eo eſt, prophanari diuina: & conſtanter aſſeuerauerit, ut ſupeiius eſt narratum, ſe præfati Gregorij papæ ſententias non uereri. Præterea coniunctus amicitia deteſtabili Saracenis, nnncios & mnnera pluries deſtinsuit eiſdē, & ab eis uiciſsim cum honorificentia & hilaritate recepit: ipſorumque ritus amplectitur, illos in quotidianis eius obſequijs notabiliter ſecum tenens: eorundem etiam more, uxoribus, quas habuit, de ſtirpe regia deſcendentibus eunuchos, prçcipuè quos, ut dicitur, ferò caſtrari fecerat, deputare cuſtodes non erubuit. Et quod execrabilius eſt, olim exiſtens in partibus tranſmarinis, facta compoſitione qnadam, imò colluſione uerius, cum Soldano Mohometico, eá in templo Domini diebus ac noctibus publicè proclamari permiſit. Et nuper nūcios Soldani Babyloniæ, per quos idem Soldanua terræ ſanctæ, ac Chriſtianis habitatoribus eius, per ſe ac ſuos damna grauiſsima, & inæſtimabiles iniurias irrogarat, per regnum Siciliæ cum laudibus ad eiuſdem Soldani excellentiam, ſicut fertur, honorificè ſuſcipi fecit, & magnificè procurari. Aliorum quoque infidelium pernicioſis & execrandis obſequijs contra fideles abutens, & illis qui damnabiliter nilipendentes apoſtolicam ſedem, ab unitate Eccleſię diſceſſerunt, procurans affinitate & amicitia copulari, claræ memoriæ ducem Bauariæ, ſpecialem Romanæ Eccleſiæ deuotū, ſicut pro certo aſſeritur, Chriſtiana religione neglecta per Aſſaſinos occidit. Et Battacio Dei Eccleſiæ inimico, à communione fidelium per excommunicationis ſententiam, cum adiutoribus, conſiliatoribus & fautoribus ſuis, concilio ſolenniter celebrato, ſeparato, filiam ſuam tradidit in matrimonium. Catholicorum uerò principum actus & mores reſpuens, ſalntis, famę & pietatis operibus nō intendit: quinimò ut de ſuis nefarijs diſſolutionib. ſileamus, cum didicerit opprimere, non curat oppreſſos miſericorditer releuare: manus eius, nt decet principem, ad eleemoſynas non extenta: cum deſtructioni Eccleſiarū inſiſtat, religioſas ac alias eccleſiaſticas iugi attriuit afflictione perſonas: nec eccleſias, nec monaſteria, nec hoſpitalia, ſeu alia pia loca cernitur conſtruxiſſe.

Non ergo leuia, ſed efficacia hæc ſunt argumenta, de ſuſpicione hæreſis, contra eum: cùm hæreticorum uocabulo illos ius cinile contineri aſſerat, & latis aduerſus eos ſententijs debere ſuccumbere, qui uel leui argumēto à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. Præter hæc, regnnm Siciliæ, quod eſt ſpeciale patrimonium beati Petri, & idē princeps ab apoſtolica ſede tenebat in feudum, iam ad tantam in clericis & laicis exinanitionē ſeruitutemq; redegit, quòd eis penè penitus nihil habentibus, & omnibus exinde ferè probis eiectis, illos qui remanſerunt ibidem ſub ſeruili quaſi cōditione uiuere, ac Romaná Eccleſiam, cuius principaliter ſunt homines & uaſalli, offendere multipliciter, & hoſtiliter impugnare compellit.

Poſſet etiam meritò reprehendi, quòd mille Squifatorum annuam penſionē, in qua pro eodem regno ipſi Eccleſiæ Romanæ tenetur, per nouem annos & amplius ſoluere prætermiſit. Nos itaq; ſuper præmiſsis, & quápluribus alijs eius nefandis exceſsibus, cum frattibus noſtris & ſancto concilio deliberatione præhabita diligēti (cum Ieſu Chriſti uices, licet immeriti, teneamus in terris, nobisque in beati Petri perſona ſit dictum: Quodcunq; ligaueris ſuper terram, ligatum erit in cœlis) memoratum principem, qui ſe Imperio & regnis, omnique honore & dignitate reddidit tam indignum, quiq; propter ſuas iniquitates adeò ne regnet uel imperet eſt abiectus, ſuis ligarum peccatis & abiectum, omniq; honore ac dignitate priuatum à Domino oſtendimus, denunciamus, & nihilominus ſeutentiando priuamus: omnesque qui ei iuramēto fidelitatis tenentur adſtricti, à iuramēto huiuſmodi perpetuò abſoluentes: authoritate apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquā decæterò ſibi, tanquá Imperatori uel regi, pareat & intēdat: decernēdo, quoslibet qui ei deinceps uelut Imperatori uel regi conſiliū uel auxilium præſtiterint, ſeu fauorē, ipſo facto excōmunicationis ſentētiæ ſubiacere. Illi autē ad quos in eodē Imperio Imperatoris ſpectat

electio,

electio eligant liberè ſucceſſorem. De præfato Siciliæ regno prouidere curabimus, cum eorundem fratrum noſtrorum cooſilio, ſicuti uiderimus expedire. Data Lugduni 16.calend.Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

In eodem pattum conſeſſu, Aogliæ rex per oratores conqueſtus ſuper innumerabilibus exactionibus papæ. Et contradictũ eſt tributo Angliæ, quo inuoluit eam Innocentij tertij tempore Ioannes rex, cum bellum inter ipſum & ſuos oobiles eſſet, ot ex Matthæo Pariſienſi refert Balæus Centuria quarta, capite tertio, io appendice.

Sunt præterea in eodem concilio conditi & alij canones, qoos ex ſexto Decretalium adſcribere uolumus.

Cum in multis iuris articulis infioitas reprobetur, prouidè duximus ſtatuendum, ut per illam generalem clauſulam, Quidam alij, quæ frequenter in literis noſtris inſeritur, ultra tres uel quatuor, in iudicium non trahantur. Quorum nomina in primo citatorio exprimat Imperator, ne locus fraudi forſan relinquatur, ſi circa ea poſsit liberè uariare.

Diſpendia litium æqoitatis compendio uolentes, qua poſſumus induſtria, coartare, ſtatutum felicis recordationis Gregorij papæ noni, prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc editum ampliantes, decernimus, ut ſi quis contra alium plures perſonales mouere uoluerit quæſtiones, non ad diuerſos iudices, ſed ad eoſdem ſuper omnibus huiuſmodi quæſtionibus literas ſtudeat impetrare. Qui uerò contrarium fecerit, omni commodo careat literarum, nec proceſſus habitus ualeat per eaſdem, reo, ſi eum per ipſas fatigauerit, in expenſis legitimis condemnandus. Reus quoque, ſi eodem durante iudicio, actorem ſibi obnoxium dixerit, reconuentionis beneficio uel cõuentionis, ſi contra eum literas impetrare maluerit, de iure ſuo debet apud eoſdem iudices experiri, niſi eos ut ſuſpectos poterit recuſare, ſimili pœna (ſi contra hoc fecerit) puniendus.

Statuimus, ut ſi quis electionem, poſtulationem, uel prouiſionem factam impugnat, in formam obijciens aliquid, uel perſonam, & propter hoc ad nos appellari contigerit, tam is qui opponit, quàm qui defendit, & generaliter omnes quorum intereſt, & quos cauſa contingit, per ſe, uel per procuratores ad cauſam inſtructos ad ſedem Apoſtolicam à die obiectionis iter arripiant infra menſem. Sed ſi pars alia non uenerit, per uiginti dies poſt aduentum alterius expectata, in electionis negocio, non obſtante cuiuſquam abſentia (ſicut de iure fuerit) procedatur. Hæc autem in dignitatibus, perſonatibus & canonijs obſeruari uolumus & mandamus: adijcientes, ut qui plenè non probauerit, quod in formam opponit, ad expenſas, quas propter hoc pars altera ſe feciſſe docuerit, condemnetur. Qui uerò in probatione defecerit eius quod obijcit in perſooam, à beneficijs eccleſiaſticis triennio nouerit ſe ſuſpenſum: ad quæ ſi infra illud tempus propria temeritate ſe ingeſſerit, eis ipſo iure perpetuò ſit priuatus, nullam ſuper hoc de miſericordia ſpem aut fiduciam habiturus, niſi manifeſtiſsimis conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumniæ uitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret.

In electionibus & poſtulationibus ac ſcrutinijs, ex quibus ius oritur eligendi, uota conditionalia alternatiua uel iocerta penitus reprobamus, ſtatuentes, ut (huiuſmodi uotis pro non adiectis habitis) ex puris conſenſibus celebretur electio, uoce illorum qui non purè conſenſerint, ea uice in alios reſidente.

Prohibemus quoque, ne Remenſis archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganeorum ſuorum forsneos officiales cooſtituat, qui cum metropolitanis, ne ſuorum ſuffraganeorum ingrediantur diœceſin, ut in eis autoritate propria iudicent, diſponant, aliquid'ue aliud agant, quod canonica prohibeant inſtituta: nequaquam hoc poſſunt in illis per alios exercere. Nec pro eo quòd cauſas per appellationem delatas ad ipſos poſſunt in ſuffraganeorum ſuorum diœceſi delegare, ſimiliter licet eis tales officiales inſtituere in ijſdem, qui eorum uice (cum appellatur ad ipſos) citationes uel inhibitiones faciant, ſeu compeſcant in hac parte rebelles. Quia in cauſis per appellationem deuolutis ad ipſos, iam iuriſdictionem obtinere noſcũtur, propter quod licet poſsint ſuper illis committere uicea ſuas. Non ſic autem in alijs, in quibus nondum extitit appellatum: & idcirco non debent aliquos cooſtituere pro citationibus in futuris cauſis appellatiorum, & inhibitionibus faciendis. niſi aliud Remenſis Eccleſia circa talium officialium inſtitutionem, de conſuetudine obtineat ſpeciali. A' quibus etiamſi de cõſuetudine huiuſmodi poſsint in Remenſi prouincia conſtitui: inhibitiones tamẽ, ne pro-

procedatur in cauſis, priuſquam ad Remenſem curiam appelletur, fieri penitus inhibemus. Officiales autem Remenſis archiepiſcopi (quamdiu in ſua prouincia uel circa illam extiterit) in ſuffraganeos interdicti, ſuſpenſionis, uel excommunicationis proferre ſententias non attentent. Et hoc idem ab officialibus aliorum metropolitanorum, circa ipſorum ſuffraganeos (quibus ob reuerentiam pontificalis officij deferri uolumus in hac parte) præcipimus obſeruari.

Iuris eſſe ambigunm non uidetur, iudicem delegatum, qni à ſede apoſtolica mandatum ad hoc non receperit ſpeciale, iubere non poſſe alterutram partium coram ſe perſonaliter in iudicio comparere, niſi cauſa fuerit criminalis, uel niſi pro ueritate dicenda, uel pro iuramento calumniæ faciendo, uel aliàs iuris neceſsitas partes coram eo exegerit perſonaliter præſentari.

Exceptionis peremptoriæ, ſen defenſionis cuiuslibet principalis cognitionem negocij contingentis ante litem conteſtatam obiectus, niſi de re iudicata tranſacta ſeu finita excipiat litigator, litis conteſtationem non impediat, nec retardet: licet dicat obiector, quòd reſcriptum non fuiſſet obtentum, ſi quæ ſunt impetranti oppoſita, fuiſſent expoſita deleganti.

Frequens & aſsidua nos querela circumſtrepit, quòd ſpoliationis exceptio nonnunquam in iudicljs calumnioſè propoſita, cauſas eccleſiaſticas impedit & perturbat: dum enim exceptioni inſiſtitur, appellariones interponi contingit, & ſic intermittitur, & plerumqne perimitur cauſæ cognitio principalis. Et propterea nos, qni uoluntarios labores appetimus, ut quietem alijs præparemus, finem litibus cupientes imponi, & calumniæ materiam amputare: ſtatuimus, ut in ciuilibus negocijs ſpoliationis obiectus, quæ ab alio quam ab actore facta proponitur, iudex in principali procedere non poſtponat. Sed ſi in cinilibus ab actore, in criminalibus autem ſe ſpoliatum reus aſſerat à quocunque, infra quindecim dierum ſpscium, poſt diem in quo proponitur, quod aſſerit comprobabit: alioquin in expenſis, quas interim actor ab hoc fecerit (iudiciali taxatione præhabita) condemnetur, aliàs, ſi iudici æquum uiſum fuerit, puniendus. Illum autem ſpoliatum intelligi uolumus in hoc caſu, cùm criminaliter accuſatur, qui tota ſua ſubſtantia, uel maiori parte ipſius ſe per uiolentiam deſtitutum affirmat: & ſecundùm hoc loqui canones, ſano credendum eſt intellectu: quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis opponere nos debemus. habet enim ſpoliatus priuilegium, ut non poſsit exui iam nudatus. Solet autem inter ſcholaſticos dubitari, ſi ſpoliatus à tertio, de ſpoliatione contra ſuum accuſatorem excipiat, an ei tempus à iudice debeat indulgeri, infra quod reſtitutionem imploret, ne ſic fortè uelit exiſtere, ut omnem accuſarionem eludat, quod ſatis æquitati & iuri conſonum exiſtimamus. Quòd ſi infra tempus indultum, reſtitutionem non petierit, & cauſam, cùm potuerit, non ducat ad finem: non obſtante ſpoliarionis exceptione, deinceps poterit accuſari. Ad hoc ſancimus, ut rerum priuatarum ſpoliatio agenti ſuper eccleſiaſticis, uel econtrariò nullatenus opponatur.

Statuimus, ut poſitiones negatiuas, quę probari non poſſunt, niſi per confeſsionem aduerſarij, iudices admittere poſſint, ſi æquitate ſuadere uiderint expedire.

In appellationis cauſa is qui appellantis procurator nel aduocatus in priori iudició fuerat, non recipiatur in teſtem. Neq; indiſtinctè ipſi appellanri præſumptione faciente pro eo etiam deferatur iuramentum: ſed tunc cùm inſpectis perſonarum & ipſius cauſæ circumſtantijs id fucrit faciendum.

Pia conſideratione ſtatuit mater Eccleſia, qnòd maioris excommunicationis exceprio, in quacunque parte iudiciorum oppoſita, lites differat, & repellat agentes, ut ex hoc magis cenſura eccleſiaſtica rimeatur, & communionis periculum euitetur, contumaciæ uitium reprimatur, & excommunicati, dum à communibus actibus excluduntur, rubore ſuffuſi, ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum facilius inclinentur. Sed hominum ſuccreſcente maliria, quod prouiſum eſt ad remedium, tendit ad noxam. Dum enim in cauſis eccleſiaſticis frequentius hæc exceptio per maliciam opponitur, contingit interdum differri negocia, & partes farigari laboribus & expenſis. Proinde quia morbus iſte qnaſi communis irrepſit, dignum duximus communem adhibere medelam. Si quis igitur excommunicationem opponit, ſpeciem illius, & nomen excommunicatoris exprimat, ſciturus eam rem ſe deferre debere in publicam notionem, quam intra octó dierum ſpscium (die in quo proponitur minimè computato) probare ualeat apertiſsimis documentis. Quod ſi non probauerit, iudex in cauſa procedere non omittat, reum in expenſis,

ſis, quas actor ob hoc diebus illis ſe feciſſe docuerit (præhabita taxatione) condamnans. Si uerò poſtmodum inſtantia durante iudicij, & probationis copia ſuccedente, de eadem excommunicatione uel alia excipiatur iterum, & probetur, actor in ſequentibus excludatur, donec meruerit abſolutionis gratiam obtinere, his quæ præceſſerunt nihilominus in ſuo robore duraturis: prouiſo quòd ultra duas uices hęc nō opponatur exceptio, præterquam ſi excommunicatio noua emerſerit, uel euidens & prompta probatio ſuperuenerit de antiqua. Sed ſi poſt rem iudicatā talis exceptio proponatur, executionem impediet: ſed ſententia quæ præceſsit, nō minus robur debitum obtinebit. Eo tamē ſaluo, ut ſi actor excommunicatus ſit publicè, & hoc iudex nouerit quandocunq;, etſi de hoc reus non excipiat, iudex ex officio ſuo actorem repellere nō poſtponat.

Cum æterni tribunal iudicis illum reū non habeat, quem iniuſtè iudex condemnat, teſtante Propheta, nec damnabit eū, cum iudicabitur illi: caueant eccleſiaſtici iudices, & prudenter attendant, ut in cauſarum proceſsibus nil uēdicet odium, uel fauor uſurpet, timor exulet, præmium aut expectatio præmij iuſtitiā nō euertat: ſed ſtateram geſtent in manibus, lances appendant æquo libramine, ut in omnibus quę in cauſis agenda fuerint, præſertim concipiendis ſententijs & ferendis, præ oculis habeant ſolum Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingreſſus ad Dominum referebat, ut ſecundum eius imperium iudicaret. Si quis autem iudex eccleſiaſticus, ordinarius, aut etiam delegatus, famæ ſuæ prodigus, & proprij perſecutor honoris, contra conſcientiam, & contra iuſticiam, in grauamen partis alterius, in iudicio quicquam fecerit per gratiam uel per ſordes, ab executione officij per annū nouerit ſe ſuſpenſum, ad æſtimationem litis parti quam lęſerit nihilominus condemnandus: ſciturus, quòd ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet ſecundum canonicas ſanctiones, à qua non niſi per ſummum pontificem poterit liberari, ſaluis alijs conſtitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerūt & infligunt. Dignum eſt enim, ut qui in tot præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur.

Cordi nobis eſt, lites minuere, & à laboribus releuare ſubiectos. Sancimus igitur, ut ſi quis in iudicio, uel extra, ſuper interlocutoria uel grauamine aliquo ad nos duxerit appellandum, cauſam appellationis in ſcriptis aſsignare deproperet, petat apoſtolos, quos ei præcipimus exhiberi. In quibus appellationis cauſam exprimat, & cur appellatio non ſit admiſſa: uel ſi appellationi forſan ex ſuperioris reuerentia ſit delatum, poſt hoc appellatori ſecundum locorum diſtantiam, perſonarum & negocij qualitatem, tempore proſecutionis indulto, ſi uoluerit appellatus, & petierit, principales perſonæ per ſe uel per procuratores inſtructos cum mandato ad agendum, & cum rationibus & munimentis ad cauſam ſpectantibus, accedant ad ſedem apoſtolicam ſic parati, ut ſi nobis uiſum fuerit expedire, finito appellationis articulo, uel de partium uoluntate omiſſo, procedatur in negotio principali, quantum de iure poterit & debebit: his quæ in appellationibus à diffinitiuis ſententijs interpoſitis antiquitus ſtatuit, non mutatis. Quòd ſi appellator, quæ præmiſſa ſunt, non obſeruet, reputabitur non appellans, & ad prioris iudicis redibit examen, in expenſis legitimis condemnandus. Si autem appellatus contempſerit hoc ſtatutum, in eum tanquam in contumacem, tam in expenſis, quàm in cauſa (quantum à iure permittitur) procedatur. Iuſtum eſt equidem, ut in eum iura inſurgant, qui ius, & iudicem, & partem eludit.

Legitima ſuſpicionis cauſa contra iudicem aſsignata, & arbitris à partibus ſecundum formam iuris electis, qui de ipſa cognoſcant, ſæpe contingit, quòd ipſis in idem conuenire nolentibus, nec tertium aduocantibus, cum quo ambo uel alter eorum procedat ad deciſionem ipſius negocij, ut tenentur, iudex proferat excommunicationis ſentētiam contra ipſos, quam ipſi tum propter odium, tum propter fauorem partium diutius uilipendunt: quare cauſa ipſa plus debito prorogata, non proceditur ad cognitionem negocij principalis. Volentes igitur morbo huiuſmodi neceſſariam adhibere medelam, ſtatuimus, ut ipſis arbitris per iudicem competens terminus præfigatur, infra quem in idem conueniant, uel tertium concorditer aduocent, cum quo ambo uel alter eorum eiuſdem ſuſpicionis negocium terminare procurent. Alioquin iudex extunc in principali negocio procedere non omittat.

Cùm ſuffraganeorum Remenſis Eccleſiæ, ſuorumque officialium, qui generaliter de cauſis ad ipſorum forum pertinentibus eorum uices ſupplendo cognoſcūt, unum & idem conſiſtorium ſiue auditorium ſit cenſendum: ab ipſis officialibus, non

non ad dictos ſuffraganeos (ne ab iiſdem ad ſeipſos interponi appellatio uideatur) ſed de iure ad Remenſem eſt curiam appellandum.

Ab archidiaconis uerò alijſque inferioribus prælatis, ſuffraganeis ſubiectis eiſdem, & eorum officialibus, ad ſuffraganeos ipſos debet, & non ad eandem curiam, omiſsis dictis ſuffraganeis appellari, niſi aliud Remenſis Eccleſiæ de conſuetudine competat in hac parte.

Cum autem ad præfatam curiam, ab eorundem ſuffraganeorum, uel ſuorum officialium audientia fuerit appellatum, Remenſis archiepiſcopus, qui pro tempore fuerit, uel officialis ipſius, nullatenus in appellationis cauſa interpoſitæ ante diffinitiuam ſentētiam citent partes, nec etiam alijs illam committant, appellationis eiuſdem cauſa probabili ſeu legitima non expreſſa.

Si uerò uocatis partibus, uel nullatenus, aut non infra decem dies poſt interlocutoriam uel diffinitiuam ſententiam appellatum fuiſſe, ſeu aliquid aliud ſimile, ſicque non eſſe per appellationem ad eundem archiepiſcopum, uel eius officialem, deuolutum negocium proponatur, iidem (niſi prius ipſis conſtiterit, cauſam ipſam ad eos totaliter fuiſſe delatam) prohibere, ne in illa, uel ne ad executionē procedatur ſententiæ, non præſumant.

Quòd ſi obijciatur, ex iniuſta cauſa, ſeu minus legitima, ante ſententiam appellationem interpoſitam extitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem huiuſmodi admittendam: nequeunt prædicti archiepiſcopus uel eius officialis prohibere, ne procedatur in cauſa, niſi prius appellatione recepta, uelut emiſſa ex cauſa probabili, cognoſcere incipiant de cauſa huiuſmodi, an ſit uera. Si autem poſt ſententiam in caſibus à iure prohibitis, utpote à ſententia ſuper manifeſto & notorio crimine, uel de quo quis in iure confeſſus extitit, promulgata, uel conſimilibus appellatum fuiſſe dicatur: poſſunt, ne ſententia executioni mandetur, poſtquam cognoſcere cœperint, utrum ſit recipienda uel non appellatio interpoſita, inhibere. In alium quoque, qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controuerſia uertitur, aliquid poſt eorum inhibitionem attentant, non ualet: occaſione huiuſmodi iuriſdictionem aliquam uendicare. Cum uerò is qui ad Remenſem curiam ſuper aliqua cauſſa uocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis alijs ordinarij ſui iuriſdictioni ſubijciatur: Remenſis archiepiſcopus uel officialis ipſius, nequaquā iuriſdictionem ipſam in alijs impediant, ut ab eiuſdem ordinarij poteſtate totaliter eximant taliter appellantem. Debet autem ad eos ab epiſcopis præfatæ prouinciæ ſuper cauſis, in quibus temporalem iuriſdictionem exercent (niſi fortè de conſuetudine aut priuilegio, ſiue iure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium) appellari. Sententias quoque interdicti uel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis, in appellantem ab eo à quo appellatum proponitur promulgatas, nullatenus (niſi uocatis partibus, & de appellatione legitimè cognito) reuocent aut denuncient eſſe nullas. Cum autem ad Remenſem archiepiſcopum ab audientia ſuffraganei ſui, ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam appellatum, idem archiepiſcopus, poſtquam de appellatione cognito conſtiterit eam minus rationabilem extitiſſe, cauſam ad eundem ſuffraganeū remittere non poſtponat. Vt ſuper appellatione ac eius cauſa inſtructio facilior ualeat in proceſſu haberi, diſtrictè præcipimus, quòd ille à quo appellatur, apoſtolos appellanti (iuxta tenorem conſtitutionis noſtræ ſuper hoc editæ) tribuat requiſitus. Si uerò non exhibuerit, extunc ſi fortè in cauſa procedat (niſi appellationi renunciatum fuerit) eius inualidus & irritus ſit proceſſus.

Pro humani redemptione generis, de ſummis cœlorum ad ima mundi deſcendens, & mortem tandem ſubiens temporalem, Dei filius Ieſus Chriſtus, ne gregem ſui precio ſanguinis glorioſi redemptum aſcenſurus poſt reſurrectionem ad patrem, abſque paſtore deſereret, ipſius curam beato Petro apoſtolo (ut ſuæ ſtabilitate fidei cæteros in Chriſtiana religione firmaret, eorumque mentes ad ſalutis opera ſuę accenderet deuotionis ardore) commiſit. Vnde nos eiuſdem apoſtoli effecti (diſponente Domino, licet immeriti) ſucceſſores, & ipſius redemptoris locum in terris, quanquam indignè, tenentes, circa gregis eiuſdem cuſtodiam ſollicitis excitati uigilijs, & animarum ſaluti iugis attentione cogitationis intendere ſubmouendo noxia, & agendo profutura debemus, ut excuſſo à nobis negligentiæ ſomno, noſtrique cordis oculis diligentia ſedula uigilantibus, animas Deo lucrifacere, ſua nobis cooperante gratia, ualeamus. Cum igitur illi qui ſic horrenda inhumanitate deteſtandaque ſæuitia mortem ſitiunt alio-

rum, ut ipſos faciant per Aſſaſinos occidi, non ſolùm corporum, ſed mortem etiam procurent animarum (niſi eos exuberans gratia diuina præuenerit, ut ſint armis ſpiritualibus præmuniti) ac omnis poteſtas tribuatur à Domino, ad iuſticiam rectumque iudicium exercendum: nos tanto periculo uolentes occurrere animarum, & tam nefarias præſumptiones, eccleſiaſticæ animaduerſionis mucrone ferire (ut metus pœnæ meta huiuſmodi præſumptionis exiſtat) præſertim cum nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem Aſſaſsinorum domino impetrare, ſicque ab eo non abſque Chriſtianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo uitam ſuam: ſacri approbatione concilij ſtatuimus, ut quicunque princeps, prælatus, ſeu quæuis alia eccleſiaſtica ſecularisue perſona quempiam Chriſtianorum per prædictos Aſſaſinos interfecerit, uel etiam mandauerit (quanquam mors ex hoc forſitan non ſequatur) aut eos receptauerit, uel defenderit, ſeu occultauerit, excommunicationis & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio & beneficio incurrat ſententias ipſo facto: & illa liberè alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur: ſit etiam cum ſuis bonis mundanis omnibus, tanquam Chriſtianæ religionis æmulus, à toto Chriſtiano populo perpetuò diffidatus. Et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, aliquem ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus alia excommunicationis, uel depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum ſententia requiratur.

Volentes libertatem (quam nonnullis apoſtolica ſedes priuilegio exemptionis indulſit) ſic integram obſeruari, ut & illam alij non infringant, & ipſi eius limites non excedant, declaratione irrefragabili diffinimus, quòd quantumcunque ſic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, ritè poſſunt coram locorum ordinarijs conueniri, & illi, quo ad hoc, ſuam in ipſos iuriſdictionem (prout ius exigit) exercere. Nunquid ergo carent omnino in his commodo libertatis? non utiq;: quia nec coram ordinarijs ipſis, dummodo ſit in loco exempto commiſſum delictum, uel contractus initus, aut res litigioſa: nec ubi domicilium habent, ſi alibi delinquāt uel contrahant, aut res ipſa conſiſtat, conueniri poſſunt aliquatenus ſuper iſtis: neque domiciliorum prætextu locorū diœceſani (ſi ubi deliquerunt, uel contraxerunt, aut res ipſa conſiſtit, illi conueniantur) remittendi eos illuc, uel ipſis ut illic reſpondeant iniungendi habent aliquam poteſtatem. Saluis nihilominus caſibus alijs, in quibus eos epiſcoporum iuriſdictioni ſubeſſe canonica præcipiunt inſtituta. Et idipſum decernimus circa illos, quibus ut non niſi ſub uno certo iudice teneantur de ſe conquerentibus reſpondere, apoſtolico priuilegio eſt cōceſſum. In eos autem, quibus ne interdici, ſuſpendi uel excōmunicari à quoquam ualeant, à ſede apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt religioſi quamplures) in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam epiſcopus uel archiepiſcopus monaſteriorum ſuorum monachos pro ulla cauſa ullóue loco interdicere, ſuſpendere uel excommunicare præſumat: ijdem ordinarij iuriſdictionem ſuam, quantum ad iſta, ubicunque illi fuerint, penitus exercere nō poſſint. Niſi forſan ipſi monachi ad monaſteriorum ſuorum prioratus ordinarijs ijſdem ſubiectos (ut uel gerant eorum regimen, uel in eis tanquam proprij locorum ipſorum monachi reſideant) fuerint deſtinati: tunc enim etſi liberè poſſint ad eadē monaſteria reuocari: ac tam illorum, quàm ipſorum prioratuum monachi reputentur (cum non ſit inconueniens, aliquem ſic utrobique locum habere monachicum) unum alteri ſubeſſe monaſterio, uel ab ipſo noſcitur dependere: ratione tamen eorundem prioratuum dicti ordinarij ſua iuriſdictione in ipſis etiā, quo ad præmiſſa (quamdiu morantur in illis) licitè uti poſſunt.

Quæſtoribus autem fabricæ Remenſis Eccleſiæ, Remenſis archiepiſcopus ſeu eius officiales citandi ſuffraganeorum ipſius Eccleſiæ ſubditos (quos ijdem quæſtores ſibi reſiſtere aut nolle parēre dixerint) ut ſuper hoc cōpareant coram ipſis, nequaquam tribuant poteſtatem. Super benigna uerò ipſorum receptione ac ſubuentione, ipſi fabricæ facienda, poſſunt eoſdem ſuffraganeos & alios Chriſtifideles Remenſis prouinciæ charitatiuè monere. In concedendis quoq; indulgentijs non excedat Remēſis archiepiſcopus ſtatutum concilij generalis.

Cum medicinalis ſit excommunicatio, non mortalis: diſciplinans, non eradicans: dum tamen is in quem lata fuerit, non contemnat: cautè prouideat iudex eccleſiaſticus, ut in ea ferenda oſtendat ſe proſequi, quod corrigentis fuerit & medentis. Quiſquis igitur excommunicat,

excommu-

excommunicationem in ſcriptis proferat, & cauſam excommunicationis expreſsè conſcribat, propter quam excommunicatio profeſatur. Exemplum uerò huiuſmodi ſcripturæ teneatur excommunicato tradere infra menſem, ſi fuerit requiſitus, ſuper qua requiſitione fieri uolumus publicum inſtrumentum, uel literas teſtimoniales confici ſigillo autentico conſignatas. Si quis autem iudicum huiuſmodi conſtitutionis temerarius extiterit uiolator, per menſem unum ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis officijs nouerit ſe ſuſpenſum. Superior uerò, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans, latorem excommunicato ad expenſas & omne intereſſe condemnet, & aliàs puniat animaduerſione condigna, ut pœna docente diſcant iudices, quàm graue ſit excommunicationum ſententias ſine maturitate debita fulminare. Et hæc eadem in ſuſpenſionis & interdicti ſententijs uolumus obſeruari. Caueant autem Eccleſiarum prælati & iudices uniuerſi, ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrant: quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi, ſicut prius, irregularitatem nõ effugient iuxta canonicas ſanctiones, ſuper qua nõ niſi per ſummum pontificem poterit diſpenſari.

Solet à nonnullis in dubium reuocari, an cum aliquis per ſuperiorem abſolui poſtulat ad cautelam, dum in ſe latam excommunicationis ſententiam aſſerit eſſe nullam, ſine cõtradictionis obſtaculo munus ei debeat abſolutionis impendi. Et an ante abſolutionem huiuſmodi, is qui ſe offert in iudicio probaturum, ſe poſt appellationem legitimam excommunicatione innodatũ, uel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſe patẽter expreſſum, ſit in cæteris (excepto probationis illius articulo) euitandus. In prima igitur dubitatione ſic ſtatuimus obſeruandum, ut petenti abſolutio non negetur, quamuis in hoc excommunicator uel aduerſarius ſe opponat, niſi eum excommunicatum pro manifeſta dicat offenſa. In quo caſu terminus octo dierum indulgebitur ſic dicenti: ut ſi probauerit quod opponit, non relaxetur ſententia, niſi prius ſufficiens præſtetur emenda, uel competens cautio de parẽdo iuri, ſi offenſa dubia proponatur. In ſecunda uerò quæſtione ſtatuimus, ut is qui ad probandum admittitur, pendente probationis articulo in cæteris, quæ ut actor in iudicijs attentauerit, interim euitetur: extra iudicium uerò in officijs, poſtulationibus & electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur.

Statuimus, ut nullus iudicum participantes cum excommunicatis ab eo in locutione & alijs, quibus ligatur participãs excommunicatione minori, ante monitionem canonicam excommunicare maiori excommunicatione præſumat, ſaluis cõſtitutionibus contra illos legitimè promulgatis, qui in crimine præſumunt participare damnato. Quòd ſi ex locutione & alijs quibus participans labitur in minorem, excommunicatus fortius indureſcat, poterit iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participantes conſimili damnare cenſura. Aliter autẽ in participantes excommunicatio prolata non teneat, & proferentes pœnam legitimam poterunt formidare.

Quia periculoſum eſt epiſcopis & eorum ſuperioribus propter executionẽm pontificalis officij, quod frequẽter incumbit, ut in aliquo caſu interdicti uel ſuſpenſionis incurrant ſentẽtiam ipſo facto: nos deliberatione prouida duximus ſtatuendum, ut epiſcopi & alij ſuperiores prælati nullius conſtitutionis occaſione, ſentẽtiæ ſiue mandati prædictam incurrant ſententiá ullatenus ipſo iure, niſi in ipſis de ipſia expreſſa mentio habeatur.

SVB CONRADO IIII. IMP.

SCHENINGIAE,

CONTRA CONIVGIVM *ſacerdotum.*

COniuges erant pleriqua Sueciæ Gothorumq; ſacerdotes, exemplo Græcorum. Eò miſſus Roma, ubi tunc Innocentius quartus dominabatur, Guilhelmus quidam cardinalis pro reſtituendis moribus papiſticis, Schoningię (oppidum eſt uetuſtiſsimum Oſtrogothorum) ſacerdotes conuenire iubet. Ibi maritos coniuges, fornicatores concubinas, papali & regia authoritate abiurare, ac cœlibatum cũctos amplecti cogit. Qui dicto audientes non fuerint, prouentibus, dignitatibus, priuilegijs & libertatibus, quibus id genus hominũ fruitur, non modò priuandos, ſed & grauibus pœnis per magiſtratum politicũ cohercendos cenſet. lib. 19. cap. 15. Gothicę hiſtorię: & lib. 3. de pontificibus Vpſalenſibus in uita Iarleri.

LONDINI.

EX omni natione Londini confluentes quadringẽti fratres ordinis prædicatorum, ſynodum quandam, ſeu, ut uocant, capitulum generale ibi celebrarunt, anno 1250. Hos die prima rex, altera 1250.

 regina,

regina, tertia epiſcopus Londinenſis pauit. Quid ibi actum ſit, in literas relatum non eſt. Balæus Cent. 4. cap. 11. ſcriptorum Britanniæ.

IN POLONIA.

PRendota epiſcopus Cracouienſis Conradum Maſouiæ ducē uelut inuaſorem eccleſiaſticorū bonorum, incendiarium & ſacrilegū, authoritate ſua pontificia publicè diris deuouit. Id factū Fulco Gneſnenſis cū uniuerſa ſynodo, ea de cauſa coacta, comprobauit. Crom. lib. 8.

VRATISLAVIAE, DE RELAXATIONE *ieiuniorum*.

INnocentius papa, totus in id incūbens, ut Fridericum premeret, hinc inde ſubſidia conquirit. Ad Polonos itaq; Iacobum Leodienſem quendam archidiaconum mittit, tum ad res eccleſiaſticas apud eoſdem cōponendas, tum ut pontifici afflicto aliquid ſubſidij corraderet. Is cōuocata Vratislauiæ ſynodo, impetrauit, ut quinta pars redituū eccleſiaſticorū ex tota Polonia in triennium ei decerneretur. Gratus pro hoc officio papa, relaxauit Polonis partē eius ieiunij, quod cunctis ſub Antichriſti iugo degentibus ante Paſcha ſolēne eſt. Nam cum id totis nouem hebdomadis ueteri ſummorū pontificum inſtituto uulgò ſeruarent, indulſit ut eſſet deinceps hebdomadarū ſex & dimidiæ. Egregiam ſcilicet compenſationem tantę auri ſummæ. O' illuſores Dei & hominū Romanos pontifices. Cromerus lib. 8.

TEMPORE INTERREGNI. SVB ALEXANDRO IIII. LENCICIAE.

1257. BOleslaus Caluus Polonorum princeps, cum per aſsidua bella exhauſtum eſſet ærarium, ex ſacris reditibus damnū reſarcire conatus eſt. Captos itaq; Thomam Vratislauienſem epiſcopum, Boguſalum præpoſitum, & Heccardum canonicū, decem millia marcarum popoſcit. Quę cum non darent, conjectos in carcerem compedibus conſtrinxit. Fulco Gneſnenſis de iniuria ſuæ ſarinę hominibus illata certior factus, mox ſynodum Lenciciam cogit, ac de ſynodi ſententia Boleslaum diris deuouet. Vratislauienſi uerò diœceſi omni ſacris interdixit. Cromerus lib. 9.

COLONIAE, CONTRA SACERDOTVM *concubinas*.

1260. IN concilio quodam prouinciali, à Conrado Colonienſi epiſcopo hæc ſtatuta edita ſunt.

In nomine Domini, Amen. Nos Conradus Dei gratia ſanctæ Colonienſis eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri Imperij per Italiam archicancellarius: in agrum Domini curæ noſtræ commiſſum, de manda to apoſtolico his diebus per oſtium uiſitationis ingreſsi, plura in ipſo, quàm utique credebamus, offendiculorum inuenimus zizania diuerſorum. Si enim mala opera conuerſationis, & ſcandala peruerſitatis in clero, rectè zizania ſunt cenſenda, incœpti ſuper hoc propoſitum negocij proſequamur: imprimis quidem extirpando radicitùs uitia, ut deinde uirtutum germen laudabile, unde fructus ſalutis proueniat, inſeramus. Cum igitur iſta bonorum plantatio germinū, & extirpationes uitiorum, in agrum Domini abſq; correctionis remedio fieri non ualeat, opportunè ſecundum qualitates & modos exceſſuū, correctionis canonicę modos prouidimus adhibēdos. Sanè cū ea quæ nobis genera diuerſorum offendiculorum uiſitantibus occurrunt, in aliquibus clericorum ſint iſta, & ferè maximè in eorum cōpluribus uſitata: Manifeſta cum mulieribus cohabitatio, habitus clericali incongruus diſciplinæ: in nonnullis quoq; eorum negociatio deteſtāda, & inſufficientia ſcientiæ (quæ eſt illiteratura) in multis, quos clericos ſolo nomine, non re, recta conſideratione cenſemus. Et præter hæc, aliqua alia in nonnullis eorum occurrit, habentia notam labis eccleſiaſticæ. De manifeſta mulierum cohabitatione notatis, ita ſecundum canonicas præcipimus ſanctiones.

1.

Cum enim manifeſtos mulierum cohabitatores ſeu cōcubinarios cenſeamus, non ſolùm eos qui in ſuis domibus tenent concubinas, uerùm omnes generaliter, eos etiam qui mulieres focarias extra domos ſuas manentes, ſuis manifeſtè procurant ſumptibus & ſuſtentant: de his ita præcipimus, quòd tales, inde in uiſitatione noſtra notati, ceſſent decæterò à talis peccati commercio, & in pœnam commiſsi exceſſus, intrent carcerem canonicalis diſciplinæ, illum ſeruaturi ſecundum morem & conſuetudinem diſciplinæ hactenus obſeruatæ. De his aūt mulieribus ita præcipimus, quòd ſi intra immunitatem (quod abſit) fuerint compertæ manentes, uel prope immunitatem, decani Eccleſiarum per excommunicationis ſententiam ipſas ad recedendum compellant. Ipſique nihilominus decani eas ad ſuos plebanos deſtinēt, recepturas ab eis uel alijs boni conſilij (quo

(quo ad remedia animarum) uiris pœnitentiam ſalutarem.

Quia uerò ſupradicti cohabitatores mulierum clerici, patrimonium Ieſu Chriſti in uſus malos, cum ſuis peccando focarijs, expenderunt, eos proinde teneri ad ſatisfaciendum Eccleſiæ, cuius bonis taliter in ſuis concupiſcentijs & peccati illecebris ſunt abuſi, decernimus, & ſatiſfactionis iſtius modũ nobis reſeruamus ſecundum canonicas ſanctiones.

Et quia ijdem clerici, ſicut de multis eorum cõperimus, ita huius peccati pernicioſa nimis aſſuefactione excæcati, in eo perſiſtere uſque ad uitæ etiam ſuę nouiſsima non uerentur, in tantum, quòd in extremis agentes, ſi quid de bonis eccleſiaſticis habuerint, ea pueris ſuis legant & deputant, non contenti quòd inde in uita ſua eos aluerant: & ſic fraudant Eccleſias Ieſu Chriſti patrimonio, ſeq; metipſos culpæ magis illaqueant coram Deo: talem abuſionem damnabilem deteſtãdo damnamus, & fieri decæterò diſtrictiſsimè prohibemus.

Item ut ipſi clerici (qui malam utique uitam in huius cohabitationis crimine agunt) à mala ſaltem ſibi fama coram hominibus & toto clero de improperioſa nimis detractione præcaueant, ipſis ſub diſtrictione firmiſsima prohibemus, ut nuptijs filiorum ſuorum & filiarum perſonaliter non interſint. Et in his nuptijs, quantum omnino poteſt, uitetur pompa & ſolennitas nuptialis.

2.

Cum negociatio in clerico, & uſura in laico, quaſi eſſe unius generis cenſeantur, ita præcipimus, quòd ceſſent decæterò à talis peccati malitia, & in pœnam cõmiſsi exceſſus intrent canonicalis carcerem diſciplinæ, ſecundum quod ſuperius eſt expreſſum. Quia uerò iſti turpis auariciæ ſectatores, non Deo, ſed mammonæ lucrifacere elegerunt, & malis inhiando lucris, Chriſti ſimiliter patrimonio & bonis eccleſiaſticis ſunt uſi illicitè & indignè: eos proinde teneri ad ſatiſfaciendum Eccleſiæ, in cuius non fideliter, ſed potius fraudulẽter, negociati ſunt bonis, decernimus: & ſatisfactionis iſtius modum, ſecundum ſanctionem canonicam, nobis reſeruamus.

3.

Item de clericis, de inſufficientia doctrinæ, quæ eſt illiteratura, notatis, ſicut de omnibus ſcientiam eminentem non requirimus, ſed quòd ſciant legere & cantare ad diuini officij miniſterium competenter: ita præcipimus, quòd qui per ſe non poſſunt facere in choro cantãdi debitum & legendi, faciant per aliam perſonã idoneam, ſecundum quod decani ſui diſcretio duxerit prouidendum.

4.

Cæterùm de clericis non deferentibus clericalem tonſuram, & ueſtes habentibus clericum non decentes (indecentia namq; ueſtium, in colore, uel pompa nodorum, uel apertura ueſtium à latere, aut nimia breuitate notatur) ſic tam de his, quàm de illis, diſtrictè præcipimus, ut tonſuram comæ, quæ clericalis ſit, habeant, & ſuas coronas competẽtes, & eas raderę non omittant: quod tamen inuenimus aliquos omittere, quod maximè deteſtamur, dum tales & taliter ſe gerentes, priuilegio quidem clericali gaudere contendant, & tamen ſignũ illius priuilegij aſpernentur. Sub eadem diſtrictione, ueſtium indecentium pompam & uſum firmiſsimè inhibemus.

5.

Item de clericis Simoniacis ita præcipimus, quòd ante omnia, ea dimittãt beneficia, quę adepta per Simoniã extiterint, ne ea in damnationẽ ſuarum teneant animarum: & poſtmodũ cum maturo conſilio, qualiter ipſorũ ſtatui conſulatur, ordinabimus ſecundum canonicas ſanctiones.

6.

De clericis autem irregularibus ita præcipimus, quòd à ſui officij executione ſe contineant, donec circa eos fuerit ordinatum ſecundũ canonicas ſanctiones, quod fuerit ordinandum.

7.

Conſequenter, quia in ipſa uiſitatione comperimus, circa diuinum officium ſiue miniſterium atq; chori debitũ, negligentias & omiſsiones debiti factas huculque fuiſſe & fieri, plus quàm Dei honoré deceat, & ſaluti ipſorũ expediat miniſtrorũ: quæ quidem negligentiæ cauſantur exinde potiſsimùm, quòd ſunt quędam Eccleſiæ canonicorum carentes dormitorijs, quædam habẽtes dormitoria, ſed eorum canonici dormire in his longo temporũ ſpatio diſſueuerũt: item quòd in quibuſdam Eccleſijs eſt cõpertum, rarò uel nunquam per anni totius ſpaciũ lectiones & cantum diuini officij in capitulari tabula annotari: item rarò uel nunquam in capitulo ipſo legi lunationes mẽſium aut Kalendas, ſeu obitus fidelium, quorum commendationem aut memoriã agere unuſquiſq;, de eleemoſynarum uiuẽs ſuſtentatione, tenetur. Super his omnibus, qualiter reformẽtur, & reformata in robore ſuo permaneãt & uigore, ſicut primitus erant

 inſtituta:

inſtituta: Ita pręcipimus, quòd Eccleſię canonicorum, carentes dormitorijs, ea deinceps habeant de communi Eccleſiæ ære ſeu pecunia conſtruenda: & canonici qui habentes dormitoria, dormire in his aliquandiu diſſuetuerant, in his dormiant, prout hoc conſuetum fuit antiquitùs. His dũtaxat exceptis, quos infirmitas ſeu debilitas, aut alia cauſa legitimæ neceſsitatis excuſat: cum aliâs caſſa & uana fuiſſet ipſorum dormitoriorum ſtructura, ſi non in ipſis modo & more debito, maximè cauſa matutinalis officij, dormiretur.

Item percepimus, quòd quædã canonicorum collegia in conſuetudinem adduxerint, nullis diebus cantare uigilias pro defunctis, niſi quãdo diſtributio denariorum in choro pręſentibus exhiberetur, & ſic euaneſcat illorũ memoria, qui etſi ad diſtributiooes huiuſmodi quicquam nõ dederint uel legauerint Eccleſijs, ad communem tameo adminiſtrationẽ corporis præbendalis, prędia & poſſeſsiones piè & munificè ſuot largiti. Super hoc ita ſtatuimus, ut non ſolùm illis ferijs, quæ ſunt diſtributionibus huiuſmodi deputatæ, uerùm & alijs diebus omnibus, pręterquam in feſtiuitatibus, ſecundum conſuetudinem maioris Eccleſiæ, Vigiliæ cum Officio pro defunctis in choro ſolenniter decantẽtur: & poſt huiuſmodi decantationẽ officij, decanus & fratres ingredientur domum capituli, ante omnem tractatum diſciplinæ uel etiam præbendæ, aut cuiuſcunq; alterius negocij, tabulæ capitularis lecturam (habentis diſtinctè & in ſpecie, quid unicuique ſit cantandum uel legendum in choro) audiant diligenter, ac inſuper lunationes menſium, ac kalendæ & obitus legantur, necnon aliqua lectio de regula & uita clericorum legatur. Et tunc immediatè de diſciplina fiat quod fuerit faciendum, ac talia conſequenter poſt ipſam diſciplinam tractentur negocia, quæ ad utilitatem ſeu neceſsitatem fuerint ſpectãtia publicam ſeu priuatam. Et ſi aliquando decanus non fuerit præſens, propter hoc non omittatur ullatenus, quin fratres domum capituli intrent, ad audiendum ipſius tabulæ capitularis lecturam, ut ſciant quid unicuique in choro ſit legendum (ut ſuprà diximus) & cantandum deputatum. Quia cum in maiori Eccleſia talis, & bona utiq; conſuetudo in huiuſmodi obſeruetur, idipſum in alijs Eccleſijs uolumus obſeruari.

Item præcipimus, ut diuinum officium in choro, ouoquam abſque ordine miniſtrorum ſacerdoti miniſtrare debentium, uidelicet diaconi & ſubdiaconi, decantetur: & ipſi miniſtri in ipſo ſacræ Miſſæ officio non pręſumant abſque indumentis ſuo ordini deputatis, aliquateoos miniſtrare, nec ante finem Miſſæ recedere. Qood tamen in quãdam deſuetudinem, imò malam abuſionem, apud quaſdam Eccleſias fuiſſe cõperimus introductum: ſed deinceps hoc fieri, firmiſsimè prohibemus.

Eiſdem etiam miniſtris iniungimus, quòd quotieſcunq; hebdomada eorum fuerit officio deſeruiendi diuioo, horas in choro matutinales & alias ſeruare ſtudeant diligenter, ne ullum per eos omiſſionis debiti, quo ad ſacrum miniſterium, eſſe ualeat argumentum. Sacerdotes autem ipſi, quotieſcunque celebraturi ſunt Miſſam, ueſte camiſiali ſub Albis non careant, ne Albam, quæ conſecrata eſt oeſtis, ipſorum tunicæ oaleãt immediatè cootingere, nec ipſæ tunicæ apparere.

Item canonicis, ne frequenter extra immonitatem Eccleſiarum ſuarum comedant, aut dormiant extra ipſam, firmiſsimè prohibemus: nec ulla eis ſuffragetur occaſio, ſi fortè proprijs domibus careãt. Competentius namque in ſuis dormire dormitorijs, & comedere in clauſtris & refectorijs ſuis poſſunt hi, qui domibus proprijs uel certis hoſpitibus carẽt, quàm hæc facere forinſecus apud loca ſuſpecta, uel aliàs clericalis cõuerſationis non bene decentia honeſtatem.

8.

Item ut campanarij Eccleſiarum, quorum ſeruitus ſiue onus circa altare uerſatur, nunquam abſque ueſte camiſiali compareaot, firmiſsimè prohibemus: & ut hoc abſque omni omiſsione ſeruetur, Eccleſiarum ipſarum theſaurarij ſeu cuſtodes, & ſinguli in ſingulis ſuis parochijs plebani, prouideant diligenter. Pręfati etiam theſaurarij ſeu cuſtodes, quorum intereſt Eccleſię luminaria miniſtrare, ea ita fideliter adminiſtrent, & generaliter omnis eccleſiaſticæ ſupellectilis ſeu theſauri cuſtodiam, eorum fidei atq; curæ commiſſam, ita conſeruent fideliter & ſolerter, quòd inde non ſint reprehenſibiles, & quòd pœnam canonicæ caſtigationis euitent.

9.

Conſiſtente autẽ penes decanos Eccleſiarum poteſtate, lege ac gubernatione canonicæ diſciplinę exercenda, ipſis propter hoc firmiter pręcipiẽdo iniungimus, tota eos ad id niti ſolertia, qoòd in Eccleſijs diſciplinalis obſeruantia uigeat honeſtatis: & ſicubi eneruata extiterit, ipſam ſtudeant reformare, commiſſam ſibi ex-

ceſſuum

ceſſuum correctionis poteſtatem, & regimen ſui officij taliter exequendo, ut boni diſpenſatores in domo Domini ſuper eius familiam digna poſsint commendatione cenſeri: & hoc quidem ſe facere arbitrentur, ſi ipſi diſciplinati appareant in ſeipſis, & per bonum exemplum confortent & animent ſuos confratres.

Præfati autem decani, quicunque promotionis ſuæ tempore non fuerint in ſacris ordinibus conſtituti, eos incunctáter recipiát, gradatim de ordine ad ordinem aſcendendo.

Item præcipimus, quòd intra tempus in iure expreſſum, ordinem ſacerdotalem recipiant, ſi ordinem fortè in noſtra diœceſi, à nobis uel aliquo alio epiſcopo contingat noſtro nomine celebrari: nec aliquis decanus propria authoritate uel potius uoluntate præſumat ordinis ſacerdotalis receptionem protrahere uel differre, niſi ſpecialiter hoc à noſtra licentia ualeat obtinere.

Itē præcipimus, quòd ipſi decani, poſtquam ordinem ſacerdotalem receperint, & generaliter omnes ſacerdotes, necnon Eccleſiarum plebani, tam urbani pariter quàm rurales, ſurcotia clauſa portet, quòd ſicut ab alijs ſunt in ſtatu honoris & reuerentiæ differentes, ita deceat quòd ab illorum habitu uel ueſtitu differentes appareant, & nullum in eis exemplo & uſu ueſtium ſignum appareat leuitatis.

Et ſicut Eccleſiarū decanis modo prædicto iniūgimus facere, quæ ad ipſos pertinent faciēda, in ſeipſis pariter & ſuorum regimine ſubditorum: ita ſcholaſticis Eccleſiarum, necnon choriepiſcopis ſeu cantoribus, quorū officia onus ſuum tam circa diſciplinam, quàm chori debitum atq; reſidentiam in ipſis eccleſijs faciendam, habere noſcuntur, iniungimus, ut in his omnibus ſtudeant ita ſe habere, quòd inde non ſint reprehenſibiles, ſed potius commendandi.

Item, ſicut decani in eccleſijs reſidere debere noſcuntur, ita quoq; ſcholaſtici & cantores: unde & hoc eos ita præcipimus obſeruare.

Item, nemo ſit ſcholaſticus in duabus Eccleſijs, quarū præpoſiti & decani, priores Colonienſes exiſtunt, cum de neceſsitate deinde cauſetur inconueniens, ut illarum Eccleſiarū ad minus altera, ſui defectū debiti in mēbro ita neceſſario, cuius quidē non eſt leuis recuperatio, patiatur.

Item & illam abuſionem in aliqua Eccleſiarum compertam, quòd decanus ſit liber à choro, quaſi corruptelam & quaſi peſsimæ adinuētionis ac fraudis modum uel ſpeciē deteſtamur, & deteſtando præcipimus, ne quis decæterò decanorum in ſua præſumat Eccleſia per abuſionem huiuſmodi à ſui iugo oneris uacillare.

Item, ne canonici Eccleſiarum in ſolennitatibus & ſtationibus ſine chorali pellicio uel ueſte camiſiali ſub ſuperpellicio incedant in eccleſijs conuentualibus & in choro.

Item præcipimus, ut ſi quando canonici per uicos ciuitatis aut plateas incedant, ita decenter in habitu ueſtimentorum incedant, ſicut ab antiqua eſt conſuetudine obſeruatum.

10.

Cum in aliquibus Eccleſijs capellani regales, epiſcopales, ac etiā capellani prępoſitorum exiſtant, qualiter hi ſe habere debeant, cum nonnullos fortè ipſorū hoc lateat, determinandum neceſſariò hoc duximus in præſenti noſtrorum ſerie ſtatutorum. Capellani huiuſmodi reſidentiam in ſuis Eccleſijs tanquam alij fratres faciant, niſi illo tantùm tempore, quando agunt ſuorum negocia dominorum, atque etiam ſi negocia Eccleſiæ hoc expoſcant. Et nobis in eccleſia maiori, uel alia noſtrę ciuitatis uel diœceſis eccleſia (ſi ſunt ea uice præſentes) celebrātibus, ibi debent adeſſe in diuini celebratione officij, & adſtare. Et debent huiuſmodi capellani in ſacris eſſe ordinibus conſtituti. Super huiuſmodi capellanos epiſcopales erit noſter capellarius quaſi loco iudicis & magiſtri.

Adhæc præcipimus, quòd nulli decani, nulli ſcholaſtici, nulli choriepiſcopi, uel cantores, nulli ſacerdotes Eccleſiarum, capellani epiſcopales ullatenus aut regales exiſtant.

11.

Cum uerò ſint quædam Eccleſię carentes piſtrino communi, quod multum utique reprobamus, ſuper hoc ita præcipimus, quòd in omnibus Eccleſijs collegiatis habeatur commune piſtrinū, & panis ibi prębendalis diſtribuatur potius, quàm unuſquiſq; cū modio ſiue maldro annonam panis præbendalis recipiat ad uendendum. Ex hac namq; uenditione perit hoſpitalitas in Eccleſijs, cum in ipſis pauci uel nulli reperiantur panem ſuum in domibus comedentes clauſtralibus, uel egenis inde eleemoſynam tribuentes.

12.

Conſequenter de Eccleſiarum præpoſitis uideamus, qualiter ipſi erga capitula ſe habere debeāt, & qualiter capitula erga ipſos uice uerſa. Cū enim ipſis præpoſitus ea potiſsimè incūbat ſolertia, quòd circa

Eccleſiæ exteriora uel eius tẽporalia defendenda ſint uigiles & cooperantes capitulis, ubicũq; iniuriam patiuntur, qualiter ab illis iniurijs releuẽtur, noſtro (prout eis opus fuerit) auxilio accedente, & non ſolùm ad huiuſmodi temporalia promouenda exterius teneantur, imò ad omnia alia, tam intus, quàm extrà, quę ſunt ad Eccleſię utilitatem & pacem ſpectantia, necnon ad ipſius Eccleſiæ iura, ſtatuta honeſta & bonas conſuetudines obſeruandaa teneantur ex proprio iuramẽto: ipſis præcipimus, circa hæc omnia taliter ſe habere, quòd inde irreprehenſibiles cẽſeantur.

Capitula etiam uice uerſa ita ſe erga ipſos habere præpoſitos ſtudeant in omnibus, honorãdo ipſos in quibus ſunt meritò honorandi, quòd in nullo ipſorũ prępoſitorum dignitati derogent ſiue iuri. Et quia de aliquibus præpoſitis unum quidẽ in uiſitatione comperimus reprehenſibile, & non laudandum, quòd ipſi fructibus ſuſpenſarum in Eccleſijs præbendarum, quorum ſunt & eſſe de iure tenentur diſpenſatores (illi præſertim, qui dictos fructus nondum in capitula tranſtulerũt) abutuntur. Cum enim de ipſis fructibus, uno eis anno cedentibus, tecta Eccleſiæ, quando foret neceſsitas, reparare deberent, ipſi ea non reparant: imò fructus ipſos canonicis inobedientibus, ideoq; ſuſpenſis, reſtituunt ſeu remittunt. Ecce per hanc remiſsionem iniuriam fabricæ Eccleſiæ faciunt, damnũ ſeu emolumenti carentiam ſibijpſis, ac inſuper occaſionem negligentiæ & abeſſendi ab Eccleſia canonicis ſuis præſtant. Hanc itaq; abuſionem, omni penitus ratione ac etiam colore carentem, ipſis decæterò præpoſitis inhibemus, uolentes ut uel ipſi retineant (conuertendos in utilitatem propriam) illos fructus, ſi eccleſia eorum opus non habuerit reparatione tectorum: uel eccleſiæ ipſi ad ornamenta fructus huiuſmodi largiantur potius, quàm eos indignis, hoc eſt inobedientibus, reſtituant, & in ſua inobedientia ſeu diſſolutione taliter animent, ac ſic ipſi præpoſiti diſſolutionis ac inobedientiæ ſint auctores.

Item, quòd ipſi canonici, qui ſuſpenſi fuerint pro ſua inobedientia, nunquam in facie fratrum intra immunitatem compareant manifeſtè, firmiſsimè præcipimus & mandamus.

13.

Item, ne in pręſentis noſtræ uiſitationis propoſito omittamus hoc, per quod maximè Eccleſiarum collegiatarum quieti proſpicitur, illarum præſertim, quæ plurium clericorum receptionibus ad uacatura beneficia ſunt grauatę, cum conſtitutio Alexãdri papæ ſuper hoc ipſo decreuerit prouidere, nos illam conſtitutionem præcipimus inuiolabiliter obſeruari, ut cum iuxta eandem conſtitutionem, quatuor ex receptis ante ipſam, prouiſum fuerit de præbendis, quæ poſt conſtitutionem prædictam uacauerunt uel uacabunt, ubi nondum quaternarius eſt completus, alij ultra ipſum numerum exiſtentes, habeantur pro caſſatis, nec aliquo modo ex receptione tali à prępoſitis, decanis & capitulis Eccleſiatum, pro canonicis uel præbendarijs admittantur. Et monemus illos qui receptioni huiuſmodi innituntur, & de canonicatu & præbẽda ſe ingeſſerint, quòd deinceps omnino deſiſtant. Prępoſitos autem, decanos & capitula nihilominus admonemus, ut tales pro canonicis uel præbendarijs non admittant.

14.

Vt uerò omnes Eccleſiæ collegiatæ, immunitates ſuas muro circundatas, & clauſuras portarum bene munitas habeant, firmiſsimè præcipimus & mandamus.

Hæc itaq; noſtræ uiſitationis præcepta canonica & ſtatuta, ita à nobis edita, præcipimus inuiolabiliter obſeruari: & unũquodq; collegium ea in ſcripto ad ſuę exemplar & regimen uitæ recipiat: & recepta, penes ſe in perpetua commendatione memoriæ teneat diligenter. Hæc itaq; ad præſens ſtatuimus, ſaluo nobis, quòd alia, ſi qua adhuc occurrerint, opus habentia reformationis aut correctionis remedio, ſiue de canonicis, aut monachis, aut etiam plebanis exiſtant, ea ſtatuamus, ut inde, prout expediens fuerit, loco & tempore ordinemus. Pronũciatum & datum Coloniæ quarto Idus Martij, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo. Concilia prouincialia Colonienſ.

PERTHI IN SCOTIA.

1260.

Eccleſiarum Scotiæ primates concilium agunt Perthi, quod oppidum nunc S. Iohannis dicitur, Alexandro rege præſente: in eoq; ſtatuta prouincialia cum ipſius regis & regni procerũ conſenſu ſancita ſunt, quæ in hunc uſq; diem in Eccleſia obſeruantur, ut Boetius lib. 13. teſtatur.

SVB VRBANO IIII.

ROMAE.

1263.

Præter ſpiritualem gladium, quo ferierat Alexander papa quartus Manfredum Siciliæ regem, & armatas copias educit, ſed admodũ infœliciter. Nam uel cæſæ, uel in fugam coniectæ ſunt. Vrbanus uerò rerum ſumma in Antichriſti

regno

regno potitus, habito concilio Mãfredum ſceptro priuat, quo Carolum Ludouici, quem Diuum uocant, Francorum regis filium donat. Is ſuperatum bello Manfredum occidit. Bergomenſis.

NORTHANTONI.

LONDINI.

1266. IN Angliã miſſus Otthobonus à Romano pontifice, duo celebrauit concilia, alterum Northantoni, alterum Londini. In utroq; res ad religionem pertinentes pro Romani pontificis arbitrio conſtituit: leges Angliæ dictauit. Epiſcopos qui principum partes contra Henricum tertium regem ſectati fuerant, impios denunciat: quorum aliquos facti pœnitentes, mox iterum abſoluit, alios Romanum pontificem adire coegit, anno 1266. Polydor. lib. 16. Balæus libro 6. de actis Romanorum Pontificum.

SVB CLEMENTE IIII.

COLONIAE.

1266. STatuta Engelberti Colonienſis epiſcopi hæc ſunt.

In nomine Domini, Amen. Engelbertus, Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri Imperij per Italiam archicancellarius. Quamuis ad manu tenendam ac defendendam immunitatem, & ad conſeruandum ius & libertatem Eccleſiarum ipſarum, & eccleſiaſticarum perſonarum, & eorum qui in ſortem Domini ſunt uocati, plurima tam canonica quàm legalia edita ſint ſtatuta, & diuerſæ etiam à diuerſis noſtris prædeceſſoribus ac maioribus ſuper hoc prouiſiones emanarint: tamen quia excreſcente malicia quorundam zelum Dei nõn habẽtium, noua grauamina, exactiones & adinuentiones prauas & deteſtabiles contra Eccleſiam Dei & eccleſiaſticas perſonas machinantium, ipſa Eccleſia per ſtatuta & prouiſiones huiuſmodi à ſuis oppreſsionibus, quas patitur à diuerſis, nullatenus ſubleuatur: nos conſiderantes, quòd contra diuerſas & innumerabiles tribulationes & iniurias, quæ à nonnullis (qui nomen Domini in uacuum recipere non formidant, & ſolo nomine ſe gloriantur Chriſtianos) Eccleſijs & Eccleſiaſticis perſonis frequenter & maximè modernis tẽporibus inferuntur, paucisſimi, imò nullæ etiam Eccleſiæ deuotorum ſe opponunt, licet ex debito omnes ad hoc ſint obligati, & maximè locorum moderatores & iudices ſeculares, qui ex Imperiali etiam conſtitutione, ad ulciſcendum Eccleſiarum & Eccleſiæ miniſtrorum iniurias in ſacrilegos ſunt aſtricti, non expectato quòd ab eis ultio iniuriarum expoſcatur: propter quod contingit malos in malo plus animari, & Eccleſiam, cum non ſit qui conſoletur eam, ſentire in rebus & perſonis multiplex detrimentum. Volentes itaq; incurſibus malorum, ſe erigentium ex aduerſo contra Eccleſiam Dei & eccleſiaſticam libertatem, coercitione qua poſſumus obuiare, ſaluis & in ſuo robore duraturis conſtitutionibus & ordinationibus prædeceſſorum noſtrorum, per quas Eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis in ſuis libertatibus eſt proſpectum, quas nos innouamus & approbamus, & præcipimus per noſtram ciuitatẽ & diœceſim inuiolabiliter obſeruari. Saluis etiam iuribus prælatorum, & Eccleſiarum cõſuetudinibus licitis, & honeſtis electionibus, tam in prælaturis, quàm alijs beneficijs, correctionibus & ordinationibus, ac alijs libertatibus hucuſq; in Eccleſijs habitis & ſeruatis: quæ omnia & ſingula ipſis Eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis confirmamus, & firma ac illibata uolumus permanere; de communi conſilio & aſſenſu Capituli noſtri & omnium prælatorum & Eccleſiarum, & cleri ciuitatis & diœceſis Colonienſis, & ad illorum ſolicitam inſtantiam, ut præſumptorũ coërceatur audacia, & poſsint uiri eccleſiaſtici tuti inter improbos diuinis obſequijs feruentius inſudare:

Statuimus, ut ſacrilegi, qui ſuadente diabolo, Dei timore poſtpoſito, manus inijciunt in clericum uel alias perſonas eccleſiaſticas & religioſas, temerè uiolentas, & ex hoc incidunt in excommunicationis ſentẽtiam canonis iam prælati, per frequentem denunciationem & communionis denegationem, reconciliationis gratiam quærere, & de offenſa ſatisfacere compellantur, cum de iniectione huiuſmodi conſtiterit per facti euidentiam, uel publicam famam, uel aliam fidem, coram loci Ordinario faciendam per iuramentum iniuriam paſsi, ſi fuerit perſona honeſta & fide digna: uel per teſtes in loco, in quo ſacrilegi domicilium habuerint, & in quo ſacrilegium committitur: ſi committens, dominus loci fuerit, ceſſetur à diuinis: & ipſi ſacrilegi per omnes eccleſias conuentuales & parochiales ac capellas ciuitatis Colonienſis (ſi iniuria in ciuitate committatur) ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis excommunicati publicè & nominatim; ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genere, nuncientur. Si iniuria extra ciuitatem committatur, ſimiliter

liter denuncientur per omnes eccleſias conuentuales, parochiales, ac capellas decanatus illius, uel etiam archidiaconatus, in quo hoc contigit: ita tamen, quòd nihilominus ad denunciationem eorũdem, pro ipſo forefacto ubicunque commiſſo, & intra ciuitatem & extra, ultrà procedatur per loci ordinarium, prout hoc uiſum fuerit expedire. Si uerò dicti ſacrilegi per menſem huiuſmodi denunciationem ſuſtinuerint, minimè ſatisfacientes, extunc ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, campanis pulſatis, & candelis extinctis, per eccleſias conuentuales, parochiales & capellas, ut proximè dictum eſt, denuncientur excommunicati, & ab omnibus arctius euitandi, donec læſo, nobis, & Eccleſiæ ſatisfecerint competenter & euidenter, & autoritate apoſtolica abſolutionis beneficium conſequantur.

Quòd ſi per dimidium annum in excommunicatione perſtiterint huiuſmodi denunciationibus uilipenſis, ſi laici nobiles fuerint huiuſmodi ſacrilegium committentes, terra eorum, & diſtrictus, ſi eos habuerint, ipſo facto eccleſiaſtico ſuppoſiti ſint interdicto: quod nullatenus relaxetur, niſi de commiſſo legitimè fuerit ſatisfactum. Si autem fuerint alij quàm nobiles, domini terræ, in quorum diſtrictibus manent, extunc moneantur per loci ordinarium, ut dictos ſacrilegos compellant per bonorum, quæ in ſuis habent diſtrictibus, ſubtractionem, uel quemcunque alium modum, ut ipſi ſacrilegi ſatiſfaciant, & abſolutionis beneficium requirant. Et ſi ipſi domini in hoc negligentes fuerint, extunc per loci ordinarium excommunicentur: quod ſi ſuſtinuerint animo indurato uſque ad annum, extunc terra eorum eccleſiaſtico ſit ſuppoſita interdicto: ſaluis pœnis contra delinquentes huiuſmodi & participantes cõſtitutis, ad quas procedatur nihilominus, prout hoc uiſum fuerit expedire.

2.

Contra incendiarios autem & effractores eccleſiarum & monaſteriorum, cùm ipſo facto ſint excommunicati, eodem modo procedi ſtatuimus & mandamus: adijcientes, ut ſi habuerint terram uel diſtrictum, illa poſt tres menſes à tempore perpetrati criminis eccleſiaſtico ſuppoſita ſint interdicto. Cum autem incendiarij aliarum rerum & bonorum Eccleſiarum & monaſteriorum, ſint tanquam ſacrilegi excommunicandi: ſtatuimus, ut tales moneantur nominatim (ſi eorum nomina ſciri potuerint, alioqui in genere) per ordinarium loci, in quo cõmitti contingit huiuſmodi forefactum, ut intra ſeptem dies à die monitionis ſatisfaciant: alioqui idem ordinarius extunc ſine dilatione ipſos excommunicet, & excommunicatos denunciet, & faciat denunciari in locis, ubi hoc uiſum fuerit expedire, ita quòd niſi intra quindenam à tempore excommunicationis & denunciationis ſatisfecerint, extunc ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, campanis pulſatis & candelis extinctis, per omnes eccleſias conuentuales, parochiales & capellas ciuitatis (ſi in ciuitate contingit) ſeu decanatus uel archidiaconatus illius loci, excommunicati publicè nuncientur, ſicut de incendiarijs eccleſiarum eſt præmiſſum. Et ſi per ſex menſes in excommunicatione contumaciter perſtiterint, ſi habent diſtrictus, illi ſint extunc interdicti: aliorum autem diſtrictus non habentium, domini moneantur, & procedatur ſicut ſuperius de iniectoribus manuum continetur.

3.

Statuimus item de his qui uiolant Eccleſiarum immunitates ſeu dotes, ut uiolatores huiuſmodi, uidelicet qui hominem de immunitate ſeu dote extraxerint, uel aliam rem abſtulerint, uel modo alio eam præſumpſerint uiolare, quos tanquàm ſacrilegos in his ſcriptis excommunicamus, ſimili modo quo diximus de incendiarijs bonorum Eccleſiarum, publicè excommunicati denuncientur. Et ſi plures fuerint, uel iudex ſecularis ſit, qui huiuſmodi uiolẽtiam fecerint, locus in quo tales domicilium habuerint, ſit ipſo facto interdictus: & in loco, ubi immunitas læſa eſt, ceſſetur à diuinis.

4.

Atque ad reprimendum importunam præſumptionem raptorum, prædonum & inuaſorum bonorum ac rerum Eccleſiarum, monaſteriorum, & eccleſiaſticarum perſonarum, ſtatuimus, ut quilibet locus ſeu parochia noſtræ ciuitatis uel diœceſis, ad quem uel ad quam ipſi raptores, prædones & inuaſores peruenerint, ſeu præda, ſpolium uel rapina deducta fuerint, uel ubi prædæ ipſius emptor fuerit, ipſo facto ſit eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: & quamdiu ibi fuerit, ceſſetur penitus à diuinis. Et ſi per triduum ibi ſteterint, licet extunc receſſerint, uel ad alia loca ſe tranſtulerint, uel præda ſeu ſpolium aliò deductum fuerit, nihilominus parochia ſeu locus in quo triduo manſerint, uel ubi præda conſumpta fuerit, maneat per duos menſes interdictus, niſi medio tempore fuerit ſatisfactum. Prædones

nes

nes autem, raptores & inuaſores huiuſmodi, & eorũ receptatores ac adiutores, necnon & prædarum emptores, per ordinarium moneantur nominatim, ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genere, ut intra triduum poſt monitionẽ, ipſam prędam, ſpoliũ uel rapinam reſtituant, & condignè ſatisfaciant: alioqui tanquã ſacrilegi ſententiam excommunicationis, quam nunc ferimus in his ſcriptis, extunc incurrant ipſo facto, & excõmunicati per locorum ordinarios & eorum plebanos nuncientur. In qua excommunicatione ſi ſatiſfactione neglecta durauerint per quindenam, extũc per omnes eccleſias conuẽtuales, parochiales decanatus illius, in quo rapina committitur, & ubi ipſi ſacrilegi domicilium habent, uel etiam, ſi opus fuerit, ciuitatis & aliorum locorũ, campanis pulſatis & candelis accenſis, uſq; ad ſatisfactionem condignam nuncientur excommunicati ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis. Quòd ſi per dimidiom annũ in excommunicatione contumaciter perſtiterint, extunc ſubiaceant pœnis expreſsis ſuperius contra eos, qui manus in clericos inijciunt uiolentas: & ſecundum hoc, ut ibi diximus, procedatur.

5.

Item, cum ſacrilegi cenſeantur, qui iniurioſè ſubtrahunt uel auferũt tributa egentium animarũ, uidelicet decimas ad hoc à Domino inſtitutas, ut ſint cibus in domo Dei, & eas Eccleſijs, quibus debentur, non perſoluunt: ſurreptores multorum bonorum, quæ ex iuſta ſolutione decimarum ſolent, Domino largiente, omnibus euenire: & incitatores ſterilitatis, peſtilẽtiæ, tempeſtatis, & aliorum malorũ, quæ frequenter eueniunt ex ſubtractione earundem: ſtatuimus, ut huiuſmodi ſacrilegi, ac detentores & raptores decimarum tam noualium quàm aliarũ (quos nos in his ſcriptis excommunicamus, per omnes eccleſias parochiales noſtræ ciuitatis & diœceſis per totum circulũ cuiuslibet anni, quolibet menſe, uno die Dominico uel feſtiuo, campanis pulſatis & cãdelis extinctis, excommunicati publicè & diſtinctè per rectores Eccleſiarũ nuncientur, & nihilominus ad ulteriura procedatur per loci ordinarium, ſi uiſum fuerit expedire.

6.

Statuimus item, quòd quicunq; nobiles uel alij ad prælia uel ad alias expeditiones proceſſuri, iacuerint in Grãgijs, curtibus, ſeu poſſeſsionibus uel bonis Eccleſiarum uel eccleſiaſticarum perſonarum, uel monachorum cuiuſcunque ordinis, aut fecerint ibidem damna uel rapinas, niſi intra menſem poſt monitionem, à capitulo & prioribus Colonieñſibus, qui præſentes fuerint, faciendam, de damnis, rapinis & iniurijs irrogatis ſatisfaciant læſis & damnum paſsis, ipſo facto ſint excommunicati excommunicatione quam in ipſos ferimus in his ſcriptis: & excommunicati publicè uſq; ad ſatisfactionem condignam, ubi & quando expedire uidebitur, nuncientur. Et ulterius creſcente contumacia contra eos procedatur, ſicut contra bonorum Eccleſiarum inuaſores ſuperius eſt expreſſum.

7.

Statuimus item, ut nullus laicus, cuiuſcunq; dignitatis uel conditionis exiſtat, de bonis clericorum, ſiue in uita, ſiue in morte, ſe intromittat: ſed quilibet clericus de bonis ſuis ſicut in uita, ita & in morte teſtamentum ſuum faciendi, & de rebus ſuis diſponendi per ſe, uel per alios, quibus hoc cõmiſerit, liberam habeat facultatem. Et illos qui contra hoc ſtatutum de bonis & rebus clericorum decedentium, auſu ſacrilego ſe ingeſſerint, niſi ſint ipſorum clericorum manufideles, ſeu ultimarum executores uoluntatum, extunc ſententia excommunicationis innodamus. Et per locorum ordinarios, præcipimus excommunicatos publicè nunciari, donec ablata reſtituerint, & aliàs ſatisfecerint competenter. In qua excõmunicatione ſi per menſem perſtiterint, extunc contra eos, tanquam inuaſores bonorum Eccleſiarum, procedatur.

8.

Statuimus etiam, ut bona Eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum ciuitatis & diœceſis Colonienſis, ſint & maneant in omni loco, tam in ciuitate quàm extra: & tranſeant tam in terris, quàm in aquis, abſq; telonio & qualibet exactione, & ſine omni impedimento libera & penitus abſoluta. Si qui uerò contra hoc uenire præſumpſerint, contra ipſos tãquam contra inuaſores & raptores bonorũ Eccleſiarũ, de quibus ſupradictũ eſt, procedatur.

9.

Item cum clerici uel religioſi corã iudicio ſeculari non debeant in cauſſam trahi, ſuo, uel Eccleſiæ, uel alicuius alterius nomine, nec à laicis contra eos ſententia dictari, hoc fieri ſub interminatione excommunicationis (quã ferimus in his ſcriptis) firmiter prohibemus: ſtatuẽtes, ut ſi laicus clericum uel religioſum ad forum traxerit ſeculare, idem laicus omnino cadat à cauſſa: & nihilominus per ordinarium ipſius excommunicatus denuncietur publicè, uſq; ad ſatiſfactionem condignam.

Præterea

Præterea iudex ſecularis & ſcabini loci, in quo contingit hoc, per ordinarium ipſius loci moneantur, ut de tali ſe cauſſa nullatenus intromittant: penitus deſiſtendo & reuocando intra triduum, ſi in aliquo occaſione huiuſmodi in præiudiciū ipſius clerici uel religioſi eſt proceſſum. Alioqui ipſi iudices & ſcabini per eundem ordinarium ſine dilatione qualibet excommunicentur, & excōmunicati publicè uſq; ad ſatisfactionem condignam nuncientur. In qua excommunicatione ſi per quindenam perdurauerint, locus ille ſit extunc eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: quod nō relaxetur, niſi prius ſufficienter ſit ſatisfactum paſſo iniuriam, ac nobis, & Eccleſiæ: & iudicatum, ſi quod contra ipſum clericum & religioſum eſt factum, & ſi quid aliud ſubſecutum eſt, ſit penitus reuocatum.

10.

Si uerò clericus clericum in foro ſeculari, ſuo, uel Eccleſiæ, uel alterius cuiuſcunque nomine, in cauſam traxerit, cauſſam amittat. Et ſi monitus ab ordinario, in continenti non deſtiterit, ac intra ſeptē dies non ſatisfecerit in cauſſam tracto, nobis & Eccleſię competenter, ab officio uel beneficio ſit ſuſpenſus ipſo facto, donec ſatisfecerit competenter. Et ſi in ſuſpenſione huiuſmodi durante, ſe ingeſſerit beneficio uel officio, ab eodē ordinario excommunicetur, & excommunicatus publicè nuncietur. Et ſi in huiuſmodi contumacia & excommunicatione per tres ſeptimanas permanſerit, extunc beneficio, ſi quod habet, cum cura uel ſine cura, ipſo facto ſit priuatus, & ad idem beneficium nihilominus inhabilis ad rehabendū exiſtat. Si uerò beneficium aliquod non habuerit, ſit inhabilis ad habendum. Contra iudicem uerò & ſcabinos, qui ſe de huiuſmodi iudicio uel cauſſa intromiſerint, procedatur ſicut ſuperius in proximo capitulo eſt expreſſum.

11.

Item damnamus, & ſub interminatione anathematis prohibemus deteſtabile ſtatutum, imò errorem à quibuſdā laicis contra libertatem eccleſiaſticā introductum: uidelicet, ut ſi laicus cauſam habet contra clericum, uel Eccleſiam conuētualem ſeu monaſterium, ſeu quamcunq; aliam domum religioſam, idemq; clericus uel Eccleſia poſſeſsiones uel alia bona habet in diſtrictu iudicis ſecularis, laicus ipſe uel iudex compellit clericum uel Eccleſiam coram ſeculari iudice litigare ratione poſſeſſionum uel bonorum eorundē: & ipſe iudex ſecularis diem aſsignat clerico uel Eccleſiæ ad litigādum coram eo: ad quem ſi non uenerit, ſicut nec tenetur, uel ueniens corā eo noluerit litigare, bonis ſuis priuat eūdem, plurimas alias abuſiones in his & conſimilibus committēdo. Statuimus, in hoc caſu idem tam contra actorem, quàm iudicem & ſcabinos, obſeruari, quod diximus de clerico clericum trahente in iudiciū ſeculare. Et iudicibus ipſis & ſcabinis huiuſmodi factū non reuocātibus, & aliàs non ſatisfacientibus competēter intra biduum, poſt monitionem ab ordinario faciendam, locus ubi hoc contingit, eccleſiaſtico ſit ſuppoſitus interdicto. Quo durātē per quindenam, ſuperior ſiue dominus illius iudicis & ſcabinorum moneatur per ordinarium, ut tale forefactum procuret reuocari, & faciat intra ſeptem dies poſt ipſam monitionem emēdari. Alioqui contra ipſum ſuperiorem ſiue dominum procedatur, prout in ſtatuto contra iniectores manuum in clericos, de nobilibus & dominis eſt expreſſum.

12.

Et eodem modo ſtatuimus contra occupantes ſeu ſeculari iudicio arreſtantes bona Eccleſiarum uel eccleſiaſticarum perſonarum, ſiue religioſarum, procedi, & idem obſeruari.

13.

Neuerò laici occaſionē habeant de defectu iuſticiæ contra clericos querulandi, ſtatuimus ſub pœna excommunicationis firmiter præcipientes, ut prælati ſeu ordinarij clericorū & Eccleſiarum, laicis contra ipſos clericos uel Eccleſias cauſſam habentibus faciant (cum requiſiti fuerint) ſecundum conſuetudinem capitulorum, ſi fuerit in Eccleſia collegiata: & aliàs de clericis non exiſtentibus de collegio, ſecundum ius ſcriptum uel conſuetudinarium, iuſticiam expeditam.

14.

Statuimus etiam, ut prę lati & ordinarij iudices noſtræ ciuitatis & diœceſis, in terminis eorum iuriſdictioni ſubiectis, ſynodum ſuam (qui ad hoc tenentur) obſeruēt per ſe uel per alios congruis tēporibus, ab ipſis prę latis, prout expedire uiderint, pręfigendis, & quæ corrigenda uel reformanda occurrunt, corrigant & reformēt: & omnes in Eccleſia illa & parochia, in qua ſynodus celebrāda fuerit, quandocunq; eis fuerit denunciata, ad Eccleſiam & ſynodū ueniant obedienter, & iura ſynodalia obſeruent reuerēter, non obſtante aliqua occaſione uel conſuetudine cōtraria, quam corruptelam reputamus & penitus reprobamus. Soli tamen nobiles excipiātur, qui ad noſtram ſynodum noſcūtur ſpecialiter pertinere.

pertinere. Si qui uerò laicorum contra hoc, uenire præſumpſerint, & in hoc mandato, ipſius prælati ſiue ordinarij non obediuerint, ſentẽtiam excommunicationis (quã in his ſcriptis in ipſos ferimus) ipſo facto uel omiſsione incurrant, & excommunicati ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, per plebanos eorum & alios, prout hoc prælato ipſi expedire uidebitur, uſque ad ſatisfactionem condignam publicè nuncientur. Si uerò multitudo parochiæ fuerit in cauſa ſeu in culpa, locus ille, in quo ſynodum uel iura ſynodalia impediri contingit, ſit ipſo facto Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto: quod non relaxetur, niſi de hoc ſatisfactũ fuerit cõpetẽter. Nobilibus uerò, ne huiuſmodi ſynodos uel iura ſynodalia impediant, ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ firmiter prohibemus.

15.

Sed ne delicta ſeu commiſſa ſubditorum maneant impunita, & ex hoc tribuatur audacia delinquendi: ſtatuimus, ut prælati in terminis eorum iuriſdictioni ſubiectis, ſua iuriſdictione liberè utantur, tam in correctione, quàm in iudicio & animaduerſione, ac alijs quæ ad hoc uidebuntur expedire: nec in his alter ab altero impediatur, ſed iuuetur. Et ſi aliquæ ſententiæ à prælato in ſuum ſubditum propter ipſius exceſſus prolatæ fuerint, illæ ſententiæ ab alijs prælatis inuiolabiliter uſque ad ſatisfactionem condignam obſeruentur, & etiam executioni, ſi opus fuerit, demandentur.

16.

Item ſtatuimus, ut iudices eccleſiaſtici in iudicijs ſiue cauſis officium ſuum (ſolum Deum & iuſticiam præ oculis habentes) fideliter exequantur. Et ſi ſcienter per gratiam uel per ſordes aliquam partium in cauſis contra iuſticiã læſerint, præter pœnas à iure ſtatutas (quibus ſubiaceant) ipſo facto incurrant ſententiam excommunicationis, à nobis latam in his ſcriptis: & nihilominus per ſuperiorem contra eos, ſi opus fuerit, ad grauiora procedatur.

17.

Statuimus & hoc, ut de cauſis ad forum ſeculare ſpectantibus, iudices eccleſiaſtici ſe nullatenus intromittant: ſed quàm citò inter litigantes de hoc exceptum fuerit corã ipſis iudicibus eccleſiaſticis, & oſtẽſum, ſicut de iure fuerit faciendũ, cauſam ad iudicem ſecularem remittere nõ poſtponãt.

18.

Ne uerò iuriſdictionem iudicum eccleſiaſticorum, ſiue ordinarij fuerint, ſiue delegati, à ſecularibus iudicibus uel perſonis impediri, & ex hoc (ſicut à pluribus intentatur) diſſolui contingat neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ: ſtatuimus, ut nullus ſecularium, ſiue nobilis fuerit, ſiue alter qualiſcunq;, Eccleſiaſticorum iudicum iuriſdictionem in citationibus, monitionibus, denunciationibus, executionibus, ac alijs modis, quibus iuriſdictio eccleſiaſticá exercetur, per ſe uel per alium impediat aliquatenus uel retardet: & qui cõtra hoc auſu temerario uenire præſumpſerit, & monitus ab ordinario uel delegato, intra ſeptẽ dies à tẽpore monitionis factæ non deſtiterit omnino, nec reuocauerit, ſi quid in præiudiciũ præmiſſorũ attentauerit, ſententiam excõmunicationis (quã in his ſcriptis ferimus in huiuſmodi præſumptores) incurrat ipſo facto. Quam excõmunicationẽ ſi per quindecim ſequẽtes dies contumaciter ſuſtinuerit, extunc, ſi nobilis aut dominus eſt, terra ipſius & diſtrictus, ſi quem habet, ſit ipſo facto, eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et nihilominus in loco, ubi faciens impedimentum prædictum uel procurãs, domicilium habuerit, ceſſetur à diuinis, quouſq; impedimentum ſit reuocatum, & aliàs legitimè ſatisfactum.

19.

Quia uerò in tantam ueſaniam plerunque prorumpit quorundam peruerſitas peruerſorũ, ut auſu ſacrilego clericos & eccleſiaſticas perſonas non ſine uiolenta manuum iniectione damnabiliter capere, & captiuos execrabiliter detinere nõ formident: ſtatuimus, ut clericorum captiuatores, quicunq; fuerint, aut cuiuſcunq; dignitatis aut conditionis, cum omnibus conſilium, auxilium, opem uel operam adhibentibus, per omnes eccleſias conuentuales, parochiales, & capellas ciuitatis & diœceſis Colonienſis (cùm ipſo facto excommunicatione canonis ſint ligati) excommunicati nominatim, ſi eorum nomina ſciri poterunt, alioqui in genere publicè denuncientur, donec captiuus ſit liberatus, & de forefacto fuerit læſo, nobis & Eccleſiæ ſatisfactum. Et ſi intra octo dies poſt huiuſmodi denunciationem captiuus nõ fuerit liberatus, extunc ijdem captiuatores cum adhibentibus conſilium, auxilium, opem uel operam, ut prædictum eſt, nominatim, quorum nomina ſciri potuerint, alioqui in genere, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, campanis pulſatis, & cãdelis extinctis, per eaſdem eccleſias & capellas excõmunicati ſolenniter & publicè nuncientur. Idemq; obſeruetur, ſi captiuo liberato, non fuerit læſo, nobis & Eccleſiæ intra menſem ſatisfactum. Et nihilominus euitentur, donec per authoritatem apoſtolicam abſoluantur.

20.

Statuimus etiam, quòd in omni loco, ſcilicet ciuitate, oppido, caſtro, ſeu munitione, uel uilla, uel alio, quocunq; nomine uocetur, ubi clericus captiuus fuerit adductus, receptus uel detentus, eodem die cũ illuc deductus, receptus uel detentus fuerit, & quamdiu ibidem extiterit, ceſſetur penitus à diuinis, & ſit ipſe locus ipſo facto, eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et ſi per triduum ibidem manſerit captiuus, nec fuerit liberatus, locus ipſe, quáuis poſt modum captiuos de eodem fuerit deductus, nihilominus maneat interdictus, donec captiuus liberetur, & modo præmiſſo fuerit ſatisfactũ. Vt ſic tam nobiles, quàm magnates ac etiam populares cum plebe, contra malefactores & ſacrilegos huiuſmodi ex diuinorum carentia prouocati, conſurgant, ad liberationem illius, qui auſu ſacrilego captiuus detinetur, auxilium præſtituri.

21.

Item, ſi propter captiuitatẽ uel detentionẽ clerici captiui, locus ubi detinetur, uel ubi captiuans habet domiciliũ, per mẽſem unũ manſerit interdictus, ita q; clericus liberatus non fuerit, nec aliàs ſatisfactũ: extunc interdictũ ipſum ad totũ decanatũ, in quo locus ille conſiſtit, extendatur, & ſit ipſe decanatus totus interdictus.

22.

Et ſi huiuſmodi interdicto durante per quindenam, clericus captiuus nõ fuerit liberatus, extunc, ſi nobilis fuerit uel potẽs, uel alius quicunq; habens terrã, iuriſdictionem uel diſtrictum, qui clericũ captiuauit uel detinet, terra & diſtrictus eius, ubicunque fuerit, eccleſiaſtico ſubiaceat Interdicto. Et idem interdictũ, eademq; pœna obſeruetur, ſi dominus aut nobilis, aut alius quicunq;, in cuius diſtrictu uel iuriſdictione captiuans uel detinens clericũ, quáuis ab alio captiuatũ, habuerit domicilium uel receptaculum, monitus ab ordinario loci, intra quindenam à die monitionis factæ ipſum clericum non procurauerit liberari.

23.

Sed & poſtquam captiuans clericũ, uel detinens captiuatũ, per duos mẽſes in excommunicatione perſtiterit, clerico non liberato: omnis locus, ad quem captiuãs uel detinens peruenerit, uel quà tranſierit, ibidem comedendo uel bibendo, ſit per continuum ſequens triduum interdictus: ſic & per ſeptem ſequẽtes dies ſit interdictus, ubi ipſum contigerit pernoctare.

24.

Porrò ſi captiuans clericum uel religioſum, uel detinens, ac ſacrilegus, huiuſmodi pœnis ſupradictis uilipenſis, congrua ſatisfactione neglecta, per annum unum in excommunicatione huiuſmodi perdurare animo præſumpſerit indurato ſiue obſtinato: ſtatuimus, ut nulli de filijs & filiabus, fratribus & ſororibus, ſeu filijs uel filiabus fratrum uel ſororum, uſq; ad tertium gradum incluſiuè in linea deſcendenti & collaterali, & illi etiam qui ad huiuſmodi captiuitatem opem uel operam impẽderint, uel captiuum clericum in ſuis domicilijs detinuerint, ad ordines ſeu beneficia aut etiam prælaturas admittantur: cum ex delicto parentum, ipſo facto reddantur inhabiles ad huiuſmodi conſequenda: ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatuentes & mãdantes examinatoribus clericorum, capitulis, patronis, & archidiaconis & prælatis, ut nullũ ex talibus ad ordines admittant: capitula nullũ ex eis ad præbendam eligant, patroni nullũ ex eis præſentent, archidiaconi & prælati tales non inueſtiant ullo modo. Alioqui capitula, patroni, & archidiaconi ac prælati, ipſo facto ius ſuum amittant ea uice, & ad proximũ ſuperiorem deuoluatur. Examinatores uerò & archidiaconi aliquem ex talibus ſcienter ad ordines uel beneficia admittentes, ipſo facto ſentẽtiam excommunicationis incurrant. Item, de filiabus, ſororibus, & filiabus ſororum & filiarum prædictarum, uſq; ad gradum prædictum, ſtatuimus obſeruandum, ut in clauſtris uel cœnobijs cuiuſcunq; ordinis nullatenus admittantur.

Idem etiam, quo ad excluſionem huiuſmodi, in filijs, filiabus, nepotibus & neptibus eorũ, qui eccleſias uel monaſteria incẽderint, ſi per annũ in excõmunicatione, neglecta ſatisfactione, perſtiterint contumaciter, contra tales ſtatuimus obſeruandum.

25.

Feuda etiam, ſi qua prædicti ſacrilegi ab Eccleſijs uel eccleſiaſticis perſonis tenuerint, poſt lapſum anni, per quem excõmunicationem ſuſtinuerunt, ad Eccleſias & perſonas eccleſiaſticas liberè reuertantur, ita ut ſi ipſi ſacrilegi ultrà ſe de huiuſmodi feudis ingeſſerint, contra eos tanquã inuaſores bonorum Eccleſiæ procedatur.

26.

Volentes nihilominus, ut fratres & ſorores, filij & filiæ fratrum & ſororum, & alij in linea collaterali gradus ſupradicti, qui ſacrilegis & excommunicatis huiuſmodi in ſuis maleficijs non aſsiſtunt, nec adſtiterunt, & ad ipſa maleficia opem uel operã aut fauorem non impenderunt, nec impẽdunt, ſine culpa eorum aut ſine cauſa non grauentur ex maleficijs aliorũ: ſtatuimus, ut ijdem fratres & ſorores, filij & filiæ fratrum

trum & ſororum, & aliæ perſonę lineæ collateralis, pœois ſupradictis, quo ad excluſionem ab ordinibus & beneficijs & prælaturis huiuſmodi, non ſubiaceant, nec adſtringantur eiſdem, ſi intra eundem annū coram nobis aut capitulo & prioribus Colonienſibus ſe canonicè expurgauerint, quilibet quarta manu, quòd prędictis ſacrilegis io huiuſmodi maleficijs conſilio uel auxilio, ope uel opera non adſtiterint, & iurameoto corporali firmauerint, quòd eis ulterius non adſtabunt.

27.

Statuimus item, ut ſi clericum Colonienſis ciuitatis aut diœceſis, in alia diœceſi capi contingat, uel in noſtra ciuitate aut diœceſi captum, ad aliam diœceſim deduci uel transferri, quod per capitulum & priores Colonienſes & alia capitula, ad liberationē captiui, & ad procedendū contra ſacrilegum illius diœceſis, qui in hoc culpabilis fuerit, apud loci diœceſanum affectuoſe laboretur, prout uiſum fuerit expedire.

28.

De occiſoribus & mutilatoribus clericorum, & clericos in captiuitate uſq; ad mortem detinentibus, ſeu aliàs enormiter lædentibus, ſtatuimus, ut per omnes eccleſias coouentuales, parochiales & capellas ciuitatis & diœceſis Colonienſis, ipſi occiſores & mutilatores, & omnes opem & operam ſeu conſiliom ad hoc adhibentes, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, campanis pulſatis, & candelis extinctis, nominatim, quorū nomina ſciuntur, alioqui in genere, excommunicari denuncientur, ab omnibus arctius euitandi, donec ſufficienter ſatisfecerint, & à ſede apoſtolica redierint abſoluti.

Præterea locus omnis, ad quem nenerint, ſit interdictus, quamdiu ibi fuerint, & per ſequens triduum, ſi ibi biberiot uel comederint: & per ſeptem ſequentes dies, ubi eos pernoctare contigerit. Cæterùm ſi nobiles ſuerint, uel alij terram & iuriſdictionem uel diſtrictum habentes, & intra tres menſes à tempore perpetrati ſceleris, ad arbitrium noſtrum aut capituli & priorum Colonienſ. non ſatisfecerint, terra eorum & diſtrictus extunc ſit, ipſo facto, Eccleſiaſtico ſuppoſitus interdicto. Et ſeuda ſeu officia uel penſiones, ſi quas habeot ab Eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis, amittát, & ad eccleſias, à quibus ea habuerint, reuertantur, ita quòd ipſorū ſacrilegorū hęredes ad ſeuda huiuſmodi, nel ad aliqua alia ab Eccleſijs uel eccleſiaſticis perſonia deſcendētia, nunquam in perpetuum admittátur. De quibus ſi ultrà ſe iogeſſerint, contra eos procedatur tanquam bonorum Eccleſiarum inuaſores, prout ſuperius eſt expreſſum. Et boc etiam in alijs perſonis, qoæ non ſunt nobiles, feuda habentibus uolumus obſeruari.

Præterea ſi domini terræ, in quorum diſtrictibus manent uel domicilium habent, uel ubi tam enorme ſcelus cōmiſſum extiterit, tam nefarios, ſacrilegos & nefandos, in ſuis diſtrictibus ſuſtinuerint, & contra eos ad bonorum priuariooem & proſcriptionem de terra, non proceſſerint, cootra ipſos dominos, tanquam contra cooſentientes malo huioſmodi, monitione præmiſſa, procedatur.

29.

Si autem intra annum abſolutionem à ſede apoſtolica impetrare, & aliàs cōgruè ſatisfacere neglexerint: ſtatuimus, ut extūc nullus filiorum aut nepotum eorundem ſacrilegorum ad ordines uel beneficium eccleſiaſticum uel dignitatē, uſq; ad quartum gradum, admittatur Et idem fiat de filiabus & neptibus eorundem. Et ſi qui eos uel eas admiſerint, incurrant pœnas qoæ ſuperius de filijs & nepotibus clericos captiuantium ſuot expreſſæ.

30.

Volentes item malo, antequā eneniat, quantum poſſumus, obuiare: ſtatuimos, ot ſi quis eccleſiaſticæ perſonæ minas iotulerit de corpore uel de rebus, & monitus à iudice ordinario, ipſam perſonam eccleſiaſticam non aſſecurauerit à tempore monitionis intra ſeptē dies, ab ipſo ordinario extunc excommunicetur, & excommunicatus publicè nuncietur, donèc aſſecuret ipſam perſonam eccleſiaſticam, & de ea coram ſuo iudice accipiat rationem.

31.

Cum nerò magnum ſit ſcandalum, & pleriſq; laicis (qui alioqui clericis ſunt infeſti) ſimilia committendi exiſtat quāplurimùm incentiuū, quòd clerici in clericos ſacrilegium committere oon uerentur: ſtatuimus, ut clericua uel canonicus inijciens manus uiolentas in clericum, uel Eccleſiā ſuam uel aliam, aut eccleſiaſticam perſonā ſpolians, uel uiolentiam in immunitate cō mittens, uel bona eorum ſeculari iudicio occupans, uel ad aliquod horum, conſiliū ſeu auxilium uel operam dans, pro huiuſmodi iniectione in continenti per omnes eccleſias & capellas ciuitatis & diœceſis excommunicatus nuncietur. Et cum de alijs conſtiterit per euidentiam uel famam poblicam, uel iuramentum, ioiuriam uel damnum paſsi, ſi fuerit perſona fide digna, uel per fidem teſtium ſummariè faciēdam, per ordinarium moneatur, ut intra ſeptē dies à tempore monitionis factæ, de forefacto

facto perpetrato ſatisfaciat competenter: alioqui à nobis excommunicatus excommunicatione (quā ferimus in his ſcriptis) extunc per omnes eccleſias, ut ſuprà dictū eſt, publicè nuncietur.

Quòd ſi intra quindecim dies non ſatisfecerit, extunc denuncietur, campanis pulſatis & candelis extinctis, ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis excommunicatus. Quòd ſi per annum in huiuſmodi excommunicatione perſtiterit, extunc omnibus beneficijs eccleſiaſticis, ſi qua habuerit, ipſo facto ſit priuatus: & illi ad quos ſpectat ipſorum beneficiorum collatio, ea conferant intra menſem: alioqui per ſuperiorem extunc conferātur. Et nihilominus ſit inhabilis ad aliqua alia cōſequēda.

32.

Si autem clericus clericum occaſione alicuius quæſtionis, quam habeat, captiuauerit, uel ad capiendum ipſum, conſilium, auxilium, uel operam adhibuerit: ſtatuimus, ut cauſam amittat ipſo facto: & excōmunicatus publicè, ut de alijs captiuatoribus præmiſſum eſt, nuncietur: & ſi intra ſeptem dies liberationem ipſius captiui non ꝓcurauerit, ac intra alios quindecim dies læſo, nobis & Eccleſiæ non ſatisfecerit, extunc omnibus beneficijs eccleſiaſticis, ſi quæ habet, ſit ipſo facto priuatus, & inhabilis in perpetuum ad aliquod beneficium conſequēdum. Et ſi ille, ad quem collatio beneficiorum huiuſmodi pertinuerit, intra menſem non de eis ordinauerit, ea alijs uel alij conferendo, collatio ac ordinatio eorundem ad proximum ſuperiorem ſit ipſo facto deuoluta: ſi uerò beneficium non habuerit, ſit inhabilis in perpetuū ad aliquod obtinendum.

Præterea omnis locus, ad quem huiuſmodi ſacrilegus peruenerit, uel ubi biberit, aut comederit, aut pernoctauerit, ſit ipſo facto interdictus, eo modo, ſicut de laicis captiuatoribus clericorū eſt præmiſſū.

33.

Statuimus etiam, ut clericus occidēs uel mutilans clericum, uel eum uſq; ad mortē captiuum detinens, ſit ipſo facto ab omnibus beneficijs eccleſiaſticis habitis, & à ſpe habendorum penitus deſtitutus, & excommunicatus in omnib. eccleſijs, ut ſuperius dictū eſt, nuncietur: locis, ad quæ uenerit, uel ubi biberit, comederit, aut pernoctauerit, ut ſuperius dictū eſt, ſuppoſitis ipſo facto, eccleſiaſtico interdicto. Et nihilominus ad alias pœnas, per nos, aut capitulū & priores Coloniēſes, ſicut opus fuerit, procedatur.

34.

Quum uerò plerumq; contingat, quòd uacante præbenda in aliqua Eccleſia ciuitatis uel diœceſis Colonienſis, in qua duo uel plures authoritate ſedis apoſtolicę uel legatorum eius, aut quauis alia authoritate ius ſe aſſerunt habere, & per executores ſuos ſeu quoſcunq; alios, ſe procurant mitti in poſſeſsionem corporalem præbendæ ipſius, cuius occaſione miſsionis, de huiuſmodi præbenda contendentes, bona, res & iura ipſius Eccleſiæ tam intra immunitatem, quàm extra, indifferenter rapiunt & inuadunt, ſeu per ſeculare iudicium occupari uel arreſtari procurant, ſententias excōmunicationis in certas perſonas de capitulo, & ſuſpenſionis in capitulum, nihilominus à ſuis executoribus fulminari faciētes, propter quod in rebus & perſonis tam ſpiritualibus, quàm in temporalibus, Eccleſiæ non modicum detrimentum ſuſtinent & iacturam: ſtatuimus, ut cum in aliqua Eccleſia caſus huiuſmodi emerſerit, decanus & capitulum illius Eccleſiæ authoritate huiuſmodi conſtitutionis ſibi faciant literas authenticas & inſtrumenta, quibus ſic contendentes uti uoluerint pro iure ſuo, hinc inde à partibus exhiberi, & conuocatis capitulo & prioribus Colonienſibus, qui præſentes fuerint, & haberi commodè potuerint, per eos ad hoc uocatis iuriſperitis, qui uiſi fuerint expedire, per quos huiuſmodi quæſtio & diſcordia decidatur, & eorum diſcuſsioni ſeu ſententiæ ſtetur, & inuiolabiliter obſeruetur. Et ſi capitulum & priores propter difficultatem iuris uel alias cauſas legitimas, quæſtionem huiuſmodi decidere non poterūt, nec decidūt, cauſam eandem ad curiam domini papæ decidendam tranſmittāt, præfigentes partibus terminum competentem, quo ſe conſpectui papæ repræſentent, cum omnibus ſuis monumentis & documētis iuſticiam recepturæ. Cauſa uerò & quæſtione huiuſmodi durante, medietas fructus præbēdæ uacantis in uſus cedat Eccleſiæ: & reliqua pars alicui idoneæ perſonæ, quæ deſeruiat in ordine, quem defuncti præbenda requiſierit, deputetur. Et ſi qua partium ſententiam pro ſe in curia habuerit, & in cauſa euicerit, fructus eiuſdem præbendæ de mandato domini papæ capitulo præſentato, ceſſante occaſione qualibet, miniſtretur. Si qua uerò partium, literarum ſuarum copiam facere, & hoc ſtatutum ſubire contumaciter renuerit, & de ſua potentia uel malitia confiſa, bona Eccleſiæ inuadere ac rapere temerè & irreuerenter, Dei timore poſtpoſito, præſumpſerit, contra ipſam partem, tanquam contra raptorem bonorum Eccleſiæ, ut ſuprà dictum eſt, procedatur.

Statuimus etiam, ut hæc non ſolùm ad futura

tura huiuſmodi negocis,ſed etiam ad præſentia & præterita, à tempore electionis noſtræ extendantur.

35.

Cùm ſaluis pœnis ſtatutis tam in iure canonico, quàm ciuili,& coercione noſtrę ordinariæ poteſtatis contra iniuriatores Eccleſiarum & perſonarum eccleſiaſticarũ, prædictis modis & alijs qui ad hoc uidebuntur expedire, prouiderimus procedendum: ſtatuimus, ut perſonis quibuſcunq; qui manus in clericos aut religioſos inijciunt, uel aliàs ſpoliant & capiunt, aut in aliquo ſupradictorum modorum uel exceſſuũ contra Eccleſias uel eccleſiaſticas perſonas exceſſerint, ſeu ſententijs excommunicationis, ſuſpenſionis aut interdicti, aut alijs modis ſupradictis ſe inuoluerint, clerici ſiue in dignitate conſtituti, ſiue alij, uel etiã aduocati, conſilio uel auxilio in aperto uel occulto non aſsiſtant: & qui contrà uenerint uerbo uel facto, ſententiam excõmunicationis (quam in eos ferimus in his ſcriptis) incurrant ipſo facto, & excommunicati publicè, qui de hoc conuicti fuerint, uel confeſsi, uſque ad ſatisfactionem condignam nuncientur: & ſi publicè pro huiuſmodi perſonis præſumpſerint in iudicio poſtulare, earũ iniurias defendendo, & moniti ab eorum ordinarijs non deſtiterint, excommunicati publicè, tanquam illi quorum exceſſus uel iniurias uituntur defendere, nuncientur: & aliàs etiam contra eos, ſi opus fuerit, procedatur. Idem ſtatuimus fieri de his qui uſurarijs manifeſtis aſsiſtunt patrocinio, uel defendunt eoſdem.

36.

Statuimus item, ut clerici ſeu capellani dominorum ſuorum aut nobilium, uel aliarum perſonarum, qui fuerint propter aliquem prædictorum exceſſuum, ſententia excommunicationis innodati, dominis ſuis in huiuſmodi iniurijs conſilium uel auxilium, uerbo uel facto non impendant: alioqui ſe nouerint eadem excommunicatione inuolutos.

Prętereà ipſos dominos ſuos modis quibus poterunt, inducant, ut de eis pro quibus excommunicati exiſtunt, ſatisfaciant, & ad reconciliationem ſanctæ matris Eccleſiæ reuertantur: quòd ſi intra menſem eoſdem dominos ſuos ad hoc inducere nequiuerint, extunc omnino recedant ab eiſdem, nec eis communicent. Alioqui ipſos clericos ſeu capellanos, qui ultra id cum dominis ſuis permanſerint, & eis cõmunicauerint, maiori excommunicatione in his ſcriptis latæ ſententiæ innodamus, & præcipimus eos per locorum ordinarios, excommunicatos publicè nunciari. In qua excommunicatione ſi per duos menſes contumaciter perdurauerint, & à dominis ſuis non receſſerint, extunc ipſo facto omnibus beneficijs eccleſiaſticis, cũ cura uel ſine cura, quæ habent, ſint priuati: & eadem beneficia per illos ad quorũ collationem pertinent, alijs perſonis idoneis intra menſem conferantur. Alioqui extunc per ſuperiorem proximum conferantur, & nihilominus ſint inhabiles ad alia beneficia obtinenda.

37.

Cumq; nonnulli ſententiam excõmunicationis damnabiliter uilipendant, ſtatuimus, ut quicunq; excommunicatus & in parochia ſua denunciatus, per annũ in ipſa excommunicatione perſtiterit, & de hoc fides facta fuerit per literas excommunicatoris (quas ſufficere uolumus in hac parte, ſi fuerit ordinarius, & aliàs per aliam fidem ſufficientem) ſi huiuſmodi fuerit nobilis, uel alius habens terram uel diſtrictum, illa terra uel diſtrictus per ordinariũ loci, ſuper hoc requiſitum ab excommunicatore uel actore, eccleſiaſtico ſine difficultate ſupponatur interdicto. Et ſi fuerit alius quàm nobilis, dominus temporalis ſeu iudex, in cuius diſtrictu excommunicatus manſerit, ſeu domicilium habuerit, moneatur per ordinarium ipſius, ut compellat ipſum excommunicatum redire ad ſanctæ matris Eccleſiæ unitatẽ. Alioqui idem dominus ſeu iudex per ipſum ordinariũ excommunicationis ſententia percellatur.

38.

Ipſi autem excommunicati, cum per annum in excõmunicatione perſtiterint, in ſynodis accuſentur, tanquam clauium Eccleſiæ contemptores, & ſatisfacere compellantur: adhibito etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

39.

Quia uerò omnibus per ſtatuta huiuſmodi, paterna ſolicitudine intẽdimus prouidere, ut uidelicet quies procuretur Eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis, & pacis turbatores pœnæ formidine cohibeantur à peccatis: præcipimus & mãdamus ſub pœna excommunicationis, ut ſtatuta ipſa ab omnibus tam eccleſiaſticis, quàm ſecularibus perſonis inuiolabiliter obſeruentur: ſtatuentes, ut capitulum, prælati, archidiaconi, prępoſiti, decani capitulorum, & alia capitula, & ſinguli de capitulis, decani Chriſtianitatum, rectores Eccleſiarum & capellarum, necnõ & uicarij & omnes clerici ciuitatis & diœceſis Coloniẽſis, ad obſeruationem ſententiarum prædictarum, ſcilicet excommunicationis, ſuſpenſionis &

& intetdicti, & ad earum executionem, quandocunq; & qnotieſcunq; opus fuerit, & aliquod forefactorum prædictorum committi contigeritin cinitate aut diœceſi Colonieſi, omni fraude & dolo penitua exclnſis, fideliter teneantur. Si qnis autem prælatus in his remiſſus fuerit, & ex parte Eccleſiæ uel perſonæ iniuriam uel damnū paſſæ, tertiò requiſitus, ad executionem præmiſſotum, prout in ſuperioribus continetur, per ſe uel per alium procedere neglexerit, ſententiā ſuſpenſionis à nobis latam in his ſcriptis incurrat ipſa omiſsione: qnā ſcilicet ſuſpenſionis ſententiam ſi per octo dies in negligentia perdurando ſuſtinuerit, extunc incurrat excommunicationis ſententiam, à nobis latā in his ſcriptis. Et nihilominus contra eum ad ulteriora per nos, de conſilio capituli & priorū Colonienſium, procedatur.

40.

Hebdomadarij item in Eccleſijs connētualibus, plebani, rectores ſeu proniſores parochialium Eccleſiatum & capellarum ciuitatis & diœceſis Coloniēſis, qui in ſuis Eccleſijs ſeu capellis illos, qui ex aliqnibua cauſis, de quibus ſuprà dictum eſt, excommunicationē inciderint uel iuris uel hominis, & fuerint (ut præmiſſum eſt) excōmunicati nunciandi, denunciate omiſerint, ipſa omiſsione ſe ſciant excōmunicationia ſententiā, in his ſcriptis à nobis latā, incurriſſe: & poterunt depoſitionis periculū formidare, ſi dininis ſe ingeſſerint ſic ligati: ita ut, niſi celeri ſatisfactiōe ſibi proſpexerint, monitione præmiſſa à ſuis ordinarijs, priuentur beneficijs quæ habent, & illa alija perſonis idoneis per eos, ad quorum ſpectat collationem, conferantur.

41.

Si quis autem ſacerdos in loco, propter captiuitatem clerici, uel propter ſpolium eccleſiæ uel eccleſiaſticæ perſonæ, uel propter aliquam aliarum cauſatum prædictarum interdicto, celebrauerit, & ſic irregularis, in continenti non deſtiterit, aut intra quindecim dies non ſatisfecerit nobis & Eccleſiæ, extnnc incurrat ipſo facto excōmunicationis ſententiam, qnam in huiuſmodi præſumptores ferimus in his ſcriptis. In qua excōmunicatione ſi per qnindecim dies contumaciter perdurauerit, negligens ſatisfacere, extunc ſit ipſo facto omnib. beneficijs eccleſiaſticis, quæ habet, deſtitutus: & ſi illi, ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio ptinuerit, ea alijs perſonis non cōtulerint intra menſem, eorū collatio ad ꝓximū ſuperiorē deuolnatur. Si uerò beneficium ſacerdos nō habuerit, huiuſmodi ſit poſt tempus prædictū inhabilis in perpetuum ad aliquod obtinēdū.

42.

Cæterùm ne aliquis prælatus, archidiaconus, præpoſitus, decanns capitulorū & Chriſtianitatū, aut rector Eccleſiæ uel capellæ, per craſſam ignorantiā ab obſeruationibus ſententiatū prædictarū ſe ualeat excuſare, cum difficile ſit, ſingulari denunciatione ſingulorū auribus inculcare captiuationem clerici, uel ſpolium Eccleſiæ uel eccleſiaſticæ perſonæ, aut aliud quodcunque forefactū, propter quod loca aliqua contingit eſſe interdicta, ſicut ſnperius in pluribus locis eſt expreſſum: ſtatuimus, ut prælati, archidiaconi, præpoſiti, decani & rectores ſeu uicarij, quàm citò captiuitas clerici uel ſpolium, aut aliqnod forefactū, de quibus eſt ſuprà dictū, ad eorū noticiā, uel fama deferente, uel alio quocunq; modo peruenerit, ſtarim ceſſent à diuinis, ubi hoc iuxta præmiſſa fuerit faciendū, & ad obſeruationē & executionē dictarū ſententiatū per ſe uel per alios teneātur. Alioqui non obſtante excuſatione craſſæ ignorantię, pœnis & ſentētijs ſubiaceāt ſupradictis.

43.

Statuimus item, ut ad monaſteria & bona eorum, & ad monachos & alias religioſas perſonas cuiuſcunq; ordinis ciuitatis & diœceſis Coloniēſis huiuſmodi ſtatuta extendantnr: & monachorū prælati, & monachi ac aliæ perſonę religioſæ, ad obſeruationē & executionē teneantur eorundem. Et ſi aliquæ perſonæ religioſæ, cuinſcunq; ordinis exiſtant, ſe uoluerint occaſione alicuius priuilegij ab executione ſeu obſeruatione ſtatutorū iſtorum tueri uel excuſare, pręditorū ſtatutorum auxilio nō iuuētur.

44.

Statuimns itē & mandamus in nirtute ſanctæ obedientię, ut hæc eadē ſtatuta per oēs eccleſias conuentuales & parochiales & capellas ciuitatis & diœceſis Coloniēſis, ſingulis annis, ne aliquē latere poſsint, ſæpius publicētur, & in capitulis ruralib. plegantur.

45.

Et nomina eorū qui cōtra Eccleſias ſeu perſonas eccleſiaſticas aliqno modorū ſnpradictorū exceſſerint uel deliquerint, ſtatim, cū hoc factū fuerit, ponātur in regiſtro, & ſæpius recitētur in publico, ut ſciri poſſit ex qualitate facti & eius circūſtantijs, necnō ex dilatione ſatisfactionis, qnaliter ſit cōtra excedentes & delinquētes huiuſmodi procedendū: nec deleantur eorū nomina, niſi cōgrua ſatisfactione præcedēte. Si quid uerò dubij aut difficultatis ſuper pręmiſsis emerſerit, hoc nobis, capitulo & priorib. Coloniēſib. reſeruamus declarādū.

Nos uerò, capitulum, prælati, & alia capitula

pitula maioris & aliarum Eccleſiarum ciuitatis & diœceſis Colonienſis, plenam in Domino fiduciam obtinentes, quòd per ſtatuta huiuſmodi Eccleſijs & monaſterijs, & perſonis tam eccleſiaſticis quàm religioſis, in ſpiritualibus & temporalibus prouiſum ſit, & debeat prouideri, ad obſeruationem eorundem ſtatutorum, bona fide, omni fraude & dolo excluſis, firmiter obligamus, ſigilla Eccleſiarum noſtrarum eiſdem ſtatutis in teſtimonium apponentes. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimoſexto, ſexto idus Maij. Concilia prouincialia Colonienſ.

VIENNÆ.

1267. Viennæ in Auſtria conuenientes Vido Romanus cardinalis, Iohannes Pragenſis, Petrus Pathauinus, Bruno Brixienſis, Conradus Fruxinenſis, Leo Reginoburgenſis, Amalricus Lauentinus, anno 1267. ſexto idus Maij, optimas leges condunt, quas tamen nemo eorum ſeruauit. Monachorum luxum damnant, à decimis prophanos arcent, minores duodeuiginti annis ab aris, ſacerdotijs ſacriſque ſubmouent: paſtorem non oues ſuas paſcentem, neque gregem in re præſenti cuſtodientem, impietatis acceſſunt. Auentinus lib. 7.

CONSTANTINOPOLI.

1270. vel circiter. Vt liberè Imperij dignitate, quā fraude arripuerat, frueretur Michael Palæologus, Iohannem Laſcaris filiū, uerum hæredem, oculis exuit. Eam ob cauſam eidem ſacris interdicit Arſenius patriarcha. Mentionem tamen eius in pſalmodijs non ſuſtulit, ueritus, ne per iracundiam grauius quid in Eccleſiam deſignaret. At ille mulctam moderatè ferens, cum pluribus diebus ſupplici geſtu & habitu reſtitutionem in integrū expectabat. Sed ea ſpe fruſtratus, ad ultionem conuerſus concilium indicit, eaq; crimina, quæ ſparſim à quibuſdam contra patriarcham ſuſurrabantur, in unum quaſi faſcem collecta, in canonicam diſquiſitionem uocari iubet. Ad mandatum Imperatoris ſacerdotes in palatio conueniunt, iiſq; conſidentibus accuſatores in medium uenire iubētur. Illi mox præſtò ſunt, imò alius alium in accuſando anteuertere ſtudebat. Crimini autem dabatur, Sultanum Azatinem, cùm ſacra doxologia perageretur, ſæpe interfuiſſe, & intra templum cum patriarcha collocutum eſſe: quamuis & Imperatori & ſacerdotibus conſtaret, quòd is & Chriſtianis parentibus ortus, & ſacro baptiſmate initiatus eſſet, ac fortunæ quodam impetu (ut multa præter ſpem eueniunt) Sultanus & princeps Turcorum extitiſſet, ac tum quidem præcipua religionis capita in animo conſeruaſſet: nunc uerò Conſtantinopoli & ſacras imagines ueneraretur, & omnia palàm Chriſtianæ pietatis inſtituta tueretur. Quæ cum arma patriarchæ firma ſuppeterent, oppugnatores eius ut abrogationi aduerſantia retundebant, primùm incerta atq; obſcura, pòſt etiam planè commenticia eſſe dictitantes. Accerſitur patriarcha ad cauſam dicendam: iudicio ſe non ſiſtit: concilium iuſſu Imperatoris indictum eſſe, qui ipſe aduerſarius & prætor eſſet, excipit. Igitur eum contumacem condemnant, & ſede cedere iubent: unaq; adſunt, qui in exilium eum abducant. Gregoras lib. 4.

SVB GREGORIO X. LVGDVNI, PRO RECVPERANDA *terra ſancta.*

In ferijs Paſchalibus Lugduni conuen- 1273.
tum epiſcoporum agit Gregorius decimus, anno 1273. Flores temporum ad ſequentem reijciunt. Vndecunq; autem eò certos acciuerat præſules, ex Germania, Gallia, Anglia quaternos, ex Hiſpania duos, ex Sicilia, Vngaria, Datia, Bohemia, Polonia, Sueonibus, Nordouitis & Scotis ſingulos. Martinus Capellanus & Lucenſis numerant quingentos epiſcopos, abbates ſexaginta, & mille prælatos. Interfuit & Philippus Francorum rex. Cuius brachio confiſus papa, liberius in Imperatorem ſuum uirus euomuit. Multis autem ibi uerbis initio actionum ex Machabæorum libris ſacris, perſuadere conatus eſt, curam ſtudiumq; belli, ac utriuſq; reipub. adminiſtrationem pertinere ad Eccleſiarum præſules. Palæſtinā expeditionem & ad Græcos Romano pontifici ſubigendos ſuſcipiendam cenſet. Leges quibus monachorum, ſacerdotum præſulumq; uitia corrigantur, cudit. Zupfnonnas genus ſacratarum fœminarum abolet. Decimas ſexennales rerum eccleſiaſticarum cunctis ſacri ordinis uiris imponit. Poſtremò hæc decreta promulgat: Piacularij atq; ſacro auriculario præfecti dent operam, orent, inſtent, ſuadere non deſiſtant, ut rei, ſanctiſſimo propoſito pontificis, ære, pecunia, opibus faueant. Quiſq; Chriſtianus, puer, uir, infans, puella, fœmina, ſacerdos, prophanus, capite cenſus ſit, quotannis nummum tribuat. Deuotus eſto, quiſquis ijs penſionibus aduerſus iuerit. Auent. libro ſeptimo.

In eo uerò concilio & Michael Palæologus Impator Conſtātinopolitanus, & Ioſe

phus patriarcha cum Romano dogmate, Spiritum ſanctum non ſolùm à patre, ſed etiam à filio procedere, rurſum conuenit: in cuius rei teſtimonium, alta noce coram toto concilio ſymbolum Nicenum decantarunt Græci, teſte Iohanne de Oppido: ac Imperator Conſtanrinopolit. in omnibns Romano pontifici, à quo tum Imperij confirmationem impetrat, ſi uera narrat Nauclerus, ſe ſubmiſit, cum eius maiores duodecies antea conueniſſent, ſemperque deſciniſſent. Volaterran. libro uigeſimoſecundo Anthropolog. Hęc Latini ſcriptores in literas ferè retulerũt. Verùm de eadem tranſactione & cõcordia Nicephorus Gregoras in hunc modum ſcribit: Tot difficultatibus, belli uidelicet, quod Carolus inſtinctu Balduini profugi intentabat, circumuenrus Imperator Palæologus, ac penè ad deſperationem compulſus, legatos ad papam mittit de inennda ueteris & nouæ Romæ Eccleſiarum concordia, modò Caroli expeditionem auerteret. Ea legatio à pontifice benignè audita eſt: ea ſe facilè, quæ Imperator petiuiſſet, confecturum eſſe pollicito. ſtatimq́; ſuos legatos illis adiungit, qui concordiam conciliarent atq; amplecterenrut. Cuius hæc tria capita fuerunt. Primum, ut in ſacrorum uoluminum hymnodijs, papę cum quatuor patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuiuis Romani ueterem, quæ curia maior & perfectior eſſet, appellare. Tertium, ut illi principatus in omnibus deferretur. De appendice uerò ſacri ſymboli, quam illi nouarunt, aut alio quouis argumento, tum nulla acrior contentio incidit: ſed (quod ad eas quidem res attinebat) pacata & tranquilla fuerunt omnia. Hæc Gregoras libro quinto.

Et genua cunctorum fidelium ad mentionem ſacroſancti nominis Ieſu, non ſolùm corpore, ſed mente etiam flecti, ibidé decernitur. Epitome mundi.

Cæterùm ibidem ſtatuit papa, nt defuncto Romano pontifice, cardinales, penes quos eligendi ſucceſſorem poteſtas eſſet, conclaui concluderentur ſine cibo & potn, donec de ſubſtituendo inter ipſos conueniſſet. Martinus Capellanus, Balæus.

Ad hoc concilium & quidam Tartarorum principes uenerunt, qui baptiſmate imbuti ſe Chriſtianos & catholicos fore profeſsi, uel ut Vrſpergenſis Paralipomena habent (quæ hæc de Tartaris ad annum 1244. referunt) Romanum pontificem humani generis parentem, & almum ſpiritum utrinque procedentem, profeſsi ſunt.

Præterea in infinitum penè mendicantium ordines proceſſerant, dum nnuſquiſque noui aliquid innenirę, ac nouæ ſectæ nomen ſnum poſteris relinqnere ſtuderet. Euocati itaqne ad idem concilium ex omnibus mendicantium generibus primores, in quattuor ordines, qui etiamnnm manent, tum redacti ſunt, niginti tribus ordinibus damnatis, ut ex Thoma Cantipratenſi Balæns annotat. Edictum quoq; eſt, ne quiſquam noui aliquid incipere deinceps tentaret, ne populo nouæ religionis titulo imponentes, alienis niuant ocioſi laboribus. Hector Boetius libro 13. Item bigami clericalem tonſuram deferentes id facere prohibiti ſunt, nec in poſterum libertate clericis conceſſa fruantur. Erfordienſis cap. 95.

¶Hactenus qnæ paſsim apud autores leguntur, recenſuimus. Iam uerò ex ſexto Decretalium decreta in eodem concilio promulgata ſubijcimus.

Fideli ac deuota profeſsione fatemur, qnòd ſpiritus ſanctus æternaliter ex patre & filio, non tanquam ex duobus principijs, ſed tanquam ex uno principio, non duabus ſpirationibus, ſed unica ſpiratione procedit. Hoc profeſſa eſt hactenus & prædicauit & docuit, hoc firmirer tenet & prædicat, profitetur & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium & magiſtra: hoc habet orthodoxorum patrum atq; doctorum Latinorũ pariter & Græcorum, incommutabilis & nera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ ueritaris ignorantiam in errores uarios ſunt prolapſi, nos huiuſmodi erroribus uiam præcludere cupientes, hoc ſacro approbante cõcilio damnamus & reprobamus omnes qui negare pręſumpſerint, æternaliter ſpiritum ſanctũ ex patre & filio procedere: ſua etiam temerario auſu aſſerere, quòd Spirirus ſanctns ex patre & filio, tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex uno, procedat.

Vbi periculum maius intendirur, ibi proculdubio eſt plenius conſulendnm. Quàm grauibns autem ſit onuſta diſpẽdijs, quot & quantis ſit plena periculis Eccleſiæ Romanæ prolixa nscatio, exacti conſideratio temporis edocet, & conſiderata prudenter illius temporis diſcrimina manifeſtant. Hinc nos euidens euocat ratio, ut dum reformandis etiam minoribus noſtra ſolerter uacat intentio, ea quæ periculoſiora ſunt nequaquam abſque remedio reformationis accommodę relinquamus. Ideoq́; omnia quæ pro uitanda diſcordia in electione Romani pontificis à noſtris retrò ſunt prædeceſſoribus, & præcipuè à fœlicis recordationis Alexandro papa tertio

ſalubriter

ſalubriter inſtituta, omnino immota in ſua firmitate manere cenſentes (nihil enim detrahere illis intendimus, ſed quod experientia deeſſe probauit, præſenti conſtitutione ſupplere:) hoc ſacro concilio approbante ſtatuimus, ut ſi eundem pontificem (in ciuitate, in qua cum ſua curia reſidebat) diem claudere contingat extremum:, cardinales qui fuerint in ciuitate ipſa præſentes, abſentes expectare decem diebus tantummodo teneantur: quibus elapſis (ſiue abſentes uenerint, ſiue non) exrunc omnes conueniant in palatio, in quo idem pontifex habitabat, contenti ſinguli ſingulis tantummodo ſeruientibus clericis uel laicis, prout duxerint eligendum: illis tamen quibus patens neceſsitas id ſuggerit indulgeri, duos habere permittimus, eiuſdem electionis arbitrio reſeruato. In eodem autem palatio unum conclaue (nullo intermedio pariete ſeu alio uelamine) omnes inhabitent in communi, quod (reſeruato libero ad ſecretam cameram aditu) ita claudatur undique, ut nullus illud intrare ualeat uel exire. Nulli ad eoſdem cardinales aditus pateat, uel facultas ſecretè loquendi cum eis, nec ipſi aliquós ad ſe uenientes admittant, niſi eos qui de uoluntate omnium cardinalium inibi præſentium pro his tantùm, quæ ad electionis inſtantia negocium pertinent, uocarentur. Nulli etiam fas ſit, ipſis cardinalibus uel eorum alicui nuncium mittere, uel ſcripturam, Qui uerò contrà fecerit ſcripturam mittendo uel nuncium, aut cum aliquo ipſorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. In conclaui tamen prædicto aliqua feneſtra competens dimittatur, per quam iiſdem cardinalibus ad uictum commodè neceſſaria miniſtrentur: ſed per eam nulli ad ipſos patère poſsit ingreſſua. Verùm ſi (quod abſit) infra tres dies, poſtquam (ut prædicitur) conclaue præfatum iidem cardinales intrauerint, non fuerit ipſi Eccleſiæ de paſtore prouiſum, per ſpacium quinque dierum immediatè ſequentium, ſingulis diebus tam in prandio, quàm in cœna, uno ſolo ferculo ſint contenti: quibus (prouiſione non facta) decurſis, extunc tantummodo panis, uinum & aqua miniſtrentur eiſdem, donec eadem prouiſio ſubſequatur. Prouiſionis quoque huiuſmodi pendente negocio, dicti cardinales nihil de camera papæ recipiant, nec de alijs eidem Eccleſiæ tempore uacationis obuenientibus undecunque: ſed ea omnia ipſa uacatione durante, ſub eius (cuius fidei & diligentiæ camera eadem eſt commiſſa) cuſtodia maneant, per eum diſpoſitioni futuri pontificis reſeruanda. Qui autem aliquid receperint, teneantur extunc à receptione quorumlibet redituum ad eoa ſpectantium abſtinere, donec de receptis taliter plenariam ſatisfactionem intendant. Iidem quoque cardinales accelerandæ prouiſioni ſic uacent attentius, quòd ſe nequaquam de alio negocio intromittant, niſi forſan neceſsitas adeò urgens incideret, quòd eos oporteret de terra ipſius Eccleſiæ defendenda, uel eius parte aliqua prouidere: uel niſi aliquod tam grande & tam euidens periculum immineret, quòd omnibus & ſingulis cardinalibus præſentibus concorditer uideretur illi celeriter occurrendum. Sanè ſi aliquis ex prædictis cardinalibus conclaue prædictum (ut ſuprà exprimitur) non intrauerit, aut intrans abſque manifeſta cauſa infirmitatis exierit (ipſo minimè requiſito, nec in eiuſdem electionis negocio ulterius admittendo) per alios ad eligendum ſubſtituendum pontificem liberè procedatur. Si uerò infirmitate ſuperueniente idem conclaue ex eis aliquem exire contingat, ipſa etiam infirmitate durante poterit eius ſuffragio non requiſito procedi. Sed ſi ad alios (poſt ſanitatem ſibi redditam, ſeu ante) redire uoluerit: uel etiam ſi alij abſentes (quos per decem dies diximus expectandos) ſuperuenerint re integra, uidelicet antequam eidem Eccleſiæ ſit de paſtore prouiſum: in eodem negocio in illo ſtatu, in quo ipſum inuenerint, admittantur: præmiſſa tam de clauſura, quàm de ſeruientibus cibo & potu & reliquis, cum alijs ſeruaturi. Porrò ſi quando Romanum pontificem extra ciuitatem prædictam, in qua erat cum ſua curia reſidens, contigerit ab hac luce migrare, teneantur cardinales in ciuitate, in cuius territorio ſeu diſtrictu idem pontifex obijt, conuenire, niſi ſit forſitan interdicta, uel contra Eccleſiam Romanam in aperta rebellione perſiſtat: quo caſu in alia uiciniori conueniant, quæ ſimiliter nec interdicto ſubiaceat, nec ſit (ut prædicitur) apertè rebellis. In hac etiam ciuitate tam quo ad expectationem abſentium, quàm quo ad habitationem communem, clauſuram & cætera omnia in domo epiſcopali, uel alia quælibet eiſdem cardinalibus deputanda, eadem obſeruentur, quæ ſuperius obeūte

dicto

dicto pontifice in ea, in qua cum ſua curia reſidebat, ſunt expreſſa. Præterea (quia parum eſt iura condere, niſi ſit qui eadem tueatur) adijciendo ſancimus, ut dominus, alijque rectores & officiales ciuitatis illius, in qua Romani pontificis electio fuerit celebranda, autoritate noſtra & eiuſdem approbatione concilij, poteſtate ſibi tradita, præmiſſa omnia & ſingula plenè ac inuiolabiliter ſine fraude & dolo aliquo faciant obſeruari: nec cardinales ultrà, quàm præmittitur, artare præſumant. Super his autem taliter obſeruandis ſtatim audito ſummi pontificis obitu, coram clero & populo uniuerſo ciuitatis ipſius ad hoc ſpecialiter conuocandis præſtent corporaliter iuramentum. Quòd ſi præmiſſa diligenter non obſeruauerint, aut fraudem in eis uel circa ea commiſerint, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, conditionis aut ſtatus: omni ceſſante priuilegio, in eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & perpetuò ſint infames, nec unquam eis portæ dignitatis pateant, nec ad aliquod publicum officium admittantur. Ipſos inſuper feudis & bonis cæteris, quæ ab eadem Romana Eccleſia, uel quibuſlibet alijs Eccleſijs obtinent, ipſo facto decernimus eſſe priuatos, ita quòd ad Eccleſias ipſas plenè ac liberè reuertantur, adminiſtratorum earundem Eccleſiarum arbitrio ſine contradictione aliqua diſponenda. Ciuitas uerò prædicta non ſolùm ſit interdicto ſuppoſita, ſed etiam pontificali dignitate priuata. Cæterùm, quia cum arbitrium uel inordinatus captiuat affectus, uel ad certum aliquid obligationis cuiuſque neceſsitas adigit, ceſſat electio; dum libertas amittitur eligendi: cardinales eoſdem obſecrantes per uiſcera miſericordiæ Dei noſtri, per aſperſionem ſui precioſi ſanguinis obteſtamur, ut penſantes attentius, quid eis imminet, cum agitur de creatione uicarij Ieſu Chriſti, ſucceſſoris Petri, rectoris uniuerſalis Eccleſiæ, gregis Dominici directoris, omni priuatæ affectionis inordinatione depoſita, & cuiuslibet pactionis, conuentionis, obligationis neceſsitate, necnon condictu ei intendimenti contemplatione ceſſantibus, non in ſe reciprocent conſiderationis initium, uel in ſuos, non quæ ſua ſunt quærant, non commodis priuatis intendant: ſed nullo artante ipſorum in eligendo iudicium, niſi Deo, puris & liberis mentibus nuda electionis conſcientia utilitatem publicam liberè proſequantur omni conatu & ſolicitudine, prout poſsibilitas patitur: id acturi tantummodo, ut eorum miniſterio acceleretur utilis & perneceſſaria totius mundi prouiſio, idoneo celeriter eidem Eccleſiæ ſponſo dato. Qui autem ſecus egerint, diuinæ ſubiaceant ultioni: eorum culpa (niſi graui propter hoc peracta pœnitentia) nullatenus abolenda. Et nos nihilominus pactiones, conuentiones, condicta & intendimenta omnia, ſiue iuramenti ſiue cuiuslibet alterius fuerint uinculo firmitatis innexa, caſſamus, irritamus, & uiribus decernimus omnino carere, ita quòd nullus ad illa obſeruanda quomodolibet ſit adſtrictus, nec quiſquam ex eorum tranſgreſsione notam uereatur fidei non ſeruatæ: ſed non indignæ laudis titulum potius mereatur, cum lex etiam humana teſtetur, Deo magis tranſgreſsiones huiuſmodi, quàm iuriſiurandi obſeruationes acceptas. Quia uerò fidelibus non eſt tam de ſolicita quantumcunque inuentione fidendum, quàm de inſtantia orationis humilis & deuotæ ſperandum, huic adijcimus ſanctioni, ut in omnibus ciuitatibus, cæteriſque locis inſignibus, ubi primùm de memorati pontificis obitu certitudo claruerit, à clero & populo ſolennibus pro eo exequijs celebratis, ſingulis diebus (donec de ipſius Eccleſiæ prouiſione indubitanter rumor pertulerit ueritatem) humiles preces fundantur ad Dominum, apud eum deuotis orationibus inſiſtatur, ut ipſe qui concordiam facit in ſublimibus ſuis, ſic efficiat eorundem cardinalium corda in eligendo concordia, quòd prouiſio celer, concors & utilis (prout animarum ſalus exigit, & totius orbis requirit utilitas) ex ipſorum unanimitate ſequatur. Et ne tam ſalubre præſentis ſanctionis edictum ignorantiæ negligi prætextu contingat, diſtrictè præcipimus, ut patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & alij Eccleſiarum prælati, cæteriquе quibus conceſſum eſt proponere uerbum Dei, clerum & populum propter hoc ſpecialiter frequentius congregandos, in ſuis ſermonibus ad ſupplicum precum ſuffragia pro cleri & felici exitu tanti negocij frequentanda ſolerter hortentur: & ipſis eadem autoritate non ſolùm orationum frequentiam, ſed obſeruantiam (prout circumſtantiæ penſandæ ſuaſerint) ieiuniorum indicant.

Vt circa electiones, poſtulationes & prouiſiones eccleſiaſticas, uiam malitijs

(prout

(prout eſt poſsibile) præcludamus, ne diutius periculoſè uacent Eccleſiæ, uel perſonatuum, dignitatum, & aliorum eccleſieſticorum beneficiorum prouiſio differatur, edicto perpetuò prouidemus; ut ſi quando aliqui electionibus, poſtulationibus uel prouiſionibus ſe opponunt, proponendo aliqua contre electionis, poſtulationis ſeu prouiſionis formam, aut perſonas eligenrium, uel electi, ſiue illius cuius erat prouiſio ſacienda ſine facte; & propter hoc contigerit eppelleri: appellantes in inſtrumento publico, ſeu literie ſuper appellatione confectis, omnia & ſingula exprimant, quæ in formam intēdunt obijcere uel perſonas, coram perſonis autenticis: aur perſonis, quæ ſuper hoc teſtimonium perhibeant ueritati, corporali præſtito iuramento, quòd credunt ea quæ ſic exprimunt eſſe uera, & ſe poſſe probare. Alioquin tam opponentes, quàm tempore appellerionis interpoſitæ uel poſtmodum adhærentes eiſdem, obijciendi aliqua, quæ nō fuerint in huiuſmodi literis uel inſtrumenris expreſſa, & poteſtatem ſibi nouerint interdictam, niſi aliquid poſtee ſorſan emerſerit, uel ſuper antiquis ſuperuenerit probendi facultas, aut aliqua enriqua in opponentium noticiam de nouo peruenerint, quæ eppellantes appellationis tempore emiſſæ ueriſimiliter ignorare potuerint, & etiam ignorerint. Super huiuſmodi eutem ignorentia, & ſuperueniente ſacultate probandi, fidem per proprium præſtandum corporaliter faciant iurementum, hoc adijciendo in iuramento eodem, quòd ed ee probenda credunt ſe ſufficientes probetiones habere. Illa ſanè, quæ fœlicis recordationis Innocētius papa quertus cōtre nō plenè probantes ea quæ in formem uel perſonam obiecerant, ſtatuit, in ſuo uolumus robore permanere.

Auaritiæ cæcitas & damnandæ embitionis improbitas aliquorum enimos occupantes, eos in illem temeritatem impellunt, ut quæ ſibi à iure interdicta nouerint, exquiſitis fraudibus uſurpere conentur. Nonnulli ſiquidem ad regimen Eccleſiarum electi (quia eis iure prohibente non licet) ſe ente confirmationem electionis celebratæ de ipſis adminiſtrationi eccleſiarū, ed quas uocantur, ingerere, ipſam ſibi tanquam procuratoribus ſeu œconomis committi procurant. Cum itaque non ſit melitijs hominum indulgendum, nos larius prouidere uolentes hec generali conſtitutione ſancimus, ut nullus decæterò edminiſtrationem dignitatis, ad quem electus eſt, priuſquàm celebrata de ipſo electio confirmetur, ſub œconomatue uel procuretionie nomine, aut alio de nouo queſito colore, in ſpiritualibus uel temporalibus, per ſe uel per alium, pro parte uel in totum gerere uel recipere, aut illis ſe immiſcere præſumar. Omnes illos qui ſecus fecerint, iure (ſi quod eis per electionem queſitum ſuerit) decernentes eo ipſo priuatos.

Quàm ſit Eccleſijs ipſarum diſpendioſa uecatio, quàm periculoſa etiam eſſe ſoleat animabus, non ſolùm iura teſtantur, ſed etiem megiſtra rerum, efficax experientia manifeſtat. Cupientes itaq; competentibus remedijs uacationum diuturnitatibus obuiare, hoc perpetuo decreto ſtatuimus, ut ſi quando fuerit electio in aliqua Eccleſia celebrata, electores electionem ipſam (quàm citius commodè poterunt) electo præſentare, ac petere conſenſum ipſius procurent. Electus uerò illum adhibere infra menſem à tempore præſentationis huiuſmodi teneatur. Quem ſi electus ipſe ultrà præſtare diſtulerit, iure (ſi quod ei ex ſua electione fuerat acquiſitum) extunc ſa nouerit eo ipſo priuetum. Niſi forſan ea ſit electæ perſonæ conditio, ut electioni de ſe celebratæ ebſque ſuperioris ſui licētia, ex probibirione ſeu quauis prouiſione ſedis apoſtolicæ, conſentire non poſsit: quo caſu idem electus ſeu electores ipſius conſentiendi licentiam ab eius ſuperiore, cum ea celeritate, quem ſuperioris ipſius præſentia uel abſentie permiſerit, petere ſtudeent & hebere. Alioquin ſi lapſo tempore, pro eiuſdem ſuperioris præſentia uel abſentia (ut præmittitur) moderando, huiuſmodi licentiam eos nequaquam obtinere contingat, electores extunc ad electionem eliam procedendi liberam habeant facultatem. Cæterùm quiuis electus infra tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum, confirmetionem electionis ipſius petere non omittat. Quòd ſi iuſto impedimento ceſſente, infre huiuſmodi trimeſtre tempus omiſerit, electio eadem eo ipſo uiribus uacuetur.

Perpetuo ſenctionis oraculo declaremus, quòd ſcienter in electionibus nominantes indignum propter ſuffragium in ſcrutinio præſtitum (niſi adeò in eo perſtiterint, quòd ex uotis eorum communis electio ſubſequatur) nequaquam eligendi poteſtate priuentur. Licet pro eo quòd indignum nominando ſcienter contre conſcientias ſuas egunt, & diuinam uindictam, & apoſtolicæ ultionis metum, quem qualitas facti ſueſerit,

ſerit, poſsint non immeritò formidare.

Nulli licere decernimus, poſtquam in ſcrutinio nomioanerit aliquem, & electio fuerit ſubſecuta, uel poſtqnam præſtiterit electioni de ipſo ab alijs celebratæ conſenſum, illum ſuper electiooe ipſa (niſi ex cauſis poſtea emergentibus) impugnare: uel niſi ei morum ipſiua aotea celata de oouo pandatur improbitas, ſeu alicuius alterius lateotis uitij uel defectus, quæ uериſimiliter ignorare potuerit, ueritas reueletur. De huiuſmodi autem ignorantia fidem faciat proprio iuramento.

Si qnaodo contigerit, duabus electionibus celebratis, partem alteram eligentium dnplo maiorem oumero iouenniri, contra electores qni partem reliquam ſic excedont, ad extenuaóooem zeli, meriti uel antoritatis ipſorum reliquis uel electo ab eis aliquid opponendi, omnem præſenti decreto interdicimus facultatem. Si qoid autem oppooere uolueriot, quòd uotum illius, cui opponitur, nullum redderet ipſo iure, id eis non intelligimus ioterdictum.

Quamuis cooſtitutio fœlicie recordationis Alexandri papæ quarti, prædeceſſoris noſtri, cauſas electiooum epiſcopalium, ſeu ſuper electionibus epiſcoporum exortas, non immeritò maioribus cauſis annumeraos, cognitiones ipſarum per appellationes quaslibet deuolui aſſerat ad apoſtolicæ ſedis exameo: nos tameo & temerariam appellantium audaciam, & effreoatam appellatiooum frequentiam refrenare uolentes, hac generali conſtitutione duximus prouidendum, ut ſi extra iudicium in prædictis electionibue, uel in alijs dignitatibns epiſcopatu maioribus celebratis, expreſſa cauſa manifeſtè friuola contigerit appellari, per appellationem huiuſmodi nequaquam ad ſedem eandem negocinm deuoluatur. Sed cum in electionum earuodem negocijs in iudicio uel extra iudicium appellatur In ſcriptis ex cauſa probabili, quæ probata deberet legitima reputari, ad ſedem ipſam hoiuſmodi negocia deferantur. Cæterùm in præmiſsia omnibus caſibos liceat partibus ab huiuſmodi appellatiooibus (nulla tamen interueoiente prauitate) recedere, antequam præfatæ ſedi fueriot præſentatæ. Inferiores autem iudices (qnorum erat ipſarum cauſarum cognitio appellatiooe ceſſante) an io hoc prauitas interceſſerit, ante omnia diligeoter inquirant: & ſi eam interceſsiſſe repererint, ſe de cauſie ipſis nullatenus iotromittaot: ſed præfigaot dictis partibus terminum peremptorium competentem, in quo cū omnibus actis & munimentis ſuis apoſtolico ſe conſpectui repræſenteot.

Si fortè inter cætera qoæ obijciuntur electo aut poſtulato, ſeu aliàs promouendo ad aliquam dignitatem, euidentem ſcientiæ, uel alium perſonæ defectum opponi cootingat, in diſcuſsione obiectorum, illum ſtatuimus ordinem incōmutabiliter obſeruandum: ut promouendus ſuper defectu ipſo ante omoia ſubijciatur examini, cuiue euentus examinandis alijs aut dabit initium, ant negabit. Cæterùm ſi præmiſsi examinis exitus huiuſmodi oppoſitiooes docuerit ueritate deſtitui, opponeotes à proſecutione cauſæ, in qua talia obiecerunt, excludimus, & perinde puniri decernimus, ac ſi penitus in probatione omnium quæ obiecerant, defeciſſent.

Sciant cuncti, qui clericos, uel quaslibet alias perſonas Eccleſiaſticas, ad quos io aliquibus Eccleſijs, monaſterijs, aut alijs pijs locis ſpectat electio, pro eo quòd rogati, ſeu aliàs inducti, eum pro quo rogabantur ſioe ioducebantur eligere noluerint, uel cooſanguineos eorum, aut ipſas Eccleſias, monaſteria, ſen loca cætera beoeficijs ſiue alijs bonis ſuia per ſe uel per alios ſpoliando, ſeu alias ioiuſtè perſequeodo præſumpſerint grauare, ſe ipſo facto excommuoicatioois ſententia inoodatos.

Generali conſtitutione ſancimus, uniuerſos & ſiogulos, qui regalia, cuſtodiam ſiue guardiam aduocationis, ſeo defenſionis titulum io Eccleſijs, monaſterijs, ſeu quibuslibet alijs pijs locis, de nouo uſurpare conaotes, bona Eccleſiarum, monaſteriorum, aut locorum ipſorum oacantium occupare præſumoot, quantæcuoque dignitatis honore præfulgeaot, clericoe etiam Eccleſiarum, monachoa monaſteriorum, & perſonas cæteras locorum eorundem, qui hoc fieri procurant, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere. Illos uerò, qui ſe ut deberent talia facientibus non opponunt, de prouentibue Eccleſiarum ſeu locorum ipſorum pro tempore, quo præmiſſa ſine debita cootradictione permiſerint, aliquid percipere diſtrictius inhibemus. Qui autem ab ipſarum Eccleſiarum, cæterorumque locorum fundatione, uel ex aotiqua conſuetudine, iura ſibi huiuſmodi uendicant, ab illorum abuſu ſic prudenter abſtineant, & ſuos miniſtros io eis ſollicitè faciant abſtinere, quòd ea quæ non pertioent ad fructua ſiue reditus prouenientes uacationis tempore, non uſurpeot: nec bona cætera, quorum ſe aſſerunt habere

cuſtodiam,

cuſtodiam, dilabi permittant, ſed in bono ſtatu conſeruent.

Licer canon à fœlicis recordationis Alexandro papa tertio, prædeceſſore noſtro, editus, inter cætera ſtatuerit, ut nullus regiman Eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi uigeſimnm quintum annum ætatis attigerit, & ſcientia & moribus commendandus exiſtat: quodq̀ne talis ad regimen aſſumptus huiuſmodi, ſi monitus non fuerit, præfixo à canonibus tempore, in preſbytetum ordinatus à regiminis eiuſdem amoueatur officio, & alij conferatur. qnia tamen in obſetuatione canonis memorati ſe multi exhibent negligentes, nos periculoſam illorum negligentiam uoleotes iuris executione ſuppleri, præſeoti decreto ſtatuimus, ut nullus ad regimeo parochialia Eccleſiæ aſſumatur, niſi ſit tdoneus, moribus, ſcientia & ætate: decernentes, collationes de parochialibus Eccleſijs his qui non attigerint 25. annum, decæterò faciendas, uiribus omnino carere. Is etiam, qui ad hniuſmodi regimen aſſumetur (ut gregis ſibi crediti diligentius curam gerere poſsit) in parochiali Eccleſia (cuins rector extiterit) reſidere perſonaliter teoeatur: & infra annum à ſibi commiſsi regiminis tempore numerandum ſe faciat ad ſacerdotium promoneri. Quòd ſi infra idem tempus promotus non fuerit, Eccleſia ſibi commiſſa (nulla etiam præmiſſa monitione) ſit præſentis conſtitutionis autoritate priuatus. Super reſidentia uerò (ut præmittitur) facienda poſsir ordinarius gratiam diſpenſationis ad tempus facete, prout cauſa rationabilis id expoſcit.

Nemo deinceps parochialem Eccleſiam alicui non conſtituto in ætate legitima & ſacerdotio commendare prę́ſumat, nec tali etiam, niſi unam, & euidenti necaſsitate uel ntilitare ipſius Eccleſiæ ſuadente. Huiuſmodi autem commendam (ur præmittitur) ritè factam, declaramus ultra ſemeſtris temporis ſpacium non durare: ſtatuentes, quicquid ſecus de commendis Eccleſiarum parochialium actum fuerit, eſſe irritum ipſo iure.

Eos qui clericos parochiæ alienæ abſqne ſuperioris ordinandorum licentia ſcienter ſeu affectata ignorantia, uel quocuoque alió figmenio quæſito, præſumpſerint ordinare, per annum à collatione ordinum decernimus eſſe ſuſpenſos: hia quæ iura ſtatuunt contra taliter ordinatos, in ſuo robore duraturis. Clericis quoqne parochiæ taliter ſuſpenſorum, poſtquam eorum ſuſpenſio fuerit manifeſta, abſqne ipſorum etiam licentia interim recipiendi ordines ab alijs oicinis epiſcopis, aliàs tamen caoonicè, liberam concedimus facultatem.

Altercationis antiquæ dubium præſentis declarationis oraculo decidentes, bigamos omni priuilegio clericali declaramus eſſe nudatos, & cohercioni fori ſecularis addictos, conſuerudine contraria non obſtante. Ipſis quoque ſub anathemate prohibemus deferre tonſoram, uel habitum clericalem.

Si canonici à diuinis ceſſare uoluerint, pront in Eccleſijs aliquibus ſibi ex conſuetudioe, uel àliàs uendicant, antequam ad ceſſationem huiuſmodi qnoquo modo procedant, in inſtrumento publico uel patentibus literis ſigillotum ſuorum, aut alrerius authentici munimine roboratis, ceſſationis ipſius cauſam exprimant, & illud uel illas ei, contra quem ceſſare intendunt, aſsignent: ſcituri, quòd ſi hoc prætermiſſo ceſſauerinr, uel cauſa quam expreſſerint, non fuerit inuenta canooica, omnia quæ de quibuſcunque proueotibus illius Eccleſiæ, in qua ceſſatum fuerit; ceſſationis tempore perceperint, reſtituent. Illa uerò, quæ pro eodem tempore debentur eiſdem, nullo modo percipient, ſad ipſi Eccleſiæ cedere, ac nihilominus ei contra quem ceſſaueranr, de damnis & iniurijs ſatisfacere renebuntur. Si autem cauſa eadem canónica fueiit iudicata, is qui occaſionem ceſſationi dederat, ad omne intereſſe dictis canonicis & Eccleſiæ, cui debitum officium eius eſt culpa ſobtractum, ad certam quantitatem taxandam, & in diuini cultus augmentum conuertendam, ſuperioris arbitrio condemnetur. Cæterùm dereſtabilem abuſum horrendæ indeuotionis illotum qui Crucis, B. Mariæ uirginis, aliorumque ſanctorum imagines ſeu ſtatuas irreuerenti auſu tractantes, eas in aggrauationem ceſſationia huiuſmodi proſternunt in terram, & urticis ſpinisq́ue ſupponunt, penitus reprobantes, aliquid tale fieri decæterò diſtrictius prohibemus: ſtatueotes, ut in eos qui contrà fecerint, ulrrix procedat dura ſententia, quæ delinquentes ſic puoiat grauiter, quòd alios à ſimilium præſumptione compeſcat.

Ordinarij locorum ſobditos ſnos plnres dignitates, uel Eccleſias, quibus animarum cura immioer, obtinentes, ſeu perſonatum, aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa, diſtrictè compellant, diſpenſariones aotoritate, quarum huiuſmodi Ecclcſias perſonatus

ſeu dignitates canonicè tenere ſe aſſerunt, infra tempus pro qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio exhibere: quòd ſi fortè iuſto impedimento ceſſante, nullam diſpenſationem infra idem tempus contigetit exhiberi, eccleſiæ beneficia, perſonatus, ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo illicitè detineti conſtabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, liberè perſonis idoneis conferantur. Cæterùm ſi diſpenſatio exhibita ſnfficiens euidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficijs huiuſmodi, quæ canonicè obtinet, moleſtetur. Prouideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in ijſdem Eccleſijs perſonatibus, ſeu dignitatibus negligatur, nec beneficia ipſa debitis obſequijs defraudentur. Si uerò de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetut, ſuper hoc erit ad ſedem apoſtolicam recurrendnm, cuins eſt æſtimare, quem modum ſui beneficij eſſe uelit. In conferendis inſuper perſonatibus, dignitatibus, & alijs beneficijs cutam habentibus animarum annexam, ijdem ordinatij diligentiam obſeruent, ut perſonatum, dignitatem, uel aliud beneficium ſimilem curam habens animarum, alicui plura ſimilia obtinenti, non antè conferre præſumant, quàm eis ſuper obtentis diſpenſatio euidenter ſufficiens oſtendatur. Qua etiam oſtenſa, ita demum ad collationem procedi uolumus, ſi appareat per eandem, quòd hic cui eſt collario facienda, huiuſmodi perſonatum, dignitarem, uel beneficinm, retinere liberè ualeat cum obtentis: uel ſi ea quæ ſic obtinet, libetè ac ſpontè reſignet. Aliter autem de perſonatibus, dignitatibus, & beneficijs talibus facta collatio nullius penitus ſit momenti.

Abſolutionis beneficium ab excommunicationis ſententia, uel quamcunque reuocationem ipſins, aut ſnſpenſionis, ſeu etiam interdicti, per uim uel metum extorta, præſentis conſtitutionis autoritate omnino uiribus uacuamus. Ne autem ſine uindicta uiolentiæ creſcat audacia, eos qui abſolutionem ſeu renocationem huiuſmodi ui uel metu extorſerint, excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere.

Statutum fœlicis recordationis Clementis papæ, prædeceſſotis noſtri, de dignitatibus & beneficijs in cutia Romana uacantibus nequaquam per alium, quàm per Romanum pontificem, conferendia, decernimus taliter moderandum: ut hi, ad quos eorundem beneficiorum & dignitatum ſpectat collatio (ſtatuto non obſtante prædicto) demum poſt menſem, à die quo dignitatea ſeu beneficia ipſa uacanerint numerandum, ea conferre ualeant, tantummodo per ſeipſoa, uel (ipſis agentibus in remotis) per ſuos uicatios generales, in eorum diœceſibus exiſtentes, quibus id canonicè ſit commiſſum.

Hoc conſultiſsimo prohibemus edicto, uniuerſos & ſingulos prælatos Eccleſias ſibi commiſſas, bona immobilia ſeu iura ipſarum laicis ſnbmittere, ſubijcere, ſeu ſupponere, abſq; capituli ſui conſenſu, & apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali: non concedendo bona ipſa uel iura in empbiteoſim, ſeu aliàs alienando in forma & caſibus à iure permiſsis: ſed conſtituendo, uel recognoſcendo, ſeu profitendo ab illis ea tanquam à ſupetioribus ſe tenere, ſen ab ipſis eadem adnocando, prout in quibuſdam partibus uulgatiter dicitut anoher, uel ipſos patronos uel aduocatos Eccleſiarum ſeu bonorum ipſarum perpetnò, aut ad tempus non modicum ſtatuendo. Contractus autem omnes, etiam iuramenti penè uel alterius cuiuslibet firmitatia adiectione uallatos, quoa de talibus alienationibus ſine huinſmodi licentia & conſenſu contigerit celebrati, & quicquid ex eis ſecutū fuetit, decernimus adeò uitibus omnino carere, ut nec ius aliquod ttibuant, nec præſcribendi etiam cauſam parent. Et nihilominus prælatos qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio & adminiſtratione, clericos etiam qui ſcientes contra inhibitionem prædictam aliquid eſſe præſumptum, id ſupetioti denunciare neglexerint, à petceptione beneficiorum quæ in Eccleſia obtinent ſic grauata, triennio ſtatuimus eſſe ſuſpenſos. Laici uerò, qui prælatos uel capitula Eccleſiarum, ſeu alias perſonas eccleſiaſticàs ad ſubmiſsionea huiuſmodi faciendas hactenus compulerunt, niſi poſt competentem monitionem (remiſſa ſubmiſsione qnam per nim uel metum exegerāt) Eccleſias & bona eccleſiaſtica eis ſubmiſſa taliter in ſua libertate dimittant: illi uerò, qui de cæterò prælatos uel perſonas eaſdem ad talia facienda compulerint, cuiuſcunq; ſint conditionis, aut ſtatus, excommunicarionis ſint ſeutentia innodati. Ex contractibns prætereà ſuprà præmiſsis (huiuſmodi licentia & conſenſu interuenientibus) hactenus initis, uel quos in fntnrum initi contigerit, ſeu occaſione illorum, laici ultra id quod ex natura contractuum ipſorum uel adhibita in illia lege permittitur, aliquid non uſurpent. Qui uerò ſecus egerint (niſi legitimè moniti ab huiuſmodi uſurpatione deſite-

deſtiterint, reſtiruendo etiam ea quæ taliter uſurpsrunt) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant, & extunc ad ſupponendum terram ipſorum (ſi opus fuerit) eccleſiaſtico interdicto liberè procedatur.

Religionnm diuerſitatem nimiam, ne confuſionem induceret, generale conciliũ conſulta prohibitione uetuit. Sed quia non ſolùm importuna petentium inhabitatio illarum poſtmodum multiplicationem extorſit, uerumetiam aliquorum pręſumptuoſa temeritas diuerſorum ordinum, præcipuè mendicantium, quorum nondum approbationis meruêre principinm, effrenatam qnaſi multitudinem adinuenit: repetita conſtirutione diſtrictius inbibentes, ne aliquis decætero nouum ordinem aut religionem adinueniat, uel habitum nouæ religionis aſſumat, cunctas affatim religionea & ordines mendicantes poſt dictum concilium adinuentos, qui nullam confirmationem ſedis apoſtolicæ meruerunt, perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & quarenus proceſſerant reuocamus. Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamen concilium inſtitutos, quibus ad congruam ſuſtentstionem reditus aut poſſeſsiones habere profeſsio ſine regula quælibet interdicunt, ſed per quæſtum publicum tribuere nictum ſolet incerta mendicitas, modo decernimus ſubſiſtere infrà ſcripto: ut uidelicet profeſſoribus eornndem ordinũ ita liceat in illis remsnere, ſi uelint, quòd nullum deinceps ad eorum profeſsionem sdmittant, nec de nouo domum uel aliquem locum acquirant, nec domos ſen loca quę habent, alienare ualeant ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali. Noa enim ea diſpoſitioni ſedis apoſtolicæ reſeruamua in terræ ſanctæ ſubſidium, uel pauperum, uel alios pios uſus per locorum ordinarios, uel eos quibus ſedes ipſa commiſerit, conuertenda. Si uerò ſecus præſumptum fuerit, nec perſonarum receptio, nec domorum uel locorum acqniſitio, aut ipſorum cæterorumq; bonorum alienatio ualeat, & nihilominus contrarinm facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Perſonis quoq; ipſorum ordinum omnino interdicimus, quo ad extraneos, prædicationis & audiendę confeſsionis officium, ant etiam ſepulturam. Sanè ad Prædicatorum & Minorum ordines (quos euidens ex eis ntilitas Eccleſię uniuerſali proueniens perhibet approbatos) præſentem non patimur conſtitutionem extendi. Cęterùm heremitarum ſancti Auguſtini, & Carmelitarum ordines, quorum inſtitutio dictum concilium generale præceſslt, in ſolido ſtatu uolumus permanere. Adhæc perſonis ordinum (ad quos conſtitutio præſens extenditur) tranſeundi ad reliquos ordinea approbatos licentiam concedimus generalem, ita quòd nullus ordo ad alium, uel conuentus ad conuentum ſe ac loca ſua totaliter transferat, ſedis eiuſdem ſuper hoc permiſsione ſpecialiter non obtenta.

Exigit peruerſorum audacia, ut non ſimus ſola delictorum prohibitione contenti, ſed etiam pœnam delinquentibus imponamus. Conſtitutionem itaq; felicis recordationis Innocentij papæ quarti, prædeceſſoris noſtri, editam ſuper non recipiendis in pecunia procurationibus, ac ſuper receptione munerum uiſitâtibus eorumque familiaribua interdicta, quam multorum fertur temeritas prætenire, uolentes inuiolabiliter obſeruari, eam decernimus pœnæ adiectione iuuandam: ſtatuentes, ut uniuerſi & ſinguli, qui ob procurationem ſibi ratione uiſitationis debltam exigere pecuniam, nel etiam à uolente recipere, uel aliàs conſtitutionem ipſam recipiendo munera, ſiue uiſitationis officio non impenſo, procurationem in uictualibus, aut aliquid aliud procurationis occaſione uiolare præſumpſerint, dnplum eius quod receperint, Eccleſiæ à qua id receptum fuerit, infra menſem reddere teneantur. Alioquin extunc Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, duplum ipſum ultra prædictum tempus reſtiruere differentes, ingreſſum ſibi eccleſię ſentiant interdictum. Inferiores uerò ab officio & beneficio nouerint ſe ſuſpenſos, quonſq; de duplo huiuſmodi grauatis Eccleſijs plenariam ſatisfactionem impendant: nulla eis in hoc dantium remiſsione, liberalitate, ſeu gratia ualiturá.

Decet domnm Domini ſanctitudo: decet ut cuius in pace factus eſt locus, eius cultus ſit cum debita ueneratione pacificus. Sit itaq; ad eccleſias humilis & deuotus ingreſſus: ſit in ijs quieta conuerſatio; Deo grata, inſpicientibus placida, quæ conſiderantes non ſolùm inſtrust, ſed & reficiat. Conuenientes ibidem nomen illud, quod eſt ſuper omne nomen, à quo aliud ſub cœlo non eſt datum hominibus, in quo ſaluos fieri credentes oporteat, nomen uidelicet Ieſu Chriſti, qui ſaluum faciet populum ſunm à peccatis eorum, exhibitione reuerentiæ ſpecialis attollant, & qnod generaliter ſcribitur, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, ſinguli ſingulariter in ſeipſis implentes, præcipuè dnm aguntur Miſſarum ſacra myſteria, glorio-

ſum illud nomen quandocunque tecolitur, flectant genua cordis ſui, quod uel capitis inclinatione teſtentur: attendantur in locia eiſdem intentis præcordijs ſacra ſolennia, deuotis orationibus inſiſtatur: nullus in locis ijſdem, in quibus cum pace ac quiete uota conuenit celebrari, ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetúmue committat. Ceſſent in locis illis uniuerſitatum & ſocietarum quarumlibet concilia, conciones, & publica parlamenta. Ceſſent uana & multò fortius fœda & profana colloquia. Ceſſent confabulationes quælibet. Sint poſtremò quæcunq; alia, quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere, ab ipſis prorſus extranea, ne ubi peccatorum eſt uenia poſtulanda, ibi peccandi detur occaſio, aut deprehendantur peccata committi. Ceſſent in Eccleſijs earumque cœmiterijs negociationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiuſcunque tumultus, omnis in eis ſecularium iudiciorum ſtrepitus conquieſcat: nulla inibi cauſa per laicos, criminalis maximè, agitetur: ſint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena. Ordinarij locorum hoc faciant obſeruari, ſuadenda ſuadeant, interdicta huius canonis autoritate compeſcant, ad hoc alios etiam in Eccleſijs ipſis magis aſsiduos, & ad præmiſſa idoneos deputando. Et nihilominus proceſſus iudicum ſecularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis, omni careant robore firmitatis. Qui uerò præmiſſas inhibitiones animo petulanti contempſerint, præter proceſſum ordinariorum & deputandorum ab ipſis, diuinæ ultionis & noſtræ poterunt acrimoniam formidare, donec ſuum confeſsi reatum, à ſimilibus firmato propoſito deliberauerint abſtinere.

Vſurarum uoraginem (quæ animas deuorat, & facultates exhaurit) compeſcere cupientes, conſtitutionem Lateranenſis concilij contra uſurarios editam, ſub diuinæ maledictionis interminatione præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Et quia quò minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eò magis adimetur fœnus exercendi libertas, hac generali conſtitutione ſancimus, ut nec collegium, nec alia uniuerſitas, uel ſingularis perſona, cuiuſcunque ſit dignitatis, conditionis aut ſtatus, alienigenas & alios non oriundos de terris ipſorum, publicè fœnebrem pecuniam exercentes aut exercere uolentes, ad hoc domos in terris ſuis conducere, uel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: ſed huiuſmodi uſurarios manifeſtos omnes infra tres menſes de terris ſuis expellant, nunquam aliquos tales de cætero admiſſuri: nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, uel ſub alio titulo quocunque concedat. Qui uerò contrà fecerint, ſi perſonæ fuerint eccleſiaſticæ, patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, ſuſpenſionis: minores uerò perſonæ ſingulares, excommunicationis: ſi autem collegium, ſeu alia uniuerſitas, interdicti ſententiam ipſo facto ſe nouerint incurſuros. Quam ſi per menſem animo ſuſtinuerint indurato, terræ ipſorum (quamdiu in eis ijdem uſurarij commorantur) extunc eccleſiaſtico ſubiaceant interdicto. Cæterùm ſi laici fuerint, per ſuos ordinarios ab huiuſmodi exceſſu (omni ceſſante priuilegio) per cenſuram eccleſiaſticam compeſcantur.

Quanquam uſurarij manifeſti de uſuris, quas receperant, ſatisfieri expreſſa quantitate, uel indiſtinctè in ultima uoluntate mandauerint: nihilominus tamen eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec de uſuris ipſis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè ſatisfactum, uel illis quibus facienda eſt reſtitutio, ſi præſtò ſint ipſi, aut alij qui eis poſsint acquirere, uel eis abſentibus loci ordinario, aut eius uices gerenti, ſiue rectori parochiæ, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia, quibus quidem ordinario uicario & rectori prædicto modo cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis autoritate recipere, ita quòd illis perinde actio acquiratur, aut ſeruo publico de ipſius ordinarij mandato, idoneè de reſtitutione facienda ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum uſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi uolumus, alioquin aliam recipientis cautionem huiuſmodi arbitrio moderandam: ipſe tamen ſcienter non minorem, quàm ueriſimiliter creditur, moderetur, & ſi ſecus fecerit, ad ſatiſfactionem reſidui teneatur. Omnes autem religioſos & alios, qui manifeſtos uſurarios contra præſentis ſanctionis formam ad eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam, pœnæ Lateranenſis concilij contra uſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere. Nullus manifeſtorum uſurariorum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſsionem admittat, ſiue ipſos abſoluat, niſi de uſuris ſatisfecerint, uel de ſatisfaciendo pro ſuarum uiribus facultatum præſtent (ut præmittitur) idoneá cautionem. Teſtamenta quoq; manifeſtorum uſurariorum

riorum aliter ſacta non ualeant,ſed ſint irrita ipſo iure.

Etſi pignorationes, quas uulgaris elocutio repreſſalias nominat, in quibus alius pro alio prægrauatur, legibus & æquitati naturali contrariæ, ciuili ſint cõſtitutione prohibitæ:ut tamẽ earũ prohibitio in perſonis eccleſiaſticis tãtò amplius timeatur, quantò in illis ſpecialius inhibẽtur, eas cõcedi cõtra perſonas prędictas,ſeu bona ipſorum,aut quantumcunq; generaliter prętextu cuiuſuis conſuetudinis(quam potius reputamus abuſum ſore) conceſſas, ad illas extendi præſenti decreto diſtrictius inhibemus. Illi autem qui contrà ſecerint, aduerſus perſonas eaſdem pignorationes ſeu repreſſalias cõcedendo,uel extendendo ad eas(niſi præſumptionem huiuſmodi reuocauerint à conceſsionis uel extenſionis tempore inſra menſem) ſi perſonæ ſingulares fuerint, ſententiam excommunicationis incurrant:ſi uerò uniuerſitas,eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto.

Conſtitutionem ſœlicis recordationis Innocentij papæ quarti, prædeceſſoris noſtri, quæ prohibet participantes excõmunicatis ea participatione,quæ ſolam minorem excommunicationem inducit (monitione canonica non præmiſſa) maiori excommunicatione ligari, decernens promulgatam aliter excommunicationis ſententiam nõ tenere: ad tollendũ omnem ambiguitatis ſcrupulum declarantes decernimus,ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, ſi alijs ritè ſeruatis, eos qui monentur, exprimat nominatim. Sratuimus quoque, ut inter monitiones, quas (ut canonicè promulgetur excommunicationis ſententia) ſtatuunt iura præmitti, iudices, ſiue monitionibus tribus utantur,ſiue una,pro omnibus obſeruent aliquorum dierum competentia interualla:niſi facti neceſsitas aliter ea ſuaſerit moderanda.

Præſenti generali declaramus edicto, beneficium relaxationis ad cautelam,quoad interdicti ſentẽtias, in ciuitates, caſtra, uel quælibet alia loca ſiue terras aliquas generaliter promulgatas,locum aliquatenus non habere.

Quicunq; pro eo quòd in reges,principes,barones,nobiles,baliuos, uel quoslibet miniſtros eorum, aut quoſcunq; alios excommunicationis, ſuſpenſionis ſeu interdicti ſententia fuerit promulgata,licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu aliàs in perſonis aut bonis ſuis uel ſuorum grauandi eos qui tales ſententias protulerunt, ſiue quorum ſint occaſione prolatæ, uel eaſdem ſententias obſeruantes, ſeu taliter excommunicatis communicare nolentes (niſi licentiam ipſam re integra reuocauerint: uel ſi ad bonorum captionem occaſione ipſius licentiæ ſit proceſſum, niſi bona ipſa fuerint infra octo dierum ſpacium reſtituta, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa) eo ipſo ſententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque ſententia ſint innodati omnes,qui auſi ſuerint prædicta licentia data uti,uel aliquid præmiſſorum,ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus, aliàs committere ſuo motu. Qui autem in eadem ſententia permanſerint duorum menſium ſpacio, extunc ab ea non poſsint, niſi per ſedem apoſtolicam, abſolutionis beneficium obtinere.

SVB RODOLPHO
Imperatore.

COLONIAE.

IN generali ſynodo,ex prælatorum ſuorum conſilio Sifridus Colonienſis ſequentia promulgat decreta.

Licet de clericis, qualiter eos cum modeſtia, ſobrietate, uitæ munditia in domo Domini oporteat cõuerſari, ut ſibi & alijs uerbo proficiant & exemplo,per ſacros canones & ſanctorum patrum & prædeceſſorum noſtrorum traditiones ſufficienter ſit prouiſum: tamen quia nonnullos ex ipſis clericis, præſertim illos qui per Eccleſias poſiti ſunt ad regimen animarum, in obſeruatione dictæ prouiſionis contingit nõ ſine nota tranſgreſsionis deſides inueniri, & ipſarum ſtatum multipliciter deformari:nos Sifridus Dei gratia ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri Imperij per Italiam archicancellarius, huic deſidiæ,imò negligentiæ, quantum poſſumus occurrere cupientes, & quod dignũ eſt in eorum conuerſationibus,uita & moribus reprehendi per innouationem eorum, quæ circa hæc ſtatuta ſunt ab antiquo, & appoſitionem, quæ qualitas temporum addere nos compellit, noſtros clericos in omnibus Deo placitos ſalubriter reformare, cum firma ſpe & fiducia, quòd ſi integrum fuerit ſacerdotium, Eccleſia Dei floiebit ſicut lilium,& in ſpiritualibus & temporalibus benedictionem à Domino recipiet ſalutarem: ſanctam & generalem ſynodum, propter periculoſum ſtatum Eccleſiæ Colonienſis, & prædeceſſorum noſtrorum occupationes aliquantis temporibus prætermiſſam, de conſilio prælatorum noſtrorum & capituli noſtri duximus indiceodam:ad quam conuocatis & conuenientibus omnibus prælatis monaſteriorum & Eccleſiarum, ac cleri-

cis noſtris ſubditis, ſtatuimus & ordinauimus, ut ſynodus generalis exnunc in Eccleſia Colonienſi, in craſtino Dominicæ In uocauit, ab omnibus prælatis & clero annis ſingulis in perpetuum celebretur: & omnes prælati & clerici tam religioſarum quàm ſecularium Eccleſiarum, & clerici ſeculares noſtræ ciuitatis & diœceſis ad ipſam ſynodum ſanctam accedant reuerenter: & in ueniendo, ſtando, morando & redeundo in uia & hoſpitijs ſe decenter habeant, ne laicis ex eorum uerbis uel factis ſcandalum generetur: & intrent ſynodum abbates cum albis ſtolis & cappis choralibus deſuper de ſerico uel ſammitto cum baculis & mitris, prout hoc eorum congruit dignitati. Alij uerò prælati ſeculares cum pellicijs & ſuperpellicijs, & cappis de ſerico uel ſamitto.

Priores etiam religioſorum locorum cum albis & ſtolis, & decani Chriſtianitatum & archipresbyteri ſimiliter cum albis & ſtolis: reliqui uerò presbyteri & clerici inſuper pellicijs. Nec aliquis clericus uel religioſus ibi compareat ſine habitu religionis uel chorali. Omnesque ſic induti, in ipſa ſynodo, quouſq; per nos licentientur, permaneant, audituri cum manſuetudine & ſilentio, quæ ibi præcepta fuerint uel ſtatuta.

Si qui uerò infirmitate, uel alia ineuitabili neceſsitate ad ſynodum uenire non poterunt, mittant cum ſuis literis & proprijs ſigillis (quæ præcipimus ut ſinguli habeant) procuratorem pro ſe, qui habeat poteſtatem de huiuſmodi impedimento faciendi fidem, ſi opus fuerit, iuramento: & in ipſis literis ſe obligent, quòd ſtatuta huiuſmodi obſeruabunt.

Capitula autem, & quælibet collegia, per unicum uel per duos procuratores de ipſorum collegijs comparebunt ad obſeruationem ſtatutorum in procuratorijs ſe ſimiliter obligantes. Et omnes ieiuni comparebunt in ſynodo, quod ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, niſi modicißimam ſumi conſolationem infirmitas urgeat corporalis.

Item ne ignorantia ſtatutorum uel præceptorum ſynodi aliquem ualeat excuſare, ſtatuimus & præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam in hoc caſu in omnes & ſingulos contrauenientes in his ſcriptis ferimus, quòd quilibet ſacerdos eccleſiam uel capellam officians, uel plebem regens, procuret & efficiat cum effectu, quòd intra unum menſem ab hac die numerandum, ſtatutorum & præceptorum ſynodalium copiam habeat, de uerbo ad uerbum, ut ea frequenter legens & uoluens, ſciat inexcuſabiliter & ſcire poſsit, ad quid teneatur, & qualiter in omnibus ſe debeat habere: & in proximis deinde ſingulis ſynodis generalibus in manu ſua ſecum deferat & publicè repræſentet, ſciens, quòd cum excommunicatione ſequetur pœna alia, huiuſmodi mandati tranſgreſſorem.

1.

Ex concilio generali ſtatuimus & præcipimus, quòd uniuerſi clerici continenter & caſtè uiuant, ab omni libidinis uitio præcauentes, quatenus in conſpectu omnipotentis Dei, puro corde & mundo corpore ualeant miniſtrare: & qui comprehenſi fuerint incontinentiæ uitio laborare, prout magis uel minus peccauerint, ab eorum ordinarijs ſeu prælatis debitè puniantur. Alioqui nos prælatorum negligentiam ſupplentes, tales puniemus ſecundum canonicas ſanctiones, ut pœna docente deinceps abſtineant à peccato: & qui ea de cauſa per nos uel prælatos ſuos ſuſpenſus, diuina officia celebrare præſumpſerit, beneficio eccleſiaſtico ſpolietur, & pro duplici cauſa perpetuò deponatur.

Prælati autem noſtri, qui tales præſumpſerint in eorum iniquitatibus ſuſtinere, maximè obtentu pecuniæ uel alterius commodi temporalis, iuris ſubiaceat ultioni.

Item à crapula & ebrietate omnes clerici diligenter abſtineant: unde uinum ſibi temperent, & ſe uino: nec ad bibendum quiſpiam incitetur, cum ebrietas inducat mentis exilium, & libidinis prouocet incentiuum.

Item, nullus ſacerdos aut clericus in ſacris conſtitutus ordinibus, fœminas, de quibus ſuſpicio poteſt eſſe, in domo ſua teneat: & nullas omnino, niſi ſint illæ perſonæ, de quibus naturale fœdus nihil permittit ſæui criminis ſuſpicari: & quamlibet cohabitationem mulierum & clericorum manifeſtam, maximè clericis in ſacris ordinibus conſtitutis & ſacerdotibus, ſub pœna anathematis diſtrictius inhibemus.

Item, clerici officia uel commercia ſecularia non exerceant per ſe, alios, uel alias: mimis, hiſtrionibus uel ioculatoribus non intendant: tabernas prorſus euitent, niſi fortè cauſa neceſsitatis in itinere cõſtituti.

Item, ad aleas & taxillos non ludant, nec huiuſmodi ludis interſint. Coronam & tonſuram habeant congruentem. Clauſa deferant indumenta, maximè ſacerdotes, nimia breuitate uel lõgitudine nõ notanda.

tanda. Pannis rubeis aut uiridibus, nec nõ manicis, aut calceis conſuticijs non utantur. Intra eccleſiam incedant cum ſuperpellicijs, niſi fortè aliquid ibi fuerit manibus operandum. Fibulas omnino non ferant. Item arma nõ ferant, neq; gladios, niſi hoc faciant ex cauſa neceſsitatis, & expreſſa licentia prælatorum. Item ſtatuimus, quòd neq; canonici, neq; clerici nagētur nocturno tempore per plateas, pſallentes: & ſi aliquos tranſire oporteat ex legitima & iuſta cauſa, hoc faciant ſine clamore, ſine cantu, ſine cytharis, ſine tympanis, & ſine quolibet ſtrepitu uel chorea. & uolumus, q; contrarium facientes, decani ſuſpendant à præbendis eorum per unum menſem.

Item ſtatuimus, quòd quicunq; ſacerdotes ſeu clerici beneficiati, ſententias excõmunicationis ſeu ſuſpenſionis per annum & diem animo ſuſtinuerint indurato, beneficijs ſuis eo ipſo priuentur per locorũ ordinarios, & aliàs propter hoc nihilominus canonicè puniantur.

Item ſtatuimus, ut clerici ubiq;, & maximè in diuinis officijs, decenter & diſcretè ſe habeant: & tales ſe in moribus, uita, conuerſatione, uerbis, factis, ſocietatibus, corporis compoſitione, lectionum & orationum aſsiduitate, & in quibuslibet honeſtatibus exhibeant, ut uerecundia, quæ & laicis eſt indicta, in ipſis clericis præcipuè commendetur. Nullus horas canonicas, & horas de Domina noſtra, ulla unquã die diſtinctè & diſcretè dicere prætermittat, maximè qui eſt in ſacris ordinibus uel beneficijs conſtitutus.

Nullus dicat Miſſam, niſi unam in die, & præcipuè de die, niſi in caſibus à iure permiſsis, ut hoc faciat neceſsitate imminente: utpote Miſſam pro defunctis. Nec celebratio fiat ſine ſocio uel ſcholari, qui reſpondere ualeat celebranti. Nec mulier ad altare permittatur aliquatenus miniſtrare.

Item, propter apoſtatas, diſcurſores, uagos & ignotos clericos, de quibus, an ſacerdotes ſint, non immeritò dubitatur: ſtatuimus, ut nullus beneficiatus ſeu rector Eccleſiæ uel altaris, tacitè uel expreſsè aliquẽ admittat in ſocium uel ad celebrandam Miſſam, uel miniſtrandum Sacramẽta, uel aliquod ſacerdotale officium exercendum, niſi notum ſit de ordinibus, moribus ac conuerſatione, ac aliàs commendatum: & ſi omnino extraneus uel peregrinus fuerit, per nos uel gerentem uices noſtras, ſeu loci archidiaconum, cum examinatione debita approbatum, & admiſſum ad huiuſmodi officia exercenda. Et ſi quis rector Eccleſiæ uel altaris aut capellæ, aliquem contra hoc admiſerit, excommunicationis ſententiam (quam in ipſum in hoc caſu ferimus in his ſcriptis) incurrat ipſo facto: eo ſaluo, quòd peregrinantes & honeſtæ perſonæ non pro quæſtu, ſed pietatis & deuotionis intuitu, Miſſam dicere uolentes, admitti poterunt, ſi requirunt.

2.

Ex cõcilio bonæ memoriæ Conradi archiepiſcopi prædeceſſoris noſtri innouando ſtatuimus, ut ſacerdotes manifeſti mulierum cohabitatores, concubinas à ſe de domibus & parochijs ſuis, intra decem dies poſt publicationem præſentium, omnino remoueant & repellant: alioqui excommunicationis ſententiam (quam propter hoc in eos ferimus in his ſcriptis) ſe nouerint incurriſſe. Mulieres autem, ſi poſt ipſos decem dies repertæ fuerint in parochijs horum ſacerdotum remanere, per decanos Chriſtianitatum ipſorum locorum excommunicentur, & excommunicatæ publicè nuncientur, inuocato ſuper remotione earum, ſi opus fuerit, auxilio ſeculari.

Inhibemus etiam, ne ſacerdotes filios aut filias uel concubinas dotent, aut ditent de patrimonio uel deſcendentibus à patrimonio crucifixi, aut taliũ nuptijs uel etiam exequijs audeant intereſſe: & qui contrà fecerint, pœna canonica percellantur.

3.

Statuimus, ut nullus monachus aut monialis clauſtrum ſuum exeat, per ciuitates, uillas uel oppida diſcurrendo, aut in uilla monaſterio adiacente comedere, niſi ex cauſa rationabili & urgente: & id tunc fiat cum ſui prælati uel prælatæ licentia ſpeciali, quam licentiam uolumus ut prælatus uel prælata non det, niſi cauſa examinata, quòd ſit euidens, & non poſsit ſine ſcandalo euitari.

Item In oratorio, refectorio & dormitorio per monachos ſemper continuum ſilentium obſeruetur. In clauſtro uerò illis horis ſeruent ſilentium, quod obſeruantia præcipit regularis.

In refectorio omnes comedent, ſed nõ carnes, nec extrà, niſi in infirmaria. Vna ſit omnibus coquina, & communis cibus, niſi de licentia abbatis, uel prioris, & ex cauſa. Speciales cameras & comeſtiones ibidem diſtrictius inhibemus. In communi dormitorio omnes dormiant, niſi debiles fuerint uel infirmi. Diuinum officium, ſecũdum regulam B. Benedicti, uel B.Au-

B.Auguſtini, per inſtitutiones ſanctorum pattum celebrent.

Item ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus,ut omnes religioſi,& præcipuè ſanctimoniales,habitum,uelum & peplum ſecundum regulam ferant, ubicunque fuerint conſtituti. Cappas manicatas,tunicas,phalas,indumenta,tabbardos, calceos uel caligas non ferant, niſi B. Benedicti, uel B. Auguſtini regulæ congruentes. Et ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præcipimus, ab omnibus tam monachis quàm monialibus firmiter obſeruari,ut proprium non habeant,nec pecuniam,niſi cui hoc permittitur ex ratiõe officij uel adminiſtrationis ſibi commiſſæ per abbatem.

Item officia uel adminiſtrationes habentes, cõtractus non ineant: locationes, emptiones, uenditiones, & alienationes quarumcunque rerum mobilium uel immobilium, non faciant: mutuum aliquatenus non recipiant à quocunque, præter ſcitum & conſenſum abbatis & conuentus. Et ſi contrà fecerint, ſciant contractum huiuſmodi non ualere: ſed ſententiam excommunicationis etiam in eos in hoc caſu à nobis latam in his ſcriptis, ſe nouerint incurriſſe. Et hæc eadem extendi uolumus ad prælatos & canonicos regulares, & Præmonſtratenſes, & alios quoſlibet religioſos.

Item abbatibus & prioribus diſtrictè præcipimus, ut omnia & ſingula, quæ ad ordinem & regulam pertinent, faciant ab omnibus & ſingulis inuiolabiliter obſeruari, cum appoſitione pœnæ, quæ in regula continetur. Rebelles uerò & incorrigibiles ad nos deferentes, ut ipſorum per nos rebellio compeſcatur.

Item ſtatuimus, ut ſecundum ſtatutum concilij generalis domini Innocentij papæ tertij, per abbates, priores & præpoſitos nigri ordinis S.Benedicti noſtræ ciuitatis & diœceſis, de triennio in triennium commune capitulum obſeruetur. Cuius concilij tenorem uolumus ut ſinguli habeant, ut ſciant quomodo huiuſmodi capitulum ſeruare teneantur. Et quia huiuſmodi ſtatutum negligenter eſt obſeruatum, licet D.Conradus prædeceſſor noſter antedictus hoc mandauerit, nos pœnam adijcimus, & non ſeruantes excommunicamus in his ſcriptis.

4.

Statuimus, ut Baptiſmus honorabiliter celebretur cum diſtinctione uerborum, in quibus ſalus pendet baptizati, ut ille qui baptizat, cum immergit baptizandum in aqua, nihil addendo, uel ſubtrahendo, uel mutando, dicat hæc uerba: Petre (uel Iohannes) ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: Amen.

Item ſacerdos eandem formam doceat mares & fœminas obſeruare, cum in neceſsitate baptizant infantes, etiam parentes, ſi alij defuerint.

Item ſacerdos, ad quem infans ſic in neceſsitate baptizatus, deferendus eſt, quam tocyus interroget de forma, quam baptizans ſeruauit. Et ſi inuenerit eam ſeruatã, & ritè baptizatum puerum, faciat ei quæ poſt baptiſmum fieri conſueuerunt: ſi autem cognouerit ipſum non baptizatum, uel dubitauerit, baptizet eum ſub hac forma: Petre (uel Iohannes) ſi es baptizatus, ego te non baptizo: ſed ſi non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti: Amen.

Item, ſi timeatur de morte infantis antequam naſcatur, & caput eiuſdem naſcentis appareat extra uterum, infundat aquam, quæ adfuerit, ſuper caput naſcentis, dicens: Ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Et ſi infans ſic moritur, ſepeliatur corpus eius in cœmiterio. Si autem peruenerit uiuus ad ortum, & de forma dubitetur, de nouo baptizetur ſub hac forma: Petre (uel Iohannes) ego te non baptizo, ſi es baptizatus: ſed ſi tu non es baptizatus, tunc ego te baptizo in nomine P.&c.

Item mulieri in partu mortuæ nullatenus negentur iura Chriſtianitatis, nec eccleſiaſtica ſepultura. Et ſi certum ſit, quòd mulier prægnans moriatur, teneatur os eius apertum, & cum magna cautela uterus eius aperiatur: & ſi infans uiuus fuerit, educatur & baptizetur. Si autem inuentus fuerit mortuus, ipſe puer extra cœmiterium tumuletur. Et iſte modus & forma parochianis frequentius imprimatur, ut ſciant, quomodo in talibus ſe debeant habere.

Item duo uel tres tantùm admittantur ad leuandum puerum de baptiſmo, qui intra quartum gradum parentibus pueri non ſint iuncti, niſi in neceſsitate.

Item in Paſcha, & Pentecoſte, & etiam ſæpius fons baptiſmi, ſi opus fuerit, renouetur: & amota aqua ueteri, ipſe fons lauetur, & bene mundificetur: & noua aqua impoſita, benedicatur & chriſmetur.

Item fons ſub operculo & ſub ſera firmiter conſeruetur, propter ſortilegia & truſas, quæ ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ firmiter prohibemus.

Item

Item chriſma, oleum ſacrum, & oleum infirmorum, in ampulis metallinis per certos titulos deſignatis, ſub claue cuſtodiantur. Si autem aliud oleum chriſmati uel oleo ſacro apponi oporteat, hoc fiat cautè: & id quod apponitur, cum chriſmate & oleo ſacro diligẽter cum uirgula miſceatur.

5.

Moneant presbyteri parentes baptizatorum, nondum confirmatorum, ut eos ad epiſcopum, qui ſolus poteſt cõfirmare, ducant ſeptennes uel maioris ætatis, & tondeantur capilli, maximè contra frontes dependentes, & lauentur frontes diligẽter, & habeant bandellos de panno lineo ſpiſſo ſine fractura (ſutura) & ſine nodo, latitudinis trium digitorũ, & longitudinis cõpetentis, albos & bene mundos. Exceptis autem patre & matre, offerant pueros illi qui eorum noticiam habent, & melius nouerint, quòd non ſint uel fuerint confirmati. Et tertia die poſt confirmationem ducát eos ad eccleſiam, & presbyter frontes eorum lauet, & comburat bandellos, & cineres bandellorum, & aqua lotionis in ſacrũ locum uel piſcinam ſiue lauatorium reponantur. Confirmandi uerò, ſi fuerint decẽ annorum uel ultrà, prius ſuis ſacerdotibus confiteantur, quàm confirmẽtur. Parentes uerò confirmatorum eis, & ipſi confirmati, ſibi ſæpe ad memoriam reuocent, quando, à quo, & ubi fuerint confirmati. Nullus clericus ad primam tonſuram accedat, niſi prius fuerit confirmatus.

6.

Cum reuerẽtia, aqua benedicta & cruce præcedentibus, ſacerdos deferat oleum ſacrum ad infirmos, & dicat diligenter ſeptem pſalmos. Si uia fuerit longa, addat litaniam, & alias orationes ad hoc conſtitutas. Et cum inungit infirmum, proferat iſta uerba: Per iſtam unctionem, &c. & inungatur cum reuerentia, ac diligenter cum diſtinctione uerborum. Et nihil pro inunctione exigatur. Et ſi quid datum fuerit, gratis accipiatur. Laudabilem tamen conſuetudinẽ in talibus præcipimus obſeruari.

Moneant presbyteri populum, ut infirmi quatuordecim annos & ſuprà habentes, cum opus fuerit, inungantur. Nec propter paupertatem ſeu defectum candelarum uel indumentorum lineorum, quæ in hoc ſacramento ſolent cauſa reuerentiæ exhiberi, à ſacerdote, uel quouis alio inunctio dimittatur. Sufficit enim una candela. Et quòd infirmi inuncta membra ſingulariter & diligenter extergantur cum ſtuppa, quæ poſt exterſionem in igne comburatur.

7.

Præcipimus, ut omnes ſacerdotes in ueſtibus albis ſacerdotalibus & benedictis, reuerenter mundo & contrito corde & confeſſi (ſi commodè fieri poteſt) accedant ad Miſſam celebrandam.

Item ſtatuimus ſub pœna excommunicationis, ne aliquis ſacerdos Miſſam celebrare audeat, niſi prius dixerit matutinas & Primam de die.

Item præcipimus, ne aliquis ſacerdos ſine calceamentis uel caligis pro celebratione Miſſæ ad altare accedere ualeat.

Item diligenter caueant ſacerdotes, ne cum conſcientia mortalis peccati accedát ad Miſſam celebrandam: quòd ſi taliter manducauerint corpus Domini, & biberint eius ſanguinẽ, iudicium æternæ damnationis ſibi manducant & bibunt.

Item miſſale ſemper inuoluatur camiſia uel panno lineo & mundo, & apponatur paruum manutergium, quo presbyteri nares uel faciem detergant, ne contingat ſacra ueſtimenta maculari, quæ integra & munda (ut dictum eſt) præcipimus cuſtodiri. Item loca circa altare, ab araneorum telis & pulueribus, ac cæteris immundicijs ſæpius emundentur.

Item præcipimus, ut ſurſum ſuper altarẽ ad latitudinem, & longitudinem altaris, pannus lineus albus extendatur, ut protegat & defendat altare ab omnibus immũdicijs & pulueribus deſcendentibus.

Item cortinæ in lateribus altaris utrinq; appendantur, nec in aliquo tempore ſacrificij retrò trahantur.

Item præcipimus, ut calix ſit integer cũ firmo pede, non titubans. Et ſacerdos ſine clerico miniſtrante, celebrare in altari aliquatenus non præſumat.

Item ampullæ uini & aquæ, integræ & mundæ intus & exterius obſeruentur, & aliquo ſigno notabili diſtinguantur, ut uinum ab aqua dinoſci poſsit: & uinum in ampullis ad minus de tertio in tertiũ diẽ renouetur.

Item ſacerdos ſit diligens in delectu hoſtiæ conſecrandæ, ut ſit integra, ſolida, & non nimis uetuſta: & in appoſitione uini & aquæ diſcernat ſacerdos per odorẽ, quid ſit unumquodq;. Et de aqua duæ guttulæ uel tres apponantur.

Item præcipimus, ut ſacerdotes attentè, reuerenter & diſtinctè legant & dicant in canone, quæ ſunt dicenda. Et expediát ſe, quanto citius poſſunt, propter tædium adſtantium, & alia quæ occurrere poſſent; & faciant ſigna ſua diſtinctè & reuerenter.

Item nullus ſacerdos eleuet hoſtiam ad oſtendendum populo, niſi poſtquam dixerit

dixerit hæc uerba, Hoc eſt corpus meum: & pulſetur nola tribus ictibus ex una parte, ut fideles qui andierint, ubicunqne fuerint, ueniant & adorent.

Item, ſi ſacerdos, cum uenerit ad conſecrationem ſanguinis, uel etiam ad perceptionem, & nihil in calice inueniat, innuat, nt offeratur ei uinum & aqua: quibus appoſitis, dicat uerba canonis ab illo loco, Simili modo poſtquam cœnatum eſt, & cætera, uſqne ad finem, & faciat ſigna quę fieri ſolent ſuper ſanguinem. Alia autem quæ facta ſunt ſuper Euchariſtiam, non reiteret, ſed modo conſueto tranſeat. Ille autem, per cuius negligenriam hoc euenerit, tribus diebus in pane & aqua ieiunet, & unum pſalterium dicat. Item ſi per caſum mortis, ægritudinis uel paſsionis, aliquid inopinatum euenerit, & ſubitaneum contingat, quòd ſacerdos incœptum miniſterium explere non ualeat, licitum ſit alteri ſacerdoti exeqni & perficere conſecrationem officij incœpri: qnod ibidem incipiat, (ſi ſcire poterit) ubi alter deſtitit: niſi incœpta collecta, necdum perlecta, uel incœpris uerbis ſacramenri nondnm perlectis, prædictus caſus conringat. tunc enim à capite illam collectam uel ſacramenti uerba reincipiat, ut ſic ſalnti humanæ fragilitatis & ſacris myſterijs, ne interrupta uel incompleta remaneant, conſulatur. Si autem dubiteıur, an hoſtia à primo ſacerdote caſum paſſo conſecrata fuerit, nécne, ſubſtitutus ſacerdos nouam oblationem offerat, & ſolito more conficiat, & poſt Miſſam, primam hoſtiam ſumat. Idem de calice fiat, & de eo quod in calice reperitur. Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis, ne aliquis ſacerdos bis in die Miſſam celebret, niſi in caſu urgentis & maximæ neceſsitatis, & in quibus ius permittit. Et tunc in prima Miſſa poſt perceprionem ſanguinis non utatur ablutione uini & aquæ: ſed reſeruet in tuto ac honeſto loco, ut eam accipiat in ſecunda Miſſa, uel det honeſtę perſonæ ieiunæ, quam nouerit ad hoc eſſe paratam.

Itē, ſi quid de ſanguine uel corpore Domini eeciderit ſuper pallā altaris, illa pars abſcindatur & comburatur, & cinis in ſacrum locum uel piſcinam reponatur. Et ſi pars Corporalis intincta fuerit ſanguine, ter diligenter abluatur: & aqua ablutionis à presbytero, uel alia perſona religioſa & ieiuna ſumatur. Et poterit dicto panno poſt ablutionem uti ſicut prius.

Item, ſi guıta ſanguinis ſuper ueſtimentum ceciderit, illa pars abſcindatur & comburatur, & cinis in ſacrum locum reponatur, ut dictum eſt. Si ſupra lignnm, uel lapidem, aut terram ſolidam ſanguis ceciderit, illa pars (ſi commodè fieri poteſt) ablingatur à ſacerdote, & poſtmodum radatur, & illa raſura in ſacrum locum, uel ſacram piſcinam reponatur.

Item, ſi in ſanguinem muſca uel aranea, uel aliquod abominabile ceciderit, quod uix ſine uomitu & periculo corporis ſumi poſsit, cautè extrahatur: & ſuper patenam uel calicem alium abluatur cum nino, & poſt ſanguinis ſumptionem & ablntionē illa lotio in piſcinam mittatur, & beſtia uel uermis ſuper piſcinam combnratur, & cinis in piſcinam ſiue lauatorinm mittatur.

Item ſtatuimus, ut pixis, in qna corpns Domini reſeruatur, uel ad infirmos defertur, ſit aurea, argentea, eburnea, nel ad minus cuprea bene elimata: & ſemper lineus pannus albus & mundus intra pixidem ponatur, ſnpra quem corpus Domini in pixide collocetur.

Item præcipimns, nt cum aliquis infirmus commnnicare uoluerit, quòd ſacerdos (ſi commodè fieri poterit) prius eum uiſitet ſine corpore Domini, & diligenter confeſsionem infirmi audiat: & poſt ad eccleſiam redeat, ad commnnicandum infirmum, corpus Domini allaturus: & eat ſacerdos dicēdo ſeptem pſalmos, & ſi uia fuerit longior, addat Litaniam & alias orationes. Incedat autem ſacerdos ad communicandum infirmnm cum campannla, & lucerna, uel candela præcedente. Et fideles qui pro deuotione occurrere uolnerint, expectent ante oſtium infirmi, donec communicatus fuerit: & redeant ad eccleſiam poſt ſacerdotem, orando reuerenter. Quilibet antem fidelis, ſi deuotè fecerit hanc proceſsionem, decem dies indulgentiæ pro eundo & redeundo habeat. Cum autem ſacerdos corpus Domini de nocte portauerit, mulieres ipſum aliquatenus non ſeqnantur. Qui autem hanc proceſsionem turbauerit, uel minus renerenter in ea ſe habuerit, per cenſuram eccleſiaſticam compeſcatur.

Item præcipimus, ut ſacerdotes uenerabiliter & ſublimiter, ſuperpoſito decenti cooperculo ſupra nas, in quo corpus Domini defertur, deferant ad infirmum. Si infirmns frequenter, & ex leui cauſa uomitum pariatur, nullatenus ei corpus Domini conferatur: ſed credat, & ſufficit quòd ſpiritualiter accipit.

Item præcipimus, quòd quilibet ſacerdos,

dos, antequam communicet infirmum, interroget eũ, ſi credat. quòd ſub illa forma & ſpecie panis ſit corpus Domini, natũ de uirgine, paſſum in cruce, & tertia die ſuſcitatũ. Quod ſi infirmus fuerit confeſſus uerbo uel euidenti ſigno, communicet eum ſacerdos, ſi alia cauſa non obſiſtat.

Item ſi communicatus euomuerit, partes diligenter & cautè, quæ reperiri poterunt, colligantur: & contritæ cum uino, ab aliquo fideli ſumantur: reſiduum uerò uomitus comburatur, & reponatur in terram iuxta altare uel alibi, ubi commodè fieri poterit.

Item cum corpus Domini defertur, fideles coram quibus defertur, ſi commodè fieri poteſt, genua flectant, pectora ſua tundant, & inclinato capite, iunctis manibus & leuatis, reuerenter adorent. Equitantes uerò non dedignentur deſcendere de equis ſuis ad adorandum eum, qui pro eis deſcendit de cœlis.

Item præcipimus, ut Euchariſtia ſeruata pro infirmis ſingulis quindenis renouetur, & corpus Domini ſuper altare in honeſto loco clauſum, cum claue ſolicitè & diligenter cuſtodiatur.

Item præcipimus, ut ſacerdotes ſubditos ſuos doceant, ut cum uenerint ad communicandum in die Paſchæ uel aliàs, ieiuni, deuoti, & confeſsi accedant. Et caueant ſacerdotes, ne alienum uel extraneum parochianum communicent, niſi ſit uiator & peregrinus: uel niſi communicandus, licentiam ſui proprij ſacerdotis habeat: quam licentiam quilibet uiator uel peregrinus petere debet à proprio ſacerdote in ſuo receſſu: quod ſi non fecerit, propter hoc ei communio non denegetur, ſed pro negligentia ei pœnitentia iniungatur. Item nullus fidelis arcendus uel remouendus eſt à communione, niſi fuerit publicè excommunicatus, uel interdictus, uel aliquo notorio crimine notatus.

Item præcipimus, ut ſumpta euchariſtia, ſacerdos habeat calicem præparatum cum uino & aqua, de quo ſumant communicantes.

8.

Præcipimus, ut ſacerdotes parochialium Eccleſiarum, ſubditos ſuos frequenter admoneant, & etiam pœnitentiam iniungãt, ut ad confeſsionem ſæpe ueniant. Et priuſquam ueniant ad confeſsionem, diligenter ſcrutentur corda ſua confiteri uolentes, & peccata ſua ſolicitè rememorent, & cum dolore & uultu ſupplici ad confitendum accedant, quaſi ad Dei iudicium. Sacerdotes autem, ut Dei miniſtri, circa confeſsionem audiendam & pœnitentiam iniungẽdam, maximã adhibeant diligẽtiam, ut attentè, diligenter & cum modeſtia audiant confitentem.

Item ad confeſsionem audiendam, cõmunem & aptum locum in eccleſia, ut ab omnibus uideri poſsint, ſibi eligant ſacerdotes. In locis autem obſcuris & tenebroſis confeſsiones non audiant: nec extra Eccleſiam, niſi in magna neceſsitate uel infirmitate. Contrarium facientes, ſententiam excommunicationis ſe nouerint incurſuros. Item præcipimus, ut ſacerdotes ante ſolis ortum & poſt ſolis occaſum nullatenus ad confeſsionem audiendam ſedeant, niſi in magna neceſsitate, & in loco illuminato, & aliquibus præſentibus.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, ut ſacerdotes in audiendis confeſsionibus uultum humilem habeant, & oculos ad terram: nec faciem reſpiciant cõfitentis, & maximè mulierum.

Item ſacerdotes moneant & doceant ſubditos ſuos, ut humiliter & corde contrito, oculis in terram defixis, confiteantur. Et mulieres coopertis capitibus & collis, ſubmiſſa uoce purè & integraliter peccata ſua confiteantur.

Item ſacerdos mulierem, quæ ſola ſit in eccleſia, nullatenus audiat confitentẽ, ſed in conſpectu honeſtæ ſocietatis. Contrarium facientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis ſe nouerint incurſuros, & inſuper tribus diebus in pane & aqua ieiunent.

Item præcipimus, ut ſacerdotes induti ſuperpellitijs, uel cappa, ſtola ſuperpoſita, ad confeſsionem ſedeant. Item ſub pœna excommunicationis præcipimus, nè aliquis ſacerdos audiat confeſsionem mulieris cum qua peccauit, nec etiam conſocias aut fautores aut mediatores peccati ſui, ſed mittat eos uel eas ad honeſtos & diſcretos confeſſores.

Item præcipimus, ut ſacerdotes manſuetè audiant confeſsiones, & de conſuetis peccatis ſingulatim & diligenter interrogent, & de circumſtantijs peccatorum. De inuſitatis autem nominatim non inquirant, ſed per communia uerba, ex quibus confitens, ſi reus eſt peccati, poſsit intelligere quid dicatur, ut ſic intelligens confiteatur: ſi autem reus non fuerit, de illo non tentetur.

Item ſacerdotes diligenter inſtruant & moneant confitentes, ut integraliter & diſtinctè mortalia peccata, & eorum circumſtantias, quæ peccata aggrauant, & peccatum per ſe faciunt, confiteantur: ut eſt ſacer ordo, ſacer locus circa peccatum

luxuriæ

luxuriæ & concupiſcentiæ. quæ omnia no tantũ in hoc uerſu:

Quis, quid, ubi, cum quo, quoties, cur, quomodo, quando.

Venialia autem peccata ſufficit ſummatim ac generaliter confiteri.

Item præcipimus, ut ſacerdotes nobis, uel illi cui uices noſtras pro tempore in ſpiritualibus committimus, maiora peccata, & iniunctionem pœnitentiæ pro eiſdem reſeruent: ut ſunt homicidia, ſacrilegia, incendia eccleſiarum, peccata contra naturam, defloratio uirginum cum uiolentia, concubitus ſanctimonialium, conuerſarum, incluſarum, uel aliarum mulierum religioſarum, inceſtus, iniectiones manuũ in parentes uel eccleſiaſticas perſonas, ſortilegia, ueneficia, periuria manifeſta, fidei & uotorum tranſgreſsiones, ſimonia, hæreſis, apoſtaſia, & magnæ blaſphemiæ ſeriosè factæ. In dubijs autem ſacerdotes ſemper conſulant nos, uel uices noſtras in ſpiritualibus gerentem, aut alios ſapientes uiros, non prodendo aut reuelando confitentem, ſed in genere, quorum conſilio pœnitentem abſoluant, aut ad alium mittant.

Item audita confeſsione, ſacerdos ſemper interroget confitentem, ſi uelit abſtinere ab omni mortali peccato, & hoc ei perſuadeat, & modis quibus poteſt inducat: & ſi confitens dixerit, ſe nolle uel non poſſe abſtinere, non abſoluat eum, nec pœnitentiam ei iniungat: ſed moneat, ut interim faciat quicquid boni poſsit, ut Deus cor eius citius illuſtret, & ad pœnitentiam reducat. Conſulat ei etiam, & indicet ſacerdos cum diligentia modum uiuendi, per quem poſsit à peccato facilius abſtinere. Sacerdotes etiam in iniungendis pœnitentijs diſcretionem habeant, ut pœnitentias ſecundum magnitudinem & qualitatem peccati, & poſsibilitatem confitentis peccatoribus iniungant. Pro peccatis carnalibus iniungant pœnitentias corporales: ſicut eſt ieiunium, peregrinatio, diſciplina, & ſimilia. Pro ſpiritualibus autem negligentijs iniungant orationes, & eleemoſynas, & meditationes peccatis eorum contrarias. In contractione rei alienæ, uel in damno alij illato per furtum, rapinam, uſuram, per fraudem, per iniuſtam exactionem, per falſam teſtificationem, per falſam monetam & alios modos, de quibus ſacerdotes diligenter inquirant: & primò & præcipuè iniungant reſtitutiones fieri his, quos prædictis modis damnificauerũt uel læſerunt, ſi facultatẽ habent, uel cum facultatem habebunt, ſi in præſenti nõ poſſunt: aliter eos non abſoluant.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis, quam in his ſcriptis ferimus in ſacerdotes, qui contrarium fecerint, ne cõfeſsis, cuiuſcunque conditionis uel ſtatus, aut confitẽtibus, nomine reſtitutionis pro pœnitentia iniungant, ut eccleſias, capellas uel cœnobia conſtruant, uel Eccleſijs legata faciant: ſed prius reſtitutionem (ut prædictum eſt) faciant illis, à quibus extorta ſunt, ſi inueniantur, uel hæredibus eorundem: alioqui ad arbitrium noſtrum uel noſtri pœnitentiarij erogentur.

Item ſub pœna prædicta prohibemus ſacerdotibus, ne Miſſas, quas pœnitẽtibus, ut celebrari faciant, iniunxerint, aliquatenus celebrent, ſed ad alios mittant. Neque ſacerdotes inter ſe faciant conuentionem de Miſsis celebrandis, ut ſic mutuò ſibi parochianos pro celebrandis Miſsis tranſmittant.

Item diligenter in cõfeſsione caueãt ſacerdotes, ut ſi confitentes, peccata aliquorum reuelauerint, uel nomina eorũ indicauerint, cum quibus peccauerunt, ea ſecretè teneant, ſicut peccatum confitentis.

Item ſub pœna excommunicationis, omnibus ſacerdotibus inhibemus, ne à confitentibus nomina eorum, cum quibus peccauerint, inquirant, uel circumſtantias, per quas poſsint nomina eorum ſciri. Quod ſi fecerint, ab officio confeſsionis audiendæ, & ſacrorum miniſteriorum ipſo facto ſe nouerint eſſe ſuſpenſos. Et in principio confeſsionis ſacerdotes diſtrictè inhibeant confitentibus, ne peccata aliorum confiteantur uel reuelent, aut nomina eorum cum quibus peccauerint exprimant, ut ſuprà dictum eſt.

Item nullus ſacerdos ex ira, odio, uel etiam metu corporis, confeſsionem confitentis audeat reuelare uerbo, uel ſigno, generaliter uel ſpecialiter dicendo: Ego ſcio te talem, qualis es. Et ſi reuelauerit aliquo modo, de hoc conuictus, debet abſque omni miſericordia degradari. Si tamen indigeat conſilio, illud (ut dictum eſt) ſine expreſsione perſonæ cautè requirat.

Item præcipimus, ut omnes ſacerdotes parochialium Eccleſiarum frequenter & diligenter ſubditos ſuos utriuſque ſexus admoneant, ut poſtquam ad annos diſcretionis peruenerint, omnia peccata ſua integrè, & ad minus ſemel in anno confiteantur proprio ſacerdoti parochiali, & iniunctam eis pœnitentiam ſtudeant adimplere, ſuſcipiendo ad minus reuerenter in paſcha Euchariſtiæ ſacramentum: niſi de conſilio proprij ſacerdotis, ob aliquã cauſam rationabilem, duxerint abſti-

abſtinendnm. Alioqui uiuentes ab ingreſſu eccleſię arceantur, morientes Chriſtiana careant ſepultura. Si quis autem proprio ſacerdoti parochiali ad minus ſemel in anno plenè & integrè cõfeſſus non fuerit, præcipimus quòd ſacerdos in paſcha ei Sacramentum minimè adminiſtret.

Item ſacerdotes diligenter attendant, qui parochiani eorum ſaltem in anno ſemel ad confeſsionem non ueniant, & nomina illorum ad nos uel ad officialem noſtrum, ſeu ad ordinarium loci referant, ut debitè puniantur, ne ab ipſis ſacerdotibus notam negligentiæ requiramus.

Hoc autem ſtatutum frequenter in eccleſijs præcipimus publicari, ne aliquis ex ignorantiæ cæcitate uelamen excuſationis aſſumat. Si quis tamen alieno ſacerdoti, uel alicui religioſo, iuſta de cauſſa uoluerit confiteri, licentiam primò poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote: ita tamē, quòd ſemel ad minus in anno proprio ſacerdoti plenè & integrè (ut dictū eſt) confiteatur. Sacerdos autem cautus & diſcretus ſit, ut more periti medici ſuperinfundat oleum & uinum uulneribus ſauciati, diligenter inquirens peccatoris circumſtantias & peccati: ex quibus prudēter intelliget, quale debeat peccatori præbere conſilium ad ſanandum ægrotum.

9.

Statuimus, ut omnes clerici ad aliquem ſacrum ordinem ordinandi, ieiuni, diligenter ante ordines, uel ordinis ſuſceptionem, integraliter peccata ſua confiteantur, & mundi mente, & corde, & corpore, gratiam accipiant ampliorem.

Item præcipimus ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, ne aliquis ad ſacrum ordinem præficiendus (ut hactenus aliquoties uiſum eſt) Epiſtola uel Euangelio lecto, & ordine ſuo recepto, recedere audeat prius, quàm officium Miſſæ totaliter ſit expletum.

Item omnes illi qui ordinem aliquem ſacrum, uel non ſacrum, ab alienis epiſcopis receperint, noſtra ſuper hoc ſpeciali licentia non obtenta, executionem ordinis ſibi nouerint interdictam.

Item denunciamus omnibus, qui gaudere uolũt priuilegio alicuius ordinis clericalis, quòd nos ipſos non defendemus prætextu priuilegij clericalis uel ordinis, niſi tempore quo paſsi fuerint iniuriam, tōſuram & habitum detulerint clericalē.

Item præcipimus, ne aliquis decanus Chriſtianitatis, presbyteros ab alienis epiſcopis quibuſcunq;, extra diœceſin Colonienſem ordinatos, permittat in ſuo decanatu aliquatenus celebrare, niſi per literas noſtras oſtendere poſsint, à nobis ſuper hoc ſe licentiam uel diſpenſationem habuiſſe.

Item diſtrictè prohibemus ſub pœna excōmunicationis, ne aliquis furtiuè ad aliquem ordinem accedere audeat, nec plures ordines una die aliquis recipiat. Qui contrarium fecerit, ſciat ſe executionem ſuſcepti ordinis non habere: & irregularis efficitur, ſi miniſtrauerit in ordine ſic ſuſcepto. Item prohibemus, ne aliquis per ſaltum ſe faciat promoueri.

10.

Prohibeant frequenter ſacerdotes omnibus ſubditis ſuis ſub pœna excommunicationis, ne fidem ſibi dent mutuò clandeſtinè & in occulto ſuper matrimonio contrahendo, uel etiam clam contrahant matrimonium, ſed publicè coram presbytero & coram pluribus hoc faciant: & ſi aliter fidem dederint de contrahendo, uel contraxerint, ipſi (quos in his ſcriptis excommunicamus) denuncientur excommunicati. Item excōmunicamus omnes illos, qui clādeſtinis nuptijs interfuerint, niſi intra menſem nobis uel officiali noſtro, uel ordinario loci, hoc reuelauerint. Et ſciant omnes, quòd ſi aliquos, qui huiuſmodi clādeſtinas nuptias celebrarint, uel talibus nuptijs interfuerint, nos uel officialis noſter uel ordinarius loci ſcire poterimus, eos ſeuerisſimè puniemus. Item præcipimus, quòd omnes ſacerdotes ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis excommunicent omnes illos & illas, qui uel quę contra matrimonium iam cōtractum, uel etiam ſuper matrimonio contrahendo, teſtimonium falſum ferunt. Præcipimus etiam, & diſtrictè officiali noſtro & ordinarijs locorum, qui pro tempore fuerint, iniungimus, quòd ſi tales inuenerint, qui uel quæ (ut dictum eſt) falſum teſtimoniū tulerint contra matrimonium iam contractum, uel etiam contrahendū, eos uel eas, ligatis à tergo manibus, & charta in collo, ſupra ſcalam in loco publico poni faciant, ut per hoc eorum falſitas omnibus innoteſcat. Et uolumus, quòd in ſcala permaneant ab hora Primæ, uſq; ad horam Veſperarum. Et ſi neceſſe fuerit in huiuſmodi caſu, uolumus inuocari brachium ſeculare. Quod ſi inuocatum fuerit, ſub pœna excōmunicationis præcipimus exhiberi.

Item excommunicamus omnes illos & illas, qui aliquid dederint, uel aliquid acceperint pro impedimētis matrimonij non reuelandis, uel qui prece, precio, gratia uel fauore impedimētum matrimonij celauerint: & iſta excōmunicatio à ſacerdotibus in eccleſijs frequenter recitetur.

Item præcipimus excommunicari omnes illos & illas, qui uel quæ contra matrimonium iam contractum, uel etiã contrahendũ, ſortilegia, incantationes & maleficia faciunt, uel fieri procurant.

Item præcipimus, cum aliquod matrimonium fuerit celebrandum, ut tribus diebus feſtiuis in eccleſia poſt Euangelium, à ſacerdote, in cuius parochia eſt, celebrandum matrimonium, publicè proclametur, quòd tales uolunt contrahere matrimonium: ſi aliquis ſit, qui ſciat legitimum impedimentum inter illos, hoc proponat, antequam huiuſmodi matrimonium contrahatur. Et hoc ſub pœna excommunicationis, ſubditis ſuis præcipiant ſacerdotes. Et ipſi ſacerdotes ſimiliter de huiuſmodi impedimentis inquirant. Si autem apparuerit probabilis coniectura contra matrimonium contrahendum, contractus interdicatur expreſsè, donec nos, uel officialis noſter, ſeu ordinarius loci, quid ſuper hoc fieri debeat, conſulatur.

11.

Statuimus, ut nullus excommunicatus & publicè nunciatus, in cœmiterio ſepeliatur. Et ſi factum fuerit, cœmiterium illud, donec mortuus extumuletur, maneat interdictum.

Et præcipimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne aliquis in cœmiterio interdicto ſepeliatur, & ne aliquis ſepulturæ tali interſit. Laici autem, quicunq; tali ſepulturæ interfuerint, excommunicationis ſententiam (quam ſuper hoc fieri uolumus in his ſcriptis) incurrant ipſo facto, & excommunicari publicè nuncientur. Clerici uerò qui interfuerint, ſententiam ſuſpenſionis ab officio, quam in eos ferimus, ipſo facto ſe nouerint incurriſſe.

Item immunitates Eccleſiarum & cœmiteriorum, inuiolatas & incõtaminatas præcipimus ab omnibus obſeruari, pœnas contra uiolatores ipſarum immunitatum innouantes, & ſeruari mandãtes, quas felicis recordationis prædeceſſor noſter dominus Engilbertus archiepiſcopus in ſuis conſtitutionibus ordinauit.

Item cœmiteria clauſa & munita cuſtodiantur, ne à porcis, uel alijs animalibus oſſa mortuorũ comedantur. Et uolumus, ut in ſpeciali loco oſſa mortuorum fideliter reponantur.

Item eccleſias uel cœmiteria à laicis, cuiuſcunque conditionis uel ſtatus fuerint, ad læſiones aliorum muniri uel incaſtellari, ſub pœna excommunicationis latæ ſentẽtiæ firmiter prohibemus: & qui contrà fecerint, per locorum ordinarios excommunicati publicè nuncientur.

Item ſtatuimus, & ſub pœna excommunicationis præcipimus obſeruari, ut quoties quis in loco religioſo ſepulturam elegerit, corpus primò præſentetur parochiali Miſſæ: & tunc demum celebrata Miſſa, deferatur ad locum, in quo elegit ſepulturam.

12.

Præcipimus diſtrictè ſub pœna excommunicationis, quam ferimus in his ſcriptis in huius mandati tranſgreſſores, ne præpoſiti, decani uel presbyteri conuentualium uel parochialium Eccleſiarum, aliqua bona de bonis Eccleſiarum alienent, noſtra ſuper hoc ſpeciali licentia uel capituli noſtri non obtenta: & ſi aliter factum fuerit, contractum decernimus non ualere.

Item præcipimus ſub eadem pœna, ut prædictæ perſonæ, ſi ſciuerint aliqua bona ab Eccleſia alienata, ea fideliter & diligenter repetant: & ſi fortè propter perſonarum potentiam, in quas huiuſmodi alienatio facta eſt, repetere non ualeant, uolumus hoc nobis, uel officiali noſtro nunciari, ut ſuper hoc competens remedium præbeatur.

Item excommunicamus in his ſcriptis omnes illos, qui occupant & detinent ſine noſtro & Eccleſiæ noſtræ conſenſu uel uoluntate, uel etiam celauerint feuda, reditus uel iura, quæ ad nos uel Eccleſiam noſtram Colonienſem pertinent, niſi intra menſem poſt publicationem huius mandati, prædicta nobis reſignent uel reuelent.

Item excommunicamus omnes aduocatos Eccleſiarum, & alios quoſcunque, quocunque nomine cenſeantur, qui exactiones uel ſeruitia indebita Eccleſiæ uel eccleſiaſticis perſonis imponunt.

Item excommunicamus in his ſcriptis omnes illos, cuiuſcunque ſint dignitatis uel ſtatus, qui Eccleſiæ noſtræ maioris, uel aliarum Eccleſiarum noſtræ diœceſis homines, cenſum capitalem ipſis Eccleſijs ſoluentes, prætextu aduocationis uel alterius coloris, exactionibus uel captionibus opprimunt uel moleſtant, aut bona eorũ mobilia uel immobilia poſt mortem ipſorum inuadunt uel accipiunt uiolenter.

13.

Quia nonnulli homicidia, mutilationes membrorum, & alia maleficia perpetrãt, quæ non eſſent perpetraturi, niſi quia ſperant, quòd ab eccleſijs ad quas confugiunt, ſe tueri poſſint, & impunitatem ſuo-

rum ex-

rum exceſſuũ obtinere: ſtatnimus, quòd confugientes huiuſmodi ad eccleſias uel immunitates abinde ſine ſpeciali licentia noſtra, uel gerenris uices noſtras, nullatenus extrahantur: ſed ſtrictè cuſtodiantur ibidem, ne inde effugiant, donec factum, uel eius qualitas, nobis uel nices noſtras gerenti nuncietur. Ipſisq; confugientibus nobis præſentatis, & eo quod perpetratũ fuerit, authoritate noſtra examinato, uel ũeniam, uel ad pœnam circa ipſos, prout qualitas facti exegerit, procedatur. Alia autem omnia & ſingula, quæ à iure, uel à prædeceſſoribus noſtris de conſeruandis libertatibus Eccleſiatum & immunitatum, & de uiolatoribus earundem ſunt ſtatuta, ſynodali ſanctione innouamus, & præcipimus inuiolabiliter obſeruari. Item præcipimus, huiuſmodi ſtatutum in Eccleſijs à ſacerdotibus frequentius publicari.

14.

Statuimus, ut uſurarij manifeſti (quos nos in his ſcriptis excommunicamus) excommunicati ſingulis diebus Dominicis per parochialium eccleſiatum ſacerdotes publicè nuncientur: nec ad communionem altaris admittantur, nec oblationes eotum, nec eleemoſynas quiſquam recipiat, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) recipiant ſepulturam. Manifeſtos autem uſurarios eſſe dicimus & uocamus, qui per ſententiam uel confeſsionem factam in iure, uel euidentiam rei, quæ tergiuerſatione celari non poterit, comprobantur. Circa uſurarios autem, qui de receptis uſuris ſatisfieri ſaltem ultima uoluntate mandauerint, ſeruetur conſtitntio domini Gregorij papæ X. concilij generalis, quæ talis eſt: Quanquam uſurarij manifeſti de uſuris quas receperant, ſatisfieri expreſſa quantitate uel indiſtinctè in ulrima noluntate mandauerint, nihilominus tamen eis eccleſiaſtica ſepultura denegetur, donec uel de uſuris ipſis fuerit, prout pariuntur facultates eorum, plenariè ſarisfactum: uel illis quibus facienda reſtiturio, ſi præſtò ſint ipſi, uel alijs qui eis poſsint acquirere, uel eis abſenribus, loci ordinario, uel eius uices gerenti, uel rectori parochiæ, in qua teſtator habitat, coram aliquibus fide dignis de ipſa parochia (quibus quidem ordinario, uicario uel rectori, cautionem huiuſmodi eorum nomine liceat præſentis conſtitutionis authoritate recipere, ita quòd illis perinde actio acquiratur, ac ſeruo publico) de ipſius ordinarij mandato, idoneè de reſtitutione ſit cautum. Cæterùm ſi receptarum uſurarum ſit quantitas manifeſta, illam ſemper in cautione prædicta exprimi uolumus: alioqui aliam recipientes cautionem, huiuſmodi arbitrio moderandam. Ipſe tamen ſcienter non minorem, quàm ueriſimiliter creditur, moderetur: & ſi ſecus fecerit, ad ſatisfactioně reſidui teneatur. Omnes autem religioſos, & alios qui manifeſtos uſurarios contra præſenris ſanctionis formam, ad eccleſiaſticam admittere auſi fuerint ſepulturam, pœnæ in Lateranenſi concilio contra uſurarios promulgatæ ſtatuimus ſubiacere. Nullus manifeſtorum uſurariotum teſtamentis interſit, aut eos ad confeſsionem audiat uel admittat, ſiue eos abſoluat, niſi de uſuris ſatisfaciant, uel de ſatisfaciendo pro ſuarum uiribus facultatum, præſtent (ut præmittitur) idoneam cautionem.

Item ſtatuimus, quòd nullus omnino aduocatus, uſurario in uſuratum cauſis patrocinium præſtet, niſi iuramentum faciat, quòd quàm citò ſciuerir, uel ſcire potuerit cauſſam eſſe uſurariam, eam ulterius non fouebit, nec patrocinium aliquod uſurario ipſi clàm uel apertè impertietur.

15.

Statuímus, ut nullus ſacerdos uel clericus in eccleſia parochiali uel capella audeat celebrare ſine noſtra uel archidiaconorum licentia, uel aliorum ad quos hoc pertinet autoritate & conſenſu, quantumcunque à patronis, uel ab eis qui ſe patronos eſſe contendunt, ad hoc licentientur uel etiam permittantur. Et quicunque clericus uel ſacerdos contrarium fecerit, excommunicationis ſententiam, quam propter hoc in ipſum ferimus in his ſcripris, incurrat ipſo facto. Et ſi in delicto perſeuerando, excommunicarionem ipſam ſuſtinuerit per ſeptem dies, extunc tanquam irregularis, ad beneficium eccleſiaſticum uel diuinorum celebrarionem non admittatur, niſi prius cum enarratione facti, diſpenſationis literas à ſede apoſtolica ipſum contingat reportare.

Item prohibemus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne aliquis ſacerdos ſecularis uel regularis parochiàm aliquam teneat, uel decæterò tenere audeat, ad quam legirimè non ſit præſentatua, & per nos uel archidiaconos locotum uel alios, prout hoc ad nos pertinet, inſtiturus.

Item præcipimus, ne aliquis beneficium accipiat de laicorum manibus. Qui uerò contrarium fecerit, cum amiſsione beneficij, periculo ſubiaceat ſui gradus.

Præſentationes tamen laicorum non reprobamus, in quibus ius obtinent patronatus.

Item ptohibemus, ne aliquis ſacetdos competens beneficium habens, cum cura uel ſine cura, de quo ualeat commodè ſuſtentari, eo beneficio dimiſſo, ad Eccleſiam alienam, tanquam uicarius uel metcenarius, audeat ſe transferre. Cõtrarium facientes, per archidiaconos locorum uel alios, prout hoc ad eos pertinet, uolumus pet cenſutam eccleſiaſticam ab ijs uicarijs, ſi neceſſe fuerit, remoueri.

16.

Præcipimus diſtrictè ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis, quòd decani Chriſtianitatum, & ſacetdotes parochialium Eccleſiarum, uel uices eorum gerentes, & omnes alij, cuiuſcunque ſint dignitatis, conditionis & ſtatus, quòd mandata noſtra & curiæ noſtræ & archidiaconorũ noſtrorum, ptout eis ſubſunt, fideliter & uiriliter exequantur. Et ſi timeant, quòd malum aliquod pet aduerſarium uel ſeculatem iuſticiam, uel quemcunque alium, debeat inferri portitori mandatorum, cautè ipſum expediant, & poſtmodum mandata cutiæ noſttæ adimplere procurent. Item præcipimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis, omnibus & ſingulis ſacerdotibus patochialibus, uel eorum uicem getentibus, quòd ſingulis diebus Dominicis, accenſis candelis & pulſatis campanis, publicè & ſolenniter excommunicent omnes illos, qui petturbant iuriſdictionem curiæ noſtræ Colonienſis, uel archidiaconorum noſtrorum, & qui impediunt, quo minus nos iuriſdictione noſtra utamur liberè & quiete. Et exponant presbyteri ſinguli in ſuis Eccleſijs ſuis parochianis, in quibus intelligatur iuriſdictio huiuſmodi perturbari, uidelicet interdicendo, prohibendo, inhiberi faciendo, uel ſtatuendo, ne aliqui in curia noſtra cauſſam ſuam ptoſequantur: item arteſtando, capiendo, uel capi faciendo pet iuſticiam ſecularem latores mandatorum curiæ noſtræ, uel illos qui in curia noſtra ſuos aduerſarios trahunt in ius, uel uetberando, uel uerberari faciendo, uel comminando, uel literas curiæ noſtræ rapiendo, uel lacerando, uel etiam alia faciendo, pet quæ ptoceſſus negocij ualeat retardari.

Contrarium facientes, quos in his ſcriptis excommunicamus, per plebanos locorum, ubi præmiſſa perpetrata dinoſcuntur, excommunicati nominatim & publicè in ipſorum eccleſijs nuncientur. Et ſi dicti excommunicati in ipſa excommunicatione pet ſeptem dies manſerint, ipſe locus & Eccleſia (quem & quam in his ſcriptis eccleſiaſtico ſupponimus intetdicto) denunciententur publicè ab iiſdem locorum plebanis intetdicto Eccleſiaſtico ſubiacere.

Item præcipimus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut Eccleſiarum rectores, uel eorum uices getentes, ſigilla propria habeant & ptocurent intra menſem unum ab hac die nnmerandum: & quòd nihil recipiant nec exigant à litigatoribus uel mandatorum curiæ noſtræ latoribus, pro executione mandatorum huiuſmodi facienda.

17.

Quia executores teſtamentorum nonnunquam negligenter, nonnunquam malitiosè in bonis defunctorum uerſantur, & quia hæc & his ſimilia debent diligentia epiſcopi emendari: præcipimus, ut coram duobus in ſingulis atchidiaconatibus à nobis deputandis, executores teſtamentorum ſingulorũ archidiaconatuum, in numero & ualore bonorum defuncti, de erogatis ab ipſis reddant debitam rationem. Et concedimus his qui à nobis ſuper hoc erunt deputati, poteſtatem uocandi coram ſe executores prædictos, & eorum cõtumaciam, ſi uenire noluerint, per cenſuram eccleſiaſticam puniendi, & exigendi ab eis debitam rationem. Si quid autem fraudis uel negligentiæ petceperint, ad nos tefetre ptocurent.

18.

Cum plerumque & communitet citca obſeruationem interdictorum perniciosè hactenus ſit erratum, communi morbo communem uolentes adhibere medelam, ſtatuimus, nt quotieſcunque locum aliquem authoritate noſtra ordinaria uel delegata, eccleſiaſtico interdicto ſupponi cõtigerit, omnibus tam extrema unctio, quàm ſepultura & alia ſacramenta eccleſiaſtica penitus denegentut, exceptis baptiſmo paruulorum, & pœnitentia morientium, ac uiatico quod morientibus in pœnitentia non negatut. Clericos autem decedentes, qui cauſſam interdicto non dederint, & qui tenetenter interdictum ſeruauerint, in cœmiterio ſine campanarum pulſatione, ceſſante omni ſolennitate, cum ſilentio cõcedimus tumulari.

Item, ſi in aliquam Eccleſiam conuẽtualem latum fuerit interdictum, licitum ſit duobus uel tribus ſimul, ianuis clauſis, uoce ſubmiſſa, ita quòd extrà audiri non poſſit, excõmunicatis & interdictis excluſis, horas canonicas dicere, ſi tamẽ ipſi interdicto

dicto cauſam aliquam non dederit. Præterea tempore interdicti licitum eſt Eccleſiarum miniſtris ſemel in ſeptimana, uoce ſubmiſſa, clauſis ianuis, excommunicatis & interdictis penitus excluſis, Miſſam celebrare ad conficiendum corpus Domini, quod (ut dictum eſt) morientibus in pœnitentia conferri poteſt.

Item, ſi aliquibus per priuilegium conceſſum ſit, ut non obſtante interdicto, diuinum poſsint celebrare officium: ſemper ſubintelligẽdum eſt, Excommunicatis & interdictis excluſis, uoce ſubmiſſa, ianuis clauſis, campanis non pulſatis, omni ſolennitate prætermiſſa: & ita deinceps præcipimus inuiolabiliter obſeruari.

Et quia nos intelleximus, quòd fratres hoſpitalarij, & quidã alij, aſſerentes ſe habere priuilegiũ, quòd in locis interdictis poſsint diuina celebrare officia, excõmunicatis & interdictis nominatim excluſis: abutentes huiuſmodi priuilegio, in locis interdictis diuina officia celebrare præſumunt, & indifferenter quoſcunq; admittunt, niſi ſpecialiter expreſsis nominibus ipſorum excommunicatorum & interdictorum in ſentẽtia interdicti fiat mentio, Irregularitatem ex hoc damnabiliter incidendo. Vnde ad uitandũ deinceps huiuſmodi errorẽ, illos nominatim interdictos & excommunicatos ſecundum iura dicimus, ſi caſtrum, uilla, ciuitas uel oppidum ſint interdicta. Non nominatim interdicti uel excommunicati dicuntur, quando ſic fertur ſentẽtia: Excommunico uel interdico tales cum ſuis participibus. Participes enim non ſunt excommunicati uel interdicti nominatim: & ideo tales poſſunt admitti ad diuina, niſi notoria eſſet eorũ participatio, tũc non poſſent admitti ad diuina. Præterea quia (ut intelleximus) quadã dãnabili abuſione inualuit, quòd loco aliquo ſuppoſito interdicto, populus uel aliqui de populo loci interdicti, ad uicinas eccleſias pro diuinis audiendis accedunt, & ibidem indifferenter ad diuina & alia Sacramẽta eccleſiaſtica à plebanis admittuntur, id correctione dignißimũ iudicamus. Statuimus igitur, & ſub pœna excõmunicationis firmiter obſeruari præcipimus, ut diebus Dominicis & feſtiuis preſbyteri, antequã Miſſam celebrent, plebem interrogẽt, ſi aliquis de loco interdicto in eccleſia ſit: quem ſi inuenerint, ſtatim ab eccleſia abijciant. Presbyter autẽ, qui proprium aut alienum parochianum excommunicatum aut interdictum, ſcienter ad aliquod Sacramentum eccleſiaſticum admittit, ipſo facto ſe nouerit eſſe ſuſpẽſum. Concilia prouincialia diœceſ. Colonienſis.

SVB MARTINO IIII.

LENCICIAE, DE RAPINIS.

HEinricus Polonorum dux, Vratiſlauienſis Eccleſiæ bona & decimas ad 1283.
ſe rapuerat, ac præterea epiſcopo ea repetenti ſuperbè & minaciter reſpondebat. Quam rapinã ulturus Iacobus Gneſnenſis archiepiſcopus, Lencicię conueniri iubet quendam epiſcoporum cœtum, quorum decreto Heinricus communione populi Chriſtiani cũ fautoribus & ſcelerum participibus priuatur, locisq; omnibus duci ſubiectis, ſacris interdicitur. Cromerus lib. 10.

SVB HONORIO IIII.

HERBIPOLI, CONTRA PAPALES *criſtas.*

IN Romanam cathedrã locatus Honorius quartus (Martino anteceſſori hæc tribuit Trithemius in Chronico Hirſaugienſi) Iohannem quendam Tuſculanum epiſcopum in Germaniam mittit poſtulatum, ut Rodulphus Romam ueniat, Auguſtiq; nomẽ à beneuolo ſibi papa accipiat, & à Gallis Hiſpanisq; ablata regna Imperio reſtituat: ſacerdotes ac monachi utriuſq; ſexus quartas omniũ rerum ſuarum, in bellum ſacrum erogandũ contribuant. Has ob cauſſas, iubente id Cæſare, altero & uigeſimo die in Quadrageſima, Herbipoli frequens cõuenit ſacerdotum turba. Romanus ſacrificus confidentibus illis rẽ aperit, ac ſpecioſis dictis perſuadere conatur. At Colonienſis (Tullenſem fuiſſe, Martinus in Chronicis indicat) cui dicẽdi partes à cœtu commiſſæ erant, poſtulata detrectans, ad frequentem Chriſtiani orbis ſenatum prouocat. Ac cum ex libello ſua iuſta legere pergeret, licet ſæpius reclamaret põtificius legatus, tandem diras dicit: ſed fruſtra laborat. Nam uniuerſus cœtus exurgens deuonẽti obganniunt. Legatus uitæ ſuæ metuens, Imperatoris arma implorat. Magiſter equitũ, iuſſu Cæſaris, qui tumultũ iam cognouerat, in ædes ſacras, ubi conuentus agebatur, irrumpit, Ioannem metu exanimem inde eripit. Sedato tumultu, Probus epiſcopus Tullẽſis graui oratione reliquos compellans, Romanorum deteſtatur flagitia: Quouſq; collegæ chariſsimi, Romulei illi uultures patiẽtia noſtra, ne dicam ſtulticia abutentur? quouſq; eorum flagitia, auaritiam, ſuperbiam, luxum tolerabimus? Non ceſſabit hoc genus archiſynagogon peſsimum, niſi omnes ad egeſtatem & ſeruitutem du-

riſsimã redegerit. Diſcordia noſtra hocce malum creuit, diſcordia noſtra illi nebulones tuti ſunt. Nec unquam, quamdiu illi ſalui fuerint, Chriſtianis feſtam pacem ſeruare, ab armis feriari, pietatem inter ſe colere licebit. Nuper Saxones atque Sueuos inter ſe commiſerunt. Deinde D. Fridericum ſecundum, Reipub. Chriſtianæ utiliſsimum, Cõradum quartum, Sueuos atq; optimos principes Imperio ſimnl atque uita priuarũt. In Germania diſcordiæ mala, ſatanæ & Antichtiſti ſatrapæ ſeminarunt. Cõradum poſtea inſontiſsimum, immeritiſsimum, & optimæ indolis adoleſcentulum, prolem diuorum, iure gentium hęreditatem maiorum repetentem, fraude, dolo interceperũt, ac crudeliſsimè necarunt. Sueuos atq; Francos Veſtriacos inter ſe armis, ueluti ſpectaculum ſibi, ac paria componentes, commiſerunt. Deinde aduerſus hos Hiſpanos concitarunt. Nunc nos aduerſus Galliæ atq; Hiſpaniæ proceres, cognatos noſtros, ex Germania quondam profectos, concitare nituntur. In memoria habete, quid ante duodecim annos ille ſanè egregius Decimus cum decimis egerit, idem Quartus cum quartis aget: ut illas Gregorius uigilantiſsimus à nobis emungeret, Scythas, Arabes, Turcas in nos armauit. Mentiar, niſi hoſce (nempe maximũ uectigal) magis ſaluos, quàm nos eſſe uelint. Diui Bernhardi conſecranei, quibus tamen ut amicis ille cõſultum uolebat, millibus aureûm nummûm ſexcentis ſe redemerunt. Hinc licet exiſtimare, quanti illa conciliabula conſtent, quantũmue auri corradatur. Fallacia fallaciam trudit, atq; placita huiuſmodi argutorum hominum magis more, quàm ex bono atque æquo, ſatanæ illi lucem ſimulantes comminiſcũtur, quibus populo tenebras offundunt. Quæ nequaquam Chriſto Domino Deoque noſtro cordi eſſe, exitus & opera, niſi planè cæci ſimus, probant, euentus docet, ſacræ literæ cantant. Proinde patres Chriſto deuotiſsimi expergiſcimini, conſulite, ſuccurrite rebus perditis, reſipiſcite, atq; capeſcite Rempublicam. Maiores noſtri immunes Imperij, tamen Romanos armorum ſtudioſiſsimos, diſciplinæ militaris peritiſsimos, gentium uictores, rerum dominos, orbis terrárum domitores, humano generi, finitimis imperitare, permoleſtè tulerunt, eorumque Imperium armis ſoluerunt. Nos pueris atque effœminaris (ne quid grauius dicam) æquo animo ſeruimus. Qui ſit ille Tuſculanus, non ſum neſcius. Noui hominis mores, auriſuga eſt, uenaliſque fœnerator, atq; perfidus, uile pecuniæ mancipium. Ego minas eius floccifecero, Senatumque totius orbis Chriſtiani appello. Hæc ubi Probus dixit, cæteri omnes ſententiam eius collaudant atq; ſequuntur. In paucis diebus uniuerſi, Tuſculano nim formidante, neque in publicum prodire audente, paulatim dilabuntur. Ita re infecta concilium ſolutum eſt. Auentinus libro 7. Nauclerus uolumine 2. generat. 43.

SVB NICOLAO IIII.

PARISIIS, CONTRA MONACHOS *mendicantes.*

INdignius ferebant Eccleſiarum gubernatores apud Gallos, monachos quos mendicantes uocant, paſsim diſcurrere, ac publicè docendi ac confeſſiones audiendi munere fungi præter legitimam uocationem. Conferunt itaque clam conſilia, quò monachorum conatus impedirent, & in ſocietatem adſciſcunt ſcholam Pariſianam. Sed audiamus Gotfridum de Fontanis oculatum, ut apparet, harum actionum teſtem loquentem: Noueritis, quòd prælati regni Franciæ conuenientes Pariſijs, longa ibidem præhabita deliberatione, uocari fecerunt per præcones in ſingulis ſcholis, & rogari omnes magiſtros cuiuslibet facultatis, bacularios & omnes ſtudentes, ut dignarentur uenire, ea quæ eis proponerentur, audituri. Conuenerunt igitur die ſequenti Nicolai, magiſtri omnes & ſcholares, & fratres de quolibet ordine potiores in ſalam epiſcopi Pariſienſis, ubi erant quatuor archiepiſcopi & uiginti epiſcopi congregati. Surgens autem archiepiſcopus Bituricenſis, magnns per omnia clericus, primò fecit ſermonem de charitate, & fuit hoc eius thema: Fratres, ut ſciatis, quæ ſit longitudo, latitudo, altitudo, & profundum charitatis. & concluſit poſtea, quòd uera charitas ipſos compelleret prouidere ſaluti gregis ſibi commiſsi. Secundò concluſit, quòd fortitudo charitatis ipſos armaret ad errantibus obuiandum. Tertiò concluſit, quòd ex debito charitatis & officij ſui, ſi neceſſe eſſet, animas pro ouibus ponere tenerentur. Quartò concluſit, quòd ex charitate quilibet deberet eſſe contentus ſuis, non officium alterius ſibi uſurpare: quia eccleſiaſticus ordo confunditur, niſi unicuique ius ſuum obſeruetur. Sed heu, hodie iſta charitas refriguit, & eccleſiaſticus ordo penitus eſt confuſus: quia multi falcem mittunt in meſſem alienam, ita

ut iam

ut iam Eccleſia monſtrum dici poſsit. Sicut enim in corpore naturali contingit, quòd monſtrum dicitur, cum membrum unum alterius officiũ habet: ſic & in corpore ſpirituali, ſcilicet Eccleſia, cum utique literati & prudentes fratres, uidelicet maiores & minores, officium ſpecialiter nobis commiſſum occupant, ſed iniuſtè, cum nemo debeat ſibi honorem aſſumere, niſi qui uocatur à Domino tanquam Aaron. Quia ergo ſuper iſto ſæpe rogari fecimus monachos perſonaliter per dominum Regem, & quoque per alios magnates rogari fecimus, ut à noſtro officio ceſſarent, nec tamen fecerunt, ſed quoniam nobis inuitis prædicauerũt per ſingulas diœceſes, & confeſsiones audierunt, dicentes ſuper hoc priuilegijs papalibus ſe munitos: uenimus ad uos, qui præſentes ſumus, & habemus literas de ratihabitione omnium epiſcoporum regni Franciæ, ad conquerendum uobis de tanta fratrum inſolentia: quia quod nos ſumus, uos eritis. Credo enim, quòd non ſit hodie prælatus inter nos, qui de hac uniuerſitate non ſit aſſumptus.

Rogamus præterea & rogari fecimus dictos fratres, ut dicta priuilegia mitterent ad ſedem apoſtolicam, à domino papa lucidius interpretanda: quod ſimiliter facere renuerũt. Vt ergo diſcutiatis & uideatis, quid iuris illis conceſſum ſit ex ipſis priuilegijs, decreuimus uobis publicè legi. Et ſtatim quidam alter ſurgens in publico ambone legit priuilegia, & poſtea legit conſtitutionem Innocentij IIII. quæ his contradicit, ut ibi oſtenſum fuit, & ad quam utrumque priuilegium remittit, utpote illi cõſtitutioni derogans. Hæc conſtitutio habetur in V. Decretalium, & incipit ſic: Omnis utriuſq; ſexus, &c. His lectis ſurrexit epiſcopus Ambianenſis, maximus Iuriſta, & de articulo ad articulum currens, oſtendebat liquidò per iura, prædictæ conſtitutioni in nullo per prædicta priuilegia derogatum, nec licere fratribus confeſsiones audire, & pœnitentias iniungere ſine epiſcoporum & parochianorum ſiue plebanorum licentia ſpeciali, nullo fratrum in unico uerbo contradicente. Rogauit ergo dominus epiſcopus uniuerſitatem, ut eis in hoc caſu aſsiſtere dignarentur, quia ipſi ſimiliter omnes & unanimiter definiuiſſent uſque ad ſanguinem tali iniuriæ obuiare. Hæc facta fuerunt die ſabbati. Sequenti die, Dominica ſcilicet, unus de ordine Minorum apud fratres Maiores fecit ſermonem, quod prius, ut credo, uiſum non eſt, & paucis uerbis finiens ſermonem, incœpit loqui de materia ſupradicta, & replicans ſingulos articulos, prout poterat, melius ordine exponebat, adijciens, quòd ſi uoluiſſent dictis priuilegijs uti, latius potuiſſent: dicebant etiam, quòd cum prædicta priuilegia impetrarent, dictus Ambianenſis epiſcopus præſens exiſtens totis uiribus reſiſtebat, imò omnes prælati nuncios ad curiam miſerunt, & minimè proceſſerũt. Quia dum papæ ipſi fratres modum utendi, quouſque fuerant prædictis priuilegijs uſi, exponerent, papa reſpondit, Placet. Volunt autem, ait, & exigunt iterum prælati à nobis, ut mittamus priuilegia noſtra ad curiam, quod fatuum nimis eſſet: quia ſic daremus locum & occaſionem reuocationi nobis datæ poteſtatis. Præterea noſter Magiſter nouiter obijt. Magiſtrum quoq; ordinis Maiorum præſentem non habemus: unde non immeritò de tam arduo facto pro toto ordine ſine illis nos intromittere non audemus. Rogamus igitur uos, ut nos excuſatos habeatis, & tam leuiter aduerſum nos non moueamini, quia nequaquam Vniuerſitatis uilius membrum ſumus.

Sequenti die agebatur feſtum conceptionis beatæ Mariæ apud fratres Minores: & ecce unus Maiorum faciens ſermonem, ad eundem finem, ut dicam breuiter, perducebat, & credo ibi impleta eſt ſcriptura quæ dicit: Facti ſunt amici Herodes & Pilatus ipſa die.

Cæterùm in uigilia B. Thomæ iterum prælati præconizari fecerunt per ſcholas, ut omnes Dominica, tertia ſcilicet die, hora ſermonis ad S. Bernhardum conuenirent. Quod factum eſt: & ſurgens quidam magiſter in Theologia, fecit ſermonẽ de hoc themate: Propè eſt Dominus. & multis authoritatibus & uerbis arguit generaliter illos, qui dominis & prælatis ſuis cõtemnerent obedire. Fine dato uerbis, ſurrexit epiſcopus Ambianenſis, cũ quo tantùm erat ibi archiepiſcopus Remenſis, & procedens in dicto themate, ſcilicet, Propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate, & diuiſit triplicem ueritatem iuxta illos uerſus, qui in gloſſa Decretalium ſæpe ponuntur:

Eſt uerum uitæ, doctrinæ, iuſticiæq;.
Primum ſemper habe, duo propter ſcãdala linques

Oſtendẽs per multas autoritates Theologiæ, canonum & legum, & euidentibus factis, fratres non habere ueritatem uitæ, quia de hypocriſi ipſa arguantur manifeſtè: nec ueritatem doctrinæ, quia corde fel gererent, & ore dulcia prædicarent: nec ueritatem iuſticiæ, quia aliorum ſibi officia uſurparent. Et his finem imponens,

legi ſecit iterum ibi dicta priuilegia, cum dicta conſtitutione, Omnis utriuſque ſexus: & applicans ſingula ſingulis, lucidius oſtēdebat, per priuilegia ſæpe dicta in nullo dictæ conſtitutioni, Omnis utriuſque ſexus, penitus derogari.

Hoc facto, ait: Audiui quòd fratres dicebant, me præſentem fuiſſe, quando priuilegia impetrabant: & uerū eſt. imò cum ter ad me perueniret fama huiuſmodi, iui ad papam, reclamans & petens dicta priuilegia reuocari: ſed ſequenti die à domino papa ad remotas partes ſuper arduis negocijs miſſus ſui, ita quòd tunc de hoc finem habere non uolebat. Catalogus teſtium ueritatis.

LONDINI, CONTRA IVDAEOS.

1291. MAgna Iudæorū multitudo paſsim in uniuerſam Angliam ſe effuderat. Sed edicto publico concilij Londinenſis, anno 1291. congregati, excedere iuſsi ſunt omnes cum ſuis bonis. Illique concilij iuſsis obedientes fuere. Balæus in Append. cap. 60. Cent. 4. ſcriptorum Britanniæ.

SVB ADOLPHO IMP.

IVVAVIAE.

1292. NIcolaus quartus omnes archiepiſcopos Germaniç, ut cōuentus agat quiſque in ſua prouincia, hortatur, petens ab hiſce rurſus conſilium & auxilium auarus papa. Boiorum archiepiſcopus Iuuauiam maiores minoresq; uocat ſacerdotes ac monachos, mandataq; papæ exponit. Sed illi Romanæ auariciç nō ignari, paucis reſpondent, rem magnam eſſe, proinde amplius deliberandum, nec ſine Chriſtianorum principum autoritate, qui iam diſsidētes in gratiam prius redigendi eſſent, quicquam decernendum. In eodem concilio iuſſu Romani præſulis Menardo Tyrollio ſacris interdictum eſt, quòd Tridentini caſtella occupata ui obtineret, ac Heinricum continuis bellis attritum cedere compuliſſet. Qui ſibi iniuriam fieri ab illis ſanctiſsimis uociferatur, edicto publico obnūciat, crimina obiecta ita diluit: Equidem (ita me Deus amet) bellum non infero, ſed propulſo: nihil unquam mihi magis cordi fuit, quàm pacem cum quouis hominum, maximè cum epiſcopis cōſeruare, niſi boni patres, ut cæteri mortalium, copia rerum corrupti, nobis immeritiſsimis ultrò arma, praua libidine dominandi intuliſſent, nosq; terris auitis ſpoliare conati fuiſſent. Arma ſumpſi, caſtella hoſtib. patriæ ademi, quo mihi ac popularibus ocio frui abſque armis liceat. Quòd ſi quiſpiam uas atque præs fuerit, ne metuere perfidiam & impos habeam, néue decæterò huiuſcemodi nobis à faſtuoſis illis archiſynagogis (nam paſtoribus dicere religio eſt) contingant, actutum omnia reddam. Aliter nunquam committam, ut tam ſtultus uidear, ut è manu manubrium mihi eripi patiar, aut memet ultrò atq; meos ludibrio effœminatis Antichriſtis, atque prodigioſis eunuchis eſſe ſinam. Nemo magis concordiam Chriſtianam labefactat: non ſacris literis interpretandis, aut ediſcendis, ſed liberis dant operam, liberum amant, diuitias congregant, regna, gloriam, dominationem auidiſsimè appetunt. Pro hiſce nobiſcum ſanguine ouiū decertant: Chriſti paupertatem, comitum eius ſimplicitatem non ſolùm non æmulantur, ſed irrident quoque, atque antiquare conantur. Si Antichriſti non ſunt, quid aliud obſecro ſunt? Eſt'ne iſtuc paſcere oues? amare gregem? regna, opes, aliena appetere: pro gloria, dignitate digladiari: ouiculas opprimere, occidere, belligerari? Chriſti præceptum inuertunt: donanti tunicā, & pallium mi auferunt. Quis tam ferreus, uel ut uerius dicam, tam ſtolidum pecus fuerit, ut ſuperbiam, faſtum, perfidiā, fraudem, flagicia, ſcelera, luxum, auaritiam nebulonum æquo animo ferat? Peiores Turcis, Saracenis, Tartaris, Iudæis ſunt: plus his omnibus Chriſtianæ ſimplicitati officiunt: libertatē Chriſti ſanguine partam, excindere conantur: dominationem arripiūt. Cum noſtri ſerui ſint, ipſi dominari contra ius gentium, aduerſus leges, auſpicia & oracula diuina, dominos ſibi ſeruire uolunt. Scitum eſt uulgi prouerbium, ſacerdotes ſuperſtitionum præſtigijs caliginem oculis offundere mortalium, & ceremonijs carminibusque caſsis, ueluti mandragoræ ſoporiferç poculo, mentem mutare, & humanis animis atq; ſenſibus ſtuporem propinare. Nunquid paſtor aut oues tondet, aut mulget? nónne nuncius rem domini, atque eorum, ob quorum utilitatem mittitur, agere debet? Proinde à ſæuo & nobis iniquo pōtifice, ad æquū paſtorem pientiſsimumque patrem prouoco. Inter hæc, dum illa ad pontificē Romanum referuntur, ipſe animam efflat. Auentinus lib. 7.

ASCHAVENBVRGI.

ANno 1292. Gerhardus Moguntinus cum ſuis ſuffraganeis epiſcopis, Eiſtetenſi, Spirenſi, Argentinenſi, Bambergenſi, Hildeſiano, ac pluribus ſuæ diœceſis abbatibus ſynodum habuit Aſchauenburgi: ſed quibus de rebus ibidē tractatum, 1292.

ſtatum, quidue ſtatutum ſit, non annotatur. Trithemius inquit: Multa & uaria in negocijs eccleſiaſticis utilia ſtatuerunt. In Chronico Hirſaug. Hedio parte quarta Chronicorum.

ARBOGIS IN SVECIA.

1293. PRouincialem ſynodum Arbogis agit Nicolaus Vpſalenſis archiepiſcopus, ſub annum 1293. Ibique multa pro publica ſalute Eccleſiæ totiusque regni ſtatuit. lib. 3. de pontific. Vpſalenſibus in uita Nicolai.

SVB BONIFACIO VIII.

PARISIIS,

CONTRA ROMANVM *pontificem.*

SImultas erat inter Bonifacium octauum, & Philippũ Franciæ regem, cuius diuerſæ apud autores commemorantur cauſæ. Alij enim ſcribunt, quòd papa Ieroſolymitanum bellum parans, miſerit Ariminenſem epiſcopum ad Philippum pro ſubſidio belli. Is cùm precibus nihil obtinere poſſet, minis rẽ egit. Quare indignatus rex, hominem in carcerem coniecit. Alij, quòd quendam epiſcopum Franciæ de Paterina hæreſi ſuſpectum ceperit, & in carcerem detruſerit, epiſcopatus uacantes diripuerit, ac ſucceſſores inueſtierit. Hinc illæ furiæ Romanæ exarſerunt. Papa indicto ſemel atque iterum concilio Romæ ex uniuerſis mundi partibus, ſacerdotes, imprimis uerò Francos, coire iubet. Verùm rex intercluſis paſsim uijs, concurſum illum conciliumque turbat. Interim Romæ, ut Nauclerus narrat, ueterum decretorum monumenta perluſtrantur: ibi quod in eum uſque diem cunctis mortalibus ignotum fuerat, reperitur, Regem Franciç à ſede Romana ſuum regnum recipere teneri. Hic criſtas erigit papa. Ablegatur Narbonenſis archidiaconus ad regem, ut hæc ipſi nunciaret, ac canonibus ſe ſubijceret. Ille Pariſios delatus regnum Franciæ ad Romanam ſpectare Eccleſiam ait, ipſumque regem monet, ut ſe regno abdicaret, regalibus abſtineret: ac primates, quicunque regi adſtabant, ab obedientia & fide regi data abſoluit Romaniſta. At bullas papales in publicum proferre prohibetur, imò ijs per regis familiares clàm ſurreptis, Francia cum dedecore ipſe eijcitur, omnesq; aditus in Franciam iuſſu regis, Romanis prçcluduntur. Papa ob id excandeſcens, Regem excommunicat. Ipſe uerò Franciæ archiepiſcopos, epiſcopos, prælatos, decretiſtas, Theologos & Magiſtros Pariſija cogit. Quibus cõſidentibus, per Arelatenſem archiepiſcopum de his capitibus Romanum pontificem incuſat.

1. Quòd ſit Simoniacus.

2. Quòd dicat, ſe non poſſe committere Simoniam.

3. Quòd homicida ſit.

4. Quòd uſurarius, idque eſſe manifeſtiſsimum.

5. Quòd non adhibeat fidẽ conficientibus Euchariſtiam.

6. Quòd anima ſit mortalis, & quòd aliud gaudium nõ ſit, niſi uitæ præſentis.

7. Quòd ſit reuelator confeſsionum. Nam coëgit quẽdam cardinalem, ut confeſsionem à quodam Hiſpaniæ epiſcopo ſibi factam reuelaret: qua cognita, epiſcopum loco mouit: ſed pòſt pecunia placatus papa, eundem reſtituit.

8. Quòd habeat duas neptes concubinas, & ex utraque filios progenuerit. O' fœcundum patrem.

9. Quòd Regi Angliæ conceſſerit omnes decimas de eccleſiaſticis bonis, in ſubſidium belli contra Francum.

10. Quòd ſtipendio allexerit Saracenos ad inuadendam Siciliam. Itaque ad ſedem apoſtolicam (teſte Platina) tum, ut ipſe dicebat, uacantem, futurumque conciliũ appellat. Chronicon Martini manuſcriptum, Nauclerus generat. 44.

ROMAE,

CONTRA REGEM *Galliæ.*

BOnifacius homo arrogantiſsimus iugulũ ſibi peti per Francos indignius ferens, & ipſe ſynodum conuocat, regi Francorum anathemata dicit, eiusque regnum ob uiolatum ius gentium, ut Stella indicat, Alberto, quem Electores Romanorum Imperatorem deſignarant, ſubijcit. Vide Romanorũ paparum artes: prius extremè papa oderat Albertum, at iam odio Galli non modò Auguſtum ſalutat, ſed & nouo inſuper donat regno. Bergomenſis, Nauclerus uolum. 2. generat. 44.

Anno 1297. Bonifacius octauus cleri immunitati conſulens, in quodam concilio interdixit, ne poſthac principes ſacerdotibus tributa imponerent, néue illi impoſita conferrent ſine iuſſu Roman. pontificis. Balæus Cent. 4. ſcript. Brit. in appendice, cap. 70. ex Polydoro.

COLONIAE.

VVichboldi Colonienſis archipræſulis hæc decreta annotantur.

Vuichboldus Dei gratia ſanctæ Coloniẽſis Eccleſiæ archiepiſcopus, ſacri Imperij per Italiá archicácellarius, uniuerſis prçlatis, capitulis, cõuentibus, collegijs, Eccleſiarum

ſiatum rectoribus,totique uniuerſitati cleri & populi ſuæ ciuitatis & diœceſis Coloníenſis, ſalutem & infrà ſcriptorũ memoriam perpetuam obſeruandam.

1.

Licet ſacris canonibus ſit inſtitutũ, ne aliquis ad regimen parochialis Eccleſiæ aſſumatur,niſi qui iam XXV. annum ætatis attigerit,& ſcientia & moribus cõmendatus exiſtat: plures tamẽ huius ſalubris ſtatuti inuenimus tranſgreſſores. Volentes igitur periculis animarum proſpicere, inhibemus uniuerſis archidiaconis, ac alijs qui de conſuetudine inueſtire habere dinoſcuntur, ne deinceps aliquem puerum uel aliquem alium, qui uiceſimum quintum ætatis annum non attigerit, ſibi præſentatum de huiuſmodi parochialibus Eccleſijs inueſtiãt uel admittãt. Contrarium facientes non ſolùm ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendimus in his ſcriptis, uerùm etiam ipſam inueſtituram decernimus non tenere.

2.

Item, cum ſecundum ius quilibet, qui ad curam animarum regendam aſſumitur,ut gregis ſibi crediti diligentius gerere curam poſsit,in parochiali eccleſia,cuius rector extiterit, reſidere perſonaliter, & ad eam promoueri teneatur:alioqui etiam nulla monitione præmiſſa, ipſa Eccleſia ſit priuatus:uobis decanis Chriſtianitatum cõmittimus & mandamus,quatenus nomina illorum, qui in ueſtris decanatibus huiuſmodi Eccleſias,utpote minores annis, occupant, & nomina paſtorum non reſidentium perſonaliter, in his ſcriptis nobis intra menſem poſt præſentem diem tradatis, ut huiuſmodi negligentiam & defectum,de prælatorum noſtrorum conſilio reformemus. Alioqui in uos extunc ſententiam excommunicationis ferimus in his ſcriptis. Et idipſum in qualibet ſynodo uolumus obſeruari in forma ſupradicta.

3.

Quia uerò(ut intelleximus)aliqui clerici, utpote apoſtatæ, diſcurſores & uagi, de alijs prouincijs & diœceſibus ad diœceſim noſtram Colonienſem uenientes, regimen animarum & officiationem Eccleſiarum ſibi aſſumunt, qui ab alijs diœceſibus, tanquam irregulares & indigni, pro eorum culpis & exceſsibus ſunt remoti: ſtatuimus,ut nullus deinceps preſbyter alienus ad regimen & ad curam animarum loco coadiutoris, uel uicarij, aut ſocij,per paſtores Eccleſiarum, uel capellarum, aut altarium rectores aſſumatur abſque literis teſtimonialibus proprij epiſcopi,profitentis talem ritè ſecundum clanes Eccleſiæ ordinatum eſſe,& executionem ſui officij habere,ita quòd per decanos Chriſtianitatum,in quorum decanatibus aſſumi deſiderant, examinati, tunc demum admittantur tales,cum in his inuenti fuerint idonei,ut dictum eſt. Paſtores uerò & capellani,ac altarium rectores noſtræ diœceſis, qui his ſpretis, aliquem clericum ignotum, dicentem ſe presbyterum,aſſumpſerint, excõmunicationis ſententiam,niſi intra ſex dies à ſe talem amouerint, ſe extunc ipſo facto nouerint incurſuros, & aliàs pro modo culpæ canonicè puniendos.

4.

Cum item ſanctiſsimus pater dominus Bonifacius octauus, ſummus põtifex, inter cætera ſtatuerit, ne aliquis deinceps niſi unicum perſonatum, dignitatẽ, præpoſituram, adminiſtrationem uel officia perpetua, quocunque nomine cenſeantur,cum præbenda inſimul abſque diſpenſatione ſedis apoſtolicæ in eadem Eccleſia obtinere,uel etiam obtenta tenere ualeat: & ſi à quocunq; ſecus præſumptum fuerit, illud irritum ſit omnino: nos quia nonnulli in obſeruatione huiuſmodi ſtatuti ſe exhibent negligentes,ipſorum negligentiam ſupplere cupientes, mandamus uobis uniuerſis, ad quos talium ordinatio ſeu collatio ſpectare dinoſcitur, ne deinceps talia faciant & attentent, ſed ea perſonis intra tempus legitimum habilibus conferant, alioqui nos eadem conferemus.

5.

Præcipimus,ut ſacerdotes denuncient ſuis ſubditis, quòd omnes, quibus à iure inhibitum non eſt, liberam teſtamẽti condendi habeant facultatem. Et clerici bona,maximè immobilia,& quæ per Eccleſiam ſunt adepti, ſiue per modũ teſtamenti, ſiue aliàs, non transferant ad filios uel nepotes, aut ad alios ſuos cõſanguineos, ſed relinquãt ea Eccleſiæ,à qua ſunt profecta. Sed intuitu eleemoſynæ, pauperibus,religioſis & pijs locis,& illis qui ipſis ſeruierunt,ſiue conſanguinei ſint,ſiue alij, aliqua iuxta ſeruitij meritum de mobilibus dare poſſunt. De alijs uerò bonis,quę ex hæreditate, artificio, uel doctrina, uel aliàs, non ex bonis eccleſiaſticis ad clericos peruenerint, clerici poſſunt diſponere pro ſuo arbitrio.

Excommunicamus,& excommunicatos denunciamus omnes clericos, qui bona mobilia Eccleſiarum, filijs ſuis, nepotibus uel conſanguineis ſeu alijs contulerunt,uel in ipſos transferunt,& ab Eccleſia alie-

ſia alienant ſua propria uoluntate, & ſine conſenſu noſtro.

6.

Præcipimus & monemus, ut laici in præſentia ſui ſacerdotis teſtamenta ſua faciant, niſi improuiſa neceſsitas emerſerit, Item omnibus ſacerdotibus præcipimus, quòd hortentur omnes clericos & laicos teſtamenta ſua facere, & quòd non differant uſque ad anguſtiam mortis, ſed ea faciant, dum adhuc compotes ſunt ſuæ mentis & corporis. Et in teſtamentis faciendis conſulant ſacerdotes ſuis ſubditis, quòd declarent ſua debita & forefacta, & quòd ea primò reſtitui faciant ſeu præcipiant de bonis ſuis, & quòd poſtmodum legent aliqua fabricæ eccleſiæ S. Petri, matrici Eccleſiæ totius ciuitatis & diœceſis Colonienſis, & ſuæ parochiali Eccleſiæ: & etiam religioſis & pijs locis & pauperibus alijs, ſecundũ arbitrium teſtantis.

7.

Si quis uerò fabricæ eccleſiæ S. Petri & parochiali eccleſiæ ſuæ aliquid legauerit in ſuo teſtamento, eidem uiginti dies de iniuncta ſibi pœnitentia relaxamus. Et fiant teſtaméta parochianorum publicè & coram diſcretis perſonis. Et cum aliqua Eccleſiæ S. Petri legantur, hoc presbyter ſignificet Coloniæ procuratori fabricę, & nomina eorum qui prædictæ fabricę legata fecerint, intra menſem. Suſpédimus autem & ſuſpenſos denunciamus omnes presbyteros, qui celant legata fabricæ prędictæ, niſi ea procuratori eius denuncient intra duos méſes à tempore ſcientiæ. Excommunicamus etiam omnes laicos, qui celauerint prædicta legata.

8.

Quoniam autem in aliquibus locis noſtræ diœceſis quædam conſuetudo inoleuit, quæ dicéda potius eſt corruptela, cum ſit contraria rationi, & contra iura canonica & ciuilia, uidelicet quòd iudices, & ſcabini, & conſiliarij quorundá oppidorum dicunt & ſtatuunt, uel indicunt & faciunt obſeruari, & per cõſuetudines tenét, quòd nullum teſtamentũ, donatio uel legatum teneat ſuper immobilibus, quod uel quæ à decumbétibus in lecto in pios uſus, uel alias perſonas fuerit factum, uel facta nec etiam, quod uel quæ fiunt ab aliquo per applicationé proprietatis in pia loca uel alias perſonas, retéto à donatore ſeu à teſtatore uſufructu, niſi ab eodé uſusfructus cum proprietate transferatur & deferatur: nos huic manifeſto errori obuiare uolentes, conſuetudines prædictas ſeu ſtatutum, reprobatas ſeu reprobatum, penitus reprobamus: ſtatuentes etiam, quòd quilibet tam ſanus quàm infirmus, qui liberam habet à iure teſtamenti factionem, & compos mentis extiterit, liberè poſsit condere teſtamentum, & donare & legare tam proprietates quàm uſumfructum: uel proprietates, retento ſibi uſufructu: & etiam utrumque, tam proprietates, quàm uſumfructum: & ſecundum eius uoluntatem & diſpoſitionem procedant uniuerſa præmiſſa; cum ultima uoluntas, libera eſſe debeat: & liberum, quod non redeat, arbitrium.

9.

Præcipientes diſtrictius, quòd ſi in aliqua parochia aliqui iudices, ſcabini uel conſiliarij ſecundum dictas conſuetudines ſeu ſtatutum, reprobatas ſeu reprobatum, iudicauerint & fecerint obſeruari, denuncientur officiali noſtro, & ipſe officialis contra prædictos tá ſcabinos, quàm conſiliarios, & partem ad hoc inſtantem, nominatim procedat.

10.

Verùm quia executores ſeu manufideles teſtamentorum, nonnunquam in executionibus teſtamentorum perperá procedentes, bona ad executiones teſtamenti pertinentia, clàm ſurripiunt & celant, & poſtmodũ cum rationes executionis ſuæ facere debẽt, negât ſe habere bona, quanta receperunt, furtum & rapinam committentes, & ultimam uoluntatem defuncti minimè exequentes: nos malitijs talium obuiare uolentes, ſtatuimus & ordinamus, quòd nullus executorum ſeu manufidelium, bona teſtatoris ad executionem ſuam pertinentia inuadat uel recipiat, uel de ijſdem aliquatenus ſe intromittat, niſi facto prius inuentario, id eſt, quadam ſcriptura, in qua continebuntur, quæ & qualia bona teſtator poſt ſe reliquerit ad executionem prædictam pertinentia, quæ ipſe executor ſeu manufidelis recipiet & leuabit, & debita, forefacta, & legata ipſius teſtatoris reſtituens, adimplebit. Et illud inuentarium fiet per probos uiros & idoneos, uidelicet per presbyterum, & duos ſcabinos loci, uel ſynodales non ſuſpectos, & ſigillabitur ſub ſigillo presbyteri uel alicuius autẽticæ perſonę. Vnde executores petant à teſtatore, ſi poterit fieri, quòd ipſos de bonis ſuis & de debitis ſuis certificet. Ná in hoc ſtabitur aſſertioni teſtatoris. Et nos excõmunicamus, & excommunicatos denunciamus omnes executores ſeu manufideles, qui bona decedentium, quorum ſunt executores, prius nõ facto modo prædicto inuẽtario, inuadũt & recipiũt & leuãt: & nihilominus ipſi executores & manufideles,

deles,ſi bona prædicta, non facto inuentario, leuauerint, dum à creditoribus ſeu à legatarijs defuncti, ratione dictæ executionis conueniuntur, in ſolidum tenebuntur & condemnabuntur: exceptis rebus quæ ſeruari non poſſunt, quas res ſi neceſsitas exegerit, executores alienare poterunt, non facto inuentario in præſentia ſacerdotis loci, uel duorum uel trium ſcabinorum,uel ſynodalium, uel fidedignorum:& pecuniam de dicta receptione ipſi executores deponãt in certo loco, nec ea utantur, niſi dicto inuentario facto: alioqui dictas excommunicationis ſentẽtias incurrant. Et ſi defunctus aliquod debitum ſub pœna ad uſuras, ſeu ad alia pericula, uel ad alia damna debeat, poterunt executores ſeu manuſideles de bonis defuncti ſoluere debitum,pœnam,uſuras, & alia pericula & damna extinguendo,non facto etiam inuentario, ſi ipſum inuentarium commodè fieri non poteſt: & ſi debitum,pœna, uſura, ſeu alijs impedimentis inſtantibus, ſunt augmentanda,uel etiã exequiæ dicti defuncti fuerint faciendæ: & hoc tamen fiat in præſentia presbyteri,duorum uel trium ſcabinorum,ſynodalium uel aliorum proborũ. Alioqui dicta excommunicationis ſententia ligentur. Si uerò presbyter loci fuerit executor,tunc faciat fieri inuentarium ipſum in præſentia decani loci,uel alterius authenticæ perſonæ,duorum uel trium ſcabinorum ſynodalium,& aliorum proborum.

Præcipimus etiam ſacerdotibus loci, & ipſis executoribus, ſeu manuſidelibus, quòd copiam inuentarij prędicti referant nobis intra duos menſes, ſi intra diœceſim noſtram fuerimus: aliàs noſtro officiali,à tempore quo factum fuerit.Et pręcipimus hoc per noſtrum officialem regiſtrari, nec aliquid recipiatur pro ſigillo. Cum autem teſtator deceſſerit,ipſi executores ſeu manuſideles, facto inuentario, bona ad executionem pertinentia apprehendant, & exequantur ultimam uoluntatem dicti defuncti, faciendo proclamari in loco,in quo morabatur defunctus,& pluries eſſe & conuerſari conſueuit, ut & omnes creditores ipſius defuncti,& à quibus aliqua extorſerat, compareant certa die,ſua debita oſtenſuri: & tunc ipſi executores ſeu manuſideles primò creditoribus,à quibus quid iniuſtè extorſerat,ſatisfaciant, & de reſiduo ſatisfaciant legatarijs, cuilibet pro rata bonorum defuncti.Et officialis noſter per cenſuram eccleſiaſticam compellat executores & hæredes defuncti,ad implendam & exequendam ultimam defuncti uoluntatem.

11.

Sed quia nonnulli terrarum domini,iudices,& alij officiarij laici,bona clericorũ noſtræ diœceſis decedentiũ ex teſtamento,uel ab inteſtato, authoritate propria & uioleuter rapiunt, occupant & arreſtant, in præiudiciũ eccleſiaſticæ libertatis, quò minus decedentium ultima uolũtas pro ſalute animarum eorundem decedentiũ ualeat adimpleri: nos tam præſumptuoſos exceſſus corrigere uolẽtes, monemus omnes nobiles, iudices terræ,aduocatos, terrarum dominos, & laicos quoſcunq;, ne deinceps talia attentare præſumant. Contrariũ facientes (quos ipſo facto extunc in his ſcriptis excõmunicamus) excommunicatos in eccleſijs ueſtris, & pręcipuè in parochijs, in quibus talia perpetrantur, & in quibus tales morantur, uos uniuerſi rectores Eccleſiarũ publicè nunciatis. Quam excommunicationis ſententiam ſi per quindenã,poſt huiuſmodi delictum perpetratum, animo ſuſtinuerint indurato, diſtrictum ſiue terram,ſi dominus terræ eſt,alioqui locum ubi talia perpetrata noſcuntur, ubi foreſactores tales manſerint, eccleſiaſtico ſupponimus interdicto.

12.

Excommunicamus,& excommunicatos denũciamus omnes uſurarios manifeſtos, & ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis à quolibet ſacerdote denuncientur excommunicati. Nullus ſacerdos oblationes manifeſtorum uſurariorum recipiat, nec ad communionem eos admittat, niſi ſatisfaciant de uſuris ſecundum conſtitutionem felicis recordationis domini Gregorij papæ decimi,quæ incipit,Quanquã uſurarij,&c.

Nullus teſtamentis manifeſti uſurarij interſit,nec ad pœnitentiam & cõmunionem eos admittat, niſi de uſuris ſatisfecerint, ſecundum formam conſtitutionis dicti domini papæ.

Et teſtamẽta manifeſtorum uſurariorum, qui ſecundum formam dictæ conſtitutionis non ſatisfecerint de uſuris, nulla ſint ipſo iure. Dum autem manifeſti uſurarij ſecundum formam dictæ conſuetudinis ſatisfecerint, ad ſacramẽta eccleſiaſtica admittantur. Manifeſtos autem uſurarios dicimus, de quibus per ſententiam, uel per confeſsionem factam in iure, aut euidentiam, quæ aliqua tergiuerſatione non poteſt celari,conſtiterit euidenter. Et illos etiam,qui ſuper uſuris diffamati, intra tempus ſtatuendũ ab eo qui ſuper hoc habet poteſtatẽ, ſe non purgauerint, reputamus pro manifeſtis uſurarijs puniẽdos.

Præcipimus

Præcipimus etiam ſingulis ſacerdotibus parochialibus, quòd moneant in parochijs ſuis frequenter in generali & in ſpeciali, de quibus conſtiterit, uſurarios & infamatos publicè de uſuris, ac contractus illicitos præemptionum exercentes, ut ab uſuris & talibus contractibus deſiſtant intra ſeptem dies à tempore dictæ monitionis. Alioqui ipſi extunc dicti uſurarij & præemptores excommunicentur in ſpeciali, de quibus conſtiterit: & de quibus non conſtiterit, in generali. Et diffamati, ſi ſe non purgauerint, pro conuictis habeantur. Et ſi taliter moniti & excommunicati deſiſtere noluerint, nominatim excommunicentur, & nomina eorum noſtro officiali referantur, ſaluo iure noſtro & archidiaconi in præmiſsis.

Præcipimus etiam, conſtitutiones dicti domini papæ contra uſurarios alienigenas editas, firmiter obſeruari.

Sacerdotes non permittant quæſtionarios Goliardos, uel quoſcunque alios ignotos, intra parochiam ſuam in eccleſia, uel in uia, uel in platea, uel in quibuſcunq; locis parochiæ ſuæ prædicare, uel oſtiatim deferre indulgentias pro quæſtu faciendo. Sed tales & omnes qui eis aſsiſtunt, presbyter loci excommunicet, & ad remouendū ipſos inuocet auxilium brachij ſecularis, ſi neceſſe fuerit.

13.

Sacerdotes non permittant prædicatores quæſtionarios celebrare ſuper arcas, uel pulſare cāpanulas manuales per uicos, neque in eccleſia: & ipſi prebyteri ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis moneant parochianos ſuos, & etiam ſub pœna excōmunicationis inhibeant eiſdem, ne tales audiant, propter pericula hæreſium & errorum, quos ſæpius ſeminant. Et ſi quis tales uiderit, denunciet presbytero: & presbyter faciat eos teneri per iuſticiam ſecularem, & nobis remitti.

Præcipimus etiam, quòd eccleſiæ interdictæ à nobis, noſtro capitulo, archidiacono loco uel officiali, ſeu quocunque iudice ordinario, nullatenus aperiantur, nec quacunque authoritate, pro quocunque quæſtu faciendo, niſi de ſpeciali mandato noſtro.

14.

Monemus item omnes ſacerdotes & alios quoſcunq; noſtræ diœceſis, qui eleemoſynas fidelium ad opus fabricæ eccleſiæ maioris Colonienſis collstas detinēt, quòd intra mēſem ſatisfaciant de eiſdem procuratori ſeu procuratoribus dictæ fabricæ. Alioqui ipſos ſuſpēdimus: & ſi per octo dies dictam ſuſpenſionem ſuſtinuerint, ipſos excommunicamus: & etiam omnes illos, qui dictas eleemoſynas ſurripuerunt, celauerunt & diſtraxerunt, ſurripiunt, celant & diſtrahunt in fraudem dictæ fabricæ Colonienſis.

15.

Item præcipimus & iniungimus uniuerſis presbyteris Colonienſis diœceſis, ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, quatenus dictum negocium fabricæ apud ſuos ſubditos promoueant diligenter & fideliter in eccleſijs, teſtamentis & confeſsionibus. Et ſi qui pro huiuſmodi negocijs ſuſpenſi uel excommunicati fuerint, non abſoluantur, niſi per nos, ſeu noſtrum officialem.

16.

Item ſtatuimus, quòd laici prouiſores parochialium Eccleſiarum, qui pro conſeruatione ſtructurarum, luminarium, & comparatione ornamentorum inſtituuntur, certis ad hoc uel non certis reditibus deputatis, nihil ordinent uel diſponant abſque conſilio plebanorum: & quòd bis in anno, uidelicet in craſtino B. Margaretæ, & B. Petri ad cathedrā, de adminiſtratione eis commiſſa plebanis ſuis teneantur reddere rationem, ut ſi quid inordinatè egerint, per ipſos plebanos pro utilitate Eccleſiarum ſuarum, prout ſecundum Deum & ſuas cōſcientias expedire uiderint, corrigant & reforment.

17.

Prohibemus item, ne deinceps campanarij in uillis & Eccleſijs parochialibus ibidem aſſumantur, niſi literati, qui in defectu reſpondentis ad altare, cum camiſeis lineis aſsiſtant, in Miſsis deſeruientes presbytero, ne miniſtrator careat ſocio ſibi reſpondente.

18.

Quia nonnulli in diuerſis partibus noſtræ diœceſis, falſas ſeu adulterinas monetas cudunt, & cudi faciunt, propter quod reſpublica læditur, & dāna plurima ſubiectis noſtris & toti prouinciæ inferuntur: unde in hac noſtra ſynodo ſtatuimus, & ſub pœna excommunicationis præcipimus, ut ubicunq; tales falſarij reperti fuerint, tam ipſi falſarij, quàm receptores eorundem, cuiuſcunque ſint ſtatus, uel gradus, aut dignitatis, per plebanos locorum moneantur, ut à talibus prorſus deſiſtant & indilatè. Ipſique qui in ſuis diſtrictibus eoſdem falſarios recipiunt & tuentur, eos falſarios remoueant, nullatenus reuerſuros. Alioqui ipſi falſarij & eorundem receptores, quos poſt triduum ab huiuſmodi monitione numerandum, in his ſcri

ptis excommunicamus, excommunicati publicè nuncientur. Et ceſſari in locis, ubi talia committuntur, quamdiu falſarij ibi ſteterint, præcipimus à diuinis.

19.

Quamuis reſcripta ſtricti Iuris ſint, nec ad alias perſonas, quàm quæ in eiſdem continentur expreſsè, aliquatenus extendantur: nonnulli tamé huiuſmodi reſcriptis in caſibus à iure non conceſsis abutuntur, & ſua mandata dirigunt, & ſententias de facto fulminant contra aliquos, ad quos eorundem iuriſdictio nullatenus ſe extendit. Volentes igitur talibus nefandis auſibus obuiare, ſtatuimus, & ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in his ſcriptis firmiter prohibemus, ne aliquis deinceps ſubditorum noſtrorum, cuiuſcunque ſtatus ſeu conditionis, aliqua mandata alicuius iudicis delegati contra perſonas in authentico non expreſſas, recipiat aut executioni demádet, etiamſi narretur in mandato caſus à iure conceſſus, niſi ſuper hoc prius à nobis uel officiali noſtro habita & obtenta licentia ſpeciali, cum talia mandata contra alias perſonas plerumq; ex malitia & odij fomite procedere uideantur. Illum autem, qui huiuſmodi mandata contra alias perſonas emiſerit in caſu à iure non conceſſo, aut per nos non admiſſo, uel per officialem noſtrum non approbato, propter hoc excõmunicationis ſentétiæ, quam in his ſcriptis ferimus, decernimus ſubiacere.

20.

Quia uerò nonnulli (ut intelleximus) tedas & literas annexas ante portas & ianuas aliquorum religioſorum & granges eorum, ſuſpendere non formidát, in quibus incendia, homicidia, & alia damna & maleficia ſe illaturos eis, ante quorum ædificia dictas literas & tedas ſuſpendunt, inferre publicè comminantur, niſi intra certum terminũ eiſdem malefactoribus aliqua pecuniæ ſumma pro ipſorum arbitrio perſoluatur: nos talibus maleficijs quãtum poſſumus obuiare uolentes, præcipimus uniuerſis Eccleſiarũ rectoribus, quòd ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis, huiuſmodi malefactores, & dictarum literarum ſcriptores, fautoreſque opem & operam dictis malefactoribus præſtantes, & omnes qui præmiſſa ſciuerint uel conſcij fuerint (niſi nobis uel pœnitétiario noſtro reuelent intra octo dies, poſtquam talia intellexerint) quos in his ſcriptis excommunicamus, excommunicatos publicè denuncient, & præcipiant ab omnibus arctius euitari, & reuelari eoſdem.

21.

Item præcipimus, ut uniuerſi Eccleſiarum rectores moneant omnes cerocenſuales Eccleſiarum & eccleſiaſticarũ perſonarum, quocunque nomine cenſeantur, qui cerocenſum debitum ſubtrahunt & non ſoluunt, & qui dictum cerocenſum hactenus non ſoluerũt, quòd de ſubtractis ſatisfaciant intra menſem, & deinceps debitis temporibus & ſtatutis perſoluant dictum cerocenſum, ut tenentur. Alioqui dictos ſubtrahentes & non ſoluentes, quos excommunicamus in his ſcriptis, excommunicatos publicè nuncient ſingulis diebus Dominicis & feſtiuis.

22.

Præcipimus etiam omnibus decanis Chriſtianitatum & plebanis locorum, ut præmiſſorum omnium copiam à ſigillifero curiæ noſtrę Colonienſis intra quindenam recipiant, & ſibi fieri procurét ſub correctione debita. Alioqui contrarium facientes, quos exnunc, prout extunc excommunicamus in his ſcriptis, excommunicationis ſententiæ uolumus ſubiacere.

Item decani Chriſtianitatum, nomina plebanorum ſui decanatus ad præſens abſentium, nobis uel officiali noſtro dent in ſcriptis ſub pœna prædicta. Cõcilia prouincialia diœceſis Colonienſis.

CAPVT X.

DE EPISCOPORVM ET doctorum uitis.

DE ASIATICIS epiſcopis.

HIEROSOLYMITANI.

THOMAS.

THOMAS Agni patriarcha Hieroſolymitanus concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. interfuit, anno 1215. Continuator belli ſacri, libro 3. capite 2.

ALBERTVS.

Albertus patriarcha Hieroſolymitanus, claruit anno 1299. autor fuit ordinis Carmelitarum in Syria. Scripſit

Regulam Carmelitarum, lib. 1.

Statum terræ ſanctæ, lib. 1.

Innocentio III. id urgente. Bergomenſis libro 12.

DOCTO-

DOCTORES EVropæi.

CONSTANTINOpolitani.

IOANNES CAMATERVS.

GRegorio Xiphilino, qui annis VII. præfuerat, ſublato, ſuccedit in patriarchatu Ioan. Camaterus. Is contra Siciditen monachum ſacramentariũ, differẽdi arte & demonſtrationibus uſus eſt. Cõpoſuit orationes Catechiſticas, quę dies ieiuniorũ inſtare nunciarẽt, & ſacerdotes ad id certamen adhortarẽtur, mentione inſerta, quẽ dogma illud ortum habuerit, & quid ipſe ſentiat expoſuit: aduerſariorum uerò dicta planè ſilentio prætetijt, imò talia ipſis tribuebat, quæ ne in mentem quidem ipſis uenerant. Nicetas lib. 3. de geſtis Alex. Angeli. Eiectus in exilium Didymotichi inquilinũ egit, ubi placida morte extinctus eſt. Idem in annalibus Balduini.

THOMAS.

Thomas cognomento Maurocenus, à Volaterrano Paulus dictus, Venetijs oriundus, patriarcha Conſtantinopolitanus creatur an. 1204. Veſtitum eius hoc modo Nicetas deſcribit: Erat patrio indutus ueſtitu, qui ità corpus conſtringebat, ut a cubus illi aſſutus uideretur, manib. duntaxat & pectore aperto. Maxillas ita raſit, ut impubi puero haud diſsimilis eſſet, & nullũ pili ueſtigium cerneretur. In annalibus Balduini. Vbi uerò patriarcha (ut dictum eſt) electus eſſet, Romã iter facit, confirmationẽ à papa Innocentio tertio impetrat, & Græciã cũ Romana Eccleſia unit. Reuerſus Balduinũ Imperatorio diademate alijsq; inſignibus ornat, 17. calend. Iunij, eodẽ anno, ubi primùm Raguſiũ urbẽ in itinere expugnaſſet. Dyrachiũ à Gręcis Imperatoribus deſertũ, inſtaurauit. Cuſpinianus de Imperatorib. Blõdus decad. 6. Concilio Lateranenſi interfuit anno 1215. Continuator belli ſacri lib. 3. cap. 2.

PANTALEO IVSTINIANVS.

Pantaleo Iuſtinianus patriarcha, Michaele Palæologo ad Imperij faſtigiũ per fraudẽ Gręcorũ euecto, Balduinũ comitatus in Italiã ſe recepit anno 1259. Chron. Fland. lib. 9. Cuſpinianus in Eubœam delatum ſcribit in Balduino Cæſare.

GERMANVS ET ARSENIVS.

Germano patriarcha extincto Nicææ, quò poſt captam Conſtantinopolim à Latinis, ſedes illa aliquandiu translata fuit, Nicephorus Blemmydes monachus doctrina excellens, & magni animi uir, ſucceſſor denominatur. Sed cum ille oblatum munus recuſaret, & auſteriore uita magis delectaretur, ad Arſeniũ defertur. Egerat is monachum prope Apolloniam aliquandiu. Et quamuis uirtute inſignis eſſet, tamen ſimplex minimeq́ue callidus extitit. Electus cõmuni pontificum ſuffragio Imperator Theodorus Laſcaris, eam electionem ratam habet, quem more ſolito inungit, atq; regio diademate ornat. Tutorẽ ipſum Theodorus moriturus unà cum Muzalone cõſtituit filij Ioannis, qui ſextum tunc annum agebat. Muzalone uerò nefariè interfecto, & Michaele Palæologo denominato Imperatore, ſibi atque Ioanni relicto hęredi metuebat uehementer, ideoq; tam eum qui Imperator appellatus erat, quàm qui appellaſſent, per excommunicationem ſacris excludere cogitabat. Verùm mutato conſilio, iureiurando eos adſtrinxit, ne uel paruulo, uel Imperio inſidias ſtruant. Vix menſe elapſo, Michaeli Palæologo diadema, ſenatus & ſacri ordinis ſententijs coactus, imponit, ea conditione, ut rurſus Imperium deponat, ubi legitimus hęres adoleuiſſet. Poſthæc relicta ſede patriarchali, Paſchaſij monaſteriolum maritimũ ingreditur, quòd hæredem illum, cuius erat tutor, contemni uideret. Rurſus Conſtantinopoli occupata à Græcis, eiectisq; Latinis, ad ſedem patriarchalem reuocatur. Cum uerò per indicium accepiſſet, Ioannem, cuius erat tutor (ut dictum eſt) à Michaele Palæologo excæcatum, ſacris Imperatori interdicit. Simulat Imperator animum facti pœnitentem aliquandiu: at cum nec ſic reſtitutionem in integrum impetraret, dolum in patriarcham meditatur.

Concilium igitur ſacerdotum cogit, & de quibuſdã criminibus eum accuſat, imprimis quòd Azatinem Sultanũ ſacris intereſſe permiſiſſet, & intra templum cum eo fuiſſet collocutus. Accerſitur patriarcha, ut ſe de obiectis criminibus purgaret: uerùm cum emaneret, cauſa cadit, & loco mouetur. Sunt protinus, qui in exilium illum in Præconeſum deportet. Omnia uerò illa æquò tulit animo, ut qui iampridẽ iſtis turbis eluctari deſiderabat. Nicephorus Gregoras lib. 3. & 4. Roman. hiſtoriæ.

NICEPHORVS.

Nicephorus Epheſinus metropolites Arſenio ſucceſſor conſtituitur. Nec amplius, quàm anno uno pręeſt, rebus humanis exemptus. Nicephor. Gregoras lib. 4.

GERMANVS.

Germanus Arſenio ſubrogatur. Voluit enim Imperator ad hunc iſtum deferri honorem, quòd beneficijs ipſum ſibi deuinxerat.

xerat. Nam cum Theodorũ Laſcaris ad Soltanum fugeret,in hunc Germanum in extremis Romanorum finibus monaſticam uitam agentem incidit, qui eum honorificè exceptum liberali uiatico iuuit. Ex monacho Adrianopolitanus antiſtes, & tandem etiam Conſtantinopolitanus patriarcha conſtituitur. Cumque promiſcuum uulgus ipſi id uitio daret, atq; per intruſionem illam ſedem uiuente adhuc Arſenio occupaſſe incuſaret, ea relicta quieti ſe dat. Niceph. Gregoras lib.4. hiſtoriæ Romanæ.

IOSEPHVS.

Ioſephus Galleſij montis monachus, Græcarum literarum rudis,Germano ſuccedit.Hoc uſus eſt Imperator Michael Palæologus confeſſore,ab eoq; abſolutionẽ petijt periurij, & quòd Imperatoris filiũ Ioannem iuniorem Theodori Laſcaris filium uiſu priuauerat. Cæterùm ubi Imperator cum Romano pontifice cõcordiam inire certis conditionibus uellet, conſentire noluit, atq; patriarchatu abdicans in Archiſtrategi monaſterium ad Boſphorũ ſe contulit, ibiq; reliquum ætatis tempus tranſegit. Gregoras lib.4. & 5. Continuator belli ſacri refert, ipſum unà cũ Palæologo Imperatore cõcilio Lugdunenſi interfuiſſe.lib.5.cap.1.

BECVS.

Becus magnæ Eccleſię bibliothecarius ſuccedit Ioſepho.Ingenioſus,doctus & facundus erat, ut qui ab ineunte ætate ſtudijs doctrinę diligẽter inuigilauerat.Eam obrem tam apud Imperatorem,quàm reliquos principes & homines doctos, in ſumma exiſtimatione fuit.

Fortè tum Palæologus cõcordiam inire cum Romano antiſtite nitebatur,certis cõditionibus. Ei ſe grauiſsimè oppoſuit. Et quãuis Imperator tum per ſe, tum per alios animum eius frangere niteretur,nihil tamen effecit.Quin & argumẽta ipſorum omnia ſolers cõfutauit. Proinde alia uia rem aggreſſus Imperator, ipſum omneſq; fermè ipſi ſanguine iunctos ſqualidis carceribus incluſit. In carcere iubetur à Palæologo Nicephori Blemmydæ ſcripta perluſtrare, qui ante annos 25. eadem de re ſcripſerat,& ex autoribus plurima,quæ Latinorum ſententiam confirmarét,collegerat. His probè cognitis,mutat ſententiam, & non multo pòſt patriarcha cõſtituitur. Tũ acerrimè rurſus,quod antea oppugnauerat, defendit docẽdo & ſcribẽdo.Tandem laboribus & ſenio confectus,atque ut paci eorum,quibus moleſtus erat, conſuleret, loco cedere coactus eſt. Et non multo pòſt diem ſuum obijt. Nicephorus Gregoras libro 5. & 6.

HVGOLINVS.

Hugolinus Vrbeuentanus eremita ordinis S. Auguſtini, theologus & doctor ſcholaſticus in Pariſienſi gymnaſio, claruit circa annum Chriſti 1290. Ex monacho epiſcopus Ariminenſis, & tandem etiam Conſtantinopolitanus patriarcha factus eſt. Scripſit

Super ſententias,	lib.4.
Quodlibetorum,	lib.1.
De differentia idiomatum,	lib.1.
Sermones de tempore,	lib.1.
Sermones de ſanctis,	lib.1.

Vincentij Continuator libro 31. Schedelius, & Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis.

THESSALONICENSIS.

CONSTANTINVS Meſopotamius ſub Iſaacio Comneno caniclij officio functus, illnd renuit, & ex lectore diaconua iſq; primarius creari uoluit: quod facilè impetrauit,ſiquidem apud Imperatorem Alexium quiduis potuit. Effectus diaconus,aulam ſe relicturũ ſimulat: ſiquidem canonibus prohibebatur,ſimul eccleſiaſtico muneri & aulæ negocijs implicitũ teneri.Verùm Imperator à Georgio Xiphilino canones moderari uoluit,ut ipſi liceret & Eccleſiæ & aulę ſimul inſeruire.His ita peractis, Theſſalonicenſis deſignatur pontifex: & mox ubi in ſellam epiſcopalem collocatus fuiſſet, redit Conſtãtinopolim,ut ibi præſtò eſſet. Verùm à nonnullis tandem apud Imperatorem accuſatus, & gratia & dignitate põtificia excuſſus eſt. Nicetas Choniates in Annalibus Alexij Angeli lib.2.

ATHENIENSIS.

MICHAEL Choniates, frater Nicetæ Choniatis, ſcriptoris annalium, Athenis archiepiſcopum egit.Is Scurum Athenas obſidentem placare exquiſita oratione ſtuduit. Cumq; nihil proficeret,ad orationem ſeſe uertit, ut ipſe Deus hominẽ nefarium retunderet: ac machinas ſimul in mœnibus diſponit, & ſagittarios atque funditores collocat, qui uim eius propul ſarent.Nicetas in annalibus Balduini.

CORINTHI.

NICOLAVS Corinthiorum archiepiſcopum Scrugus menſæ primùm adhibuit, pòſt excæcatum de rupe præcipitem egit. Nicetas in annalibus Balduini.

DE

DE EPISCOPIS *Italiæ.*

ROMANI.

INNOCENTIVS III.

INnocentius eius nominis tertius, antea Lotharius dictus, natione Campanus, patria Anagninus, patre Thraſimũdo ex Signię Comitum nobili familia ſatus, Cœleſtino mortuo, conſentientibus cardinaliũ ſuffragijs, ſucceſsit, anno 1198. 8. calend. Martij. Onuphrius. Bergomenſis & Stella ex infima plebe natum dicũt. Aſcitus fuerat ab anteceſſore in numerũ purpuratorum cardinalium. Platina.

Ab ineunte ætate Pariſijs operam dedit literis, in quibus addiſcẽdis haud mediocrem prouectũ fecit, ut Doctoratus etiã inſignia cõſequeretur. Bergom. lib. 12.

Scripſit ſub nomine Lotharij leuitæ,

De miſeria humanæ conditionis,	lib. 2.
In ſeptem pſalmos pœnitentiales,	lib. 1.
De officio Miſſæ,	lib. 2.
De Sacramento Baptiſmi,	lib. 1.
Decretales antiquas,	lib. 1.
De clauſtro animæ,	lib. 1.
Sermones plures,	lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos,	lib. 1.

Iohannes Stella, Trithemius de Scriptoribus Eccleſ.

Opera gubernationis eius.

Opera gubernationis eius talia ſunt, quæ ſi ad uerbi diuini normã contuleris, ipſiſsimũ ſatanę miniſtrũ & Antichriſtum iurè dixeris. Nam ſpreto ſeueriſsimo Dei mandato, quo præcipit regem honorare, prorſus furioſè in Imperatorẽ Philippum debacchatus eſt. Cum enim à Germaniæ principibus Philippũ ad Imperij faſtigiũ euectum eſſe cognouiſſet, œſtro percitus, haſce diabolicas uoces emiſit: Aut pontifex Philippo diadema & regnum, aut Philippus pontifici inſigne apoſtolicum adimat. Neq; ſanè iſta fuere inania ſaltẽ terriculamẽta, ſed diabolicis artificijs id perficere etiã conatus eſt. Multa tetra mẽdacia in Philippum cõminiſcitur. Nec ipſis quoq; mortuis petulãs ipſius lingua parcit Friderico & Henrico Imperatoribus. Miſit literas ad Imperij ordines, mẽdacijs & calumnijs refertas: nec quicquã, quod conciliare inuidiã Imperatori poſſet, prętermiſit. Dati fuerãt Henrico fratri ipſius obſides, qui oculis priuati fuere. Hos cum reddidiſſet Philippus legato põtificio epiſcopo Sutrino, publicè pontifex Romæ eos oſtentauit, ut Romanenſium animos in ipſum inflammaret. Sutrinũ, quòd Imperatorẽ abſoluiſſet, remotũ officio eiecit in exilium. Vrſpergenſis. Deniq; Otthonem confirmabat à quibuſdã electum, & aduerſus legitimũ Imperatorẽ ſceleratè cõcitabat. Nulli archiepiſcoporũ pallium cõferre uoluit, niſi Ottoni adſtipularetur. Cranzius lib. 7. cap. 5. Saxoniæ.

Hinc bella funeſta & cruenta in Germania exarſere, quorum omnium cauſa fuit ſataniſsimus Innocentius. Auent. lib. 7. annalium Boiorum.

Sublato Philippo è medio Herbipoli, Otto Romã petit, ibiq; regium diadema ab eodem accipit. Videbatur pax tum fore diuturna: uerùm cum Otto illa quæ inexplebilis pontificũ auaritia Imperio abſtulerat, repeteret, anathemate percutitur, atq; etiã Imperij dignitate priuatur, anno 1212. Principes Imperij à iureiurãdo, quo Ottoni deuincti erãt, liberos pronunciat: & qui ipſum dicat uel habeat pro Imperatore, hunc diris deuouet, ſcilicet ſui prædeceſſoris S. Petri præceptum atq; ueſtigia ſequens, qui politicæ poteſtati omnes obedire iubet. Fridericum denique Siciliæ regem, quẽ pater moriturus huic Nocentio commendauerat, Ottonis loco Romanum Imperatorem creare Electores iubet. Vrſpergẽſis: Cranzius lib. 7. cap. 33. & 34. Saxoniæ. Quo facto, Romã uenit Fridericus gratia coronæ: ſed impetrare eam non potuit, quòd Otto ſuis rebus conſulens, pontifici recuperandi ea quæ in regno Neapolitano occupauerat, poteſtatem conceſſerat. Platina.

Qua fide tutelæ munus, quod Hẽricus Imperator ipſi commiſerat, obiuerit, hiſce uerbis dicit Continuator belli ſacri: Fridericus (Imperator) ab Innocẽtio infans adhuc, pupillus à tutore, hæreditario regno ſpoliatus, ex libero factus tributarius, nec Hẽrici parẽtis, nec matris Conſtãtiæ fide aut precibus, liberè regnare permiſſus. l. 3. cap. 10. Continuatæ hiſtoriæ belli ſacri.

Panem in cœna aſſeruit redigi in nihilum, ſolamq; externam ſpeciem remanere. Epiſt. 1. cap. Firmiter credendum.

Lege ſanciuit, ut qui papæ maledíceret, ſupplicio afficeretur. Balæus lib. 5. de Roman. pontif.

Decreta nõ pauca poſt ſe reliquit, quibus horriſonũ in Eccleſia Dei rugitũ edit.

Coniugiũ permiſit illis qui ultra quartum conſanguinitatis gradum ſanguine iuncti eſſent.

Excommunicatũ, ſi ſigna haberet contritionis, eccleſiaſticè ſepeliendum.

Si alter coniugum ante carnalem copulam animo mutato religionẽ ingredi animum induceret, inuito etiam altero id fieri permiſit.

Sine ſpeciali licentia papæ neminem debere plura beneficia poſsidere, qnàm unum, ſtatuit.

Religioſum poſſe ordinem ingredi ſtrictioré, etiamſi ſuorum ſuperiorũ licétiam non obtinuiſſet, ſi modò eam petiuiſſet.

Si neceſsitas requirat, infirmis in quadrageſima eſum carnium conceſsit.

Ad Germaniæ principes pertinere electionem Romani Imperatoris, ſi modò non ſit hæreticus, ſtolidus & ualetudinarius, iudicauit.

Nouitijs annum probationis cõcedendum, & poſtmodum ad ordinis profeſsionem recipiendum, dictauit.

Epiſcopis uiſitátib. Eccleſias interdixit, ne quis eorũ clericis eſſet grauis, quicquá ab illis exigendo, utq; non plures quàm 30. famulos ſecum ducat, archidiaconus uerò ſeptem tantùm. Omnino uerò canes uenaticos domi relinquant.

Vigilijs Apoſtolorũ eſſe ieiunandũ populo Chriſtiano pręcepit, præterquá in Ioannis, Philippi & Barnabæ, pro quib. diebus rogationum ieiunet. Chron. Aeditui.

Quoties princeps orbis alter in alterũ delinqueret, mulctam pecuniariá ad Romanum pontificem pertinere. Blondus decad. 2. lib. 6.

Sanciuit, canoniſationes ſanctorũ per ſummũ pontificé tantùm debere fieri. Ptolomæus Lucéſis in Rudiméto nouitiorũ.

Coniugiũ ſacerdotib. interdixit: quod ipſum certiſsimũ argumentũ eſt, miniſtrũ diaboli fuiſſe, ipſius etiam Pauli apoſtoli teſtimonio. Cumq; in Alſatia quidam nobiles id impiè factum dicerent, centũ eorum per ſuas creaturas, ſanguinarios epiſcopos, igne cremauit.

Angliæ regi Iohanni plurimũ fecit negocij, quòd ipſo inuito Stephanum Cantuarienſi ſedi per intruſionem præficeret, monachosq; 64. ad uarias proditiones in regem animaret. Contra eundé claue ligante nefariè abuſus eſt. Cum enim rex monſtrum illud Romanũ in ſua ditione pro libitu agere non permitteret (ita uti æquũ eſt fieri: quid enim Romano Antichriſto iuris in Anglos eſt? quantũ ſcilicet diabolo in regno cœlorũ) horribilem excitauit tragœdiam, ut regem publicum Eccleſiæ hoſtem iudicaret, à fidelium cõmunione excluderet, toti regno Angliæ per annos ſex & menſes tres ſacris interdiceret, regni adminiſtratione priuaret, ſubditos ab obediétia illius abſolueret, alieno, Francorum ſcilicet regis filio Ludouico, ipſius terras occupandas & poſsidendas traderet. Qua inaudita tyránide, ad quam Neronis aliorumq; ſceleratiſsimorũ crudelitas ludus iocusque meritò reputatur, tantũ effecit, ut rex Ioannes iureiurando ſe ei obſtringeret ſuo & poſterorum nomine, ſe in poſterum pontificis Romani fore beneficiarios, & ſic Hybernię & Anglię regna ipſi ſubiecit. Nauclerus uolumine 2. generat. 4. Atque tunc omnium primò Petrini, hoc eſt, denarij S. Petro dati, hiſce regnis impoſiti ſunt. Ioannes Maior libro 4. cap. 3. hiſtoriæ Scotorum, Balæus lib. 5. de Roman. pontif. actis.

In Laterano conciliũ coëgit anno 1215. prætextu recuperandæ Hieroſolymæ, in quo pleraq; blaſphema in Deum, ſeditioſa in Imperatoré, magno cũ exitio Eccleſiæ ordinauit, ut ſuo loco latius dicitur.

Officialium auariciam in Romana curia edicto retudit, ne quiſquam eorũ quicquam exigeret ab alieno, præterquá ſcribæ & bullatores, quibus itidem modum præfixit. Oſtiarios quoque à notariorum cameris amouit, ut liber eſſet aditus. Schedelius ætate 6.

Vniuerſis Eccleſijs, quæ Romæ erant, unicuilibet earum librá argenti dedit pro conficiendis calicibus: baſilicam D. Sixti reſtituit in integrum: altare B. Petri ornauit: eccleſiam B. Mariæ trans Tyberim ſolenniter dedicauit. Sic mortua tépla extruit, ipſius uerò Domini Eccleſiam diabolicè deſolauit, eoque ipſo deos coluit alienos. Turrim, quam Comitum uocant, non ſine nota ambitionis & expenſæ ſuperuacaneæ (ut Volaterranus loquitur libro 22. Anthropologiæ) excitauit. Sancti Spiritus hoſpitale extruxit, additis reditibus. Ibidem. Cardinales creauit 32. Onuph. Panuin.

Magna contentione Aſiaticis opem ferre noluit, & crucem cõtra Saracenos prædicari curauit. Plenam uerò peccatorum remiſsionem pollicebatur illis, qui pro ea recuperanda laborem ſubirent uel iuuarent. Contrà uerò anathemate notauit, quicunq; cruceſignatorum bona, quamdiu abeſſent, uel per uim inuaderent, uel ad uſuras perſoluendas ipſorum fideiuſſores adigerent. Deniq; debitores à iuraméto numerádi uſuras abſoluit. Vrſperg.

Albingenſes apud Toloſam per Dominicum cõpeſcuit, ut ſuprà expoſitum eſt, non ſpiritus gladio, ſed cruento Marte: ſiquidem omnibus, qui ad ipſorum internecionem arma accepiſſent, peccatorum remiſsionem pollicitus eſt. Platina: Robertus Gang. lib. 6. de rebus Francorum.

Damnauit abbatis Ioachimi libellum, quem contra Magiſtrum Sententiarum Petrum Lombardum edidit. In concilio Lateranenſi cap. 2. Itemq; Almericum Pa

riſienſem

tiſienſem damnauit, qui inter reliqua docuit, Nullum peccatum imputari conſtituto in charitate. Item affirmabat, quemlibet oportere credere, ſe eſſe Chriſti membrum, atq; id eſſe unum ex fidei articulis, ſine quo nemo animæ ſalutem conſequi poſſet. Ptolomæus Lucenſis, Platina. Erapud Pariſium igne tanquam hæreticum cremari mandauit. Funcius.

Pauperes etiam Lugdunenſes, & Iralos Humiles anathemate notauit, iuxra Auētinum lib. 7. Annalium Boiorum. Diuerſum dicir Nauclerus uolumine 2. generat. 40. quòd Humiliatorum ordinem, cum antea multis annis duraſſet, confirmarit.

Ordinem Cruciferorum poſtremo pontificatus anno in concilio Lateranēſi confirmauit, additis qnamplurimis immunitatibus & priuilegijs. Volaterranus lib. 21. Anthrop. Imò regulam quoq; ipſis compoſuit. Bergomenſis lib. 13.

Trinitatis ordines anno 1212. confirmauit Romæ. Hector Boet. lib. 13. Scot. biſtor.

Regulam Francіſci confirmauit: idem etiam de Dominici regula facturus fuerar, niſi morte fuiſſet præuentus.

Ordinē B. Auguſtini heremiticū primus ſub ſuam tutelam ſuſcepit. Ioānes Stella.

Mors.

Deniq; Peruſium irer faciēs, anno 1216. ad redigendos Genuenſes & Piſanos in gratiam, collectus eſt ad ſuum populum, 16. calend. Auguſti, ibiq́; ſepultus in S. Laurentij baſilica, anno ſui pōtificatus 18. menſe ſeptimo (alij quarto) die 16. Platina.

HONORIVS III.

Honorius eius nominis tertius, Cētius antea uocatus, patre Americo uel Almerico Romano, iuxta Blondum, ex illuſtri Sabellorum familia natus, eligitur à cardinalibus ſucceſſor Peruſij, anno 1216. qui eam electionem accelerare cogebantur, quòd cibi illis ſubtraherentur incluſis. Balæus.

Is iuuenis adhuc Iacinrhi Bubonis cardinalis cubicularius, fortè Ganymedes fuit: poſtea à Cœleſtino III. cardinalis & camerarius creatus eſt: deniq; eriā ab Innocentio anteceſſore diaconus cardinalis, iuxta Onuphrium lib. 2. Pecunias collatas ſolitus eſt inter purpuraros patres diſtribuere, cum camerarium ageret. Vrſpergenſis.

Opera eius.

Is Fridericum ſecundū creatum Imperatorem ſtarim cōfirmauit, & diademare regio ornauit in baſilica S. Petri, anno 1219. iuxta Palmerium. Ioannes de Oppido annum 1222. uel ſequentē ponit. Verùm pòſt rurſus diris deuouit, arq; Imperiali dignitate priuauit, ſubdiroſq́; a fide iuramenti, quo ſe ipſi obligauerant, abſoluit. Nauclerus uolum. 2. generat. 41. ne ſcilicet quicquam ab anreceſſorum moribus alienum faceret. Cauſſam refert fuiſſe bác Platina, quòd ditionem pontificiá uexaret: ſeu potius, quòd ſuum ius in Sicilia & Apulia legitimè occuparet. Neq; uerò id ſatis fuit, quin etiá rebellantes Imperatori in Thuſcia foueret, omniū ſcilicet ſeditioſorum anreſignanus. Barones à iureiurádo, quo Friderico obligati erant, abſoluit. Chronicō Martini Capellani, Cuſpinianus de Imperatoribus. Taoto odio in optimū Imperatorem Fridericū æſtuabat Honorius, ut cum Imperator peteret abſolutionem ab anathemate, ſe fore in poſterū ſub ipſius poteſtate, nihil tamen efficeret, ſed furijs agitatus papa, Iohannē Ieroſolymitanum cum ingenti exercitu mitterer in Reginaldum Friderici præfectum. Columnam itidem cardinalē in S. Germani præfectum Friderico militátem concitauit. Epirome rerum German. Iacobus Vvymph. cap. 35.

Ioannem Colūnam in Aſiam miſit, ſtatim poſt factam electionem, cum copijs, quas anteceſſor ad eá rē coegerat. Eiuſq́; autorirate pleriq; etiá principes Chriſtiani in Aſiam traieceriit, anno 1218. Ritius de regibus Ieroſolym. Hæc rēpore alieniore, quo ſacramenti religio obſtabat, quádoquidē inter Saracenos & Cbriſtianos pax confirmata erat, fiebant. Herold. lib. 3. ca. 11. continuatæ hiſtoriæ de bello ſacro.

Suaſor fuit Friderico ſecundo, ut Iohannis Ieroſolymæ regis filiá uxorē duceret. Cuſpinianus de Imperaroribus, Platina.

Petrum Altiſiodorenſem comirem Romæ coronauit in Conſtantinopolitanum Imperatorem, cum Iola coniuge, in baſilica S. Laurentij extra muros.

Eremitarum ordini mōtis Carmeli, anteceſſoris ſui exēplo patrocinatus eſt. Dominici prædicatoris regulam cōfirmauit. Auguſtinenſium quoq; & Minorirarum ordinem approbauit. Item ordinē de ualle Scholarium confirmauit. Iohannes de Oppido. Atq; hoc pacto non mediocrirer monaſticas ſuperſtitiones ſua autorirare promouit. Iohannes Srella.

Iohannem Ieroſolymorum regem ad ſe uenientē benignè ſuſcepit, atq; dooatum muneribus in Angliam remiſit. Stella.

Deos alienos extruēdis diuorū templis coluit. Nam baſilicas S. Laurētij extra muros, ad ſancta ſanctorū, S. Viuianę reſtituit. Ædes prętereа Caſæmarij ędificauit, ſemifornicem & ciborium B. Petri mirificè exornauit. Platina. Decretales epiſtolas cōpilauit. Idem.

Iodoctos ad ſacerdotiū non admittendos decreuit. Geniculationes in eleuatio-

ne panis Euchariſtici pręcepit. Ad ęgrotos Euchariſtiā deferendam habitu decēti & luminaribus accēſis mādauit, utq; ſemper Euchariſtia in tēplis capſulæ incluſa infirmorū cauſſa reſeruaretur. Diſtrictè prohibuit iudiciū candentis ferri & aquæ frigidæ, atq; alia eiuſdem generis: item ſortis uſum in electionibus. Ioan. de Oppido.

Si intra triennium maritus cum coniuge rem habere non poſſet, ſi id mulier fateretur, diuortium eſſe faciendum ſtatuit. Archiepiſcopis in ſuis diœceſibus indulgentias concedere permiſit. Ius ciuile in Pariſienſi gymnaſio legi uetuit. Balæus lib. 5. de Roman. pontif.

Cathanenſi epiſcopo Adamo in Scotia interfecto à ſuis ciuibus, immani crudelitate accēſus non quieuit, donec eorū quadringenti ſtrangulati, ipſorūq; liberis uirilia pręſciſa eſſent. Boetius lib. 13. hiſt. Scot.

Raimundum comitē Toloſanum hæreſeos damnauit, eiusq; terras Frācorum regi occupandas tradidit (cum tamen nullū in eas ius haberet) atq; etiā ritibus ſepulturę ſolēnibus ipſum priuauit. Balęus li. 5. de Roman. pontif. Prębēdas ex toto Anglię regno petijt, ut Balæus ex Matthæo Pariſio in citato loco refert. Sāctos plures confirmauit. Roluinck in Faſciculo tēporum. Cardinales creauit tredecim. Onuph. li. 2.

Obijt Honorius, ubi annis 10. menſibus ſeptē, diebus 13 præfuiſſet, anno ſalutiferi partus 1226. & ſepultus eſt in baſilica S. Mariæ maioris ad præſepe. Plat. Onuphrius mortis annum cōſtituit 1227. 3. Idus Maij.

GREGORIVS IX.

Gregorius nonus, natione Hernicus, Anagniæ ex Signiæ comitū familia natus, Innocentij tertij nepos, Hugolinus antea dictus, in Septizodio electus, Honorio ſucceſsit anno 1227. Platina. Chron. Æditui, item Martini atq; Palmerius annum 1226. gubernationis ipſius initiū ſtatuunt.

Eum Nocennius tertius primò capellanum, deinde diaconum cardinalē tituli S. Euſtachij, & tādem etiam epiſcopum cardinalem Oſtienſem & Veliternū fecerat. Onuphrius li. 2. de pōtificibus. Superbus & temerarius fuit, omniaq; ſibi licere exiſtimauit. Cuſpinianus de Imperatoribus. Mox enim poſtquam ad illud papale faſtigiū aſcendiſſet, ne quid Antichriſto, cuius perſonam gerebat, alienū faceret, ſententiam ſui anteceſſoris in Fridericum Imperatorem ratam habuit. Platina. Imò crudeliore animo, quàm anteceſſor, in ipſum deſæuijt, ut Balæus ex Mario citat. Enimuerò ipſū accuſare cœpit, quòd uoto Ieroſolymitanæ peregrinationis nō ſatisfaceret: eáq; ob cauſſam, nec auditū nec conuictū diris deuouet. Etſi uerò legatos ad dicēdam cauſſam mitteret Imperator, tamē illos in conſpectū ſuū neq; uenire, neq; audire uoluit. Vrſperg. Cuſpinianus de Imperatoribus, Balęus lib. 5. de Roman. pontif.

Neq; hoc ſatis fuit, uerùm etiā rebelles Imperatoris Ioannem Hieroſolymitanū, Thuſciæq; comites, atque alios principes ad laceſſendū ipſum excitauit. Imperator ut ſuis rebus cōſuleret, Rauennę conuentum quorundā principum indixit, qui dicto audiētes eò properāt. Verùm iuſſu Satanisſimi iter ipſorū intercipitur, atq; cruce ſignati, qui ad Hieroſolymitanā profectionē parati erant, omni uiatico ſpoliantur. Hiſce artibus pōtificijs optimus Imperatoris animus fractus, beluā iſtam mitigare ſtudet, Ieroſolymāq; iter facit. Imperatore hoc pacto in Aſia bellis gerēdis occupato, Gregorius ſuum quęrit cōpendium, Apuliamq; ſibi ſubijcit. Signatos cruce milites trāsfretare prohibet, omnesq; Apulia atq; Longobardia expellit. In Aſiā ad exercitum Friderici dat literas, quibus militem hortatur, ut ſibi à Friderico caueant. Cuſpinianus de Imperatoribus, Platina, Balæus lib. 5. de Roman. pontificibus.

Interim Fridericus Ieroſolymā, Ioppen, Nazareth recuperat, & cū Soldano decennales paciſcitur inducias, eiuſque rei nunciū cum literis ad pontificē ablegat. Pontifex literas contēnit, atq; nuncios interfici iubet, ne ſcilicet res præclarè geſtæ uulgo per eos innoteſcerēt. Imperatorem diem ſuum obijſſe in Aſia ebuccinat, ſimulq; ad Soldanum ſcribit, ne unquam Imperatori terram ſanctam reddat. O' ſanctum Petri uicarium, dignum qui principis dæmoniorum uices in terris agat. Cuſpinianus.

Hæc ubi Imperator accepiſſet, in Italiā reuertitur, ac pontificium militem ex Apulia eijcit. Rurſum pōtifex anathema in Imperatorē eiaculatur. Quæ ſit cauſſa rogas? Quia nō ſinit Romanū auriſugā pro libitu ſibi Apuliam ſubijcere. Pōtifex cum Lōgobardis & Thuſcis cōtra Imperatorē nefariè cōſpirat, eo ſcilicet prætextu, quòd cū Soldaño fœdus feciſſet. Cuſp. Balęus ibid.

Ea res ubi ad plurimorū perniciem ſpectare uideretur, principū quorundā interceſsione cōponitur, & Imperator abſolutionem à pontifice centū millibus auri uncijs redimit & impetrat Anagnię. Platina. Gratis ſcilicet dās, quod gratis acceperat, ut talem Chriſti uicariū decet. Neq; uerò etiam tāta pecuniæ ui fauorem redimere potuit: ſed Germanię principibus per nūcios mandauit, Imperatore eò iter faciēte, ne quenquā ex domo eius Romanū regē decernerent. Cōſpirauit pręterea cū multis Italiæ

tis Italiæ

tis Italię principibus,ut planè regno Imperatoré exueret. Verùm Imperator diuino auxilio rebelles ſubegit,multaq́; à pontificibus ſceleratè ablata Imperio reſtituit.

Rurſus filius maledictionis ad diras & anathematis fulmen receptum habet,tanquam ad unicam ſacram anchoram , atq; Imperatorem execratur. Quod ubi Imperatori,qui Patauij tũ erat,nunciaretur,publicè Petrũ de Vineis de anathemate & Romana Eccleſia cõcionari uoluit:in qua ſcelera Romaniſtarũ ita detecta fuere , ut Imperator pontifici ſcriberet:

Roma diu titubans,longis erroribus acta
Corruet,& mundi deſinet eſſe caput.

Cuſpinianus, Balæus lib.5.de Romanorũ pontificum actis ex Mario.

Cùm interceſsione Btennæ Fridericus Gregorio eſſet reconciliatus, atq; Imperator Romam ueniſſet,põtifex de fœlici acceſſu ipſi gratulans,ſimul pedem exoſculandum exhibet. Imperator in genua prouolutus,ceu errore lapſus,uix ſupremis labijs Sataniſsimi ſordidos pedes baſiauit: qua re ita itritatus eſt ſupetbiſsimus pontifex,ut nunquam eius rei obliuiſceretur. Continuator belli ſacri lib.3.cap.10.

Cum Romani penè omnes, deſerto põtifice,ab Imperatoris ſtarent partibus, ſupplicationes inſtituit, & Apoſtolorũ capita circũferri iuſsit, atq; in baſilica Petri conſcenſo ambone orationẽ commiſerationũ plenam ad populũ habuit, permouitq́; ut cruce ſignarentur. Roluinck in Faſciculo temporũ,Cuſpinianus de Imperatoribus.

Hannibalem ſenatotem Romanum loco mouit.Platina.

Romanã urbem exornauit:cloacas ueteres eliminauit,nouasq́; extruxit.Ibid.

Venetos & Genuenſes diſcordes conciliauit.Ibid.

Polonos aduerſus Prutenos adhuc gentiles inflammauit,& in Germania crucem cõtra Ptutenos prædicari curauit. Nauclerus uolum.2.gener.41. Robert.Gang.li.9. Guelphorũ & Gibillinorum factiones in Italia excitauit & fouit,quæ horribilis laniemæ,multarumq́; cædium cauſſa extitere.Ibid.Balæus ex Matthæo Pariſio.

Primicerio in æde diui Marci Venetijs mytræ & baculi paſtoralis uſum ceremoniarũ hora conceſsit,quòd egregiã contra Ecelinum pontifici operam nauaſſent Veneti.Paulus Iuſtinian.lib.3.rerum Venet.

Diſpẽſauit de nuptijs Friderici & ſororis regis Anglię,cũ alioquì gradus affinitatis impedimẽto eſſet.Blond.decad.2.li.7.

Fœdus inter Crucigeros & Conradum ducem Maſouię approbauit & confirmauit.Crom.lib.7.de rebus Polonorum.

Eius hortatu Ludouicus rex Frãciæ reliquias Albingenſium apud Auinionenſes ad meliorem mentem reduxit,anno 1227. Polyd.Verg.lib.16.Ang.hiſt.

Paſſagerios , Paſſagenos , Paternos uel Paterninos,itẽ Patalonarchitas hæreticos in bulla Cœnę Dominicę excõmunicauit. Sebaſt.Franc.3.parte Chron.de hæreſib.

Ioanni Hieroſolymitano,Rauennę exarchatum , Galliæq́; togatæ partem conceſsit.Ritius de reg.Ieroſolym.

Decretalium opus à Raymundo Hiſpano prædicatorum ordinis congeſtum approbauit & publicauit. Chronic. Martini Capel.Sched.ætate 6.

Dominicum, Frãciſcum, Antonium Paduanum,Elizabetham Hungarię regis filiam canoniſauit, interq́; ſanctos ſuæ Eccleſiæ retulit.Platina,Stella.

Carmelitis , præter aſinos maſculos, & aliquod animalium & uolucrũ nutrimentum, lac ſcilicet & oua,admiſit : cætera,ut hoſtiatim peterent,præcepit.Balæus.

Ne presbyteri filius eam coniugẽ duceret,quã pater baptiſauerat, interdixit. Ne etiã laici prædicare populo præſumerent, ꝓhibuit. Vt homines iumẽtaq́; Dñicis diebus ab omni labore immunes eſsẽt,niſi neceſsitas extrema id efflagitaret,decreuit.

Vt interdicti tẽpore ſacerdos ſubmiſſa uoce ſemel in hebdomada pani Euchariſtiæ in templo clauſis ianuis benedicat,atque morituris pœnitẽtibus diſtribuat,ſtatuit.Chron.Æditui.

Iudęis immunitatẽ Chriſtianis regibus inuitis cõceſsit,quã ſcil.auro redemerãt.

Suos quoq; uſurarios poſt legatos pro euacuandis loculis in Angliam miſit.

Ne quis præter unum haberet ſacerdotium,mandauit.

Omnium prouentuum Eccleſiarum in Anglia quintã partẽ,in inferiori uerò Germania uiceſimam per legatos poſtulauit.

Antiphonã plenam contumelijs & blaſphemijs in Chriſtũ, cuius initium eſt,Salue regina,in templis canẽdam , pulſumq́; campanæ cum canitur,& ad Angelicæ ſalutationis recitationem inſtituit.

Ad eleuationem panis Euchariſtici tintinnabulum addidit.

Cõſuetudinem, qua quis ad peccandũ inducitur,nullam ualere decreuit.Balęus.

Cardinales creauit numero decẽ. Onuphrius li.2.de pont.& cardinalib.creatis.

Cõciliũ Romæ indixit cõtra Fridericũ Imperatorẽ, ſub cuius initium in publica proceſsione Apoſtolorũ capita (quæ Romæ ſe habere fingũt)circumferri iuſsit,ut hoc pacto heroicũ eius animum frãgeret. Verùm Imperator pueriles iſtas ineptias contem-

contemnẽs, omnes uias ad iſtud impiorũ conciliũ tendẽtibus præcluſit: aliquot cardinales atq; prælatos cepit, ac carceribus, uti digni erant, mãcipauit: quoſdã eorum ſubmerſit, quoſdã de patibulis ſuſpendit. Platina, Balæus. Italiam in ſua obtinuit poteſtate: quæ res tantum pontifici dolorem attulit, ut in deſperationẽ incideret, atq; tandẽ moreretur, anno 1241. cùm annis 14. mẽſibusq; tribus fideliter inſeruierat. Balæus in actis Roman. pontificum.

COELESTINVS IIII.

Cœleſtinus quartus, Ganfridus antea dictus, patria Mediolanenſis, è Ceſtilionũ familia oriũdus, Sabinẽſis epiſcopus, doctus & in multã iam progreſſus ætatẽ, ſuccedit Gregorio 9. Annũ quo ſucceſsit, non eodẽ modo numerãt autores. Palmerius annũ 1240. Chron. manuſcriptũ 1239. alij annũ 1241. Is etſi in Fridericum dira moliebatur, nõ potuit tamẽ ea perficere quæ animum induxerat, ob uitę breuitatẽ. Nauclerus cõtrariũ dicit, magnã ipſum de ſe concitaſſe ſpẽ pacis inſtaurãdæ: uol. 2. gener. 42. Fridericũ perſuaſit, ut cõtra Mauros exercitũ duceret. Bergom. lib. 13. Sedit tantùm diebus 18. (Ritius 22. ſediſſe eũ refert. Ioannes Baptiſta Egnatius intra 12. diẽ obijſſe eum dicit, itemq; Sabellicus) ueneno, ut fertur, ſublatus tẽpeſtiuè è medio. Huius dictum erat, quo uti ſolitus eſt crebrò: Difficilius eſſe in reb. ſecũdis, q̃ in aduerſis, eſſe moderatũ. Sepultus eſt in baſilica Petri. Ioannes Stella, Platina, Balæus in actis Rom. pont.

INNOCENTIVS IIII.

Cœleſtino extincto, peſtilens illa ſedes uacàuit menſib. 21. Interpontificiũ autores uocant, idq; hac occaſione. Fridericus Imperator aliquot cardinales ad conciliũ Lateranenſe ituros ceperat, atq; in uincula cõiecerat, eosq; ad illud uſq; tẽpus in carcere Amalphitano detinebat. Sched. ętate 6. Quapropter uiri autoritate tũ ualentes cenſuere, neminem in ſucceſſorem eligendum, quãdiu illi detinerentur. Verùm Balduini Conſtantinopolitani & Raymundi Toloſani comitis interceſsione iſti liberãtur: qui mox Anagniæ cõnenientes, de ſuceſſore creãdo conſilia ineũt. Platina. Sic igitur tandẽ Innocentiũ quartũ, Genuenſem, ex Fliſca uel Fuſcha gẽte & Lauaniæ comitib. oriundũ, prius Synebaldũ, uel etiã Leonẽ iuxta Vrſperg. Paralipomena dictũ, S. Laurẽtij in Lucina presbyterũ cardinalẽ, pontificẽ creant Anagniæ, anno 1243.

Scripta eius.

Scripſit de poteſtate eccleſiaſtica contra Petrum de Vineis, lib. 1.

Apparatum ſuper decretalibus, lib. 5.

Commẽtarios in uetus Teſtamentum, ſecundum Erphurdienſem.

Regulam Clariſſarum, lib. 1.

Autenticas quoq;, lib. 1.

Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Et alia quædam. Trith. de ſcript. eccleſ.

Opera eius.

Is ex optimo & ſummo Imperatoris amico hoſtis eius factus eſt acerrimus: id quod Fridericus prædixit futurũ, cum nũciaretur Synebaldum põtificem creatum. Blond. decad. 2. lib. 7. Nam ſtatim poſt electionem noctu Roma profectus aduerſo Rhodano Genuẽſium adiutus ope, anno 1245. Lugdunũ uenit, ubi conciliũ indicit, atq; pro cõcione illemet ipſe citat Fridericum. Et quãuis Imperator per legatũ dilationẽ ad tempus opportunũ ſibi dari peteret, quo uenire Lugdunũ poſſet, ſurdo tamẽ fabulã narrauit. Nocentius enim in furorẽ uerſus, primùm ſuos amicos & cõſanguineos, Parma deſerta, Placentiã, relictis rebus omnibus, proficiſci iubet: illisq; iã in tuto cõſtitutis, Imperatorem à cœtu Eccleſiæ, ipſo die Iacobi excludit tanquam anathema, magiſtratum ipſi abrogat, principes ab homagio abſoluit: utq; alium eius loco eligant, hortatur. Qui ſecus faciat, ei diras & execrationes interminatur. Cranzius lib. 8. cap. 12. Metropoleos.

Tetra uerò mendacia in optimum Imperatorem cõfingit, ut ſacrilegium, periurium, quorundam clericorum captiuitatem, & eius generis alia pleraq;. Sic ſcilicet ſui prędeceſſoris, cuius ſe ſucceſſorem falsò iactitat, Petri Apoſtoli præceptum implet, quo iubet regem honore afficere.

Vt electores principes Heinricũ Thuringiæ Landgrauium, & pòſt etiam Guilhelmum Hollandię comitẽ, ei ſubrogarẽt, ſedulò egit, ne ſcilicet ulla quies Germanię daretur. Iacobus Vimph. in Epitome rerũ Germanicarũ, Chron. Martini Capellani. Ipſum etiam Soltanum Ægypti à familiaritate Imperatoris conatus eſt auertere, ut Cranzius lib. 8. ca. 14. Metropoleos habet.

Nec hiſce ſceleribus contentus, aliud quippiã multò maius addit. Nã per quendam largitione corruptum, Imperatori uenenum porrexit: quem poſtea decumbentem grauiter, Mãfredus ex illegitimo concubitu Imperatori natus, puluino ſuffocauit, fortè à Nocentio illo pecunia aut pollicitationibus corruptus. Balæus libro 6. de Romanis pontificibus ex Mario.

Quintam partem redituum ab Eccleſijs accepit homo auri cupidus. Cranzius lib. 8. cap. 12. Metropoleos.

Plurimos ut militatum in Aſiam irent, duce Ludouico Francorum rege, per pręcones perſuaſit. Platina.

Con-

Conſtituit in eodem concilio, ut cardinales rubris galeris ac pallijs uterentur, & equis phaleratis per urbẽ ueherentur, ſcilicet honeſtãdi ordinis cauſſa. Platina. uel potius ut meretrici illi & beſtię coccineæ, purpura & coccino indutæ, Apocal. 17. per omnia reſponderent, ut Balæus loquitur.

Imperatorem à papa loco moueri poſſe decreuit.

Octauas natiuitatis Marię celebrari mãdauit. Platina.

Iudicem in excommunicando non ſeruantem iuris ordinem, per mẽſem ſuſpendendum eſſe decreuit. Chron. Martini.

Mendicantes fraterculos plurimum dilexit, ita ut aliquot ex Dominicanis ad prælaturas eueheret: Frãciſcano uerò monacho confeſſore uteretur. Carmelitas ab eremis ad urbes pertraxit, panemq́; mẽdicare eos edocuit, quorum etiam regulam confirmauit: utq́; publicè prædicaret, confeſsiones audirent, non ſecus ut reliquis mendicãtibus, ita his quoq; conceſsit. Deniq; oẽs mendicãtes à regũ iuriſdictione & epiſcoporũ authoritate liberauit. Bal.

Cruciferis etiam Lugduni Regulã conſcripſit, in qua dicitur, ut ſemper crucem (ô rẽ arduã, quã nebulo quiſquã turpiſsimus facere poſſet) manibus gererẽt: & priuilegia dedit, à quo tẽpore nõ parũ iſte ordo creuit. Roluinck in Faſciculo tẽporum.

In ſanctorum pontificiorum numerum retulit Eadmundum Cantuarienſem, Stanislaum Cracouienſem, & Petrum Veronenſem. Chronicon Martini Capellani.

Legatos miſit Dominicanos quoſdam fraterculos ad Tartaros, ut his quaſi noctuis, genti feræ & barbaræ obiectis, eos caperet ſibiq́; ſubijceret.

Spurios ſuſcepit quamplurimos, quos ſanctus pater religionis cauſſa ſolitus eſt ſuos nepotes uocitare.

Hẽrico tertio Anglorũ regi utriuſq; Siciliæ regnũ uendendũ obtulit ad uſum Eadmũdi filij ſui, Conradino adhuc uiuente.

Anglorũ Eccleſias per ſuos legatos exactionibus prorſus intolerabilib. uexauit.

In clero pro aureis nũmis omne luxuriarũ genus defẽdit, in ſpurijs uerò turpiora.

Cardinales quatuordecim uel quindecim creauit. Onuph. lib. 2. atq; etiam locã uacua ex diuerſis mundi partibus repleuit ſtatim ſub ſui põtificatus initium. Ptolomæus Lucenſis.

Æs alienum, quod anteceſſores contraxerant longo tempore, ſua induſtria perſoluit. Vincent. lib. 30. cap. 152.

Mors eius.

Subitanea morte, plenus in Mãfredum ira & indignatione, oppreſſus dicitur Neapoli, anno 1253. menſe Ianuario, cum altos ſpiritus gereret ſe toto Siciliæ regno potiturũ. Cuſpinianus de Imperatoribus. Siquidem cum magno eoq; ad bellũ inſtructo exercitu Apuliam erat ingreſſus, nono anno poſtquam Lugduni primùm conſederat. Blond. lib. 7. decad. 2. Ritius li. 2. de regibus Sicilię. Ea nocte, qua deo ſuo ſpiritũ tradidit, uox in curia papæ audita eſt: Veni miſer in iudicium Dei, ut Balæus in actis pontificum Romanorum ex Ceſtrienſi refert, & quòd ſequenti die in lecto ſit repertus exanimis, & liuida in eo plaga. Sepultus Neapoli eſt in baſilica S. Laurentij, cum annis 11. menſibus duobus, diebus duodecim in illa cathedra ſediſſet. Continuator Vincentij lib. 31. Balæus lib. 6. de actis Roman. pontif.

ALEXANDER IIII.

Poſt Innocẽtium ſedes illa biennio uacauit: quo elapſo, Alexander quartus, Rainaldus antea dictus, natione Cãpanus, patria Anagninus, ex Signiæ comitũ familia oriũdus, Gregorij noni nepos, ex Hoſtienſi cardinali ſit Romanus pontifex, anno 1256. Platina, Balæus. Alij annum quo primùm creatus pontifex eſt, numerãt 1254.

Scripta.

Decretales epiſtolas edidit, & alia quædam. Bergom. lib. 13.

Opera eius.

Nihil bono paſtore dignum egit, omnia uerò Antichriſto digniſsima. Ecelinum enim de Runcano, & Manfredũ Siciliæ regem bello perſecutus eſt, egregiè ſcilicet ſanctiſsimus Chriſti uicarius Chriſto obtẽperãs, qui dicit: Vos autẽ non ſic. Etſi enim primùm callidè Manfredum admoneret, ne quid in Eccleſiæ dignitatẽ moliretur, id quod papaliter intelligendũ eſt, ne ſcilicet Siciliæ regnum, quod anteceſſor affectarat, ſibi & cardinalibus eriperet: interim tamen copias inſtruxit, quas Manfredo opponeret. Eas ubi Manfredus profligaſſet, ad diras & maledicta conuertitur, atq; Manfredum ex Eccleſiæ cœtu excludit per excommunicationem Anagniæ: quam tamen is nihili faciẽs, legatum pontificium Octauianum grauiſsimis cladibus affecit. Vincentij Continuator lib. 31.

Brixiã prędicatores ex Franciſcanis miſit, qui perſuaſerunt populũ, ut Guelphos extorres reciperent, & pontificias partes ſequerentur. Balæus de actis Rom. pont.

Libellos à doctiſsimo uiro Guilhelmo de S. Amore cõtra fictã paupertatẽ mendicantiũ eruditè ſcriptos, perpetuo edicto aboleuit: ſiquidẽ ille affirmabat (teſte Platina) iſtos pauperes, religioni deditos, eleemoſynis uictitãtes, nõ eſſe in ſtatu ſalutis.

Com-

Combuſsit libellum, Romana curia aſpiciente, cui autor nomen indiderat Æterni Euangelij. Platina, Balæus.

Figmentum monaſticum de Franciſci ſtigmatibus ſua autoritate confirmauit, ita quidem, ut ea ſe uidiſſe conſtanter affirmarit. Chron. manuſcriptum.

Per Ruſtâdum legatum anno 1255. decimas in Anglia, Scotia, Hybernia, cōtra Mâfredum collegit. Poſt hunc alios in Angliā legatos miſit ex Minoritarum familia, qui pro pecunijs quoſcunq; abſoluebant, falſidicos, periuros, ueneficos, Sodomitas, omnesq́; huius farinæ homines: atq; hiſce artificijs ingentem pecuniæ uim iſthinc abſtulit. Bal. lib. 6. de Rom. pontif. ex Pariſio.

Vtriq; Alexander, & Alphonſo Hiſpaniarum regi, & Ricardo Cornubiæ duci, pecunia ab utroq; corruptus, Imperij dignitatē ſimul procurauit. Eam auaritiam quidam taxans ſcripſit:

Nummus ait, pro me: nubit Cornubia Romæ.

Plurimos ex Decretiſtis & Fraterculis ad cardinalitios honores euexit.

S. Agnetis templum teſtudineum extruxit, quod antea Baccho ſacrum fuit, ac D. Conſtantiæ dedicauit, altareq́; ſuis manibus conſecrauit. Platina.

Eremitarum unionem à ſuo prædeceſſore inchoatam ardēter perfecit, illuſione diabolica deceptus, qua ſe in ſomnis D. Auguſtinum uidiſſe credebat. Voluit eos relictis eremis urbes incolere, docere publicè, & confeſsiones audire. Addidit inſuper ipſis plurima priuilegia, exemptiones & indulgentias. Vincentij Continuator lib. 31. Balæus lib. 6. Roman. pontif.

Mendicantiū ordines literis celebrauit.

Ne quem ad ordinis profeſsionem ante finitum probationis annum admitterent, interdixit.

Carmelitis bullas conceſsit ſedecim.

Claram, Franciſci diſcipulam, inter ſuæ Eccleſiæ ſanctos retulit. Platina, Balęus libro 6. de Roman. pontif.

Cardinales creauit octo plus minus. Onuph. li. 2. de pontific. & cardinal. creatis.

Mors eius.

Viterbij tandem inter Genuēſes & Venetos tranſacturus, cum omnia ipſi ex ſententia non ſuccederent, animi tędio moritur, anno 1262. cùm annis 6. totidēq́; menſibus pręfuiſſet. ubi & ſepultus iacet in æde D. Laurentij. Stella, Platina, Balæus.

VRBANVS IIII.

Vrbanus quartus, antea Pâtaleo dictus, natione Gallus, humili proſapia natus, ex patre ſcilicet ſutorio ueteramētario in urbe Trecenſi, Alexâdro ſuccedit anno 1262. cum illa ſedes 4. mēſibus & diebus tribus uacaſſet ab Alexâdri obitu. Patriarchā antè Hieroſolymis egerat, quàm ad illam ſedē aſcenderet. Cōtinuator Vincētij lib. 31.

Opera eius.

Vtriuſq; gladij adminiſtrator ſtrenuus fuit, œcumenicus Chriſti uicarius. Nā ſtatim poſtquam ad illam ſedem aſcēdiſſet, militem cruce ſignatum precibus & pollicitationibus per S. Clemētis cardinalem ex Gallia contra Mâfredum euocat, & ne qua fortè mora interueniret, Ludouicū regem orat, ut Carolū cōſobrinum & generum ſuum mittat, quē utriuſq; Siciliæ regem denominauit. Blond. lib. 8. decad. 2.

Oppreſſo Manfredo, regna Siciliæ Calabriæq́; atq; Apuliæ ducatum, tanquam uaſallus & feudi dominus Carolo tradidit, quæ res horribilis lanienæ multarum cædium cauſſa fuit. O' pacificum Chriſti uicarium.

Feſtum corporis Chriſti (ut uocāt) quinta feria poſt Trinitatis rogatu Thomæ Aquinatis celebrâdum inſtituit, cum proceſsionibus & octauis, additis ſimul emētitis indulgentijs: atq; ſic horribilis idolomaniæ autor fuit, & Iſrael amplius adhuc peccare fecit.

Guelphorum & Gibellinorū factiones fouit, quæ res multis per Italiā exitio fuit. Platina pontificius ſcriptor dicit, Pontificem illos ad concordiam fuiſſe adhortatum. Verùm alij diuerſum teſtantur.

Ludouico Galliæ regi autor fuit, ut exercitum aduerſus Saracenos duceret.

Mendicâtium ordinibus priuilegia dedit. Bergomenſis lib. 13.

Cum aliquando ipſi obijceretur, quòd natus eſſet loco humili, dixit, Nobilem uirum non naſci, ſed fieri, uirtutis & nobilitatis eſſe. Continuator Vincentij lib. 31. Balæus de Roman. pontificum actis lib. 6.

Cardinales creauit duodecim, iuxta Onuphrium lib. 2. de Roman. pontif. & cardinalibus creatis.

Mors eius.

Ad extremum Peruſij anno 1265. in magnatum rerum conatu moritur mœrore, cum non cuncta ex animi ſentētia ipſi ſuccederēt, cùm annis tribus, menſe uno præfuiſſet. Balæus ibid. Stella. Sepultus Peruſij eſt in fano D. Laurētij. Bergom. li. 13.

CLEMENS IIII.

Extincto Vrbano quarto, ſedes illa menſibus quinq; uacauit, quòd non ita ſtatim aliquis ſcelsratiſsimus occurreret, qui ea dignus uideretur. Tâdem Clemens quartus, antè dictus Guido Fulcadius, ſubrogatur Peruſij, anno 1265. Martinus Polonus annum 1268. eius gubernationis initium conſtituit.

Patria

Patria Narbonenſis ille erat, ex uilla S. Ægidij oriundus,atq; aliquandiu conſiſtorialem aduocatũ (erat enim iuriſperitus) in Francia egerat. Cum uxore in coniugio uixerat aliquandiu, ut ex ea filias duas & filium unum ſuſciperet. Ea mortua, paulatim ad maiores aſcendit dignitates,ut ſcilicet ex Podienſi epiſcopo fieret Narbonẽſis archiepiſcopus, poſtea Sabinenſis cardinalis, deniq; Romanus Antichriſtus. Bergomenſis lib.13.

Electus in pontificem, monaſtico habitu,inſidias ueritus, indutus, Peruſiũ uenit (aberat enim in Anglia,quò legatus fuerat ab anteceſſore miſſus) unde p cardinales Viterbiũ honorificè perductus eſt. Platina.

Opera eius.

Anteceſſoris ſui ueſtigijs gnauiter inſiſtens,Carolum Andegauiæ comitem cum exercitu contra Manfredum uocat, & poſtea regem Siciliæ & Hieroſolymæ illũ declarat, hac tamen lege, ut Romanæ curiæ quotannis quadraginta millia aureorum nummũm perſolueret,nec Romanum Imperium etiam ultrò oblatum reciperet.Platina,Nauclerus uolum.2.generat.43.

Prodidit nefariè Conradinũ Siciliæ regis Conradi filium, cum is paternũ regnũ repeteret.Cum enim Conradinus cũ Germano milite Viterbienſem agrum tranſiret,ſanguinarius ille Clemens,qui ibi tum aderat,dixiſſe fertur: Hæ opimæ uictimæ ad aras ducuntur.id quod euentus etiam comprobauit. Platina. Nam captis prope Neapolim Conradino & Friderico Auſtriaco,uterq; huius crudelis belluæ iuſſu gladio percuſſus eſt. Paralipomena Vrſpergẽſis,Balæus lib.6. Paulus Æmylius lib.7.de geſtis Francorum.

Pacem fecit inter Henricum Angliæ regem, & Simonem Montisfortis comitem. Similiter inter Florentinos & Senenſes, cæterosq; Italiæ populos tranſegit,& poſtea, quoad uixit,in officio eos continuit. Stella.

Heduuigem Polonicam interpõtificios ſanctos retulit Viterbij. Chronicõ Martini Capellani,Rolninck in Faſciculo tẽporũ.

Decimas à Chriſtiana plebe ſibi dari uoluit:ideoq; ab eo Iohannes Teutonicus ad generale concilium prouocat.Paralip.Vrſperg.Auentinus lib.7.annalium Boiorũ.

Vigilijs, battologijs,ieiunijs, alijsq; electicijs operibus ſtrenuè inuigilauit. Stella.

Filiam, quam ex coniuge, uti diximus, ſuſceperat,monaſterio incluſit, alterã cuipiã uiro elocauit,utriq; dotis loco aliquid dans.Platina.

Nepotem (ſeu potius ſpurium) tria eccleſiaſtica beneficia poſsidentem,compulit,ut duobus abdicatis,unicum tantùm retineret.Inſtantibus uerò amicis,ut non ſolùm ea nepoti relinqueret, uerùm etiã plura adderet,reſpondit, ſe magis Deo quàm carni & ſanguini uinctum, nec dignũ eſſe ſucceſſorem Petri,plura cognationi quàm Chriſto tribuere. Continuator Vincentij. Bonauenturam minoritam admodum dilexit.Platina.

Mors eius.

Cum igitur annis 3.menſibus 9.diebus 21.præfuiſſet,colligitur ad ſuos prædeceſſores,anno 1270. Viterbij, & apud Dominicanos ſepultus eſt.Stella,Platina,Balæus lib. 6. Onuphrius mortis annum conſtituit 1268.lib.2.de põtif.& cardinalibus creatis.

GREGORIVS X.

Poſt Clementem quartum ſublatum è medio , papalis ſedes uacauit toto biẽnio, eò quòd cardinales de ſucceſſore eligẽdo conuenire non poterant. Tandem igitur Gregorius eius nominis decimus, antea Theobaldus dictus, denominatur põtifex Viterbij,quò ex Aſiana peregrinatione aduenerat, anno 1272. Erat is natione Italus, & patria Placentinus, ex uicecomitum nobili familia oriundus,quæ paulo antè Mediolano pulſa fuerat.

Archidiaconum Laudenſem uel Leodienſem egerat aliquandiu, de quo Ioannes Portuenſis hos uerſus cecinit:

Papatus munus tulit archidiaconus unus,
Quem patrem patrum fecit diſcordia fratrum.

Stella.

Opera eius.

Pacem inter Genuenſes & Venetos fecit. Florentinis,quòd Romanæ ſedis oppida uexarent, & Gibellinos eiecerant, ſacris omnĩq; belli iure interdixit. Volaterranus lib.22.Anthropologiæ.

Lugduni concilium indixit anno 1273. cui Philippus Francorum rex, alijq; tum Græci, tum Galli, tum Angli uiri docti & nobiles interfuerunt. In eo parum de repurganda doctrina,atq; eliminandis erroribus fuit ſolicitus:ſed talia ordinauit,quæ ad iſtius ſedis emolumentum ſpectare uidebantur,more præceſſorum.Vnum enim noris,omnes noueris.Sancit etenim,defuncto pontifice cardinales ſine cibi & potus uſu conclaui includendos tamdiu, donec unanimiter alium denominaſſent ſucceſſorem.

Michaelem Palæologum Conſtantinopolitanum in Romanæ Eccleſiæ ſententiã de proceſsione Spiritus ſancti pertraxit. Eius etiã autoritate quidã Tartarorũ proceres moti, baptiſma acceperunt. Platina.

Ordinationem quinq; epiſcoporũ cardinalium fecit; utq; ad honeſtos homines

id munus deferretur,pręcepit.Chronicon Martini Capellani.

Mirabili aſtucia plurima in commodū raſorum ſanciuit, ut ſuo loco clarius dicitur: itemq; pro ſubſidio terræ ſanctæ.

Plurimi tam reges quàm comites cruce ſignari,Hieroſolymam uerſus iter inſtitue baut.Hos ſe coràm ibi uiſitaturum,callidè pollicebatur.Balæus lib.6.de Romanis pōtificibus.

Mendicantes fraterculos ad prælaturas euexit.Ex Bonauentura cardinalem Albanenſem,ex Petro de Tarentaſia Lugdunēſem archiepiſcopum fecit.

Rodulphi Imperatoris electionem ratā habuit: atq; Alphonſum, qui largitione & muneribus Imperiū ambiuerat,blandicijs demulcebat.Blōdus lib.8.decad.2.Balęus.

Cardinales creauit numero quinq;. Onuphrius lib.2.de pontificibus & cardinalibus creatis.

Ex concilio Romam ire inſtituit:uerùm in Arerio morte præuentus, nunquam aut uidit aut peruenit Romam pontifex. Rogatus ut Florentinos interdicto eximeret (nam ad mœnia eorū propius acceſſerat) facere id renuit. Obijt anno 1275.ubi ſedē peſtilentiæ occupaſſet annis quatuor, & menſibus duobus, diebus decem. Onuphrius quatuor numerat menſes.Sepultus eſt in Lateranēſi baſilica.Balæus lib.6.Mortuum nugantur miraculosè egiſſe multa. Stella.

INNOCENTIVS V.

Innocentius quintus,natione Burgundus,antea Petrus de Tarentaſia dictus,Aretij ſucceſſor Gregorij à cardinalibus creatur,anno 1275.Onuphrius ſequentem annum numerat.

Fuerat unus ex Dominicanis fraterculis,& Pariſijs docendo,ſcribendo & prædicādo in precio extiterat. Continuator Vincentij lib.31. A Gregorio decimo archiepiſcopus Lugdunenſis primùm,deinde etiam Hoſtienſis cardinalis conſtitutus fuerat,atq; ſummus eius pœnitentiarius. Electus in pontificem,ſtatim Romā contēdit, ibiq; in S.Petri baſilica coronatur.Platina, Balæus lib.6.

Scripta eius.

Scripſit ſuper 5.libros Moſi Poſtillas.
Super Lucam.
Super omnes Pauli epiſtolas.
Super quatuor libros ſententiarum.
In pſalmos, lib.1.
In Cantica canticorum, lib.1.
Epitomen operum Thomæ Aquinatis.
De unitate formarum.
De materia cœli.
De æternitate mundi.
De intellectu & uoluntate.

Erphurdienſis cap.95.Trithemius de ſcriptoribus eccleſiaſticis, Volaterranus lib. 21.Anthropologiæ.

Opera eius.

Ad Italiæ motus ſedandos ſtatim poſt electionem adiecit animum. Itaq; magnæ autoritatis uiros miſit, qui Hetruſcos in Piſanorum perniciem conſpirantes, ad mitiora conſilia flecterent. Genuenſes uerò & Venetos ab armis utrinq; diſcedere iuſſit,anathema ipſis per legatos interminās. Blondus lib.8.decad.2.

Florentinos ab interdicto immunes pronunciauit, ſiquidem mandata faciebant.

Presbyteris ſecularibus non parum diſplicuit, quòd corpus Clementis quarti Dominicanis ſepeliendum adiudicauerat Viterbij.Platina.

Cumq; multa facturus animo uolueret, fato conceſſit Romæ, poſt menſes ſex & dies duos,quibus præfuerat. Sepultus eſt in Lateranēſi baſilica Romæ Stella numerat menſes quinq;, dies ſeptē, quibus præfuit, & illum ſecutus Bergomenſis lib.13.

HADRIANVS V.

Hadrianus quintus, patria Genuenſis, ex Fliſca familia de Lauaniæ comitibus oriundus. Innocentij quarti nepos, Romæ in Lateranenſi atrio pontifex in locū anteceſſoris eligitur, anno 1276. Continuator Vincentij lib.31.

Dictus fuerat Othobonus, & ab Innocētio quarto diaconorum cardinaliū titulo S.Adriani numero adiunctus, à quo etiam in Angliam legatus fuerat miſſus pro colligenda pecunia cum plenaria poteſtate. Cumq; controuerſias inter regem & barones dirimere laboraret, à Londinenſibus cuſtodiæ traditur, ex qua demū liberatur.

Legatus duo concilia celebrauit in Anglia:Northamptonæ unum,Londini alterum.in illis leges tulit,quibus longo tempore in Anglia uſi ſunt.

Epiſcopos impios nocitauit,qui principes contra regem Henricum tertium fecuti fuerant:quos ipſe tamen,muneribus placatus, partim abſoluit, partim ad Romanū papam accedere iuſſit. Balæus lib.6. de Roman.pontificum actis.

Creatus igitur pontifex,ſtatim Viterbiū iter facit,atq; Rodulphi opem contra Carolum Siciliæ regem,qui tunc Romæ erat, implorat.Voluit enim,teſte Platina,Eccleſiæ ditionē ab oppreſſoribus tutiorē reddere.Sed hoc tum fruſtra fuit,eo q. Imperator bello Bohemico occupatus eſſet.

Decretum Gregorij de reſtrictione cardinalium in eligendo pontifice in aliam formam redigere uoluit: ſed quid facerec papa

papa dierum quadraginta, ut Vnicelius loquitur. Mortuus igitur, poſtquam 40. uel 50. ſecundum alios, dies præfuiſſet, Viterbij, antequam conſecrationem & inſignia coronationis ſuſciperet, & in Franciſcanorum monaſterio ibidem ſepultus eſt. Balæus lib. 6. de Romanorum pontificũ actis.

IOANNES XXII.

Ioãnes uiceſimus ſecundus, natione Luſitanus, patria Vlixbonenſis, Iuliano patre natus, & ꝓfeſsione medicus, ſuccedit Hadriano poſt diem 25. imprimis Ioannis Caietani ſuffragijs ad iſtud faſtigium papale ſublimatus. Autores hîc mirè uariant. Alij enim uigeſimum, aliqui uigeſimũ primum hunc conſtituunt. Verùm nos noſtrũ retinentes ordinem, quem ſeculis ſuperioribus obſeruauimus, hunc XXII. in ordine collocamus. Petrus Portugalis dictus fuerat antea, & Tuſculanum epiſcopũ aliquandiu egerat. Scripſit

Problemata quædam Ariſtotelem imitatus, lib. 1.
Canones Medicinæ, lib. 1.
Theſaurum pauperum, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſt.

Is etiamſi doctus eſſet, ſtoliditate tamẽ & leuitate plus detrimenti quàm emolumenti ſedi pontificiæ attulit.

Adoleſcentes literarum ſtudioſos, imprimis inopes, beneficijs & pecunia iuuit. Chron. Martini Capellani, Platina.

Verbis nouit auri montes polliceri, re uerò ipſa nihil præſtare, quòd timido & deiecto eſſet animo, ut Anconitani à Venetis obſeſsi reipſa ſunt experti.

Legatos miſit ad Michaelem Palæologum & reges Occidentis, ut pace inter ſe inita, arma in Saracenos coniuncti pararet. Platina.

Pollicebatur ſibi uitã diuturnã ex ſtellarum poſitu, id quod apud ſuos nequaquã diſsimulabat: ueruntamẽ camera quadã noua (aulam luſoriã Valerius uocat, Stella precioſum thalamũ) quã ad delitias in palatio Viterbienſi extruxerat, corruente, ex improuiſo pꝛter omnẽ opinionẽ opprimitur, anno 1277. quarto die poſtquàm inter ſuos id de uita diuturniore aſſeruerat. Inuentus inter rudera, ubi omnia pontificiæ Eccleſiæ primùm ſacramenta accepiſſet, ſeptimo die pòſt animã exhalat. Stella cõmemorat ipſum inter ludendũ ſubitò obrutũ interijſſe. Præfuerat menſibus octo, & in maiori tẽplo ſepultus iacet Viterbij. Platina, Balæus lib. 6. de Romã. pontificũ actis.

NICOLAVS III.

Ioãne ſublato, uti diximus, ſedes illa ſex menſibus, diebusq; ſeptem ſeſſore caruit, eoq; cardinales cõclaui incluſi inter ſe diſſiderent, & uehementer contenderẽt. Volebat enim Carolus Siciliæ rex quendam ex Gallica natione eligi. Tandẽ uerò Nicolaũ tertiũ, ex Vrſinorũ familia oriundũ, cardinalem S. Nicolai, antea Ioannẽ Caietanum appellatum, Viterbij ſucceſſorem crearũt. Onuph. lib. 2. de pontificibus & cardinalibus creatis.

Opera eius.

Opera eius prorſus fuerunt papalia, hoc eſt, antichriſtiana. Propter morũ hypocriſin, uulgò Vrſinus cõpoſitus dictus eſt. Funcius lib. 10. Comment. in Chron. Volaterr. lib. 22. Anthrop. Italiam quippe bellicis tumultibus repleuit, ꝗ Hetruriæ uicariatum Carolo adimeret, turpiter mentiendo, ſe alia ratiõe Rodulpho ſatisfacere nõ poſſe: atq; etiam Petro Arragoniæ regi autor exiſteret, ut Siciliæ regnum repeteret, tanquã hæreditario iure ad ſe pertinens. Quod fecit ille haud ſegniter. Platina, Blondus lib. 8. decad. 2. Balæus.

Senatoriam Romanæ urbis dignitatem, quam Clemens IIII. Carolo dederat, ad ſe transtulit, atq; inſuper edicto ſanciuit, ne quiſquam in poſterũ id munus uel ambire uel petere auderet: idq; ſolus obiuit, egregius ſcilicet Chriſti uicarius. Stella, Platina.

Eius ſcelere atq; dolis tota Flaminia cũ ipſa Bononia ac Rauennæ exarchatu, Romano Imperio ablata in Romaniſtarũ poteſtatem peruenit, quæ multo tempore Imperatorum fuerant. Stella.

Architectũ egit. Nam Romã nouis ædificijs exornauit, atque inter reliqua apud S. Petrũ ædes percõmodas ac leporariũ, q̃d uiridariũ uocant, muris altiſsimis cinxit, in quo feras ſolitus eſt uenari. Baſilicas Petri & Pauli ruinoſas reparauit, & pictura Romanorũ pontificũ exornauit: alias etiã in Laterano ædes iam pridem cœptas ædificari ipſe perfecit. Sancta ſanctorũ à fundamẽtis cõdidit. Stella, Platina, Balæus lib. 6.

Reliquias ſanctorũ deuotè coluit. Nam Apoſtolorum capita (uti nugantur) capſulis argenteis impoſuit. Platina, Balæus.

Deum Maoſin tanta deuotione ueneratus eſt, ut ante ceſſorũ nullus, iuxta Vincentij Continuatorem, ut lachrymas fundere uideretur. Stella.

Minoritis monachis plurimum fauit, ita quidem, ut per epiſtolam quædã iſtius ſectæ ambigua declararit, mandaritq; Regulam eorũ prælegi publicè in ſcholis, excommunicans omnes eos qui eam impugnarent, ut Chronicon Ædirui habet: quoſdã etiam ex mendicantibus fratribus ad dignitates cardinalitias ꝓmouerit. Platina.

Ad cleri utilitatem plurima ordinauit.

Canonicorum regularium numerum in baſilica Petri auxit, ut ſcilicet hoc pacto Baaliſmus quoque augeretur. Volaterranus lib.22. Anthropologiæ.

Notarios & tabelliones, ut ſanguiſugas, qui pauperum ſudore & ſanguine uictitarent, ſolitus eſt à ſe reijcere.

Nobilibus quibuſdã Romanis caſtella ui abſtulit, & ſuis illa dono dedit nepotibus, ſeu ſpurijs potius, maximè uerò Surianum. Bertholdum nepotem Romandiolæ comitem conſtituit, Latinum cardinalem Dominicanum legatum in Hetruriam miſit. Suos enim nimium adamauit, ut Platina & Stella loquũtur, ita quidem, ut quod alijs ui eriperet, ſine lege illis erogaret.

Magiſtratus tantùm annuos eſſe ubiq; locorum creandos mandauit, quòd diceret paſsim eos eſſe corruptos. Inobedientibus anathemata minitabatur. Platina.

Gibellinos reſtituit paſsim. Magiſtratus Florentiæ & alibi pro libitu poſuit. Stella.

Cardinales creauit ſimul decem. Onuphrius lib.2.

Duos ex Vrſina familia reges creare animum induxit: alterum in Hetruria, in Longobardia item alterum. Verùm dum hæc ſecum agitat conſilia, ſubitanea morte, iuxta Iohannẽ de Oppido, extinguitur in Surio, quod cõmunivetat, apoplexia correptus, anno 1281. poſtquã iſti ſedi annis trib. & menſibus 8. dieb.15. præfuiſſet. Corpus exanime Romã delatũ, in Petri baſilica in ſacello B. Nicolai, quod uiuus extruxerat, ſepultũ iacet. Stella, Balæus lib.6. Onuph. annos gubernatiõis duos tãtũ numerat, l.2.

MARTINVS IIII.

Martinus quartus, natione Gallicus, patria Turonenſis, de Bria uilla, humili & penè ſordido genere ortus, cardinalis presbyter S. Cæciliæ, Simon antea uocatus, à Gallicis cardinalibus, qui numero erant ſuperiores, cum ſedes illa menſibus quinq; uacaſſet, pontifex creatur. Viterbij coronari noluit, q, ea ciuitas iſto quidẽ tẽpore pontificiũ pateretur interdictũ, eo q, in cardinales, qui conclaui incluſi erãt, imperiũ fecerant. Veterẽ igitur urbẽ petens, quod Oriuetum uocant, omnia ibi ſolennia ſacra peregit 10. calend. Aprilis. Platina, Balæus lib.6. Nomen Martini ſortitus eſt, ut Onuphrius refert, q, imprimis S. Martino epiſcopo Turonenſi admodum deuotus exiſteret. lib.2.

Opera eius.

Creauit ſimul die reſurrectionis ſex cardinales, ſui ſcilicet muniendi cauſa.

Carolum regẽ ad ſe uenientem benignè ſuſcepit, atq; etiam Senatoriam dignitatẽ, qua illũ anteceſſor priuarat, ipſi reſtituit, q̃ ras fermè in maximũ motũ deſijſſet Romæ. Romanis etiam conceſsit, ut ex nobilibus duos ſenatores eligerent. Balæus lib.6. de act. Rom. pontif.

Petrum Arragoniæ regem claſſem parãtem in Carolum excõmunicauit, regnũ eius deprædandũ cũctis præbuit: ſubditos ab obedientiæ iuramento, quo illi obligati erant, abſoluit, cruce ſignatos in eum cõcitauit, q, ſcilicet eccleſiaſticorũ bonorũ uſurpatorẽ ipſum diceret. Sic ille ſpiritus ſcrinij pectoris papalis ſibi ipſi conſtat, quippe quòd Nicolaus anteceſſor hæreditario iure id regnum ad Petrũ pertinere diceret, hic uerò uocat inuaſorem eccleſiaſticorũ bonorum. Platina.

Michaelẽ Palæologũ, qui Petrũ iuuerat in occupando Siciliæ regno, Carolo inſtãte anathemate notauit. Balæus. Prætextus fuit, q, pacta Lugdunenſis concilij nõ ſeruaſſet, iuxta Stellã & Platinã. Peruſinos quoq; excõmunicauit, nec prius recepit in gratiã, quàm magna pecuniæ ui abſolutionem ab ipſo redimerent. Platina.

Bellum geſsit in Flaminia contra Foroliuianos, quòd ſcilicet à Romana ſede defeciſſent, ut Stella cõmemorat. Continuator Vincentij lib.31.

Mendicãtibus fraterculis priuilegia dedit, ut confeſsiones audirent decreuit, utque eccleſiaſtica Sacramenta adminiſtrarent permiſit. Chron. Ædit.

Anteceſſoris ſui Nicolai concubinã primo ſui pontificatus anno ad ſe recepit, caſtus ſcilicet Chriſti uicarius. Et ne fortè ſimile quippiã ei cõtingeret, quemadmodũ paulo antè, & urſinum fœtum poſtmodũ eniteretur, uoluit pictas Vrſinorum imagines in palatio aboleri, ne in ipſo coitu meretrix eiuſmodi formam mente concipiens, eandem fœtui cogitatione imprimeret. Vnde appatet, ſic ſatis peritum fuiſſe ipſum in arte uenerea. Balæus ex Epitome Chronicorum Thomæ Copeti.

Plurima ſanciuit, iuxta Iohannẽ de Oppido, q̃ in puincialib. cõcilijs ſunt rata habita.

Deniq; cùm more ſolito refectionẽ cum capellanis ſuis ſumpſiſſet, occulto morbo, Platina lẽtã febrim fuiſſe cõmemorat, correptus eſt, de quo ubi dixiſſet ſe nimiũ pati, atq; etiã medici nullũ in ipſo mortis indicium animaduerterent, animã ſuo deo tradidit Peruſij, anno 1285. ubi annis quatuor, menſe uno præfuiſſet, atq; in maiore ciuitatis eccleſia ſepultus eſt. Stella, Balæus. Mortuus dicitur miracula edidiſſe, ſi Dis placet. Platina, Continuator Vincentij lib.31. Volaterranus lib.22 Anthropologiæ.

HONORIVS IIII.

Honorius eius nominis quartus, patria Romanus, ex nobiliſsima Sabellorum familia,

milia, patre Luca oriúdos, Pandulphi ſenatoris Romani, inregerrimi uiri, frater germanus, Iacobus antea dictus, & diaconus cardinalis, ſucceſsit Martino, ſecúdo Aprilis. Peruſij pontifex creatus eſt per Latinū cardinalē Hoſtienſem epiſcopū. Platina, Cōtinuator Chronic Martini Capellaoi.

Opera eius.

Egregias is domos in monte Anentino extruxir, ubi imprimis babitare delectabatur, alijsq; autor fuit idem ut facerent. Stella, Platina.

Partes Gallicorum regom ubiq; fouit. Scbedelius ætate 6.

Aoentinus refert, Germanorum fuiſſe ipſum amantē, atq; Ioannem Tuſculanū legatū miſiſſe in Germaniā, poſtulatū, nt Imperator cum exercitu Romā petat, ibique Imperij coronā accipiar, pulſisq; Gallis & Hiſpanis, Campaniam, Apuliam, Sicillam Imperio ſubijciat. lib. 7. aooaliom Boiorū.

Petrum Arragoniæ regem anathemare notauit, quòd Siciliæ regnum Carolo adēptum occupaſſet, ſuiq; anteceſſoris Martini contra Petrum interdicta confirmauit. Stella, Balæos lib. 6. Crucem etiam io eum prædicari fecit. Faſciculus temporum.

Bellum terribile mouit in Guidonē Feltronum Flamineæ urbes occupantē: eoq; ſtarim uicto, totam illam prouinciā præter ius & fas tyrannicè Romanæ ditioni adiecit. Conriouaror Vinceotij lib. 31. Balæus.

Auguſtinianorū fraterculorū ſectā Pariſijs non receptā, & à moltis impugnatā, eo q. in concilio Lateranenſi nō ſatis eſſet probata, cōfirmauit, eiq; priuilegia multa cōtribuit. Carmelitanis etiā à Soldano pulſis, ſepoſitis ueſtibus ſtragulatis ſeu pallijs barratis, album aſsignauit amictum, aliudq; oomen attribuit, Virginis frarres appellans. Volaterranus lib. 21. Anthropolog Balæus.

Stella de Carmelitis hoc refert, q. in Lateranenſi concilio nō ſatis probati ſueriot reperti.

Podagra & chiragra uehemēter interdū laborare ſolitus eſt, ita ut inſtrumētis in id fabrefactis uti ipſum oportuerit ioter miſſificandū. Platina, Sabellic. Ennead. 9. lib. 7.

Vnicum tantùm Ioannem Boccomariū cardinalem creauit, inquiens, uitos bonos, doctos & rerum peritos, non uerò rudes in iſtud collegium eſſe recipiēdos. Platina.

Ad extremum, ubi annis duobus, dieq; uno (Volaterranus meoſe uno) præfuiſſet, collectus eſt ad ſuom populum, anoo 1288. meoſe Aprili. Cadauer ipſius exanime ex S. Sabina Auentini montia, magua cū pompa ad baſilicam B. Petri delatum, & marmoreo ſepulchto reconditum eſt. Continuator Vincentij lib. 31. Stella, Balæus.

NICOLAVS IIII.

Honorio ſublato è medio, decem totis menſibus ſedes illa uacar. Multi enim cardioales apud S. Sabinā incluſi cōclaui, repētioo corporis moıbo correpti, aliqui uerò etiā mortui, electionē in aliud tēpus differre coacti ſunt. Deinde etiā ſunt perculſi terræmotibus, qui tum maximi fuere, & quādā (ut Platina ait) religionē ipſis inijciebāt.

Tandē igitur ad Nicolaō quartū, natione Picentinū, patria Aſculanū, Hieronymū antea dictū (Blondus Ioaonē uocar lib. 8. decad. 2.) rei ſumma deuenit, quā bis etiā lacbrymans recuſarat, tertiò tandē recepit ſanctus bypocrira. Manuſcriptū Chronic. Fuerat antea Minoritarū generalis, & ad cardioalitios hooores titulo S. Sabinæ aſcenderat. Continuator Chronicorū Martini Capellani, Platina. Scripſit

Super 4. librum ſententiarum.

Super reliquos tres multa ædidit.

Tractatus multos in uetus & nouū Teſtamentum.

Sermones quoſdam. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Stella.

Opera eius.

Ex omni genere monacborū cardinales creauit Reatę, quos pariter amore cōplectebatur, nt nec plus uel cognatis nel affinibus, quàm unicuilibet eorū ſe debere arbitraretur. Cōtinuator Vincēt. lib. 31. Platina.

Elapſo anno Romā redijt, & ad S. Mariā maiorē ſoperſtitioſe deuotus babitanit, cuius baſilicā Iacobo Columna adiutus reſtituit, atq; etiā picturis exornauit. Balæus libro 6. de actis Romanorū pōtificū, Platina.

Aoteriorem & poſteriorem Lateranēſis baſilicæ partem inſtaurauit, atq; uermiculato opere perpoliuit. Sched. ærate 6. Plat.

Horratus eſt ad pacem Arragoniæ regē & Carolum, qui de regno Siciliæ aliquandiu crudele bellum geſſerant. Platina. Verùm, teſte Blondo, ille ipſe pacificator pacem rupit, quam cum Arragone conſtituerat. lib. 8. decad. 2.

Carolo utriuſq; Siciliæ regnum tanquā feudi domious poſsidendum tradidir. Platina. A quo uiciſsim poteſtatem exigendi decimas à ſacerdotibus per annos ſex impetrauit. Paulus Æmyliua lib. 8. de geſtis Francorum.

Pro tuenda Ptolomaide, milites mille quingentos ære conductos miſit, aliosque cruce ſignatos quamplurimos. Platina, Stella.

Maodauit archiepiſcopis Germaoiæ, ut quiſq; in ſua diœceſi concilium cogeret, & in ſubſidium terræ ſanctæ conſilia & neruos conferrent. Auentious lib. 7.

Cardinales creauit ſeptem. Onuphrius

lib.2.de pontificib.& cardinalibus creatis.

Auguſtinianis monachis immunitatem conceſsit:itemq; Carmelitis uſum albi pallij per plumb eam tabulam confirmauit.

Ordinem Sororum de pœnitentia, intercedente Raimundo generali, approbauit. Volaterranus lib.21.Anthropologiæ.

Vniuerſis clericis ſcripſit,ut pſeudoapoſtoli exterminarentur.Ptolomeus Lucẽſis.

Ludouicum Toloſanum minoritã inter ſanctos Eccleſiæ pontificiæ retulit. Balæus.

Deniq; cùm ciuilibus diſcordijs urbem Romanam grauiſsimè quaſſari,cunctaque incendijs & cædibus repleri, atque etiam omnia contra animi ſententiam ſibi cedere uideret,quorum ille cauſa erat iuxta Ioannem de Oppido, quòd uni parti nimis adhæſerat, mœrore & conſcientiæ ſtimulis confectus, diem clauſit extremum, anno 1291.ad Mariam maiorem,ubi etiam ad caput baſilicæ ſepultus eſt,cùm annis quatuor menſeque uno præfuiſſet. Stella,Balæus.

Cranzius tale quid de eo cõmemorat: Moriturus cardinales omnes ad unũ uſq; conuocauit,atq; à dignitate in qua cõſtituti erant,abſoluit.Conſternati purpurati pa tres primùm, mox tanquã mente captum deſerunt.Vocat igitur totidem Minoritas, quibus titulos cardinalitios aſsignat, & iu reiurando obligatos ab illis flagitat, ut ex ſuo numero aliquem eligant ſucceſſorem, & in poſterum ſemper aliquem,qui ordinis Minorum ſit. lib.8.cap.35.Saxoniæ.

COELESTINUS V.

Poſt mortem Nicolai quarti, cardinales Peruſium profecti ſunt, ut eò liberius ibi ſucceſſorem eligere & denominare poſſent. Verùm inteſtinis diſsidijs res eò deducta eſt, ut toto biennio atq; tribus inſuper menſibus nihil determinarent.Etquãuis Carolus ſecũdus Neapolitanus rex ex Narbonenſi Gallia aduenerat, atq; ad concordiam & maturandam electionem eos diligenter ſæpeq; adhortaretur,nihil tamẽ retulit,niſi ſuperbum & ſuperciliosum reſponſum,imprimis à Benedicto Caietano, qui id interpretabatur,quaſi uim ipſis allaturus uideretur, quorum ſuffragia debebant eſſe libera.

Demũ Cœleſtinus quintus,Petrus Brutius, uel etiam à monte quem incolebat, Moroneus antea nocatus,patria Eſernienſis (Stella Exorinenſem uocat) prope Sulmonem Ouidij locum natalem monaſterium incolens,profeſsione anachorita ordinis S.Damiani, pontifex creatur, anno 1294.nonis Iulij,Carolo rege & Latino cardinale imprimis ipſius electionem urgentibus. Rudis & literarum ignarus fuit, uerùm hypocrita inſignia,ut eximium quendam ſanctum ipſum eſſe crederent. Stella, Platina.

Opera eius.

Poſt electionem, quæ quaſi per indignationem & deriſum (ut Stella habet) perfecta erat, Aquilam ex Caroli conſilio proficiſcitur (cardinales Peruſium ut uenirent,ipſum inuitabant,ſed fruſtra) omnesq; ad ſe ſtatim eò uocat: atq; alios adhuc 12.cardinales ibi creat,inter quos duo eremitæ erant.Platina.

Eius coronationi ducenta hominũ millia (ut Platina ex Ptolomeo Lucẽſi referr) interfuere,fortè nouitate rei adducti,quòd hominem ſolitarium,qui ſibi tantùm uixerat,ad iſtud culmen dignitatis præter plurimorum opinionẽ aſcendiſſe uiderẽt. Platina.

De uitæ auſteritate iam pontifex factus nihil remiſit.Stella.

Vnum & idem diuerſis petentibus conceſsit.Platina.

Rebus agendis parum erat idoneus,ſiquidem ſolitarius magnam ætatis partem tranſegerat.Idem.

In primo conſiſtorio ſtatim Romanam Eccleſiam ſtrictè ſtatuit reformare (iuxta Erphurdienſem & Chriſtianũ Maſſeum) ut ſcilicet non equis,non mulis, ſed aſinis Chriſti exẽplo inueherentur,& bono exẽplo illius clerus alijs prælucerent. Veruntamen uſq;adeò nihil effecit,ut etiam omniũ indignationem & odium incurreret, qui iam pridem diſciplinæ ingũ & uincula ruperant.Statim fatuum & delirum ſenem ipſum uocitabant. Balæus. Item q.aſello inequitans Chriſti paupertatem æmulari conaretur.Auentinus lib.7. Menardũ Tyrollum ab alijs deuotum reſoluit. Ibidem.

Imprimis Benedictus Caietanus aſtu rem perfecit, ut exiſtimaret diuinitùs ſeſe admoneri,ut locum alteri cuipiam magis idoneo concederet. Suaſere hoc itidem alij,maximè Latino cardinale mortuo, cuius autoritate ad illud uſque tempus præfuerat & cuncta geſſerat. Et quamuis Carolus Neapolitanus alijque ipſum dehortarentur, & maximopere etiam obteſtarentur,ne eam dignitatem abijceret:tale aliud tamen nihil reſpondit, quàm ſe facturum quod Deus uellet. Proinde Neapoli domum reuerſus, cum requiem habere non poſſet, ſponte reſignat papatum, & cardinalibus permittit, ut alium conſtituant magis iſti muneri idoneum, ipſo die Luciæ,& rurſus in eremum ire properat. Continuator Vincentij libro trigeſimoprimo: Balæus ex Maſſæo lib.6.de actis Romanorum pontif.

Con-

Conſtitutionem tamen prius fecit omnium conſenſu, licere pootifici abdicare ſe magiſtratu. Platina.

Ordo monachorum, qui ſe Cœleſtinos uocitant, houc habet autorem. Faſciculus temporum.

A' ſucceſſore ex itinere retractus, arctiſſimo carceri in arce Fumoſis includitur, in quo animi dolore diem clauſit extremũ, anno 1295. Maij die 19. poſt anoum unom & menſes quinq; initi pontificatus. Balæus lib. 6. de actis Rom. Pont. Continuator Vincentij lib. 31. tantùm 6. menſes gubernationis ei attribuit, Palmerius quinq;. Sepultus eſt in monaſterio S. Antonij de Feremino ante maius altare. Onuphrius lib. 2. de pontificibus & cardinalibus creatis.

Poſt mortem miracula edidiſſe dicitur: qoam ob cauſam Clemens 5. Auinioni in Confeſſorũ numerum ipſum retulit, diem feſtum eius celebritati & memoriæ deſignans 14. calend. Iolij. Stella, Platina.

BONIFACIVS VIII.

Bonifacius octauus, natione Hernicus uel Campanus, patria Anagninus, Benedictus Caietanus antea dictus, Neapoli ipſo die Luciæ in Cœleſtiui locum ſurrogatur. Onuphrius die qui proximè natalem Chriſti pręceſsit, ad culmeo pontificium ipſum aſcendiſſe refert. Aliquaudo in Bauarum qoendam inciderat, qui faciem eius ita referebat, ut alterum diceres Bonifaciũ. Ex eo per ludibrium quęrit, num mater ipſius unquam Romæ fuiſſet. Bauarus ſcomma intelligẽs, par pari refert, & patrem quidẽ ſuum ibi fuiſſe aſſerit, matrem uerò nuuquam eò ueniſſe. Ptolomeus Luceuſis.

Iuris ciuilis & canonici peritiſsimus eſt habitus, ſed ſupra modum uaſer, callidus & arrogans. Cum adhuc S. Martiui in montibus presbyter cardinalis eſſet, uſqueadeò ambitione dementatus fuit, ne quicquam ad adipiſceodum culmen illud pontificiũ prætermitteret. Schedelius ætate 6.

Quidã ipſo adhuc uiuente in eum hiſce barbaris oerſibus ludere non ſuot ueriti:

Audi, tace, lege, benedic, benefac, benedicte:
Aut hæc peruerte, maledic, malefac, maledicte.

lib. 5. Cootinuatæ hiſtoriæ de bello ſacro, cap. 9.

Quo artificio factus ſit papa.

Rectè de eo dictũ eſt: Intrauit ut uulpes. Cum enim primũ locum apud Cœleſtinũ anteceſſorẽ haberet, ita ut ipſom pro ſummo haberet cõſiliario, omnibus modis ipſum hortatus eſt, ut ſe pontificatu abdicaret, alioquin fore, ut eccleſia ob ipſius inſcitiã periclitatura eſſet nõ ſioe propriæ ſalutis diſpeudio. Continuator Vincent. lib. 31. Huc acceſsit, quòd queudã ſubornarat, qui facto foramine per canalẽ, multis noctibus ipſum hortaretur, ut alteri cederet. Homo ſimplex, & tantorũ ſcelerũ ignarus, ſe cœlitùs per angelũ admoneri credidit. Nã ille monitor ſubinde hęc uerba ingeminare ſolebat: Cœleſtine, Cœleſtine cede, negociũ ſupra uires eſt. Platina, Balæus lib. 6. de actis Rom. pont. ex Chriſtiano Maſſęo. Itemq;: Si Cœleſtinus uult fieri ſaluus, pontificium munus omnino deponat. Stella. Carolum etiã Neapolitanũ noctu paucis comitatus acceſsit, ſuiq; rationẽ, cum iam ſucceſſor eligendus eſſet, haberi petit, offerens illi auxilium in recuperando Siciliæ regno. Nauclerus uolũm. 2. generat. 44.

Scripta eius.

Edidit ſextum librum Decretaliũ, aliorum trium ope ea in re uſus, uouaq; decreta illi iuſeruit, anoo 1298. Vrſpergeoſis, Platina.

Epiſtolas multas ad diuerſos. Stella.

Opera eius.

Opera eios uerè ſunt papalia, ut multiã ſeculis uix quiſquam iſta ſede fuerit eo dignior. Quò enim quiſq; eſt ſceleratior, eò magis eſt ad eam occupaudam idoneus.

Anteceſſorem redeuntẽ ad eremum, ſagaciſsimis canibus diu qoæſitum, ex itinere, & latebris quibus ſe abdiderat, retraxit ad ſe, atq; præfecto arcis Fumoois, quæ in Hernicis eſt, cuſtodiendum tradidit, nihil tale de ipſo meritũ. Quam ob cauſam Stella ipſum uocat ingratiſsimum hominem. Prætextus fuit iſte, ne ſcilicet populus, & qui ad cõcitandas ſeditiones intẽti eſſent, hunc aliquando ducẽ ſequereotur, & de Romanę Eccleſiæ ſalute poſtmodũ actum eſſet. Platina, Balæus ex Mario.

Eiuſdem decretũ, quo ſtatuitur, Licere poutifici abdicare ſe magiſtratu, ratum habuit, & ſexto Decretalium inſeruit.

Inquiſitores cõfirmauit, degradationes ordinauit, raſiones ampliauit. Clerico cuidam, qui ſeoteotiam iſtius uerſus, Interpone tuis interdum gaudia curis: hoc uerſu cõpleuit, Tu qui perpetuis meotẽ cruciatibus uris: beneficiũ dedit. Ptolom. Lucẽſis.

Omnea fermè præ ſe contempſit ſuperbiſsimè, qui tamen ſeruum ſeruorũ ſimulatè ſe uocitabat, & gratias à Nicolao 4. & Cœleſtino anteceſſore factas reuocauit, ut Stella & Platina habent.

Gibellioos mirificè & crudeliter ubiq; perſecutus eſt. Petrum & Iacobum cardinales Columnenſes iſtius factionis unà cum Sarra eorum patruo dignitate cardinalitia priuauit, beneficijs ſimul atq; fundis paternis & caſtellis alijsq; bonis eos exuit, idque iſto prætextu, quòd fingeret eos in morte pontificum Eccleſiæ theſau-

ros diripuiſſe, & libellos quoq; famoſos contra ſe ſcripſiſſe. Et quanquam eos ad dicendam ſententiã citaſſet, ipſius tñ plus quàm leoninã ferociã & crudelitatẽ ueriti, comparere recuſarũt. Quapropter ut ſchiſmaticos eos dãnat publico decreto, multiſq; cruceſignatis concitatis, maximo conatu eorũ oppreſsionẽ meditatur. Platina.

Die cinerũ Porcheto archiepiſcopo Genuenſi, ad ipſius pedes deuoluto, cinerem magnæ quantitatis in oculos cõiecit, non in caput, ut illis mos eſt, additis hiſce uerbis: Memẽto homo, quia Gibellinus es, & cũ Gibellinis in cinerẽ redigeris. Dignitate uerò priuatũ paulo pòſt reſtituit. Platin.

Deniq; Gibellinos uſqueadeò inſectatus eſt, ut nemora & ſyluas incolere ſint coacti: aliqui uerò etiã littus maris, ubi in pyratarũ manus deuenêre, eoſq; multò humaniores ſunt experti, quàm hunc alterũ Neronem. Balæus.

Eugubium urbem, quæ Gibellinorum auſpicijs à Romana Eccleſia defecerat, breui recuperauit. Platina.

Et ne poſtremus eſſet in cumulando cultu idololatrico, duplicem ſolennitatem inſtituit, Apoſtolis, Euangeliſtis, & quatuor Eccleſiæ doctoribus, Gregorio, Ambroſio, Auguſtino, Hieronymo. Ibidem.

Omnes mendicantium ordines priuilegijs & immunitatibus mirum in modum promouit. Stella.

Fratricellos, qui clerum Apoſtolos imitari debere aſſerebant, damnauit. Palmerius, Balæus.

Baſilicam Petri tintinnabulis æreis ornauit, eiuſq; uectigalia plurimum adauxit. Balæus.

Ludouicũ Francorũ regem, ordinis minoritarũ (ut quidã, teſte Platina, uolunt) in Africa defunctũ, pontificiorũ ſanctorũ numero adiũxit. Stella, Ioannes de Oppido.

S. Ceciliæ Albienſis ciuitatis cathedralẽ Eccleſiam, rogatu Albienſis epiſcopi, canonicis ſecularibus pulſis, regularibus conceſsit. Platina.

Villam Apanenſem in nouam erexit ciuitatem, eidemq; peculiarem attribuit epiſcopum. Stella.

Suggeſtum condidit cum porticu apud baſilicam Lateranẽſem, de quo execrationes fiunt die cœnæ Dominicæ: ex quo loco diras contra Philippum Francũ & Columnenſes quoq; promulgauit, quod illi ceſsit malè, ut paulo pòſt dicemus.

Cum Sicilię regnum, mortuo Iacobo Aragonio, atq; etiam tota Italia per Genuẽſes & Piſanos bellicis motibus horribiliter concuteretur, ſuam autoritatem, etiam ſi à multis rogaretur, nequaquam interpoſuit, parum iſtius memor, quod Chriſtus inquit, Beati pacifici, &c. Platina.

Aluiſſe etiam diſcordias inter Italiæ populos dicitur, maximè inter Genuenſes & Venetos. Platina.

Cardinales ſui muniẽdi cauſa ſedecim creauit, inter quos fuit unus ex ordine Minorum, unus ex Prædicatoribus. Platina, Onuphrius lib. 2.

Iubilæũ inſtituit anno 1300. propter ſanctum denarium, quem mirificè complexus eſt. Omnibus uerò, qui Apoſtolorum limina eo tempore uiſitaſſent, plenam peccatorum remiſsionem, non ſine ingenti in Chriſti meritũ blaſphemia, promiſit. Tanta uerò hominum multitudo eo tempore Romam uenit, ut uix alicui per urbem incedere liceret. Platina.

Vbi ad annũ Iubilæum ingens hominũ frequentia conueniſſet Romæ, primo die pontificaliter indutus populo benedixit. Sequenti die iterum Imperatoriali habitu & corona ornatus prodit in publicum: & gladium uagina uacuum ipſi præferunt, addentes eiuſmodi acclamationem: Ecce duo gladij hic. Vrſpergenſis.

Alberto Auſtriaco, Imperij confirmatione ſemel atq; iterum petenti, ſemper negauit. Balæus lib. 6. de actis Rom. Pont.

Poteſtatẽ occupandi mundi regna alijs dedit, quæ tamen ipſius non erant. Carolo enim Valenſi comiti pro ſuo ſocero Balduino apud ipſum intercedenti, quo Conſtantinopolitanum Imperium, à quo pulſus fuerat, rurſus ipſi occupare liceret, prõptum ſe præbuit, de alieno liberaliter largiens, quamuis in ea re maximè proprium quærebat compendium. Nam hoc beneficio ſibi eos uoluit eſſe obligatos, ut ad Ieroſolymitanam profectionem haberet paratos. Platina.

Poteſtatem utriuſq; gladij ad ſe pertinere dixit, & electionem Imperatoris ſine ſua autoritate factam pronunciauit irritã, præſertim Alberto Auſtriaco per legatos ſui confirmationẽ ab eo petente. Vrſperg.

Dominationes in reges gentium affectauit, mandandi ipſis quęlibet pro libitu. Nã Apameenſem epiſcopum ad Philippũ Galliæ regem miſit, ut ad militiam Ieroſolymitanam eum extimularet. Cùm adhortando nihil efficeret, minas addidit. Qua re motus Philippus, & quòd ingenuæ puellę per uim ſtuprum intulerat legatus, hominem petulantem, ita uti dignus erat, in uincula coniecit. Bonifacius factus ea de re certior, protinus Narbonenſem archidiaconum eò mittit, qui publicè omnibus audientibus mandaret, ut quamprimum ipſum dimitteret, interminata pœna,

niſi

niſi dicto obediret, Francię regnum ad Romanam ſedem deuoluendum, itemq; ut ſubditos ipſius ab obedientia abſolueret, atq; diris ipſum deuoueret. Platina.

Tributa à clero principibus dari ſine ſua conceſsione, prohibuit. Balæus lib. 6.

Anglorum Eccleſijs, excommunicandi populum bis in anno, autoritatem generaliter dedit. Ibidem.

Hermani cuiuſdam corpus, apud Ferrarieſes iã annis uiginti pro ſancto cultũ, iuſſit exhumari & in cineres redigi. Platina.

Litem quæ inter clerum atq; fraterculos mendicãtes diu durauerat, atq; in omnes mundi partes ſeſe diffuderat, decidit. Chron. Martini Capellani.

Scorta aluit, & ſpurijs aliquot generandis non ſegniter operam nauauit. Balæus.

Philippo Francorũ regi in generali concilio, porrectis etiã reliquijs & cruce, quòd extra ſuum regnum pecunias ferri noluit, ad quartam uſq; generationem maledixit, eiusq; regnum Alberto Imperatori, quem ſub ſui pontificatus initium bis terde repulerat, ſubiecit, & ea demum ipſum conditione confirmauit, ut regnum Franciæ occuparet. Philippus contrà habito Pariſijs conuentu, ad futurum concilium appellabat: quandoquidẽ ſedem illam tum uacare diceret, quòd fraude & dolis eam occupaſſet Bonifacius. Præterea Sarram Columnenſem Romanum patricium, in Maſsiliæ portu cognitum, atq; à pyratis redemptum, unà cum Guilhelmo Nogaretio Gallo equite fideliſsimo Romam mittit, ut contra pontificis decretum ſuam appellationem ibi publicarent. Id enim palam uulgò dicebatur: uerùm aliud ipſi in animo fuit, ut euentus poſtea oſtendit. Nam Sarra ſeruili habitu Italiam ingreſſus, clanculum amicorum atq; Gibellinorum manum collegit: Nogaretius non procul cum equitibus ducentis aberat, Anagniamq; noctu magno ſilẽtio ingreditur, & pontificem ex improuiſo in ædibus paternis cubantem, in eo cubiculo, ubi olim erat progenitus, refractis ualuis, adoritur, capit, uinctumq; Romã perducit, ubi poſt diem 35. (Stella habet 24.) animi mœrore & rabie confectus miſerè deſperabundus perijt, anno 1303. cùm annis octo, menſibus nouem, diebus ſeptemdecim præfuiſſet. Ranulphus meminit, quòd comprehenſum, effreni equo uerſa facie ad caudã ſine freno poſuerint, atq; ſic ad extremum uſq; halitum diſcurrere fecerint, fameq; necarint, in Polychr. lib. 7. cap. 39. Sepultus eſt in baſilica S. Petri Romæ in ſepulchro, quod uiuus extruxerat in ſacello quodam opere uermiculato ab ipſo condito. Platina.

Hic eſt ille, de quo uerè & rectiſsimè dictum eſt: Intrauit ut uulpes, uixit ut leo, & mortuus eſt ut canis. Stella. Hic ille eſt, qui decretalem promulgauit, Romanum pontificem à nemine debere iudicari, etiamſi innumerabiles animas ſecum mancipio gehennæ traderet. Balæus. Hic ille eſt, de quo Platina ſcriptor pontificius ait: Qui Imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis, terrorẽ potius, quàm religionem inijcere conabatur, quiq; dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum undiq; conquiſitum plus quàm dici poteſt ſitiens. Hæc ille.

CARDINALES ROMANI,
alijq; Italiæ epiſcopi.

GVALA.

Guala, qui & Sualo dictus eſt, cardinalis & diaconus, Iuris gnarus, ab Innocentio tertio legatus miſſus eſt, unà cum duodecim abbatibus, nõnullisq; præſulibus, contra Albingenſes, quos tandem armis expugnauit. Raph. Volater. lib. 21. Alexandrum Scotiæ regem excommunicauit, totamq; Scotiã interdicto ſubiecit, donec Carliolum nuper Anglo adeptum reſtitueret, & magna pecuniæ ſumma abſolutionẽ redimeret. Iohannes Maior lib. 4. de geſtis Scotorum, cap. 7. Cùm hoc pacto Scotis aurum emunxiſſet, ad Ludouicũ Galliæ regem ſe uertit, ac in eum terrificum ſuum fulmẽ torſit. Ibidem cap. 8. Hector Boetius lib. 13. hiſtoriæ Scotorum, hominem uitijs coopertum uocat, & qui ob lucrum nihil non facere audeat: illi moris fuiſſe honeſta & inhoneſta omnia quæſtui habere.

ROBERTVS.

Robertus Curſon ex nobili familia Anglorum natus, claruit anno 1218. Oxoniam primùm, deinde Luteciam Pariſiorum petijt, ubi Theologiæ doctor effectus, Romã ſeſe cõtulit, & cardinalis creatur. Interfuit captioni Damiatæ in Ægypto. Scripſit

Summam Theologiæ, lib. 1.
De ſaluatione Origenis, lib. 1.
Lecturas ſolennes, lib. 1.

Et alia. Balæus Centuria 3. cap. 79. ex Matthæo Pariſio & Vueſtmonaſterio, itemq; ex Boſtone Burienſi.

GALLO.

Gallo cardinalis ab Innocentio 3. miſſus legatus eſt ad Philippum Francię regẽ, ut ad arma capeſſenda contra Albingenſes ipſum hortaretur. Robertus Gang. lib. 6. de geſtis Francor.

AEGIDIVS.

Ægidius cardinalis legatus mittitur ab Honorio tertio in Scotiam, anno 1220, ut pe-

ut pecuniam eis emungeret prætextu belli ſacri. Succeſsit negocium, accepit ſummá non exiguam, quá in itinere uefariè dilapidatam, confinxit ablatam ſibi à latronibus, ſicq́; uacua crumena Romam uenit. Boetius lib.13. Scoticæ hiſtoriæ.

PELAGIVS.

Pelagius cardinalis à papa Honorio tertio legatus ad bellum ſacrum deſtinatus eſt poſt Iohannem Columnenſem, anno 1220. Is pacem cum Cõradino faciendam diſſuaſit, & arma Ægypto inferenda hoſtilia omnibus perſuaſit. Ferunt genre Hiſpanum fuiſſe. Cumq́; libros quoſdam perluſtraſſet fatales, qui finem Mahometici nominis aduentaſſe dicerent, & Hiſpanum fore, qui hanc gloriam adepturus eſſet, ſe eum fore putauit, ideoq́; bellum paci prætulit. Captam Damiatam iure ad pontificem Romanum ſpectare contendit, ſiquidem ipſe legatus belli conſilia rexerat. Deinde ad expugnandum Chairum militem hortatus eſt, & terrifico anathematis fulmine adegit, ut aſſentirentur. Verùm res malè ceſsit, & inundatione Nili in anguſtias redacti pacem petere, & Damiatam Sultano reſtituere ſunr coacti. Paulus Æmylius lib.6.

HVGO.

Hugo Boliomus, natione Burgundus, admodum iuuenis in monachum ordinis Prædicatorum tonſus, totum ſe uitæ auſteriori dedit. Literas & ſtudia, atq; inprimis Theologiam tanta aſsiduitate tractauit, ut Magiſterij gradum aſſequeretur. Cumque tum ob uitæ auſteritatem, tum etiam ob eruditionem ſingularem, omnium in ſe oculos conuerteret, factus eſt Romanæ curiæ cardinalis per Innocentium quartum, tituli S. Sabinę. Legatione functus eſt ad Germsnos. Scripſit in tota Biblia commentarios. Primus dicitur autor Concordantiarum Biblicarum eſſe. Sed titulos librorum recitabimus ex Trithemio.

In Geneſin,	lib.1.
In Leuiticum,	lib.1.
In Exodum,	lib.1.
In Numeros,	lib.1.
In Deuteronomium,	lib.1.
In Ioſue,	lib.1.
In Iudicum,	lib.1.
In librum Ruth,	lib.1.
In Regum,	lib.4.
In Paralipomena,	lib.2.
In Eſdram & Neemiam,	lib.3.
In Tobiam,	lib.1.
In Iudith,	lib.1.
In Heſter,	lib.1.
In librum Iob,	lib.1.
In Pſalterium,	lib.1.
In Prouerbia,	lib.1.
In Cantica Canticorum,	lib.1.
In Eccleſiaſten,	lib.1.
In librum Sapientiæ,	lib.1.
In Eccleſiaſticum,	lib.1.
In Eſaiam prophetam,	lib.1.
In Ieremiam,	lib.3.
In Ezechielem,	lib.1.
In Danielem,	lib.1.
In 12. Prophetas minores,	lib.12.
In libros Machabæorum,	lib.2.
In Euangelium Matthæi,	lib.1.
In Euangelium Marci,	lib.1.
In Euangelium Lucæ,	lib.1.
In Euangelium Iohannis,	lib.1.
In Epiſtolas Pauli,	lib.14.
In Actus Apoſtolorum,	lib.1.
In Epiſtolas canonicas,	lib.7.
In Apocalypſin Iohannis,	lib.1.
Summa de caſibus,	lib.1.

Aliaq́; inſuper nõnulla compoſuit, &c.
Super quatuor libros ſententiarum.
Speculum.

Cleri luxum & auaritiam grauiter inſectatus eſt, atq; unus eorum fuit, qui Antichriſti impietatem in aliquibus animaduertit & redarguit, ut Catalogus Teſtium ueritatis habet.

Obijt Romæ anno 1262. 14. Calend. April. & oſſa eius Lugdunum translata in choro monachorum ſui ordinis, ad latus Aquilonare ſepulta ſunt. Sepulchro eius tale inſcriptum fuit epitaphium:

In hoc ſepulchro iacet uir uenerabilis, Deo & hominibus gratioſus, frater Hugo de Cheliderio, diœceſis Viennenſis, tituli ſanctæ Sabinæ quondam presbyter cardinalis, luminare magnum Eccleſiæ, ordinis Prædicatorum, lucerna Theologiæ, Pariſijs Doctor egregius, famoſus ſcripturarum diuinarum tractator & expoſitor luculentus, uerbi Dei prædicator eximius, oliua pietatis, palma iuſtitiæ, ſpeculum honeſtatis, religionis patronus, ueritatis præco, pater pauperum, & ſolatium miſerorum. Trithemius de ſcript. Eccleſiaſt. Erphurdienſis capite 94. Chronicon Martini Capellani.

BERNHARDVS.

Bernhardus Parmenſis, ut Sabellicus eum uocat, Compoſtellanus ſacerdos inſigniter doctus, claruit anno 1240. Iuris utriuſq; Doctor fuit, & capellanus Innocentij quarti, cui admodum charus extitit. Scripſit excitatus pontificis diligentia,

Super Decretalibus,	lib.5.
Caſus Decretalium,	lib.5.

Et alia quædam. Continuator Vincentij libro 31. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

LAVREN-

LAVRENTIVS.

Laurentius Somercote, Ciſtercienſis Ecclesiæ olim canonicus, ubi artes dicendi & utriuſq; iuris cognitionem percepiſſet, Romam ad fratrem Robertũ cardinalem perrexit. Ibi factus põtificis ſubdiaconus, ſcripſit

De formis electionum, lib.1.
Abbreuiata quædam, lib.1.
Modum tractandi narrationes, lib.1.

Et alia plura. Claruit anno 1241. Balæus Cent.4.cap.2.Script.Bryt.

ROBERTVS.

Robertus Sommercote, cardinalis, homo doctiſsimus, ne trium electorum primus Gregorio nono ſuccederet, ſublatus eſt ueneno, anno 1241. Balæus Cent.4. capite ſecundo.

PETRVS.

Petrus Capocius, cardinalis S.Gregorij, & diaconus ad Velabrũ, cognomento Statua aurea, & papalis ſedis legatus, acerrimus Friderici ſecundi hoſtis extitit. Nam Heinrico mortuo effecit, ut Guilhelmus Hollandiæ comes Imperator Romanus denominaretur à principibus, anno 1246. Saxonia Cranzij lib.8.cap.15. Heinricum comitis Geldriæ fratrem, ſequente anno Leodienſi ſedi præfecit. Suis impenſis extruxit hoſpitale S.Antonij, & Peruſij gymnaſium, quod Sapientiam uocát. Sepultus iacet in baſilica S.Mariæ ad Præſepe. Platina in uita Gregorij noni, Volater.li.22. Cuſpinianus de Imperatoribus.

OCTAVIANVS.

Octauianus legatus Alexandri quarti Neapoli cum exercitu relictus eſt, pontifice Anagniam eunte, ut Manfredi conatus impediret. Blondus lib.7.decad.2.

ANACLETVS.

Anacletus Londino oriundus, per Angliam, Galliam & Italiam paſsim ſcholas adijt. Romam tandem perueniens anno 1262. ad S. Praxedem presbyter cardinalis creatur ab Vrbano quarto. Eundem poſtea Nicolaus tertius, totius Romanæ Eccleſię presbyterum conſtituit. Annis 24. præfuit hiſce duobus officijs, quamplurima poſt ſe relinquens. Obijt anno 1286. & Romæ ad S. Praxedẽ ſepultus iacet. Balęus Cent. 13.cap.83.de ſcript.Brytan.ex Panuinio.

BONAVENTVRA.

Bonauentura, qui & Euſtachius dictus eſt, natione Thuſcus, patria Balneoreginus, ex parentibus Iohanne Fidenza & Ritella oriundus, claruit anno 1262. ſub Vrbano quarto & Clemente eius ſucceſſore, pontificibus Romanis. Continuator Vincentij li.31. Paulus Æmilius lib.7. Is natus annos 22, factus eſt Minorita.

Præceptorem habuit Alexandrum de Ales, ſub quo tantum profecit, ut poſt ſeptimum ſui ingreſſus annum, Pariſijs librum Sententiarum publicè prælegeret, & gradum Magiſterij acciperet.

Poſt annum tertium & decimum Minoritarum generalis magiſter creatus, & inter Theologos præſtantiſsimus eſt habitus. Tandem uerò Albanenſis epiſcopus & cardinalis Romanæ curiæ creatur per Gregorium decimum, teſte Volaterrano, & Bergomenſe lib.13.

Magnum in eo fuit ingenium, diſciplinarum capax: quam ob cauſam tantam adeptus authoritatem eſt, ut in toto orbe terrarum habitus ſit clariſsimus. Clemens quartus eius doctrina mirificè delectatus eſt. Platina. Tantopere ipſius ingenium Alexandro de Ales placuit, ut ſolitus fuerit dicere: In fratre Bonauentura non uidetur Adamum peccaſſe. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Scripſit

Super ſententias, lib.4.
Breuiloquium, lib.7.
Soliloquium, lib.1.
Itinerarij mentis in Deum, lib.1.
Lignum uitæ, lib.1.
Exhortatio ad fratrem, lib.1.
De reductione artium, lib.1.
Regimen conſcientiæ, lib.1.
Centiloquium, lib.4.
Scintillarium, lib.4.
De paupertate Chriſti, lib.1.
De quinq; feſtis infantiæ Chriſti, lib.1.
Ad Blancham Duciſſam, lib.1.
Illuminationum, lib.1.
De tribus ternarijs, lib.1.
De profectu religioſ. lib.1.
De decem præceptis, lib.1.
Apologia pauperum, lib.1.
De 7.gradibus contemplationum, lib.1.
Itinerarij mentis in ſeipſum, lib.1.
Compendium ſcripturarum, lib.1.
De inſtitutione nouitiorum, lib.1.
De ſeptem donis Spiritus ſancti, lib.1.
De excellentia Euchariſtiæ, lib.1.
De ſex alis Seraphin, lib.1.
Super oratione Dominica, lib.1.
Legenda ſancti Franciſci, lib.1.
Conſtitutiones ſui ordinis, lib.1.
In Geneſin ſeptem uiſionum, lib.1.
In Euangelium Iohannis, lib.1.
In Euangelium Lucæ, lib.1.
De ſcandalis Apoſtolorum, lib.1.
De paſsione Domini, lib.3.
Sermones per anni circulum, lib.2.
Epiſtolas plures ad diuerſos.

Bergomenſis lib.13.

Opera.

Miraculis claruit.

Habitum;

Habitum, quo nunc Minoritæ utuntur, inſtituit. Prius enim paſtorali ueſtiti erant.

Ne gratis uiſitaret, cũ priuatus adhuc uiueret, factos aliquot libros ſcriptitabat, & cuſtodi tradebat uendẽdos, ut haberet unde uiueret. Volaterranus.

Mors.

Mortuus eſt Lugduni anno 1274. quò Gregorius decimus concilium conuocauerat, cui & ipſe interfuit. Bergomenſis libro 13. Paulus Æmylius prius galero cardinalitio donatum affirmat, ubi Eboracenſem pontificatum detrectaſſet, tanquam nimis graue onus. libro 7. de geſtis Francorum.

Cor eius inuentum eſt integrum, redacto reliquo corpore in cineres, anno 1482. Continuator Vincentij lib. 31.

MARTINUS.

Martinus natione Boiemus, Oppomenſis, quem Auentinus Piacularium Romanorum epiſcoporum uocat, uitas pontificum, & Romanorum Imperatorum res geſtas conſcripſit, eamq́; hiſtoriam ad alterum Rudolphi annum deduxit. lib. 7. Annalium Boiorum.

THEOBALDUS.

Theobaldus Stampenſis Anglus, ubi in Anglia & Gallijs bonis literis inuigilaſſet, Italiam petijt. Vbi cum innoteſceret Nicolao quarto, fit cardinalis titulo S. Sabinę in Auentino. Scripſit

Contra errantes in Theologicis, lib. 1.
Diſputationes etiam aliquot, lib. 1.

Obijt anno 1289. Balæus Centuria 10. & 13. capite 66. & 86. de Scriptoribus Brytanniæ.

IOHANNES.

Iohannes Collerus cardinalis, Bellouacus, legatus miſſus eſt in Gallias, ut excommunicationis ſententiam latam in Petrũ Aragonenſem ibi publicaret, anno 1283 Luteciæ gymnaſium, quod Colleti & Picardorum uocant, inſtituit. Obijt eodẽ anno, quo legatus uenit in Galliam, & in cœnobio D. Luciani iuxta Cæſaromagum Bellonacorum ciuitatem ſepultus eſt. Chron. Flandriæ lib. 10.

GAUFREDUS.

Gaufredus de Trano ſubdiaconus Romanæ Eccleſiæ, capellanus pontificius, in iure pontificio & philoſophia doctus, claruit ad annum 1285. Scripſit

Super titulos decretalium, lib. 5.
Quæſtiones uarias, lib. 1.

Bergomenſis lib. 13.

HUGO.

Hugo de Eueſham, gnarus Medicinæ & Matheſeos, à Martino 4. pontifice Romam euocatus, ut quaſdam quæſtiones in medicina nuper exortas explicaret, factus cardinalis eſt tituli S. Laurentij, anno 1281. Scripſit

Super opere febrium Iſaac, lib. 1.
Medicinales canones, lib. 1.
Problemata quædam, lib. 1.

Atq; alia plura. Obijt Romæ anno 1287. ueneno ſublatus è medio. Balæus Cent. 4. cap. 50. Scriptorum Bryt.

GUILHELMUS.

Guilhelmus Anglicus mortuo Anchero in archipresbyteratu ſucceſsit. Nã unà cum Anchero in cardinalium numerũ adſcitus ab Vrbano 4. titulum adeptus fuerat ad S. Marcum Euangeliſtã. Scripſit plurimos tractatus. Obijſſe dicitur anno 1290. & Romæ ſepultus eſt. Balæus Cent. 13. cap. 84. de ſcriptoribus Brytan. ex Panuinio.

MATTHAEUS, LATINUS,
Iacobus de Columna.

Matthæus Vrſinus, cognomento Rubeus, & Latinus, cardinales, quorum hic ex ſorore, ille ex fratre Nicolai 3. fuere nepotes, ubi Viterbij in conclaui incluſi de eligendo ſucceſſore cogitarent, à Viterbienſibus in conclaue ui irruentibus capti, & cuſtodiæ mandati ſunt. Blondus li. 8. decad. 2. Matthæus ille cum Iacobo de Columna omnium primi Bonifacium octauum cenſuerunt pontificem eſſe creandũ. Nauclerus generat. 44.

GUILHELMUS.

Guilhelmus Bergomenſis, nobili ortus familia, cardinalis tituli S. Nicolai in carcere Tulliano à Cœleſtino quinto creatus eſt. Iuris põtificij & ciuilis peritiſsimus extitit. Tantæ autoritatis fuit apud Bonifacium octauum alioquin arrogantiſsimũ, ut in multis ipſum reprimeret. Legationes difficilimas obtinuit. Bergomenſis lib. 13.

TRIDENTINI.

HEINRICUS.

Heinricus expeditioni aduerſus Ottocarum interfuit: Rudolphum pro uirili iuuit. Aduerſarium habuit Menardũ Tyrolli comitem, qui ipſius arces occupauit comminuitq́;, bellis ipſum attriuit. Obijt circa annum 1293. Auentinus lib. 7.

PHILIPPUS.

Philippus Mantuanus, monachus Franciſcanus, à papa Nicolao quarto Heinrico ſufficitur. Is de integro excommunicari fecit Menardum. Auentinus lib. 7.

PRÆNESTINI.

GUIDO.

Guido Præneſtinus cardinalis, Innocentij tertij nomine, cuius legatus erat,

erat, Coloniæ Philippum ad Imperium aſpirantem excommunicat, omnesq; ipſi adhærentes, utque Ottonem ſuſciperent mandat, anno 1201. Nauclerus uolum. 2. generat. 41. Chronographiæ.

IACOBVS ET PETRVS *de Columna.*

Iacobus de Columna Prænestinus epiſcopus & cardinalis, in Angliam à pontifice legatus miſſus eſt, ut tranquillitati Eccleſiæ ibi conſuleret. Petrũ Nicolaus quartus cardinalem creauit Reatæ. Platina. Vtrumque Bonifacius octauus accerrimè perſecutus eſt, quòd uoces contumelioſas in ipſum publicè ſpargere non uererentur, ob crudeliter interemptum Cœleſtinum quintum. Blondus decad. 2. lib. 9. Iacobus operam nauauit Nicolao quarto, in reſtituenda baſilica maiore Mariæ uirginis. Platina.

OTHO MEDIOLANENSIS.

OTho uicecomes à Gregorio decimo, cuius erat affinis, creatur Mediolanenſis archiepiſcopus, anno 1271. Magnæ ipſi fuerunt ſimultates cum Neapolione, qui eum tandem Mediolano ui expulit. Eam igitur ob cauſſam irritatus Otho arma arripuit, & prælio ſuperatum Neapolionem cepit & interfecit. Quos de familia ipſius non interfecit, eos omnibus bonis exutos ciuitate eiecit. Poſtea etiam plures urbes ſibi ſubiecit. Bergom. lib. 13.

HOSTIENSES.

OCTAVIANVS.

OCtauianus Hoſtienſis epiſcopus, miſſus legatus eſt anno 1201. cum Ioanne Vellerrẽſi in Galliam, ut aut Vigeburgem reginam cum rege conciliaret, aut ſepararet. Coacta igitur ſynodo Sueſſionis, cum per dies quindecim moram necterẽt, rex ipſis inſalutatis diſceſſit, retenta coniuge, & abdicata altera quã duxerat, omnium cum ſtupore. Amon. lib. 17. cap. 9. Vincentius lib. 29. cap. 63.

HVGOLINVS.

Hugolinus Hoſtienſis cum Vellerrenſi epiſcopo, & Leone cardinale S. Crucis in Ieruſalem, miſſus eſt ad faciẽdam pacem inter Philippum & Ottonem Imperatores. Hedio tertia parte Chron.

HENRICVS.

Henricus Ebtedinẽſis archiepiſcopus, Iuris utriuſque peritiſsimus, ob ingenij & doctrinæ excellentiam per Alexandrum quartum creatus eſt cardinalis Hoſtienſis. Scripſit

Super titulos Decretalium, lib. 5.
Summam quoq; compẽdioſam, lib. 1.
Et alia quædam. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſticis, Bergomenſis lib. 13.

REGINALDVS.

Reginaldus præfuit ad annum 1253. Is cum maximè contraniteretur, ne Stanislaus Polonorum ſanctus in diuorum numerum referretur, morbo correptus eſt, & noctu quendam lecto adſiſtentem conſpexit, qui ſe Stanislaum (ipſum diabolũ rectius dicas) appellauit, atq; obiurgatum ualetudini reſtituit. Proinde maximè canoniſationem illius apud Innocentium quartum urſit. Cromerus lib. 9. de rebus Polonorum.

AQVILEIENSES.

VVOLFGERVS.

VVolfgerus Aquileienſis patriarcha, qui aliquandiu Bathauij epiſcopum egerat, Romam miſſus legatus eſt cum alijs quibuſdam, anno 1207. petiturus ab Innocentio tertio, ut regni adminiſtratio Philippo in uniuerſum permitteretur: ſed fruſtratus ſpe, papa ſcilicet peregrinam conditionem negotio interponente, domum legatis pontificijs ſtipatus redijt re infecta. Nauclerus uolum. 2. generat. 41. Emerico Hungariæ regi cum alijs quibuſdam ſocijs epiſcopis reſtitit, & pacem etiam fecit. Cœnobium Scotorũ, ab Heinrico fundatum, dedicauit. Cuſpin. in Auſtria.

BERTOLDVS.

Bertholdus gente Bauarus, comes ab Andechs, Aquileienſis patriarcha, accerſitus fuit ex Germania in Italiam, ut pacificatorem ageret inter Fridericum Imperatorem & Gregoriũ nonum. lib. 3. cap. 14. Continuatæ hiſt. de bello ſacro. Tranſegerat inter Patauinos & Venetos. Petrus Iuſtinianus lib. 2. hiſtor. Venetorum. Tandem animi mœrore extinctus eſt. Auent. lib. 7. Annalium Boiorum.

GREGORIVS.

Gregorius Montelongus ab Innocentio quarto miſſus eſt Parmenſibus ſubſidio contra Fridericum, qui eos obſidione cinxerat. Is Imperatorem uicit & caſtris exuit, atq; militaria ſigna, quæ dicitur tetuliſſe plurima, ſuſpendit in Ciuitatẽſi eccleſia. Grauiſsimas etiam inimicitias exercuit aduerſus Goriciæ comitem & Carinthię ducem. Sabell. lib. 5. de Vet. Aquil.

PHILIPPVS, RAINVNDVS.

Philippus Carinthiæ dux, circiter annum 1256. à Iunanenſibus electus eſt epiſcopus loco Burckhardi de Zigenhagen, quẽ Romanus pontifex ipſis inuitis præfecerat. Id moleſtè ferens Romanus Alexander quartus, de eo remouendo ſollicitus cogitat. Quòd igitur ſacris initiari,

miſsificare, cæteraq; pontificialia munia obire recuſauerat, tandem loco mouet. Philippus in auxilium uocato Ottocaro Boiemo & Auſtriaco, caſtella & arces, ipſumque demum Iuuauium occupat, munit, pontificias minas ut inania terriculamenta cõtemnens. Totis annis qustuordecim hi tumultus belli durauêre, qui Iuuauiam non parum attriuerunt. Auentinus lib.7.

Defuncto Gregorio Aquileienſi, eius ſucceſſor denominatur Philippus: uerùm nec eius electionis confirmationem impetrare potuit à Gregorio decimo, quem minus propicium habebat. Quapropter ſedes illa quatuor annis uacabat, & tandem ad Raimundum Cumanum antiſtitem delata eſt. Is cum Goriciæ comitibus fœdus fecit: Salicium à Gerardo recepit: Tergeſtinis obſeſsis à Venetis opem tulit, ingẽti cum exercitu aduolsns. Nec multo pòſt cum his in gratiam redijt. Agrum Mediolanenſem anno 1278. ingreſſus hoſtiliter, uniuerſa incendijs, cædibus, rapinis depopulatus eſt: quod tamen impunè non tulit. Nam à Mediolanenſibus profligatur penitus apud Gorgonzolam & Vaprum, ubi ancipiti Marte aliquandiu pugnatum eſſet. Bergomenſis lib.13.

TVSCVLANI.

NICOLAVS.

NIcolaus cardinalis & Tuſculanus epiſcopus ab Innocentio tertio miſſus legatus in Angliam eſt, anno 1214. ut interdictum, cui Anglia amplius quàm ſex annis ſubiacuerat, tolleret: quod fecit, ſiquidem Iohannes rex promiſsis ſe ſtaturum ſanctè recepit. Polyd. lib.15.

IACOBVS DE VIctriaco.

Iacobus de Victriaco pstochialis preſbyter prope Pariſium claruit circa annum 1220. Inde monaſterium de Oegnies ingreſſus, Mariæ quæ ab iſto loco celebris eſt, & de Oegnies dicitur, admodũ fuit familiaris. Albingenſibus in Francia exortis, crucem contra eos prædicauit, multoſque ad ſtringendos gladios in miſeram turbam ſuis clamoribus armauit. Ea ratione ubi autoritatem conciliaſſet, Aconenſis deligitur epiſcopus, & tandem etiam cardinalis Romanus & Thuſculanus epiſcopus per Romanum põtificem. Scripſit

- Hiſtoriam Orientalem, lib.1.
- Vitam Mariæ de Oegnies, lib.3.
- De ſanctis mulieribus Leodienſibus, lib.1.
- Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.

Trithemius de ſcript. Eccleſiaſticis. Vbi animam exhalaturus eſſet, iuſsit mortuũ cadauer ad Oegnies deferri, ut ſcilicet mortuus ab illa quam uiuus complexus erat amore, non diuelleretur. Vincentius lib.30. cap.10.

ODO.

Odo Thuſculanus epiſcopus sb Innocentio quarto in Franciam pro cruce prędicanda miſſus eſt, anno 1245. multiſq; perſuaſit, ut Philippum regem in Aſiam ſequerentur. Vincent. lib.31. cap.1. Blondus lib.7. decad.2.

IOHANNES.

Iohannes Boccomarius Thuſculanus epiſcopus & cardinalis, ab Honorio quarto, qui eum ad iſtud faſtigium honorum euexerat iuxta Platinam, in Germaniam miſſus, quartas quinquennales à clero, pontificis nomine poſcit. Verùm malè exceptus, mortis periculum uix euaſit, niſi per Rodulphum fuiſſet defenſus. Probus Tullenſis Herbipoli in frequenti Imperij conuentu, ipſum aurifugam, fœneratorem, perfidum, uileq; pecuniæ mãcipium appellauit. Auentinus lib.7.

RAVENNÆ.

PHILIPPVS.

PHilippus Fontanenſis, Ferrarienſi familia natus, creatus eſt pontificiæ ſedis legatus & Rauennas epiſcopus ad annum 1255. Hic Venetijs aduerſus Ecelinum crucem prædicauit, omnibus illis qui cruce ſignarentur, æternæ uitæ præmia promiſit. Nauclerus generat.42. Ecelino Padua pulſo, Minoritas Brixiam miſit, qui ſua prędicatione extorres Guelfarum partium Brixianis reconciliarunt, & carceri incluſis dimiſsionem impetrarunt. Sed non multo pòſt captus, in poteſtatem Ecelini peruenit unà cum Brixiano epiſcopo, anno 1261. & Brixiæ diu in carcere detentus eſt. Et quamuis Vrbanus quartus pluribus epiſtolis apud Palauicinum de eius liberatione ageret, nihil profecit tamen. Ideoq; tandem ingenio uſus eſt, & pecunia corruptis cuſtodibus elabitur, peruenitq; Mantuam. Blondus lib.8. decad.2.

PORTVENSES.

CONRADVS.

COnradus filius Egnonis Vti comitis de Vrach, Suitorum dynaſtæ, in capitis periculo Coloniæ conſtitutus (nam ab auo obſes erat datus) monachum ſe futurum uouit, ſi liberaretur. Quo impetrato, mo-

to, monachus & abbas Ciſtercienſis fit. Verùm iſthinc per pontificem translatus, fit cardinalis S. Ruffinæ & Portuenſis epiſcopus. Is comitatus Iohanne Dominicano, Germanos ad Aſiaticam Africanam que militiam hortatur, anno 1226. utq; eò facilius perſuaderet, immunitatem ſcelerũ liberaliter promiſit omnibus, quotquot cruce ſignarentur. Auentinus lib. 7. Vrſpergenſis.

IOHANNES.

Iohannes Columnenſis cardinalis, & Portuenſis epiſcopus, ab Honorio tertio legatus creatus eſt, qui unà cum copijs ad res in Aſia gerendas profectus eſt. Polyd. lib. 16. hiſtor. Angl.

ROBERTVS.

Robertus Kiluuarby, ubi Pariſijs Sophiſtarum excrementa auidè deguſtaſſet, Oxonium uenir, & doctor iſtius ſcholæ publicus efficitur. Hoc modo elatus, Dominicanorum prouincialis per Angliam creatur. Anno undecimo pòſt Gregorius decimus archiepiſcopum Cãtuarienſem denominat & conſtituit, caſſata electione monachorum. Præfuit triennio, quo quaſdam in Grammatica & Logica hæreſes homo ſine cerebro reperit (ut ſunt, Ego currit, Animal eſt omnis homo) publiciſque edictis promulgatis damnauit, pœna interminata illis qui uterentur. Ea res ad maiores dignitates ipſi uiam ſtrauit. Nam Nicolaus tertius caput inſulſum Romam euocat, & cardinalem atq; epiſcopum Portuenſem conſtituit. Scripſit

In Iſagogen Porphyrij, lib. 1.
In prædicamenta Ariſtotelis, lib. 3.
In Perihermenias Ariſtotelis, lib. 2.
In 6. principia Gilberti, lib. 1.
Super Priſcianum minorem, lib. 1.
De modo ſignificandi, lib. 1.
Lecturam ſententiarum, lib. 4.
Super confeſsiones Auguſtini, lib. 1.
Super Ezechielem, lib. 1.
In Paulum ad Romanos, lib. 1.
In eundem ad Corinthios, lib. 2.
De ſacramento altaris, lib. 1.
De ortu ſcientiarum, lib. 1.
De diuiſione ſcientiarum, lib. 1.
Originalia patrum, lib. 1.
Quæſtiones Dialecticas, lib. 1.
In priora & poſteriora, lib. 4.
In diuiſiones Boetij, lib. 1.
In Topica Ariſtotelis, lib. 4.
In Elenchos eiuſdem, lib. 2.
De conſcientia & ſynderesi, lib. 1.
De anima, lib. 3.
De cauſis animæ, lib. 1.
De differentia ſpiritus & animæ, lib. 1.
De inſtantibus, lib. 1.
De diuiſione entis, lib. 1.
De relatiuis, lib. 1.
De relationis prædicamento, lib. 1.
De rebus prædicabilibus, lib. 1.
Sophiſtriam Grammaticalem, lib. 1.
Sophiſtriam Logicalem, lib. 1.
De doctrina Aquinatis, lib. 1.
De unitate formarum, lib. 1.
In Boetium de conſolatione, lib. 5.
De tempore, lib. 1.
De uniuerſali, lib. 1.
In Phyſica Ariſtotelis, lib. 8.
De cœlo & mundo, lib. 4.
De generatione & corruptione, lib. 2.
In Meteora, lib. 4.
Super Metaphyſicam, lib. 12.
Parua naturalia, lib. 1.
Expoſitionem literæ ſentent. lib. 1.
Diſtinctiones doctorum, lib. 1.
Commentarios Theologiæ, lib. 1.
Philoſophiæ notulas, lib. 1.
Quodlibeta quoq;, lib. 1.

Et id genus multa. Veneno ſublatus, collectus eſt ad ſuos anno 1279. & Viterbij ſepultus. Balæus Cent. 4. cap. 46. ſcriptorum Brytan. ex Lelando, Iohanne Euerſdeno, & Thomæ Viccij annalibus: Erphurdienſis cap. 95.

MATTHAEVS.

Matthæus Aquaſparta (Trithemius Aquaſpandam nominat) Minoritarum generalis, ab Innocentio quarto creatur cardinalis & Portuẽſis epiſcopus, anno 1288. Platina in uita Nicolai. Scripſit

Super ſententias, lib. 4.
Inuentarium ſententiarum, lib. 1.
In epiſtolam ad Romanos, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.

Et alia quædam. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

OLIVARVS SABINENSIS.

Oliuarus uir doctus, & prædicator inſignis, Padeburno præfuit annis 2. quo tempore ritus & ſtatura illius Eccleſiæ in literas referri curauit. Poſtea anno 1223. Romam uocatus, galerum adipiſcitur cardinalitium, & Sabinenſem epiſcopatum. Metropolis Cranzij lib. 7. cap. 39. & Bruſchius de epiſcopis Germaniæ.

GVILHELMVS PISANVS.

Guilhelmus Petramala Piſanus archiepiſcopus Guelphis cõtra Vgolinum comitem opem tulit, cui longo tempore infenſus extiterat, & effecit, ut turri cuidam cum tota familia includeretur, anno 1291. & fœtore omnes enecarentur.

Verùm non tulit inultum. Nam in prælio interfectus eſt poſtea. Bergomenſis libro 13.

GVIDO BONONIENSIS.

GVido de Baypho Bononienſis archidiaconus, utriuſque iuris peritus, claruit anno 1285. Scripſit

Roſarium,	lib.3.
Super Decretalibus,	lib.5.

Bergomenſis lib.13.

GERHARDVS PARMENSIS.

HVnc Martinus quartus legatum miſit in Galliam, qui Carolum Siciliæ regem bellum inferentem Petro Arragoniæ regi aliquandiu prohibuit. Iſto exnncto, Corolo ſecundo in Arragonis in carcere agenti regnum cõſeruauit. Catinam urbem à Venetis accepto exercitu, duce Reginaldo Duelini comite recepit Gallis, qnibus ut regnum Neapolitanum conſeruaret, miſſus eſt à Martino quarto. Blõdus Decad.2.lib.8. Vnà cum Benedicto Caietano inter Philippum Galliæ & Edoardum Angliæ reges tranſegit, atq; ad arma capeſſenda in Saracenos extimulauit. Platina.

GENVENSES.

IACOBVS.

IAcobus ordinis prædicatorum per Nicolaum IIII. Genuenſis deſignatus archiepiſcopus, claruit anno 1290. Is propter crebras dictorum ſcripturæ allegationes, Vorago nuncupatus eſt. Bergomenſis cognomen à patria Viragine deriuat, quod oppidum in agro Genuenſium eſt, cui olim Vicus Virginis nomen fuit. libro 13. Scripſit

Hiſtoriam Longobardicam,	lib.1.
Mariale de S.Maria,	lib.1.
De opuſculis S.Auguſtini,	lib.1.
Chronicon Genuenſium,	lib.1.
Sermones de tempore,	lib.1.
Sermones de ſanctis,	lib.1.
Sermones Quadrageſimales,	lib.1.
Sermones de S.Maria,	lib.1.

Et alia quædam. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſticis.

PORCHETVS.

Porchetus ordinis Spinola minorum Iacobo de Voragine ſucceſſit. Is ut confirmationem impetraret, adijt Bonifacium octauum, atq; ipſo die Cinerum prouolutus ad põtificis pedes eam petijt. Quem pontifex his uerbis ſignauit in ſincipite: Memento quòd Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuertêris. Iniectoque cinere in eius oculos, eodem die archiepiſcopatu priuauit, & paulo pòſt reſtituit. Blondus libro 9. decad.2. Bergomenſis lib.13. exiſtimat, iſtum Iacobum hnnc eſſe Porchetum.

IOHANNES.

Iohannes de Vribergò Genuenſis lector ſcripſit

Summas de iure tres, inter qnas una omnibus præſtare dicitur. Vulgò uocatur Summa confeſſorum.

Itẽ Cònfeſſionale. Erphurdienſis ca.95.

PHILIPPVS FIRMANVS.

PHilippns Firmanus epiſcopus, à Martino quarto in Vngariam miſſus legatus anno 1282. in uincula coniectus eſt à Ladislao rege, quem adulteriorum cauſſa & ob Hunnas pellices excommunicarat. Interfecto rege ab Hunnis, in Poloniam uenit, & iſthinc in Pruſsia controuerſiam inter Meſciugum Pomeranorum ducem & Cruciferos diremit. Cromerus lib.10. de rebus Polonorum.

HILERMVS ARETINENSIS.

HIlermus Arretinenſis epiſcopus dux fuit exercitus Arretinorum contra Carolum Claudum, anno 1291. Paulus Æmylius de rebus geſtis Francorum.

NICOLAVS ASSISIENSIS.

NIcolaus natione Bryto, Franciſcanus monachus, claruit anno 1260. Is ubi diſcendi cupidus Italiam & Galliam peragraſſet, tandem innoteſcit Innocentio quarto, cui ab auriculari fuit confeſsione. Huius adminiculo factus eſt Aſiſienſis epiſcopus, ubi tandem diem clauſit extremum. Balæus Cent.13. cap.79. de ſcriptor. Brytan. ex Lelando & Thoma Franciſcanæ hiſtoriæ ſcriptore.

GALLIAE.

CARNOTENSES.

REGINALDVS.

REginaldus exercitum, qnem Philippus Galliarum rex contra Albingenſes duxit, ſecutus eſt. Robert. Gang. lib.6.

GALTERVS.

Galterus Pontiniaci abbas, fit Carnotenſis epiſcopus anno 1218. Vincent. lib. 30. cap.85.

PARISIENSES.

SVB PHILIPPO.

MAVRICIVS.

MAuritius Theologiæ doctor in gymnaſio Pariſienſi publicè pro concione populum

populum docuit. Factus demum eſt epiſcopus eo in loco. Scripſit

Sermonem ad populum, lib.2.
De cura animarũ ad presbyteros, lib.1.

Trithemius de ſcriptorib. Eccleſiaſt.

ODO.

Odo obijt anno 1208. Vincentius libro 29. cap. 101.

PETRVS.

Petrus theſaurarius Thuronenſis, & poſtea etiam cantor Pariſienſis, ſucceſsit Odoni. Vincent. lib.29. cap.101. Is ſcholaſticæ Theologiæ & philoſophiæ gnarus diu præfuit, plurimosq́; diſcipulos erudiuit. Scripſit

Verbum abbreuiatum, lib.1.
Diſtinctionum aliud, lib.1.
Grammatica theologorum, lib.1.
Sermones uarios, lib.1.
De quibuſdam miraculis, lib.1.
De Sacramentis, lib.3.

Bergomenſis libro 12. Eius tempore orti ſunt hæretici, qui ſingulis S. Trinitatis, ſingula attribuerent tempora. Autores huius opinionis unà cum Gatino conſulari uiro curauit dignitatibus priuari, & laicos adſtipulatores igne cremari. Robert. Gang. lib.6. de geſtis Franc. Hæc adſcripſimus, quia ſuperiori ſeculo nimis pauca de hoc uiro fuerunt annotata.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Antiſiodorenſis epiſcopus anno 1221. per Honorium tertiũ Pariſienſi Eccleſiæ præfectus eſt. Egregius ſcribitur libertatis Eccleſiaſticæ defenſor fuiſſe. Obijt eodẽ anno, & in abbatia Pontigniacenſi ſepelitur. Vincent. lib.3. cap.124.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Pariſienſis epiſcopus, uir doctus & pius, claruit circa annum 1230. De iuſtificationis articulo, & alijs doctrinæ Chriſtianæ capitibus, multò ſenſit rectius, quàm cæteri ipſius coætanei doctores. Scripſit libellum de collatione beneficiorum, in quo acerrimè in ſui temporis clerum inuehitur.

Irem de S. Trinitate, lib.1.
De Sacramentis, lib.1.
Cur Deus homo, lib.1.
Summa uirtutum, lib.1.
De fide & legibus, lib.1.
De animabus humanis, lib.1.
De uniuerſo, lib.6.
De dono ſcientiæ, lib.1.
De 30. remedijs tentationum, lib.1.
De clauſtro animæ, lib.1.
De Rhetorica diuina, lib.1.
De pœnitentia, lib.1.
De dæmonibus, lib.1.
In Pſalterium, lib.1.
In Eccleſiaſten, lib.1.
In Euangelium Matthæi, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.
De primo principio, lib.1.
Summa uitiorum, lib.1.
De bono & malo, lib.1.
De profeſsione nouitiorum, lib.1.
De operibus uirtutum, lib.1.
Contra pluralitatem beneficiorũ, lib.1.
In Prouerbia Salomonis, lib.1.
In Cantica canticorum, lib.1.
Sermones uarij, lib.1.

Alia quoq; nonnulla edidit. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſt. Iohannes Tilius in Chronica, Catalogus teſtium ueritatis. Statuit neminẽ duo miniſteria ſimul obtinere poſſe cum ſalute animę ſuæ, quorum alterum 15. libras Pariſiacas ualeret in annos ſingulos. Chron. Fland. lib.8.

LVGDVNENSES.

PHILIPPVS.

Philippus Gualenſis, aliàs Vualleis, Franciſcanus, Lugduni philoſophiam & Theologiam docuit. Plurima ſcripſiſſe dicitur, quæ tamen non extant. Claruit anno 1250. Balæus Cent.13. cap.78. ex Lelando.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Lugdunenſis ordinis Prædicatorum, Theologus & Philoſophus, & Lugdunenſis archiepiſcopus, claruit anno 1280. Scripſit

Super Sermones, lib.4.
Summam uirtutum, lib.5.
Summam uiciorum, lib.8.
Sermones ad populum, lib.1.

Et alia plura. Prolom. Lucenſis in Rudimento nouitiorum, Trithemius de ſcript. Eccleſiaſt.

BISVNTINI.

IOHANNES.

Iohannes de Abbatis uilla, magiſter Pariſienſis, Biſuntinus archiepiſcopus & cardinalis, natione Gallus, Luteciæ annis pluribus Theologiam profeſſus, & ſcripturas ſanctas interpretatus eſt. Ad populum cõciones habere ſolitus eſt. Scripſit

Sermones de tempore, lib.2.
Sermones de ſanctis, lib.2.

Et alia multa. Claruit hoc ſeculo circa annum Domini 1240. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis lib.13.

HVGO.

Poſt Ioannem eliguntur ſimul duo, Guido frater comitis Hanoniæ, & Guilhelmus Bartholdi de Maglinia Theologus: quorum neuter prędã deſiderata potitur. Tãdem poſt diuturnum diſsidium Hugo de Cam-

de Cambilione,Burgundiæ ducis conſanguineus,eam adipiſcitur,anno 1296.Is magnatum dominorum de Auuans & Vuarons ſeditionem fouit, & præliorum ſpectator plerumque prodibat in publicum. Eam ob cauſſam accuſatus, & quòd falſam cudiſſet monetam,atque etiam bona Eccleſiæ profudiſſet,à Bonifacio 8.ad Biſuntinum archiepiſcopatum trãslatus eſt. Catalogus Tungrenſium epiſcoporum.

REMENSES.

GVIDO.

GVido Remorum pontifex obijt Gandaui ad Bauonis,anno 1206. cui hoc adiectum eſt epitaphium:

Grandis Gandauo debetur honor,quia Bauo Sanctus proſtrauit illum,quem nullus armauit.

Chronicon Flandriæ lib.8.

ALBERICVS.

Albericus Lierberti Cameracenſium quondam epiſcopi cadauer mortuũ tranſfert anno 1211.ibid.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Remorum pontifex, Ludouicum cum Blanca uxore ſacris regijs initiauit, anno 1223. Paulus Æmylius libro 6. de geſtis Francorum. Obijt anno 1226.

RICHARDVS.

Richardus minorita & Remenſis archiepiſcopus, doctus & prædicator popularis ingenioſus, claruit anno 1270. Scripſit

Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Et alia multa.Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

RIGALDVS.

Rigaldus Remorũ antiſtes, theologus inſignis,præfuit iſti ſedi ad annum 1278. Sabell.Ennead.9.lib.7.

PETRVS.

Petrus Remorum archiepiſcopus, corpus Euerardi cuiuſdam ex ueteri capſa in nouum feretrum tranſtulit in monaſterio Ciſoni[illegible]ſi,anno 1282. die Mercurij ante Paſcha. Chronicon Flandriæ lib. 10. In curia Pariſienſi iudicatum eſt per areſtam contra ipſum, Sacerdotes & reliquos raſos & unctos in negocijs ſecularibus, non eſſe liberos à triburis principibus ſoluendis.Ibidem. Toti Flandriæ ſacris interdixit Taruannæ cum Sylnanectenſi epiſcopo,anno 1297. quas minas tamen Flandri ſpreuerunt,relaxationem impetrantes à Romano pontifice.Ibid.

SENONENSES.

GVILHELMVS.

GVilhelmus,quem Epitome mũdi ſanctum uocat epiſcopum,anno 1192.& ſub initium huius ſeculi Senonis epiſcopum egit.

PETRVS.

Petrus de Corbolio Magiſter,Senonenſis archiepiſcopus doctus,ſcripſit

In omnes epiſtolas Pauli, lib.14.
Sermones uarios, lib.1.

Atque alia nonnulla.Exercitui contra Albingenſes interfuit.Robertus Ganguinus lib.6. Senex moritur anno 1222.ipſo die ſuæ ſynodi, & in eccleſia Senonenſi tumulatur. Vincent.lib.30.cap.124.Trithemius de ſcriptorib.Eccleſiaſt.

GALTHERVS Cornutus ſucceſsit Petro.Ibidem.

BELVACENSES.

PHILIPPVS.

PHilippus Bellouacorum pontifex bellum geſsit aduerſus comitem Claromontenſem fœminam, eiusq; ditionem hoſtiliter populatus eſt anno 1212. Cumq; Reginaldus Caſtri Martini comes fœminæ opem ferret,effecit ut pontificiam excommunicationem experiretur. Sic ſcilicet utroq; gladio perimere potuerũt hoc ſeculo pontificij ſatellites ſuos aduerſarios.Chron.Fland.lib.8.

ROBERTVS.

Robertus Bellouacorũ epiſcopus, poſt Damiatæ expugnationem, cui interfuit, in pugna occubuit,anno 1250.Chronicon Fland.lib.9.

BITVRICENSES.

GVILLERMVS.

GVillermus nobili ortus proſapia, in Huberti locum eligitur. Is non tantùm ab ineunte ætate ad optimarum artium cognitionem adhibitus eſt à parentibus,ſed etiam præcipuè honeſtis moribus ſtuduit,& ut à ſimplici mendacio abhorreret. Adoleſcens ab auunculo Guillerino Sueſsionenſi archidiacono in ſacris literis edoctus eſt. Albingenſes hæreticos,literis extimulatus pontificijs,magno zelo conatus eſt expugnare, quamuis morte præuentus non effecit,quod animum introduxerat. Solitus eſt ſuæ inſpectioni gregem commiſſum docere, & ad uirtutem hortari: quod etiã tum, cùm febre correptus erat,factitauit. Demum 5. Idus Ianuarij,cum teſtamentum ſuum de more ordinaſſet,oleoq; inunctus eſſet extremo, atq; cœna uſus fuiſſet Dominica, ſe iamiam

ſe iamiam moriturum filio Dei commen dauit, & ſic inter ipſas preculas animam exhalauit, anno 1208. Catalogus Bituricenſium, & Vincentius libro 29. capite 101. Canoniſatus eſt poſtea ab Honorio tertio, anno 1218. Vincentius lib. 30. cap. 85.

GERALDVS Guillermo ſucceſsit. Obijt anno 1218. Vincentius lib. 30. cap. 85.

Hic SIMONEM cantorem ſucceſſorem habuit.

ÆGIDIVS.

Ægidius Romanus ex illuſtri Columnenſium familia ſatus, heremitarum ordinis S. Auguſtini prior generalis, Bituricenſis fit epiſcopus, atque etiam Aquitaniæ primas, anno 1295. Is Thoma Aquinate uſus eſt præceptore, ordinemque ſuum Pariſijs longo tempore defendit. Philippum Pulchrum Lutetiæ graui oratione excepit. Paulus Æmyl. lib. 8. Scripſit quàm plurima:

In Hexameron, lib. 2.
In Cantica canticorum, lib. 1.
In Epiſtolas Pauli, lib. 14.
Super Sententias, lib. 4.
Expoſitio primæ decretalis, lib. 1.
De regimine principum, lib. 1.
Quodlibeta multa, lib. 1.
In officium Miſſæ, lib. 1.
Laudes ſapientiæ diuinæ, lib. 1.
De ſubiecto Theologiæ, lib. 1.
De corpore Chriſti, lib. 1.
De menſura angelorum, lib. 1.
De cognitione angelorum, lib. 1.
De mortuis, lib. 1.
De gradibus formarum, lib. 1.
De prædeſtinatione, lib. 1.
Theorica de eſſe & eſſentia, lib. 1.
De generatione & corruptione, lib. 1.
De peccato originali, lib. 1.
De formatione humani corporis, lib. 1.
De poteſtate eccleſiaſtica, lib. 3.
Compendium Theologiæ, lib. 6.
De renunciatione papæ, lib. 1.
Aduerſus corruptorem Thomæ, lib. 1.
Sermones uarij, lib. 2.
De intellectu poſsibili, lib. 1.
De ſapientia diuina in beatis, lib. 1.
De bona fortuna, lib. 1.
Diſtinctio articulorum fidei, lib. 1.
De carcere, lib. 1.
In omnes libros Ariſtotelis.
Epiſtolæ notabiles.

Et alia non pauca. Miraculis tandem eum claruiſſe ferunt, quam ob cauſam Beatus doctor eſt appellatus. Vincẽtij Continuator lib. 31. Trithemius de Script. Eccleſiaſt.

ARNOLDVS AMBIONENSIS.

Arnoldus Magiſter, & Ambionenſis epiſcopus, decreto de miniſteriorum pluralitate ſeſe oppoſuit, an. 1228. Chron. Fland. lib. 8.

GVILHELMVS MIMACENSIS.

Gvilhelmus Durandi ordinis prædicatorum monachus, & iuris Doctor, claruit circa annum 1276. Is Henrici Hoſtienſis diſcipulus fuit, & inter huius temporis doctos unus è præcipuis habitus eſt. Scripſit

Speculum Iuris, lib. 3.
Rationale diuinorum, lib. 8.
Repertorium Iuris, lib. 1.

Et alia quædam. Nonnulli negant ordinis prædicatorum ipſum fuiſſe. Bergomenſis libro 13.

CATALAVNENSES.

PETRVS.

Petrus Catalaunenſium epiſcopus iudex denominatus unà cum Hugone Leſſeiano abbate in cauſa Auenienſium Iohannis & Balduini, pronunciarunt, legitimo eſſe natos connubio, anno 1249. Chron. Flandriæ lib. 9.

RETROCHVS.

Retrochus nepos Guillermi Remenſis archiepiſcopi, quem Vincẽtius ſcribit negligentẽ in officio fuiſſe, obijt anno 1202. lib. 29. cap. 68.

ANTISIODORENSES.

GVILHELMVS.

Gvilhelmus Antiſiodorenſis epiſcopus ſub initium huius ſeculi claruit, & inter doctores ſui tẽporis habitus eſt unus è celeberrimis. Scripſit

Summam Theologiæ, lib. 1.
De diuinis officijs, lib. 1.

Aliaque plurima. Bergomenſis libro 12. Trithemius de Script. Eccleſiaſt.

HVGO.

Hugo Guilhelmo ſucceſsit. Vtriuſque Iuris peritus fuit. Per Petrum comitem Iudæos urbe eiecit, eorumq́; ſynagogã Deo, Nicolao & Renoberto ſanctis confeſſoribus dicauit. Obijt anno 1207. Sepultus eſt in Lateranenſi eccleſia. Vincentius libro 29. cap. 100.

GVIDO.

Guido Antiſiodorenſis epiſcopus, cruce ſignatos per S. Clementis cardinalem, quem Vrbanus quartus in Gallias miſerat, in Italiam duxit in Manfredum. Blondus lib. 8. decad. 2. Platina.

GVALTERVS PICTAVENSIS.

GValterus Brugẽſis Theologus,& monachus Franciſcanus, primùm Turoniæ prouinciæ miniſter, deinde Pictauenſis epiſcopus,claruit anno 1252.Scripſit

Sermones per annum Alexãdri 4. iuſſu, lib.1.
Super ſententias, lib.4.
Quodlibetorum, lib.1.

Et alia quædam. Bergomenſis lib. 13. Trithemius de Script.Eccleſ. Miraculis claruiſſe dicitur.Chron.Fland.lib.10.

AVINIONENSIS.

NICOLAVS.

NIcolaus de Corbeya monachus Cluniacenſis, capta Auinione in epiſcopum eius loci conſecratur,anno 1226. Vincentius lib.30.

PROBVS TVLLENSIS.

PRobus Franciſcanus, epiſcopus Tullenſis,Tubingæ natus in Sueuia,Theologus doctus & eloquens,claruit circa annum 1286.Is in frequenti conuentu clericorum Herbipoli Romaniſtatum auariciam,luxum, ſuperbiam accuſat, nebulones,ſatanæ atq; Antichriſti ſatrapas,faces bellorum in Germania, Gallijs, Hiſpania appellans,ad generale concilium prouocat.Nauclerus generat.43.Auẽtinus lib.7.

GAVFRIDVS SYLVANECTENSIS.

GAufridus ætate grauis, quòd corpulentior eſſet, atque labore defatigatus & exhauſtus totis 30.annis quibus prę fuerat,reſignauit,impetrata licẽtia ab Innocentio tertio, ſeque in monaſteriũ Caroliloci contulit,anno 1213. Vincentius libro 30.cap.8.

TRECENSES.

HERVEVS, ROBERTVS.

HEruęus Magiſter,& epiſcopus Trecenſis,Iuris utriuſque peritus, ætate longæuus obijt anno 1222.Vincentius libro 30. cap.124. Succeſſorem habuit M.Robertum iſtius Eccleſiæ Decanum.Ibidem.

AVRELIANENSES.

MANASSES.

MAnaſſes Aurelianẽſis epiſcopus obijt anno 1221. Vincentius lib.30. cap.124.

PHILIPPVS.

Philippus Guillermi Bituricenſis epiſcopi nepos,ſucceſsit Manaſsi.Ibidem.

BOCHARDVS.

Bochardus Auenienſis,Iacobi filius,uir impiger,ſtrenuus,facundus,à Philippo Elſatio literis adhibitus tantum profecit, ut Iuris ciuilis profeſſor Aureliani primùm, deinde eiuſdem adminiculo archidiaconus Laudunenſis, & canonicus etiã Tornacenſis euaderet.Tum coactus eſt ſacris initiari præter omnem uoluntatem, inſcijsque amicis Aureliani fit hypodiaconus. Reliquit ea quæ habebat ſacerdotia, inque Flandriam ſeculari habitu indutus reuertitur, ut diſsimularet ſuum ordinẽ. Angliæ regi Iohanni imprimis charus fuit ob multas inſignes uirtutes, ita quidem,ut ab eo baltheo militari cingeretur, & equeſtri cenſu donarętur.

Balduinus Aſiam petiturus non liberorum modò, ſed Flandriæ quoque & Hanoniæ unà cum alijs gubernationem ipſi demandauit.Is demum Margaretam Balduini filiam uxorem duxit circa annum 1212. uel clam uitiatam, ut nonnulli referunt,uel etiã imprimis id Machtilde Poruigalenſi procurante: ex qua duos filios ſuſcepit.Tum demum palàm fit de ſuſcepto ſacro ordine: quam ob cauſam cum plurimùm à Iohanna coniugis ſorore uexaretur, Innocentium tertium adijt ſupplicans,ut & in matrimonio uiuere, & ſacro ordini abdicare ipſi liceret.Renuit põtifex (fortè quòd non auri ſatis dependit, quo Romæ uenalia fuere omnia) iuſsitq; & coniugẽ repudiare,& in Aſia anno integro belligerari, atque ad ſuum redire uitæ genus, inque eo uiuere in perpetuum. Aſiaticam igitur ſuſcipit militiam aliquandiu:uerùm amore coniugali extimulatus domum reuertitur,ac uxore liberisq; conſpectis dixiſſe fertur, Malle ſe potius uiuum excoriari, quàm Romano pontifici morem gerere. Pontifex igitur concilio coacto in Laterano,anno 1215. Bochardo ſacris interdicit, eamq; ſententiam ſeptimanis ſingulis promulgari iubet in Remenſi prouincia, donec Margaretam ſorori reſtituat,& ad ſuum ordinem redeat. Sed tandem Romam profectus obtinuiſſe dicitur,ut eam retineret, & domum rediẽs in itinere diem clauſiſſe extremum, anno 1218. ut Annales Hanoniæ habent. Alij ſcriptores teſtantur, ipſum poſt diuturnam captiuitatẽ fuiſſe decollatum, & caput per ludibrium in Flandrię & Hanoniæ oppidis circumgeſtatum.Chronicon Fland.lib.8.

BAIOCENSES.

PETRVS.

PEtrus Baiocenſis autiſtes circa annum 1280. præfuit. Hic quia legationis negotiũ mala fide fuerat exequutus ad Beguinam Brabantinam , odium Philippi incurrit, & ad pontificem Romanum profugit

fugit pœnæ metu. Robert. Gang. libro 7. Paulus Æmilius lib.7.

ROBERTVS.

Robertus Baiocẽſis unà exercitui contra Albingenſes ducto interfuit. Robertus Gang. lib.9.

THEOBALDVS DOLENSIS.

THeobaldus miſſus Niuellam eſt pro inquirendo de propinato ueneno Ludouico Philippi filiorũ natu maximo: & reſponſum obſcurum & ambiguum retulit, non fœminã, ſed uirum dediſſe. Robert. Gang. lib.7. Paulus Æmilius lib.7.

GVILHELMVS NIVERNENSIS.

GVilhelmus Niuernenſis epiſcopus, Iuris utriuſque peritus, tempore maximæ cariſtiæ duo milia pauperum quotidie ſolitus eſt paſcere. Libertatem regalium Niuernenſium magna auti ui redemit à Philippo Francorum rege. Obijt in uigilia aſcenſionis, anno 1221. Vincentius lib.30. cap.124.

GALTERVS MAGOLENSIS.

GAlterus ex Inſulis Flandriæ oriundus, & Magolenſis epiſcopus doctus & eloquens, ſuæ eruditionis monumenta reliquit:

Super Pſalterium, lib.1.
Epiſtolas quaſdam.

Atque alia quædam. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

METENSES.

CONRADVS.

COnradus Medionum & Nemetũ pontifex, anno 1215. comitijs Noribergenſibus interfuit. Auentinus lib.7.

IACOBVS.

Iacobus præfuit anno 1256. Is fœdere iunctus fuit Ludouico Bauariæ duci. Auentinus lib.7.

IOANNES TVLLENSIS.

IOannes epiſcopus Tullẽſis, anno 1298. legatus Romam mittitur, ut de Alberto Auſtriaco recẽs conſtituto Imperatore ad Bonifacium 8. perferret. Auentinus libro 7. Annalium Boiorum.

FLANDRIAE.

MORINI.

SVB PHILIPPO ET *Otthone.*

LANTBERTVS.

LAmbertus Morinorũ epiſcopus, Brugis natus, cancellarius Remẽſis, obijt anno 1207. Chronicon Flandriæ libro 8.

IOANNES II.

Ioannes eius nominis ſecũdus ſucceſſit. Obijt anno 1213. Ibidem.

SVB FRIDERICO.

ADAM.

Adam Patiſienſis archidiaconus ſucceſſit Iohanni. Is executor teſtamenti Mathildis Portugalẽſis denominatus, ingentem pecuniç ſummam in egenos & ædes ſacras diſtribuit. Corpora Oſualdi regis & Idabergæ uirginis Pipini filiæ tranſtulit anno 1221. Senio confectus præſulatu ſe abdicauit an.1229. & fit monachus in Clara ualle Burgundiæ. Chron. Fland. libro 8.

SVB CONRADO IIII. *& Guilhelmo.*

PETRVS, RODVLPHVS.

Petrus Flandriç archidiaconus Adamo ſucceſſit. Et huic deinceps Rodolphus, quem anno 1252. Margareta Flandriæ comes ad Guilhelmum Imperatorem miſit pro redimendis duobus filijs in pugna captis. Chronicon Fland. lib.9.

SVB ADOLPHO.

IACOBVS.

Iacobus Popringæ creſcente populo, extructionẽ duorum templorũ, D. Virginis & Ioan. Baptiſtæ, ſtrenuè iniuit, anno 1290. Chron. Fland. lib.10. Regem Franciæ Philippum Pulchrum ſectatus eſt, comite Guidone proditoriè deſerto: quam ob cauſam unà cum Thoma abbate Dunẽſi & reliquo ſodalitio Liliati dicti ſunt. Ibidem.

SVESSIONENSES.

SVB PHILIPPO ET *Otthone.*

MILO.

MIlo Sueſſionũ epiſcopus, ſuo etiã ſuffragio decreuit Balduinũ Flandrum Conſtantinopolitano Imperio præficiendum, anno 1204. Chron. Fland. lib.7.

SVB FRIDERICO.

IACOBVS.

Iacobus Sueſſionum antiſtes, Ludouicum, qui poſtea diuorum catalogo annumeratus eſt, Remis coronauit, anno 1226. calend. Decemb. Chron. Fland. lib.8.

TORNACENSES.

SVB PHILIPPO, *Otthone & Friderico.*

GOSSVINVS.

GOſſuinus Stephano ſucceſſit Tornaci, anno 1203. Is Ferdinando Flandriæ comiti, totiq; Flandriæ ſacris interdixit ob expugnatum & ui occupatum Tornacum,

Tornacum, & quinq; uiros extra muros combuſtos. Obijt anno 1218. Chronicon Fland. lib. 8.

SVB FRIDERICO, CONRADO IIII. & Vuilhelmo.

VALTERVS.

Valterus Maruifienſis ſuccedit. Is anno 1226. moniales Victorianas Vuaſemuſtri introduxit. Segregauit moniales D. Trudonis iuxta Brugias à canonicis D. Bartholomæi Echoltani, petente id ab eo abbatiſſa Vſylia, idq; anno 1248. Legatus miſſus eſt à Margaretha Flandrica ad Guilhelmum Cæſarē anno 1253. ad redimendos liberos captiuos: ſed re infecta redire domum coactus eſt. Dedicauit Brugis ſacellum fratrum Minorum ad Brambergā, anno 1258. Obijt anno 1261. Chronicon Fland. lib. 9.

IOHANNES.

Iohannes Dunenſis cœnobij templum unà cum Radulpho Morinorum antiſtite conſecrauit, anno 1262. Chronicon Flandriæ lib. 9.

SVB RODVLPHO.

PHILIPPVS.

Philippus cognomento Mus, patria Gandauēſis, creatur antiſtes Tornaci anno 1275. Chron. Fland. lib. 9. Tranſtulit cuiuſdam Landradæ reliquias fœtentes apud Halteram in agro Gandenſi, anno 1278. Ibidem.

SVB ADOLPHO.

MICHAEL.

Michael Tornacenſis epiſcopus collegium canonicorum apud Ardenburgum conſtituit, anno 1296. Inſulæ & Guidoni comiti ſacris interdixit in ipſa aula inſtinctu Philippi Galliæ regis. Chron. Fland. libro 10.

HEINRICVS.

Heinricus de Gandauo Germanus, archidiaconus Tornacenſis, inter doctiſſimos huius ſeculi unus eſt habitus, Theologus & Philoſophus, ut Doctor ſolennis uulgò uocatus ſit. Aliquandiu in gymnaſio Pariſienſi docuit, Diſputator ſubtilis fuit. Scripſit

Summam Theologiæ,	lib. 1.
Super Sententias,	lib. 4.
De uirginitate,	lib. 1.
Quodlibeta,	lib. 2.
De pœnitentia,	lib. 1.
Id Metaphyſicam,	lib. 14.
In Phyſicorum libros,	lib. 8.

Aliaque plurima. Obijt anno 1293. in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, & Tornaci ſepultus eſt. Bergomenſis, Trithem. de ſcript. Eccleſ.

SVB PHILIPPO ET Othone.

GARNERIVS TRICASSIVM.

Garnerius Tricaſsiū epiſcopus Balduini Flandriæ comitis exercitū comitatus eſt in terram ſanctam, & Conſtātinopoli unus eorum deſignatus eſt, qui Imperatorem crearent, anno 1204. Chronicon Flandriæ lib. 7.

SVB FRIDERICO.

PETRVS D. AVDIMARI.

Petrus dictus à colle medio, natione Italus, eruditus, antiſtes Eccleſię D. Audimari factus eſt anno 1229. Eo uſus eſt Romanus pontifex legato contra Albingenſes. Chron. Fland. lib. 8.

LANTBERTVS BRVGENSIS.

Lantbertus Brugenſis antiſtes, Eccleſiæ B. Mariæ Conſtantinopoli partem brachij D. Amonij retulit, anno 1231. Chron. Fland. lib. 8.

HISPANIAE.

TOLOSANI.

FVLCO.

Fulco Toloſanus claruit anno 1220. Is Dominicum ad Lateranēſe deduxit conciliū, ut apud Innocentiū noui ſui ordinis cōfirmationem impetraret. Schedel. ætate 6.

LVDOVICVS.

Ludouicus felix, aliàs Loyſius dictus, Caroli ſecūdi regis Siciliæ & Marię filius, obſes cū duobus fratribus patris loco datus, Catetoniæ toto ſeptennio à Franciſcanis monachis in artibus liberalibus & ſacris inſtitutus eſt. Cōciones habuit ad populum. Miſſam quotidie deuotus celebrauit. Excepta matre & ſororibus, cum nulla fœmina ſolus uerba fecit. Corpus aſsiduè proprium afflixit. Ad extremum petitione & ſuaſu Bonifacij octaui factus eſt Toloſanus epiſcopus, ubi demum diem clauſit extremum. Miracula uiuus & mortuus edidit, quam ob cauſam in numerū pontificiorū ſanctorum relatus eſt. Schedelius ætate 6. Michael Ritius lib. 3. de regibus Siciliæ.

PHILIPPVS HISPALENSIS.

Philippus Alphonſi decimi regis Hiſpaniarum frater germanus, abbas Vallis ſolidæ & de Caueis rubeis, atq; etiam electus Hiſpalenſis præſul, abdicato ſacerdotio animum adiecitad rem uxoriam, idque hac occaſione. Cum Alphonſus ex uxore

uxore Violanta,quam unicè amabat, nullam prolem ſuſciperet, illam repudiare ſtatuit, aliamq́; Chriſtianam regis filiam forma elegãti puellam in matrimonium poſtulauit per oratores. Quę ubi iam Hiſpali applicuiſſet,Violanta grauida apparet. Proinde cum tantopere adamatã rex repudiare nefas eſſe duceret, præſertim quia ſpes prolis ſibi iam oſtenſa eſſet, & hanc quidem domum remittere patum ſe dignum, dubius hæreret, protinus Philippus fidem coniugij Chriſtianæ dedit. Cuſpinianus in Alphonſo decimo.

GERMANIAE *Epiſcopi & Doctores.*

COLONIENSES.

SVB PHILIPPO ET *Ottone.*

ADOLPHVS.

Adolphus de Altenaē, maioris Eccleſiæ canonicus, Brunoni ſuccedit. Is Heinrico Imperatore mortuo, primũ Zeringiæ ducẽ, deinde Ottonẽ elegit Imperij ſucceſſorẽ, cum alter ille oblatum munus recuſaret, & coronauit Aquiſgrani, obſtringens ſe illi iureiurãdo. Verùm paulo pòſt periurus factus, tum ui compulſus, tum etiam pollicitationibus atque pecunia quinque millium marcarum allectus, deſerto Ottone Philippi partes ſequitur, & Aquiſgrani eundem etiam inaugurat. Vrſpergenſis.

Eius perfidiæ paulo pòſt pœnas luit. Nam Innocentius tertius eum excommunicauit primùm, cõmiſſarioſq́; Sifridum Moguntinum & Cameracenſes antiſtites Coloniam miſit, ut ibi latam ſententiam promulgarẽt. Quam cùm alto ſupercilio aſpernaretur, remouetur officio, an. 1205. poſtquã annis præfuiſſet 12. Profugus Spiram uenit ad Philippũ, opem eius implorans: qui Nuſiam armis oppugnatam præmium perfidiæ tradidit Adolpho. Chronicon Colonienſe refert, ad ipſius ſuſtentationẽ poſt degradationem ipſi quotannis ex annuis prouentibus numeratas 4000. marcas. Biennio pòſt Auguſtæ à duobus legatis pontificijs rurſus abſoluitur, Romamq́; ad examen mittitur. Trithemius in Chronico Hirſaugienſi.

BRVNO IIII.

Remoto Adolpho iuſſu pontificis, clerici cõmunicato conſilio, eligunt Brunonem de Seyn, præpoſitum Bonnẽſem, ſucceſſorem. Is quia Ottonis partes ſectabatur, aduerſarium habuit Philippum. Ventum eſt ad cruentũ prælium prope Vuaſſenburgum, in quo Philippus extitit ſuperior, & Ottonis atq; Brunonis cæduntur copiæ: capitur antiſtes, & ultra annum in arcta tenetur cuſtodia. Eam ob cauſam papa Innocentius III. Philippum excommunicat, & legatos mittit Hugonem & Leonem, quorum interceſsione liberatur ex cuſtodia, Romamque mittitur. Interfecto Philippo, pontificio inſtructus diplomate ad ſuam reuertitur ſedem, & non multo pòſt colligitur ad ſuum populum, an. 1208. cum per triennium turbulentis temporibus præfuiſſet. Sepultus eſt Coloniæ in æde S. Petri. Trithemius in Chron. Vrſp. Saxonia Crancij, Manuſcriptus codex.

SVB OTTONE ET *Friderico.*

THEODORICVS.

Theodoricus prępoſitus Apoſtolorum, ope Ottonis ſuccedit, unanimi cleri conſenſu electus. Is initiò ſuo clero charus fuit, ſed progreſſu temporis acerbiſsima eius odia ſuſtinuit. Cauſam refert Chronicon Colonienſe, quòd ſuos nimiũ expilarit, noua uectigalia extorſerit. Eam ob cauſam, & quòd Ottoni IIII. adhæſerat, papæque mandatis minimè obtemperauerat, primùm excommunicatus, deinde loco motus eſt per Sifridum Moguntinũ. Et quamuis Romæ per integrum triennium ſuæ reſtitutionis cauſam ageret, nihil tamen profecit. Præfuit annis 6. uſque ad annum 1214. quo tempore caſtellum Gudesburgum conſtruxit, ære cuiuſdam Iudæi uſurarij, quem captiuum tenebat. Toto uitæ tempore quo uixit, poſtquam remotus erat, 400 marcas quotannis pro ſui ſuſtentatione ex reditibus epiſcopatus accepit. Chron. Colonienſe, Trithem. in Chron. Hirſaug. Manuſcriptus codex.

SVB FRIDERICO II.

ENGELBERTVS.

Engelbertus maioris Eccleſiæ præpoſitus, comes Montenſis, eligitur ſucceſſor, iuſſu pontificis. Nam cum fruſtra Theodoricus ſui reſtitutionem Romæ urgeret, papa mandauit, ut alium eius loco conſtituerent. Conſecrationem accepit à Petro cardinale S. Potentianæ.

Is ea uulnera, quæ epiſcopatui inflixerant anteceſſores, ſedulò curauit. Aes alienum, quod ijdem contraxerant, cuius ſumma erat XXVII. millium marcarum, perſoluit. In tanta fuit exiſtimatione apud Fridericum ſecundum, ut ipſi gubernationem Germaniæ, filiumque Heinricum commendaret, cum Romam iret pro confirmatione impetranda: quamuis fidem datam frangeret, & filiũ loco patris Aquiſgrani aſcitis principibus Imperatorem

rem crearet. Chronicon Coloniēſe refert, conſenſu patris Friderici hanc factam electionem & coronationem. Cumq́; pacificè annis 10. præfuiſſet, 28. affectus uulneribus à Friderico comite Iſenbergenſi, fratris ſui filio, crudeliter religionis prætextu, ut Auenrinus dicit, interfectus eſt, anno 1225. quòd comitem excommunicauerat Eccleſiæ Aſsindenſis cauſa. Sepultus eſt in maiori eccleſia Colonienſi magno omnium mœrore in capella S. Catharinæ, atque poſt mortem innumeris fermè cœpit inclareſcere miraculis, donec cædis autor ſupplicio publico afficeretur. Manuſcriptus codex, Trithe. in Chron. Hirſaug. & Cranzius in Metropoli lib. 7. cap. 43.

HEINRICVS.

Heinricus nobilis de Molenarck, Bunnenſis præpoſitus, ſucceſsit. Is cædem anteceſſoris ita ultus eſt, ut Iſenbergū caſtellum deſtrueret, ſoloq́; æquaret, atq; hęredes exhæredaret in perpetuū, deniq; etiá ipſum comité crudeli ſupplicio rotæ afficeret. Fratres comitis Brunonem & Theodoricum antiſtites apud Romanum pontificem ut ſceleris conſcios accuſauit, utq́; loco remouerentur effecit. Denique eò etiam laborauit, ut pontifex miſſo legato omnes cædis ſocios excommunicaret, & proſcriberentur ab Imperatore reliquisq́; Imperij principibus, qui ad comitia Norinbergæ uenerant, quibus ueſtem cruentam anteceſſoris monſtrauit. Chronicon Colonienſe. Obijt an. 1237. cùm annis 12. præfuiſſet. Manuſcriptus codex annos gubernationis 9. numerat. Trithem. Crázius in Metropoli li. 7. c. 43. Manuſcrip. codex.

SVB FRIDERICO, CONRADO, *Vuilhelmo Imperatorib.*

CONRADVS.

Conradus de Hoenſtein, præpoſitus S. Mariæ de gradibus, Heinrico ſuccedit. Is prædia iſtius Eccleſię multum auxit. Bellator fuit ſtrenuus, qui rebelles Colonienſes domuit. Chronicon Coloniēſe refert, ipſum contra priuilegia, quæ antiquitùs à multis Imperatorib. confirmata habebāt, in ſuam uoluiſſe redigere eos poteſtaté: item quòd nouam monetam cum multorum damno cudere uoluerit. Ideoq́; ditiſſimos quosq; Colonienſium incolarum, in quorū numero erant pontifices, in ſuas allexit partes, quorum opera uſus Senatum, Scabinos ęiq; pręfectos monetæ loco mouit, anno 1258. Chron. Colonienſe. Viginti ex opulentiſsimis cōtra fidem datam tenuit capriuos toto biennio, quamdiu uixit. Nam iureiurando confirmarat, ſe eos non dimiſſurū, quoad uicturus eſſet. Ibid. Impetrauit à pontifice priuilegium, ut nouus Imperator à Colonienſi coronaretur Aquiſgrani. Chron. Colon. Bellum geſsit aduerſus Guilhelmum Iuliacenſem, à quo captus eſt, & menſibus ab illo 9. detentus. Chron. Colon. Guilhelmum Hollandiæ comitem coronauit Aquiſgrani: & illo defuncto, Richardum Cornubiæ ducem cōtra Fridericū. Quem poſtea unà cum Mogūtino comitatus eſt ad plurima Imperij oppida prope Rhenū ſita, donec Baſileam ueniret, ubi ſceleratè ipſum deſeruerunt: ſiquidem animaduertebant, ipſum parum argenri habere reliquū, cuius cauſa eum fuerant ſecuti. Chronicon Colon. Circa finé uitæ nouá ſtructuram eccleſię B. Petri magnificè inchoauit (ſiquidem ingentem pecuniæ uim corraſerat) cuius primum lapidem manibus proprijs collocauit. Qua de re hi ſunt uerſiculi:

Anno milleno, bis centeno, quater decimo, bis octo,
Dum colit aſſumptam clerus populusq́; Mariam,
Præſul Conradus ex Hoeſtein generoſus,
Ampliat hoc templum, lapidem locat ipſeq́; primum.

Obijt anno 1261. cùm annis 24. pręfuiſſet. Nōnulli annos gubernationis 33. ipſi adſcribunt, ut Chron. Colon. annotat. Sepultus primùm in ueteri eccleſia B. Petri, poſtea in nouam unà cum ſuis anteceſſoribus tráſfertur. Manuſcriptus codex, Trithemius in Chron. Hirſaug.

ENGELBERTVS II.

Engelbertus II. de Valckenburg, prępoſitus S. Gereonis, à clero eligitur ſucceſſor. Eo electo, tres Colonienſium, qui ſanguine iuncti erát illis quos ſceleratè Conradus carceri mancipauerat, ſupplicatū ad ipſum ueniunt, ut ſuos dimittat, eo quòd antea ſæpe ipſis ſpem fecerat, ſi contingeret, ut ille ad gubernacula eueheretur. Sed homo ſceleratiſsimus & hos præter omne meritum cuſtodiæ tradidit, porrigés panem & aquam, unde uictitarent quotidie. Chron. Colonienſe.

Primus ſtatuta prouincialia fecit pro libertate cleri. Colonienſibus admodū grauis fuit: quam ob cauſam ipſum cōprehenſum aliquandiu captiuum tenuerunt. Verùm per interdictum tandem liberatus dimittitur, & ingenti ſumma pecuniæ eos mulctat. Et quáuis de pace certis cōditionibus tranſegerunt antequam dimitterentur, tamen nulls pax firma cōſtituta fuit.

Per proditionem conatus eſt ciuitatem occupare, uſus nonnullis ciuibus ciuitate proſcriptis, qui per mearus ſubterraneos noctu ingredientes, ciuitatem in poteſtatem ipſius ſe tradituros promiſerant. Sed patefacta proditione, ipe fruſtratus eſt, multis miſerè propterea pereuntib. Chronicon

nicon Hirſaug. Chronicou Colonienſe refert, ipſum ciuitate potitum, & in ſuam redegiſſe poteſtatem, duasq; ualidiſsimas extruxiſſe turres, unde eos quouis tempore poſſet reprimere, ſi rebellionem facturi eſſent. Verùm & hac ſpe deiectus eſt, ſiquidem uno die ſeſe Colonienſes in pristinam uendicarunt libertatem. Quæ res tantopere nefarium commouit epiſcopum, ut ingenti conſcripto exèrcitu ciuitatem obſideret. Sed per Heinricum Leodienſem & comitem Geldriæ iuſtis conditioiibus pax fit: in quas ubi iuraſſet epiſcopus, nihilominus tamen à pontifice Clemente 4. abſolutionem petijt & impetrauit etiam ſui iuramenti & totius tranſactionis, tantumq; effecit, ut Colonienſibus omnibus ſacris interdiceretur, pontificiumq; fulmẽ anathematis terribile experirentur. Colonienſes pro ſui defenſione quatuor elegerunt duces, quibus annuum pendebant tributum, inter quos erat comes Iuliacenſis. Ea res penè ad inſaniam commouit Engilbertum, ita ut Iuliacenſi bellum ſibi exitioſum inferret. Nam captus eſt à Iuliacenſe, & tribus annis cum dimidio in ſqualidiſsimo detentus carcere. Verùm tandem intercedente Alberto magno, æquis conditionibus liberatus, quarum unam tamẽ de excommunicatione non ſeruauit periurus epiſcopus. Chronicon Colon. Poſt longam diſſenſionem inter ipſos pax fit per Albertum Magnum epiſcopum Ratiſbonenſem.

Colonienſes in tractatione cauſæ inter epiſcopum & ciuitatem has eius celebrãt uirtutes: Contra eam fidem, qua Imperio obſtrictus fuit, ipſos redigere in ſeruitutẽ conatus eſt: uiolare & redigere ipſorum priuilegia in nihilum: item & uitæ & bonis ipſorum ſtruere inſidias.

Alibi hoc modo: Quicquid ille nobis, qui nos ut parens liberos complecti debebat, & uoce & literis promittit, illud omne perfidè mentitur, iniuriarum uullum ſtatuit modum. Si quando pacem magna pecuniæ ui redimimus, ita retinemus, ac ſi anguillam cauda teneremus.

Obijt anno 1272. cùm annis 14. præfuiſſet. Sepultus eſt Bonnæ in eccleſia S. Caſſij, quòd ciuitas Colonienſis eo tempore interdicto ſubiaceret. Manuſcript. codex, Chrou. Hirſaug.

SVB RODVLPHO.

SIPHRIDVS.

Siphridus de Vueſterburg, Mogũtinenſis Eccleſiæ præpoſitus, homo militaris, ſucceſsit Engelberto, eodem anno. Is ſtatuta fecit de Sacramentis Eccleſiæ. Turrim in Bercka cœpit extruere, aliaq; ædificia. Iuliacenſem comitatum in ſuam redegit poteſtatẽ, interfecto Guilhelmo comite ab Aquenſibus, quem iam pridem oderat. Ferro atque flamma demolitur omnia oppida, & arces capit atque diripit. Et quamuis dux Brabantiæ cum exercitu ipſi occurreret, tamen nihil profecit. Tandem paciſcente pontifice Martino 4. omnia quæ occupauerat, reſtituit. Idem pontifex miſit in Germaniam legatum epiſcopum Thuſculanum anno 1283. qui Herbipoli in conuentu omnium Imperij ordinum decimi denarij contributionem efflagitauit, tam à clero quàm reliquis Imperij ſubditis. Huic ſe grauiter oppoſuit, oſtendens id & nouum eſſe, & nimis graue toti Germaniæ. Riginaldum Geldriæ comitem iuuit contra Iohañem Brabantiæ ducem, in quo prælio captus, & integrum ſeptennium detentus eſt ab Adolpho Montenſi comite, donec ſe magna ui pecuniæ redimeret. Dimiſſus, contra datam fidem & iuſiurandum Montenſem aſtu rurſum capit, tetroq; carceri mancipat. Æſtate ſolitus eſt ipſum nudum caueę ferreæ includere melle illitæ, & hoc pacto muſcarum morſibus & aculeis obijcere quoad uixit. Et quamuis comes omnia illa quæ extorſerat, ſe redditurum polliceretur, & multò plura additurum, ut libertatem conſequeretur: nihil tamen impetrat, præterquam inſolens reſponſum: Habere S. Petrum, quo ſuos poſsit enutrire, nec quicquam rerum ipſius indigere: uelle ſe ipſum docere, quid ſit archiepiſcopum tenere captiuum. Sic igitur ad mortem uſque comitem detinuit. Adolphum Imperatorem cum uxore Imagina coronauit Aquiſgrani. Cuſpinianus de Imperator. Obijt periurus & ſceleratus præſul anno 1298. poſtquam annis 24. & menſibus 5. præfuiſſet. Sepultus eſt in eccleſia Bonnenſi propter interdictum. Chronicon Hirſaug. Manuſcrip. codex, Chronic. Colonienſe.

SVB ADOLPHO ET
Alberto.

VVICHBOLDVS.

Vuichboldus maioris Eccleſiæ decanus, natione Vueſtphalus, ortiundus ex familia nobilium dictorum de Houlte, ſuccedit anno 1298. magis factione nobilium quàm canonica electione eum adipiſcens præſulatum. Is Albertum Auſtriacum Aquiſgrani coronauit, Imperatricem uerò Norinbergæ. Doctus, prudens, & ætate prouectus fuit, ſacrisq; ſtudioſior quàm belli. Cum Colonienſibus aliquandiu pacem coluit. Eoſdem ab anathemate ſui anteceſſoris abſoluit, cui fermè annis octo ſubiacuerant.

cuerant. Multas arces atqne oppida, quæ anteceſſores amiſerant, recuperauit. Pax inter ipſum & Colonienſes non fuit diuturna: ſed Colonienſes auxilium Alberti Auſtriaci implorantes, coegerunt ipſum ad pacem perendam. Comiti de Marchia, quantumuis celebratur nt pacificus, crudele bellum intulit, ferro flammaque atque rapinis uaſtans omnia. Verùm in ipſo furore Suſati morbo corripitur, & paulo pòſt animá exhalat, ubi & ſepulrus eſt in æde S. Panocli, cùm biennio præfuiſſet. Chronicon Colonienſe. Trithemius annos ipſius gubernationis numerat 4. & à Bohemundo Treuirenſi in coadiutorem aſcitum refert. Manuſcriptua codex annos 7. ponit.

MOGVNTINI.

SVB PHILIPPO, OTtone, Friderico.

SIGEFRIDVS II.

POſt Conradum rebus humanis exemptum de ſucceſſore cõſtituendo ingentia mota ſunt certamina. Nonnulli ad Sigefridum baronem Eppenſteinenſem, nonnulli ad Lupoldum Vuormatienſem munus illud deferendum eſſe contendebát. Vicir tandem Sigefridus, eiectoq; Lupoldo ſedem occupat, anno 1200. Coloniæ ordinatus poſtea per Guidoné Præneſtinũ, Romam ad Innocentium 3. iter facit pro redimendo pallio, ubi uixit per biennium cardinalis S. Sabinæ ad mortem uſq; Philippi Imperatoris, atq; tum demum ad munus illud admiſſus eſt.

Sic igitur aliquandiu quietè pręfuir, donec tandem ab Ottone 4. rurſus eijceretur. In exilio uixit apud Hermannum Haſſiæ Landgrauium, quouſq; Fridericus Imperio potiretur, quem Aquiſgrani coronauit. Cumq; toto illo tempore, quo præfuerat, uaria uſus fuiſſet fortuna, collectus eſt ad ſuum populum, anno 1225, Erfordiæ, & ſepulrus in æde D. Virginis. Tempus quo præfuit, ſunt anni 25. Trithem. in Chron. Hirſaugienſ. Bruſchius de Epiſcopis Germaniæ.

SVB FRIDERICO II.

SIGEFRIDVS III.

Sigefridus, qui & Gotfridus dicitur, anteceſſoris parruelis, ab eiſdem baronibus de Eppenſtein oriundus, succeſsit. Is homo militaris fuit. Nam & Moguntinos ui & armis ſibi ſubiecit. de quo Chronicon Moguntinum: Hic uulrum & animum induens leoninum, leo factus, cœpit orphanos & uiduas facere, uillas combnrere, cinitates deſtruere, homines deuorare, terram in deſertum deducete, & papæ mirificè complacere. Crucem aureсm gemmis ornatam Fuldenſibus eripuit. Parua manu, utpote 300 militibus, octingentos trucidauit. In Fridericum Imperarorem iuſſu papæ excommunicationis ſenrentiá promulgauit. Maiorem eccleſiam Moguntinenſem reparauit atq; conſecrauit. Thnringię Landgrauium ſediriosè curauit Imperarorem deſignari: quo mortuo, unà cum Colonienſe Guilhelmum Hollandiæ comitem elegit ſucceſſorem. Chron. Moguntinenſe. Obijt anno 1249. poſtquam annis 24. præfuiſſet. Sepultus Mogunriæ eſt in eccleſia cathedrali ante srá D. Virginis. Trithemius. Bruſchius numerat annos 18.

SVB CONRADO IIII.

CHRISTIANVS II.

Chriſtianus præpoſitus Eccleſiæ Moguntinæ, uir literatus & bonus, ſucceſsit ipſo die apoſtolorum Petri & Pauli, anno 1249. confirmatus à legaro pontifirio. Is magis paci quàm bello ſtuduit. Admonitus enim aliquoties à rege Guilhelmo, ut ſe belligeranrem iuuaret, his ſe excuſauit uerbis: Epiſcopum concionari, non belligerari debere, ipſo Chriſto id præcipiente Petro, ur gladium in uaginam reconderet. Tum ſe ſtudiosè obtemperaturum, ſi uerbum Dei prædicare iuberetur, quę propria eſſet boni epiſcopi functio. Scripſit hiſtoriam exauthorati Heinrici 5. Item uitá Arnoldi epiſcopi Moguntini, & aliorum quorundam ſuorum anteceſſorum. Præfuit duobus ſaltem annis, accuſarusq; apud papam tanquam inutilis ad gubernationem, munus reſignat, & nõ mulro pòſt diem clauſit extremum, anno 1251. Chron. Mogunt. Trithemius.

SVB GVILHELMO.

GERHARDVS.

Gerhardns comes ſylueſter ab Eppenſtein, Minorita Erfurdianns, à canonicis eligitur in præſulem, anno 1251. Eum legatus quiſpiam pontificius muneri prætecit, quod ut acciperet, 200. marcas Heinrico Herburgdunenſi numerauit. Chronicon Moguntinenſe. Is bellum geſsir cõtra Albertum Brunſuuicenſem, in quo captus & per annum integrum in uinculis detentus eſt, donec tandem magna ui pecuniæ per Richardum Cornubienſem redimererur. Obijt Erfordiæ anno 1260. cùm 9. annis pręfuiſſet, atq; in Franciſcanorum collegio ibidem ſepulrus eſt. Bruſchius.

SVB RICHARDO & Rodulpho.

VVERNERVS.

Vuernerus comes de Falckenſtein, maioris Eccleſię prępoſitus, eligitur ſucceſſor.

Is Iohan-

Is Iohannem comitem Spanheimenſem ingenti prælio uicit. Arcem Vuildenbergenſem & oppidum Ammerbacenſe cum eius monaſterij aduocatia emit. Erfurdiam rebellem mille marcis argenti mulctauit. Ottocaro Boiemo autor fuit connubij cum Chunegunda Ratislai Moſchi filia cõtrahendi. Auent. lib. 7. Obijt anno 1284. poſtquã annis 24. præfuiſſet. Sepultus eſt Moguntię in eccleſia cathedrali. Trithem. Bruſchius.

HEINRICVS II.

Sublato Vuernero, ſedes illa uacauit per triennium fermè, duobus de illa litigantibus Romæ, Petro quodam & Gebhardo. Vtroq; uerò abrogato, Honorius 4. munus illud defert ad Heinricũ Baſilienſem epiſcopum. Is Algouus fuit, patria Iſnẽſis, cuiuſdã piſtotis filius. Monachus primùm fuerat Lucernæ Franciſcanus, unde dictus fuit Knodeter & Gurtelknauff à nodoſo Minoritarum cingulo: ex monacho Rudolphi confeſſor, ex confeſſore Gnardianus Minoritarum Baſileæ fit. Vbi cum ſibi multorum conciliaſſet beneuolentiam, eius loci fit epiſcopus, anno 1274. & pòſt annis undecim Doctor Theologiæ: & nigromanticus inſignis fuit. Baſileæ monaſterium S. Claræ extruxit. Rodulpbum Habſpurgium iuuit contra Ottocarum Boemiæ regem, in qua pugna cecidit Ottocarus. Tandem igitur præficitur Moguntino archiepiſcopatui, anno 1286. Malè inter ipſum & clerum conuenit, quam ob cauſam tali ipſum notarunt dyſticho:

Nudipes Antiſtes, non curat clerus ubi ſtes,
Dum non in cœlis, ſtes ubicunq; uelis.

Præfuit fermè biennium. Mortuum ante aram Petri & Pauli ſepelierunt Moguntiæ. Trithemius in Chronico Hirſaugienſ. Bruſchius.

SVB RODVLPHO, ADOLpho & Alberto.

GERHARDVS.

Rurſum, ſublato Heinrico, duo de ſede occupanda digladiantur, Gerhardus & Emericus. Succedit tandẽ Gerhardus baro de Eppenſtein, quem alij Gerhardum, alij etiam Gerlacum appellant, canonicus Moguntinus atq; Treuirenſis archidiaconus, qui ante Heinricum eandem ambiuerat ſponſam, ipſi ſuffragante papa Nicolao 4. Trithemius.

Is ſynodum prouincialem indixit Aſchafenburgi altero anno poſtquàm ad epiſcopatum acceſſerat. Trithem. Contra comitem Henonienſem cruentum atq; atrox bellum geſſit, uniuerſam eius ditionẽ ferro, flamma ac rapinis uaſtans. Bruſch.

Albertum Auſtriacum, contra Adolphũ ipſi ſanguine iunctum, Moguntiæ in Imperatorem elegit pecuniæ ſpe corruptus, & poſtea in pugna iuuit. Cum Adolphi corpus exanime uideret in campo, inſtar crocodyli illachrymans dixit: Ah quàm ſunt res deploratiſsimæ, quòd probiſsimum cor, quod in mundo eſt, hic iacet. Pugna peracta, coronauit recens à ſe creatum Aquiſgrani. Altero pòſt anno, quàm Albertus Imperium accepiſſet, pecuniam quam pactus erat Auſtriacus, poſcit. Quam cum ſoluendo non eſſet, cornu uenatorium, quod à collo dependebat, oſtentans, dixit, Se in eo complures geſtare Cęſares: atque in iſtum quoq; conſpirat cum Colonienſi & Treuerenſi. Auent. li. 7. Tandem ſubitaneà morte in ſella ſedens extinctus eſt, anno 1304. cùm annis 16. præfuiſſet. Vrſperg. Trithem. Bruſch.

TREVIRENSES.

THEODORICVS.

Theodoricus comes de Vnide, Treuirẽſis eligitur epiſcopus anno 1213. Is caſtellum extruxit, cui nomen Montis Thabor attribuit. Anteceſſoris Iohannis corpus leuauit, & honorificentius ſepeliuit, quàm factum fuerat. Kelbergũ iridem ædificauit, & ab omni ni hoſtili defendit. Colonienſes Friderico Imperatori ſubiecit iuſſu pontificis, & ab excommunicatione & interdicto abſoluit, ãnno 1215. Nauclerus nolum. 2. gener. 41. Interfuit conuentui principum Imperij anno 1227. & de Ieroſolymitana expeditione quid ſentiret dixit. Obijt anno 1242. anno ſui pontificatus 30. & ſepelitur Treuiri ad altare B. Martini. Chron. Treuir. Naucl. uol. 2. gen. 41.

ARNOLDVS.

Arnoldus 2. quem Arnulphum Auentinus nocat, comes Iſenbergenſis, anteceſſoris ex ſorore nepos, Eccleſiæ maioris præpoſitus, ab una capituli parte eligitur ſucceſſor. Rodulphus autem S. Paulini præpoſitus, natus de Pome, à paucis electus, Arnoldo reſiſtit. Demum Innocentius papa Arnoldum cõfirmat, tradito pallio. Is Thuronenſe caſtellum munitiſsimum per biẽnium obſedit, & in ſuam redegit poteſtatem. Treuerim etiam muniuit nouis mœnibus & foſsis, ſicut & Meinfeldiæ monaſteriũ & Confluentiã. In honorẽ B. Virginis ad montẽ tranſuerſum ſacellum conſecrauit. Obijt anno 1259. anno pontificatus ſui 17. Sepultus eſt Treueri ad altare Trinitatis. Chron. Treuer. Item Hirſaug.

HEINRICVS.

Heinricus de Vuinſtingen, Metenſis decanus, Romæ per papam Alexandrum 4. eligitur ſucceſſor Arnoldi, & literis atque

 pallio

pallio inſtructus Treuerim uenit. Nam canonici duos ſimul elegerant, Arnoldum de Scheida, & Heinricum de Bolandis, qui Romæ coram conſiſtorio de illa præda digladiabantur. Vtroq; igitur remoto, ſuccedit Heinricus, uti dictum eſt. Is poſt obſidionem Spirenſem & captum abbatem aliquosq; monachos in Crittenach, Itemq; poſt expugnatũ caſtellũ Schuartzbergum, atq; multis nobilibus captis, glorioſè triumphans reuertitur Treuerim. Firmius monaſterium in Meinfeld & Confluentiam muniuit, non cõtentus eo quod fecerat anteceſſor. Confluentinos recalcitrantes expugnauit, arcemq; ibi extruxit. Plurima alia ædificia aut de integro extruxit, aut reparauit. Kelbergum item monaſterium in Metenſi diœceſi fundauit, liberaliterque donauit, & canonicos præfecit. Ad loca ſanctorum peregrinatus eſt. Nam paralyſi & podagra laborans, præcepit ſe ad Iodoci deportari: deinde Mariam Bonõienſem uiſitaturus idololatra collectus eſt ad patres ſuos, anno 1286. cum 27. annos præfuiſſet. Treuerim relatus in eccleſia S. Petri ad altare B. Eraſmi tumulatur. Chron. Treuer.

BOEMVNDVS.

Iuſſu cardinalium de duobus conqueruntur ſuffragia, Boemundo & Gerhardo ab Eppenſtein. Sed Boemundus ſuccedit & conſecratur à Nicolao 4. anno 1288. Caſtellum Schuartzbergum deſtruxit funditùs. Numagium extruxit, aliasque aduocatias Eccleſiæ adiecit. Obijt anno 1299. pontificatus ſui 11. Sepelitur in Himelrode honorificè. Chron. Treuerenſe.

CONSTANTIENSES.

SVB PHILIPPO ET *Otthone.*

VVERNERVS.

VVernerus baro à Stauffen eligitur Conſtantienſis epiſcopus anno 1205. Obijt anno 1210. cùm annis 4. & aliquot menſib. præfuiſſet. Sepultus eſt in choro cathedralis eccleſiæ. Bruſch.

SVB OTTHONE *& Friderico.*

CONRADVS II.

Conradus 2. Comes de Andechs & Degernfeld ſucceſsit Vuernero. Obijt anno 1234. cùm annis 24. præfuiſſet. Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus nobilis de Thanneck, aut ut quidam uolunt, de Thannen, Vualdburg & Khuſſenberg, ſuccedit Conrado. Is ab Heinrico & Godefrido Niffenſibus comitibus prouocatus (quamuis alioquin pacis amans fuit) collecto exercitu, ipſos bello adortus eſt, atq; uicit. Vtrũq; comitem unà cum alijs nobilibus circiter 40. cepit, certisq; conditionibus poſtea rurſus dimiſit. Obijt anno 1248. Pręfuit annis 14. Sepultus eſt Conſtantiæ in ſummo templo. Bruſch.

EBERHARDVS II.

Eberhardus 2. Dapifer à Vualdburg, canonicè electus ſucceſsit Heinrico. Is mirificè auxit bona epiſcopatus. Emit oppidũ Klingen & quoſdã pagos, arcemq; Batenhuſium, atq; alia tum caſtella, tum prædia, & decimas quoq; à uicinis dominis. Quã ob cauſam ſuis admodũ charus fuit. Obijt anno 1274. poſtquam annis 26. præfuiſſet, & ſepultus eſt Conſtantiæ in templo cathedrali. Bruſch.

RVDOLPHVS.

Rudolphus comes Habſpurgius, Imperatoris Rodulphi patruelis, qui Baſileę primùm, poſtea Conſtantiæ canonicum egit, ſuccedit Eberhardo. Is bellũ geſsit aduerſus Albertũ Rodulphi filium, neceſsitate compulſus. Oppidum Buchornã obſedit, cepit & diruit. Maximũ ęs alienum contraxit, quòd ita bellis gerendis occupatus eſſet. Obijt anno 1294. cùm totis 20. annis præfuiſſet. Sepultus eſt, ubi anteceſſores.

FRIDERICVS ET *Heinricus.*

Extincto Rudolpho, duo ſimul eligũtur ſucceſſores à canonicis, alter Fridericus à Zollern præpoſitus maioris Eccleſiæ Auguſtanę, alter Heinricus nobilis à Klingenberg legũ Doctor & Imperatoris Cancellarius. Ceſsit tamẽ Fridericus ſua ſponte, & ſuo æmulo reliquit locum. Sic igitur Heinricus ille ſedem occupat, & à Moguntino Gerhardo inauguratur. Hiſtorias ſtudioſè euoluit, & libellũ de comitibus Habſpurgenſibus in gratiam Rodulphi conſcripſit. Bona epiſcopatus auxit rurſus, oppignorata redemit: quã ob cauſam apud ſuos fuit in pretio. Nigromantia maiorẽ in modum delectatus eſt. Templum S. Laurentio dicatum intra urbem extruxit. Præfuit annis 12. quibus exactis, collectus eſt ad ſuos maiores, anno 1306. Bruſch.

AVGVSTANI.

HARDOVVICVS.

HArdouuicus eius nominis ſecũdus eligitur epiſcop. Auguſtanus, anno 1202. Is præfuit annis 6. non confirmatus. Obijt anno 1208. Bruſch.

SIGEFRIDVS.

Sigefridus præpoſitus Auguſtanus, nobilis à Rechberg, eodẽ anno ſuccedit, quo moritur anteceſſor. Is caſtellum Schuuabecke deſtruxit. Expeditioni Damiaticæ interfuit. Philippo Imp. admodũ fuit charus. Præfuit annis 19. Obijt Brũduſijs in Italia, anno 1227. cum Fridericum iter facientem

Ieroſolymam

Ieroſolymam ſequeretur.Vrſperg.Bruſch.

SIBOTHO.

Sibotho comes à Gundelfingē ſuccedit anno 1227. Is monaſteriū monialium ordinis Ciſtercienſis tráſtulit ex oppido Birckheim,ad eum locū,ubi Lycus Danubio iūgitur, uocás nouo nomine illud monaſteriū Schonefeldū.Adhibitus eſt reconciliationis negocio inter Fridericū Imperat.& Pontificem Rom.Herol.li.3.cap.14. Cūq; annis 25. præfuiſſet, reſignat ſuis canonicis epiſcopatum, & Cæſarienſe monaſterium ingreditur: ubi annis 10. monachum egit.Obijt anno 1262.& ſepultus eſt in Cęſarienſi monaſterio.Bruſchius.

HARTMANNVS.

Hartmannus comes Vuittislingēſis cōſenſu totius capituli Sibothoni ſuccedit, anno 1252. Is quia ſuæ familiæ poſtremus fuit, comitatū Vuittislingenſem & Dillingēſem ciuitatē unà cū arce Auguſtanæ Eccleſiæ attribuit.Xenodochia extruxit proprijs ſumptib.Auguſtæ & Dillingæ. Fūdauit cum patre adhuc ſuperſtite Medingēſe monaſteriū:ſolus extruxit S.Catharinę intra Auguſtā. Obijt anno 1286.cū annis 34. fermè præfuiſſet. Sepultus eſt in tēplo cathedrali ante crucem maximam.Bruſch.

SIGEFRIDVS.

Sigefridus nobilis Elrichshauſen Oſtrofrancus Hartmanno ſuccedit. Caſtellum Pfersheim uicinum Auguſtæ emit epiſcopatui.Præfuit biennio.Obijt anno 1288.Sepultus eſt prope anteceſſorem.

VVOLHARDVS.

Vuolhardus nobilis à Rodt,Sueuus,canonicus Moguntinus ſuccedit.Multas arces dedit epiſcopatui, plures in Marchionatu Burgouiēſi emit.Collegerat enim ingentē pecunię uim Mogūtiæ,quam liberaliter erogauit ad epiſcopatus reſtitutionē. Tranſtulit moniales S.Margaretæ ordinis Dominicani Auguſtam.Caſtellū in monte Kaltenberg extructū diruit & ſolo æquauit,unde funeſtū exortum eſt bellum.Pręfuit annis 12.Obijt anno 1300.Bruſch.

ARGENTINENSES.

HEINRICVS.

Heinricus comes à Veringē,natione Sueuus,fit Argētinæ epiſcopus anno 1202. Toto uerò deinceps quadriēnio conſecrationē ab Innocētio impetrare non potuit, quòd Philippi partes ſectari cogeretur,ne quid ſcilicet turbationis regnō Germanico deeſſet, ut Naucleri uerbis utamur. Inſtaurauit iterum caſtellum Dagenſtein penè collapſum. Præfuit pacificè annis 21. Obijt anno 1223. & ſepelitur in ſacello S. Andreæ.Chron.Hirſaug.Bruſch.

BERTHOLDVS.

Bertholdus princeps à Teck,Sueuus,eligitur ſucceſſor, eodē quo Heinricus mortuus eſt anno. Is pacis dicitur fuiſſe ſtudioſus. Monaſteria & canonicorum collegia liberaliter iuuit & illuſtrauit, inter quæ Schuuartzachiū & Oſophonis cella in Alſatia numerātur. Heinricus Friderici 2.filius abſente patre depopulatus eſt eius epiſcopatū, cui ſe adiunxerāt ſocios, comites de Pfirrite. Eos ſupra Bryſanū prope Blodelshemiū ad Rhenum profligauit, quorum plurimi, qui fuga ſalutē quęrebāt,partim in aqua ſubmerſi, partim capti ſunt, anno 1228.Obijt anno ſalutis 1239. cū præfuiſſet 16.Sepultus eſt in ſacello S.Andreæ. Chron.Hirſaug.Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus comes à Staheleck Sueuus ſuccedit eodē anno.Is pro Heinrico Landgrauio Thuringiæ & Haſsiæ acerrimè pugnauit,quo tēpore multas Alſatię urbes recuperauit.munitiones etiā & caſtella,quę Fridericus 2.& filij eius poſſederāt,euertit & expugnauit. Præfuit annis 21. Obijt anno 1260. Sepultus eſt in ſacello S. Andreæ. Cuſpinianus de Imperatoribus,Bruſch.

VVALTHERVS.

Vualterus baro de alto Geroldiſſegkocis Rhenū unanimiter conſentiente clero eligitur ſucceſſor, excepto ſolo Heinrico Geroldiſſegko,qui iſti electioni aduerſabatur.Sequenti anno pòſt,qui eſt 1261.confirmatur primùm à Mogūtino. Vrbem ingreſſus primo die Februarij 1500. comitatus equitibus,poſtridie miſsificauit die Purificationis.Bruſch.

Bellum geſsit toto biennio cōtra Argentinenſes,ſibi ipſi exitioſum. Nam ciues nō tantùm impetū eius fortiter ſuſtinuerunt, ſed profligarunt etiā: in quo conflictu nobiles & illuſtres uiri periēre ſexaginta, in quorū numero Hermannus,frater germanus epiſcopi, repertus eſt.Alij ſeptuaginta ſex capti,& in urbem proprijs uincti funibus introducti ſunt Epiſcopus ipſe uix fuga ſuæ ſaluti conſuluit. Ad extremum, ubi ſpe ſua deiectum omnino uideret, animi mœrore extinctus eſt, anno 1263. circiter Paſcha.Sepultus eſt prope Doroldisheimium. Vrſpergēſis Paralipomena, Bruſchius de epiſcopis Germaniæ.

HEINRICVS.

Heinricus Geroldiſſegkus baro ex Vuaſgouia oriundus,cantor primarij templi Argentinenſis,qui iubente anteceſſore reliquo clero,ut ciuitate excederet, cōtra illius mandatū remanſit cauſans ſeniū,unanimiter à clero & populo eligitur ſucceſſor. Is pacificus fuit, & ſtuduit ſanare ea uulne

ta, quæ anteceſſor inflixerat iſti epiſcopatui. Primus in urbē Argentinā monachos recepit. Excepit etiā Albertū Magnū Ratiſbonēſem exulantē. Pręfuit 10. annis. Obijt an. 1273. Sepelitur in baſilica Argent. Bruſc.

CONRADVS.

Conradus baro Leichtēbergicus ſuccedit eodē anno. Is cū alijs quibuſdā in Adolphū cōiurauit. Cuſp. Tandē in obſidione Friburgēſi lancea traiectus à quodā laneo, anno 1299. die tertio poſt acceptū uulnua expirauit, cum totos 26. annos præfuiſſet. Humatus eſt Argentinę in ſacello S. Iohannis Baptiſtæ. Bruſch.

SPIRENSES SEV *Nemetenſes.*

CONRADVS.

COnradus, quē Vrſpergenſis Heinricū uocat, baro à Scharpfeneck, epiſcopus Metēſis, Philippi Imperatoris cācellarius, in coadiutorē aſſumptus ab Ottone anteceſſore, fit epiſcopus Spirenſis anno 1202. Poſt captū Brunonē Coloniā ingreditur, & à ciuibus fidelitatis iuramentū accipit. Naucl erus gener. 41. Is ut cācellarius Imperij ſub Philippo fuerat, inſignia regalia, quæ aſſeruabar in arce Trifels, tradere electo Ottoni noluit, interfecto Philippo in cōclaui (cui cædi unà cū paucis alijs adfuit ſpectator) antequā iureiurādo & de ſalute & de illo munere in poſterū adminiſtrādo idoneè ipſi cauererur. Quā ob cauſam Nauclerus hominē ambitioſum & ſupbū, necnō & auarū uocat, qui cū Eccleſias Mediomanicū gubernaret, illis nō cōtenius, cancellariatus etiā officiū cōcupiſceret. Vrſpg. Naucler. gener. 41. uol. 2. Obijt anno 1224. cū 22. pręfuiſſet, & ſepulrus eſt in Regū choro, qd nulli epiſcoporū prærerquā cācellarijs regū cōtingit. Chron. Hirſaug. Bruſch.

BERENGERVS.

Berēgerus, q & Berēgarius, baro de Enthingē, ex Sueuia oriūdus, annis quatuor apud anteceſſorē coadiutorē egit: quo defuncto, fit epiſcopus anno 1224. Is uectigal Rhetzēſe infra Spirā acquiſiuit. Pręfuit fermè annos 9. Obijt anno 1233. Sepulrus eſt in Eccleſia cathedrali. Chron. Hirſ. Bruſch.

CONRADVS.

Cōradus IIII. nobilis à Thann ſucceſsit. Donauit Eccleſiā de Didesheim cū omnibus ſuis prouēribus canonicis maioris Eccleſiæ Spirenſis in perpetuum. Obijr anno 1237. cum fermè quadriennio præfuiſſet. Chron. Hirſaug Bruſch.

CONRADVS.

Cōradus V. comes de Eberſtein, à clero unanimiter electus ſucceſsit anno 1228. Is nomē Pacificatoris adeptus eſt, q cōcilian dis animis diſſentientib. extitit ſtudioſus. Sociū ſe adiunxit Friderico Imperatori, eū exercitu Italiā ingrediēti, primo ſuę gubernationis anno. Vēdidit Creuzenachiū, atq; pecunia utiliora Eccleſiæ Spirēſi prędia emit. Præfuit fermè 8. annis, ultimū claudēs diem anno 1245. Chron. Hirſaug. Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus II. comes Lyningēſis, intercedēte pro ipſo Friderico rege, à clero ſucceſſor eligitur. Is ſtatim in initio ſuæ gubernationis quoſdā latrones in arce Starckēbergēſi collectos relegauit & proſcripſit Guilhelmo Hollādiæ comite creato Impatore, fit cācellarius Impij. Obijt anno 1272. cùm annis 27. pręfuiſſet. Chron. Hirſaug. Bruſc.

FRIDERICVS.

Fridericus anteceſſoris ex ſorore nepos, baro de Bolādia, eligitur in ſucceſſorē. Imperatori Rodulpho Habſpurgio imptimis aliquādiu fuit charus: ſed tandē eius gratia excidit, Idq; hac occaſione, paucis annis anre mortē Imperatoris. Venit aliquādo D. Eliſabetha Burgundiorū duciſſa, ſecūda Rodulphi coniux, iuſſu marini Spirā. Epiſcopus formæ præſtātia in amorē eius illectus (qd aliogn raſis & unctis Eccleſiæ pōtificię clericis nō nouū eſt) curru deſcendentē exoſculatur. Qd cū pudicā Impatricē malè haberet, de laſciuo epiſcopo apud ſuū maritū cōqueritur. Is iuſto motus dolore epiſcopo nūciari pręcepit: ſe ſibi ſoli hoc pacificale oſculum cōparaſſe: quòd ſi ipſe quoq; oſculari uellet, ut proprio quæſito, ab alieno abſtineret. Ex quo indicio cum iram Rodulphi perſentiſceret, relicta aula, aliò ceſsit, latitās donec paulo pòſt Impator rebus humanis eximeretur, quo extincto ad ſedem ſuam redijt. Bruſchius.

Aſchafenburgi concilio interfuit anno 1292. quo ſoluto, domū reuerſus capitur à Gerhardo Traiectēſi nō procul à Mogūtja, nec prius dimittitur, quā magna pecuniæ ſumma redimeretur. Obijt anno 1302. cū ſediſſet annis 30. Sepultus eſt in monaſterio Vterſal ordinis Ciſterciēſis. Chro. Hirſ.

VVORMACIENSES.

LEOPOLDVS.

LEopoldus præpoſitus Neohuſianus fit epiſcopus Vuormaciēſis anno 1297. Eū, mortuo Mogūtino Cōrado, maxima pars cleri, intercedēte Philippo, archiepiſcopū Moguntinū elegit, tres eorū Sigefridum, quem Inuocenrius papa confirmauit. Ea res triſtiſsimarum calamitatum fuit occaſio. Leopoldus enim conſcripto exercitu, archiepiſcopā rapinis incendijsq; horribiliter uaſtat: nō parcit paupetibus, non monaſterijs, non eccleſijs. Ipſis etiam militibus dicētibus, id minimè licere, reſpondit: Non rectè dici Eccleſiarū atq; cœmiterio-

rum

rum ſpolium, niſi mortuorum oſſa tollantur. Vi igitur perrumpens, utrumque renuit epiſcopatum, quamuis Moguntinũ ſaltem per biennium. Excommunicatus à papa, & pontificatu remotus, illud fulmen gnauiter contempſit aliquandiu, donec ab Ottone proſcriptus conſenſu pontificis in exilium eijceretur. Eam igitur ob cauſam iterum collectis copijs, rectà in Italiam contendit, bellum facturus ipſi pontifici. Verùm inretuentu Friderici II. & quòd neruis belli deſtirueretur, redit in gratiam cum ſede Romana, Vuormatiamq; reuertitur, Ab eo tempore tranquillè præfuit 8. annis. Totum tempus quo præfuit, ſunt anni 20. Mortuus eſt anno 1217. De eo hi facti ſunt uerſiculi:

Bellicus antiſtes pugnare cohorte Lupoldus,
Imbellis mouit bella cruenta papæ:
Auxilio fretus regis quandoq; Philippi,
Qui lupus antè fuit, deniq; factus ouis.

Chronicon Hirſaugienſe, Bruſchius.

HEINRICVS.

Hēricus præpoſitus Nuhuſianns, comes de Sarapõte, ſucceſsit Leopoldo ann. 1227. Ia formá reipublicæ mutauit Vuormaciæ. Nam diruta curia, Friderici II. conſenſu, totam ſuæ Iuriſdictioni ſubiecit. Quadraginta ſenarorij ordinis uiros, qui ad ipſins uſque tempora reipublicæ præfuerant, remouit, eotum loco conſtitués quindecim ex præcipua nobilitate ciuium oriundos.

Monaſterium Kirſgarten ordinia Ciſterciensis extra urbem fundanit, & monialibus inhabitandum conceſsit, rebus neceſſarijs illis prouidens. Seufridũ Moguntinũ iuuit contra Haſsiæ Landtgrauium Conradum, in quo bello captus eſt: ſed pace facta, liber dimittitur. Obijt anno 1234. cũ ad gubernacula illius ſedis præfuiſſet annis 17. Sepulrus eſt Vnormatiæ in choro maioris baſilicæ, cum tali epitaphio:

Vangionum Heinricus generoſa à ſtirpe ſubortus,
Hac comes à Sorbruck dormio præſul humo.
Ac tamen euerti (quia conſpiratio facta eſt)
Funditus ipſe meis ciuibus antè domum.

Chron. Hirſaug. Btuſch.

LANDOLPHVS.

Landolphus decanus ſummi collegij, nobilis ab Holteneck prope Keyſerslutern natus, à clero unanimiter electua ſuccedit anno 1234. Confirmationem accepit à Moguntlno Sigefrido, regalia uerò ab Heinrico Friderici Imperatoris filio Haganoæ. Is moniales Benedictinæ profeſaionis eiecit ex monaſterio Nonnarũ, ut uocát, parum rectè uiuentes, aliasq; introduxit ordinis Ciſtercienſis. Heinrico regi auxiliatus eſt contra propriũ patrem, quã ob cauſam à Friderico loco motus eſt. Verùm multis principibus & republica etiam Vuormatienſe pro ipſo intercedente, reſtituitur. Præfuit annos 13. Obijt anno 1247. & ſepultus eſt in monialiũ cœnobio quod reformauerat, corã ſummo altari. Chron. Hirſ. Bruſch.

CVNO.

Cuno nobilis à Turckheim, ſummi collegij Moguntini decanus, ſuccedit. Is anteceſſorem acerbiſsimo perſecutus odio eſt, quòd Friderico Imperatori & Vuormatienſibus adhæreret contra Romanum pontificem: Confirmationem accepit Noueſij à quodam legato pontificio, uiceſimo die poſt electionem. Verùm 30. diebus ab eo tempore ſuperſtes, Laureaci animam exhalauit. Trithemius 20 dies numerat tantùm, quibus præfuit. Sepultus eſt Moguntiæ in templo cathedrali ante altare S. Petri. Chron. Hirſaug. Btuſch.

RICHARDVS.

Richardus nobilis à Thaun, à maiorē cleri parte eligitur ſucceſſor, anno 1247. Cõtra hunc Eberhardus Hirſutus Heſſus, comes de Badenberg, eligitur. Vterq; conſecratur: ille quidem à legato pontificio, hic à Moguntino Sigefrido. Tandem poſt diuturnam lanienam Richardus in uigilia cathedrę Petri magno inſtuctus equitum comitatu urbem ingreditur, ſenatum maioréq; cininm partem ad conuiuiũ inuitat, & tractat lautè: qua re ſibi ciuium animos conciliat. Cum æmulo ſuo ita trenſigit, ut quotannis ipſi pecuniæ ſummam numeraret. Vuimpinam recuperauit, oppidum ſcilicet ad Necharum. Obijr anno 1257. cùm annis 10 à prima quidem electione præfuiſſet. Sepultus eſt Vuormaciæ in templō cathedrali ante aram crucis. Chron. Hirſaug. Bruſch.

CONRADVS.

Conradus à Durkem, decanus Moguntinus, Richardo extincto eligitur. Præfuit tantùm 22. diebus. Mortuus ſepelitur Moguntiæ ad aram S. Petri. Chron. Hirſang.

EVERHARDVS.

Euerhardus præpoſitus S. Cyriaci in Nũhuſen, iterum eligitur epiſcopus Vuormatienſis anno 1257. Huic aliua opponitur æmulus ab una cleri parte Burchardus de canns Vuormarienſis. Sed Burchardus ſua ſponte ceſsit, exigua contentus penſione annua. Præfuit annis uiginti. Obijr anno 1277. iter facturus in Gallias, eò miſſus à Rodulpho Imperatore. Sepelitur in Otternburgo Ciſtercienſium monachorum cœnobio. Chron. Hirſang. Btuſch.

FRIDERICVS.

Fridericus frater germanus Eberhardi ſucceſsit. Obijt ann. 1283. cùm annis fermè 6. præfuiſſet. Chron. Hirſaug. Bruſch.

SIMON.

Simon nobilis de Schoneck,qui dici ſolitus eſt Speculum religioſorum, ſuccedit. Præfuit annis 8.& quadrante. Obijt anno 1291. & ſepelitur in monaſterio Schonaugienſi.Bruſcbius uocat Frãckemal. Chron. Hirſaug.

GERHARDVS.

Gerbardus comes Hirſutus à Bayenburg, præpoſitus ad S.Paulum, frater germanus Friderici & Euerhardi, eligitur ſucceſſor. Verùm antequam à pontifice cõfirmatur,morte præuentus,alteri dat locum. Chron.Hitſaug.

EVERHARDVS.

Euerhardus nobilis de Stralenberg,prępoſitus Nouenhuſianus, ſuccedit Gerhardo, iuxta Trithem. Bruſchius ſimul fuiſſe electos Euerhardum & Gerhardũ refert: ſed ſtatim in initio illud ſchiſma ſopitum per Moguntinũ,ut exigua quotannis Gerhardo penſio cederet. Sed neuter eorũ diu pòſt fuit ſuperſtes. Gerhardus enim duobus tantùm menſibus:Euerhardus 21.hebdomadibus,3.diebus ſuperuixit.Obijt anno 1293.Sepelitur in Schonaugienſi monaſterio.Bruſchius.

EMYCHO.

Emycho comes Hirſutus à Beyenburg, præpoſitus Vuormatienſis,eligitur, cõſentientibus cleri ſuffragijs, anno 1293.in epiſcopum, & confirmatur à Gerhardo Moguntino. Is liberaliſsimè collegiũ D.Virginis,cum adhuc præpoſitũ ageret, donauit. Præfuit annis 4.ſeptimanis 23. Obijt anno 1298. Mortuus ſepelitur in ueſte monachali in choro templi cathedralis. Bruſch.de epiſcopis Germaniæ.

HERBIPOLENSES.

CONRADVS.

Conradus nobilis heros à Rabẽſpurck, uel iuxta quoſdã,nobilis à Reinſtein, Henrici VI.cancellarius, qui aliquãdiu Lubecæ & Hildesbemij epiſcopũ egerat,Godefrido ſuccedit anno 1198. intercedente pro ipſo Imperatore Heinrico,quẽ in Syriã comitatus eſt,in qua profectione Amalricũ Cypri regem coronauit.Extincto Imperatore, Herbipolim reuertitur, & Philippo admodũ charus eſt,qui eo pro cancellario & intimo conſiliario utitur.Eius liberalitate acquiſiuit arcẽ Sternebergenſem cũ adiacente territorio. Adfuit Philippo obſidẽti Brunſuuigam,& ne qua uis Eccleſijs fieret,ſedulò curauit. Crãzius in Saxonia lib. 7.cap.16. Iuſti æquiq; amans fuit,& maximus flagitiorũ oſor.Cũq; Bodonẽ & Henricum Rauensburgenſes milites,aliquoties,neſcimus ob quæ facinora, reprehendiſſet,templum ingreſſurus in platea crudeliter ab illis alijsq; duobus interficitur, anno 1203. in uigilia B.Barbaræ, uel iuxta Tritheminm in feſto S.Nicolai Myreorum pontificis,cùm annis 4.mẽſibus 11.præfuiſſet. Sepultus eſt in choro templi primarij, tali addito epitaphio:

Anno 1202.in uigilia S.Barbaræ,interfectus eſt Conradus epiſcopus Herbipolenſis,ſacri Romani Imperij cancellarius.

Hoc procumbo ſolo,ſceleri quia parcere nolo:
Vulnera facta dolo,dent habitare polo.

Chron. Hirſaug.Bruſchius. Funcius annũ cædis conſtituit 1205. item Hedio 3.parte Chron.

HENRICVS.

Heinricus IIII.nobilis Oſtrofrancus, dictus Caſeus,q, caſeo delectaretur plurimũ, doctus & inſignirer eruditus, ut Pariſijs etiam profeſſorẽ ageret aliquandiu, & Magiſtri gradum adipiſceretur, qui primùm canonicus,deinde decanus,tandẽ intercedẽte Philippo epiſcopus creatur, ſuccedit Conrado anno 1203.Cœnobiũ Vexelsdorfenſe extruxir. Præfuit annis 4.menſib.7. Obijt non adeptus confirmationem,anno 1206.Chron.Hirſaug.Bruſch.

OTHO.

Otho baro de Lodenburg,Myſins, ſuccedit.Huic Heinricus & Philippus fratres admodum extitẽre moleſti, ut in publicis Halberſtadienſibus comitijs ea de re querimoniã inſtitueret.Cran.Saxon.lib.7.cap. 29.Præfuit annis 16.menſibus 5.Muncerus in Chronographia numerat 19.annos.Obijt anno 1223.nonis Decembris. Mortuus in aliquot fruſta diſcerptus, non uno in loco ſepultus eſt.Dextrum tamen brachium legauerat adhuc niuus Anhuſano monaſterio cum plauſtro optimi uini Francici. Chron.Hirſaug.Bruſch.

THEODORICVS.

Theodoricus nobilis de Hohenburgk ſucceſsit.Præfuit fermè mẽſibus undecim.

HERMANNVS.

Hermannus de Lãdenburg, prędeceſſoris Otthonis ex fratre nepos,ſuccedit ann. 1224. Is quia Friderico II.conſtanter adhæſit,multa perpeſſus eſt. Captus eſt ab Herbipolenſibus, & aliquandiu etiam detentus:ſed à duobus nobilibus liberatus,toto uitæ ſuæ tempore pòſt urbem non eſt ingreſſus,grauiter ſe de illis ulciſcens. Monaſteria,Portæ cœli,& Puellarum fontis,dicitur unà cum alijs quibuſdã fundaſſe. Præfuit annis 26. Obijt anno 1250.Chronicon Hirſaug Bruſch.

ERINGVS.

Eringus nobilis heros de Reinſtein ſucceſsit anno 1250. Is Herbipolenſibus & Ro-

& Rotenburgẽſibus maiorem in modum grauis fuit, & incredibiliter crudelis. Nam uiros duodccim de uetere lapide poſt factam tranſactionem per amniſtiam conuiuio excepit in atce Altenſteio, prandioque peracto, contra datá fidem ordine obtruncari in conclaui quodam præcepit: inter quos poſtremus Heerdegerius eqoes auratus, facto impetu io ſaoguinarium aotiſtitem, uulnus ipſi infligit, oaſumq; abſcindit. Præfuit annis 16. Obijt anno 1266. Chron. Hirſaug. Bruſch.

CONRADVS.

Conradus comes à Trymberg ſucceſsit anno 1267. Is ubi poſt acceptá confirmationem à pontifice Romano rediturus eſſet domum, in itinere diem clauſit extremũ ſequenti anno. Bruſchios.

BERTHOLDVS.

Bertholdus à Sternberg à clero unanimiter electus ſucceſsit anoo 1268. Herbipolenſes coofœderatos comitibus de Hennenberg ad Kitzingum oppidum profligauit, occiſis 500. ſequenti anno poſtquã ad illam ſedem peruenerat. Deiodc Rotcburgum etiam ſubegit. Præfuit annis circiter 16. Obijt anno 1284.

MANGOLDVS.

Mangoldus de Nouoburgo, Oſtroſrancus, præpoſitus ſummi collegij, ſuccedit Bertholdo. Graues interipſum & Herbipoleoſcs fuère inimicitiæ, quas ſopiuit Rodulphus Imperator, alioquin in ingens & periculoſum euaſuræ bellum. Præfuit annis 12. Obijt anno 1296. iuxta Trithemium in Chronico Hirſaug. Bruſchius annum mortis reijcit in ſequens ſeculum.

FRISINGENSES.

CONRADVS.

Conradus Tolluſius Friſingenſis præſul, anno 1245. adhibitus eſt teſtis priuilegij Auſtriaci, quod renouauit Fridericus II. Cuſp. Auſt. Bello Auſtriaco interfuit anno 1234. Auentious lib. 7. Cum Ottone Bauariæ regulo ob limites diſceptabat, omneſq; eos quos ſuarum non eſſe partium cognooit, à ſacris arcebat. Verò à legato pontificio Alberto Beham Landshutæ in templo D. Martini, præſente populo, excommunicatur cum omnibus qui ſecũ cootra Otthonem ſentire uidebantur. Res demom compoſita eſt anno 1241. per Iuuauenſem & Bathauenſem præſules. Aueot. lib. 7. Neoſtadium obſedit: ubi ab erumpente Friderico Auſtriaco captus eſt. Ibidem. Cum Albertus quiſpiam legatus pootificius in Germania cœlum terræ miſceret, cunctoſq; deuoueret, qui Imperatoris partes ſectarentur, ad Imperatorem prouocauit, oſtendens Romaoo pontifici abſque Germanorum pontificũ conſenſu nihil quicquam iuris eſſe in Germania. Ottonem Bauariæ regulum excommunicauit, reluctante reliquo clerò, eo quòd à ducibus ipſius damno affectus fuiſſet, & in Friſingenſi diœceſi omnes interdicto ſubijcit. Parochiam diuiſit à templo D. Petri anoo 1271.

EMICHO.

Emico funeri Ludouici Palatini interfuit anno 1294. A Rudulpho Palatino ut ſocius adhibetur, in cognitiooe cauſæ Vueinhardi Rhotbeckij. Auentinos lib. 7.

BATHAVENSES.

VVOLFGERVS.

Volfgerus Bathaoeoſis Aſiaticæ expeditiooi ſub Heinrico V. interfuit. Is obi de morte Imperatoris certior factus eſſet, domum reuertitur, bellumq; facit Rapotoni & Heinrico Artenburgeoſibus, atq; omnia longè lateq; oaſtat ferro atq; flamma. Arcem Oberndorff extruxit atque muniuit. Auent. lib. 7.

POPPO.

Poppo Vuolffgero Aquileiam trãslato, Bathaueoſis fit epiſcopus circa aonũ 1206. Aueot. lib. 7.

MANGOLDVS.

Mangoldus Bathauiæ epiſcopus bellũ Rapothoni Artenbergenſi intulit circa annum 1213. Auentio. lib. 7.

VLRICVS.

Vlricus Norinbergenſibus interfuit comitijs anno 1215. Arcem in monte D. Georgij extruxit. Auent. lib. 7. Anno 1225. Aſiam cum alijs ingreſſus eſt, cum ſibi certiſsimam de Mahometiſtis uictoriam pollicerentur Romaniſtæ. Cumq; ad Damiatam ui expugnatam aliquandiu commorarentur, aquis Nili ſubitò irruentibus ſuffocatus eſt. Auentious lib. 7.

GEBHARDVS.

Gebhardus Luipoldi à Plaien frater ſuccedit anno 1226. Is Friderico Auſtriaco cognomento Bellicoſo adfuit præſtò in cœnobio Scotorum, anno 1238. magois ab illo affectus eſt muoeribus, ut ad arma capeſſenda efficeret feruentiorem. Cuſpin. Auſtria. Is Archidiaconum ſuum Eberhardum, uitia ſua carpentem, necauit: qoam ob cauſam pontificatu mouetur. Auentinus lib. 7.

RVGERIVS.

Rugerius à Rcdeck Chiemenſis, qui totis annis 30. primus Chiemis pontificem egerat, Bathauiam transfertur, & remoto

Geb-

Gebhardo ſuccedit anno 1233. Auent. lib. 7. Eo præſente Fridericus Auſtriacus Agnetem Meraniæ ducis filiá repudiauit. Cuſp. Auſtr. Lincium obſedit, ubi ab eodem Friderico capitur, in uincula conijcitur, captiuus abducitur. Verùm paulo pôſt dimiſſus, Imperatorem ſequens, rurſus eum oppugnat. Auent. lib. 7. Ad Neoſtadium, ubi in obſidione fuit, altera uice ab eodem capitur. Ibidem. Alberto pontificio legato, mandata in templo exhibenti, colaphum impegit, & in uincula conijci iuſsit. Ibidem. Ad extremum ab Innocentio loco & officio mouetur, circiter annum 1248. Verùm nihilominus arcem Bathauiæ obtinuit.

CONRADVS.

Conradus Polonus, regis Bohemiæ nepos, Alberto Bohemo inſtigante, ſuccedit Rudigero. Verùm quia ut arcebatur, ne lo cum occuparet, Alberto caſtella uendidit, atque in Boemiam redijt, uxoremq́; duxit. Auent. lib. 7.

BERCHTOLDVS.

Berchtoldo, fratri Alberti Ratisbonenſis epiſcopi, qui fax & tuba bellorum in Germania extitit, uiuente adhuc Rudigero, à Romano pontifice traditur ea ſedes occupanda: ſiquidem Conradus diſceſſerat, & animum ad rem uxoriam adiecerat. Protinus igitur in Boemiam tendit, & à Pragenſi & Iuliomontano epiſcopis conſecratur. Deinde Bathauiam occupat, magiſtratibus pecunia corruptis. Obijt anno 1254. Auent. lib. 7.

OTTO.

Otto de Lensdorff caſtello oriundus ſucceſsit. Is Ottone Bauariæ duce excommunicato extincto, cum filio Ludouico in gratiam redijt. Reconciliatus eſt etiam Heinrico, quo cum ſæpius ob limites armis diſceptauerat. Obijt anno 1254. Auentinus lib. 7.

PETRVS.

Petrus Vratislauienſis Bathauiæ præficitur anno 1266. à Clemente IIII. Obijt ad annum Domini 1272. Auentinus lib. 7.

BERNHARDVS.

Bernhardus de Praunpach, epiſcopus Bathauenſis, autor fuit fratribus Bernhardo & Friderico Berengarijs extruendi monaſterij Seruatoris, anno 1274. & introducendi Præmonſtratenſes, quod eodem tépore dedicauit etiam. Auent. lib. 7. Bathauenſes in eum ſeditionem mouerunt anno 1298. quam ob cauſam urbe exceſsit in arcem trans Iſtrum, machinisque bellicis urbem oppugnat, cùm ciuibus prius ſacris interdixiſſet. Redit tamen interuentu Cæſaria cum ipſis in gratiam, & ab excommunicatione rurſus liberat. Ibidem.

VVICHARDVS.

Vuichardus, Alberto Rudolphi filio bellum inferente Heinrico Bauariæ duci, intercedit, fœdusq́; facit, adiutus Ratisbonenſe epiſcopo & alijs, circa annum 1287. Auentinus lib. 7.

BRIXINENSIS.

BRVNO.

Bruno pontifex Brixinenſis, anno 1270. ſynodo Viennenſi in Auſtria interfuit. Auentinus lib. 7.

AISTETENSES.

HERDOVICVS.

Herdouicus comes à Sultzbach, uel iuxta quoſdam comes Hirsbergenſis, præpoſitus ſummi collegij, eligitur Aiſteténſis epiſcopus anno 1196. Obijt ann. 1224. poſtquá annia 28. præfuiſſet. Extat de ipſo hoc diſtichon:

Heruicus uitam duxit uirtute politam,
Mente Deo gratus, præclara ſtirpeq́; natus.

Bruſchiua de Epiſcopis Germaniæ.

FRIDERICVS.

Fridericus nobilis ab Haueſtat uel Hum ſtat ſuccedit. Præfuit annia duobus. Obijt anno 1226. Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus nobilis à Zepplingen, Sueuus, canonicus Auguſtanus & Aiſtetenſis, ſuccedit Friderico. Extruxit Mornsheymenſis arcis baſilicam collegiatam. Præfuit annis tribus. Obijt anno 1229. Bruſchius.

HENRICVS.

Henricus II. nobilis à Diſtingen, Sueuus, ſucceſsit. Præfuit annis 5. menſibus 5. Obijt anno 1234. Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus III. nobilis à Rabenſperg, ſucceſsit. Præfuit annis 3. Obijt anno 1237. Bruſch.

FRIDERICVS.

Fridericus II. nobilis à Parsbergk, canonicè ſuccedit. Is etſi Alberto pontificio legato ſanguine iunctus erat, tamen in ſua caſtella uel oppidula ipſum recipere noluit. Auentinus lib. 7. Præfuit annis nouem. Obijt anno 1246. & ſepultus eſt in ſacello S. Iohannis. Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus IIII. comes Vuirtenbergenſis, ſuccedit. Is primi Aiſtetenſis epiſcopi Vuilibaldi oſſa tranſtulit in mediam baſilicam cathedralem. Præfuit annis 13. & po-

& poſtea huic uitæ uaedixit anno 1259. Sepultus eſt in templo primario Aiſteti. Bruſchius.

ENGELHARDVS.

Engelhardus,q & Eckhardus dictus eſt, ſucceſsit Heinrico. Is primarium templũ reædificare cœpit cum choro Vuilibaldi, ſed non abſoluit. Præfuit annis duobus. Obijt Moguntiæ in ſynodo,anno 1261.ubi etiam in templo cathedrali ſepultus eſt. Bruſch.

HILDEBRANDVS.

Hildebrandus nobilis à Mern ſuccedit. Is reliquum chori abſoluit, & ſepulchrum Vuilibaldi pulchrè adornari fecit. Iuuit etiam ædificationem monaſterij Franciſcanorum apud Ingolſtadium. Præfuit annis 18.Obijt anno 1279. & ſepultus eſt in choro S.Vuilibaldi.Bruſchius.

REINBOTO.

Reinboto nobilis heros à Mullnhart ſucceſsit Hildebrando. Is oppidum Spaltenſe,arces Vuerenfelſum & Abenburgum cum adiacentibus territorijs emit, & reliquas epiſcopatus arces munijt & illuſtrauit.Præfuit annis 18.Obijt anno 1297.& ſepelitur in choro S.Vuilibaldi.Bruſchius.

BAMBERGENSES.

CONRADVS.

Conradus eligitur Bambergenſis epiſcopus anno 1202. Sed altero die poſt electionem ſtatim moritur, & ſepelitur in choro S.Georgij ad altare S.Eberhardi. Chron.Bambergenſe.

EGEBERTVS.

Egebertus,aliàs Erymbertus, patre Bertholdo Meioniæ duce, & Agneta matre progenitus, frater Stephani regis Hungariæ,& patruus S.Elizabethæ,ſuccedit Cõrado anno 1203. Eum refert Nauclerus fuiſſe conſcium & ſocium conſpirationis nefariæ in optimum Imperatorem Philippum.Nam & ſceleſtum homicidam Ottonem de Vuittelſpach poſt perpetratum ſcelus fugientem excepit, cuius etiam miniſtri ipſi adiutores fuerant. Volumine 2.generatione 41. Fugit etiam ad ſororis maritum in Vngariam propter ſcelus proſcriptus: ueruntamen ſeptimo anno pòſt iterũ ad ſedem ſuam redijt.Auentinus lib.7.

Funeſtum planè bellum geſsit aduerſus Bernhardum Carinthiæ ducem,in quo captus eſt,& poſtea certis conditionibus iterum dimiſſus.Bruſchius.

Miſſus ad conditiones pacis tractandas inter Fridericum Auſtriacum & Ottonem Banariæ principem, capitur, & per totam Quadrageſimam captiuus detinetur. Auentinus lib.7.

Præfuit annis 32. Obijt anno 1235. & ſepultus eſt in choro S.Petri iuxta altare S. Mauritij.Chron.Bambergenſe.Auentinus Viennæ mortuum refert, ibique in aditu Scotorum humatum.lib.7.

POPPO.

Poppo Meroniæ dux ſucceſsit Egeberto.Is quia Eccleſiæ bona dilapidauit, & aliàs etiam de Simonia accuſatus eſt, remouetur officio ab Imperatore Friderico,anno 1242. poſtquã 7.annis præfuiſſet. Chronicon Bambergenſe dicit,indignum eſſe qui in catalogo epiſcoporum numeretur.Bruſch.

HEINRICVS.

Heinricus de Cathalonia, notarius Imperatoris,in locum Popponis conſtituitur à Romano pontifice.Confirmationem intra biennium habere non potuit. Is per procuratores, quos à Friderico acceperat, bona ab anteceſſore abalienata recuperauit.Nuncios Alberti legati pontificij intercepit & ſpoliauit. Auent.lib.7. Autor fuit Ludouico Bauariæ duci, ut eum epiſcopis eius loci rediret in gratiam.Ibidem. Præfuit annis 15.Obijt anno 1257.in Carinthia, ubi in Vuolfſbergo Minoritarum cœnobio ſepultus iacet. Chronic.Bamberg. Bruſch.

BERTHOLDVS.

Bertholdus comes de Leiningen, quẽ Bruſchius Leopoldum uocat, ſuccedit Heinrico. Is conſcriptis literis in patenti charta decretum fecit, ne uini menſura minueretur. Præfuit annis 28. Obijt anno 1285.& ſepultus eſt ad altare B.Mariæ ad latus chori B.Petri.Chron.Bamberg.

RATISBONENSES.

ARNOLDVS.

Arnoldus uel Arnulphus comes de Solms ſucceſsit Præfuit annis 10.Obijt anno 1195.Sepultus eſt in monaſterio Cathed.

CONRADVS.

Conradus filius Conradi Phronthuſij à Philippo conſtituitur ſucceſſor eodem anno.Is quòd cognatis & hæredibus careret, aliquot caſtella Ludouico Bauariæ regulo uendidit. Hoſpitale Ratisbonæ in altera ripa ad ceruicem pontis lapidei condidit. Obijt anno 1226.Auentinus libro ſeptimo.

SIGEFRIDVS.

Mortuo Cõrado,duo ſimul eligũtur ſucceſſores,

ceſſores, Gotfridus præpoſitus, & Sigefridus Suenus Imperij cancellarius. Demũ Romę Gotfridus exauthoratur, Sigefridus conſecratur. Is Dominicanis D. Blaſij templum, Franciſcanis ædem Seruatoris tradidit. Pacificator fuit, redigens in gratiã Imperatorem Fridericũ cum Gregorio 9. anno 1230. Auent. lib. 7. Conſtans fuit in ſeruanda beneuolentia & fide aduerſus Fridericum. Cum enim Ranerius homo Gallus pluma leuior, atq; ſuperſtitioſiſsimus legatus pontificius iuberet, ut Imperatori renunciaret, facere id non uoluit. Vocatus ad urbem Trecaſsionum ab eodem, non comparuit. Proinde diris deuouetur. Ibidem. Profeſſus eſt palàm, ſe Friderico II. quotannis ſexcentos equites aliturum. Ibidem. Copias cruce ſignatas in Albertum legatum pontificium duxit, adiutus à Bathauenſi. Obijt circiter annum 1243. Auentinus lib. 7.

ALBERTVS.

Albertus Pirogeus uel de Portingan, ut eum Cuſpinianus uocat, à Romano pontifice Sigefridi ſucceſſor conſtituitur. Is à fratre Bertholdo Bathauenſi adiutus, Vueilhardum & Syluam Bauariæ inuaſit, omnia longè lateq; uaſtauit atq; depopulatus eſt, mille & quingentis pecoribus abactis. Verùm de improuiſo adorti ab alijs Bauariæ proceribus, cùm ſe extra periculum iam conſtitutos ſuſpicarētur, uix fuga ſibi ſalutem quærunt.

Ciues urbis quinq; & quadraginta, q, Imperatoris Friderici partibus ſtuderent, cepit, & Stauffium cathena uinctos deduxit: ſed præter uoluntatẽ à Conrado IIII. & Ottone Bauaro coactus eſt, ut eos redderet, & impetata faceret. Ottonem Bauarię ducem excommunicauit, quòd filius Ludouicus Teiſpach exciderat.

A' Conrado Imperatore ut hoſtis Imperij & patricida proſcriptus eſt anno 1251. Cum enim Cæſar Ratisbonæ in æde D. Haimerami pernoctaret, ille, Conrado ab Hohenfels comitatus, conclaue Imperatoris ingreſſus, duos ſtertentes interfecit, ratus ipſum Imperatorem iam è medio ſublatum. Ad extremum dignitate & officio priuatus per Alexandrum IIII, quòd bellis magis quàm paci ſtuderet, quodq́ue cum Boemis ſentiret, in monachorum ordinem redigitur. Auentinus libro ſeptimo.

SVB CONRADO IIII.
Vuilhelmo, Rodulpho.

ALBERTVS MAGNVS.

Albertus, propter eruditionem multiplicem dictus Magnus, in agro Langingẽſi ex Bolſtadienſibus regulis natus eſt anno 1200. Is ingenium omnium diſciplinarum capax ſortitus eſt, ita quidem, ut inter præſtantiſsimos philoſophorum non immeritò numerari poſsit.

Functiones eius.

Pariſijs ubi aliquandiu operam literis dediſſet, Paduam uenit, ibique prædicatoribus monachis ſeſe adſociat, annos natus ſedecim. Tantum uerò breui temporis interuallo in ſcholaſtica Theologia profecit, ut Coloniæ Dominicanis iuſſu ſui abbatia Sententias profiteretur quibuſdam, qui Lutecia eò confluxerant, in quorũ numero Thomas ille Aquinas fuit.

Poſtea Hildeſiæ atque etiam in Vribergo ac Ratisbonæ duobus annis, deinceps Argentinæ cum plurimorum admiratione publicè prælegit. Iſthinc Luteciam reuerſus, Doctoris inſignia adipiſcitur.

Dum in Germania degeret, crucem ibi atque in uicina Bohemia prædicabat, in ſubſidium terræ ſanctæ.

Triennio poſtquàm Doctoris gradu inſignitus erat, Coloniam redijt, publicusq́ue lector conſtituitur, atque etiam ſui ordinis Prouincialis in Germania. Erphurdienſis cap. 95.

Tandem per Alexandrum IIII. Ratisbonenſi ſedi præficitur, anno 1259. Auentinus libro ſeptimo, Chronicon Hirſaugienſe. Colonienſe Chronicon refert, per Vrbanum IIII. iſti ſedi præfectum. Idem dicit Vincentij Continuator. Nam annum quo iſti ſedi præfectus eſt, ponit 1262. libro trigeſimoprimo.

In eo pontificatu ultra annum non ſubſtitit (Erphurdienſis numerat triennium, cap. 94.) ut ſe occupationibus ſubduceret, & ocio literario uacare poſſet, quoſdam reditus ſibi retinens cum Eccleſiæ conſenſu, Coloniamq́; redijt ad ſuos, & magno plurimorum gaudio excipitur.

Scripta eius.

Scripſit quamplurima, quorum tituli ſunt:

Summa Theologiæ,	lib. 4.
Super Sententias,	lib. 4.
De quatuor coæuis,	lib. 1.
De homine,	lib. 1.
De bono,	lib. 1.
De uita ſpiritali,	lib. 1.
In officium Miſſæ,	lib. 1.
De corpore Chriſti,	lib. 1.
De eodem 32 ſermones,	lib. 1.
De muliere forti,	lib. 1.
Super libris Dionyſij,	lib. 5.
De multiplici timore,	lib. 1.

De

De laudibus S.Mariæ, lib.1.
Defenſorium mendicantium, lib.1.
De partu hominis, lib.1.
De formatione hominis, lib.1.
De origine animi; lib.1.
De oratione Dominica, lib.1.
De arte prædicandi, lib.1.
De reparatione lapſi, lib.1.
De adhærendo Deo, lib.1.
In qninq; libros Moyſi, lib.5.
In Ioſue, lib.1.
In Iudicum, lib.1.
In Ruth, lib.1.
In Regum, lib.4.
In Paralipomena, lib.2.
In Eſdram & Nehemiam, lib.3.
In Tobiam, lib.1.
In Iudith, lib.1.
In Eſter, lib.1.
In Prouerbia, lib.1.
In Eccleſiaſten, lib.1.
In Cantica canticorum, lib.1.
In librum Sapientiæ, lib.1.
In Eccleſiaſticum, lib.1.
In Iob, lib.1.
In Eſaiam, lib.1.
In Ieremiam, lib.1.
In Ezechielem, lib.1
In Danielem, lib.1.
In XII.Prophetas Minores, lib.12.
In Machabæorum, lib.2.
In Euangelium Matthæi, lib.1.
In Euangelium Marci, lib.1.
In Euangelium Lucæ, lib.1.
In Enangelium Ioannis, lib.1.
In Epiſtolas Pauli, lib.14.
In Apocalypſin, lib.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de Sanctis, lib.1.
De animalibus, lib.20.
Paradiſus animæ, lib.1.
Orationum ſuper Sententias, lib.1.
Orationum ſuper Euangelia, lib.1.
De differentia ſpiritus & animæ, lib.1.
De diuinatione & prophetia, lib.1.
Diuerſarum quæſtionum, lib.1.
De natura locorum, lib.1.
De cauſis elementorum, lib.1.
De moribus animalium, lib.1.
De intellectu & intelligibili, lib.1.
De iuuentute & ſenectute, lib.1.
De uita & morte, lib.1.
De plantis & uegetalibus, lib.1.
Summam philoſophiæ, lib.1.
De unitate intellectus, lib.3.
Quæſtiones contra Auerroiſtas, lib.1.
De unitate formæ, lib.1.
Philoſophia moralis, lib.16.
De monaſtica, lib.5.
De œconomia, lib.4.
De politia, lib.8.
De Arithmetica, lib.1.
De Geometria, lib.1.
De Muſica, lib.1.
De Aſtronomia, lib.1.
De ſphæra, lib.1.
De aſtris, lib.1.
Speculum Aſtronomiæ, lib.1.
De mineralibus, lib.1.
De natura Deorum, lib.1.
De xij alphabetis, lib.1.
De Magiſtris eligendis, lib.1.
De ſomnijs, lib.1.
De uniuerſalibus, lib.1.
De prædicamentis, lib.1.
De ſex principijs, lib.1.
De definitionibus, lib.1.
De cauſis, lib.1.
De Grammatica, lib.1.
De Rhetorica, lib.1.
De Medicina, lib.1.
De lanificio, lib.1.
De agricultura, lib.1.
De aratura, lib.1.
De nauigatione, lib.1.
De Metaphyſica, lib.13.
In Phyſicam Ariſtotelis, lib.8.
De cœlo & mundo, lib.4.
De generatione & corruptione, lib.2.
De ſcientia methæororum, lib.4.
De anima, lib.1.
De nutrimento & nutribili, lib.1.
De ſomno & uigilia, lib.1.
Quæſtiones XV. lib.1.
De perſpectiua, lib.1.
In libros Ariſtotelis commentarios.

Et alia multa. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

Opera eius.

Inferioris Altaichij bona auxit, ſcriptoque confirmauit.

Pollingẽſi templo in feſto exaltationis S.Crucis, itemq; Innocentum atque dedicationis donauit quadraginta indulgentiarum dies. Auentinus lib.7. Annalium Boiorum.

Chorum templi S.Crucis, cum nimis eſſe anguſtum uideret, diruit, & nouũ multò capaciorem extruxit. Chronicon Colonienſe.

Sub Alexandro IIII. unà cum Thoma Aquinate defendit ſuum ordinem contra Guilhelmum de S.Amore, anno 1260. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione 43.

Argentinæ in templo S.Petri Iunioris, altare quoddam in honorem D.Columbę uirginis & martyris proprijs conſecrauit manibus, anno 1262. Epitome rerum Germanicarum Vuimphlingi.

Monaſterium quod Paradiſus uocatur, apud Suſatum recepit, fundari iuſsit, & ſororculas introduxit.

Coloniæ ad populũ conciones habuit, ubi epiſcopatu abdicaſſet.

Sepulchri locum, quem uiuus delegerat, quotidie frequentauit, & uigilias pro ſe, ac ſi iam uita functus eſſet, legit.

Quotidie D. Virginem ſolitus eſt concione quadam cum lachrymis concelebrare & inuocare. Erphurdienſis.

Omnes fermè Sequentias, ut uocant, præſertim antiquiores, compoſuiſſe dicitur, & Eccleſię canendas tradidiſſe. Sebaſt. Fran. de mutatione Miſſę ex Nothgero abbate S. Galli.

Effeciſſe dicitur media hyeme, cũ Guilhelmus Aquiſgrano à coronatione Coloniam rediret, ut opiparè conuiuium principibus inſtrueret, ut arbores reliquaq; humi naſcentia germinarent. Cuſp. de Imp.

Dona eius.

Auentinus his uerbis multiplicem eius doctrinam & ſcientiam prædicat: Nihil eum penitus fugit, omnia perfectè nouit, naturæ ſecundum Ariſtotelem uerisſimus interpres. Magica adeò exacta atque exquiſita (ſi fas eſt dicere) haud aliter, quàm ſi uni duntaxat operam nauaſſet, cætera ne attigiſſet quidem, adeò ſingula in ſuo genere abſoluta ſunt. Nõ minus Platonis, Epicuri, Pythagorę, aliorumq; philoſophorum dogmata calluit, quàm Ariſtotelica. Primus Latinorũ, quicquid in Græcis, Latinis, Arabibus, Hebræis, Ægyptijs philoſophis egregium fuit, perſcrutatus eſt. Primus in Ariſtotelis, Euclidis, Petri Lombardi, & aliorum huiuſmodi autorum commentaria ſcripſit. Eloquentia ſumma ſuo ſeculo, eruditione etiam noſtro præditus. Hæc ille lib. 7. Annal. Boiorum.

Miraculis in uita & pòſt etiam claruiſſe fertur. Vincentij Continuator. Vſus eſt inter cæteros familiariſsimè Sifrido Colonienſi archiepiſcopo, à quo tantopere diligebatur, ut ſæpius ipſum inuiſeret. Erphurd. cap. 95.

Mors.

Ad extremum laboribus fractus, in multam progreſſus ætatẽ delirabat. Sifridus enim Colonienſis ipſum inuiſurus oſtium pulſauit: reſpondit, Albertus nõ eſt intus: uerè delirium indicans.

Obijt octogenarius, anno Salutis humanæ 1280. & ſepultus eſt in choro, quem capaciorem fecerat, ad ſummum altare.

Sepultura ſolennis fuit, ipſum comitantibus Sifrido, tota Colonia, & dominia in circuitu. Erphur. cap. 95.

Eius ſepulchrum poſtea anno 1483. generalis magiſter ordinis Prædicatorum aperuit in multorum præſentia, altero die poſt Pauli Eremitę, atq; cadauer integrum pontificaliter indutum reperit, à cuius collo crux depẽdebat, in qua particula de clauo, quo Chriſtus cruci affixus erat, aſſeruata ferebatur, unà cum nummo eodem clauo perforato. Chron. Colonienſe.

LEO.

Leo Ratisbonenſis pontifex, Viennæ in Auſtria ſynodo interfuit, anno 1270. Secutus eſt Rodulphum inferentem bellum Ottocarò. Obijt circiter annũ 1281. Auent. lib. 7.

HEINRICVS.

Heinricus à Roteneck, uir religioſus & ſapiens, præficitur Ratisbonenſi ſedi anno 1281. Eum ſibi adſciſcit ſocium Ludouicus Palatinus, cauſam tranſacturus inter Vuenceslaum Boemum, Conradum Iuuauenſem, Auſtriacum Albertum, Menardum Tyrollium & nepotes. Funeri eiuſdẽ Ludouici, quo familiariter uſus fuerat, interfuit, cui ſuum patrimonium uẽdiderat, anno 1277. Ex Heilbruna monachos cantãdi peritos Ratisbonam acciuit, quorum opera morem cantandi in artem redegit. Et quidem hodie adhuc muſica illi dedicata & ſcripta extare, meminit Auentinus. Obijt ann. 1292. pontificatus ſui undecimo. lib. 7. Annal. Boiorum.

HEINRICVS II.

Heinricus eius nominis ſecundus, ex tetrarchis Abuſinis oriundus, ſucceſsit. Is ciues Ratisbonenſes apud Adolphum Imperatorem accuſat, inq; ius uocat, quòd à ſacrificulis communiendæ urbis gratia pẽſionem extorſerant. Auent. lib. 7. Obijt anno 1296.

CONRADVS.

Conradus de Lippurg, uir prudens paciſq; amans, ſuccedit. Is inter Ottonem & Stephanum Bauariæ rectores, & Ratisbonenſes, intercedit & pacem facit. Auent. lib. 7.

SALISBVRGENSES.

EBERHARDVS.

EBerhardus Iuuauenſis præſul præfuit anno 1201. Is inter Emericum Hungariæ regem, & Luipoldum Auſtriacum, pacem fecit. Cuſp. Auſtria. Duci Bauariæ ob clientelam & parochiam Vtinenſem crudele bellum intulit. Chunegundam canonizauit. Auentinus lib. 7. Tres pontificatus inſtituit, Chimenſem, Secconienſem, Lauentinum. Adhibitus fuit pacificationi inter Fridericum II. & Gregorium 9. Continuator belli ſacri libro tertio, capite decimoquarto.

EBER-

ABERTHOLDVS.

Bertholdns Antichriſti Romani mancipium, Gregorium 9. in Apuliam comitatus eſt anno 1230. poſtquam diris denouiſſet monſtrum illud Fridericum II. Auſtria Cuſpiniani.

FRIDERICVS.

Is Rudolpho præſtò fuit Noribergæ, inque uerba eius iurauit, quam ob cauſam Ottocarus Iuuauenſium agrum uaſtauit. Auent. lib. 7.

ALBERTVS.

Albertus Iunauenſis à ſuis nobilibus equitibns in uincula conijcitur. Auentinus lib. 7.

SVB FRIDERICO II.

EBERHARDVS.

Eberhardus inter alios pōtificios nnus fuit, qui Fridericum II. cum Gregorio 9. in gratiam redegerunt, anno 1230. Auentinus lib. 7. Pacificator miſſus ad Fridericum Auſtriacum in uincula conijcitur, totoque quadrageſimale tempore detinetur. Ibidē. A Venetis in agro Tauriſiano interceptus, omnibus rebus, nt gaza, ut ſupellectile, ſpoliatur, nudusq; dimittitur. Ibidem. Auſtriacum Fidericum Imperatori reconciliauit, eundemq; à Romano pontifice excommunicatum abſoluit. Albertum legatum pontificinm in quadam epiſtola ad Ottonem Bauariæ regulum, ut nebulonem peſtilentiſsimum, bipedum nequiſsimum, Bauariæ perniciem, Chriſtianæ pietatis perturbatorem deteſtatur, utq; finibus eijciat monet, quo Deo nihil gratius, & Imperatori acceptius fieri poſsit: niſi data opera ſerpentem in ſinu, & in bulga murem alere uelit. Ibidem.

Graui oratione in conuentu quodam Ratisbonenſi in Romanenſium ſcelera inuectus eſt, atque omnes eos, quotquot ibi aderant, hortatur, ut ſeſe Friderico ſecundo ſubmittant, legatumque pontificium Albertum Bauaria profligent. Ibidem.

Obijt circiter annum 1243. totisq; annis uiginti pòſt corpus exanime à Romanis ponrificibus à ſepultura arcetur. Auentinus lib. 7.

VLRICVS.

Vlricus Seccouienſia epiſcopus per eundem Alexandrum ſubſtituitur Philippo. Et quia ęgrè caſtella oppidaq; reddere anteceſſor uoluit, anathema minatus, reliquisque Iuuauenſibus interdictum, niſi eum reciperent: quæ res iſti Eccleſiæ exitioſa fuit. Vt enim præda exoptata potiretur, & Philippum ui excuteret, Pannoniā petit, Vngarorum inſtructus exercitu redit, Philippum Rathſtadij obuiam habet, manus conſerit, uincitur, & à fuga retractus, ad Ottocarum Bohemum captiuus dedncitur. Dimiſſus iterum in Bauariam uenit ad Heinricum, cuius opera octo caſtella Eccleſiæ in ſuam accipit poteſtatem. Sed Iuuanta excluſus, cum Romanenſibua pecuniam, qua epiſcopatum cauponatus fuerat, reddere non poſſet, excommunicatur. Romam itaque petit, & abſolurionem impetrat, ſociumq; legatum epiſcopum Squillatéſem, ſi modò promiſsis intra certum tempus ſatisfaceret: ſin minus, ut anathemati ſubiaceat. Cumq; nec ſic nultures Romanos explere poſſet, à legato pontificio denuò execratur. Sic igitur ad inopiam redactus, ſua ſponte pontificatu abdicat, amiſſo ſimul Seccouiēſi: ut ille cania Æſopicus umbram captans, carnem rictu tenens perdidit. Auentinns lib. 7.

VDALISLAVS.

Vdalislaus narione Polonus, prępoſitus Vuiſſegradenſis, domeſticus ſacerdos Clementis quarti, conſanguineus uxoris Ludonici Boiorum reguli, Philippo Aquileiā translato ſuccedit. Obijt circa annum 1271. Auentinus lib. 7. Annalium Boiorum.

FRIDERICVS.

Fridericus Noribergæ ad connentum à Rudolpho indictum uenit, eiq; iuteinrādo ſe obſtrinxit: quam ob cauſam ira accenſus Ottocarus Bohemus, agrum eius uaſtat. Poſtea Rudolpho adſuit in expeditione aduerſus Ottocarum, eumque pro uirili iuuit. Obijt anno 1287. Auentinus lib. 7.

RVDOLPHVS.

Rndolphus cancellariua Imperatoris, ſuccedit Friderico. Is fœdus cum Henrico Bauariæ regulo fecit, ſe ſuosq; ipſius clientelæ committit. Quòd Mnldorſium dolo Henrici conflagratum diceretur, ſtatim Iuuauiam petit (aberat enim eo tempore in Stiria) omnia lòngè lateq; incendijs complens in Heinrici finibus. Tandem in comitijs Auguſtanis inter ipſos tranſigitur. Sed non diu ſuperſtes animā efflauit, anno 1288. Auentinus lib. 7.

CONRADVS.

Stephanns filius Heinrici Boiariæ reguli à canonicis in locum Rudolphi eligitur. Is Conradum Fanſtorſium Lauentinum epiſcopum, & Heinricum iureconſultum Romam miſit pro impetranda confirmatione. Papa per legatos de nita & moribus Stephani diligenter inquirens, hoc remoto, Conradū præficit, quòd paludamento militari iamdudum & ſagittariorum ſpectaculis præſidentem repeiſſent. Auentinus lib. 7. Fœdus fecit cū Ottone Bauaro

in Albertum Auſtriacum: uerùm ex improuiſo ab illo adorti, terga uerterunt. Non multo pòſt eundem Albertũ Auguſtæ obſidẽt, orbem occupant, Ottonemq́; Tyroli captiuum Iuuaoiam ducunt. Ibidem.

LEODIENSES, SIVE *Tungrenſes.*

HVGO.

HVgo de Petraponte, prępoſitus ſummi collegij, iotercesſione Ottonis regis eligitur & conſecratur etiam à Guidone cardinale legato pontificio, anno 1200. Is monaſterium D.Lamberti, adiotus à Clarimontano comite, fundauit, additis reditibus. Hoijanis bellum intulit terrificum, qui nudipedes Leodium uenerunr, perituri pacem ab illo. Comitẽ Loſenſem iuuit contra Brabantiæ ducem Heinricum. Tributum exigendum ſuorum coofilio ordinabãt ab ijs, qoi Leodium ingrediebãtur, ut eius adminiculo ciuitas aduerſus hoſtiles incurſiones muniretur. Syluam uendidit amœniſsimam, cuius pecuniæ magnã partem ſibi retinuit. Xenodochium S.Matthæo dedicauit, conferens plurimum iodulgenriatum illis qui quotannis io feſto Conuerſionis Pauli inuiſerent. Aliquot leges ſuis canonicis præſcripſit, quibos conatus eſt uitam luxu perditam ſuotum ſacrificulotum & canonicorum redigere in ordinem, quas papa confirmaoit.

Ne canonici unquam uel noctu uel interdiu à templo abeſſent.

Vt communi refectorio & dormitorio ſe continerent.

Ne mulierculatum amplexibus nimiõ dediti, ſuas operas negligenter obirent.

Canonici tantùm acoluti in tractatu collegiotum nullius haberẽtur authoriratis, donec ſacris initiarentur.

Archidiaconi oiſi diaconi eſſent, ſtipe & honore atq; autoritare carerent.

Vt plura ambientes ſacerdotia collegijs deſpicabiles fierent.

Ne comatuli, comamq́ue calamiſtro rotantes, de Eccleſiaſticis gauderenr immunitaribus, priuſquam tondi atq; radi coronam in capire feciſſent.

Btabantiæ ducem Geldriæq́; comitem aduerſarios habuit, qui ipſa Aſcenſionis die impresſione facta Leodium occuparunt, collegia domiciliaq́ue uaſtatunr, rotumq́; fermè in cineres redegerunt. Vix elapſus fuerat præſul in arcem Hoijanam, ubi rerribili anathematis fulmine eos percuſsir, quam execrationem poſtea ratam habuit Innocentius IIII.

Poſtea etiam copias militares in Brabãtiam adducens, uix ægrè ad pacis conditiones tum ſe flecti paſſus eſt. Non multo pòſt bellum recrudeſcit, anno 1216. Antiſtes ducens copiss in hoſtem, ſuos Leodinos iuſſit & Deo & Lamberto martyri confidere, flexisq́; genibus ipſis ſua peccata confiteri: in quo conflictu fuit ſuperior, trucidatis tribos millibus, & quinq; millibus captis. In eius uictoriæ recordationem memoriã decreuit in honorem S.Lamberti ſingulis ſeptimanis. Tales nimirum epiſcopos ſanguine interfectorum madentes hoc tulit ſeculum.

Interfuit concilio ab Innocentio IIII. conuocato, in quo primo die purpura amictus Tyria ſuperbiebat, ſignificans ſe inuictiſsimum eſſe principem: altero holoſericum penſils ad talos uſque geſtabat, prudentiam ſibi arrogans: tertio pontificali infula inſignitus redijt, quo numerũ plus quàm centum milium ſibi ſubiectorum deſignabat.

Reliquias ſanctorum iſthinc ſecum abſtulit acceptas ab eodem pontifice, utpote lachrymam Chtiſti in ſudario, & iunctuťam D.Pauli Apoſtoli.

Ad Remenſem uocatus archiepiſcopatum, Leodium deſerere noluit. Præfuit annis 19. Obijt anno 1229. pridie idus Aprilis. Sepultus iacet in baſilica D.Lamberti ante maius altare ſub tumba de metallo: poſt mortem ſæpe uiſus à pluribus, dicens ſe eſſe in locis purgatorij. Catalogus Tungrenſium.

SVB FRIDERICO II.

IOHANNES.

Iohannes de Oppia, præpoſitus maioris Eccleſiæ, aounculo Hugoni ſoccedit. Magnum inter ipſum & clerum atque ciues diſsidium fuit, ita quidem ut ciuitate aliquandiu excedere cõpulſus ſit. Verùm pace turſus facta, redijt Leodium, & ut animi ſui gratitudinem teſtaram faceret, duas cappas D.Lamberto obtulit. Bellum inferens Valeriano comiti, morbo correptus eſt, dũ medius inter milites obequitaret, & Hoijum protinus delatus animam exhalauit, anno 1238. pontificatus ſui 8. anno, mẽſe ſeptimo. Sepultus eſt in ualle S.Lamberti. Catalogus Tungrenſ.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Valeotinus, comitis Flandrotum frater, ab una cleri parte eligitur ſucceſſor: Otto Traiectenſis præpoſitus ab alrera. Verùm Otro coram Gregorio 9. cauſa cadit, & Guilhelmus confirmatur. Domum rediens in Cathacomba monaſterio Ciſtercienſi in tranſalpinis partibus moritur. Cumq́ue nec in Ottonem multi con-

conſentirent, ſedes illa anno integro uacauit. Catalog. Tung.

ROBERTVS.

Robertus Lingonēſis epiſcopus tribus alijs præfertur, & ſucceſſor denominatur. Hortatu uerò Iacobi legati pontificij reſignat Lingonenſibus. Gloriæ & dignitatū homo ambitioſus admodum fuit cupidus. Non enim ea ſede contentus, ad Remenſem conſcendere præſulatum anniſus eſt, gentiq; Leodinæ detraxit, ſuperbeq; eam contempſit. Is à generali capitulo ordinis Ciſtercienſium obtinuit, ut paſsim quotannis feſtum D. Lamberti ſolenniter celebraretur. In caſtro Foſsienſi in magna deuotione mortuus eſt anno 1246. pontificatus ſui anno 6. Translatus eſt ex Alna monaſterio ad Claram uallem ab abbate Sepha no, ſiquidem uiuus eum ſepulturæ locum delegerat. Catalogus Tungren.

SVB VVILHELMO
& Richardo.

HEINRICVS.

Heinricus frater comitis Geldriæ, opera Petri pontificij legati Roberti ſucceſſor deſignatus eſt anno 1248. 8. calend. Octob. adoleſcens adhuc, magis qui lupanari præficeretur idoneus, quàm epiſcopatui. Nam luxu perditiſsimus, filias ciuium deperijt & tantiſper inſecutus eſt, ut aut prece, uel precio, uel ui etiam, ipſarum expugnaret pudicitiam, unde nothos ex ſtupro natos ſupra uiginti habebat. Intra quinquenniū conſecrationem non accepit. Exercitum duxit aduerſus Remenſem antiſtitem: deinde Guilhelmo Hollandiæ comiti Aquiſgranum iuſſu pontificis aperuit. Aquenſes compulit, ut illum in ciuitatem reciperet. Arma etiam in proprios ſubditos corripuit: uerùm per Petrum legatum primò pax facta eſt, quæ tamen diuturna non fuit. Nam Trudonenſes maximis conductis copijs adortus eſt: deinde Varenniam properans, Burgimagiſtros proſcripſit, Leodinisq; magnum terrorem incuſsit, ita quidem ut pacem peterent, & in urbem iterū reciperent. Expeditioni aduerſus Saracenos interfuit anno 1274. ſed clàm apud pontificem Gregorium X. accuſatus, loco motus eſt, & per Colonienſem ex epiſcopo in abbatem monaſterij Stabulani conſecratur, cùm annis 27. præfuiſſet. Catalogus Tungrenſium.

IOHANNES.

Iohannes Anginus Tornacenſis epiſcopus, regis Francorum nepos & doctor Theologiæ, qui abbatem egerat in Stabulano monaſterio, ſuccedit Heinrico. Ei Guido Flandriæ comes bellum intulit, anno 1276. quod tamen ſopitum eſt, epiſcopo pacem perente. Chron. Fland. lib. 9.

Priuilegia quamplurima à Rodolpho accepit, cui unicè charus fuit. Capitur ad extremum ab Heinrico anteceſſore prope Hugardem uillam, equoq; delapſus, quia corpore obeſo fuit, non diu pòſt fuit ſuperſtes. Obijt ad Helichenium monaſterium, in ſinu mulieris pauperculæ, anno 1281. cùm octo annis præfuiſſet. Catalogus Tung.

IOHANNES.

Iohannes Guidonis comitis Flandrorum filius, Merenſis archiepiſcopus, per Martinum IIII. ſuccedit anno 1282. Is arcē Valckenburgenſem cum duce Brabantiæ obſedit, ſed expugnare non potuit. Pacem fecit inter clerum & ciues Leodienſes, qui toto ferè integro anno inuicem fuerant tumultuati. Synodum coegit, cuius decreta in librum congeſta ſunt, cui titulus, Synodalia Iohannis epiſcopi Leodienſis. Quinque menſibus fuit captus inſtinctu nouercæ, ut putatur, cum qua ipſi non conueniebat. Obijt anno 1292. pontificatus ſui 11. extinctus calculo, ut putatur.

TRAIECTENSES.

VVILLEBRANDVS.

Villebrandus comes Oldenburgēſis & canonicus Paderbornēſis, fit Paderburni epiſcopus ann. 1223. Is ſemel atq; iterū in terrā ſanctā peregrinatus eſt. Præfuit tantùm annis 2. Paderburnenſi Eccleſiæ, & ad Traiectenſem trāslatus eſt, ubi monaſteriū S. Seruatij condidit. Obijt anno 1233. Metrop. Cran. lib. 7. cap. 39. Bruſch.

SVB FRIDERICO.

OTHO.

Otho Traiectenſis epiſcopus proprium parentem Bernhardum conſecrauit in epiſcopum Lealhenſem. Metrop. Cranzij lib. 7. cap. 40. Guilhelmum adhuc octennem patre ipſius defuncto liberaliter educauit, quam ob cauſam multis ipſum priuilegijs exornauit. Cuſpinianus de Imp. Roman. 350 uno partu editos à Machtylda Hennebergenſi baptiſauit. Auentinus lib. 7.

CVRIENSES.

SVB PHILIPPO ET
Ottone.

REINHARIVS.

Reinharius Heinrico ſucceſsit ann. 1201. Is ſuorum priuilegiorum confirmationem aliasq; immunitates cōſecutus eſt ab Ottone IIII. anno 1209. Eo mortuo, Arnoldus comes Metenſis eam ſedē rurſus occupat. Obijt circa annum 1213. Bruſch.

HEINRICVS ET
Albertus.

Heinricus comes de Rhetia alta, canonicus Curienſis, & Albertus præpoſitus Cōſtantienſis ad S. Stephanum, eliguntur ſucceſſores, qui toto biennio inuicem digladiantur, donec uterq; morte præuentus, alteri locum relinquant. Bruſch.

SVB FRIDERICO II.

RODOLPHVS.

Rodolphus baro à Gutingen ex abbate Sangallenſi interuentu pecuniæ & munerum fit epiſcopus, anno 1215. Is opem Friderici contra ſuos imploraturus (habebat enim illos infeſtos, quòd multa abliguritet profunderetque inutiliter) graui morbo correptus in itinere, Romæ animam efflat, anno 1226. cùm annis 11. ſediſſet. Sepultus eſt apud S. Iohannem in Laterano. Bruſch.

BERTHOLDVS.

Bertholdus canonicus Conſtantienſis ipſi ſuccedit. Is annis 7. præfuit, & interficitur in Ruanſenſi pago, anno 1233. Bruſch.

VLRICVS.

Vlricus comes Kiburgius ex monacho Einſidlenſi in Heluetijs fit præpoſitus Beronenſis in Ergonia. Deinde canonicatum Curienſem adeptus, coadiutor fuit aliquá diu anteceſſoris. Quo demum interfecto, fit epiſcopus. Primus fundator eſt S. Montis prope Virudurum. Obijt ann. 1237. poſtquam 4. annis præfuiſſet. Bruſch.

VOLCARDVS.

Volcardus à Nyuuenburg ſuccedit Vlrico. Ei dedit priuilegia ſemel atq; iterū Fridericus II. Ædificauit Vuardeuuallum & Fridouu caſtella. Obijt anno 1251. poſtquá annis 14. præfuiſſet. Bruſch.

SVB CONRADO IIII.
& Guilhelmo.

HENRICVS.

Henricus comes à Monteforti ſucceſſit Volcardo, confirmatus à Conrado & Richardo Imperatoribus. Is caſtella cœpta ędificari ab anteceſſore abſoluit, aliaq; emit, ut hoc pacto bona epiſcopatus augeret. Longobardos ingenti prælio uicit ad Superius Amiſium. Præfuit annis 21. Obijt anno gratiæ 1272. & apud Ramuſiam ſepelitur. Bruſchius.

SVB RODVLPHO.

CONRADVS.

Conradus baro de Bellomōte ſuccedit anno 1272. Et ille priuilegiorum confirmationem impetrauit à Rodulpho. Arcē Furſtenburgum extruxit. Profecturus ad ſynodum Moguntinam, in itinere obijt, anno 1282. cùm annis decem ad clauum iſtius Eccleſiæ ſediſſet. Sepultus eſt in cœnobio Montis S. Mariæ. Bruſch

FRIDERICVS.

Fridericus de Monteforti comes ſuccedit. Is confœderatus fuit Petro Sedunenſi epiſcopo, tali pacto, ne alter alterum quantumuis aduerſa fortuna deſereret. Fratrē Guilhelmum iuuit aduerſus Rodulphum: in qua pugna captus eſt, & in arce Vuerdēbergenſi ab Hugone comite detentus biennium. Iſthinc cum clàm aliquando fugere decreuiſſet, iunctis mappis & lodicibus ex alta turri ſe demiſit. Verùm fractis funibus in terram cecidit, & eadem nocte animam exhalauit, anno 1285. cum triennium præfuiſſet. Succeſſorem habuit Vlricum: Bruſchius.

BERTOLDVS.

Bertholdus II. circiter annum 1299. quo in gratiam redijt cum Iohanne quodā barone de Vacz. Bruſch.

MONASTERIENSES.

SVB FRIDERICO II.

OTTO.

OTto Monaſterienſis antiſtes, Coloniæ à quibuſdam Friderico Imperatori fauentibus capitur, annò 1213. Iuſſu Imperatoris Verdenæ uinculis mancipatur. Eam ob cauſam Moguntinus Sifridus Colonienſibus ſacris interdicit. Biennio pòſt Verdena ab Adolpho comite de Monte capitur, & Otto liberatur. Trithemius in Chron. Hirſaug.

GODESCHALCVS.

Godeſchalcus humili locus natus, à Friderico II. ad Monaſterienſem promouetur cathedram. Comitum de Tekenenborgk impetum hoſtilem ſuſtinuit. Vicit Arnsbergenſes comites & nobiles de Meinhouele, etiamſi ipſum plurimi ſuorum deſererent. Coluit deos alienos. Fiducia enim D. Pauli hoſtes aggreſſus eſt. Crancius in Metropoli lib. 7. cap. 21.

HERMANNVS.

Hermannus II. comes de Catzenellebogen, cognomento Pater, ſuccedit Godeſchalco circiter annum 1246. Homo ſuperſtitioſus fuit. Nam duas inſtituit collegiatas Eccleſias intra ciuitatem, in honorem ſanctorū Martini & Lugderi. Monaſteriū Campi S. Marię fundauit, primo iacto lapide, addens reditus. Secutus Imperatorē eſt in Italiā ad Mediolanū, ubi & ſibi & ſucceſſoribus impetrauit, ut principes ſalutarentur. Pręfuit annis 30. Metrop. Cranzij lib. 7. cap. 27.

OTHO.

Otho comes de Benthem, Bremēſis prępoſitus, Hermāno ſuccedit, omniū primus per clerum electus: ſiquidem ad ipſius uſque tempora Imperatores antiſtites ibi

con-

conſtituerant. Interfuit expeditioni Aſiaticæ, ſuſceptæ ad liberandam Anconem ab obſidione Soldani Babylonici. Metropol. Cranz.lib.7.cap.33.

THEODERICVS.

Theodericus comes de Iſenborg ſucceſſit Othoni. Is eccleſiã D. Pauli nouam condidit, iacto primo lapide, ipſo die Mariæ Magdalenæ, quem ſolennem propterea eſſe uoluit deinceps. Canonicis nouam tradidit eccleſiam, ita tamen ut ius conferendi ſibi retineret, & cenſum darent capitulo. Metrop. Cranz. lib.8.cap.5.

LVDOLPHVS.

Ludolphus nobilis ab Holte ſucceſsit Theodorico. Arcem de Vuoldbecke extruxit & muniuit. Nobiles de Meinhouele, qui Monaſterienſi Eccleſiæ graues admodum extiterant, deleuit funditùs. Metrop. Cranz.lib.8.cap.14.

OTHO II.

Otho nobilis de Lippia ſucceſsit. Is dominatum de Vechta nõ exigua emit pecunia, & Eccleſiæ adiecit. Metrop. Cranz. lib. 8.cap.31.

GVILHELMVS.

Guilhelmus nobilis de Holte Othoni ſucceſsit. Is canonicis in Eccleſia Làberti & in Bilrebeke annuos prouẽtus, unde uictitarent, conſtituit. Metrop. Cranz.

OSNABVRGENSES.

ENGELBERTVS.

Engelbertus comes de Tecklnborg, qui aliquaodio uitam uixerat monaſticã, opera fratris Ottonis etiam inuito Imperatore Oſnaburgi præficitur. Præfuit annis 24. Epitom. Chroo. Oſnab.

BRVNO.

Bruno comes Iſenburgẽſis ſucceſsit Engelbèrto. Is frater Friderici comitis fuit interfectoris Colonienſis: quam ob cauſam non tantùm in ſuſpicionem uenit, qoaſi iſtius cædis fuiſſet conſcios, ſed etiam conuincitur, & loco mouetur ad tempus, & poſtea reſtituitur, ubi apud pontificem impetraſſet gratiam. Controuerſiam inter canonicos Oſnaburgenſes de quarundã Eccleſiarum collatione diremit. Item ordinauit, quo pacto Sacramenta religioſè adminiſtrari, & mortuorum ſepulturę legitimę fieri deberent in æde D. Virginis & Catharinæ. Præfuiſſe fertur annis 8. reliquũ ætatis tempus, de facta cæde pœnitens, uitam uiueos monaſticàm degit. Metròp. Cranz. lib.7. cap. 43. & Epitome Chronic. Oſnaburg. Hamel.

VVEDEKINDVS.

Vuedekindus comes de Vualdegge ſucceſsit Brunoni. Is terram incultã ad illud uſq; tempus curauit conſeri, circiter annũ 1262. indeq; canonicis, qoantum indigent, panes triticeos procurauit. Auxit etiã alioquin Eccleſiæ prædia. Præfuit annis 10. iuxta Cranzium in Metrop.lib.8.cap.7. Chronicon Oſoaburgenſe numerat ſeptem.

BALDVINVS.

Balduinus de Ruſsle ſucceſsit Voedekindo. Is illa quæ ordinare cœperat anteceſſor de Vuidenbruggenſi Eccleſia, priuilegio confirmauit: præbendas auxit: præpoſituram prò canonico maioris Eccleſiæ reſeruauit. Præfuit annis 10. Cranzius in Metrop.lib.8.cap.19.

CONRADVS.

Conradus comes de Retberge ſucceſsit Balduino. Is capituli conſenſu collegium de Quakenbrugge trãſtulit in Brameſche, anno 1275. Arcem Tekenenborg, & quę ad illam pertinent, ad pignus accepit pro pecunia. Capitulo etiam piſcaturam, quam uulgò uocant Molenkolck, contulit. Præfuit anois 28. Cranzius in Metropoli lib. 8. cap.28.

GVNTHERVS.

Guntherus epiſcopus Oſnaburgenſis exercitui Lodouici & Edoardi regum ſeſe adſociauit cõtra Soldanum Babylonis, qui tum Antonem obſidebat. Cranzius libro 7.cap.33.

BREMENSES.

SVB PHILIPPO, OTTOne & Friderico II.

VVALDEMARVS ET Gerhardus.

Extincto Harduuico, duo ſimul eliguntur: Gerhardus Oſnaburgenſis, & Vualdemarus, filius Canuti Daniæ regis, Sleſuicenſis epiſcopus. Verùm Vualdemari factio primùm fuit ſupèrior, qui hoc imprimis ſpectabãt, ut antiquum legationis honorem perditum pet hunc recuperarent. Sic igitur electus Vualdemarus, certiorq; factus, contiuuò Romam proficiſcitur cõfirmationis impetrandæ cauſa. Quam cũ aliquãdiu differret cõferre pontifex, clam Roma iterum diſcedit, Bremamq; uenit òpe Philippi Imperatoris. Ea res peſsimè habuit Romanum illud monſtrum Innocentium 3. qui Bremam miſsis literis, & in feſto Dedicationis callidè inſinuatis, clanculumq; altari impoſitis, teſtabatur nõ tantùm non confirmatũ eſſe, ſed etiam dignũ eſſe qui anathemati ſubiaceret. Dithmarſos in officio continuit, ut Danis parêrent. Saxo Gram.li.7.ca.19. In maximis fuerat periculis adoleſcẽs adhuc. Nã à Zuenone aliquot annis in carcere detentus fuerat, quòd diadema regiũ affectaret, & uix re-

eorumq́; plurimos interfecit: quæ res ipſum adeò pœnituit poſtea, ut non diu ſuperſtes uiueret. Præfuit annis 33. Obijt anno 1306. Metrop. Cranzij libro octauo, capite 35. 36.

VERDENSES.

RODOLPHVS.

Rodolphus Verdenſi Eccleſiæ præficitur anno 1197. Is Fridericum I. Imperatorem cruce ſignauit, cui admodum extitit charus, ſicut & Heinrico 6. quem comitatus eſt in Armeniam, eiusq́; iuſſu Leonem regio diademate inſigniuit cum Moguntino Conrado. libro ſecundo, capite decimooctauo Continuatæ hiſtoriæ belli ſacri. Ab Heinrico Imperatore & priuilegia magna, multaq́; bona acquiſiuit Eccleſiæ Verdenſi. Præfuit annis 11. Obijt anno 1208. Metropol. Cranzij libro 7. capite 23. Bruſchius.

ISO.

Iſo comes de Vuelpa ſucceſsit Rodolpho. Is bona Eccleſię auxit plurimùm. Collegium etiam S. Andreæ extruxit. Præfuit 26. annis. Obijt anno 1234. Sepultus eſt in eodem collegio. Metrop. Cranzij li. 7. cap. 30. Bruſch.

LVDERVS.

Luderus ſucceſsit Iſoni. Monaſterium Schernbetenſe fundauit, adijciens decimas & prædia unde uiǵtitarent. Pręfuit annis 20. Obijt anno 1254. Metropolis Cranzij lib. 7. cap. 48. Bruſch.

GERHARDVS.

Gerhardus comes de Hoya ſucceſsit. Is ſui cleri amator fuit, & Eccleſiæ bona pro uirili auxit. Præfuit annis 16. Obijt anno 1270. Metrop. Cranzij libro 8. cap. 4. Bruſchius.

CONRADVS.

Conradus dux Brunſuuicenſis, patre natus Ottone, frater germanus Ottonis Hildesheimenſis, ſuccedit Gerardo. Is in initio ſuæ gubernationis paulò fuit inſolentior. Cantoriam, nouam ſcilicet dignitatem, primus introduxit in illam Eccleſiam. Bellum geſsit contra Bremenſem Giſelbertum, in quo baſilica Verdenſis conflagrauit. Nouam uerò cœpit iterum extruere Conradus, cuius primum poſuit lapidem. Aliquot prætetea præfecturas adiecit iſti Eccleſiæ. Suis uerò fratribus duos coros ſalis in ſalinis Luneburgenſibus contulit. Præfuit annis 33. Obijt anno 1303. Metrop. Cranzij libro octauo, capite trigeſimoſexto. Item Saxonia Cranzij libro octauo, capite decimonono.

MINDENSES.

CONRADVS.

Conradus nobilis de Depholt, præficitur Mindenſi Eccleſiæ anno 1209. Is monaſterium Biſchoprode fundauit. Mendicantes monachi ab illo intra ciuitatem recepti ſunt anno 1236. Obijt in die S. Iohannis & Pauli eodem anno, cum 27. præfuiſſet. Metropolis Cranzij libro ſeptimo, capite 42.

GVILHELMVS.

Guilhelmus ſucceſsit Conrado. Obijt anno 1242. pontificatus ſui 6. Metrop. Cranzij lib. 7. cap. 51.

IOANNES.

Ioannes ſucceſsit. Obijt anno 1252. ubi 10. annis præfuiſſet. Cranzius in Metropoli lib. 8. cap. 6.

VVEDEKINDVS.

Vuedekindus comes de Hoya ſuccedit Ioanni. Is duci Luneburgenſi bellum intulit, longè lateq́; agros ipſius uaſtans. Ventum eſt ad prælium, in quo idem fuit ſuperior, ereptis hoſtibus quatuor militaribus ſignis, quæ trophæi loco in eccleſia Mindenſi ſuſpendit. Præfuit annis 8. & paucis menſibus. Obijt anno 1261. in Vigilia Matthæi. Metrop. Cranzij lib. 8. cap. 16.

CONO.

Cono ſucceſsit Vedekindo. Obijt anno 1265. cùm annis 4. & paucis menſibus præfuiſſet. Metrop. Cranz. lib. 8. cap. 27.

OTHO.

Otho monachus ordinis prædicatorum ſuccedit Cononi. Is etiamſi monaſticæ uitæ regulas fuerat ſectatus, tamen factus antiſtes ſuæ Eccleſiæ iura defendit. Præfuit annis fermè ſeptem. Obijt in Vigilia S. Eliſabethæ anno 1272. Metrop. Cranzij lib. 8. cap. 42.

VOLQVINVS.

Volquinus ſucceſsit. Obijt anno 1282. pontificatus ſui 8. Metrop. Cranzij libro 8. capite 51.

CONRADVS.

Conradus II. ſucceſsit. Præfuit annis 13. Obijt anno 1295. Metrop. Cranzij libro 8. cap. 59.

PADERBORNENSES.

BERNHARDVS.

Bernhardus III. præficitur Paderbornenſi ſedi anno 1202. Is priuilegia ab Honorio 3. accepit. Præfuit 19. annis. Obijt anno 1221. Metrop. Cranzij libro 7. cap. 39. Bruſchius.

BERNHARDVS.

Bernhardus IIII. intra annos quatuor, duos habuit ſucceſſores, Oliuarum & Vuil-

& Vuillebtandum:quorum ille cardinalis Sabinenſis biennio pôſt, hic Ttaiectenſis fit epiſcopus. Tandem igitut ſucceſſotem habuit eiuſdem nominis, numero quartum. Is ſuis canonicis permiſit ex tegularibus fieri ſeculates, uel potius, ut Cranzius intetpretatut, regulates ſine regula, uel irregulares. Præfuit annis 28. Obijt anno 1253. Cranzius lib. 7. cap. 50. in Metropoli, Bruſchius.

SIMON.

Simon comes de Lippia, uel iuxta Bruſchium de Schuualenberg, ſuccedit Bernhatdo ſuo patruo. Ei Bremenſis Gerhatdus adminiſtrationem arcis Languuedel demandarat, antequam Paderburnum ueniret. Nam adiutor Bremenſis annis ſeptem fuerat. Verùm illò extincto, Hildeboldo, acceptis 400. marcis, eam rradidit: quæ tes ingentis motus & belli cauſa fuit, in quo multi partium Simonis miſetè perierunt, & parum abfuit, quin ipſe etiam in Oldeburgenſium comitum manus perueniſſet, aduerſus quos bellum geſsit, niſi cucullo monaſtico indutus, ne ita facilè cognoſceretut, fuga ſibi ſalutem quæſiuiſſet. Præfuit annis 19. Ctanzius numerat 23. Obijt anno 1274. Metropolis Ctanzij libro octauo capite decimoquinto, uigeſimo. Bruſchius.

OTHO.

Otho comes de Rethberge ſuccedit Simoni. Ei cum Padetbornenſibus ingentia fuere certamina, de iudicio ſeculari præſertim. Ventum eſt ad arma. Ciues epiſcopalem domum iniecto igne exuruntadum que complendis foſsis ſunt occupati, epiſcopus ex imptouiſo eos adoritur, & 500. proſternit, paucos capit, paucisſimi elabuntut. Ttanſigitur tandem datis & acceptis utrinq; conditionibus. Præfuit annis 30. Obijt anno 1304. nec intra biennium habuit ſucceſſotem. Metropolis Ctanzij lib. 8. cap. 32. Bruſch.

HILDESHEIMENSES.

HARBORDVS.

Harbotdus, qui & Heribertus dictus eſt, eligitut in epiſcopum Hildesheimenſem anno 1119. Is collegium S. Ioannis fundauit, multa quæ anteceſſor oppignorauerat tedemit, multaq; ædificauit. Præfuit annis 9. Obijt anno 1208. Metropolis Ctanzij libro ſeptimo, capite uigeſimoquarto. Bruſchius.

SIGEFRIDVS.

Sigefridus ex Fuldenſi cœnobio, intercedente pto ipſo Philippo, peruenit ad gubernationem Hildeſienſis epiſcopatus. Is quia à Philippi etat partibus, aduerſarium habebat Ottonem, qui etiam interfecto Philippo Bambergæ decreuerat epiſcopatum ferro igneq; uaſtare: ſed precibus & pecunia id impediuit Sigefridus. Ottonem moriturum abſoluit, quam abſolutionem ratam habuit papa Honorius. Ciues Hannouetanos magno numero ad ſe confluentes, ad ſuum redire principem, illiq; parêre iuſsit. Præfuit annis 12. Obijt anno 1221. & ſepelitur ante atam S. Petri in ſummo templo. Ctanzius in Saxonia, Bruſchius.

CONRADVS.

Conradus II. nobilis à Reyſenbetg, decanus Spirenſis & canonicus Moguntinus, ſuccedit Sigefrido. Is literatus fuit, qui etiam ſacras litetas Pariſijs ptofeſſus eſt. Mirificè ptomouit monachatum, ita quidem, ut ſex monaſteria, quatuor monialium, monachorum duo extruxerit, & ſeuera eos diſciplina coercuerit. Multa extruxit ædificia, quæ etant epiſcopatus: ut epiſcopale palatium, arcem Vuinczenburgenſem, oppidum & arcem Roſarum uallis, & caſtellum Scardecenſe. Moguntiæ in comitijs litigauit cum Brunſuuicenſibus ducibus, aliquid ſibi iuris uendicantibus in Eccleſiam Hildeſianam, extititq; ſuperiot. Oppidum Empnenſe expugnauit, latibula latronum, Inſulas & Scatdetenſem atces diruit. Tandem ubi annis 24. ptæfuiſſet, ad annum Domini milleſimum ducenteſimũ quadrageſimũquintũ, præuidens horribilem ſecuturam tempeſtatem ex illo intet Fridericum & pontificem ſchiſmate, ſua ſponte munus teſignauit, quietis cauſa, monaſterium ordinis Prædicatorum Hildeshemij ingrediens. Cumque de electione ſucceſſoris inter canonicos non conſtatet, eaque res malorum ingentium uideretur fututa occaſio, ſeceſsit ad Schonouienſe monaſterium ptope Heidelbetgam, & teliquum ibi uitæ tempus, utpote 3. annos, trãquillè ttanſegit. Obijt anno 1248. Ctanzius in Metropoli, Bruſchius.

HEINRICVS.

Heinricus ptæpoſitus Heilgenſtadenſis, à maiote canonicorum parte eligitur ſucceſſot Conradi: Hermannus præpoſitus Brunſuuicẽſis ſancti Cyriaci ab alrera. Heinricus confitmationem à Moguntino, & regalia, uti uocanr, ab Impetarore adipiſcitur, anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimoquinto. Interim alret ille ſedẽ occupat, nihilq; præter Vuintzẽburgẽſem

arcem Heinrico relinquit, quàm ob cauſam Lugdunum iter facit ad Innocentium 4. perficitque, niſi loco cederet Hermannus, pontificio ſubiaceret anathemati. Sic igitur ſolus illa ſponſa potitur, quam totis annis 11. anxius ambiuerat. Obijt anno 1257. à prima electione 12. & ſepelitur in templo primario Hildeſiæ ante aram S. Catharinæ. Cranz. in Metropoli. Bruſch.

IOHANNES.

Iohannes præpoſitus S. Mauritij, uir inſigniter doctus, ſucceſsit. Is tantùm præfuit annis 4. Cumq; illi Iohannes & Albertus Brunſuuicenſes duces bellum denunciaſſent ob comitatum & arcem Peynenſem, rebus humanis eximitur, anno 1261. Cranzius in Metropoli & Saxonia. Bruſchius.

OTHO.

Otho Brunſuuicenſis dux, Ioānis & Alberti frater, à clero Hildesheimenſi eligitur ſucceſſor Iohannis, ut hoc modo comitatum Peynenſem obtinere poſſent, quē ui atq; armis in ſuam redigere poteſtatem nitebantur duces. Confirmationē & conſecrationē Lugduni impetrat à papa Gregorio. Eū fratres cane peius & angue oderunt, qui ferro & flamma epiſcoparum uaſtantes effecerunt, ut mœrore animi extingueretur, anno 1279. poſtquā annis 18. præfuiſſet. Cranz. in Saxonia, Bruſch.

SIGEFRIDVS.

Sigefridus comes de Quetfurd, decanus ſummi collegij Magdeburgenſis, ſuccedit Otthoni. Confirmationem à Moguntino, inueſturam à Rodulpho accepit. Ciues ſuos captos à Brūſuicenſibus redemit, Empnenſe oppidum reſtaurauit, uocans Grunauu nouo nomine. Louuenburgum arcem muniendi epiſcopatus cauſa extruxit. Quod cum moleſtè ferrent Heinricus & Albertus Brunſuuicenſes duces, bellumq; in ipſum pararent, ex improuiſò illos adortus eſt, atque multos eorum occidit: quam ob cauſam redintegrantes bellum Brunſuuicenſes, multum damni agro Hildesheimenſi dederunt. Tandem alijs interuenientibus principibus, cauſa tranſigitur. Arcem quoq; Rute extruxit de integro. Præfuit ferme annis 31. Obijt anno 1310. Sepultus eſt in templo cathedrali. Cranzius lib. 8. cap. 39. in Metropoli, Bruſchius.

HALBERSTADIENSES.

CONRADVS.

Conradus fit epiſcopus Halberſtadij anno 1202. Præfuit annis 7. quibus elapſis, monaſterium Sittichbacenſe ingreſſus eſt, in quo reliquam ætatem tranſegit. Metropolis Cranzij lib. 7. cap. 37.

FRIDERICVS.

Fridericus Kirchbergēſis burggrauius, circa annū 1209. eligitur ſucceſſor. Is cruorem, quem Dominicum eſſe dixit, ſolenniter introduxit Halberſtadium, atque hoc modo non rarùm pro ſe cultor deorum alienorum fuit, ſed alios etiam peccare fecit. Adfuit etiam Magdeburgenſi Alberto cum ſuo clero, cranium D. Mauritij iſthic introducenti. Præfuit annis 11. iuxta Cranzium. Bruſchius numerat annos 21. Obijt anno 1231. & In ſummo templo ſepelitur, iuxta Bruſchium. Metropolis Cranzij lib. 7. cap. 41.

LVDOLPHVS.

Ludolphus comes de Schladen ſucceſſit. Is bellum geſsit aduerſus Ottonē Brandeburgium, cepitq;, nec prius liberum abire permiſit, quàm marchio ipſi oppidum Aldesleue traderet, magnamque pecuniæ ſummam numeraret. Paulo pòſt iterum manus conſeruerunt, in quo prælio & uulnus accepit, & captus etiam eſt epiſcopus. Saxonia Cranzij lib. 8. cap. 20. Præfuit annis 13. Cranzius 8. ponit. Obijt anno 1245. & in templo cathedrali ſepelitur. Metrop. Cranzij lib. 7. cap. 46. item Vandalia Cran. lib. 7. cap. 23. Bruſch.

MEINERVS.

Meinerus uel Meinhardus, cognomento Kransfelder, ſucceſsit Ludolpho. Præfuit annis 14. Obijt anno 1259. Sepultus eſt ad S. Burcardum extra muros. Metropol. Cranzij lib. 8. cap. 9. Bruſch.

LVDOLPHVS.

Ludolphus 2. comes à Schladem, ætate adhuc iuuenis ſuccedit, quem Cranzius cenſet adminiſtratorem potius quàm pontificem dici oportere. Præfuit biennio, & munus reſignat. Metropolis Cranzij lib. 8. cap. 12. Bruſch.

VOLRADVS.

Volradus Kransfelderus præficitur anno 1261. Præfuit annis 9. Obijt anno 1270. Metrop. Cranzij lib. 8. cap. 26.

HERMANNVS.

Hermannus comes de Blanckenburg ſucceſsit Volrado. Præfuit annis 11. Obijt anno 1281. Metrop. Cranz. lib. 8. cap. 34.

ALBERTVS.

Albertus magiſter Halberſtadienſis, claruit circa annū 1212. Is Germanicis rhithmis Ouidij metamorphoſin reddidit. Chron. Munceri parte 3.

IOANNES.

Ioannes Semeca, aliàs Teutonicus, Halberſtadienſis præpoſitus, primus pontificalium Decretorum interpres, à papa Clemente 4. cui ſe in decimarum exactione per

per Galliam & Germaniam oppoſuit, excommunicatus, prouocauit ad generale Concilium. Paralip. Vrſpergenſis, Auentinus lib.7.

LVBECENSES.

BERTOLDVS.

BErtoldus Lubecenſis Eccleſiæ canonicus præficitur poſt Theodoricum, anno 1211. Is cōſenſu capituli, domum, quam in ueteri Lubeca habuit, cinitati reſignauit. Primus molam in Vthin extruxit. Camerarium etiam inſtituit ſuis canonicis, dans ipſi reditus annuos. Præfuit annis 24. Obijt anno 1235. Metrop. Cranzij lib.7. cap.32.

IOHANNES.

Iohannes decanus Lubecenſis ſuccedit. Eccleſiam monaſterij in Reinfelde dedicauit ſtarim poſt ſui conſecrationem. Inſtituit memorism cœnæ Dominicæ, pecuniam pro pane, uino & cereuiſia determinans. Obijt in monaſterio Ciſmar, ut Chronicon Holſatiæ parte 2. habet. Crāzius illi tribuit annos gubernationis 22. & longè diſcedit in ſupputatione à Chronico Holſatienſe: Metrop. lib.7. cap.47.

ALBERTVS.

Mortuo Iohanne, quia de ſucceſſore inter canonicos non conueniebat, ſedes illa uacauit annis 6. qno tēpore Albertus Bremenſis ſcholaſticus, qui Rigenſis denominatus fuerat epiſcopus, & per uim iſthinc eiectus, munus epiſcopale obiuit, etiamſi non eſſet electus. Sperabat enim fore, ut Rigam reuocaretur. Tandem canonicè eligitur, eiusq; electio approbatur à Romano pontifice, iuſſus retinere titulum Rigenſis etiam epiſcopi. Diligens fuit œconomus, adaugens bona Lubecenſis capituli. Cranzius refert, poſt ſexennium ipſum redijſſe Rigam, in Metrop. lib.8. cap. 10. Chron. Holſatienſe. Balæus Centuria 13. ca.33. exiſtimat, tandem Lincolnienſem factum epiſcopum.

IOHANNES II.

Iohannes de Deſt, oriundus de Brabantia, Minorita & capellanus Vuilhelmi Imperatoris, intercedente pro ipſo eodem Imperatore, ab Innocenrio 4. à Sambienſi Eccleſia Lubecam transfertur, anno 1254. Is pontificiarum indulgentiarum præco ſtrenuus fuit, uulgò crucem prædicare uocant. Toto anno ſedem reliquit uacuam, quòd ad uictum qnotidianum non ſupperent ſufficientia. Reuerſus poſtea hoc uſus eſt compendio, ut paſsim in 8. extra diœceſin mortua templa rancido chriſmaris oleo inungeret, & hoc pacto quotidianam ſimul caperet prædam, qua poſſet niuere. Cum uicinis comitibus & nobilibus pacem coluit, cedens in multis, ut turbarum materiam præſcinderet. Aduocatiam in Vthin emit, oppidoq; conceſsit uti Lubecenſi iure. Ordinauit, ut cantor in certis feſtis argenteum geſtaret baculum, pro tam duro labore certos illi reditus deputans. Impetrauit itidem priuilegia iſti Eccleſiæ. Obijt anno 1260. in Eſſendia prope Rhenum, anno ſuæ gubernationis 6. & ſepultus eſt in Nuſsia. Metrop. Cranzij lib. 8. cap.17. Chron. Holſat.

IOHANNES III.

Iohannes Tralow ſcholaſticus Lubecenſis Eccleſiæ ſucceſsit, uno quidem die in ſacrario ſuperiori Lubecenſis Eccleſiæ in presbyterum ordinatus, altero apud Minoritas in epiſcopum conſecratus eſt, & confirmatus Stadij per Bremenſem. Arcem maximos faciens ſumptus extruxit in Vthim, quam ob cauſam ingens æs alienum contraxit. Auxit numerum uillarum, redimens certa pecuniæ ſumma ab Ottone de Plone. Obijt anno 1276. ponrificatus ſui anno 16. Metropolis Cranzij lib. 8. cap.24.

BVRCHARDVS.

Burchardus de Gerken, cantor, anno ætatis ſuæ 81. ſuccedit Iohanni. Ei multum laboris fuit ob ſolutionem æris alieni, quod anteceſſor contraxerat. Villam Eggerdiſtorff emit, aliasq; nōnullas. Is anno 1280. unà cum ſuo capellano à Lubecenſibus ciuitate expulſus eſt. Ptol. Luc. ætat. 6. in Rudimento nouitiorū. Hac occaſione factum uidetur, ut totis annis quatuor Romæ præſens cauſam contra fratres mendicantes & Lubecenſes ageret, propter molas aquatiles, non procul ab eccleſis, quas iure ad capitulum pertinere dicebat. Suis canonicis ſingulis ferijs quartis & ſabbaris ordinauit panes (ut uocsnt) præbendales dari. Sacellum arci, quam Vthini extruxerat anteceſſor, adiecit. Fundauit perpetuum beneficium pro cultu Maoſim ad aram Habundi. Effecit etiam, ut Vthinenſis Eccleſia parochialis in collegiatam mutaretur. Ordinauit etiam carceres tenendos per decanum Lubecenſem, certos reditus aſsignādo, ne clerus eſſet laicis ludibrio. Obijt anno 1317. anno ætatis ſuæ 120. pontificatus uerò 41. Metrop. Cranzij lib.8. capite trigeſimoſeptimo, Chronicon Holſatienſe.

RACEBVRGENSES.

PHILIPPVS.

ISfrido extincto, & nondum humato, de ſubſtituendo ſucceſſore deliberatur à clero.

à clero. Nonnulli eorum Henricum præpoſitum, nonnulli Philippum Isfridi capellanum elegerũt. Res componitur per Albertum comitem, & ſedes illa ad Philippum defertur. Electus poſtea Bremam contendit pro adipiſcenda conſecratione, & non multo pòſt metu Vualdemari regis Daniæ iter facit in Traiectum, ubi toto anno ſubſtitit: quæ res offendit Danum. Verùm ei reconciliatus uiciſsim elapſo ad ſedem Raceburgenſem reuertitur. Obijt circiter annum 1217. Metrop. Crancij libro 7. cap. 22. Vandalia eiuſdem lib. 7. cap. 1.

HEINRICVS.

Heinricus, quem unum ex fratribus, qui tum noua religione fruebátur, uocat Cranzius, fortè quòd uel Franciſci uel Dominici ſectator fuerit, ſucceſsit Philippo. Præfuit circiter annos 10. Metrop. Cran. lib. 7. cap. 34.

LAMBERTVS.

Lambertus canonicus Hamburgenſis & Bremenſis, ſucceſsit, non quidem à clero electus, ſed per pontificem etiam inſalutato clero præfectus. Ingrediens primò templum rubore ſuffunditur, quo animũ malè ſibi conſcium declarare uiſus eſt. Semel tantùm miſsificauit, & unum etiam cœmiterium dedicauit. Nondum præfuit anno integro. Mortuus eſt circiter annum 1228. De eo extant hi uerſiculi:

Vt lupus intrauit, canonicè non uocitatus:
Paulò regnauit, morte præuentus erat.

Metropolis Crancij lib. 7. cap. 45.

GODESCALCVS.

Godeſcalcus præpoſitus, canonicè electus ſuccedit, confirmatus per Bremenſem. Metrop. Crancij lib. 7. cap. 45.

PETRVS.

Petrus ſucceſsit. Obijt circa annũ 1232. Metrop. Cran. lib. 7. cap. 49.

SVB FRIDERICO
& Conrado.

LVDOLPHVS, FRIDERICVS.

Ludolphus ſucceſsit Petro. Is grauem habuit aduerſarium Albertum Saxonem, qui, ut Crancius refert, ipſam Eccleſiam & domum epiſcopalẽ Reichaw in ſuam redigere poteſtatem uoluit, cui ſe Ludolphus ſtrenuè oppoſuit. Verùm Saxone præualente uiribus, coactus eſt loco cedere, Vuiſmariamq; uenit, à Iohanne Megapolenſi domino exceptus. Nec multo pòſt mœrore & ægritudine animi confectus, ibi diem clauſit extremum, die cœnę Domini, cùm illo ipſo die primũ deum ſuum Maoſim deuotus coluiſſet, & nocte præcedente ab Euermodo & Godfrido anteceſſoribus defunctis, illuſione diabolica, poculum accepiſſet exhauſiſſetque. Tam ſeuerus fuit diſciplinæ inter ſuos cuſtos quamdiu præfuit, ut planè carceri incluſi putarentur clerici. Monaſterium in Rene fundauit, addens reditus. Poſt mortem dictus eſt ædere miracula. Quidã enim Hartuicus de Ritzerow miles, ipſius opem implorans, ſanitatem recepit ex capitis uulnere, in quo teli fracti partem, ferrum ſcilicet acuminatum, nõ ſine magnis cruciatibus circumferebat. De eo extant hi uerſiculi:

Gemmuli paſtorum, lux fulgens, regula legis,
Paſtorum ſpeculum, iuuenum dux, ſenis icona,
Lux iuuenum clara, reparator, gloria plebis,
Fulgens dux, reparator cleri, pacis amator,
Regula ſenis, gloria pacis, formula dulcis,
Legis icona, plebis amator dulcis adeſto.

Metropolis Crancij lib. 8. cap. 8. Succeſſorem poſt ſe reliquit Fridericum. Ibidem lib. 8. cap. 18.

VLRICVS.

Vlricus nobilis de Blucher ſucceſsit Friderico, circiter annum 1262. Is beneficus & liberalis fuit in pauperes. Cumque totum fermè granarium exhauſiſſet, pauperesque in ſumma annonæ caritate ad ipſum confluerent, iuſsit nihilominus miniſtrum egentium inopiæ ſubuenire. Miniſter dicto audiens, reperit totum rurſus repletum farina & frumento, ſi modò credere fas eſt. In Schonebergenſi arce domum extruxit lapideũ cum cellario funditùs. Metrop. Cran. lib. 8. cap. 29.

CONRADVS.

Conradus iam in multam progreſſus ætatem, Vlrico inuitus fermè (ut uiſus eſt) ſucceſsit. Præfuit ſenex non paucis annis. Is cum aliquando ab uno ſuorum familiarium interrogaretur, quid nunc ſentiret, ſiquidem inuitus eam occupaſſet ſedem: eſſe fortaſsis, ſi liberet cedere, qui tanto ipſum leuaret onere: nihil reſpondit, oſtendens, non ita facilè id ſibi nunc eſſe, & decrepitos etiam dominandi libidinem non omnem abieciſſe. Metropol. Cran. lib. 8. cap. 44.

SVERINENSES.

BRVNVVARDVS.

BRunwardus monachus (ut putatur) Ciſtercienſis ordinis, poſt tráslatam Meckelburgo ſedem, Suerinum uerſus ſub Bennone, ſuccedit Bennoni. Obijt anno 1237. anno ſui pontificatus 44. quantumuis numerus annorum, quibus anteceſſor præfuit, huic ſuppurationi congruere minimè uidetur. Metrop. Crancij libro 7. cap. 20.

FRIDERICVS.

Fridericus comes ſucceſsit. Præfuit tantùm annis duobus. Metrop. Cranzij libro 7. cap. 52.

THEODORICVS, VVILHELMVS.

Theodoricus præpoſitus Suerinenſis, nothus, ſucceſsit Friderico circa annum 1241. impetrans ſuæ electionis conſenſum à Gregorio IX. per Elgerum Hamburgenſem & Sibodonem Suerinenſem canonicos, qui quòd Manſer eſſet, cum ipſo diſpenſauit, mandans Bremenſi & Verdenſi epiſcopis ut ipſum præficerét. Metrop. Cran. libro 8. cap. 3. Succeſſorem habuit Vuilhelmum præpoſitum, qui biennio tantùm præfuit, & anno 1249. deceſsit è uiuis. Ibidem cap. 13.

RODOLPHVS.

Vuilhelmo ſucceſsit Rodolphus præpoſitus. Obijt anno 1261. pontificatus ſui 12. Metrop. Cran. lib. 8. cap. 21.

HERMANNVS.

Hermannus ſucceſsit. Obijt anno 1292. cùm annis 31. præfuiſſet. Metrop. Ctan. libro 8. cap. 30.

GOTFRIDVS.

Gotfridus de Bulow nobilis ſucceſsit. Præfuit annis 22. Obijt an. 1314. Metrop. Crantz. lib. 8. cap. 43.

MAGDEBVRGENSES.

ALBERTVS.

ALbertus comes de Kirberge, ex Thuringia oriundus, qui primùm in acolutum ſub Ludolpho raſus fuerat, præficitur Magdeburgenſi ſedi anno 1205. Luteciјs literis operam dedit aliquandiu: quibus cum in eo loco naledixiſſet, Moguntiæ primùm, deinde & Magdeburgi fit præpoſitus, ſic tandem epiſcopus. Toto anno cõfirmationem habere non potuit, quo exacto impetrauit, & unà cardinalatum. Philippi partes ſectabatur, qné pontifici reconciliare ſtudebat, cum confirmationem acceperat Romæ, uerùm fruſtra. Reuerſus domum chriſma conſecrabat, indulgentias liberaliter diſtribuebat in peccatores. Baſilicàm ſummam igne conflagratam, rurſus cœpit extruere, an. 1208. opera Hugelini Hoſtienſis ac Leonis cardinalis legatorum pontificiorum. Interfecto Philippo, cum Ottone redijt in gratiá, & apud Saxones effecit, ut illum pro Imperatore cognoſcerent.

Brunſwigæ inter miſsificandum Theodoricum Miſnię marggrauium ſolenniter excommunicanit, & in continenti etiam templo eiecit. Poſtea Ottonem comitabatur Romá, allaturum pontificiã confirmationem: ſed in reditu ad Aqnas penſiles facta inter ipſos diſſenſione, deſerto Imperatore, cum ſno ſatellitio domũ teuertitur, ubi brachium S. Vitalis, caput S. Mauritij, & S. Catharinæ unum digitum, reliqnias ſanctorum prius acquiſiuiſſet, quæ ſecum tulit homo ſuperſtitioſus.

Iuſſus ab Innocẽtio, ut anathematis ſententiam in Ottoné promulgaret, etſi primùm terginerſaretur, tamen morem geſſit tandem pontifici, & in principnm qui aderát & populi præſentia, anno 1211. poſt oblationé ſui dei Maoſim, Imperatorem diris deuouebat: quam ob cauſam in principum conuentu Halberſtadij publicè rurſus proſcribebatur.

Proſcriptus, nt ſe de Ottone ulciſceretur, modis omnibns iuuit electionem Friderici II.

Latrocinijs Vualteri Barbiẽſis & Friderici atq; Guilhelmi de Ammẽſchleuen reſtitit, atq; arcẽ demolitus eſt, è qua plurimũ dãni dabant, ipſosq; captiuos duxit.

Ottoni excõmunicato cum parua manu auſus eſt reſiſtere: uerũ infœliciter pugnatum eſt, ut uix quatuor comitatus fuga ſibi ſalutem quæreret. Non multo pòſt in Albi Magdeburgum nauigaturus, capitur à Friderico de Care, & in arce Groneburgo detinetur diebus ſex: quibus elapſis, à ſuis liberatur arcem expugnãtibus.

Anno 1216. capitur altera uice à Cæſario qnodam Quedlinburgenſi, ſed liberatur iterum.

Agrũ Brunſwicenſem miſerabiliter uaſtauit flamma, ipſo Ottone id inſpectante, anno 1215. poſtea Staſfordium diruit.

Prædicatores monachos in urbem recepit anno 1224. aſsignato illis loco, ubi nunc S. Agnetis monaſterium eſt. Anno exacto, ad uiam latam locum ipſis inhabitandum attribuit.

Præfuit annis 25. Chron. Magdeburgenſe.

BVRCHARDVS.

Burchardus ſucceſsit Alberto an. 1231. Præfuit biennio & menſibus 9. Chronicõ Magdeburg.

VVILBRANDVS.

Vulbrandus, qni & Vuillebrandus dictus eſt, militari genere natus, ſuccedit anno 1235. Pallium & confirmationem accepit à papa Gregorio. Is Croſwicum, Lebuſs & Beltys incorporauit Eccleſiæ Magdeburgenſi. Diſsidium inter ipſum & ciuitaté fuit, quod mnltis fuit exitio, quorum domus conflagratæ & direptæ ſunt. Crancius in Saxonia refert, ipſum belligeraſſe contra Ottonem Marchiacum: lib. 8. cap. 20. Præfuit annis 18. Obijt anno 1253. Chronicon Magdeburg.

RVDOLPHVS.

Rudolphus Dingelſtedianus ſucceſsit Vuilbrando. Comitatũ Aluenslebienſem ad Eccleſiá Magdeburgenſem perduxit. Præfuit annis ſeptem: quibus elapſis, morte ſubitanea ad menſam ſedẽs efflauit animam, anno 1260. Chron. Magdeburg.

RVPERTVS.

Rupertus decanus, comes Mansfeldenſis de Qnerforde, Rudolpho ſuccedit. Pallium ab Alexandro IIII. accepit. Sorbitũ Eccleſiæ adiunxit. Cùm Roma redijſſet, & maximos ſumptus pro pallio auferendo feciſſet, cauſam aduerſus Iudæos, qui magno numero Magdeburgi & Halæ cõſederant, facilè inuenit (ut enim canẽ cædas, facilè baculũ inuenies) quo illis emũctis, euacuatam crumenã rurſus oppleret. Centena millia marcarũ dicitur abſtuliſſe, abſq; auro & argento alijsq; rebus preciosis. Hallenſes, qui ſaluũ dederant ipſis conductũ, ſeſe pontifici opponũt: ſed ab illis etiã non mediocrẽ ſummam extorſit, qua pacem redemerunt. Præfuit 7. annis. Obijt anno 1267. Chron. Magdeburg.

CONRADVS.

Conradus Ruperti cancellarius, comes de Sterneberg, ſuccedit. Pallium poſt annos ſeptem ab electione accepit primùm. Eius tempore Iudæus die ſabbati in cloacam cecidit. Cumque reliqui ſe religione prohiberi dicerẽt, nẽ eo die extraherent, & pontifex id reſciſceret, mandauit, capitali ipſis interminata pœna, ne ſequente Dominico die eximerent, ſiquidẽ is Chriſtianorum eſſet ſabbatum. Sic igitur miſer ille toto biduo in fœtore detinetur. Præfuit annis 10. Obijt anno 1277. Chron. Magdeburg.

GVNTERVS.

Extincto Cõrado, de ſucceſſore eligendo non cõuenit. Nonnulli Ericũ Brandeburgenſem, nõnulli Bruſſonem comitem Querfordenſem pręficiendũ cenſuerunt. Quæ diſſenſio cũ magnorũ motuũ cauſa futura eſſe uideretur, ita demũ trãſigitur, ut uterque ſumma pecuniæ accepta, ſua ſpõte cederet. Sic igitur Gunterus comes de Schwalenberg, ad clauũ Eccleſię collocatur, an. 1278. Aduerſariũ habuit Ottonẽ Brandeburgicum, qui ipſi bellum intulit, quòd frater repulſam paſſus eſſet. Epiſcopus accepto uexillo Mauritij, Magdeburgenſes orat obſecratque, ut ſe ſequantur, uimq; hoſtilem depellãt: ſiquidẽ in propinquo iam hoſtis erat, & minitabatur, ſe equitatum etiam in templum primarium introducturum, & pro ſtabulo uſurum. Ciues animo alacri præeuntem ſequuntur, committunt prælium, Brandeburgicum capiunt. Tandem canonici nõnulli pecunia corrupti, ſeniore de Bock id conſilij ſuggerente, ſuadent dimiſsionem marchionis, ſi ſe 4000. marcis redempturus eſſet. Id ubi poſtea reſciſceret, impatientia uictus ſua ſponte reſignauit, inquiens, ſuos canonicos nec Mauritio, nec ſibi fideles eſſe. Nondum præfuit uno anno. Chron. Magdeburg.

BERNHARDVS.

Bernhardus comes de Vuelp, præpoſitus ſuccedit Gunthero. Is agrum Brunſwicenſem ferro & flamma uaſtauit horribiliter, ferens auxilium Hildesheimenſi Ottoni: quamuis tamẽ non ſine magno damno pedem retulit, multis Magdeburgenſium captis, multis etiam occiſis. Theodorico etiam Landbergenſi marchioni bellum intulit, eumq; cepit cum alijs plurimis Thuringiacis nobilibus. Schonebeckum oppugnauit, ſed non expugnauit. His peractis, coactus eſt Romam proficiſci. Præfuit biennio. Obijt circiter annum 1282. Chron. Magdeburg.

ERICVS.

Ericus prępoſitus, Brãdeburgenſis marchio, inuitis ciuibus à clero eligitur ſucceſſor Bernhardi: ſiquidẽ illos diuturno bello non parũ afflixerat. Vix poſt factam electionem aufugit, ſeſe per cloacam demittens in cymbam, qua uectus Vuolmerſtadium uenit. Obtinuit tamen epiſcopatum cõfirmatus & inſignitus pallio Romano à papa Martino, & cum ciuibus poſtea in gratiam redijt, ut ipſum facerent plurimi. Nam poſt dirutam arcem Herlingsburgum capitur. Cumq; ipſum nec fratres nec canonici uellent redimere, ciues 500. marcis ipſum redemerunt, quas poſtea ipſis roſtituit. Luſatiam oppignorauit, ut ea pecunia captiuos ex arce Nouogaterslebẽn liberaret. Præfuit annis 12. cũ quadrante. Obijt anno 1295. Chronicon Magdeburgenſe.

BVRCHARDVS.

Burchardus comes de Blanckenburg ſucceſsit Erico. Is pallium accepit à Bonifacio VIII. Ciuibus ſuis charus fuit, ita etiã, ut aduerſus uim ſuorũ miniſteralium ipſum defenderent, qui noctu ipſum in eccleſia caperẽ nolebãt. Eius permiſſu ciues arcem Randow, ex qua crebra fiebant latrocinia, diruerunt. Stagnum, quod hodie ſanctum dicitur, aqua benedicta aſperſit, additis exorciſmis, imperãs ſpiritibus immundis, qui piſcantes uel impediuerant, uel damno affecerant, ut diſcederent, nec unquam in poſterum nocerent. Præfuit annis 9. Obijt anno 1304. Chron. Magdeburgenſe.

MERSBVRGENSES.

HEINRICVS.

HEinricus nobilis de Vuarin, canonicus, à reliquo clero eligitur epiſcopus, anno 1204. Is ueterē Martis arcem, quam Otto primus primo eius loci epiſcopo Boſoni, omnibusq; ſucceſſoribus poſsidendam tradiderat, diruit, nouamq; extruxit prope eccleſiam cathedralem uerſus ſeptentrionē, ſiquidem opulentus fuit, ſed non abſoluit.

A' duobus, qui Cantores dicti ſunt, Eccleſiæ uaſallis nobilibus captus eſt & diu detētus, nec prius dimiſſus, quàm ſexcentas argenti marcas pénderet, interpoſito etiam iuramēto, nunquam ſe iſtam ulturum iniuriam. Obijt anno 1226. pontificatus ſui 22. Chron. Mersburg.

ALBERTVS.

Albertus de Bornis, & Fridericus Torgenſis canonici ſimul à clero eliguntur: quæ res capitalis inter ipſos odij cauſa extitit, exulceratis utrinq; animis multò magis, qui iam pridē ſimultates aluerant. Ceſsit tamen ſua ſponte Fridericus. Albertus poſt adeptū bolum non diutius quàm tribus menſibus & diebus 14. fuit ſuperſtes. Chron. Mersburg.

FRIDERICVS.

Fridericus Torgenſis, ſublato æmulo Alberto, fit epiſcopus, anno 1226. Is iuriſdictionem, quam ſenatus eouſq; habuerat Mersburgi, ad ſe & ſucceſſores tranſtulit primùm, & poſtea reſtituit. Zwenkouiū arcem cœpit extruere anno 1236. atq; muniuit. Præfuit annis 18. Obijt anno 1244. Chron. Mersburg.

HEINRICVS.

Heinricus Amendorfiua ſuccedit Friderico, etiamſi nonnulli clerici cōſpirauerant, nunquā ſe conſenſuros in ipſius electionē: quorū aliqui ſubitò ſublati ſunt è medio, reliqui perculſi nece illorū protinus conſenſerunt. Inthroniſatus eſt à clero Magdeburgenſi, illa ſede uacante ad ordinationem uſq;. Arcem Lutzen ædificare cœpit, uerùm impeditus ab Alberto Brunſwicenſe, qui ſolum illud ad ſe iurè pertinere dicebat, donec permutatione facta, ad ſedem illam tranſtulit.

Feuda contulit Alberto Thuringiaco. Zuenkouiū arcem muniuit, atq; Bogendorffij turrim inſtaurauit. Obijt an. 1262. pōtificatus ſui 18. Sepultus eſt in tēplo cathedrali Mersburgi. Chron. Mersburg.

HEINRICVS.

Heinricus nobilis, nomine & re puer, ſucceſsit Heinrico. Prodigus fuit maiorem in modum, & epiſcopatū multo ære alieno onerauit. Mille quingentas argenti marcas, quas anteceſſòr poſt ſe reliquerat, impendit in uaſa & pocula argentea, quibus in menſa utebatur. Adminiſtrationem bonorum ſuo auunculo Heinrico de Harras commiſit, qui propriū ſummis uiribus in ea quæſiuit compendium. Tandem Magdeburgenſi Burghardo archiepiſcopo tradidit gubernandum epiſcopatum, qui poſtea talem ei retulit gratiam, ut ſub ſaluo conductu Magdeburgum uocaret, detineretque, donec miſerè in ſumma egeſtate uitā finiret. Chron. Mersburg.

BASILIENSES.

LVTOLDVS.

LVtholdus Baſilienſis epiſcopus obijt anno 1213.

VVALTERVS, HEINRICVS.

Vualterus ſucceſsit anno 1215. Sed cum accuſaretur, quòd canonicè non intraſſet, nec ſe purgare poſſet, ab Innocentio III. loco motus eſt, & Heinricus ſurrogatus. Chron. Hirſaugienſe.

HEINRICVS.

Heinricus Iſnenſis, Baſilienſis epiſcopus, à pontifice legatus creatus eſt anno 1284. ut decimas per totam Germaniam in ſumptum Syriacæ expeditionis colligeret. Vſus eſt ad eam rem Eberhardo Dominicano, diſerto homine, per quem multos perſuaſit, multisque argentum emunxit. Iohannes Herol. libro 5. de bello ſacro.

BERCHTOLDVS.

Berchtoldus Ludouico Bauariæ duci fœdere iunctus fuit, anno 1256. Auentinus libro 7.

TIGVRINVS.

HEINRICVS Tigurinus antiſtes, arbitrum egit inter Ludouicum Bauarum & Pruuenenſes monachos. Auentinus libro 7.

IVLIOMONTANVS.

BRVNO.

BRuno Iuliomontanus epiſcopus poſt interfectum Ottocarū Rudolpho obuiam ſupplex fit, Vuenceslao adoleſcenti filio Ottocari ſimul ueniā, & ſponſam Rudolphi filiam impetrat. Auent. lib. 7.

CHIEMENSES.

HEINRICVS.

HEinricus Dominicanus Chiemēſi ſedi iuſſu Alexandri pontificis per Philippum Iuuauenſem præfectus, in eundē anathematis ſententiā promulgat. Quam ob cauſam à Philippo eijcitur, perfidiæq; condemnatur. Auentinus lib. 7.

IOHANNES.

Iohannes Rudolphi caſtra prælianti aduerſus Ottocarum ſecutus eſt. Auentinus lib.7.

SECCOVIANI VEL SEROVIENSES.

CAROLVS Friſiacus primus fit Seccouianus pontifex, circiter annum 1203. Auentinus lib.7.

BERNHARDVS.

Bernhardus, qui & Berichardus dictus eſt, ab Ottocaro Boiemo, anno 1274. legatus ad Herbipolẽſia comitia miſſus (Nauclerus Norinbergenſia fuiſſe oſtendit) Rudolphum Imperatorẽ, cum Heinrico Vtinenſi præpoſito ſocio ſuo, ſacrilegij impietatisq; accuſant, indignum tanto honoris faſtigio. Auentinus lib.7. Cumq; Latino ſermone mandata exponeret, dixit Imperator: Si aduerſus clerum quid haberet, id Latinè: ſin uerò aduerſus Imperatorem, more ſolito ſermone uernaculo id eſſe proponendum. Paralipp. Vrſperg. in Rodulpho.

LEONARDVS.

Leonardus Rudolphũ ſecutus eſt bellum mouentem Ottocaro. Auent. lib.7.

LAVENTINI.

VLRICVS ab Eberhardo primus creatur Lauentini põtifex, anno 1203. Strubingæ inungitur. Auent. lib.7.

AMALRICVS anno 1270. Viennæ in Auſtria ſynodo interfuit. Auent. lib.7.

HEINRICVS Iureconſultus, tranſlato Conrado Iuuauiam, fit epiſcopus, anno 1289. Auentinus lib.7.

SCHIRENSIS.

CONRADVS Schirenſis epiſcopus arbitrum agit inter Ludouicum Bauariæ regulum & Pruuenenſes monachos. Auentinus lib.7.

BRANDENBVRGENSES.

BALDVVINVS in ferijs Paſchæ anno 1207. conſecratus eſt à Magdeburgenſi Alberto. Chron. Magdeburg.

GERNALDVS.

Extincto Balduino, grauis orta diſſenſio eſt inter clericos de ſucceſſore. Nonnulli comitem Ludolphum de Schwanberge, aliqui uerò Vuichmannum prępoſitum ad D. Virginem elegerunt. Negotium primum ad ſubſellia Magdeburgenſis epiſcopi tractatur, poſtea etiam Romæ coram pontifice. Verùm uterque præda optata priuatur, & Gernandus decanus à pontifice ſucceſſor decernitur. Chronicon Magdeburgenſe.

Anno 1221.

POLONIAE *Epiſcopi.*

GNESNENSES.

SVB PHILIPPO, OTthone & Friderico.

HEINRICVS.

HEinricus Theodorici Bernenſis ducis ex Eudoxia Polona filius, archiepiſcopus Gneſnenſis, in Polonia perfecit, ut eccleſiaſticus ordo ab omni iuriſdictione profanorum eſſet liber, nec quiſquã eorum in foro politico iudicio ſiſti poſſet. A' Romano pontifice ſibi & ſucceſſoribus perpetuę legationis munus obtinuit. Mortuus eſt anno 1219. ubi præfuiſſet nouendecim annis. Cromerus libro 7. de rebus Polonorum.

VINCENTIVS.

Vincentius Heinrico ſucceſsit. Donationem factam nouo epiſcopo Culmenſi à Conrado & Gedeone ſigillo confirmauit. Crom. lib.7.

PETRVS.

Petrus Gneſnenſis anno 1240. Conradum Maſouiæ ducem, ob ſuſpenſum de patibulo Ioannem Ciapham Plocenſem ſcholaſticũ, quem ſuſpicabantur filio Cazimiro rebellionem ſuaſiſſe, excommunicauit. Et quamuis id tyrannus in principio ferret moleſtè, tamen ad ſe rediens culpam agnouit, & ab eodem Lenciciæ iterum receptus eſt, ubi primùm ipſum Louicia uilla & circumiacentibus ſyluis emunxiſſet certis conditionibus. Cromerus lib.8. de rebus Polonorum.

FVLCO.

Fulco ſiue Pelca, coacta ſynodo, latam anathematis ſententiam à Prendota Crcouienſi in Conradum Maſouiæ ducem ratam habuit & comprobauit. Cromerus lib.8. Præmiſlaum fratri Boleſlao reconciliauit. Lenciciæ ſynodum conuocauit, eiusq; decreto Boleslaum Caluum anathematiſauit, ob captum Thomam Vuratiſlauienſem. Et cum ne ſic quidem Boleſlaus ille redderetur placatior, iuſſus eſt à pontifice, quem in conſilium adhibuit, totam Poloniam crucis prędicatione contra ipſum concitare. Cromerus libro 9. de rebus Polonorum.

IOANNES, IACOBVS.

Ioanne ſublato, Iacobus gẽte & cognomine Suinca, undecimo anno pòſt (tam diu enim illa ſedes uacauit) ſucceſsit. Is anno 1284. Heinricum Probum Vuratiſlauienſem ob malè mulctatum & in exilium eiectum Thomam excommunicauit in publica ſynodo Lenciciæ coacta, &

Vuratislauienſi ciuitati & reliquis uicinis locis ſacris interdixit. Crom. lib. 10. Regium diadema Præmislao contulit anno 1295. Idem lib. 11.

CRACOVIENSES.

SVB PHILIPPO ET Otthone.

VINCENTIVS.

Vincẽtius cognomine Cadlubcus, gente Roſeus, præpoſitus Sendonenſis & magiſter, à clero Cracouienſi liberè electus epiſcopus, Fulconi ſuccedit an. 1206. Is omnium primò gentis ſuæ hiſtoriã conſcripſit. Colomannum Haliciæ ducẽ creatum comitatus eſt: uerùm iſthinc à Ruſsis & Polovucijs unà cũ Colomanno eiectus eſt. Baſilicæ Cracouienſi plurima contribuit, utpote decimas nonnullas collegio eiuſdẽ baſilicæ in diſtributiones quotidianas, & in lucernã quæ in templo ſemper ardet. Præfuit annis 10. quibus exactis, in Andreouienſi monaſterio reliquum æui, annis ſcilicet quinq;, tranſigit. Cromerus lib. 7. de rebus Polonorum.

SVB FRIDERICO II.

IVO.

Iuo Sauli comitis filius, Gregorio IX. familiariter notus, qui cùm Pariſijs adoleſcens operã bonis literis dediſſet, ſucceſſit Vincentio. Monaſticæ uitæ, præſertim prædicatorũ, promotor extitit. Nam Romam profectus, Dominici nouã ſectam ordinemq; admiratus, Iacinctum quendam canonicum Cracouiẽſem popularẽ ſuum atq; alios tres ab eodem erudiri curauit. Reuerſus domum, hiſce primarium templum, quod Trinitatis dicitur, attribuit, ſupellectilem inſuper copioſam, & de uictu ueſtituque illis proſpexit. Parœciam à Trinitatis ad B. Mariæ templum tranſtulit. Kiouiæ quoque & Haliciæ eis loca attribuit, ubi numerus creſceret. Cacicẽſe monaſterium condidit Ciſtercienſibus monachis, & nõ multo pòſt id Mogilam tranſtulit, additis reditibus & poſſeſsionibus. Duo hoſpitalia Cracouiæ extruxit: alterum in ſuburbio, cui decimas & fundos addidit, fratresq; hoſpitalarios dictos de Saxia præfecit: alterum ex loco incõmodo Cracouiam tranſtulit, extruens nouas ædes & templum, quod Spiritui ſancto dedicauit. Huic parœcism S. Crucis, & alteram in pago Biſcupiẽſi ſempiterno iure attribuit. Sendomirienſe quoq; monaſterium Dominicaſtris ædificauit, quamuis id nonnulli dicant factum ab Adleida Leſci ſorore. Idem Meſtouienſe, Dlubnenſe monaſteria, & Derſanſnenſem, Vuawirinacienſem, Daleſsicenſem, & S. Paulum apud Sendomiriam parœcias condidit. Fames & peſtis Poloniam toto triennio afflixere, quo tempore liberaliter pauperibus benefecit. Heinrico Barbato Vuratiſlauienſi relaxationem iuramenti, quod Conrado Maſouiæ duci præſtiterat, à Gregorio IX. impetrauit. Difsidium ortum eſt inter ipſum & Laurentium Vuratiſlauienſem in ſynodo prouinciali de loco. Eam igitur ob cauſam Romam iuit, ut dignitatem metropoliticam, quæ olim penes Cracouienſes fuerat, recuperaret. Sed in reditu æſtu & itineris labore defatigatus, Mutinæ obijt, ubi annis 12. præfuiſſet. Corpus mortuum à Dominicanis Cracouiam delatum eſt, & in ipſorum templo ſepultum. Cromerus lib. 8.

VISLAVS.

Extincto Iuòne, duo de illa ſede digladiantur, Andreas & Vislaus, quorum ille à pontifice, hic per electionem canonicam denominatus erat ſucceſſor. Veruntamen autoritate Heinrici Barbati Viſlaus Coſcelecius canonicus, gente Zabauius, eam obtinuit, cùm integro biennio uacaſſet. Baſilicam Cracouienſem conflagratam inſtaurauit unà cum turri. Sciricienſi monaſterio attribuit quaſdam decimas. Cromerus lib. 8.

PRENDOTA.

Prendota, cognomento Bialaſſonius, gente Odrouanſus, Vislao ſuccedit, circa annum Domini 1239. Is proceribus autor ſuit, ut in Boleslai Pudici uerba iurarent contra Conradum Maſouiæ ducem, & ratum quoque effecit, ut eijceretur ille: quã ob cauſam poſtea Conradus ipſius poſſeſsiones diripuit & incẽdit. Sed Prendota ſe de ipſo ulciſcitur, & excommunicat, ut ſacrilegum, incendiarium, & bonorum eccleſiaſticorum inuaſorem. Apud Innocentium IIII. effecit, ut Stanislaum martyrem poſt annos demum 175. in catalogum Sanctorum referret anno 1253. & ſequenti pòſt corpus eius de tumba leuauit, & hominum uenerationi expoſuit. Opiſoni legato pontificio uehementer diſſuaſit, ne Danieli Ruſſorum regi nomen atque diadema regium impertiretur. Cromerus libro 8. & 9. de rebus Polonorum.

SVB RODVLPHO.

PAVLVS.

Paulus, gente Polucoſius, Iaſci ſiue Iohannis comitis Premencouij filius, Cracouienſis canonicus, & Boleslai Pudici cancellarius, Prendotæ mortuo ſucceſsit ad annum Chriſti 1272. à collegio ſacerdotũ electus. Is cùm uoluptatibus, uenationi & libidini-

libidinibus totum ſeſe dederet, ac ſubditis ſuis grauis, atq; aduerſus Boleſlauum proteruus atq; contumax exiſteret, nullisq; precibus flecteretur, deniq; etiã quadam Scalenſis monaſterij moniali abuteretur pro concubina: ab Ottone & Zegota iuuenibus, non ignorante id Boleſlao Pudico, captus, & Siradiæ per menſem unum in honeſta cuſtodia detẽtus eſt. Eam igitur ob cauſſam in furorem actus Iohannes Gneſnenſis archiepiſcopus, ſacris interdicit omni ſuæ prouinciæ. Populus fremere, & Boleslao malè imprecari cœpit: quo factum eſt, ut ſceleratus epiſcopus liberaretur, ubi ducenta argenti pondo à principe extorſiſſet. Nec ſatis hoc illi fuit, ſed etiam Lituanos & quoſcunq; homines factioſos habere potuit, in Boleslaum concitauit, quibus hortator fuit, ut principatum ad Vuladislaum Oppoliẽſem principem deferrent. Hinc inter Polonos ciuile bellum ſic ſatis cruẽtum extitit. Verùm non multo pòſt, cum Cracouiæ apud Dominicanos monachos commoratur, uox audita cœlitùs dicitur, quam alij ſeptuaginta ſimul audiuerant: Væ tibi Paule epiſcope: melius tecum actum eſſet, ſi natus non fuiſſes. Et monachus quiſpiam in ſomnis lupum quendam uidiſſe fertur, qui humana uoce, prioribus erectis pedibus dixerat: Væ tibi Paule epiſcope, quoniam cepiſti & occidiſti. His perterrefactus, ſua ſcelera deflere cœpit: cumq; ſolus in conclaui in luctu & mœrore eſſet, iterum audit: Ne timeas Paule epiſcope, age quod libet, ſeptimo deinde anno morieris. Ab eo tempore egit paulò modeſtius, quamdiu ſuperſtes fuit Boleslaus. Cromer. lib. 9. de rebus Polonorum.

Poſtea anno 1282. defeciſſe ipſum aiunt ad Conradum Maſouiæ ducem contrà Leſcum. Anno ſequenti Lituanos, quibus cum amicitiam & affinitates contraxerat, in Leſcum inflammare dictus eſt: quam ob cauſſam ab eodem captus, & cuſtodiæ traditus eſt: uerùm paulo pòſt maiore immunitate & plurib. bonis auctus dimittitur. Sed biennio pòſt de Leſco ulciſcitur, & Poloniæ proceres aliorumq; plurimorum animos in ipſum inflammat, & Conradum Maſoniç ducem denuò attrahit, & in eius uerba etiam iurat. Extincto Leſco Nigro, ſuaſor fuit, ut dominatus ad Boleſlaum Plocenſem deferretur, ſpreto Conrado illo quem bis attraxerat. Vbi Heinricus Vuratislauienſis per proditionẽ noctu Cracouiam cum exercitu ingreſſus erat, captus eſt, quòd Vuladislai partibus fauiſſet, ſed tamen iterum dimiſſus. Venationi deditus imprimis fuit, & ita quidẽ, ut uenatorem, qui fortè feram à caſsibus repulerat, uenabulo transuerberaret. Obijt ſceleratus epiſcopus anno 1292. Idem lib. 10. de Polonis.

SVB ADOLPHO.

PROCOPIVS.

Procopius præpoſitus Sendomirienſis, & canonicus Cracouienſis, ſuccedit Paulo. Is Ruſſus de gente Cuſtorum & Gryphinæ propinquus, ac Leſci Nigri cancellarius fuiſſe dicitur. Cromerus lib. 10. de rebus Polonorum. Obijt circiter annum 1296. Crom. lib. 11.

IOHANNES.

Iohannes Muſcata, artium liberalium Magiſter, Procopio ſucceſsit. Cromerus lib. 11. de rebus Polonorum.

PLOCENSES.

SVB FRIDERICO.

GOSLAVS, GEDEON.

VIto extincto, Goslaus ſuccedit: quo per mortem ſublato, Plocenſis ſedes biennio uacauit, quòd de ſucceſſore conſtituendo non conueniret. Tandem Gedeon præficitur circa annum 1222. Is nouo epiſcopatui Culmenſi cõſenſu ſuorum adiecit Turoniam & Papouiam, cum omnibus pagis & prædijs adiunctis, omneq; ius eccleſiaſticum quod in Chebnẽſi ditione habebat. Obijt anno 1227. Cromerus lib. 7. de reb. Polon.

GVNTHERVS.

Guntherus ſucceſsit Gedeoni. Is Cruciferis militibus uocatis contra Pruſſos, addidit ad Culmenſem tractum intra Viſtulam, Mocram & Deruanciam flumina uillam cum inſula magna, & decimas ad epiſcopam ſuam pertinentes, ex illis ſaltem agris, quos Germani incolebant, anno 1228. Crom. lib. 7. de reb. Polon.

PETRVS, ANDREAS.

Poſt Petrũ M. Andreas Gryphius Scholaſticus, Marci Palatini Cracouiẽſis filius, per pontificem Cracouienſis denominatus epiſcopus, ſucceſsit. Cromer.

GOSLAVS.

Goslaua præfuit anno 1295. quo coronationi Præmislai interfuit Gneſnæ. Cromerus lib. 11. de reb. Polon.

POSNANIENSES.

PAVLVS.

PAulus Poſnanienſis epiſcopus, ubi ex condicto Sremum ad Boriuoium ueniſſet tranſigendi cauſſa, ab eo captus & cuſtodiæ mancipatus eſt. Verùm elabitur ex uinculis, & Boriuoium excõmunicat, nec multò poſt excommunicationem ille in arce Sremenſi obtruncatur. Cromerus lib. 8. de reb. Polonor.

IOANNES.

Iohannes Gerbiſſus Præmiſlai regis coronationi interfuit, anno 1295. Cromer. lib. 11. de rebus Polonorum.

ANDREAS.

Andreas Poſnanienſis epiſcopus, ſub finem huius ſeculi & deinceps præfuit. Vuladislaum Locticum ob deſidiam, & quòd militibus omnia facientibus pro libidine frenum non inijceret, item quòd bonis Eccleſiaſticis uim fieri permitteret, cum eum aliquoties admonuiſſet, excommunicauit, eique ſacris interdixit: poſtea rurſus cum eo in gratiam redijt. Cromerus lib. 11.

CVIAVIENSIS.

MICHAEL Cuiauienſis epiſcopus teſtis adhibitus fuit donationi factæ à Gunthero militibus Teuthonicis, anno 1228. Crom. lib. 7. de reb. Polon.

CVLMENSIS.

CHRISTIANVS.

POſt occupatum Culmenſem agrum Conradus Maſouiæ dux primum ibi epiſcopum conſtituit Chriſtianum, anno 1222. Is poſtea Romæ iuſſu eiuſdem Conradi acciuit Cruciferos contra Pruſſos, anno 1227. quibus etiam de ſuo aliquid addidit, unde uiuerent. Cromerus lib. 7. de rebus Polonorum.

PRAGENSIS.

TOBIAM Pragenſem epiſcopum Venceslaus cum exercitu in Poloniam miſit anno 1291. occupandi Cracouienſis & Sendomirienſis dominatus cauſſa, quam Gryphina ipſi donauerat. Eodē anno ductore Tobia mittit exercitū in ſubſidium Vuladislai, qui Sendomirienſem & Cracouienſem oram depopulabatur. Cromerus lib. 10.

OLOMVCENSIS.

BRVNO.

BRuno Adolphi Stadēſis comitis filius, & præpoſitus Magdeburgenſis, ut Saxonia Cranzij lib. 8. cap. 26. refert, factus Olmucenſis antiſtes, ab Ottocaro miſſus eſt legatus ad Norinbergenſia comitia, & regem ſuum apud Imperatorem excuſauit, perfecitq́; ut firmioris amicitiæ colendæ cauſſa, & Rodulphus & Ottocarus liberos matrimonio iungerent utrinq;. Cuſpinian. de Imperator.

VVRATISLAVIENSES.

IAROSLAVS.

IAroslaus Vuratislauiæ epiſcopus, Nyſſam urbē ſibi à patre cum territorio datam, ſuo epiſcopatui adiunxit in perpetuum. Cromer. lib. 7. de reb. Polon.

LAVRENTIVS.

Laurentius de loco cum Iuone Cracouienſi contēdit in prouinciali ſynodo, nec ei cedere uoluit, etiamſi ab apoſtolica ſede eius prærogatiuæ cauſſa diploma impetraſſet Iuo. Tandem dicitur roſarum odore extinctus. Cromer. lib. 7.

THOMAS.

Thomas Vuratislauiēſis epiſcopus, dedicaturus Gotcenſe templum, à Boleslao Caluo unà cū Boguſalo præpoſito & Heccardo canonico capitur, ſpoliatur, & Legniciæ in ſqualido carcere aſſeruatur, donec ſe ſuosq; duarū marcarū millibus & commutatione decimarū manipularium in pecuniarios per totam ſuam diœceſin redimit, anno 1257. Cromerus lib. 9. de rebus Polonorum.

SVB RODVLPHO.

THOMAS II.

Thomas II. cōſanguineus anteceſſoris, ſororis ipſius filius, ſuccedit. Huic Heinricus cognomine Probus primùm ingētem pecuniæ uim imperauit anno 1284. quam cum non ſolueret, Othmuchouiam & Nyſam oppidum omniaq́; eius bona inuaſit, deniq; etiā decimas omnes ad ſe rapuit. Et quamuis ea repeteret, nihil tamen præter minas reportauit. Eam igitur ob cauſſam à Gneſnenſi excommunicatus, Thomam & ſacerdotes omnes ſua ditione expulit. Conqueritur epiſcopus de illata ſibi iniuria in concilio Lugdunenſi, uerùm fruſtra: & quinq; annis poſtea exul uiuit in Polonia, & à Cazimiro benignè & honorificè acceptus & habitus eſt. Quod cū Probus reſciſceret, nec minacibus literis iſthinc ipſum poſſet excutere, exercitum cōſcribit, & Ratiboriam obſidet, ubi exul uiuebat. Ne igitur alijs eſſet oneri, & plurimi ſua cauſſa in diſcrimen uenirēt, pontificaliter indutus ad caſtra Henrici, ſacerdotibus expulſis comitatus, contēdit. Verùm quāprimùm ipſum conſpicatur dux, prodit illi obuiam, ad pedes eius ſeſe abijcit, & delicti ueniā ſupplex petit. Cumq́; omnia quæ ademerat epiſcopo reſtitueret, ab eo in gratiam receptus, & ab anathemate quoq; liberatus eſt. Vt uerò aliquam erga Cazimirum animi grati ſignificationem oſtenderet, Raciboriæ collegium ſacerdotum inſtituit, eiq́; de ſuo decimas attribuit. Cromerus lib. 10. rerum Polonicarum.

IOHANNES.

Iohannes Romca Gneſnenſi Archipræſuli Iacobo adſtitit in coronatione Præmiſlai regis anno 1295. Cromerus libro 11.

RVSSIAE.

VVLADIMIRIENSIS.

VVLADICA.

VVladica Vuladimirienſis epiſcopus, parante Romano duce Ruſſo expeditionem in Polonos, & petente ab epiſcopo, ut ſolenni benedictione ſe exercitumq; dignaretur, anno 1204. abnuit id Vuladica, inquiés: Nefas eſſe Chriſtianos Chriſtianis iniuſtum bellum inferentes, eo dignari honore. Id ægrè ferens Romanus, mortem ipſi interminatur, quamprimùm uictor reuerteretur incolumis. Contrà Vuladica, ſe etiam ob ueritatis profeſſionem non uereri adire capitis periculũ, quamuis omnino incertum ſit, an incolumis reuertatur, nécne. Romano itaq; in acie interfecto, apud promiſcuum uulgus opinionem ſanctitatis adeptus eſt Vuladica, & quòd euentum belli antè præuiderat, idq; eò magis, quòd ea nocte, quæ proximè prælij diem præceſsit, uidit paſſeres ab achantidibus magno aduolantibus numero dilaniari. Cromerus lib.7. de rebus Polonorum.

GERHARDVS, VITVS.

Gerhardus Ruſſorum & Vitus Lituanorum epiſcopi præſtò fuere Cracouiæ Prendotæ, cum Stanislai martyris corpus leuaret de tumba, anno 1253. Cromer. lib. 9. de Polonis.

VNGARIAE.

STEPHANVS VACIENSIS.

STephano Vacienſi epiſcopo, aduentantibus Tartaris, rex Bela in legatione ad reginam Auſtriæq; ducem uſus eſt pro impetrãdis auxiliaribus copijs, anno 1241. Bonfin. decad. 2. lib. 8. rerum Vngaricarum.

VGOLINVS COLOCIENSIS.

VGolinus Colocienſis metropolita, Bathi Tartari copias fugam ſimulantes adoritur, ſed uix cum tribus quatuórue ſocijs euaſit, reliquis omnibus in palude interfectis. Cumq; Tartari paſsim multum per agros damni darent, hortatus eſt Belam, ut aduerſus eos prodiret. Bonfin. lib. 8. decad. 2.

BVLZO CHIANADIENSIS.

BVlzo Chianadienſis epiſcopus fugiturus in ſuperiorem Pannoniam, in Cumanos incidit. Vtrinq; pugnatur acriter: uerùm Bulzo aufugit curru inuectus propter morbum. Bonfin. lib. 8. decad. 2.

BENEDICTVS VARADIENSIS.

BEnedictus Varadienſis epiſcopus à Bela accerſitus, magno comitatus exercitu illum accedit, ut rebus Vngaricis iam nutantibus ſubueniret. Vbi uerò in Tartaros Agriam uaſtantes incidiſſet, acerrimè pugnatum eſt. Sed in fugam cõiectus epiſcopus, uix Varadium redijt. Bonfin. lib. 8. decad. 2. rerum Vngaricarum.

ANGLIAE.

CANTVARIENSES.

STEPHANVS.

HVberto extincto, de quo ſuperiore ſeculo diximus, monachi, apud quos poteſtas eligendi ſucceſſores tũ erat, in cõtraria diuiſi ſtudia, ſimul Reginaldum & Iohannem Nordouicenſem elegerunt. Quod ubi Innocentius tertius per inditium accepiſſet, utroq; abdicato, Stephanum Langtonum ſucceſſorem denominãdum cenſuità monachis, qui tum frequentes Romæ conuenerant.

Fuit is natione Anglus, doctus, qui Luteciæ Theologiam profeſſus fuerat, & canonicum ſecularem ad B. Mariæ monaſteriũ egerat, necnon ſupremi ſtudij cancellarium. In philoſophia Ariſtotelica omnium ſui temporis eruditiſsimus habebatur. Vtramq; Theologiã, & ſcholaſticam & interpretatiuam, nouo prælegendi genere docuit. Eam ob cauſſam factus celebris, Romam euocatur ab Innocentio tertio, & D. Chriſogoni cardinalis efficitur.

Scripta eius.

Scripſit cõmentarios in Geneſin,	lib. 1.
Super Exodum,	lib. 1.
Super Leuiticum,	lib. 1.
Super Numeros,	lib. 1.
Super Deuteronomium,	lib. 1.
Commentarios in Ioſue,	lib. 1.
In Iudicum,	lib. 1.
In Regum,	lib. 4.
In Paralipomena,	lib. 2.
In Iobum,	lib. 14.
In Thobiam,	lib. 1.
In Iudith,	lib. 1.
In Heſter,	lib. 1.
In Pſalterium,	lib. 1.
In Prouerbia Salomonis,	lib. 1.
In Eccleſiaſten,	lib. 1.
In Cantica Canticorum,	lib. 1.
In Eccleſiaſticum notulas,	lib. 1.
Super Eſdram,	lib. 2.
Super Eſaiam,	lib. 1.
Super Ieremiam,	lib. 1.
Super Ezechielem,	lib. 1.
Super Danielem,	lib. 1.

Tropo-

Tropologiam in prophetas,	lib.1.
Commentarios in Oſeam,	lib.1.
In Iohelem,	lib.1.
In Amos,	lib.1.
In Abdiam,	lib.1.
In Ionam,	lib.1.
In Micheam,	lib.1.
In Nahum,	lib.1.
In Abacuch,	lib.1.
In Sophoniam,	lib.1.
In Aggeum,	lib.1.
In Zachariam,	lib.1.
Super Machabæos,	lib.2.
Super Epiſtolas Pauli,	lib.14.
Cõcordiam utriuſq; Teſtamenti,	lib.8.
De uera pœnitentia,	lib.1.
Adam ubi es?	lib.1.
De ſimilitudinibus,	lib.1.
Sermones ſexaginta,	lib.1.
Conſtitutiones Oxonienſes,	lib.1.
De ſacerdotibus Deũ neſciẽtibus,	lib.1.
Quæſtiones Theologiæ,	lib.1.
Vitam Thomæ Cantuarienſis,	lib.5.
Vitam Richardi Regis,	lib.1.
De factis Mahumeti,	lib.1.
Hexameron carmine,	lib.1.
Benedictiones in monte Ebali,	lib.1.
De maledictionibus quoq;,	lib.1.
Annotationes Bibliorum,	lib.1.
Repetitiones Lectionum,	lib.1.

Aliaq́; plura. Balæus Cent.3.cap.87.

Pontifex poſt factam electionem protinus id per literas Ioanni regi indicat, petitq́; ut ſibi ob multas uirtutes ipſum commẽdatum habeat. Verùm id rex perquam moleſtè tulit, & ſe nunquam id laturum, ut eam ſedem occupet, ſcripſit. Facta ſunt hæc anno 1207.

Legatum eum miſit põtifex in Gallias, addens ipſi Pandulphum Iureconſultum & alios, ut Philippum regem ad bellum Anglo mouendum inflammaret. Eo demum modo impetrauit, ut Anglus cõſentiret, & ad ſedem Cantuarienſem ipſum uenire permitteret. Vocatur igitur anno 1212. & alijs exulibus comitatus in Angliam uenit.

Anglus, ubi aduenientem conſpiceret, Vintoniç ſeſe ad pedes eius proijcit, & ſupplex ab ipſo ueniam petit, utq́; afflictç Reipublicæ medicinam haud grauatim adferret, diligenter orat.

Vbi regem abſoluiſſet, protinus Cantuariam petit, & monachos loco reſtituit. Omnes Bibliorum libros in capita diſtinxit, quibus adhuc Eccleſia utitur. Magnis ſumptibus Thomç Becketi cadauer tranſtulit. Balæus Cent.3.cap.87. ſcript. Brytanniæ. Anno 1221. Volaterranus lib.3.

In ſeditione, quam principes aduerſus regẽ concitauerant, ſuaſit primùm ea quç ad tuendam pacem pertinere uidebãtur, ut ſcilicet petitionĩ principum ſatisfaceret: uerùm cum nihil proficeret, ſeditioſorum principum partes ſectatur: quam ob cauſſam à pontifice anathematiſatur, & in uniuerſum remotus fuiſſet, niſi cardinalium quorundam rogatu ueniam impetraſſet. Polydor. lib.15. hiſtor. Anglicæ.

Gliſcente rurſus ſeditione principum ſub Honorio III. ſua autoritate nõ parum eam repreſſit, minitans illis anathemata, niſi quieſcerent.

Obijt anno 1227. cùm annis 22. præfuiſſet. Polyd. lib.16.

Anno poſtea 1232. dicitur eſſe cleri ſuffragijs purgatorium egreſſus, ut Balæus ex Vueſtmonaſterienſi refert. Centuria 3. cap.95. in appendice.

RICARDVS.

Ricardus, cognomento Magnus, Stephano ſucceſſit. Ei grauis lis fuit cum Huberto comite Cãcij ob occupatam arcem Tumbingenſem à comite. Conqueritur primùm apud regem de facta iniuria: uerùm cum nihil proficeret, ad Gregorium IX prouocat, aduerſarios excommunicat, Romamq́; protinus pergit. Ibi cum palmam obtinuiſſet, domum rediturus in itinere obijt, anno 1231. poſtquam biennio præfuiſſet. Polydor. lib.16. Sepultũ pontificaliterq́ue indutum Minoritæ, egregij ſcilicet mundi contemptores, ſpoliarunt, ut Balæus Cent.3.cap.95. in appendice ex Matthæo Pariſio refert.

EADMVNDVS.

Eadmundus Richius, in uilla Abendonia natus, nomen hoc ſortitus eſt potiſſimùm duas ob cauſſas, cum per baptiſmũ Eccleſiæ cœtui insereretur. Primùm ob mundiciem, à qua immunis in lucem æditus eſt: deinde quòd mater ipſius ad feretrum Edmundi martyris orans, primò omnium embryonem uiuentem ſenſit.

Pater eius Eduardus fuit, qui monaſterium Eyncsham ingreſſus, monachus uitam finijt: & mater eius cappa monialium atq; cilicio induta, monacham egit, atque ſingulis ferè noctibus uigilias caſtorum monachorum Abendoniæ caſta frequentauit, ut hoc pacto laſciuientem carnem ſubiugaret. His acceſſit lorica ferrea, duçque ferreæ laminæ proximæ aſpero cilicio, ut ſic id quod aſperum erat, magis carnem pungeret. Vincent. lib.31. cap.67.

Educatio eius.

Ab ineunte ætate à matre educatus eſt ad uitam auſteriorem, ad preculari demurmurationem, ad ieiunia, ita quidem, ut ſingulis ſextis ferijs in hebdomada,

tantùm

tantùm pane modico & aqua uiueret contentus.

Vbi ad prouectiorem acceſsit ætatem, unà cum fratre Roberto ipſum miſit Luteciam, addito tenuiore uiatico, item cilicia aſpera duo, pręcepitq; ut illis bis térue in ſeptimana uterentur, & corpori nudo admouerent.

Iuuenis choreis alijsque ludicris abſtinuit.

Diebus Dominicis, feſtisq;, pſalterium pſallendo percurrit, antequam cibum caperet. Ibid. cap. 68.

Functiones eius.

Crucis fuit prædicator pontificis iuſſu. Et quamuis ſingulari ab eodem donatus erat priuilegio, ut paſsim Eccleſiarum rectores rebus ipſum iuuarẽt neceſſarijs: nõ luit tamen eo uti, ne cui moleſtus exiſteret. Vincent. lib. 31. cap. 79.

Salisberiæ theſaurarij functus eſt munere, ad illud inuitatus ab epiſcopo. Libenter & cum dignitate quadam à canonicis receptus eſt. In eo conſtitutus, prorſus à cognitione cauſſarum ſe ſubduxit: utq; eius rei immunis eſſet, impetrauit à Romano pontifice literas. Vincentius lib. 31. cap. 78.

Vacante ſede Cantuarienſi, legati ad ipſum Salisberiã mittuntur, ut electionem factam ipſi patefacerent. Reluctatur plurimum. Illi contrà orant, obſecrant, minitãtur non ſine offenſione Dei poſſe ipſum contraniti. Ipſe etiam Salisberiæ epiſcopus in uirture obediẽtiæ ipſum hortatur. Sic igitur tandem conſentit, ad altare ducitur, ſumma cum omnium congratulatione & gaudio Cantuarienſis antiſtes denominatur, anno 1233. Vincentius lib. 31. cap. 81.

Scripta eius.

Scripſit ſpeculum Eccleſiæ, lib. 1.
De contẽplanda Deitate, Gallicè, lib. 1.

Opera eius.

Caſtitatem perpetuam uouit ex conſilio cuiuſdam ſacerdotis ad imaginẽ Dei uirginis, cui ſeſe deſpondit inſerto annulo imaginis digito, cui inſcripta erat ſalutatio Angelica. Ab eo tempore, quoties ſtimulos libidinis ſenſit, eam inuocauit, & meliuſculè extemplò habuit, quod moribundus faſſus eſt. Ibidem cap. 70.

Puella quædã hoſpitis filia in amorem eius exarſit. Cumq; ſæpius illius pudicitiam tentaret, uirgis cæſam ab ſe dimiſit, & ſic in ea libidinẽ extinxit, & tutus permanſit.

Fœmina aliquando ipſi donum obtulit, ut ſic ſe in eius amorem inſinuaret, eoquepotiretur. Cumq; illa ab eo interrogata, negaret id marito conſcio fieri, munus oblatũ accipere recuſauit. Ibid. ca. 71.

Vbi ad uirilem acceſsiſſet ætatem, non contentus cilicijs uti communibus, ſed nouũ genus inuenit, quo ſeipſum quàm maximè excarnificaret. Non enim ex filis arte textorum confectum erat, ſed ex chordulis artificioſè connexis & coniunctis inſtar retis denſiſsimi. In contexione dẽſo ordine noduli non intolerabiles tantùm, ſed etiam magno numero. Hos ut fortius cuti imprimeret, fune craſſo triplicato, ex equinis pilis confecto, ſeſe cinxit tam arctè, ne dorſum inflectere poſſet, ſed ſemper erectus incedere cogeretur. Noctu cilicium manus texit, femorale cilicinum pudenda, cilicinæq; caligæ crura. His acceſsit aſsiduè lorica, quam à matre acceperat.

In aduentu atque quadrageſima, corio duro, nodoſo & plũbeo uſus eſt. Ibid. cap. 72.

Magiſter artium effectus, quotidie Miſſam & horas canonicas deuotus audiuit, antequam ad uſitatas operas perueniret: atq; ut commodius id fieret, capellam in honorem B. Mariæ in parochia, in qua degebat, fecit conſtrui. Ibid. cap. 73.

Ex Magiſtro artium Theologiæ fit Doctor publicus Pariſijs: diſputat argutè, concionatur publicè, legit magna cum admiratione auditorum ſacras literas, multisq; profuit, quorum nonnulli ad Eccleſiæ gubernationem acceſſerunt, nonnulli monaſticam uitam amplexi. Cap. 75.

Quoties ad populum concionaretur, crucem manu tenebat, quam ſubinde intuebatur, nunc ridens, nunc plorans. Ridebat quidem ob beneficia per Chriſtum toti mundo præſtita, plorabat uerò quòd pauci inter multos auditores ea dignè uiuerent.

Quotidie paſsionem Dominicam ſecum meditatus eſt.

Diabolum aliquãdo terribili ſpecie uiri ipſum aggredientem, collo prehenſum adiurauit per aſperſionem ſanguinis Chriſti, ut ſibi diceret, quibus medijs ipſum poſſet uincere. Qui reſpondit: Illo ipſo, quod nominauerat. Ibid. cap. 76.

A' creaturis Dei, ut cibo, potu, ſomno, quantum in hominem poteſt cadere, abſtinens, ſolo pane & aqua contentus uixit ferijs ſextis: ſæpe ſolo pane contentus fuit ſine ſumpto potu. Quò cibus uel potus apponebantur delicatiores, eò minus illis utebatur. Ferijs ſecunda, quarta, & in Quadrageſima, à carnibus abſtinuit ſemper. lib. 31. cap. 77.

Sacerdos effectus, rariſsimè cibũ bis in die ca-

die capiebat,crudeliusq́; multò ſe afflixit, ut metuerent ipſius familiarea, aut inſaniam aur mortem breui uix effugiturum.

In oratione aſsiduus fuit, in nudo ſolo genubus incumbens.

Singula mẽbra à capite ad pedes Chriſti adorabat diebus ſingulis.

Quotidie tria paria horarum cantabat, ſcilicer horas canonicas,de Spiritu ſancto, & de matre Domini, cum officio defunctorum.

Poſt primum ſomnũ tam æſtate quàm hyeme ſurrexit,& mox ſe orationi,lectioni & meditationi dedit.

In lecto non dormitabat,ſed uel in terra,uel ſcabello. Linteamina,coopertoriũ, uel etiam culcitram non habuit,ſed eappa ſua uel ſcapulari uel pallio ſe contexit. Ibidem.

Veſtimentis uſus eſt griſeis, non planè ſordidis,nec prorſus precioſis.

Spectaculis & luſibus ſummo ſe ſtudio ſubduxit.

Obtrectatoribus admodum fuit infeſtus,nee cuiquam aures præbuit.

Vnico beneficio eccleſiaſtico uixit contentus, ut ſine aliorum grauamine docere poſſet.

Pecuniam tangere uel etiam aſpicere ipſi piaculi loco fuit, præterquam illam quam erogabat pauperibus.

Inhoneſtum planè duxit,cellaria uel id genus loca domi inuiſere. Nee rationem accepti uel expenſi à ſuis popoſcit, iudicãs ſe indignum. Ideoq́; factum eſt,quòd ſemper plura expenderet, quàm haberet ex reditibus, ut perpetuò ære alieno laboraret.

Domi famulos mundiciem ſectari uoluit: quibus etiam indulſit cum delinquerent,ne pacem domi turbaret.

Nunquam pauperes à domo ſua dimiſit uacuos: ſed prout cuilibet uidebat eſſe neceſſe,ipſi erogabat.

Eregionè,ubi ſedebat ſtudijs uacans,imaginem B.Mariæ uirginis ex ebore ſculpram habebat,ad quam per interualla dirigebat orationem, nunc legens aliquid, nunc preculas demurmurans.

Tempus in tanto habuit precio,ut malè collocatũ diceret,in quo uel cibum capiebar,uel aliò iter faceret.

Biblijs tantam prębuit reuerentiam,ut quoties aperiret illa exoſcularetur.

κενοδοξίαν tanquam uirus peſtilens ſtudio ſingulari uitauit. Vincent.lib.31.ca.78.

Vbi ad epiſcopatum acceſsit,ſuperioribus obedietiam, inferioribus uel paribus reuerentiam exhibuit.

Quoties aderant, qui peccata confiteri uolebant,nullo ſe ſiuit impedire modo,etiam iter faciens.

De auſteritare,cuius ſuprà meminimus, nihil remiſit, ſed multo magis in ea profecit indies.

Cultor ſtrenuus dei Maoſim fuit, ita quidem ut totus eſſet in lachrymis Miſſam eelebrans.

Fœmineum ſexum etſi religioſè coleret,non tamen cum ulla rem habuit.

Hoſtiatim mendicanres non dimiſit inanes à ſua domo:ægrotos uiſitauit,ipſiſq́ue curauit neceſſaria.

Puellas pauperes iuuit,ut nuptui traderentur, & in hoc pœnas pecuniarias impendir.

Non paſſus eſt ſe corrumpi muneribus. Et quoties tales uidit,ſolitus ipſis eſt diere, non multum ꝑrendere à pendère differre:quò ſignificare uoluit,non procul ſuſpendio eſſe munerum acceptores. Vincentius lib.31.cap.82.

Principes exules regi rebellantes, reuocandos eſſe cenſuit.Polydor.lib.16.Anglicæ hiſtoriæ.

Calamitates & pericula eius.

Regni proceres, ipſumq́; adeò Cantuarienſe Collegium,à quo uocatus erat,habuit aduerſarios. Vicit tamen conſtanter cũcta aduerſa,ita ut amicos proprerea gementes & querulantes conſolaretur etiá. Erga inimicos beneficus extitit,ultionem Deo committens. Vincent.lib.31.cap.83.

Matrimonium Simonis Montifortenſis & Aleonorę uiduę deteſtatus eſt,quòd ea perpetuam caſtitatem poſt mariti obitum uouiſſet. Ea res Heinricum regem offendit,ut minus propitium ipſum experiretur. Quapropter Romá iter faciens,pontificis auxilium implorauit, quamuis fruſtra. Re enim infecta domum redire coactus eſt.Polyd.lib.16.Angl.hiſtor.

Vicit tandem aduerſariorum improbitas,ut ſtationem deſerere, & in Pontiniacum Galliæ monaſterium fugere, ibiq́ue exulare cogeretur. Vincent.lib.31.cap.85.

Aliquibus futura prædixit, quæ poſtea cõprobauit euentus. Vincent.lib.31.ca.84.

Miracula eius.

Quidam diſcipulorum eius morbum, neſcio quem, patiebatur in brachio. Ad quem cum dixiſſet. Sua te Deus gratia ſanet & uirtute: craſtino die habuit melius. Vincent.lib.31.cap.73.

Crucem prædicans ad uillá Lemeſtre, cum adoleſcens quiſpiam crucem de manibus eius eſſet accepturus, & à quadam fœmina retraheretur, protinus illa contractam ſenſit manum. Verùm cum lachrymans ab ipſo ſanitaté peteret,cruce ſignata,teſti-

ta, reſtituta manus eſt in integrum. Ibid. cap.79.

Ad uillam Stradewey iuuenis quiſpiá ab amaſia retrahitur, ne crucem accipiat. Sed mox priuatur illa lumine: ubi multis lachrymis ab eo ſanitatem petiuiſſet, uiſum recepit. Ibid.

Vuigorniæ aliquando ſub dio prædicaturus hominibus, qui magno numero eò confluxerant, aduolanti nubi procelloſæ ſignum crucis oppoſuit, præcepitq́;, ut alibi imbre plueret, nec adſtantes auditu uerbi impediret. Ibid. cap.80.

Noctu quadam in ipſa lectione Bibliorum obdormiuit: & ecce candela decidés multo tempore in charta arſit, nec quicquam tamen eam læſit. Ibid.

Alia nocte mus in crucibulo candelę lumen extinxit, cum inter ſtudia obdormiuiſſet. Expergefactus B. Mariam interpellat (contra ſacram ſcripturam ſcilicet) & poſtea de cœlo ſibi reſtituto lumine gaudet. Ibid.

Anthraci aliquando in pede correptus fuit: quod apoſtema, ubi quinq; crucibus ſignaſſet penna qua in ſcribédo utebatur, altero die pòſt habuit meliuſculè.

Cilicium & femoralia cilicina cubicularius ipſius aliquando concremare uoluit, utpote uetera & nullius amplius uſui. Verùm flamma uorax abſtinuit. O ſanctitatem femoraliũ, omnino dignam quã pontificij in templum collocaſſent, & cernui adoraſſent. Vincent. lib.31. cap.80.

Aqua benedicta febrim ſanauit.

Clericus quartana laborauit. Ei ubi buccellam ſigno crucis ſignatam tradidiſſet protinus deuorandam, melius habuit.

Quandam genu laborantem, cum benedixiſſet, ſanauit. Vincent. lib.31. cap.84.

Viſiones eius.

Puer aliquando cum commilitonibus in pratum expaciatus eſt. Cumq́; ſeſe à reliquis ſubduceret, ſolusq́; meditationi uacaret, ecce puer cœlitùs delapſus ipſi ſubitò adſtitit, cuius fronti inſcriptum fuit, Ieſus Nazarenus: iuſsitq́; ut noctibus ſingulis illud fronti diligenter imprimeret, ſic fore ipſum tutum à ſubitanea morte. Vincent. lib.31. cap.68.

Cum domum aliquando rediret, uidit cum ſocio iuuenis ingentem nigrarum auium multitudinem, corpus nigrum in ſublime uehentium. Dixit ſocio, Dæmones eſſe, qui animam cuiuſdam mortui in uicino pago ad tartara deportarent. Ingreſſi pagum, protinus cognouerunt aliquem animam exhalaſſe. Ibid. cap.69.

Die quodam oblitus erat, ſtudijs nimirum occupatus, precatiũculas recitare ad diuam Virginem & Iohannem Euangeliſtam, quos ſemper ſuis demurmurationibus contra uerbum Dei fatigarat antea: ibi noctu Iohannem ſibi uidere uiſus eſt, ferulam portantem, & ut manum extenderet imperantem. Cumq́; tanquam pœnas de eo ſumpturus adſtaret, mox offenſam depoſuit, utq́ue protinus more ſolito eas preces recitaret, perſuaſit. Sic ſcilicet ſpectris, id eſt diabolis, fidem habuit. Vincent. lib.31. cap.73.

Poſt ſextum annum, quo primùm liberales artes eſſet profeſſus, mater eius (imò ſpectrum potius) iam pridem defuncta, in ſomnis ei apparet, tresq́; circulos in manu eius pinxit, nominibus Patris, Filij & Spiritus ſancti inſignitos, iuſsitq́; talibus in poſterum operam dare. Ibid. cap.74.

Antequam ex Anglia exiret, uiſus eſt uidere Thomã Beketum prædeceſſorem, qui, ut uiriliter ageret, eum hortabatur. Eius pedem exoſculaturus, noluit id fieri Thomas ille: quam ob cauſſam lachrymabatur & ingemiſcebat. Verùm admonitus ab illo ſocio, ut eam repulſam patienter ferret, tẽpus in propinquo eſſe, quo & in ore ipſum exoſculaturus eſſet. Ibid. cap.84.

Oxonij, ubi literis operá dabat, in pratum expatiãdi cauſſa exiuit. Fortè in puerum ſpecioſum incidit, qui propius accedens dixit: Salue dilecte mi. Nunquid me noſti, qui quotidie tibi ad latus etiam præſtò ſum? Tu igitur quid in mea facie inſcriptum uides, tuæ fronti imprimito noctibus ſingulis. Erant uerò hæc uerba: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Ab eo tempore memoriam paſsionis Dominicæ iugiter mente recoluit. Ranulphus lib.7. cap. 35. in Polychronico.

Mors eius.

In Pontiniaco Galliæ monaſterio exulans, aliquádiu lectionibus orationibusq́; uacabat, aut ſcribebat aliquid, aut uicinis prædicabat. Poſtea morbo correptus, cum Solis ardorem ibi ferre non poſſet, Soiſiacum adijt, ubi ad mortem uſq; permanſit. Moriturus iuſsit Euchariſtiam ad ſe ferre, eamq́; oſtendens dextera dixit: Tu es Domine in quem credidi, quem prædicaui, quem ueraciter docui, & tu mihi teſtis es, quòd aliud quàm te in terra poſitus non quæſiui, ſicut ſcis q, nihil uolo, niſi quod tu uis Domine. Ita fiat uoluntas tua, quia in tua ſunt omnia uoluntate. Sic igitur, ubi Sacramento Cœnæ uſus fuiſſet, atq; tandem etiam extrema unctione, moritur 16. calend. Decemb. anno 1239. Ibid. cap.85.

Mortuus euiſceratur, atq; uiſcera eius in eccleſia S. Iacobi apud Pruuinũ tumulata,

lata, miracula dicuntur edere. Reliquum corpus lotum & pontificaliter indutum, Pontiniacum defertur, ibiq́; ſepelitur, ipſo feſto B. Edmũdi regis & martyris, quò ſe uiuus adhuc reuerſurũ receperat. Poſt ſeptimum demum diem terræ mandatur, & toto illo tempore, quo retecta facie in templo iacebat, fœtere non cœpit. Vincent. lib. 31. cap. 86. Poſt menſes tres leuant corpus eius de tumba Pontiniaci, ut magis eſſet cunctis conſpicuua. Vincent. lib. 31. cap. 88. Innocentius IIII. in numerum ſanctorum illum retulit, anno 1257. Lugduni. Schedel. ætate 6.

Miracula eius poſt mortem.

Monachus quidam, nomine Petrus Sacriſta, cui mortui cadaueris cuſtodia commiſſa erat, exiſtimabat, ſi quid de ipſius exuuijs aſſeruaturus eſſet, fore id in poſterum uſui in aduerſis caſibus. Annulum igitur digito detrahere nititur: ſed eo tempore nihil agit. Paulo pòſt iterũ accedens, ſubmiſſa uoce his uerbis in aurem quaſi illi loquitur: Pater ſancte, peccaui, quòd à te licentiã non petij, & tamen quod tuum eſt mihi uendicaui. Sed quia ad honorem tuum facere diſpoſui, & ad ſalutem fidelium, ignoſce confitenti, & petẽti munus annue poſtulatũ. His dictis ſine omni difficultate annulũ aufert, reliquisq́; reliquijs adiungit iuſſu abbatis. Vincent. li. 31. ca. 87.

Ipſo die quo ſepeliretur, tria miraculoã facta eſſe, Vincentius oſtẽdit, ſed in ſpecie nihil explicat. Annulum itidem detractum multis ſaluti fuiſſe dicit. Sic ſcilicet ſuperſtitio adaucta eſt. Ibid.

Leuatus è tumba, plurimis cœpit inclareſcere miraculis, de quibus in genere Vincentius his uerbis: Cæci uident, claudi ambulant, detumeſcũt hydropici, & ſurdi audiunt, muti loquuntur, conualeſcunt morbo paralitico diſſoluti, obſeſsi à dæmonibus liberantur, aperiũtur carceres, ſoluuntur uincula, curantur epyleptici, quaternarij euadunt, & febricitantes quamplurimi ope ſua: alij uarijs & occultis afflicti doloribus, alij membrorum officio priuati & effecti uelut immobiles, alij laborãtes inſania capitis & energumini, alij morbo fiſtulę enormiter deturbati, alij tumore horribili turpiter dehoneſtati, per eius ſuffragia honeſtatem priſtinã ſunt adepti. Fons ſanguinis in mulieribus reſtringuitur: patientibus dolorem dentium, dolor ipſe, licet acerrimus, mitigatur. Ab alijs recedũt corporis maculæ, nullo deinceps ueſtigio remanẽte. Alij hernioſi, alij gibboſi, & quidam læſi grauiter, nonnulli uerò calculoſi, ſeu tabefacti puſtulis, alij in puteos uel gurgites aquarum ſiue fluuios corruẽtes, plures etiam ex alto præcipitati, cõpetens ſibi quiq; repererunt remedium per ſuæ merita ſanctitatis. Alij apoſtaſiæ laqueis irretiti, alij à ſerpentibus icti, alij deſperati, alij ſuffocationi proximi, alij ab imminentis mortis diſcrimine mirabiliter erepti, miram ſunt præſulis merito, Chriſti gratiam conſecuti. Alij autem à tumore faucium, alij à lęſione arteriarũ, alij à ſtrictura gutterum letifera mirificè liberãtur ipſius patris meritis & precibus ſine mora. Infantulis uerò ſecus ubera materna ſuffocatis, & in ſomnis oppreſsis ab ipſis matribus circa curam eorum negligenter agẽtibus, pijſsimus pontifex reddidit uitã, ab ipſorum puerorũ parentibus fiducialiter inuocatus, cõtra uerbũ Dei. Alij quoq; quamplurimi uita priuati & uerè mortui, per eius auxilium ad auras uitales ſunt denuò reuocati. Quidã uerò in deſperationis foueam uerè collapſi, temporis aduerſitate fracti, uel inopia moleſtati, dum pij patris eis occurrit memoria, dulce cõſolationis receperũt antidotum cum medela. Bruta etiã animalia ipſius beneficia ſunt experta. Aliqui autem duræ ceruicis homines, diuinæ potentiæ derogãtes & patris eiuſdem meritis, repentè percuſsi plangebant ſui reatum facinoris & erroris. lib. 31. cap. 88. Hæc uerò omnia pugnant cũ merito & beneficijs Chriſti, ac idololatriã adaugẽt.

Apparitio eius poſt mortem.

Per integrum octiduũ poſt ſepulturam deſierunt miracula. Ea res cùm monachis Põtiniacis admodum moleſta accideret, & cauſſam ignorarent, ecce monacho cuidam Hermanno apparuit (imò diabolus fuit) aliquomodo ſubiratus. Is ubi cauſſam quæreret, cur ſigna nunc non fierent per ipſum, reſpondit: Quid faciam ſic granatus, ut nec me erigere, nec manus etiam attollere poſsim, & pro aduentantibus ægrotis ad Deum orare? Protinus igitur terram remouerunt, & facta ſunt miracula ibi, ſicut prius. Vincent. lib. 31. cap. 87. Quis aũt nõ intelligit, iſta monachos impudenter uel cõfinxiſſe, uel ex diabolicis illuſionibus hauſiſſe, quia ſunt cõtra uerbũ Dei?

BONIFACIVS.

Bonifacius Sabaudienſis, Aleonoræ reginæ auunculus, natus Petro patre legato pontificio, Eadmũdo ſucceſsit, poſtquam ſedes illa amplius annis tribus uacaſſet, electus à monachis Cãtuarienſibus regis iuſſu. Obijt anno 1272. gubernationis ſuæ 27. Polyd. lib. 16. Ang. hiſtoriæ.

IOANNES.

Bonifacio extincto ſubrogatur Robertus per Gregorium X. Romanum Pontificem, circa annum 1273. (triennio ènim

fermè

ſermè ea ſedes uacauerat) Verùm hoc ad Portuenſem tranſlato, Iohannes Peckam, in Ciceſtrienſi natus diœceſi humili loco, Franciſcanus, Minoritarum in Anglia miniſter prouincialis, ſuccedit anno 1277. Is animo elato & ſuperbo fuit, quem inceſſu & externis geſtibus haud obſcurè declarauit. Oxonij proximus à Bongeio prælegit, itemq; Pariſijs. In cognitione utriuſq; iuris tantopere profecit, ut Romani Palatij fieret magiſter. Ad extremum à Nicolao III. Cantuarienſis denominatus eſt archiepiſcopus, monachorum electionem irritam faciente. Synodos coegit Redingi & Lambeti, ubi non prædicationem Euangelij, ſed ſtatutorum concilij Lugdunenſis clero impoſuit, & quæ Romani legati decreuerant. Illis Polydorus ſtatum religionis mirificè confirmatum eſſe ditit. Valliæ principes Leolinum & Dauidem excõmunicaſſe dicitur, quamuis id pro comperto non ponit Polydorus. Scripſit

Commentarios ſententiarum, lib.4.
Quæſtiones quodlibetales, lib.1.
Poſtillam in Cantica Cãticorum, lib.1.
In Threnos Hieremiæ, lib.1.
Contra priorem Ciſtercienſium, lib.1.
Lecturas Oxonienſes, lib.1.
De ſphæra, lib.1.
Contra inſipientem, lib.1.
De paſsione Domini, lib.1.
Sermones Dominicales 25. lib.1.
Apologiam quandam, lib.1.
Statuta ſynodalia, lib.1.
Conſtitutiones prouinciales, lib.1.
Collectanea Bibliorum, lib.5.
Canticum pauperum, lib.1.
Officium diuæ Trinitatis, lib.1.
Perſpectiuam communem, lib.1.
Perſpectiuam particularem, lib.1.
De confeſsione fratribus facta, lib.1.
De perſectione Euangelica, lib.1.
Locos ex utroq; Teſtamento, lib.1.
De peccatis capitalibus, lib.1.
De decem præceptis, lib.1.
Notabilia Metaphyſices, lib.1.
Super Symbolo, lib.1.
De Euchariſtia quæſtiones, lib.1.
Speculum Eccleſiæ de Miſſa, lib.1.
Speculum animæ, lib.1.
De ratione diei Dominicæ, lib.1.
De uanitate rerum mundanarum, lib.1.
Tractatum de pauperibus, lib.1.
Quodlibeta ſcholaſtica, lib.1.
Super confeſsionibus fratrum, lib.1.
Dialogũ Franciſci & Paupertatis, lib.1.
Mathematica rudimenta, lib.1.
Theoricam planetarum, lib.1.
Pſalterium meditationum Mariæ, lib.1.
Quæſtiones ordinarias, lib.1.
Apologeticon quoq;, lib.1.
Carmina diuerſa, lib.1.
Hæreſeon à ſe damnatarum, lib.1.
Pro Bonauentura Franciſcano, lib.1.
De myſterijs Minorum, lib.1.
De eorum paupertate, lib.1.
Poſtillam ſuper Marcum, lib.1.
Itinerarium ſuum, lib.1.
Contra Ricardum Knapuuel, lib.1.
Epiſtolas ad Oxonienſes, lib.1.
De uanitate ſeculi, lib.1.

Atq; adhuc alia. Obijt anno 1292. ſexto Idus Ianuarij, anno ſui pontificatus 13. Sepultus eſt Cantuariæ ſolenniter. Polydorus lib.16. Balæus Cent.4. cap.64. ex Triuetho.

SIMON LANGTONVS.

Simon Langtonus, frater Stephani archiepiſcopi, literatus, Cantuarienſis Eccleſiæ archidiaconus, Ioannem regem apud Innocentium tertium & Philippum Francorum regem nefariè prodidit, & in multis obfuit. Principum factioſorum ſeditionem aduerſus regem fouit. Denique tanto odio aduerſus regem accenſus fuit, ne quicquam à conſuetis iniurijs ac malicia fulmine pontificio territus remitteret. Excommunicatus igitur, & rebus omnibus exutus, Romam petijt recuperandæ pontificię gratiæ cauſſa, quam nullam penè inuenit. Scripſit

De pœnitentia Magdalenæ, lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos, lib.1.

Atq; alia quædam. Obijt anno 1248. Balæus Cent.4. cap.5. ſcript. Brytan. ex Matthæo Pariſio.

EBORACENSES.

GVALTERVS.

GValterus Graius, epiſcopus Vigornienſis, Eboracenſi ſedi præficitur anno 1214. Ei rex Heinricus occupatus bello Gallico onus gubernationis impoſuit, anno 1242. Obijt anno 1254. ſuæ gubernationis anno 40. Polydorus lib.16. Anglicæ hiſtoriæ.

SEVALLVS.

Seuallus, nomine & re magnanimus, uir doctus, honeſtus & pius, Gualtero ſuccedit. Is Alexandrum IIII. per literas rogabat, ut à conſuetis uiolentijs abſtineret, humilitatem ſectaretur, exemplo D. Petri & ipſius etiam Chriſti oues paſceret, non deuoraret. Hæc ut ſcriberet, inter cætera occaſionem ipſi præbuit, quòd Iordanus quiſpiam à põtifice factus fuerat decanus Eboracenſis per intruſionem, cui ſe oppoſuerat. Proinde excõmunicatur quamprimùm, pulſatis cãpanis & deletis candelis,

ut ipſis moris eſt. Sed hæc tulit æquo animo, nihilominus indignis ad ſacerdotia admittendis ſeſe opponens. Quá ob cauſſam apud populum in honore fuit. Hæc Balæus Cent.3.cap.23. ex Matthæo Pariſio. Scripſit

Breuiloquium ad Alexandrum,	lib.1.
Statuta ſynodalia,	lib.1.
Ad ſuos ſacerdotes,	lib.1.
Sermones & epiſtolas,	lib.1.

Atq; alia. Grauiter diuexatus à Romaniſtis, obijt anno Salutis 1258. ſuæ gubernationis quarto. Polyd.lib.16.Angl.hiſtor.

GOTTHOFREDVS, GVALTERVS.

Gotthofredus Seuallo ſucceſsit: ſed nõ diu ſuperſtes, Gualtero Bathoniẽſi & Vellenſi epiſcopo locum dedit. Obijt anno 1278. Polydor.lib.17.Ang.hiſt.

GVLIELMVS.

Gulielmus Vlckeuanus, ex illuſtri oriundus familia, doctrina & omni uirturum genere inſignis, Gualtero ſucceſsit. Linguæ Latinæ interpres inſignis fuit, & inter alia ſcripſit Memoriale quoddam, lib. 1. Obijt anno 1285. cùm annis 6. ſediſſet. Polyd.lib.17.

IOHANNES, HEINRICVS.

Iohannes cognomento Romanns, ſubrogarur Gnlielmo, qui mortuus ſucceſſorem habuit Heinricum. Polydorus Vergilius lib.17.

IOHANNES BLONDVS.

Iohannes Blondus Oxonij & Lutetiæ literis incumbens, doctiſsimus inter alios doctos euáſit, ut poſtea Oxoniam reuerſus publico ſtipendio Theologiam profiterertur. Quod cum eximiè aliquandiu præſtitiſſet, fit Eboracẽſis canonicus. Cantuarienſe Richardo extincto, ſucceſſor denominatus, Romæ cauſſa & dignitate cecidit, anno 1232. Scripſit

Summarium ſacræ facultatis,	lib.1.
Diſceptationes aliquot,	lib.1.

In ſcripturas ſacras cõmẽtarios plures. Mortuus eſt anno 1248. Balæus Cent.3. cap.95. Scriptorum Britanniæ ex Lelando, Matthæo Pariſio, & Iohanne Roſſo.

ROTHOMAGENSES.

VVALTERVS, ROBERTVS.

Valterus Rothomagenſis archiepiſcopus obijt anno 1207.16. calendas Decemb. ubi, annis 23. præfuiſſet. Succeſſorem habuit Robertum cognomento Pullum. Continuator Sigeberti.

REGINALDVS præfuit Rothomagi anno 1212. Interfuit exercitui contra Albingenſes. Nauclerus uolum.2.gener.41.

PETRVS.

Petrus de Collema, præfuit Rothomagi circa annum 1240. Is iturus Romam ad cõcilium, à claſſe Piſana iuſſu Friderici II. intercipirur, & carceri includitur cum ſuo comitatu. Blond.lib.7.decad.2.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Schiruuode, Oxonij & Lutetiæ ubi literis operam dediſſet, Lincolnienſis Eccleſiæ fit cancellarius beneficio regis Heinrici III. Diligenter ſuis indies aliquid prælegit, ne ociarentur. Tandem Rothomagẽſis factus eſſe archiepiſcopus exiſtimarur, ſicut Balæus ex Lelando & Matthæo Pariſio annotat, qui eum à Dunelmo uocat. Scripſit

Lecturam ſententiarum,	lib.4.
Diſtinctiones Theologiæ,	lib.1.
Conciones aliquot,	lib.1.

Et alia. Obijſſe dicitur anno 1240. Balæus Centuria 3.cap.9. Scriptorum Britanniæ, ex Lelando, Iohanne Roſſo, Rogero Bacano, & Matthæo Pariſio.

LONDINENSES.

ROGERVS.

Rogerus Londinenſis epiſcopus aurifugis Romanis, quos papa in Angliam ad hominum loculos euacuandos miſerat anno 1235. ſeſe ſtrenuè oppoſuit. Sed à papa repreſſus eſt. Balæus Cent.3.cap.97. in Append.

FVLCO.

Fulco Baſſerus præfuit anno 1252. Balæus cap.16.Cent.4. Is Ruſtando legato pontificio decimas ab Anglis poſcenti dixiſſe fertur, antequá tantæ ſeruiruti & intolerabili Eccleſiarum oppreſsioni conſentiret, malle potius capitis periculum adire. Ibid.cap.22.in Append.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Londinenſis epiſcopns Atrebati tanquam teſtis aſcitus eſt ab Atrebatenſi, cum publicat pontificium interdictum aduerſus Iohannem Angliæ regem, anno 1209. Chron.Fuldenſe lib.8.

RAOVLPHVS.

Radulphus de Diceto, nbi & in Anglia & exteris regionibus optimarum artium cognitionem non mediocrẽ acquiſiuiſſet, fit Londinenſis Eccleſiæ, D. Paulo dicatæ, decanus. Vbi cõciones populares habere ſolitus eſt, ſiquidẽ Theologus fuit. Scripſit

De temporibus mundi,	lib.1.
Chronicorum opus,	lib.1.
Imagines hiſtoriarum,	lib.1.
Cõtinuationes Roberti de mõte,	lib.1.
Abbreuiationes Chronicorum,	lib.1.
De præclaris ſcriptoribus,	lib.1.
De aduenru Saxonum,	lib.1.
Geſta Normannorum,	lib.1.

Origines

Origines Hybernorum & Scotorũ,	lib.1.
De ſynodis Eccleſiæ,	lib.1.
Super Eccleſiaſticum,	lib.1.
In Sapientiam,	lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos,	lib.1.
Sermones quoq;,	lib.1.
De regibus Anglorum,	lib.1.
De mirabilibus Angliæ,	lib.1.

Et adhuc alia edidit. Claruit anno 1210. Balæus Cent.3. cap.62. ſcript. Brytan. ex Iohanne Baconthorpio, Ranulpho Higdeno, & Boſtono Burienſi.

PETRVS.

Petrus à fano Seruatoris, ſeu Trinitatis, apud Lõdinenſes canonicus, Doctor, præſes, & tandem etiam eiuſdem urbis archidiaconus, claruit circa annum 1230. Vir eximiè doctus fuit, in Theologia præſertim. Scripſit

Pantheologum Theologiæ,	lib.52.
Contra peccata,	lib.6.
De uirtutibus,	lib.6.
De aduentu Meſsiæ,	lib.3.
Remediarium conuerſionis,	lib.2.
Sermones eruditos,	lib.1.
De terra Palæſtinæ,	lib.1.

Et alia plura. Balæus Cent.3. cap.90. ſcriptor. Brytan. ex Lelando.

ROGERVS.

Rogerus Vualtham canonicus ſecularis in Eccleſia D. Pauli Londini, inſigniter eruditus, claruit anno 1250. Scripſit

Compendium morale,	lib.13.
Imagines oratorum,	lib.1.

Et alia plura. Balæus Cent.4. cap.16. ſcriptor. Brytan. ex Lelando.

VINTONIENSES.

PETRVS.

PEtro Vintonienſi epiſcopo ab Innocentio III. eæ partes iniunctæ ſunt, ut principes ſeditioſos in regem per totum regnum excommunicaret, anno 1215. quod tamen per Cantuarienſem ipſi fieri non licuit. Polyd. lib.15. Mortuo Iohanne Gloceſtriæ, in conuentu procerũ ſtatuit, Heinricum adhuc adoleſcentem patri conſtituendum ſucceſſorem, eundemq; poſtea, ut nonnulli opinantur, conſecrauit cum Bathonienſi Ioſcelino. Polyd. lib.16.

Curam educandi iunioris regis poſt obitum Gulielmi Mateſchalli in ſe deriuauit: utq; non ſolus hoc onus per ſe difficilſimum ſuſtineret, alios in regium conſiliũ etiam deligendos curauit. Ibid.

Heinrico rege poſtulante à principibus pecuniæ ſubſidium, illisque id denegantibus, admonet regem, ut populo parcat: uerùm præfecturas quas adoleſcens diſtribuerat, ſatis inconſideratè in ſuos reciperet, & rapaciſsimis quæſtoribus utatur pro ſpongijs, iuxta illud Veſpaſiani, eosq; nunc exprimeret, qui ſatis ſuperq; imbibiſſent. Quod conſilium ubi ſequeretur rex, ita quorundam principum animos offendit, ut rurſus aduerſus ipſum conſpirarent, multisq; damnis afficerent. Eam igitur ob cauſſam Vintonienſis ex aula exterminatur, tanquam horum malorum autor, & ad ſuam diœceſin redire iubetur. Ibid. lib.16. Obijt anno 1237.

ODOMARVS.

Odomarus Heinrici Marchiani comitis & Iſabellæ reginæ filius, ſacris initiatus, fit Vintonienſis epiſcopus, anno 1258.

SARISBERIENSES.

NICOLAVS.

NIcolaus Lõgoſpatarius, epiſcopus Sarisberienſis, obijt anno 1297. Balæus Cent.4. cap.73. ſctipt. Brytan.

SIMON.

Simon Gandauus, Londini natus, patre Gandauo, matre Angla, doctus & honeſtus, claruit anno 1298. Is per Eduuardum Angliæ regem Sarisberienſis fit epiſcopus. Scripſit ad uirgines Terentinas Duriæ ſeu Dorſeti cultrices

De uita ſolitaria,	lib.1.
Ad ſuos ſacerdotes,	lib.1.

Et alia quædam. Balæus Cent.4. cap.73. ſcript. Bryt. ex Lelando, Paralyp. Geruaſij Dorouerenſis hiſtorię, & Chron. Sarisburienſis Eccleſiæ.

OOOVVINVS Sarisberienſis Eccleſię pręcentor, philoſophus & Theologus, claruit circa annum 1250. Scripſit

Piarum meditationum,	lib.1.
De tribus habitaculis,	lib.1.
Sermones non uulgares,	lib.1.

Atq; alia. Balæus Cent.4. cap.20. ſcriptor. Brytan. ex Lelando.

VIGORNIENSIS.

GVALTHERVS Vigornienſis antiſtes, anno 1215. Romam à Ioanne rege miſſus legatus eſt, ut papam Innocentium de principum ſeditione certiorem faceret, & regem coactum leges regno exitioſas ferre exponeret, peteretq; ut eas irritas faceret, ac principes ad præſtandam ſuo regi obedientiam commonefaceret. Polydor. Verg. lib.15. Angl. hiſtor.

LINCOLNIENSES.

HVGO.

HVgo Vuellenſis archidiaconus, anno 1208. Lincolnienſis eligitur epiſcopus. Is ſe Rothomagum pro conſecratione adferẽda profecturum ſimulans, rectà

Romam petit, & à Stephano recens electo inungitur. Quod cum Iohannes rex per indicium accepiſſet, bona eius publicat, & uectigalia quæ epiſcopi erant, confiſcat. Monachorum & monialium omnium, præcipuè Gilbertinorum, infenſiſſimus fuit aduerſarius, quos ob luxurias Hœdos uocare ſolitus eſt. Obijt anno 1220. iuxta Polydorum libro 16. Balæus ex Matthæo Pariſio annum mortis ipſius conſtituit 1235. Centuria 3. cap. 97. in Append. Pro eo epiſcopatu redimendo mille & centum marcas aurisugis Romanis numerauit, ut Balæus in citato loco annotat.

ROBERTVS.

Robertus Groſſeteſt, Latinè Capito dictus, in Sudouolgia ex infimis parentibus natus, in Galliam ſe contulit, ut linguarum cognitionem ibi acquireret. Reuerſus in patriam Legeceſtrienſis archidiaconus primùm, deinde Lincolnienſis factus eſt epiſcopus, ſucceſſor Hugonis. Scripſit quamplurima:

De ſacerdotali officio, lib. 1.
Pro danda pœnitentia, lib. 2.
De doctrina cordis, lib. 1.
Oculum moralem, lib. 1.
De luce, lib. 1.
De coloribus, lib. 1.
Sermones 37. lib. 1.
De præceptis & Symbolo, lib. 2.
De uenenis uel peccatis, lib. 1.
De confeſsione, lib. 1.
De lingua humana, lib. 3.
In 2. quadragenas Pſalmorum, lib. 2.
In Apocalypſin Ioannis, lib. 1.
Super Euangelia, lib. 4.
De præmijs Apoſtolorum, lib. 1.
In uerba Gabrielis, lib. 1.
Dicta Theologica, lib. 1.
Difficilia naturalis ſcientiæ, lib. 1.
De ſufficientia cauſſarum, lib. 1.
Theoricam planetarum, lib. 1.
De officio diuino, lib. 1.
De aeris temperie prognoſtica, lib. 1.
De Aſtrolabio, lib. 1.
Examerō de operibus 6. dierum, lib. 1.
Homiliarum uolumen, lib. 1.
Contra prælatorum ignauiam, lib. 1.
Ad Minores, de laude paupert. lib. 1.
De ſcala paupertatis, lib. 1.
De originali peccato, lib. 1.
De ueritatibus, lib. 1.
Conſtitutiones ſynodales, lib. 1.
Sententias ſcripturarum, lib. 1.
Summam iuſticiæ, lib. 10.
De dotibus, lib. 1.
De pœnitentia, lib. 1.
De libero arbitrio, lib. 1.
De ſcientia & uoluntate, lib. 1.
Super prologo Bibliorum, lib. 1.
De potentijs animæ, lib. 1.
De reparatione lapſi, lib. 1.
Tractatum de homine, lib. 1.
De agricultura tranſtulit, lib. 1.
Pœnitentiale quoddam, lib. 1.
In Paulum ad Galatas, lib. 1.
De cura paſtorali, lib. 1.
De forma prima, lib. 1.
De iride, lib. 1.
De cometis, lib. 1.
De utilitate artium, lib. 1.
Compendium ſcientiarum, lib. 1.
Compendium ciuitatis Dei, lib. 1.
De Dei miſericordia & iuſticia, lib. 1.
De locali Dei præſentia, lib. 1.
Summam uitiorum capitalium, lib. 1.
De natura luminis & diaphoni, lib. 1.
Quæſtiones elenchorum, lib. 2.
Quæſtiones Priorum, lib. 2.
De lineis phyſicis, lib. 1.
De impreſsionibus aëris, lib. 1.
In priora Ariſtotelis, lib. 2.
In Elencha quoq;, lib. 2.
De anima humana, lib. 1.
De humilitate Chriſti, lib. 1.
Deum fieri hominem, lib. 1.
De reſurrectione Chriſti, lib. 1.
Super Iobi commentarios, lib. 1.
De Sphæra cœleſti, lib. 1.
Summam Theologiæ, lib. 1.
Summam philoſophiæ, lib. 1.
In Hierarchiam Dionyſij, lib. 6.
De diuinis nominibus, lib. 1.
Calendarium perpulchrum, lib. 1.
In Threnos Hieremiæ, lib. 1.
Templum Domini, lib. 1.
De arte computi, lib. 1.
De computo Eccleſiaſtico, lib. 1.
Conciones ad Roman. pōtificem, lib. 1.
Teſtamēta Patriarcharum, tranſt. lib. 1.
Commentarios in Logicam, lib. 1.
In prædicamenta Ariſtotelis, lib. 1.
De cœlo & mundo, lib. 2.
De generatione & corruptione, lib. 2.
Commentarios in Phyſica, lib. 8.
Commentarios in Ethica, lib. 10.
Sermones elegantes, lib. 1.
Quæſtiones Ethicorum, lib. 10.
De ceſſatione legalium, lib. 1.
Commentarios in Meteora, lib. 1.
De natura intellectus, lib. 1.
Recollectiones pœnitentiæ, lib. 1.
Epiſtolas 127. ad amicos, lib. 1.
Epiſtolas familiares, lib. 1.
Dictamina 147. lib. 1.
Paruum Catonem, lib. 1.
De lapide philoſophico, lib. 1.
De Necromantia & Goetia, lib. 1.

In Aſtro-

In Aſtrologiam,	lib.1.
Annotationes in Suidam,	lib.1.
De ciuilitate morum,	lib.1.
De poteſtate paſtorali,	lib.1.
Tonitru, contra curiam Romanã,	lib.1.
De polutione nocturna,	lib.1.
De caſto amore, Gallicè,	lib.1.
Aſſertionem uirginitatis Mariæ,	lib.1.
De gratia Dei,	lib.1.
Suarum meditationum,	lib.1.
Praxin Geometriæ,	lib.1.
Theoricam Planetarum,	lib.1.
Compendium Sphæræ,	lib.1.
Expoſitiones in Geneſin,	lib.1.
Commentarios in Lucam,	lib.1.
De diſcretione ſpirituum,	lib.1.
De ſuo ſtudio,	lib.1.
In Boëtium de conſolatione,	lib.5.
Contra luxuriam,	lib.1.
In ueſperijs Adæ,	lib.1.
De formis ad Adamum,	lib.1.
Suidam è Græco tranſtulit,	lib.1.
Damaſcenum annotauit,	lib.4.
Enchiridion ſcripſit,	lib.1.

Ad Innocentium quartũ inuectiuas miſit, quòd Anglorũ Eccleſias tam turpiter grauaret: & alia multa compoſuit.

Opera eius.

Sacerdotes hominum mandata docentes, Antichriſtos, Satanæ miniſtros, fures nocturnos, latrones diurnos, morum corruptores, animarum carnifices, & angelos tenebrarum uocare ſolitus eſt: & teſte Matthæo Pariſio, in religioſos terribiliter, in religioſas terribilius fulminat: quam ob cauſam ipſius uitæ etiã inſidias ſtruxerunt, ita ut uix mortẽ euaderet, uenenum propinantes, niſi medicorum induſtria ſanitati reſtitutus fuiſſet.

Tandem res eò deducta eſt, ut Præmonſtratenſes, Ciſtercienſes, & Gilbertini, papæ contra ipſum auxilium implorarent, & pecunia ſe à reformatione redimerent, quam acerrimè urſit. Verùm Romam iter faciens, pontifici in faciem dixit: Credebam domine, quòd te auxiliatorem habens, omnes, de quibus ſum conqueſtus, ut debeo, caſtigarem, & à ſuis erroribus reuocarem: ſed Præmonſtratenſes & alij pecunia ſe ab omni bono redemerunt. Huic papa: Frater, liberaſti animam tuam. Quid ad te, de gratia mea? Fecimus eis gratiam. Nunquid oculus tuus nequam eſt, quòd bonus ſum? Atque ſic laboribus itineris defatigatus, & euacuata crumena domum rediјt. Nihilominus tamẽ incontinentes ſacrificulos ſeueriter caſtigabat, quoſdam flagellando, quoſdã ab Eccleſiæ adminiſtratione remouendo.

Romani pontificis Innocẽtij IIII. auaritiam, faſtum, tyrannidem, multoties pro concione reprehendit: quod pontificem uſq; adeò malè habuit, ut ipſum omnibus ſacris priuaret, excommunicaret, ad Romanam curiam citaret, quam ob cauſam ad tribunal Chriſti prouocauit.

Aeger ubi tempus mortis adeſſe ſentiret, ad ſe Iohannem de S. Aegidio Dominicanum uocauit, medicinæ peritum & Theologum eruditum, atque Minoritas graui oratione incuſauit, quòd prælatorũ uitia nõ liberius in ſuis cõcionibus reprehenderent, adulatores, palpones, hæreticos & hæreticorũ fratres appellans: ſiquidẽ hæreſis eſt (inquit) ſententia humana temeritate nata, ſcripturæ ſacræ contraria, palàm edocta & pertinaciter defenſa.

Obijt Buckdenæ anno 1253. 7. Idus Octobris, & Lincolniæ in maiori templo ſepultus eſt. Balæus Centuria 4. cap. 18. Script. Brytan. Extat ibidem præclarum Matthæi Pariſij teſtimonium de hoc pontifice, quod quia inſigne eſt, adijcere libuit. Anno 1253. migrauit ab huius mundi exilio ſanctus præſul Robertus Lincolnienſis, pius ſui regis monitor, terrificus papæ redargutor, manifeſtus & audax prælatorum reprehenſor, monachorum corrector, presbyterorum director, clericorum inſtructor, ſcholarium fautor, populi prædicator, orphanorum & uiduarum defenſor, incontinentium perſecutor, ſcripturarum perſcrutator, ueritatis amator, Romanorum uerò malleus & contemptor, Lincolniæ ſepultus. Ille magnus Eccleſiæ doctor, Hebraicè, Græcè & Latinè peritus, multa de gloſsis Hebræorum extraxit, ac de Græco pleraque in Latinum ſermonem tranſtulit: ut patet de Teſtamentis patriarcharum, & de operibus Dionyſij, Damaſceni, Suidæ atque aliorum. Nicolaus Triuetus: Vir fuit excellentis ſapientiæ & puriſsimæ doctrinæ, omniumq; uirtutum exemplar, & qui de gloſsis Hebræorum multa extraxit. Mortuum eius cadauer Innocentius exhumari uoluit: uerùm in uiſione nocturna ab eo ita percutitur, ut paulo pòſt animam efflaret. Ranulphus in Polychronico lib. 7. cap. 30.

ALBERTVS.

Albertus, natione Germanus, homo literatus, per Innocentium IIII. Roberto ſuccedit. Fuerat Boruſsiæ archiepiſcopus & pontificius legatus à latere ad Richardum Cornubiæ ducem, & Heinrici regis fratrem. Scripſit

Eadmundi Cantuarienſis uitam, lib. 1. Claruit anno 1260. Balæus Cent. 13. cap. 34. de Script. Brytanniæ.

IOHANNES ACTON.

Iohannes Acton, corruptè Arhon uel de Atona dictus, Oxonij doctoratus inſignia in utroq; Iure adeptus, Lincolnienſis fit canonicus. Vbi publicè, quæ ipſe ab alijs didicerat, alios docuit. Scripſit

Apparatum in Eccleſiaſticas conſtitutiones Otthonis & Otthoboni cardinalium, lib.1.
In ſtatuta Anglicana, lib.1.

Claruit anno 1290. Balęus Cent.4.cap.66. Scriptorum Brytanniæ.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Leyceſtrius, Theologiæ profeſſor & canonicus & cãcellarius Lincolnienſis Eccleſię, claruit anno 1210. Multa doctè & honeſtè ſcripſit. Ob eruditionem aliasq; eximias uirtutes apud multos in precio fuit. Scripſit

Homilias 287. per annum, lib.1.
Speculum pœnitentiæ, lib.1.
Speculum pœnitentis, lib.1.
De Sacramentis Eccleſiæ, lib.1.
Flores ſapientiæ, lib.1.
Summam breuem, lib.1.
Numerale quoddam, lib.1.
Summam Numerorum, lib.12.
Diſtinctiones Theologiæ, lib.1.
Similitudinarium, lib.1.
De tropis ſcripturarum, lib.1.
De aduentu Domini, lib.1.
Expoſitiones Euangeliorum, lib.1.
Carmen Alphabeticum gloſſatũ, lib.1.
Expoſitiones Epiſtolarum, lib.1.
Super agnitione peccati, lib.1.
De bonitate mulierum, lib.1.
Ad quaſdam moniales, lib.1.
Concordantias Bibliorum, lib.1.

Atque alia plura. Balæus Cent. 3. cap.67. Scriptorum Brytanniæ, ex Lelando & Boſtono Burienſi.

BATHONIENSIS.

IOSCELINVS Bathonienſis epiſcopus, anno 1217. unà cum alijs Gloceſtriæ de conſtituendo Heinrico III. rege Anglorũ deliberauit. Polydorus lib.15. Angl.hiſt.

OXONIENSES.

DIDACVS.

Didacus Oxonięſi ſedi huius ſeculi initio præfuit. Is Dominicum ad ſe accerſitum, fecit in ſua Eccleſia canonicum regularem. Eum mittit unà cum 12. abbatibus anno 1207, Innocentius tertius ad conuertendos, uel potius ſubuertendos Albingenſes: utque maiore id cum fructu facerent, in concilio publico ſententiam tulit, ſine externa id eſſe faciendum pompa, & facilè eos perſuaſit. Retento igitur apud ſe Dominico, & alijs quibuſdã, hinc inde pedes diſcurrit, Albingenſibusq; prędicauit. Vincent.lib.29.cap.93. Alphonſus Caſtiliæ rex eo uſus eſt proco in conficiendis nuptijs filio cũ Ferdinanda puella nobili. Romano pontifici ſuam detulit operam, planeq; uouit Cumanorum conuerſionem. Ibidem cap.95. Vbi Albingenſibus toto biennio prædicaſſet, pedeſter per Caſtiliam iter faciens Oxoniam redijt, & finem uiuendi ibi fecit. Poſt mortem miracula edere dictus eſt. Ibidem capite 103.

GVALTERVS.

Gualterus Mapes, uir literatus, fit Oxonienſis archidiaconus an.1197. ex Sariſberienſi canonico, uel ut quidam uolunt, ex Lincolnienſe præcentore. Is ſub fictis nominibus papæ, cardinalium & prælatorum Romanenſium uitia acerrimè perſtrinxit: ſiquidem illa coràm Romæ uiderat. Scripſit multa:

Apocalypſin Goliæ pontificis, lib.1.
Prædicationem Goliæ, lib.1.
Ad malos paſtores, lib.1.
Ad Chriſti ſacerdotes, lib.1.
Planctum ſuper epiſcopis, lib.1.
In papam & curiam, lib.1.
Carmen ebrioſum, lib.1.
Ad impios prælatos, lib.1.
Sermonem ad eoſdem, lib.1.
Anathema pro pileo, lib.1.
Dictamen lectionis loco, lib.1.
De malis Romanæ curiæ, lib.1.
De palpone & aſſentatore, lib.1.
De malis monachorum, lib.1.
Ad utrumq; ſtatum, lib.1.
De Thetide & Lyeo, lib.1.
Diſceptationem nubendi, lib.1.
De mundi contemptu, lib.1.
De punitione peccati, lib.1.
Super conuocatione cleri, lib.1.
De mundi miſeria, lib.1.
De fide Trinitatis, lib.1.
De Maria uirgine, lib.1.
Cambriæ epitomen, lib.1.
Topographiæ compendium, lib.1.
Commendationes Giraldi, lib.1.
In Ciſtercienſes monachos, lib.1.

Atque alia multa. Claruit circiter annum 1210. Balæus Cent.3.cap.16. Scriptorum Brytan. ex Giraldo Cambrienſi.

CICESTRENSIS.

RICHARDVS.

Richardus Vuichius, in Vigornienſi diœceſi natus, Oxonij & Pariſijs philoſophiæ artibusque inferioribus inuigilauit. Deinde toto ſeptennio Bononiæ pontificiorum canonũ feces auidè hauſit, quas prælegendo alijs iterum propinauit. Denique

nique in Angliam reuerſus, Oxonienſis gymnaſij & Cantuarienſis Eccleſiæ cancellarius, atque tandem etiam Ciſtrenſis epiſcopus efficitur. Non antem ſalutari animarum pabulo ouiculas ſuas pauit, ſed falſæ doctrinæ ueneno potius interemit. Dominicaſtris feriò recenſuit de liberatione Stephani & aliorum ex purgatorio. Eadmundi Cantuarienſis partes aduerſus Heinricum regem fouit. Scripſit

De officijs Eccleſiæ, lib.7.

Ad Innocentiũ IIII. contra regem epiſtolas plures.

Et alia quædam. Obijt anno 1252. ſuæ ætatis 56. cum annis 9. pręfuiſſet. Poſt decennium in diuorum catalogum relatua eſt ab Vrbano quarto. Balæus Cent 4. capite 14. ex Vilhelmo Vnodefordo & Boſtono Burienſi.

LEXOVIENSIS.

IORDANVS.

IOrdanns Lexouienſis, exercitui, quem Philippus Franciæ rex cõtra Albingenſes duxit, unà interfuit, epiſcopum ſcilicet & militem agens. Robertus Ganguinus lib.6. de rebus Francorum.

ELYENSES.

HVGO.

HVgo Balſamus interuentu pecuniæ Elyenſis epiſcopus factus, claruit circa annum 1250. Is ut literatus fuit, ita literarum ſtudia promouenda ſibi cenſuit. Itaque Cantabrigiæ in ædibus, quas ipſe extruxerat, collegium collocauit, diuoque Petro dicauit, ut ibi literarum ſtudia uigerent excolerenturque. Polydorus libro 16. Ang. hiſt.

EVSTATHIVS.

Euſtathius præfuit anno 1209. quo ut teſtis promulgationi interdicti aduerſus Ioannem Angliæ regem interfuit Atrebati. Chron. Fland. lib.8.

HEREFORDENSES.

IOHANNES.

IOhannes Beckton, iuris utriuſque Doctor, & epiſcopus Herefordenſis, in magna apud regem alioſque uiros principes autoritate fuit. Scripſit

De legibus Anglicanis, lib.1.

Obijt anno 1275. Balæus Cent.4. cap.44. Scriptorum Brytanniæ, ex Lelando.

THOMAS.

Thomas Crãtilepus, uir tum iuris tum S. Paginæ peritus, fit Herefordenſis epiſcopus anno 1277. Poſt mortem miracula facere dictus eſt. Polydorus libr.17. Anglicæ hiſtoriæ.

ROFFENSIS.

GVILHELMVS.

GVilhelmus Martonus Angliæ cancellarius, uir excellentis animi & uirtutis, fit Roffenſis epiſcopus anno 1285. ubi primùm Oxonij collegium conſtituiſſet, fundiſque locupletaſſet, ab eius nomine Martonum dictum. Polydor. libro 17. Anglicæ hiſtoriæ.

DVNELMENSES.

RICHARDVS.

RIchardus de Bariſco, epiſcopns Dunelmenſis, pręfuit anno 1221. & deinceps. Grauis inter ipſum & monachos orta diſſenſio eſt, quam ob cauſam ſe inuicem de Simonia, adulterio, ſacrilegio & periurio Romæ accuſabant. Cum ad ipſum referretur, quòd eius ſeruus monachum percuſsiſſet, dixiſſe fertur: Malè ei eueniat, quòd tonſum illum non occiderit. Balæus Cent.3. cap.82. Script. Brytan. in Append. ex Matthæo Pariſio.

NICOLAVS.

Nicolaus Ferneham, Oxoniæ primùm, deinde Pariſijs & Bononiæ ſtudia ſectatus, Medicinæ animum adieçit, Hippocratem, Dioſcoridem, Galenum ſtudioſè euoluit. Reuerſus in Angliam, Heinrico Regi charus fuit. Ciſtrenſem epiſcopatum adeptus anno 1241. ubi aliquandiu tenuiſſet, ad Dunelmenſem conceſſit. Scripſit

Practicas medicinæ, lib.1.

De uiribus herbarum, lib.1.

Atque alia. Balæus Cent.4. cap.3. Scriptorum Brytan. ex Matthæo Pariſio, Lelando & Vueſtmonaſterienſi.

GVALTERVS.

Gualterus ſucceſsit Nicolao. Balæus ibidem.

NORDOVICENSES.

IOANNES.

IOannes Graye, doctus & grauis uir, Nordouicenſis epiſcopus, in ſumma autoritate fuit apud regem Iohannem, à quo ad Romanum pontificem miſſus legatus fuerat, petiturus ut pontifex ſua autoritate, principum ſeditioné compeſceret. Polydorus lib.15. Ang. hiſtor. Defuncto Huberto Cantuarienſi, rex ipſum uoluit ſucceſſorem eius à monachis denominari: uerùm repulſam paſſus eſt, Romano pontifice eam electioné faciente irritam. Decertauit contra illos qui Arthurum Brytannorum regem nunquam fuiſſe contenderent. Hybernis à Iohanne pręfectus eſt, ut eos in officio contineret. Scripſit

Hiſtoriarum opus, lib.1.

Epiſtolas

Epiſtolas ad diuerſos, lib.1.

Atque nonnulla alia. Obijt anno 1216. Balæus Cent.3.cap.73. Scriptorum Brytan.

PANDVLPHVS.

Pandulphus iureconſultus, & Duraotus Templarius, miſsi legati ſunt ad Iohannem Angliæ regem anno 1208. ut ad recipiēdum Srephanum Cantuarienſem ipſum hortarentur. Verùm cum damnum clero illatum præſtare nollet rex, in Gallias reuertuntur infecto negocio. Poſtea idem iureconſultus ab eodem papa Innocentio ad Philippum Gallum mittitur, eumque ad inferendum Anglo bellum inflammat. Polydor. lib.15. Angl. hiſt. Demum Nordouicenſis fit epiſcopus, anno 1218. Idem lib.16.

GVALTERVS.

Gualterus Suthfelda Nordouicenſis epiſcopus, famis tempore io Anglia argenrea uaſa uendidir, ut pauperum egeſtati ſubueniret. Obijt anno 1258. Colceſtriæ. Balæus Cent.4.cap.26. ex Matth. Pariſ. in appendice.

CESTRIENSIS.

ALEXANDER.

ALexander Vuendock, uel Venedotius, Bononiæ pluribus annis ſtuduit, alijſque in locis, ubi & doctrinas philoſophicas & Theologiam addidicit, ut poſtea Tholoſani gymnaſij theologorum ſcholas regerer. Ceſtriēſis urbis epiſcopus nocturnas uiſiones & ſomnia illuſione diabolica habuit, quibus faſcinatus pullulantes ſectas approbabat, & pro coocionibus laudibus uehebat. Scripſit

Poſtillas in Pſalterium, lib.1.

Sermones & Lecturas, lib.2.

Er alia, anilibus fabulis & ſomnijs referta. Obijt anno 1238. & Ceſtriȩ ſepultus eſt. Balæus Centuria 3. capite 94. Scriptorum Brytan.

CONVENTRIENSIS.

ROGERVS.

ROgerus Vuesham claruit aono 1260. Succeſsit Oxonij Roberto Capironi, publiceq; in ſcholis Franciſcanorum prȩlegit, etiamſi ipſe Minorita non eſſet. Poſtea Capitonis beneficio Eccleſiæ Lincolniēſis decanus efficitur, & tandem etiam Conueotrienſis epiſcopus regis Henrici tertij munificentia. Balæus Ceot.10. cap. 68. ex Lelando.

LEGECESTRIENSIS.

IOHANNES.

IOhannes Baſingus, aliàs Baſyngſtocke, Magiſter, Oxoniæ ubi philoſophiæ fundameota ieciſſet, Pariſiorum Luteciam contendit. Nec oerò contentus illis quæ ibi didicerat, Athenas petijt, & Conſtantinam nobilem fœmioam de rerum natura eiuſq; cauſis diſputantē audiuit. Reuerſus Londinenſis archidiaconus primùm, dainde Legeceſtrienſis efficitur. Tranſtulit & edidir

Grammaticam Græcam, lib.1.

De concordia Euangeliſtarum, lib.1.

Conciones eruditas, lib.1.

Er alia oonnulla. Obijt anno 1252. Balæus Ceot.4.cap.15. Script. Brytannię, ex Lelando & Matthæo Pariſio.

ANDEGAVENSIS.

IOANNES Cātianus, natione Anglus, ubi bonas literas in patria didiciſſet, Galliam petijt, & in Aquitania cauſidicū egit: deinde canonicus Andegauenſis Eccleſiæ effectus in æde D. Virginis. Scripſit

De caſibus iuris, lib.2.

Rubricas quoq;, lib.1.

Et alia eius generis. Ad extremum anno 1247. Franciſcanorum ſeſe ſectæ adinoxit, in qua reliquum æui tempus tranſegit. Pōtifex eo legato uſus eſt ad exequendum ab Anglis pecuniam. Balæus Cent. 4.cap.8 Script. Brytan. ex Lelando & Thoma Eckleſtoo.

ASAPHENSIS.

ANIANVS.

ANianus de Schonaw, Dominicanus eruditus, claruit circa annum 1270. ut coniectura eſt. Is ubi in Eduardi regis (ut putatur) amicitiam ſeſe inſinuaſſet, confeſſorem eius aliquandiu egit. Denique ad epiſcopatum Aſaphenſem translatus eſt. Scripſir

Super fabulas poëtarum, lib.1.

Balæus Cent. 13. cap. 37. de Scriptoribua Brytanniæ.

MENEVENSIS.

SYLVESTER.

SYlueſter Giraldus Cambrēſis, ex Vualliæ prineipum familia oriundus, & in Penbrochiana prouincia natus, claruir anno 1250. Is ubi per totam Europam artium ſtudia ſectatus fuiſſet, ſeque uiris doctiſsimis eo quidem ſeculo adiūnxiſſet, Pariſium uenit, ibiq;, ubi aliquādiu Theologos audiuiſſet, ipſe poſtea ſacras lireras profeſſus eſt.

Heinrico regi Angliæ propter eruditionem eximiam fuir charus, necnon Iohannes filius eius in Hybernia eo uſus eſt ſecretario. Brankaniæ & Meneuiæ archidiaconus fuit, quamuis nonnulli Landauenſem eum faciunt archidiaconum. Ad extremum à ſuo clero io Meneuenſem eligitur epiſcopum, atq; confirmationis gratia

tia Romam petijt,anno 1200. ubi cum de ſuæ Eccleſiæ metropolirano iure ageret contra Hubertum Cantuarienſem, & alter quiſpiá auriſugas Romanos pecunia corrumperet, ſimul & dignitate & cauſa excidir. Scripſit quamplurima:

Topographiam Hyberniæ,	lib.4.
De expugnatione eiuſdem,	lib.3.
Topographiam Cambriæ,	lib.4.
Itinerarium eiuſdem,	lib.3.
Illuſtrationes Merlinorum,	lib.2.
Topographiam Brytan.primæ,	lib.4.
Diſtinctiones Giraldi,	lib.1.
Relationem dormientium,	lib.1.
In opera quædam Senecæ,	lib.1.
Speculum Eccleſiæ,	lib.4.
De planctu lachrymabili,	lib.1.
Pro reddenda talione,	lib.1.
Vitam Heinrici ſecundi,	lib.3.
Acta regis Iohannis,	lib.1.
Ad Stephanum Cantuarienſem,	lib.1.
De inſtitutione principis,	lib.3.
Super Merlino Caledonio,	lib.1.
Super Ambroſio Merlino,	lib.1.
Gemmam Eccleſiaſticam,	lib.1.
Epithalamion,	lib.1.
Inuectiones triennales,	lib.1.
De miſetia conditionis humanæ,	lib.1.
Epigrammata uaria,	lib.1.
Carmina metrica,	lib.1.
De Ciſtercienſium nequitijs,	lib.1.
Epiſtolas & dictamina,	lib.1.
Vaticinalem hiſtoriam,	lib.1.
Geſta laborioſa Giraldi,	lib.3.
De auibus & earum naturis,	lib.1.
Rhetoricas orationes,	lib.1.
De illaudabilibus Cambrorum,	lib.3.
De procemijs ſuorum Operum,	lib.1.
Deſcriptiones magnorũ uirorum,	lib.1.
Symbolum electorum,ad Mapes,	lib.1.
Coſmographiam mundi,	lib.1.
Chronographiam eiuſdem,	lib.1.
Speculum commonitorum,	lib.1.
Speculum conſolatorium,	lib.1.
Remordentes epiſtolas,	lib.1.
Querulum carmen,	lib.1.
Certamina Galfridi Eboracenſis,	lib.1.
De quærente & ſoluente,	lib.1.
De honeſtate clericali,	lib.1.
Cambricæ mappę expoſitionem,	lib.1.
Dialogus proſaicus,	lib.1.
Vitam Ethelberti martyris,	lib.1.
Vitam Dauidis Meneuenſis,	lib.1.
Vitam Caradoci presbyteri,	lib.1.
Vitam Remigij Lincolnienſis,	lib.1.
Vitam Hugonis Carthuſiani,	lib.1.
De monachis & clericis,	lib.1.
De floſculis philoſophicis,	lib.1.
Ad inuectiones Huberti,	lib.1.
Ad æmulorum obiecta,	lib.1.
Itinerarium Balduini,	lib.1.
De fidei fructu & defectu,	lib.1.
De Mahumeto & eius nequitijs,	lib.1.
Pro Guidone Varuuicenſi,	lib.1.
Prærogatiuarum computum,	lib.1.
De mundi mirabilibus,	lib.1.

Atque alia plura. Ciſtercienſis quidam monachus eum de proditione accuſauit, cuius uiperæ morſum tamen euaſit. Senex,ubi exceſsiſſet annum ſeptuageſimũ, obijt, & in Meneuerſi eccleſia ſepultus eſt.Balęus Cent.3.cap.59.Scriptorum Brytanniæ,ex Iohanne Lelando.

DVBLINENSES.

IOANNES.

IOannes Derlington, Dominicanus & Theologiæ magiſter noſter, ac auricularis Heinrici tertij confeſſor, tandem fit archiepiſcopus Dublinenſis. Erar Romanis uulturibus admodum quæſtuoſus, ideoque tres pontifices, Ioannes 21. Nicolaus 3. & Martinus 4. ipſum per Angliam & Hyberniam ſuum quæſtorem conſtituebant, & tandem etiam Dublinenſem archiepiſcopum. Scripſit

Concordátias magnas Anglicanas,	li.1.
Sermones ad utrumq; ſtatum,	lib.1.
Diſceptationes ſcholaſticas,	lib.1.

Et alia quædam. Obijt anno 1284. ſui pontificatus ſeptimo, & Londini apud Dominicanos ſepultus eſt. Balæus Cent.4. cap. 56. ex Lelando.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Hothun uel Hodon, Pariſienſis doctor, & Dominicanorum per Angliam prouincialis, ubi bis pluribus annis eius gentis curám cum ſplendore geſſit (ut Balæi uerbis utamur) miſſus eſt legatus ab Eduuardo rege ad Bonifacium VIII. anno 1298. à quo Dublinenſis archiepiſcopus, & citerioris Hyberniæ primas deſignatus eſt, interuentu ſcilicet pecuniæ. Videbatur iſti portento admodum utilis ad euacuandas hominum crumenas per Angliam: ſiquidem & animoſus erat,& plurimum ad conciliandos hominum fauores idoneus. Scripſit

Gloſſas ſententiarum,	lib.4.
Quæſtiones ſuper primum,	lib.1.
De immediata Dei uiſione,	lib.1.
De unitate formarum,	lib.1.
Lecturas ſcholaſticas,	lib.1.

Roma rediens, apud Diuionem in Burgundiá humanis rebus ualedixit eodem anno, quo creatus erat Dublinenſis pontifex, eius cadauere Londinum uſq; deportato. Balæus Cent.4.cap.74. Script.Brytanniæ.

HY-

HYBERNIAE Epiſcopi.

MIDENSIS.

GVILHELMVS.

GVilhelmus Pagham, ſeu de Pagula, in Cantuarienſi diœceſi natus, Carmelita, uir magni ingenij, claruit anno 1280. Oxonij & Pariſijs propter ſingularem eruditionem ſummum in Theologia gradum promeruit. Genuę in ſynodo generali, prouincialis Carmelitarum in Anglia & Scotia cōſtitutus eſt, & tandem epiſcopus Midenſis in Hybernia à Clemente V. pontifice. Scripſit

Lecturam ſententiarum,	lib. 4.
Placita Theologica,	lib. 1.
De perfectione intellectus,	lib. 1.
De noticia actuali,	lib. 1.
De ueritate formali,	lib. 1.
De ente rationis,	lib. 1.
Quæſtiones ordinarias,	lib. 1.
Conciones populares,	lib. 1.

Aliaq́; plura. Balæus Cent. 4. cap. 52. Scriptorum Brytan. ex Lelando & Iohanne Vualſingamo eius diſcipulo.

GORNIÆ.

MARCVS Grondriæ & Inſularum epiſcopus, Carmelita, claruit anno 1280. Balæus Cent. 4. cap. 52. Scriptorum Brytanniæ.

SCOTIAE Epiſcopi.

CATHANENSIS.

ADAMVS.

ADamus epiſcopus Cathanēſis, à ſuis ciuibus in propria culina primùm crudeliter uirgis cæſus, crematur anno 1227. quòd quoſdā eorum propter ſubtractas decimas excōmunicaſſet. Hector Boëtius lib. 13. hiſt. Scotorum.

GILBERTVS.

Gilbertus Scotiæ carthophylax ſeu cancellarius, Adamo ſucceſsit. Ei Alexander rex priuilegia regni, accepta à pontifice, aſſeruanda tradidit. Ibidem lib. 13.

DVNKELDENSIS.

RICHARDVS.

RIchardus Dunckeldenſis epiſcopus, Alexandri regis cancellarius, Carmelitis primùm in Scotiam aduentantibus capellam prope Perth apud Tullilum attribuit, liberaliterque dotauit, anno 1257. Iohan. Maior lib. 4. cap. 12. de geſtis Scotorum.

GLASGVENSIS.

GVILHELMVS.

GVilhelmus Glaſguēſis epiſcopus, templum cathedrale Glaſguenſe ſuis fermè ſumptibus magnificè extruxit, & non multo pòſt ſuperuixit. Hector Boëtius libro 13. hiſtoriæ Scotorum.

ROBERTVS.

Robertus Glaſguenſis epiſcopus eam Scotiæ partem, quæ ad Auſtrum uergit, regendam accepit poſt mortem Alexandri regis. Boëtius lib. 14.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Fraſeier, S. Andreæ epiſcopus, claruit anno 1273. Is poſt Alexandri regis mortem partem gubernationis ſuſtinuit in regno ibi, ubi ad Septentrionē tendit. Boëtius lib. 14. Vſus eſt etiam eo in legationibus Ioannes Baliolus pro redintegrando fœdere cum Gallo. Ibidem.

DANIAE Epiſcopi.

IACOBVS LVNDENSIS.

IAcobus Lundēſis archiepiſcopus præfuit circa annum 1250. Is à Chriſtophoro rege incluſus carceri, & per integros nouem annos detentus eſt, decimarum cauſa. Quamobrem Dania toto illo tempore interdictum pontificium paſſa eſt, quod tandē relaxauit Guido legatus pontificius. Cranzius in Dania lib. 7. cap. 24.

NORVECIAE.

TORPHINVS HAMERSNSIS.

TOrphinus Hamerēſis epiſcopus pulſus à rege Noruegiæ ſua ſede, anno 1284. exulq́; uixit in Thoſa monaſterio prope Brugas. Chron. Fland. lib. 10.

SVECIAE.

VPSALENSES.

VALERIVS.

VAlerius Vpſalenſis archiepiſcopus ordine quintus, Olao ſucceſsit, pallium Romanum ab Innocentio tertio redimens. Is Suerchonem homicidam in gratiam recepit, pœnitentiam ei imperans. Eo interfecto, & Erico ad gubernationē ſublimato, ipſi à conſilijs fuit, ſemper de illis admonens, quæ ad publicam utilitatē referre uidebantur. Ad extremum extincto Erico, ubi Iohannem cognomento Pium ad regni faſtigium euexiſſet, collectus eſt ad ſuos prędeceſſores, anno 1219. 7. idus Aprilis. Iohan. Mag. in Metrop. lib. 2.

OLAVS.

OLAVS.

Olaus ſucceſsit Valerio. Is ubi pallium ab Honorio tertio accepiſſet, ſatis quietè præfuit. Mortuo Iohanne rege, regni proceribus autor & ſuaſor fuit eligendi Erici Balbi in ſucceſſorem regni; ipſi ſanguine iunctum. Præfuit annis 14. Obijt anno 1234. 13. calend. Aprilis, & ſepultus eſt in antiqua Vpſalia. Metropolis Iohan. Magni libro 3.

IARLERVS.

Iarlerus Olao ſuccedit ad annum 1235. Linum Romanum, quod ore tumido pallium nocat, accepit à Gregorio nono, non tamen gratis: ſiquidem ſedes illa ſubinde aurum ſitit, auroque expleri nequit. Is ab Erico rege & pleriſque adamatus fertur, quòd alioquin honeſtus, iuſtus, manſuetus uideretur, conſilioque ualeret. Regi autor fuit, nt Tauaſtis bellum inferret, & ad acceptandam Chriſti religionem ui cogeret, nona ſanè ratione, quam Chriſtus & Apoſtoli neſciuerunt. Birgerum ducem ad publicam adegit pœnitentiã, eo quòd Folchungos nefariè trucidaſſet. Obijt anno 1260. 8. calend. Septemb. Metropol. Iohan. Magni lib. 3.

LAVRENTIVS.

Laurentius ſucceſsit Iarlero. Is, ubi Minoritæ magno numero in Sueciam ut locuſtæ primum inuolaſſent, factus eſt & ipſe Minorita, ſuoq; exemplo plurimis alijs nocuit, ut deſertis ſuis ſtationibus, in quas diuinitùs collocati fuerant, Franciſci regulam profiterentur.

Hoc modo cum plurimos ſanctitatis opinione faſcinaſſet, tantus à pleriſque habitus eſt, nt à clero populoque unanimi conſenſu archiepiſcopus decerneretur. Confirmationem & pallium ab Vrbano quarto accepit, ne ſcilicet magnæ iſtius meretricis characteribus carere uideretur. Turbas in regno quantum potuit impediuit. Eius conſilio Valdemarus conſtitutus rex fuit, quem in Folchungos ſpirantem minas & cædes, à propoſito deiecit, præcipiens ut gladium reconderet, niſi eo perire cuperet: & ſatis ſuperque ſanguinis eſſe effuſum aliquot annis, ideoque magis de pœnitentia, quàm de pluribus cædibus cogitandum eſſe. Obijt anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimoſeptimo, tertio nonas Martij, & Europiæ ſepultus eſt. Metrop. Iohan. Magni lib. 3.

FOLCO.

Folco ex archidiacono Eccleſiæ Vpſalenſis fit archiepiſcopus, Laurentio extincto. Pallium ære plurimo acquiſiuit à Gregorio nono. Is Vpſalenſem eccleſiam extruxit magnificè, ut architectum uerius, quàm archiepiſcopum diceres. Sedem ab antiqna Vpſalia ad nonam tranſtulit: numerum ocioſorum canonicorum duplicauit (fuerant enim ad illud uſque tempus tantùm quatuor) ne qui deeſſent frugibus conſumendis periti atque idonei. Ipſum Chriſtum ſui patrimonij hæredem conſtituit. Sacrilegis locum ſupplicij in inferno deſtinauit.

Valdemaro regi, ſuo conſanguineo, in concilio publico poteſtatem regiam abrogauit, ſubditos à iuramento omnique obedientia abſoluit, quòd & in Deum impiè & in homines tyrannicè ageret, grauiter limites ſuæ uocationis tranſiliens. Hoc igitur modo deiecto Valdemaro, Magnum cognomine Zadalaam regia corona inſigniuit, & paulo pòſt colligitur ad ſuos patres, anno 1277. 5. nonas Maij, & ſepelitur Vpſaliæ. Metropolis Iohan. Magni lib. 3.

IACOBVS.

Iacobus Erlandi cum à Nicolao tertio confirmationem & pallium accepiſſet, ſuccedit. Pacis ſtudioſus fuit, ſiquidem inter Folchungos & regem Magnum, pro uirili omnem liuorem tollere conatus eſt. Rex enim tum ex Germania, tum ex Dania quoſdam ad ampliſsimos in regno honores euexerat, quod Volghungi ad ſui contemptum pertinere putabant. Obijt nondum hac diſſenſione compoſita, anno 1281. & ſepultus eſt Vpſaliæ 8. calend. Nouembris. Iohan. Mag. in Metrop. libro tertio.

IOHANNES ODOL*phus*.

Iacobo extincto, ſedes illa 14. annis gubernatore deſtituta fuit, non quòd nullus adeſſet (præfuerũt enim tres) ſed quòd Iohãnes Magnus plus nimiũ Romanis pontificibus fauens, propter non accepta pallia inter reliquos archiepiſcopos numerare haud dignatur, & interim tamen numerat. Igitur poſt longam deliberationem Iohannes Odolphi eligitur circa feſtum natiuitatis, anno milleſimo ducenteſimo octogeſimoprimo. Verùm Romæ coram Martino quarto muneri huic ſe abdicauit ſequenti anno, priuatam quietem publicis curis & laboribus præferens. Iohan. Mag. lib. 3. Metrop.

MAGNVS BOETIVS.

Magnus Boetius Iohanni ſubſtituitur. Sed quia à Iohanne Lundinenſi confirmationem accepit, de pallio ſedis apoſtolicæ ſperans ſe ſine omni mora acceptarum,

ſpe fruſtratus eſt. Neque enim à Martino & Honorio linum Romanum impetrare potuit, licet ſedulò peteret, ut neceſſe fuerit totis ſeptem annis uti ſuffraganei opera, ſi quid epiſcopale faciendum eſſet. Regi Magno autor fuit, ut Valdemarum fratrem cuſtodiæ traderet. Folchuugos eidem conciliauit. Nuptias confecit inter Primiſlaum Poloniæ regem & Richiſſam Valdemari filiam, uſus in hac re coadiutore Erico Magdeburgenſi præſule. Effecit quoq;, ut Arno inſula & torrens Vpſaliſti Eccleſiæ in poſſeſſionē cederent. Metrop. Iohan. Magni lib. 3.

IOHANNES.

Iohannes monachus Siſtuneuſis, Dominicanus, qui ex monacho Aboenſis epiſcopus factus, ad Vpſalenſem transfertur poſt Magnum Boetium. Coluit deos alienos. Deuotus enim fuit Mariæ uirgini. Pallium allaturus in Gallijs obijt anno 1291. in die natiuitatis Mariæ. Mortuus in Sueciam allatus, in Siſtunenſi monaſterio humatur. Metrop. Iohan. Magni lib. 3.

NICOLAVS.

Nicolaus natione Suecus, qui familiariter notus fuerat pontifici Bonifacio octauo Anagniæ, & cardinalibus, ſublato Iohanne ſine omni difficultate Romanum impetrauit linum, pallium uulgò uocant. Reuerſus in patriam, honorificeq; exceptus, protinus ſynodum coegit Arbogis. Torchillum quendam Birgeri regis conſiliarium, auaritiæ ſtudentem plus quàm par erat, grauiter ſui officij commonefecit, qui penè id effeciſſet, ut carceri mancipatus fuiſſet. Obijt anno 1305. 2. nonas Februarij, & Vpſaliæ ſepultus eſt. Iohan. Mag. lib. 3. Metrop.

BENEDICTVS LINCOPIENSIS.

Benedictus Valdemari regis Sueonum frater germanus, iuſſu Folconis metropolitani & reliquorum, ſubditos ab omni obedientia erga fratrem abſoluit, liberoſque pronunciauit. Folchungorum etiam aliorumq; procerum nomine poſtulata ad Magnum retulit, ne extranei ipſis præferentur, honoribusq; cumularentur, ipſis poſthabitis. Iohan. Magnus libro tertio in Metrop.

SCARENSES.

BENEDICTVS.

Benedictus præfuit ad annum 1220. Ei Veſtrogothi ob eccleſiaſtica prædia negocium fecerunt. Iohan. Magnus libro 19. Gothicæ hiſtoriæ.

BRINOLPHVS.

Brinolphus ex Folchungis oriundus, epiſcopus Scarenſis, claruit circiter annum 1280. Is annis uiginti & duobus literis operam nauauit Pariſijs, alioſq; docuit, quem tandem in diuorum numerū relatum eſſe teſtatur Iohannes Magnus libro 3. in Metropoli.

LIVONIAE Epiſcopi.

RIGENSES.

ALBERTVS.

Albertus Bertholdo ſucceſsit anno 1204. Primus ordinem fratrū gladij inchoauit, ut ſcilicet homines barbaros contineret eò facilius in officio, tertiamq; partem redituum Eccleſiæ Rigenſis huic ordini attribuit. Cromerus lib. 7. de rebus Polonorum. Miſit Conrado Polono in auxilium contra Pruſſos aliquot ſuorum fratrū, qui rubri enſis imaginem cum cruce in pallio inſutam geſtant: quos Pruſſi, exceptis quinq;, omnes ad unum uſq; interfecerunt, anno 1222. Ibidem. Primus Rigam urbem muro cinxit & muniuit. Cranz. lib. 7. cap. 14. Saxoniæ. Obijt tandē anno 1229. Ibidem lib. 8. cap. 4.

NICOLAVS.

Alberto priore extincto, de ſucceſſore conſtituendo diu etiam Romæ litigarunt Bremenſes & canonici Rigenſes. Bremenſes iure ad ſe pertinere arbitrati, Albertum Scholaſticum Bremenſem ſucceſſorem denominant: Rigenſes Nicolaum quendam. Verùm uicerunt tandem Rigenſes. Cranzius libro octauo, capite quarto in Saxonia.

ALBERTVS II.

Albertus 2. Scholaſticus Bremenſis, omni literarum genere doctiſsimus, ubi legationis munus obiuiſſet in Pruſsiam & Liuoniā, à papa Innocētio quarto eò miſſus, & ſex annis Lubecēſem ſedē occupaſſet, tandem anno 1246. primus archiepiſcopus Rigenſis conſtitutus eſt, cuius repulſam antea paſſus fuerat. Cranz. lib. 8. cap. 4. in Saxonia.

LEALHENSIS.

BERNHARDVS.

Bernhardus comes de Lippia, monaſterium ingreſſus, primùm fit abbas: deinde, ubi peregrinandi afficeretur deſiderio, in epiſcopum Lealhenſem cōſecratus eſt. Is filium Gerhardum Bremenſem rāncido inunxit oleo. Metropolis Cranzij libro 7. capite 40.

DE MONACHIS.

CYRILLVS *Aſiaticus.*

CYrillus natione Græcus, generalis Carmelitarum præſes, regi Armenię cum omnibus epiſcopis & regni ſubditis ſuaſit, ut Romano pontifici ſe ſubijcerent, anno 1181. qua de re Mantuanus lib. 3. Faſtorum ſcribit:

Tu uenerande pater, per Medica cum iam
Regna, per Armenias urbes, Parthosq́; p omnes
Vndiq; ſparſiſſes diuini ſemina uerbi,
Attritus grauitate æui, grauitate laborum,
Ad ſtata perpetuæ migraſti gaudia uitæ.

Hunc nugantur nouam Apocalypſin inter miſsificandũ accepiſſe anno 1192. cum ad Carmelum redijſſet, ipſius Dei digito inſcriptam tabulis argẽteis, de futuro Eccleſiæ ſtatu. cuius idem Mantuanus lib. 5. Faſtorum hoc pacto meminit:

Cyrillus diuinus homo, cum ſacra litaret
Mane ſub auroram, ſacra ueſtitus abolla
(Res miranda) puer fulgenti ſplendidus ore
Aſtitit ante uirum, liquidis ſuſpenſus in auris:
Argentumq́;, docens annorum fata ſequentum,
Protulit, & manibus pronis dimiſit in aram,
Adijciens: Deus iſta tibi ſecreta reuelat,
Sancte pater, tu fac populis ea nota Latinis.
Continuò mutans Romanis Attica uerbis
Nomina, ad abbatem Siculum tranſmiſit, & ille
Confeſtim in Latium, ſcholijs ad ſingula iunctis:
Quæ ſupãt, et habẽtur adhuc, paßimq́; legũtur.

Scripta eius hæc recenſentur à Tritemio in libello de ſcriptoribus Eccleſiaſticis:

De oraculo angelico ad abbatem Ioachim, lib. 1.
cum Prologo.
De proceſſu ſui ordinis, lib. 1.
Epiſtolas ad diuerſos.

Obijt anno 1234. Balæus lib. 5. de actis Romanorum pontificum, & Centuria 3. cap. 93. ſcriptorum Britanniæ in Appendice.

EVROPAE.

MONACHI ITALIÆ.

ORDINIS EREMITArum D. Auguſtini.

IOHANNES BONVS.

IOhannes Bonus Mantuanus, eremitarum D. Auguſtini ordinis inſtaurator, ſub initium huius ſeculi claruit. Is nobili ortus ſtemmate, affluens diuitijs, & ſodalium improbitate, quibus utebatur familiariter, corruptus, iuuenis adhuc uoluptatibus ſeſe dedidit, quã ob cauſam mater in luctu & mœrore uerſabatur quotidie. Filius tandem graui corripitur morbo, ut de uita etiam periclitaretur. Ibi uotum uouit, ſi ſanitati reſtitueretur, ſe in poſterum in religioſo monachorum habitu Deo deſeruiturum. Res ſuccedit. Conualeſcit: mater extremam claudit diem. Tum ſua peccata confitetur, facultates uendit, & inter pauperes pecuniá diſtribuit. His peractis, in Flaminia non procul à Ceſena urbe ſpeluncam habitationẽ eligit, in qua ſe ſupra modum affligit.

Cum aliquando uirũ ſe eſſe, ſtimulosq́; libidinis perſentiſceret, hoc uſus remedio eſt. Arundinẽ in minutiſsimas cõſcidit partes, easq́; præacutas ſub digitorum unguibus ad ſummum uſq; infixit, ut ex nimio dolore corrueret, & ſic tanquam mortuus toto penè triduo iaceret. Multò rectius ſibi homo ſtolidus conſuluiſſet, ſi Paulinum illud fuiſſet ſectatus: Melius eſt nubere, quàm uri. Verùm hoc ſeculum tales prodigioſos ſanctos producit. Apparet poſt triduum ille cui inſeruiebat, & hiſce uerbis ipſum affatur: Fili, quia utiliter feciſti, optimè uitam conſummabis, & deinceps nõ ſenties aliquid eiuſmodi. Sicq́; uixit ad mortem uſq; cælebs, carnis pruritum ab eo tempore nõ ſentiens, ſi credere fas eſt.

Cum igitur ob uitæ rigorẽ iam omnib. eſſet admirationi, multos etiam ex ſecularibus adipiſcitur ſectatores, quorũ omniũ pater & doctor eſt conſtitutus. His per Flaminiá & Vmbriá monaſteria extruxit, qui corrupto uocabulo Zambonitę dicti ſunt.

Ad extremum, cùm totis annis quinquaginta in promouendo ſuperſtitioſo eremitarum uitæ genere plurimum deſudaſſet, Mantuam reuertitur, ibiq́; in paruo monaſterio, ipſi à Mantuanis extructo, animam exhalat, anno 1222. Paulo pòſt cadauer exanime ad cœnobiũ S. Agnetis transfertur, ubi ſatan per falſa miracula multis impoſuit. Bergomenſis lib. 12. Schedelius ætat. 6.

AVGVSTINVS *Nouellus.*

Auguſtinus de Iterano, natione Siculus, Iureconſultus & Theologus doctiſsimus, ob excellentem doctrinam & uitæ auſteritatem dictus eſt S. Auguſtinus Nouellus. Primùm Manfredi Siciliæ regis cõſiliarius fuit. Quo interfecto, ſuæ uitæ uolens conſulere, ordinem eremitarum S. Auguſtini in Sicilia ingreſſus eſt. Deinde accepta licentia à ſuperioribus, in Thuſcia locũ elegit, cui nomen eſt S. Antonij de Ruſano. Ibi cum innoteſceret, in pœnitentiarium Romani pontificis aſſumptus eſt. Si qua res difficilis occurrebat, ab eo, tãquam ab altero quodam Apolline, in Romana curia conſilium petebant. Generalis ſui ordinis conſtitutus, ſtatim munus id in capitulo Neapoli congregato reſignauit. Ad ex-

tremum Senas Ethruriæ urbem reuerſus, reliquum æui tranſegit ſolitarius uſque ad annum Chriſti 1303. quo diem ſuum obijt. Epiſcopus Senenſis, cum uniuerſo populo, ubi reliqui monachi cadauer exanime terræ mandaturi conueniſſent, id ne fieret interdixit, indignũ aſſerens, tantum uirum terra obruere, qui loco celebriori collocandus ſit. Et uiuus & mortuus miracula edidiſſe fertur. Bergomenſis libro decimotertio.

MARTINVS CISTERCIENSIS.

Martinus Scotus, monachus Ciſtercienſis inſigniter doctus, Romæ in precio fuit ad annum 1252. Scripſit breuem hiſtoriam, quam Martinianam ſuo de nomine appellauit. Quamuis illud opus nonnulli cuidã Martino epiſcopo ordinis prędicatorum attribuerunt. Vincentij continuator libro trigeſimoprimo, Bergomẽſis libro 13.

ORDINIS MINORVM. FRANCISCVS.

Franciſcus Seraphicus, patre natus eſt Petro Bernardione Aſſiſij, quæ uallis Spoletanæ ciuitas eſt. Bonauẽt. cap. 6. Vincentius Petrũ de Berdone uocat li. 30. cap. 101. Volaterranus propterea Franciſcũ nominatũ oſtendit, quòd pater, quem Petrũ Bernardonum uocat, ad Francos penetrauerat mercium cauſa. li. 21. Anthrop. Martinus Capellanus refert, Iohannem fuiſſe dictum, antequã monaſticæ uitæ ſe traderet. Literis operã dedit in Eccleſia S. Georgij Aſſiſijs, ubi poſtea etiã primùm ad populum concionem habuit. Bonauen. cap. 15. in maiori legenda Franciſci.

Vbi uerò Aſſiſij in Italia aliquem in literis profectum feciſſet, animum mercaturę adiecit, tanquam genus uitæ quęſtuoſum. In eo inſolentior factus, ſiquidem opibus affluebat, uitam prorſus diſſolutam uixit, ad annum uſq; ætatis ſuæ uiceſimũ quintum. Et quamuis ad tempus morbis affectus immutatus uideretur, attamẽ ad priorem uomitum redijt. Vincent. lib. 29. cap. 97. Neq; tamẽ, etiamſi opibus afflueret, in theſauro corruptibili ſpem poſuit: ſed multò magis liberaliter de illis quæ aderãt, pauperibus petentib. largiebatur. Bonauentura in maiori legenda Franciſci cap. 1.

Ioannis Boni Mantuani eremitæ diſcipulum fuiſſe, teſtatur Bergomenſis lib. 13. à quo religionis habitũ ſuſcepit, ut ex cuiuſdã tabellarij chirographo autentico citat.

Scripta eius.

Scripſit breuem regulam minorũ, lib. 1.
Teſtamentum breue, lib. 1.
Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

Doctrina eius.

De cruce Chriſti iugiter ſuos aſſeclas docere ſolitus eſt. Sic eos orare docuit: Cum orabitis, dicite: Pater noſter. Et: Adoramus te Chriſte ad omnes Eccleſias tuas, quæ ſunt in toto mundo, & benedicimus tibi. Quia per ſanctam tuam crucem redemiſti mundum. Vincentius libro 30. capite 99.

Deum in omnibus & ex omnibus creaturis laudandum. Sacerdotes præcipua reuerentia honorandos. Firmiter credendum & ſimpliciter confitendum, quod credit & profitetur Romana Eccleſia.

Sedulò hortatus eſt ſuos, ut mulierum conſortia, colloquia uitarẽt, & ne quidem intuerentur: ſiquidem hoc pacto infirmos frangi, firmiores infirmari diceret. Bonauent. cap. 5.

Friuolum eſſe dixit colloquiũ mulieris, niſi fortè cõfeſsio earum ſit audienda, uel alioquin inſtituendæ, quantum ſaluti & honeſtati expedit. Ibidem.

Ocium, omnium malarũ cogitationum ſentinam, ſummopere fugiendũ cenſuit. Ideoq; ocioſos & uagos ſolitus eſt appellare, fratres muſcas, quòd nihil facientes boni, benefacta inficiant, ſeq; abominabiles reddant. Ibidem.

Silentium rigidè à ſuis obſeruari noluit: loquaces & uaniloquos acriter obiurgauit. Ibidem.

Iuſsit non cibum, ſed charitatem ſuis eſſe in exemplũ: idq; hac occaſione, quòd fratrum quiſpiam ob nimiam cibi abſtinentiam nocte quadam in præſenti uerſaretur periculo. Quod ubi uideret, iuſsit panem apponi, & prior aliquantulum ſumpſit, ne ſcilicet frater pudeſieret: ſicq; illum ſeruauit. Ibidem.

Sordes peccatorum aſsiduè deflere iuſſit, quod & ipſe fecit, ita ut grauiſsimè ex oculis propterea laborare inciperet. Ibidem.

Paupertatem ſpecialem eſſe ſalutis uiam dixit, tanquam humilitatis fomentum perfectionisq; radicem, cuius fructus multiplex eſt, ſed occultus. Hanc eſſe illum theſaurum abſconditum, cuius cauſa omnia ſunt uendenda. Sic uerò ad eam perueniri, ſi quis non ſolùm mundanæ prudentiæ, ſed etiam literarum peritiæ quodammodo renunciet. capite 7. in legenda maiore.

Pecuniam ſeruis Dei aliud nihil eſſe, quàm diabolum & uenenatum colubrũ, ſolitus eſt dicere. cap. 7.

Beneplacitum eſſe Domino in paupertate, & maximè ea quę uolũtaria pro Chriſto mendicitas eſt. Ibidem.

Fratres minores hac nouiſsima horà mundo

mundo commodatos eſſe, ut electi in eis impleant, unde à iudice commendentur, audiantq; illud: Quodcũq; feciſtis uni ex his minimis, mihi feciſtis. cap. 7.

Panem angelicũ illum eſſe dicebat, quẽ pro Dei petitũ amore, & beatis ſuggerentibus angelis, pro ipſius charitate largitum, ſancta paupertas collegit oſtiatim. cap. 7.

Pecuniam ſeu denarioa ſolitus eſt uocare muſcas. Ibidem.

Plangendũ prædicatorem tanquã uera pietate priuatum, ſiue qui in prædicarione non animarũ quærit ſalutem, ſed propriã laudem: ſiue qui prauitate uitæ deſtruit, quod ædificat ueritate doctrinæ. cap. 8. in legenda maiori.

Detractionis uitinm inimicũ fonti pietaris & gratiæ, tanquam ſerpentinum morſnm & atrociſsimam peſtem abhorrebat, & Deo abominabile eſſe dicebat, quòd detractor animarum ſanguine paſcitur, quas gladio linguæ necat. cap. 8. Item, obtrectatorem ad Deũ leuare oculos non poſſe, niſi quod prius abſtulerat, reddere pro poſſe curaret. Ibidem.

Furtum reputari à Deo, ſi qnis non magis egenri det quod fert, quàm ſibi ipſi retineat. cap. 8.

Saluti animarũ nihil præferendum eſſe dicebat, eo maximè probans, quòd unigenitus Dei pro animabus dignatus fuerit in cruce pendere. cap. 9.

Orarionis gratiam uiro religioſo deſiderandã ſuper omnia, firmiter aſſerebat, nullumq; ſine ipſa in Dei proſperari ſeruitio: atq; etiam omnibus modis ſuos fratres ad eius ſtudium excitabat. cap. 10.

Familiaribus ſæpe dixit: Quando ſernus Dei orans uiſitatur diuinitùs, dicat: Iſtam conſolationem mihi peccatori & indigno de cœlo miſiſti Domine, & ego illam tuæ committo cuſtodiæ: quia theſauri tui me ſentio eſſe latorem. Cum ab oratione reuertitur, ſic debet ſe pauperculum & peccatorem oſtendere, ac ſi nullam ſit nouam gratiam conſecutus. capite decimo.

De illis qni lectioni ſacrorum nolumintim intendebant, inter ſuos ſectatores Interrogatus, dixit: Mihi quidẽ placet: dum tamen exemplo Chriſti, qui magis oraſſe quàm legiſſe inuenitur, orationis ſtudium non intermittant. Nec rantùm ſtudeant qualiter loqui debeant, ſed ut audita faciant, & cum fecerint, alijs facienda proponant. Volo fratres meos diſcipulos Euangelicos eſſe, ſicq; in noricia ueritatis proficere, ut in ſimplicitatis puritate concreſcant, ut ſimplicitatem columbarum à prudentia ſerpentina non ſeparent, quas Magiſter eximius ore ſuo benedicto coniunxit. cap. 11.

Dona eius.

Hoſtienſi epiſcopo prædixit, fore aliquando ipſum ponrificem Romanum: id quod poſtea euentns comprobauit, & dictus eſt Gregorius nonus. Bonauentura cap. 6. in maiore legenda.

Sacrarum literarum etiamſi peritiã non habuit, qnòd ab ineunte ætate in illis addiſcendis non multum operæ collocaſſet, nihilominus tamẽ etiam uel maximè myſteria earum ſcrutatus eſt. cap. 11.

Quæ aliquando in Biblijs legit, memoriæ tenaciter infixir. Ibidem.

Cuidam ſeni quæſtiones aliquot difficiles explicuiſſe ea dexteritate fertur, nt ille etiamſi in Theologia peritus haberetur, nihilominus diceret, ſuam Theologiã humi ſerpere, Franciſci uerò inſtar aquilæ in ſublime ferri. Bonauen. cap. 11.

Futura præuidiſſe, occulta cordiũ ſcrutatum eſſe, abſentia uidiſſe, abſentibusq; ſe præſentem exhibuiſſe, nſqne adeò nugatur Bonauentura, ut amplius quippiam quàm ſemideum, contra manifeſtum Dei uerbum, ex eo efficiat, cuius aliquot narrationes ſubijciemus. cap. 11.

Prædixiſſe fertur infœlicem Damiatæ in Ægypto expugnationem. Er quia nemo illum ſequi uolebat, imò pro fatuo pleriq; haberent, eum euentum ipſius prædictioni fidem feciſſe. Ibidem.

Inuitatus à milite qnodam ad prandium, antequam menſæ cum ſuo ſodalitio accumberet, iuſsit hoſpitem ſeſe præparare tum pœnitentia, tnm omnium peccatorum ſcrupuloſa confeſsione, ad tranſitum ex hac uita: fore enim, ut paulo pòſt animã efflaret. Cumq; uix menſæ accubuiſſent, protinus quod prædixit euenit. Ibidem.

Quendam ſuorum, Gedeonem prębendarium cruce ſignatum Reatæ grauiter decumbentem ſanitati reſtituit, prædicena multò grauius perpeſſurũ, ſi ingratus exiſteret, & ad priorem rediret uomitũ. Nec multo pòſt in domo cuiuſdam canonici, domus tecto nocte obtutus occubuit. Ibidem.

Nobilis quædam fœmina apnd illum conqueſta eſt, quaſi à marito prohiberetur à Dei ſeruitio: quod quale ſit, ex ſequentibus patebit. Iubet illam bono eſſe animo, breui enim maritum immutatum iri. Marito uerò dici iuſsit, Nunc tempus clementiæ, poſtmodum iudicij futurum. Ad hæc uerba expaueſcit maritus, & ab eo tempore ad mortis uſque articulum à coniugali abſtinet conſuetudine. Ibidem.

Quòd Leonardus qnidam de Aſsiſio

ipſi inuideret aſinum, in quo feſſus equitabat Franciſcus, qui utriq; communis erat, intellexit, deſcendit, & Leonardum in ſidere iuſsit. Ibidem.

Alter quiſpiam ſecum cogitauerat, hūc imprimis eſſe Deo dilectum, qui à Franciſco magnifieret. Hoc uidiſſe dicitur, & hunc fratrem de ſuo amore bene ſperare iuſsiſſe. Ibidem.

Alius quiſpiam animo uoluebat, ſi quid haberet manu Franciſci ſcriptum, poſſe tentationē, qua uexabatur, ſuperare. Franciſcus ipſum præueniens, aliquid propria manu ſcripſit, & ad mortem uſq; diligenter eum illud aſſeruare iuſsit. Ab eo tempore tentatio quam ſenſit euanuit, & plurima miracula egiſſe mortua litera, ſcilicet per ſuperſtitionem, in poſterum fertur. cap. 11.

De alio quodam uſqueadeò ſuperſtitioſo, ut ſemper orare uideretur, qui etiam ſempiternum ſilentium præſtabat, ita ut etiam nutu confiteretur, hoc reliquis in eo admirantibus & laudantibus dixit: Ne mihi diabolica in eo figmenta laudaris. Nō multo pòſt iſte monachatum reliquit, Ibidem.

Regulæ eius inſtitutio & approbatio.

Cum igitur hoc pacto in D. Virginis ſacello ſolus uiueret, publiceq; doceret, primò omnium Bernhardus cuncta relinquens ſe ipſi ſocium adiunxit, cupiens ex illo ſcire, quo pacto mundum perfectè poſſet contemnere. Primùm templum D. Nicolai manè adeūt, ibiq; orant, ut in Bibliorum textu id ipſis oſtenderetur. Finita oratione apertoq; libro, primùm in hunc locū incidunt: Si uis eſſe perfectus, uade, uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Secundò iterum aperiunt, dictumq; tum offertur ipſis: Nihil tuleritis in uia. Tertia uice id reiterant, & obuenit illis textus: Qui uult uenire poſt me, abneget ſeipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Hæc (ait Franciſcus) eſto regula noſtra, omniumq; eorum qui aliquid in poſterum nobiſcum uolent habere cōmune. Bonauentura cap. 3. in maiore legenda.

Paulo pòſt cuidam Syluestro ſacerdoti Aſsiſiano tale quid uidere contigit. Ciuitatem ſcilicet Aſsiſium à quodam magno dracone circumdari, ita quidem, ne de tota regione quid uidere liceret. Deinde auream crucem ex ore Franciſci procedentem uidebatur uidere, cuius cacumen ad cœlum, brachia ad mundi fines uſq; extendebantur. Ad eius conſpectum draconem territum & fugatum eſſe. Hoc ſomniū ubi Franciſco & reliquis narraſſet, non ſecus quàm approbationem ſui inſtituti factam diuinitùs interpretatus eſt, cùm tamē mera eſſet ſatanica illuſio. Ibidem.

Ipſe quoq; Franciſcus ſuis ſocijs, quos eo tempore ſex habebat, dixit, ſibi uerè oſtenſum diuinitùs, fore ut in immenſum creſcant. Ibidem.

Emittit eos quos ſecum habebat ad prædicandum, hisq; inſtruit mandatis: Pacem hominibus annunciate, pœnitentiam & remiſsionem peccatorum prædicate. In tribulationibus ſitis patientes, in orationibus uigilantes, in laboribus ſtrenui, in ſermonibus modeſti, in moribus graues, in beneficijs grati. Pro hiſce omnibus regnum ipſis cœlorū præparari. Item: Iacta curam tuam in Dominum, & ipſe te enutriet. quod ſubinde ſolitus eſt ingeminare, quoties aliquem in ſui conſortium reciperet. Ibidem.

Confirmatio regulæ eius per papam.

Creſcentè numero ſectatorum, regulam conſcripſit, eamq; pontifici Innocentio tertio obtulit, idque fecit tanto maiori confidentia, quòd in ſomnis uidiſſet arborem ſummæ altitudinis, ſub qua ſtabat: cumq; non ſine admiratione eam intueretur, ſubitò uirtute diuina leuatur in altum, ita ut cacumen attingeret, atq; ad terram ſine negotio curuaret. Hoc ſomnio ſeu illuſione potius ſatanica factus animoſior, papā adit, & primo die repellitur. Noctu ipſe papa uidetur uidere palmā inter ſuos pedes paulatim ſuccreſcere in proceram arborem. Addita ſimul interpretatio eſt, Hanc arborem ſignificare illum homuncionem, qui heſterno die repulſam fuerat paſſus. Quapropter illum paſsim quæri iubet mane facto, & quid uelit rogat. Franciſcus regulæ ſuæ petit confirmationem. Res in cardinalium ſenatu in deliberationem uenit, quorum nonnulli reluctantur: ſiquidem ordo nouus, & ſupra humanas uires poſitus uidebatur. Illis ſe opponit Iohannes de S. Paulo Sabinenſis epiſcopus, omnibusque perſuadet, quòd blaſphemiam in Chriſtum eſſe diceret, Euangelium Chriſti accuſare, quaſi nouum quid, aut irrationabile, uel etiam ſeruatu impoſsibile in ſe contineat, cuius obſeruantiam imprimis regula flagitaret. Acceſsit huc alia diaboli illuſio. Pontifex nocte ſequente uidet Lateranenſem baſilicam ruinam minitare, & à quodam homuncione dorſo ſubiecto ſuſtentari. Hæc ad Franciſcum accommodabat, & fore prædixit, qui Eccleſiam Romanam eſſet fulturus. Proinde petitioni eius ſatiafecit, regulamq; confirmauit. Iuſſit

ſit pœnitentiam prædicare, & ne laici qui eum comitabantur, ſigno deſtituerentur, coronas paruulas illis fecit, ut prædicare liberè non uererentur. Capite tertio. Tres ordines inſtituit, fratrum minorum, pauperum dominarum ac uirginum, atque etiam pœnitentium. Vincentius libro 29. cap. 99.

Diſcipuli eius.

Vbi numerus diſcipulorum creuiſſet ad duodecimum uſque, multi alij faſcinati ficta ſanctitatis ſpecie ipſi ſua dederunt nomina, non tantùm uiri, ſed mulierculæ & uirgines, quæ perpetuum uouebant cœlibatum. Inter eas primas obtinuit Clara, poſtea noui ordinis inuentrix. His acceſsit Moricus quidam de Cruciferorum ordine, quem ſanitati reſtituit, tradita illi panis buccella oleo illita ex lampade quæ ad D. Virginis imaginem ardebat. Acceſſerũt & alij quamplurimi, ut uno die ultra quinq; millia ad templum S. Mariæ de Portiuncula conuenirent, & per totum terrarum orbem ſeſe longè lateq; diffunderent. Cap. 4. in legenda maiore.

Opera eius ridicula, ſtulta, ſuperſtitioſa, monaſtica.

Anteqnam peculiare genus uitæ monaſticæ ſuſciperet, fortè ipſi quiſpiam miles uenit obuiam: quem cum pannoſum & malè ueſtitum uideret, protinus ſeipſum exuit, ueſtesq; mundiores, quibus utebatur, illi induit.

Anno 18. paſtoralem ſumpſit habitum, nudisque pedibus Romam uenit, atque ad baſilicam Petri ſedens inter mendicantes, ulceroſos exoſculatur. Volaterranus lib. 21. Antrop. Quadriennio in eremo inter feras beſtias uictitauit. Ibidem.

Cum inter denſas ſyluas Chriſtum uidiſſet cruci affixum, & in leproſum incidiſſet, qui diſparuerat, uti dictum eſt, protinus leproſis ſe adiunxit, à quibus antè totus abhorruit, eisque inſeruiuit. Cap. 1. in maiore legenda Franciſci.

Leproſorum manus & ora exoſculabatur. Sacerdotibus pauperibus liberaliter dabat, imprimis ſi quid ornamentorũ altaribus deerat.

Ingreſſurus aliquando Petri templum, cateruam pauperum conſpiciebat, inter quos unus maximè uidebatur egere. Huic ſuam dedit ueſtem, eiusq; iterum induitur, & tota illa die inter eos uerſabatur mẽdici inſtar. Cap. 1.

Patri furatus pecuniæ ſummam eſt, quã ad ſacerdotem templi Damiani detulit, ut inde ſarta tecta templi reparari curaret: atque aliquandiu apud iſtum ſacerdotem manſit inuito patre. Id ubi pater reſciuiſſet, quærit Franciſcum, qui in fouea ſe abdit, deq; atroci perſecutione apud Deum conqueritur. Cap. 2.

Liberatus in cõſpectu Aſsiſienſis epiſcopi ab obedientia paterna, nihilominus de reparãdo Damiani templo cogitat. Ideoq; mendicando ſumptum omne acquiſiuit, ipſeq; humeris lapides geſtauit. Cap. 2. Iſthinc ad S. Petri ædem reparandam plenis fertur uelis, quæ extra Aſsiſium paulò longius aberat, quàm illa Damiani, opusque perficit.

Rurſus ne ociaretur, ad D. Virginis templum prorſus deſertum & neglectum animum adiecit, ubi ſedem figere decreuit, eo quòd antiquitùs illud delubrum, Sancta Maria de angelis dictum fuiſſet. Atque hic ille locus eſt, in quo primùm cœperunt Minoritæ. Cap. 2.

In tẽplo D. Virginis, ubi in Miſſa de Apoſtolis audiuiſſet illa ex Euangelio uerba, Ne aurum, argentum, peram, duas tunicas, calceamenta, baculum habeant: protinus cuncta abijcit, ſoluit de pedibus calceos, baculum deponit, peram & pecuniã execratur, unicam retinet ueſtem, funem arripit, quo cinguli uice uteretur. Et ſic ſtolidè exiſtimat huic mandato plenè eſſe ſatisfactum, quod etiam alios quamprimùm docere cœpit. Bonauentura cap. 3. in legenda Franciſci.

Hac uerò occaſione factus eſt monachus. Nocte quadam, cum militi cuipiam mundiores ſuas eſſet elargitus ueſtes, uiſus eſt in ſomnis uidere palatium omnis generis militaribus armis refertum, quæ omnia ſignaculo crucis inſignita erant. Quæſiuit, Cuius ea eſſent? & reſponſum tulit, Ipſius eiusque militum. Hoc ita accipit, quaſi in militia futurus eſſet felix, & protinus ad quendam Apuliæ comitẽ militiæ ergò iter facit. Tum noctu uocem audiuit dicentem: Franciſce, quis poteſt melius facere tibi: Dominus'ne, an ſeruus: diues, an pauper? Ille reſpondit, Dominum & diuitem. Cur igitur pro ſeruo Dominum, pro paupere homine Deũ relinquis Franciſce? Tum Franciſcus: Quid me uis Domine facere? Rurſum audit: Reuertere domum. Viſio enim, quam uidiſti, non militiam ſecularem, ſed ſpiritualem ſignificat. Cap. 1.

Paulo pòſt iter faciens, non procul ab Aſsiſio in leproſum incidit, qui ſtipẽ porrecta dextera precabatur. Etſi uerò ad primum eius conſpectum abhorreret: iudicauit tamen operæprecium eſſe, ſeipſum ut uinceret: atq; deſcendens de equo, & ſtipẽ & oſculum ſimul ei præbuit. Protinus autem leproſus diſparuit. Cap. 1.

Ab eo tempore, quod fuit circa annum ætatis eius 25. Chriſti uerò 1203. iuxta Bergomenſem libro trigeſimoprimo (alij, ut Martinus Polonus & Chronicon Æditui, annum Chriſti 1206. collocant) loca quæſiuit ſolitaria: ubi cum aliquando precaretur lachrymans, uidit Chriſtum crucifixum, & ſtatim ad peculiare uitæ genus animum adiecit. Capite primo.

Ingreſſus S. Damiani templum ruinoſum ad orandum, proſternitur ad crucis imaginem. ibi denuò audit: Franciſce, uade & repara domum meam, quæ tota penè deſtruitur, ut uides. Protinus igitur Fulginum iter faciens, pannos quos uenales aſportauerat uendidit, eamque pecuniam ad ſacerdotem templi Damiani detulit, & ut cum eo aliquandiu uiueret orauit. Conceſsit id ſacerdos, ſed pecuniam recipere noluit, ueritus ne parentes eius id ægrè eſſent laturi. Hoc ſcilicet honorare parentes eſt, eos ſuo defraudare. Capite 2.

Domum reuerſus, cum ſuis Spoleto deliberationem inſtituunt, an loca deſerta & ſolitaria adire uelint, an uerò inter homines conuerſari. Franciſcus conſulit oraculum, atque intelligit, inter homines ſibi eſſe uiuendum. Atque hac ratione Aſsiſiũ redijt, degens in quodam tuguriolo iuxta ciuitatem. Cap. 4.

Humilitatem ſolitus eſt commendare, quòd ipſe Dei filius eam nos proprio doceret exemplo. Maluit igitur ſui uituperium quàm encomium audire. Si quando accidit ut laudaretur, iuſsit fratrem quẽ ad manum habebat, ſe uituperare. Quod ubi fieret aliquando, & ex fratre audiret, quòd ruſticus, mercenarius, imperitus & inutilis eſſet, uoce & geſtibus ſe hilarem præbuit. Cap. 6.

Ægrotus aliquando parum de rigore abſtinentiæ remiſit. Vbi uerò aliquantulũ conualuiſſet, populo Aſsiſij conuocato, cunctisque fratribus, maiorem introiuit eccleſiam, atque fune collo circundato, nudum ſe trahi præcepit hyeme uſque ad lapidem, in quo malefici publico afficiendi ſupplicio collocabantur. Ibi ad turbam oratione conuerſa dixit, ſe non ut ſpiritualem honore, ſed ut lurconem ignominia afficiendum atque contemnendum eſſe. Ibidem.

Laudantibus ſe ſolitus eſt reſpondere: Filios & filias adhuc habere poſſum, nolite laudare nondum ſecurum: nemo laudandus, cuius incertus eſt exitus. Seipſum uerò hiſce uerbis compellauit: Latroni ſi tanta contuliſſet altiſsimus, gratior te foret Franciſce. Fratribus autem ſæpe dixit: De omni eo quod peccator poteſt, nemo debet ſibi iniquo applauſu blandiri. Peccator ieiunare, orare, plangere, carnemque propriam macerare poteſt: hoc ſolum non poteſt, Domino ſuo ſcilicet eſſe fidelis. In hoc itaque gloriandum, ſi ſuã Domino gloriam reddimus: ſi fideliter ſeruientes, ipſi quicquid donat adſcribimus. Ibidem.

Fratres ſui ordinis noluit Minores, prælatos uerò Miniſtros dici, ut hoc pacto ad mutuam obedientiam & humilitatem eos commonefaceret. Cap. 6.

Suaſit ſuorum fratrum neminem ad eccleſiaſticas prælaturas admittendum eſſe, ſi modò fructum in Dei Eccleſia facere deberent. Ibidem.

Romæ apud Leonem S. Crucis cardinalem ubi pernoctaſſet, durè uapulat à dæmonibus noctu. Id inde eſſe ratus, quòd non caſula contentus curiam acceſsiſſet. Proinde ab eo tempore maluit iſthinc abeſſe, quàm adeſſe. Cap. 6. in legenda Bonauenturæ.

Illis qui & uerbo & opere multis perſuaderent uitam monaſticam, ſolitus eſt optima precari: contrà uerò, qui eam uitæ prauitate conſpurcarent, his maledixit. Cap. 8.

Erga malè habentes & penuria laborantes miſericors fuit, ita quidem, ut fratrem durius pauperi cuidam ſtipem petenti reſpondentem aliquando iuberet, nudum ſe ad pedes eius proſternere, culpam agnoſcere atque deprecari, ſiquidem in paupere ſpeculum Domini & matris eius pauperis proponeretur. Capite 8.

Quoties aliquid ab alio dono datũ accepit, ſolitus eſt petere licentiam, ut ſi magis egenus occurreret, liceret ipſi hoc dare. Ideoq; non tunicæ, non libris, non altarium ornamẽtis alijsq; rebus pepercit, ſed in indigentes ea diſtribuit. Cap. 8.

Creaturas, quantumuis paruas, fratris & ſororis appellabat nominibus. Illas uerò quæ Chriſtum quodámodo ſimilitudine quadam referebant, maiore complectebatur amore. Ideoque frequenter agnos mactandos redemit. Cap. 8.

Iter faciens ouium greges ſolitus eſt ſalutare. Cap. 8 O' ſtolidum caput.

Dono accepit aliquando ouem apud S. Mariam de portiuncula: quam ut æquo animo accepit, ita quoq; his eam uerbis allocutus eſt, ut ſcilicet laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offenſa caueret: qđ poſtea facere uiſa eſt. Sic igitur inſulſus homo beſtias diſcipulos habuit. Ib.

Lepo-

Leporem uiuum dono acceptum dimiſit, monens ne ſe iterum capi in poſterum permitteret. Ibidem.

Iter faciens cum fratre quodam per paludes Venetiarum, fortè in auium cateruam cantilantium incidit. Tum ille ad itineris ſocium: Sorores aues laudant creatorem ſuum, nos itaque laudes & horas quoque canonicas Domino decantemus. Ibi aues loco motæ non ſunt. Cumque ſe inuicem propter garritum auium audire non poſſent, eas his uerbis affatur: Sorores aues à cantu ceſſate, donec laudes Deo debitas perſoluamus. Aues dicto audientes protinus ceſſarunt, donec iterum garriendi poteſtatem ab inepto & ſuperſtitioſo Franciſco acciperent. cap. 8.

Quæ porrò ibidem autor legendæ ipſius de cicada, faſiano & falcone quodam nugatur, ſilentio prętereunda eſſe duximus, tanquam eiuſdem generis puerilia & ludicra. cap. 8.

Cum in eremitario Grecij aliquandiu moras necteret, incolæ loci lupis uoracibus & grandine uexabantur. Eos ubi ad pœnitentiam confeſsione præmiſſa hortatus eſſet, & illi dicto obedirent, ab iſta liberati ſunt plaga. Et quamuis uicini interdum aliquid damni acciperent, illis tamen aduerſi nihil accidit. cap. 8.

Quotannis à feſto Epiphaniorum uſque ad Quadrageſimam, loca ſolitus eſt adire ſolitaria, & cella incluſus quantum potuit à cibo & potu abſtinuit, recitandis precatiunculis totus occupatus in honorem Chriſti. cap. 9.

Sępe utebatur Euchariſtia, ſumma cum deuotione. Ibidem.

D. Virginem magno complectebatur amore, quòd ipſum Deum fratrem noſtrum genuiſſet, & per eam miſericordiam conſecuti ſumus. In eam poſt Chriſtum omnem ſuam collocabat fiduciam, ſui ſuorumque patrocinium ei commendabat, ac in honorem eius quotannis à feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, ad aſſumptionis uſq; (diebus ſcilicet 48.) deuotiſsimè ieiunabat. cap. 9.

Ob deuotionem erga angelicos ſpiritus à feſto Aſſumptionis ſequẽtibus diebus quadraginta ieiunabat, & ſuo more preculis demurmurandis eos obtundebat. S. Michaeli uerò, cui officium præſentandi animas aſsignabat, imprimis deuotus erat. Ibidem.

In honorem Apoſtolorũ, imprimis Petri & Pauli, ſpecialis quadrageſimæ ieiunium Domino dedicabat. Ibidem.

Seipſum ſubinde excarnificabat tantopere, ut nonnulli nimium rigorem & auſteritatem eius carperent. Quibus reſpondit, hoc ſe alijs in exemplũ facere: maleq; accommodabat huc illud Pauli: Si hominum & angelorum linguis loquor, charitatem autem non habeo, & proximis uirtutum exempla non monſtrẽ, parum proſum alijs, mihi nihil. cap. 9.

Periculo ſe expoſuit, ut hoc modo martyrij coronam adipiſceretur. Sexto etenim ſui monachatus anno, Saracenis alijſque in Syria infidelibus prędicare animum induxit. Nauem igitur conſcendit: ſed ſpe fruſtratus, quòd uentos omnino contrarios habebant, ad Sclauoniæ partes appulit. Ibi aliquãdiu moram trahens, cùm ſe propoſito deiectum uideret, nautas quoſdam Anconam nauigantes, qui ibi aderant, adijt; petijt ut ab illis reciperetur. Illis reluctantibus, cum ſocio clam nauem ingreditur, ſeſeque abdit. Protinus adfuit, qui cibos adferret, & traderet uni nautarum, ut reſeruaret, & in neceſſitate ſubminiſtraret. Cumque præter opinionem diutius in mari iactarentur, nec uſpiam applicare poſſent, ut cuncta quæ ſumpſerant ſecum ad uictum neceſſaria abſumerentur, reſiduum illud tandem fuit: quod, etiamſi parum eſſet, omnibus ſufficiebat, donec Anconam uſque ueniret. Iſthinc Matrochium uerſus iter habuit, ut Miranmolino & eius genti prædicaret. Vbi uerò ad Hiſpaniam uſque perueniſſet, graui correptus morbo à propoſito deiectus eſt. cap. 9.

Anno 13. ſui monachatus à militibus Suldani Babylonici comprehenſus, cum itineris ſocio illuminato, malè mulctatus Suldano ſiſtitur. Is ubi itineris cauſam, & à quo miſſus ueniret, ſciſcitaretur, reſpondit intrepidè Franciſcus, Se ab omnipotente Deo miſſum uenire, ut ipſi & populo Deum trinum & unum, atq; etiam Saluatorem omnium Ieſum Chriſtum prædicaret. Cumque differret fidem hanc amplecti, dixit: Iube ignem protinus ſuccendi maximum, quem ego & tui ſacerdotes ingrediemur, ut ſic tibi de meo dogmate fidem faciam. Reſpondente Sultano, neminem hoc ſuorum ſacrificulorum facturum, denuò Franciſcus ait: Si uoles mihi promittere, te Chriſtianam religionem cum tuis amplexurum, ſi illæſus exiero, ſolus ignem intrabo. Sin combuſtus fuero, meis hoc peccatis imputetur. Sultanus ſeditionem metuens, nec hoc ſibi accipere integrum eſſe dixit. Redijt itaque ad ſuos Franciſcus, cum nihil ſe proficere uideret. cap. 9.

Tanta animi attentione ſolitus eſt contemplationi mirabilium ſupra ſe uacare,

ut

ur quæ circum ſe fierent, non animaduerteret. Vectus enim aliquando aſello, cũ per Burgum S. Sepulchri caſtrũ tranſiret, homines cateruatim in illũ irruebant. Vnuſquiſque manibus attrectare eum annisus eſt. Eorum uerò nihil quicquam uſque adeò ſenſiſſe fertur, ut poſtea cum ad quandam leproſorum domum acceſsiſſet, quęreret, quando tandem Burgũ accederet? cap. 10.

Solitudines & templa ſolitaria noctu ſolitus eſt ingredi, ut precaretur. Ibi cum malis ſpiritibus colluctatus eſt. Quibus in ipſum ſæuientibus, his uerbis Chriſtum compellauit: Sub umbra alarũ tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt. Ad dæmones uerò: Facite quicquid in me ualetis, magni ſpiritus & fallaces. Non enim poteſtis, niſi quantum uos manus ſuperna relaxat: & ego ad perferendũ omnia, quæ ille infligenda decreuerit, cũ omni iucunditate adſiſto. cap. 10.

Geſtus quibus in oratione uſus eſt, hi ſunt. Solitarius nemora replebat gemitibus, loca ſpargebat lachrymis, pectus manu tundebat, confabulabatur cum Domino ſuo. Ei reſpondebat ut iudici, ſupplicabat ut parenti, colloquebatur tanquã cum amico. Interdum pro peccatoribus orabat, mox Dominicam paſsionem alta uoce deplorabat. Talia inter fratres orans enitebatur ſtudioſè, ne humanũ diem aurã; popularem captare uideretur. Ibidem.

Horas canonicas ſemper erectus, & ſine caputio (ut uocant) perſoluebat. Iter faciens, gradũ ſiſtebat, nec quidem propter tempeſtatem uel pluuiã abſtinebat. Ibidẽ.

Si quando inter orandum aliæ inciderent cogitationes, protinus tanquam piaculum id confeſſus eſt. Ibidem.

Vaſculum aliquando ligneum in Quadrageſima fecerat. De eo cum ipſi in mentem ueniſſet, ubi Tertiam diceret, ſtatim illud Vulcano tradidit, inquiens: Sacrificabo illud Domino, cuius ſacrificium impediuit. Ibidem.

Schedulas, in quibus Domini nomen inſcriptum erat, iuſsit diligenter aſſeruari, mundoq; loco reponi, ne fortè ſacrum illud nomen conculcaretur. Ibidem.

Triennio antequam diem ſuum obiret, memoriam natiuitatis Domini celebrare inſtituit, ita tamen, ut à pontifice Romano prius licentiam impetraret. Iuſsit igitur præſepe ad caſtrum Grecij præparari, & fœnum, bouem, aſinum adduci. Aderant Minoritæ magno numero, populusq; confluebat cateruatim. Mugitus ſyluã replet, candelæ accenduntur. Stolidus Franciſcus lachrymans ad præſepe adſtat, Miſſam celebrat ſuper præſepe, Euangelium decantat, prædicat turbæ de paruulo Bethlehemitico. Sic enim Chriſtum appellabat. His omnibus peractis, populus fœnum adſeruabat, quod iumentis malè habentibus poſtea medicina extitit: ſic ſcilicet ſuperſtitio creuit. cap. 10.

Victus ratio.

Monachus factus, carnem maiorem in modum afflixit, ſic ut hoc pacto illam cum ſuis concupiſcentijs crucifigeret & expugnaret. cap. 5.

Cocta cibaria ſano corpore difficulter admiſit, admiſſa uerò aut cinere aut aqua miſcuit, ut prorſus inſipida redderentur. Ibidem.

Vino prorſus abſtinuit: aqua uſq; adeò modica utebatur, ut uix ſitim reſtingueret. Ibid.

In prædicatione uerbi uſus eſt cibis appoſitis ab illis, ad quos uenit, ut hoc pacto alijs fieret conformis. cap. 5.

Humi dormire ſolitus eſt: & ſi quando interdiu laſſato ſomnus obueniebat, ligno uel lapide uſus eſt pro puluinari. Ibid.

Vnica contentus tunica uixit, eaq; aſpera, ut Iohannem imitaretur, & ne eorum unus eſſet, qui in regum domibus geſtaret mollia. Nudus cætera, frigoris multum perpeſſus eſt. Quæſitus aliquando, quomodo ſeſe hyeme à frigoris uehementia poſſet tueri: dixit, Si quis deſiderio cœleſtis patriæ arderet, facilè etiam aliquantulum frigoris ſuperare poſſe. cap. 5. in legenda Franciſci.

Hyeme frigore intenſo, aquæ ſeſe immerſit congelatæ, ut ita muliebre deſiderium, libidinisq; incendium reſtingueret. Ibidem. Sed hac ratione nõ extinxit flammas impuras cordis ſui.

Paſsiones eius, quas ſibi ſua ſponte accerſiuit.

Vnuſquiſq; (quod aiũt) faber ſuæ fortunæ eſt. Id etiam Franciſco monachorum ſatori accidit. Nam in ſpelunca quadam, quæſitus à patre propter furtum, ſeſe abdiderat. Ibi inedia & lachrymis crebrisq; ſingultibus, aliam prorſus induit faciẽ ſqualidam & macilentam. Tandem Aſsiſium rediens (fortè inedia extimulatus) cunctis uidetur inſanire, qui luto & lapidibus eum petunt. Pater audiens tumultum accurrit, ui domum pertrahit, & uerbis ſimul atq; uerberibus in ipſum ſæuit: uinculis etiam conſtringit, ut hoc pacto à ſtolido propoſito ipſum retraheret. Sic dignam furto mercedem reportauit, quam tamen Bonauentura falsò ut perſecutionem propter iuſtitiam interpretatur. cap. 2.

Ex uinculis non multo pòſt matris beneficio liberatur, patre peregrè profecto.

Reuerſus

Reuerſus tumultuatur pater maiorem in modum, & imprimis ablatam pecuniam repoſcit. Cumq; reciperet (nam in feneſtram abiecerat, ubi ſacerdos eam accipere recuſaret) etiamſi mitior fieret, tamen de eo exhæredando cogitauit. Ideoq; ad tribunal Aſsiſienſis eum ſiſtebat, ut ibi renunciaret paternæ hæreditati. Franciſcus prõptum ſe eſſe aiebat, & quidem ad duriora perferenda: & non ſolùm patrimonio renunciat, ſed ſimul ueſtibus ſe exuit, eaque cuncta patri reddit. Neque id ſolum, ſed femoralia quoque abijcit, ut planè eſſet à paternis bonis alienus. O' ſanctitatem admirandam. Ibi cilicium ſimul apparebat, quo cutem nudam fricare ſolitus erat. His omnibus depoſitis, aiebat: Hactenus te uocaui patrem in terris, in poſterum uerò dicturus: Pater noſter qui es in cœlis. Epiſcõpus iſta cernens, quamprimùm ſurrexit ſolio, & amplexum proprio pallio operuit, præcipiens ſuis qui aderant, ut aliquid ipſi daretur, quo nuda corporis membra tegeret. Illi ruſticam ueſtem ex leui denſi filo ei tradunt, quam lætus accepit, atque crucis ſignum cæmento in ea format, ſicq; induitur. Cap. 2.

Hæc ubi in conſpectu epiſcopi acta fuiſſent, relicta ciuitate, ſolitudinem adit, atq; lingua Francica ſolus ibi pſallit. Mox latronum caterua in ipſum irruit, & quis ſit quærunt. Illo dicente, ſe præconem magni regia eſſe, uerbera experitur, & in niuem conijcitur hiſce uerbis: Iace ruſtice, præco Dei. Poſtea illis recedentibus, cœptum carpit iter, & ſuo more in denſo nemore pſallit, quouſque ad uicinum ueniret cœnobium, ubi mendici inſtar ſtipem petit. Progreſſus Eugubium uenit, & apud ueterem quendam amicum diuertitur, à quo paupercula ueſte contegitur. Ab eo tempore inter leproſos uictitabat, ipſis inſeruiens, quibus pedes lauabat, ulcera obligabat, ſaniem abſtergebat, necnon exoſculatur.

Miracula eius.

Antequam monaſticum ordinem inſtitueret, ſuo more leproſos exoſculabatur. Fortè incidit in quendam, gangrena in maxilla correptum: quem cum exoſcularetur eo ipſo in loco, ubi maximè malè habebat, protinus ille conualuit. Bonauentura cap. 2. in legenda Franciſci.

Moricus quiſpiam de Cruciferorum ordine, in hoſpitali prope Aſsiſium grauiſsimè decumbens, ut medici omnem ſpem recuperandæ ſalutis abijcerent, miſit ad Franciſcum, & rogauit, ut pro ſe oraret, quò ſanitati reſtitueretur. Fecit hoc ille, & ſimul panis micas oleo illeuit ex lampade, quæ ad altare diuæ Virginis ſemper ardebat, & miſit, ut illis uteretur. Quo facto, multis annis ſuperuixit corpore ſano, ut etiam loricam ad carnem nudam ſub tunica plurimo tempore gereret, & herbis atque leguminibus uictitaret, ab eſu carnium omnino abſtinens.] Capite tertio.

Quidam ſecularium cantionum architectus, deſiderio uidendi Franciſcum uenit ad caſtellum S. Seuerini, eumque publicè concionantem reperit in quodam monaſterio. Cumq; accuratius oculos in eum defigeret, uidit in modum crucis ipſum duobus tranſuerſis enſibus tranſuerberatum, quorum unus à capite ad pedes tendebat, alter ab una manu ad alteram. Ea res ipſi indicio fuit, hunc eſſe illum cuius cauſa uenerat, nomenque protinus illi dat. Cap. 4.

Idem ille aliquandiu pòſt uidit in fronte Franciſci depictam uarieque ornatam literam Thau: quo ſigno imprimis delectatus eſt, & ad ſuos frequenter habuit ſermones. Quo etiam in ſubſcriptione literarum ſigni loco uti ſolitus eſt. Capite 4. ibidem.

In Arelatenſi capitulo cum quidam Antonius ad reliquos monachos concionaretur de titulo crucis, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum: quiſpiam Monaldus ſuper oſtium capituli in aere ſubleuatum uidit, extenſis uelut in cruce manibus, benedicentem illis. Cap. 4.

Ferro candente uſtulatus aliquãdo per chirurgum ualetudinis cauſa, nullum ſenſit dolorem, cum prius hoc pacto allocutus ignem fuiſſet: Mi frater ignis, præteris rebus æmulandi decoris, uirtuoſum, pulchrum & utilem te creauit altiſsimus, eſto mihi in hac hora propicius, eſto ſalubris. Precor magnum Dominum, qui te creauit, ut tuum mihi calorem temperet, quo ſuauiter urentem ualeam ſuſtinere. Cap. 5.

Apud eremum S. Vrbani aliquando grauiter ægrotare cœpit. Poſtulauit uinum. Quod ubi in uaſto nemore deeſſet, & aqua adferretur, mox illa in uinum mutatur, ubi crucis ſignaculo illi benedixiſſet. Ea guſtata, uires recepit & conualuit. Capite 5.

Aretium uenit alio tempore, cum omnia intus ad ſeditionem ſpectare uiderentur. In ſuburbio manens aliquandiu, uidit multos cacodæmones ſuperuolitare, & ad cædem mutuam ciues inſtigare. Mittit igitur fratrem Sylueſtrum cum hiſce mandatis, ut in nomine omnipotentis Dei, & in uirtute obedientiæ illis præciperet, ut protinus recedant. Quo facto, fit tranquillitas

pro-

protinus,& dæmonia fugantur.Bonauentura cap.6.in legen.maiore.

Eleemoſynis oſtiarim emendicatis libenrius utebatur, quàm alioquin oblaris. Idcirco inuitatus ab opulentioribus, primùm ſtipem in uicinia petijt,ſicq; onuſtus menſæ accubuit.Cap.7.

Alio rempore petiturus eremum, cuiuſdam aſello inuehebatur,quem itineris comitem habuit. Is labore itineris & æſtu defatigatus, exclamans poſt Franciſcum dixit: En morior, niſi potuli alicuius beneficio continuò refociller. Protinus igitur proſiliens de aſello, & prouolutus in genua, petijt & impetranir potũ ex ſaxo duriſsimo, quo recreatus ille ſitiens cœptum iter confecit.Ibidem.

Cum aliquando in monaſterio S.Verecundi in Eugubij epiſcopatu pernoctaret, accidit ur agna enixa fœtum páreret, quẽ protinus lutulenta ſus lacerarer deuoraretque. Hic protinus Franciſcus illachrymans,dixit: Heu mi frater agnicule, animal innocens,Chriſtum hominibus repręſenrans,maledicta ſit impia, quæ te interfecit, nullusque de ea comedat uel homo uel beſtia.Triduo pòſt porca moritur,&in uallum monaſterij proiecta, nemini eſca fuit.Cap.8.

In Parmenſi ciuitate ſcholaſticus quidam in nomine Franciſci garrulæ hirundini ſilentium impoſuir, utque ad ſe ueniret præcepit. Sic ſcilicet ſtulta ſuperſtitio accreuit, eò enim reliqua omnia mendax ſpiritus direxit.Cap.12.

Gaietæ ad littus prædicaturus nauiculam conſcendit. Illa uerò à nemine impulſa, ſua ſponre ſe loco mouet à littore. Inde turbæ concionatnr. Finita concione, iterum redit ſeipſam mouens ad littus. Cap.2.

Prærerea dæmonia eiecit,multoſq; malè habentes curauit, cuius nonnulla exempla ſubijciemus.

In Tuſcanella ciuitate militis cuiuſdam filium contractnm,ſubitò reſtituit ſanitati.

In Narmenſi ciuitate paralyticum cruce ſignatum ſanauit.

In Reatino epiſcopatu tumidum puerum, ur crura propria cernere non poſſet, rangens,repentè curauit.

Eugubiæ mulierculæ cuidam manus aridas reſtituit in inregrum, cruce ſignans.

Meuanij cuidam puellæ cæcæ ſuo ſputo ter in nomine trinitatis oculos illeuit, uiſumq; reſtituit.Eodem modo muliérculæ cuidam Narnij & Bononiæ puero cæcitatem depulit.

In caſtello S.Geminiani dæmonium ex fœmina quadam eiecit.Similiter in ciuitate de Caſtello.

Vnus ſectatorum eius à diabolo uexatus, ubi panis buccellam, qnam ipſi Franciſcus miſiſſet, guſtaſſet, ſtatim liberatus eſt.

Mulier quædam in comitatu Aretij cũ párere non poſſet aliquot diebns, & iam ſpes uitæ nulla amplius reſtaret, & fortè Franciſcus equo inuectus ueniret, mulierculæ freno eqno detracto,parturienti ſupponunt,atque ſic quamprimùm fœtum in lncem edit. Hac ratione Franciſcus ſit Iuno Lucina.Cap.12.iu legend.maiore Franciſci.

Alius quiſpiam de Caſtro plebis cordã, qua Franciſcus cingi ſolitus fuerat, diligenrer aſſeruabat, & quoties aliqui malè habebant,eam intingebat aqnæ,deditq; illis bibere, atq; hoc pacto multos ſanitati reſtituit, ſcilicet ſtultiſsima ſuperſtitione. Ibidem.

Poſt acceptam regulæ ſuæ confirmationem,ad Spoletanam uallem iter inſtituit. Cumq; multis uerbis ſuos, quos itineris comites habebar,ad ſanctitatem fuiſſet adhortatus,&iam ſimul ad locum deſertum ueniſſent, ibi ex labore itineris & inedia defatigati conſederunt.Mox adeſt quiſpiã panẽ adferens,ſubitoq; euaneſcit. Capite quarto.

Cùm aliquando ab oratione ad fratres rediret, rale quid propoſuit, eorumq; ſententiam exquiſiuit: Vtrum tantùm orationi,an uerò & prędicationi uacare deberet? Se ſimplicem & ſermone imperitum: maiorem nerò orandi qnàm loquendi gratiã accepiſſe.Et ut oratio acceſsionem donorum conferret,ita prædicatio iſta in homines diſtribueret. In oratione mentem uni rei intentam eſſe,in prædicatione uariè diſtrahi. Orationem eſſe quoddam cum Deo colloquium peculiare, & quaſi inter angelos uiuere: in prædicatione oportere humana cogitare, uidere, dicere, audire. Contrà uerò exemplum Chriſti luculentum eſſe, qui ipſe uoce ſua hominibus uiam ſalutis oſtendiſſet, qnod cuilibet imitandum cenſuit. Cumque ita dubius hæreret,nec à ſuis, qnibus iſta referebat, hic nodus ſolui poſſet,mittit tandem qui Syluestrum eremitam conſulerent: ſimul etiam à Clara moniali, quæ eius ſuperſtitionẽ amplexa erat,ea de re erudiri uoluit. Ex his accepit, uelle Deum ut prædicationi ſe accingeret. Cap.12.

Certior itaque factus de prædicationis opere, ſtatim ſe accingit itineri: & primò quidem in magnam auium cateruam in Beuanio incidit, easque ſuo modo ſalutauit,

uit, utq; diligenter uerbum Dei audirent hortatus eſt. (Ecce ludibriũ ſataoæ.) Tum porrò eas affatur hiſce uerbis: Fratres mei uolucres, multum debetis laudare creatorem ueſtrum, qui uos plumis ueſtiuit, pennaſque ad uolandum dedit, qui aërem conceſsit, & ſine ueſtra ſolicitudine uobis proſpicit, uosque gubernat. Tandem benedicens illis, iuſsit eas auolare. Bonauentura cap. 12. in legenda Franciſci. Eodem modo in caſtello Aloiano hirundines perſtrepẽtes, cum in frequenti Eccleſia ſermonem habiturus eſſet, alloquitur: Sorores meæ hirundines, iam tempus eſt ut ego loquar, audite uerbum Dei tacitè, donec ſermo Domini cõpleatur. Quæ dicto audientes, attentè auſcultarunt.

De ſtigmatibus Franciſci.

Commentum monaſticum de ſtigmatibus Franciſci, quo toti terrarum orbi Minoritæ impoſuerunt, ſic ſe habet: Biennio antequam diem ſuum clauderet extremum, ubi ſuo more paſsim prædicaſſet, ut quieſceret aliquandiu, & totus contemplationi uacaret, montem Alnemæ excelſum, ono adhibito ſocio, conſcendit. Suo more in honorem Michaelis archãgeli diebus quadraginta cœpit ieiunare, & diligenter ſcrutari, quónam pacto maximè Deo inſeruire poſſet: quia nimirum uerbum Dei ſeu ſacra Biblia negligebat. Nam in ijs inueniſſet abundè, quomodo eſſet Deo ſeruiendum.

Tum per oraculum (ſicut nugantur) accepit, fore, ut, ubi librum, qui hiſtoriam Euangelij continebat, aperiret, ipſi reuelaretur, quid Deo in ipſo & de ipſo maximè foret acceptum. Preculis igitur præmiſsis, in nomine ſanctæ trinitatis librũ Euangeliorum ter per ſocium aperiri uoluit, & toties in hiſtoriam paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti incidit. Hinc collegit, hoc maximè fore gratum Deo, ſi paſſionis Chriſti doloribus cooformaretur, antequam huic ſeculo abdicaret. Quaſi uerò peculiari apparitione Dei aut angeli opus haberet ad ea quæ prius erant tradita.

Non multo pòſt igitur, cùm mane circa feſtum exaltationis crucis more ſolito io montis latere oraret, uidit Seraph unum cœlitùs deſcendere ad locum in quo flexis genibus precabatur. Inter alas hominis crucifixi effigies apparebat, ita ut dnæ capiti eminerent, duæ uerò corpus totum tegerent, reliquæ duæ libero uolatui inſeruirent. Eam ubi aliquandiu eſſet intuitus, diſparuit iterum. Atque ab eo tempore ſtigmata ipſi impreſſa eſſe fabulabantur, hoc nimirum pacto: Manus & pedes in medio tanquam clauis confixi uidebantur, clauorum capitibus in interiori parte manuum & ſuperiori pedum apparentibus, eorum acuminibus ex aduerſo exiſtentibus. Clauorum capita rotunda & nigra, acumina uerò oblonga, retorta & quaſi repercuſſa, quæ ſupra reliquam carnem paulò eminebant. In latere dextero cicatrix rubea trium digitorum quantitatem habens apparebat, ex qua ſanguis diſtillabat interdum. Ludibria hæc fuerunt, impreſſa à ſpiritu ſuperſtitionis autore.

Hoc modo inſignitus, aliquibus ſuorum rem poſtea omoem, utut acciderat, retulit: audiuiſſe uerò ſe alia nonnulla ab illo Seraph, quæ nunquam, quoad uiueret, ulli hominum aperire poſſet.

Alijs quoque hæc per peculiaria quædam miracula innotuiſſe, ſine frontẽ mentiuntur, quæ recenſere animus non eſt. Ipſe demum Alexãder quartus pontifex, publicè ſe oculis ea ſuis conſpexiſſe, non ueritus eſt dicere. Bonauentura cap. 13. in legenda Franciſci.

Nugæ monaſticæ, excogitatæ ad commendandam ſui Franciſci ſanctimoniam.

Aſsiſij in quodam tuguriolo noctu in oratione perſeuerabat, ita ut ſuos ſodales relinqueret ſolos. Intempeſta nocte, quibuſdam ex illis dormientibus, quibuſdã uigilantibus, currus igneus admirandi ſplendoris per oſtium repentè domunculam ingreditur, & aliquoties circumcirca raptatus, globum lucidiſsimũ circumuehit. Illud interpretatur Bonauentura, abſentem ſuum Frãciſcum eſſe transfiguratum in ſuorum cooſpectu, cap. 4. in legenda. Viocent. lib. 30. cap. 99.

Vt ipſius regula deouò per Honorium tertiũ pontificem cõfirmaretur, tale quid ipſi reuelatum eſſe nugantur. Videbatur ſibi micas paoia ſubtiliſsimas de terra colligiſſe, ut circumſtantibus multis fratribus famelicis eas impertiret. Cumq; uereretur id facere, eo quòd nimis eſſent tenues, & periculum eſſet oe maoibus excideret, uocem audiuit: Franciſce, unam de micis omnibus hoſtiam facito, & manducare uoleotibus tribue. Id cum faceret, omnes lepra correpti ſunt, quotquot oblatum reſpuebant donum. Mane facto, ſolicitus cogitauit hoc quid eſſet. Ideoque paulo pòſt, cum in oratione perſiſteret, uocem audiuit: Franciſce, micæ præteritę noctis, uerba Euangelica ſunt, hoſtia regula, lepra iniquitas. Hoc pacto admonitus, duobus ſocijs aſcitis io montem ſecedit,

ibiq; regulam illis dictat, quá calamo excipiunt. Paucis diebus interiectis, ea amittitur à uicario, cui aſſeruádam tradiderat. Rurſus ad locum priſtinű redit, ijſdemq; uerbis eadem dictat quæ prius. Hanc poſtea Honorius tertius octano pontificatus ſui anno confirmauit. Acceſsit & illud, ut paucis dieb. pòſt ſtigmata illi quinq; imprimerentur, ut eò maior & autoris & regulæ eſſet autoritas. cap.4. in legenda.

Alio tempore malè habuit, non ex unó morbi genere. Vt igitur aliquantulum reſpiraret, concupiuit audire ſuauem muſicam. Noctu ergo uiſus eſt cytharam audire, qua plurimum recreatus eſt. cap.5.

Iter faciens inter Longobardiá & Marchiam Teruiſianam ad Padum, caliginoſa nox ipſum cum itineris ſocio præuenit, antequam ad hoſpitium accederet. Ibi repentę lux ſubitò illos circumfulſit, ut cœptum iter carperent, & ſalui peruenirent ad hoſpitium. Ibidem.

Vnus fratrum eius In uiſione quadam uiſus eſt ſibi multas in cœlo ſedes uidere, unamque præ cæteris ſplendidiorem, lapidibus ſcilicet precioſis ornatá, & omni gloria refulgentem. Cumq; ſecum anxius cogitaret, cuiúſnam illa eſſet, audit, Sedé iſtam unam de ruentibus fuiſſe, & nunc humili ſeruari Franciſco. cap.6.

In prouincia Maſſe ad montem Caſalam, ubi aliquádo in deſerta eccleſia oraſſet, intellexit ibi quaſdam adhuc repoſitas reliquias, quę non ſatis honorificè haberentur. Iubet ea aliò transferri. Id cum obliuioni eſſet traditum à ſuis quibus iniunxerat, die quadá ſub Miſſa, quam deuotus celebrabat, uidet in ſuperiori altaris operimento oſſa non pulchra ſolùm, ſed mirè etiam fragrantia. Sic igitur cuius iuſſis non paruit homo, eius uotis obediuit Deus, ut Bonauéturæ uerbis utamur. cap. 6. in legenda.

Occurrerunt ei tres mulierculæ pauperes, ſtatura, forma, ætate ſibi ſimiles, inter Campilium & S. Quiritium: quæ ubi his uerbis eum ſalutaſſent, Bene ueniat domina paupertas: ſubitò euanuerunt. Has interpretati ſunt reliqui, caſtitaté, obedientiam & paupertatem, quæ in illo uno fulſerunt. cap.7.

Turbatus aliquando prauis exemplis inter orandű, talia audiuit: Cùr tu pauper homuncio cóturbaris? An ego te ſuper religioné meam conſtitui, ut quæ in te fecero, nő humanæ induſtriæ, ſed ſupernę gratiæ adſcribantur? Ego uocaui, ſeruabo & paſcam, & alijs excidentibus alios ſubrogabo, ita ut, ſi nati nő fuerint, faciam illos naſci. Et quantiſcunque fuerit impulſibus paupercula hæc cócuſſa religio, ſalua ſemper meo munere permanebit. cap.8.

Diabolicæ præſtigiæ, quibus ſuum Franciſcum faſcinauit & uexauit.

Nocte quadam dormiens in ſua cellula, propter capitis & oculorum doloré plumeo ceruicali uſus eſt. In illud ingreſſus diabolus, totam noctem ei inſomnem reddidit. cap.5.

Cum in eremo Sarchiano quodá tempore noctu oraret, audiuit ter uocantem: Franciſce, Fráciſce, Franciſce. Cui ille quid uellet: reſponſum tulit, Omnes in peccatis uiuentes, ſi pœnitentiam agerent, recipi diuinitùs. Si quis uerò uita auſteriore ſeipſum enecaret, huic omnem eſſe denegatam gratiam. Ibidem.

Paulo pòſt ſenſit libidinis æſtum, quem hoc pacto reſtrinxit homo inſulſus. Primùm ueſte depoſita grauiter ſeipſum flagellis cæcidit, & inter cędendum ſeipſum hiſce uerbis alloquitur: Eia frater aſine, ſic te decet manere, ſic ſubire flagellum. Tunica religioni deſeruit, ſanctitatis ſignaculum præfert, furari eam libidinoſo non licet. Si quò uis pergere, perge. Deinde ſe in altam niuem immerſit, globulosque manibus ex niue fecit ſeptem, quorum maiorem uxorem, reliquos ſex filios, filias, ſeruum & ancillam uocauit. Hic ad ſeipſum: Feſtina igitur omnes induere, quoniam frigore moriuntur. Si uerò eorum multiplex ſolicitudo moleſtat, uni Domino ſerui. cap.5.

Mors eius.

Cum igitur tempus tranſitus eius appropinquaret, uaria morborum genera ſenſit, quibus uſqueadeò exhauſtus eſt, ut ſola cutis oſſa contegere uideretur. Etſi uerò acerbiſsimos dolores ſentiret, tamen eos non pœnarű, ſed ſororum appellabat nomine. Vnus qui adſtabat, ipſum monuit, ut Dominum pro mitigatione cruciatuum deprecaretur. Cui ille: Niſi in te noſſem ſimplicem puritatem, tuum exnunc abhorrerem conſortium, qui auſus fueris circa me diuina iudicia reprehendere. His dictis, ſe in terram proiecit, eamq; deoſculatus dixit: Gratias tibi ago Domine Deus de omnibus his doloribus meis: & ſi tibi ita uiſum fuerit, centuplum adaugeas: ſiquidem hæc mihi ſufficiens conſolatio eſt, quòd te uolente hæc fiunt.

Appropinquante itaq; die ſui tranſitus, quem prædixerat, popoſcit, ut ad ſanctam Mariam de Portiuncula perferretur. Ibi ſe nudum humi proſtrauit, ut in illo etiam Chriſto conformis eſſet, qui nudus pe-

pendis

pendit in ligno. Guardianus uerò ipſi tunicam cum corda & femoralibus porrigebat, his uerbis: Hæc tibi tanquam pauperi commodo, & tu illa ſuſcipias obedientiæ ſanctæ mandato. Accepit eam cũ gaudio, eo quòd ad extremum uſque ueſtibus non proprijs, ſed ab alio commodatò acceptis, uti liceret.

Deinde fratribus accerſitis, adhortabatur eos ad patientiam, paupertatem & fidem, quam Eccleſia Romana profiteretur, ſeruandam. Cumque illis præcepiſſet, ut corpus ſuum exanime nudum tamdiu humi iacere permitterent, quo miliare unum lentè quis conficeret, ipſis ualedixit. Tandem iuſsit ſibi prælegi textum ex Iohanne, qui incipit: Ante diem autem paſchæ. Et ipſe, his uerbis pſalmi recitatis (Voce mea ad Dominum clamaui, uoce mea ad Dominum deprecatus ſum. item: Me expectant iuſti, donec retribuas mihi) collectus eſt ad populum ſuum, anno Domini 1226. quarto nonas Octobris, anno ſui monachatus uiceſimo, ætatis ſuæ 40. Schedelius annum mortis ponit 1227. ætate 6. Volaterranus lib.21. Antrop. Martinus Polonus 1224. annum mortis eius numerat. Bonauentura cap.14. in maiori legenda.

Monachi & Aſsiſinates ciues conueniunt tum ut illa ſtigmata intuerentur & oſcularentur, tum etiam ut corpus exanime terræ mandarent. Deferunt igitur, geſtantes ramos arborũ, & cereos, primùm ad Damiani templum, in quo Clara degebat, ut illa cum ſororibus ipſum deoſcularetur: iſthinc Aſsiſium ad D. Georgij ædẽ, ubi humatus eſt. Bonauentura cap.15. in maiori legenda.

Gregorius nonus põtifex biennio poſt mortem eius Aſsiſium uenit, & 17. calend. Auguſti in catalogum ſanctorum Eccleſiæ pontificiæ retulit. Poſt annum ab eo duodecimum, qui eſt à natiuitate Domini 1230. Minoritæ ad capitulum generale Aſsiſij confluunt, corpusq; eius ad baſilicam in ipſius honorem cõſtructam transferunt, 8. calend. Iunij. Bonauentura cap. 15. in legenda Franciſci.

Miracula eius poſt mortem.

Magnum chaos miraculorum recenſet peculiari libello autor legendæ maioris Bonauentura, quæ ediſſe poſt mortem dicitur: ut de cæcis, ſurdis, mutis, claudis, hydropicis, paralyticis, dæmoniacis & leproſis ſanatis, de liberatis captiuis & puerperis, de illis quos in mari ſeruauit, de mortuis reſuſcitatis, & ſimilibus, quæ aut ocioſorum monachorũ, quibus eiuſmodi nugis orbem replere libuit, commenta ſunt: aut certè diabolicæ præſtigiæ, diuina permiſsione factæ, ut efficacius error animos hominum occuparet faſcinaretque, ſiquidem charitatem ueritatis amplecti nolebant. Quæ omnia ut nullius momenti, in ſpecie recenſere noluimus, ne lectori eiuſmodi nugis oneri eſſemus.

ELIAS, IOANNES, ALBERTVS.

Elias Franciſci comes & ſectator, doctus & rerum peritus, biennio antequam Franciſcus moritur, anno ſcilicet 1224. uicarius Minoritarum publicè inſtituitur. Et quamuis manibus pedibusque reluctaretur, tamen res ipſa oſtendit, ſimulatum hoc fuiſſe. Nam ubi Iohannes Florentinus in eius locũ conſtitueretur, multas turbas dedit: quod ipſi factu facile fuit, ſiquidem Gregorium IX. fauentem habebat, ita ut ille ſponte etiam abdicaret. Poſtea per uim munus quod ſimulatè recuſauerat, accepit: uerùm iterum reiectus in concilio Minorum, Albertus Piſanus ſubrogatur. Volaterranus lib.21.

HAYMO.

Haymo de Feuersham Cantuarienſis claruit anno 1260. Is relicto ſolo patrio, Lutetiæ literis incubuit. Inter Ariſtotelicos habitus eſt Ariſtotelisſimus, ut Lelandus inquit. Franciſcanis Dionyſij cœnobium inhabitantibus ſe adiunxit ibi ſocium. Reuerſus in Angliam, continuò fit Minoritarum prouincialis miniſter. Iſthinc Bononiam uocatus, deinde Patauiam, demum etiam Romam, à ſui ordinis primatibus conſtituitur principalis iſtius ordinis gubernator, cui muneri annis quinque præfuit. Gregorius nonus in Græciam eum ablegauit, ut ibi homines faſcinaret, & Romano pontifici ſubijceret. Scripſit Alexandri tertij iuſſu,

Breuiarium Romanum, lib.1.
Super ſententias, lib.4.
Sermones per annum, lib.1.

Et alia plura. Anagniæ ægrotantem uiſitauit papa, ubi & mortuus & ſepultus eſt. Balæus Centuria 4. cap.27. Scriptorum Britanniæ, ex Lelando: Schedelius ætate 6. Tritemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

IOANNES DE ASCVLO.

Ioannes Eſculanus, Minoritarum miniſter generalis poſt Bonauenturam, eruditus, diſertus, claruit anno 1270. Is à Gregorio decimo Conſtantinopolim miſſus eſt, ut Græcos Romano epiſcopo ſubijceret: qua in re nulli labori pepercit, ut etiã eos ad cõcilium Lugdunenſe ſecum unà perduceret. Scripſit

Sermones de tempore, lib.11.
Sermones de ſanctis, lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos, lib.1.

Et alia quædam. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

ARLOTVS.

Arlotus Hetruſcus, ex Prato inſigni oppido (ut Bergomenſis loquitur) oriundus, Minoritarũ generalis miniſter, theologus, philoſophus & dialecticus ſubtilis, claruit circa annum Chriſti 1290. Scripſit

Concordantias ueteris & noui Teſtamenti, lib.1.
Sermones uarios, lib.1.

Et quædam alia. Bergomenſis lib.13. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

RVPERTVS DE RVSIA.

Rupertus de Ruſia, Minorita, in ſacris literis & philoſophia egregiè doctus, ut multos poſt ſe diſcipulos inſignes relinqueret, claruit anno 1270. Scripſit

In regulam S.Franciſci, lib.1.
Super ſententias, lib.4.
Sermones uarios, lib.1.

Et alia multa. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Bergomenſis lib.13.

LVCAS DE PADVA.

Lucas Patauinus Minorita, prædicator publicus, claruit circa annũ 1290. Scripſit

Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Et alia nonnulla. Trithemius de Scriptoribus Eccleſiaſt. Bergomenſis lib.13.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Parmenſis, qui & Remenſis aliàs dicitur, Minorita, huius ſeculi hiſtoriam contexuit, quem aliquoties Blondus citat decad.2.lib.7.

ANTONIVS PATAVINVS.

Antonius de Padua, in Baptiſmo Fernandus dictus, ex Vlixbona Hiſpaniæ ciuitate oriundus fuit. Antonij nomen ſortitus eſt ex loco aliquo, ubi Minoritis ſeſe adiunxit, quo poſtea ſemper uocatus eſt. Erfurdenſis aliam addit cauſam nominis immutati, ut ſeſe hoc pacto quærentibus, qui ad uiſendum ipſum affatim confluebant, ſubduceret quaſi. cap.93.

Scripta.

Scripſit ſermones de tempore, lib.2.
Sermones de Sanctis, lib.1.

Trithemius de Scriptorib. Eccleſiaſticis.

Habitum canonicorum S.Auguſtini aſſumpſit primùm: deinde iſto abdicato, Minoritis ſeſe adiunxit, Franciſco eius ordinis primo autore utens præceptore, qui eum ſuum epiſcopum uocare ſolitus eſt. Pontifex Romanus Arcam Teſtamẽti appellare ipſum conſueuit, ob inſigne concionandi donum, quo etiã ab alijs cognominatus eſt. Bergomen. libro 13. Trithem. de Script. Eccleſiaſticis.

Iniunctum illi eſt in Foro Iulij à miniſtro generali, ut concionem ad populum haberet. Is ſe abluendis culinæ utenſilibus magis quàm cõcionandi muneri idoneum dixit. Verùm uicit tandem generalis autoritas. Concionatur is magna cum omnium admiratione. Illuſtres perſonas grauiter redarguit. De uirtutibus & uicijs perſpicuè diſſeruit. Hæreticos redarguit, ut multi errores deponerẽt. De titulo crucis & paſsione Ieſu Chriſti prędicauit. Vincent. lib.30. cap.131.

Idololatra magnus extitit. Cũ aliquando Paduæ noctu ſomno ſe dediſſet, poſtquam concionem habuiſſet, ſatan guttur eius ſtrinxit. Is B. Virginem inuocat, quæ ſubito fulgore inuocata adeſt, iſtum abigit, diabolus ſcilicet diabolum, ut efficacior eſſet illuſio. Vincent. lib.30. cap.133.

Cum per rumorem accepiſſet, quoſdã ſui ordinis apud Manochium excæcatos necatosque, ſubito deſiderio martyrij flagrat, ſuiq́; prælati licẽtia impetrata, in terram Saracenorum iter parat, ut uoti compos redderetur. Cui aliquis ex ſocijs monachis dixit: Vade, uade, quia forſitan ſanctus eris. Iſti reſpondit: Cum me ſanctum audieris, Deum collaudabis. Et ſic in propoſito perrexit, quamuis nec ſic quidem quod concupiuit conſecutus eſt.

Apud Aſsiſiũ generale capitulũ celebrare inſtituit, uerùm tanquã ignotus & inutilis ſpretus eſt, nulluſq́; eorũ uenit: ideoq́ue ad Gratianũ, qui Romaniolæ fratribus præerat, cõtendit, ſeq́; à miniſterio generali abſolui, & diſciplinis regularibus inſtitui petijt, fortè q, ſui contemptum ferre nõ potuit. Quo impetrato, eremũ montis Pauli ingreditur, ibiq́; ſolus in cauerna uitam ſolitariam uixit, mira abſtinentia nocturniſq́; uigilijs ſeipſum excarnificãs. Vincent. lib.30. cap.131. Toloſæ & Bononiæ docuit, ut inſignes poſt ſe diſcipulos relinqueret. Paduæ tandẽ, ubi multo tempore prædicaſſet, mortuus eſt, anno 1231. 13. Iunij. Erfurdenſis cap.93. Moriturus dixit, ſe Dominũ uidere. Reliquis putidũ unctionis oleũ adferẽtibus dixit, ſe unctionẽ intra ſe habere. Vincent. lib.30. cap.133.

Poſt mortẽ, qa per multiplices impoſturas ſatan ſub ipſius nomine hominib. impoſuit, à Gregorio nono inter ſanctos pontificios counumeratus eſt Spoleti, ultimo illius pontificatus anno. Iohannes Stella, Bergo. lib.13. Sabel. tom.2. Ennead.9. lib.6. In translatione corporis eius, lingua uiſa eſt adhuc recẽs & rubicunda, quã ob cauſam Bonauẽtura in hæc uerba erupit:

O' lingua

O' lingua benedicta, qua ſemper Deum benedixiſti, nunc apparet quãti ſancti meriti fuiſti. Schedelius ætate 6.

ORDINIS PRAEDICATORVM.

DOMINICVS.

DOminicus ex Hiſpaniȩ uilla Calagora, Palmerius Calaguram uocat, Exonienſis diœceſis oriundus, patre Felice & matre Iohanna natus. Mater antequam ipſum conciperet, in ſomnis uidere uiſa eſt ſe catulum ardentẽ facem ore geſtantẽ portare, qua totus mundus accenderetur. Quędã nobilis fœmina, quę in baptiſmo illum ſuſcepit, per ſomnum uidit ſtellam in fronte eius radiantem, ſuoq́; fulgore terram illuſtrantem.

Iuuenis Palentiã miſſus eſt ſtudiorum cauſa: ubi fœliciter tãta aſsiduitate literis incubuit, ut breui tempore condiſcipulos plurimùm ſuperaret. Ibi per totum decennium à potu uini abſtinuit.

Poſtea ad Theologiæ ſtudium ſe contulit. Vincent. lib. 29. cap. 94.

Eo tempore, quo Palentiæ operam nauaret, fames annonæq́; caritas in Hiſpanijs exorta eſt. Is ne indigentibus deeſſet, quicquid librorum habebat uendidit, & pecuniam in pauperum neceſſarios uſus contulit: quo exemplo alios quoque ad ſimilem liberalitatem inuitauit, atq; hoc pacto plurimis cœpit innoteſcere.

Ea igitur fama permotus Didacus Oxonienſis diœceſis antiſtes, ipſum accerſitum fecit canonicum in eo loco regularem. Ibidem cap. 95.

Vbi canonicum regularem egiſſet aliquãdiu, aſcitis duodecim ſocijs, prædicationis ordinem inſtituit, & à B. Maria peculiariter inſpiratus habitũ ſuſcepit. Bergomenſis lib. 13.

Ab Honorio tertio, poſt expugnatos Albingenſes, primus ſacri Palatij magiſter creatus eſt, atq; primùm apud S. Sixtum, poſtea apud S. Sabinam habitauit. Volaterranus lib. 21. Anthropologiæ.

Speciale donum, quod gratiam lachrymarũ monaſtici ſcriptores appellant, habuit, quòd cum lachrymis pereuntium ſalutem expetere à Deo ſit ſolitus.

Futura ipſum prædixiſſe fertur. Cum enim Albingenſium nonnulli in partibus Toloſanis igne cremandi eſſent, unum eorum Raimundũ de Groſsi intuitus, petijt eum uiuum ſeruari: ſiquidẽ futurum diceret, ut ad Romanam Eccleſiam rurſus accederet. Is uerò tandem eius ſectator effectus eſt uſq; ad finem ſuæ uitæ. Vincent. lib. 30. cap. 77.

Prædixit quoſdã à ſe receſſuros, quos tamen oratione reuocaſſe dicunt. Ibid.

Item cum omnes ſuos ſectatores ad capitulum uocaſſet, prædixit quatuor ex illis receſſuros, duos quidem eorum corpore, reliquos duos animo: id quod euentus comprobauit. Nam duo eorũ mortui ſunt, duo monaſticæ uitæ ualedixerunt, & ad ſeculum reuerſi ſunt.

Dixerat aliquando Alacrino priori Caſamariæ monaſterij ſecretò, ſe nunquam aliquid petijſſe, quod non conſecutus fuiſſet. Eius periculum facturus Alacrinus inquit: Ora igitur, ut Magiſter Conradus, quem tui fratres ſibi dari petunt, tuo ordini ſeſe mancipet. Tum Dominicus: Etſi id quod petis difficile eſt, ſi tamen hac nocte in oratione mecum perſeuerare uolueris, fiet illud. Mane facto uenit ille Cõradus, & ad ipſius pedes proſtratus, ſe in ipſius ordinem recipi petijt & impetrauit. Vincent. lib. 30. cap. 116.

Eodem modo cuidam decano de Francia, qui Murinæ in ipſum inciderat, & de libidinis æſtu apud ipſum cõqueſtus fuerat, caſtitatem ſuis precibus impetrauit. Ibidem.

Confirmatio regulæ eius.

Anno 1215. cum Fulcone epiſcopo Tholoſano ad concilium Lateranenſe uenit, ubi ab Innocentio tertio ſui ordinis confirmationem impetraret. Renuit aliquandiu pontifex: uerùm in ſomnis admonitus, uti fabulantur, conſenſit tandem, & ut regulam ſibi ſuisq́; conſcriberet iubetur. Re cum fratribus deliberata, quos ſedecim habebat, unanimiter S. Auguſtini regulam eligunt, adiectis nonnullis, quæ ad rigorem magis pertinere uidebantur. Ea poſtea ſequenti anno poſt Innocentij mortem Bononię Honorio obtulit, qui eam confirmauit. Vincentius libro 30. capite 66. Ea confirmatio facta eſſe fertur à Volaterrano in ſacello S. Sabinæ Romæ, quod inhabitauit aliquandiu: lib. 21. Anthropologiæ.

Opera eius.

Hæc eius opera cõmemorantur, quòd in orationibus aſsiduus extiterit, proximos dilexerit, afflictis condoluerit, cunctisq́; ſubiectus extiterit.

Libellũ, cui titulus eſt, Collationes patrum, ſtudioſè ſubinde legit.

Toloſæ hoſpitem, apud quem pernoctabat cum Didaco, in uiam reduxit. Vincent. lib. 29. cap. 95.

Diſputationẽ contra Albingenſes conſcripſerat. Cumque utrinq; iudices apud fanum Iouis conuenirent, nec utra pars ueriorem tueretur ſententiã, poſſent certò ſtatuere, placuit & Dominici & Albingenſium ſcriptum igne examinare, rati

futurum,ut quod ueriorem tueretur ſententiam,ab igne illæſum permaneret. Ibi Dominici ſcriptum , altero conflagrato, ſaluum ex igne proſilit, ſeque ipſum à ui flammæ eripit aliquoties. Ibid.cap.96.

Albingenſibus toto decennio prædicauit, reliquis prædicationis ipſius ſocijs, paucis exceptis,domum redeuntibus.Eo tempore quæuis indigna paſſus eſt, ut & irrideretur & conſpueretur , necnon & luto peteretur.Hæc omnia mortiſque inſidias æquo animo pertulit,& conſtanter ſuperauit.

Bis ſe nendendum pro alijs redimendis obtulit.Vincentius libro 29.cap.104.

Vt uerò nobiles quaſdam fœminas, quæ Albingenſibus addictæ erant, lucrifaceret, apud illas hoſpitium petijt. Ibi à cibis appoſitis abſtinebat, contentus modico pane & aqua per totam Quadrageſimam . Lectos quoque paratos neglexit, in tabulis noctu quieſcere contentus cum ſocio. Inſuper petijt, ut ſibi & ſocio cilicium quærerent,idq; clam ab ipſis haberi uoluit, quamobrem tanquam uir uerè ſanctus ab illis eſt habitus.Ibid.cap.105.

Suos ſectatores admonuit,ut apud ſeculares ieiunarent,uigilarent, reliquaque eius generis exercerent: quod oſtentationis ſtultæ ſpecie non caruit.Ibidem.

Si quid ſupererat, quod ſibi ſuiſq; detrahere poſſet, monialibus monaſterij de Priuiliano impertiuit. Vincentius lib.29. capite 105.

Vbi ſuæ regulæ confirmationem impetrauiſſet, Tholoſam rediens conuentum egit in eccleſia S. Romani , ubi monaſterium conſtruxerat , ac ſuis fratribus iubebat, ut paſſim in orbe terrarum prædicarent, relinquẽs quoſdã in Hiſpania, quoſdam Luteciam , quoſdã Bononiã mittẽs. Antequam uerò diſpergerentur, conſtituitur abbas eorum Matthæus, penes quem ſumma poteſtas eſſet. Vincent.li.30.c.67.

Barbam aliquandiu nutriebat,ne Saracenis offendiculo eſſet,quibus concionari animum induxit.Ibid.cap.67.

Recenſet aliquot uirtutum ſpecies Vincẽtius, quas præcipuè in eo fulſiſſe refert, quæ illiua ouillę pellis loco meritò habentur,de qua Chriſtus Matth.7. ut quòd zeloſus,æquabilis,miſericors,animo lęto & hilari,atq; etiã conſtans fuerit. Quòd ſemper talia ore ſonuerit, quæ auditores ad ſeculi cõtemptum & amplectendam monaſticen extimularent. Quòd cunctos dilexerit,& ab omnibus ſit redamatus . Cũ lætis & gaudentibus læto fuit animo. Paupertatem dilexit . Veſtimenta uilia erant, quibus induebatur. Cibo temperanter & modicè utebatur. Cũ in epiſcopum Coretanenſem electus eſſet, omnino eam dignitatem renuit, uſqueadeò, ut ſe malle terrã deſerere diceret, quàm in eam conſentire.lib.30.cap.111.

Interrogatus aliquando , cur libentius in diœceſi Carcaſſonenſi,quàm Toloſana commoraretur: reſpõdit, Multos eſſe,qui hic eum honorẽt, ibi uerò qui impugnẽt. Ibidem.

Per diem hominibus inſeruiebat, noctu uigilabat preculis recitandis.

Quotidie fermè deũ ſuum Maoſin celebratione Miſſæ coluit magna deuotione.

Oculi ſubinde lachrymis madebant.

In templis plerumq; pernoctauit,uſq; adeò,ut rarò lectum habere uideretur.

Ferrea catena ter ſingulis noctibus ſeſe cæcidit ipſum , tum ſui ipſius cauſa , tum pro peccatoribus in mundo uerſantibus, tum etiam pro animabus quæ in igne purgatorio excruciabantur. Hæc autem omnia contra ſacram Scripturam, & meritum Ieſu Chriſti.

Si quando noctu ſomnus obreperet,caput ad lapidem reclinabat,& ſic aliquantiſper dormiebat.Mox excitatus ad preculas redibat.Vincent.lib.30.cap.112.

Cum Innocentius tertius regẽ Franciæ alioſq; ad capeſſenda arma in Albingenſes inflammaſſet, & tandẽ rei ſumma Simoni de Monte Forti nobili demandata eſſet,ut eorum reliquias in uniuerſum tolleret, Dominicus ipſum comitatus eſt, & non uerbo tantùm,ſed ferro & flãma contra Chriſti præceptum, Vos autem nõ ſic: eorum extirpationem iuuit,idque ad annum 1212. Schedelius ætate 6. Nauclerus uolumine 2.gene.41. Plurima conſtruxit monaſteria per totam ferè Europã,quam prædicando peragrauit.Bergomenſis lib. 13. Schedel.ætate 6.

Miracula eius.

Stephani cuiuſdam de Foſſa noua cardinalis ad S.Sixtum nepos, de equo Romæ lapſus,prorſus uidetur exanimis. Pro quo cum à Tancredo quodam admonitus oraſſet , ſtatim & uiuũ & incolumem cardinali reſtituit.Vincentius libro 30.capite 71.

Architectus quiſpiam,qui prædicatoribus in extruendo ædificio operam nauabat,macerie percuſſus occubuit. Pro hoc ubi oraſſet,in uitam redijt.Ibidem.

Deinceps accidit ibidem Romæ ad S. Sixtum, ut panes ad edendum non ſufficerent , nec etiam hoſtiatim mendicantes aliquid acciperent. Quod cum reliquorum procurator, qui numero 40. erant,Dominico indicaret, iuſsit ut menſæ

confide-

conſiderent. Ille panibus benedixit. Et quamprimùm iuuenes dno ingreſsi panes apportant, & ad locum, ubi Dominicus ſedebat, collocãt, ſubitoq; diſcedunt. Ibid.cap.72.

Iacobum reliquorum procuratorem animam agentem tanquam ex morte in uitam reuocauit, ubi in corpus morientis inſtar Eliſæi incubuiſſet. Ibid.cap.73.

Imbrem denſum ſignaculo crucis propulſauit aliquando iter faciens, ne madefieret. Ibid.

Cum naulum dare urgeretur in partibus Tholoſanis, nec quicquam haberet, cœlum intuens orat. Mox terram inſpiciens, uidet denarium, quem nauclero importuno dabat. Ibid.cap.74.

Cuidam religioſo, cum quo iter faciebat, qui aliena utebatur lingua, ita ut alter alterum intelligere non poſſet, impetrauit, ut ille ſuo uteretur idiomate, & alter lingua alterius per totum triduum. Ibid.

Cuidã multis diabolis obſeſſo, ſtolam collo appoſuit, qua prius ille collum cinxerat. Diaboli grauiter ſe torqueri querulantes, ea conditione ab ipſo dimiſsi ſunt, ut martyres qui ibidem ſepulti erant, primùm fideiuſſores darent, nunquam ſe redituros. Vincent.lib.30.cap.75.

In templo, quod Iouis phanum dicitur, cum prædicaſſet, & Albingenſium hæreſin damnaſſet, nouem nobiles fœminæ illum conueniunt, petuntq;, ut pro ipſis oret, ut id quod uerum eſſet, ipſis amplecti liceret. Vbi uerò oraſſet, mox diabolus cati ſpecie ipſis apparet: cumq; aliquandiu circumcurſitaſſet, iterũ diſparet. Tum Dominicus, Hunc illum eſſe, cui ſeruiuiſſent hactenus: utq; ad Romanam Eccleſiam reuertantur, hortatur. Ibid.cap.76.

Monaſticæ nugæ de Dominico, eiusq; ordine.

Fabulantur Innocentium tertium primùm ſe difficilem ad confirmationem regulæ Dominici præbuiſſe, uerùm per ſomnum eſſe admonitum ut aſſentiretur. Vidiſſe enim Lateranenſem eccleſiam ſuis reſolutam compagibus, ingentem minitari ruinam, quam ſubiectis humeris Dominicus ſuſtentaret. Hoc felicis eſſe rem ominis arbitratus, quaſi ipſe cum ſuis ſequacibus Romanam Eccleſiam aliquando fulturus eſſet, ad confirmationẽ ſe iam promptum ſcribit. Vincent.lib.30.cap.65.

Poſtquam ſuæ regulę confirmationem impetraſſet, Romam uenit, & in baſilica S.Petri pro conſeruatione & dilatatione ſui ordinis petijt. Ibi protinus ad ſe uenientes uidit Petrum & Paulum, quorum ille baculum, hic librum tradebat, hiſce uerbis adiectis: Vade & prędica, quoniam ad hoc miniſterium à Deo es electus. Et mox uidere uiſus eſt ſuos fratres binos & binos, per totum orbem diſperſos, populis prædicare. Ibid.cap.67.

Sacerdos quiſpiam uolens ſe iſti ordini mancipare, noui Teſtamenti libro carebat. Protinus adeſt qui uenalẽ offert. Hic adhuc hæſitans librum aperit, ut hoc pacto diuinam uolũtatem expiſcaretur. Incidit igitur in locum qui in Actis cõtinetur: Surge, deſcende, & uade cum eis nihil dubitans, quia ego miſi eos. Illud rem boni ominis ratus, ſtatim ſe reliquis adiungit. Vincent.lib.30.cap.68.

Alius quiſpiam Conradus Portuenſis Bononiæ prædicatores acceſsit. Cumque ſecum animo uolueret, quam ob cauſſam ille ordo inſtitutus eſſet, nec quicquã ſecum certi ſtatuere poſſet, librum aliquem ſibi tradi petijt. Offertur miſſale (ut uocãt) cruce ſignat, aperit, & in prima pagella in capite hęc uerba ſcripta inuenit: Laudate, benedicite & prædicate. quæ illi cauſſas oſtenderunt, ſcrupulumque exemerunt. Vincent.lib.30.cap.68.

Guala quidam Prior Brixiæ, poſtea eiuſdem loci epiſcopus, dormiens eadem hora, cũ ex uiuis diſcederet Dominicus, in ſomno uiſus eſt duas ſcalas candidas demiſſas cœlitùs uidere. Vnius ſummitatem Chriſtus, alterius uerò B.Virgo manu tangebat. In terris ſedes illis appoſita erat, cui aliquis facie caputio uelatus inſidebat ad eum modum, quemadmodum prædicatores ſuos mortuos uelatos ſepelire conſueuerũt. Eas ſcalas & Chriſtus & Virgo mater paulatim ſurſum trahebant, pſallentibus angelis, donec in ſella collocatus in cœlum reciperetur. Ita per ſomnium Dominicani certiores facti ſunt, ſuũ Dominicum in cœlum eſſe receptum. Vincent.lib.30.cap.114.

Raho quiſpiam in Miſſa eius mentionem faciens (nouerat enim ipſum ægrotare grauiter) Dominicum extra Bononiã laurea redimitum, atq; à duobus comitatum, in uia regia procedere uidit. Eadem hora, quę ſexta fuit, animã exhalauit. Ibid.

Sepulchro eius aperto (dictu incredibile) fragrantiſsimus odor cuncta impleuit. Ille res circũpoſitas occupauit, & uſqueadeò firmiter inhæſit, ut aliò ad lõginquas regiones deportatæ eundẽ ſpirarent. Manibus prædicatorum monachorum, qui ſuis eius exuuias contrectauerant, diebus pluribus adhęſit, ut ablui uix potuerit. Vincent.lib.30.cap.115.

Mors eius.

Appropinquante hora tranſitus ipſius,

grauiter apud Bononiam ægrotare cœpit. Ibi primùm ſuum ordinauit teſtamẽtum in quorũdam ſui ordinis præſentia, ut ſcilicet charitatem, humilitatem & paupertatem ſectarentur. Per iſta tria ſecum ipſos fore regni cœlorum hæredes. Vt poſſeſsiones temporales auerſentur, nec quiſquam in iſtum ordinẽ induceret, uſqueadeò præcepit, ut & ipſius Dei & ſuã quoque maledictionem tali interminaretur. Deinde ipſos conſolatur, ne ſui diſceſſus cauſſa turbentur: fore ſe mortuũ ipſis multò utiliorem, quàm uiuum, & maxima, ſua oratione impetraturum à Deo. His dictis, collectus eſt ad ſuum populum, anno ſalutis 1221. octauo Idus Auguſti, hora ſexta. Palmerius annum mortis numerat 1222. nonis Auguſti. Schedelius mortis annum facit 1223. ætate 6. Item Blondus libro 7. decad. 2.

Exequijs eius interfuit Hoſtienſis epiſcopus, qui poſtea creatus Romanus pontifex, Gregorij noni nomen accepit. Vincent. lib. 30. cap. 113.

Corpus eius, cum miracula ad ipſius ſepulchrum quotidie fierent, à loco in quo reconditum erat, translatum eſt à reliquis prædicatoribus monachis, archiepiſcopo Rauennate, & alijs quatuor epiſcopis, Mutinenſe, Sabinenſe, Brixinenſe & Bononienſe. Armatæ cohortes ſepulchrum cingebant, ne ſcilicet quis de reliquijs quicquã clàm ſurriperet. Ibid. cap. 115.

Tandem etiam à Gregorio nono in catalogum pontificiorum ſanctorum relatus eſt in urbe Reatina, anno 1233. Sched. ætate 6. Blond. lib. 7. decad. 2. Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouitiorum.

Miracula poſt mortem ad ſepulchrum eius facta.

Trãslatus Dominicus in monaſterium prædicatorum Bononię, homines magno numero ad ſepulchrum eius confluunt, ut ſanitatem aliaq; neceſſaria conſequãtur.

Quidam nobilis ex Vngaria eò peregrinatus cum coniuge & filiolo, qui in ipſo itinere mortuus erat, filij paruuli cadauer ad eum reponit locum hiſce uerbis: Beate Dominice, lætus huc ueni ad te, en triſtis redeo. Redde mihi filium, qui unica mei cordis lætitia exiſtit. Media nocte reuiuiſcit iterum, diſcurrit & lac ſugit. Vincent. lib. 30. cap. 116.

Iuſtina comitiſſa, cum iuuenem in aqua ſuffocatum Dominico commendaſſet, & ſe nudis pedibus ad ipſius reliquias peregrinaturam, atque ſi reuiuiſceret, libertati donaturũ, uouiſſet, ſtatim uiuere iterum uidit. Ibid.

Eodem modo cuiuſdam Ladiſlai filius paruulus mortuus, uitæ reſtitutus eſt, ubi mater opẽ mortui Dominici, uoto ſimul corã ſacerdote addito, implorauiſſet. Ibid.

Alius quiſpiam de uilla Leleygotart filium Thomam defunctum uitæ reſtitui, tota nocte petijt à Dominico. Expergefactus filius circa primũ noctis gallicinium dixit patri: Multum fleuiſti pater, ſed beatus Dominicus deſolationi tuæ compatiens, ut tibi uiuus redderer, ſuis meritis impetrauit. Vincent. lib. 30. cap. 116.

Alterius cuiuſdam in Vngaria, cuius nomen reticetur, filius moritur, qui prius fidem illis quę de Dominico audierat, non adhibuit. Monetur ab amicis, ut de incredulitate ſua doleat, & ſupplex filio uitam reſtitui petat. Hoc ubi feciſſet ille tota nocte, circiter primam diei horam filium uitæ redditum uidit. Vincent. lib. 30. ca. 117.

Gẽtus quiſpiam de uilla Pinar puerum manu ducens, retulit iſtum fuiſſe mortuũ, & reuiuixiſſe, ubi pro ipſo Dominicũ fuiſſet deprecatus. Ibid.

Cæcus quidam per totos 18. annos & alioquin malè habens, cum ſuo parocho ad eius reliquias peregrinatus, ſanitate & uiſu reſtitutus fertur. Vincent. li. 30. ca. 118.

Saudur iuuenis uexatus à ſpiritibus malis, & alioquin malè ſanus, Dominicum inuocat. Mox uocatus adeſt ueſte monaſtica indutus, eaq; manu collecta ſpiritus abigit. Ibid.

Reſtant adhuc alia miracula uel facta uel ficta, ut de tribus candelis Dominico dicatis ſua ſponte accenſis, de mutis, cæcis, doloribus excruciatis, ruptis, calculoſis ſanitati reſtitutis, quæ longum eſſet omnia recenſere, ad ſuperſtitionem directa. Vincent. lib. 30. cap. 119. 120.

IOHANNES.

Iohannes, cognomẽto Teutonicus, Friburgi natus, ordinis prædicatorum Argentinæ, eligitur Bolnenſis epiſcopus circa annum 1242. Poſtea deſerens epiſcopatum, ad monaſticen ſeſe rurſus confert, & poſt Raymundum Dominicanorum magiſter generalis conſtituitur. Trithemius de uiris illuſtribus Germaniæ. Erfurdienſis cap. 93. refert, ipſum in Longobardia ſui ordinis magiſtrum conſtitutum, etiamſi contrà reluctaretur, diſpenſante Romano pontifice. Scripſit

Summam confeſſorum, lib. 5.
Super decreta Gratiani.

Et quædam alia. Obijt anno 1253. cum epiſcopũ egiſſet annos 12. cum dimidio. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis & uiris illuſtribus Germaniæ. Sepultus eſt Argentinæ, & poſt mortem inter pontificios ſanctos relatus eſt, quòd miraculis

poſt

poſt mortem inclareſceret. Ibid. Volaterranus lib.21. Anthropol.

RAYMVNDVS.

Raymundus Barchynonenſis de Penna forti, natione Catalanus, poſt Iordanẽ generalis prædicatorum magiſter, tertius in ordine, inſigniter doctus, tam in Theologia quàm iure, Gregorij noni pœnitentiarius ſeu capellanus, claruit anno 1230.

Compilauit Decretales iuris, lib.5. iuſſu Gregorij noni, uel quòd põtifici operam tulerit, ut habet Schedelius.

Scripſit ſummam de caſibus, lib.3.

Conſtitutiones ſui ordinis, lib.1.

Et quædam alia. Bononię ius publicè profeſſus eſt. Terraconenſem epiſcopatũ, ob nauatam operã in congerendis Decretalibus ipſi oblatũ, ſtrenuè recuſauit, dictitãs, ſe ſecurius ſubeſſe, quàm præeſſe. Vbi ſuo ordini per bienniũ præfuiſſet, ſpontè abdicauit, & reliquum uitæ tempus priuatim uixit. Volaterranus in Anthropologia lib.21. Tandem in conuentu Barchynonenſi diem clauſit extremum, anno Domini 1275. ipſo die Epiphaniorum. Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouitiorũ.

IOANNES DE VERCELLIS.

Ioannes de Vercellis, magnæ autoritatis uir, Pariſijs in Magiſtrum ordinis prædicatorum per Lõgobardiam electus eſt, anno 1262. Is curauit Dominici exuuias aliò transferri. Vbi annis 20. præfuiſſet reliquis Dominicaſtris, collectus eſt ad ſuũ populum, anno 1283. pridie Calend. Decemb. Erphurd. cap.95.

HVMPERTVS.

Hũpertus de Romania, Magiſter quintus ordinis prædicatorum, claruit anno 1220. Scripſit de ratione tollendi ſchiſma inter Græcos & Latinos, eiuſque cauſſas præcipuè tres recenſet: exactiones immodicas, excommunicationes, & ſtatuta. Catalogus teſtium ueritatis ex Aliaco. Item ſuper 4. libros ſententiarum. Ptolomæus Lucenſis.

STEPHANVS.

Stephanus magiſter ordinis prædicatorum in Francia octauus, Coloniæ in generali capitulo electus Theologiæ magiſter, obijt anno 1297. Erphurdienſis cap.96.

REGINALDVS.

Regioaldus, S. Anniani Aurelianenſis decanus, qui annis quinque in Pariſienſi gymnaſio Canonicum ius fuerat profeſſus, cum ſuo epiſcopo mare tráſiturus, Romam uenit. Is decreuerat ſe ordini prædicatorum adiũgere: uerùm quo pacto perficeret, quod animum induxerat, non reperit. Proinde cuidam cardinali ſeſe aperit, cuius auxilio familiaris fit Dominico, cuius blandicijs multò magis extimulatus, in propoſito confirmatur.

Paulo pòſt febri corripitur uſqueadeò, ut de uita periclitaretur. Dominicus ſuis preculis Deum, atq; etiã B. Virginem Mariam fatigat. Fit uoti compos. Virgo illa duabus comitata puellis ægroto apparet, promittitq; omnia ſe quæ petiturus eſſet, ipſi daturam. Admonitus Reginaldus ab altera puellarum, totum ſe iſtius uoluntati permittit. Protinus illa oculos eius, aures, nares, os, manus, renes pedesq; inungit, ſubinde noua uerborũ formula utens. Renes quidem his uerbis adiunctis: Stringantur renes tui cingulo caſtitatis. Pedes uerò hiſce: Vnge pedes tuos in præparationem Euangelicæ pacis. Reliqua comperta non ſunt. Deniq; ipſi prædicatorum habitum oſtendit, loquiens: Iſte eſt habitus tui ordinis. atq; ſic diſparuit. Mox ille conualuit, atq; uti inſtituerat, iſti ordini ſe mancipat, magnoq; zelo poſtea Bononiæ docet, ut alter quiſpiã Elias reputaretur. Vincent. lib.30. cap.69.70.

IOANNES BALBVS.

Ioannes Balbus Genuẽſis, ordinis prædicatorum, profeſſor artium doctus, claruit anno 1290. Scripſit

Vocabulariũ Latinum, cui titulum pręfixit, Opus Catholicon.

De quæſtionibus animę ad ſpiritum in modum dialogi.

De ratione Paſchæ.

Grandæuus cuncta quæ poſſedit in manus pauperum eſt elargitus, & Dominicanorum ordinem ingreſſus eſt. Bergomenſis lib.13.

PHILIPPVS, ORDINIS SERVORVM D. VIRGINIS.

Philippus Ethruſcus natus eſt Iacobo ciue Florentino & Albanda matre. Is medicus inſigniter doctus primùm, iſtius profeſsionis pertæſus, eremiticam uitam eligit. Et nec ea adhuc contentus, oraculo ſcilicet admonitus, Seruorum uirginis Mariæ ordinem ſub regula D. Auguſtini inuenit, additis adhuc quibuſdam conſtitutionibus. Obijt anno 1285. octauo calend. Septemb. Mortuus miracula edere dictus eſt. Bergomenſis lib.13.

INCERTI LOCI.

HVMBALDVS.

Humbaldus Romanus natione, Theologię profeſſor & interpres, claruit anno 1270. Scripſit

Super Sententias, lib.1.

Quodlibetorum, lib.1.

Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Erphurdienſis cap.95.

NICO-

NICOLAVS.

Nicolaus Tolleminas,omnium ſui temporis abſtinentiſsimus,ut ſemel tantùm pane & aqua in die uteretur, obijt anno 1293.Ab Eugenio tertio in diuorum catalogum relatus eſt.Raph.Volaterranus lib. 21.Antropol.

GALLIAE MONACHI.

GAVFREDVS.

Gaufredus Meldenſis Eccleſiæ epiſcopus anno 1213.muneri abdicans, monachus fit in S.Victoris monaſterio Pariſijs. Is inauditæ abſtinentiæ fuit. Nam in Quadrageſima & aduentu Domini quotānis tertium in ſeptimana cibum, potum uerò nunquam ſumpſit,ut Vincentius loquitur.Reliquo anni tempore amaris prorſusq; inſipidis uſus eſt,quæ uix ab alijs guſtata fuere.lib.30.cap.8.

RICHARDVS.

Richardus Theologus ubi Anglorum ſcholas frequentaſſet,Luteciam petijt.In collegio S.Victoris proximum à primo locum obtinuit, cum propter eruditionem, tum pietatem.Scripſit

De arbore Nabuchodonoſor, lib.1.
Super Iohelem, lib.1.
Expoſitiones in Nahum, lib.1.
Super Ad me clamat, lib.1.
Super Eccleſiaſten, lib.1.
Super Exijt edictum, lib.1.
Sermones deuotos, lib.1.
Opus pœnitentiale, lib.1.
In orationem Dominicam, lib.1.
Sex genera contemplationis, lib.1.
De conceptione Mariæ, lib.1.
Expoſitiones in Pſalterium, lib.1.
Sententias ſcripturarum, lib.1.
De uitis patriarcharum, lib.1.

Atque alios multos tractatus Pariſijs edidit.Claruit anno 1240.& Luteciæ tandem ſepultus eſt. Balæus Cent.3.cap.99.ſcript. Brytan.ex Lelando & Boſtono Burienſi.

S. DIONYSII.

GVILHELMVS.

Gvilhelmus monachus S.Dionyſij,natione Gallus,ordinis Benedictini,doctus,claruit circa annum 1240.Scripſit

Hiſtoriarum uolumen, lib.3.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.

Item commentarios in libros ſacros edidiſſe dicitur. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis,Bergomenſis lib.13.

MATTHAEVS.

Vbi Ludouicus Galliæ rex exercitum in Syriam ducturus eſſet anno 1269. Matthæum Vindecinenſem, abbatem S.Dionyſij,collegam dedit in regni adminiſtratione Simoni de Nella.Rob.Gang.lib.7.

STEPHANVS.

Stephanus abbas S.Dionyſij Pariſijs circa annū 1280.præfuit. Miſſus eſt unà cum Petro Baiocenſi legatus ad Mariā de Oegnies,quæ uates eſſe dicebatur,ad inquirendum,uter Ludouicum filium natu maximum ueneno ſuſtuliſſet, an nouerca,an uerò Brocchius cubicularius. Sed nihil rę ſciuit, quòd alter ille Petrus præueniſſet, & illa diceret, ſatis Petro eſſe reſponſum. Robert.Gang.lib.7.Æmylius lib.7.

IOHANNES BELETH.

Iohannes Beleth philoſophus & ſcholaſticæ Theologiæ gnarus,Pariſijs docuit ſub initium huius ſeculi.Scripſit

Summam de diuinis officijs, lib.1.
Sermones uarios, lib.1.

Atq; alia plura.Bergomenſis lib.12.

PHILIPPVS.

Philippus Magiſter & Pariſienſis cancellarius, decreto de pluralitate miniſteriorum ſeſe oppoſuit anno 1228.Scripſit

De ſingulis pſalmis duos uel tres ſermones, lib.1.
Summam Theologiæ, lib.1.

Trithemius de ſcript.Eccleſ. Publica uoce monachos inſectatus eſt, ideoque tale quid in ipſum ſunt commenti nugaciſsimi nugatores,ipſum ſcilicet æterna damnatione punitum eſſe,cuius ipſemet fuerit nūcius.Apparuerat enim poſt mortem Guilhelmo Pariſienſi epiſcopo media nocte eunti ad eccleſiam ſub tetra & tenebroſa umbra, ſplendente luna, idq; nunciauerat, expoſitis ſimul cauſis: ut quòd Theologorum ſententiæ de miniſteriorū pluralitate obſtitiſſet, quòd nihil in pauperes fuiſſet elargitus,quòd ſpurca libidine longo tempore plurimos offendiſſet. Ante mortem dicitur admonitus ab epiſcopo,ut ſententiam mutaret:uerùm perduraſſe,& dixiſſe,facturum ſe periculum, an talis Simoniacus damnaretur. Chron. Fland.lib.8.

ALANVS.

Alanus Beuclif, ſeu Bellocliuus, Sudouolgius, Oxonij primùm, poſtea Pariſijs cognitionem rerum bonarum eximiam ſibi peperit, ita ut Luteciæ alios publicè philoſophiam doceret,& ſacrę ſcripturę libellos interpretaretur.Claruit anno 1230. uaria ſcribens.Balæus Cent.10.cap.64.de ſcriptor.Brytan.ex Matthæo Pariſio.

DESIDERIVS.

Deſiderius Longobardus cōtra monachorum ſtatum multis diſſeruit. Item libello edito aſſeruit,eos manuum ſuarum labore uictitare debere:qua re ita Thomā Aquinatem offendit, ut ab eo Hæreſiarcha diceretur. Balæus Cent.4.cap.30. in appen-

appendice ſcript. Brytan. ex Bernhardo Lucelburgo.

OVIEHSLMVS.

Guilhelmus de S.Amore, doctor Sorbonicus, mendicitatem ocioſorum Minoritarum & Dominicanorum, fucatamq; paupertatem dānauit anno 1260. Scripſit

Defenſorium ſcripturę & Eccleſiæ, contra pericula imminentia Eccleſiæ generali per hypocritas ac pſeudoprædicatores, penetrantes domos, ocioſos & curioſos, gyrouagos, lib.4.

De periculis nouiſsimorū tēporū, lib.1.

De quinquaginta ſignis pſeudoprophetarum, lib.1.

Quæſtiones de mendicitate contra Bonauenturam, lib.1.

Et ſermones aliquot. Eius libros Alexander IIII. ut Minoritis gratificaretur, publico edicto abrogauit, & Vulcano tradidit. Platina in uita Alexandri quarti, Tilius in Chron. Balæus Cent.4.cap.30.in Appēd. Anglicæ hiſtoriæ.

SIMON.

Simon de Tornaco, presbyter & Theologus, claruit çirca annum 1269. Docuit annis pluribus non ſine fructu anditorum. Aiūt in quibnſdam ipſum erraſſe, dum nimis rigidè Ariſtotelē ſequeretur. Scripſit

Sententiarum ſuarum, lib.1.

Quæſtionum uariarum, lib.1.

In ſymbolum Athanaſij, lib.1.

Et alia quædam. Bergomenſis lib.13.

IOANNES DRITONVS.

Ioannes Dritonus, uel de Arida uilla, illuſtri familia natus in Anglia, claruit anno 1260. Is ubi mediocrem in bonis literis in patria fructum feciſſet, Luteciam petijt, & in philoſophia & Theologia tātus euaſit, ut magnus Theologiæ magiſter haberetur. Rector fuit ſupremus iſtius gymnaſij anno 1256. Oppoſuit ſe Minoritis & Dominicaſtris, qui Æternū Euangeliū tum tēporis profitebātur: uerùm uir pius & bonus à pontifice hæreſeos damnatus eſt. Scripſit

Contra ſeductores fratres, lib.1.

De tribus principijs, lib.1.

De relatione quoq;, lib.1.

De principijs Theologicis, lib.1.

Concluſiones ſcholaſticas, lib.1.

Atq; alia plura. Balæus Cent.4.cap.25.ſcriptor. Brytanniæ.

LAVRENTIVS.

Laurentius Anglicus Theologiæ magiſter, & Anglici collegij præpoſitus, Pariſijs claruit anno 1260. Nouum Euangelium æternum prædicatorū fortiter impugnauit initiò. Sed tandem Alexādri quarti fulmine, prædicatorū clamoribus & Alphonſi Pictauenſis comitis minis territus, eum iſtius pœnituit, & inter Dominicanos ſepeliri uoluit. Scripſit

Contra pſeudoprædicatores, lib.1.

Defenſorium Guilhelmi, lib.1.

Et alia quædam. Balæus Cent.4.cap.30. ſcript. Brytan. ex Cantipratenſi.

PETRVS.

Petrus de Yckeham Cātuariæ & natus & literis imbutus, Luteciam petijt, ubi à Philippo iſtius Vniuerſitatis cācellario humaniter propter eruditionem acceptus eſt. Scripſit Gallicè

Genealogiam regum Brytanniæ, lib.1.

Genealogiam Angliæ regum, lib.1.

Claruit anno 1260. Balæus Cent.4.ca.43.

IACOBVS.

Iacobus cognomine & natione Anglicus, Ciſtercienſis monachus, ſectator D. Bernhardi, claruit anno 1270. Cadmeiæ ſcholæ Pariſijs præfuit legendo, & ſcripturas ſcholaſtico more interpretādo. Scripſit

In Cantica Canticorum, lib.1.

Lecturas ſcholaſticas, lib.1.

Conciones Euangeliorum, lib.1.

Et alia plura. Balæus Cent.4.cap.36. ſcriptorum Brytanniæ.

IOANNES LONDINENSIS.

Ioannes Londinenſis patria relicta Oxonij iuuenis operā literis dedit, ubi Rogero Bacono innotuit, qui egeſtatē ipſius miſertus, & quòd ingenium capax diſciplinarum in eo animaduerteret, apud Minoritas ipſi de uictu proſpexit. Eā diſtendi occaſionem non neglexit, & in utraq; lingua, imprimis uerò Matheſi, laudabiliter profecit. Præceptorē ſuum Rogerum Luteciam ſecutus eſt. Is Romam cum quibuſdam libellis & inſtrumētis mathematicis ipſum miſit ad Clemētem quartum, ut in rebus difficilioribus interpretem ageret. Claruit anno 1270. & plurima ſcripſiſſe fertur. Balæus Cent.13.cap.81.de ſcriptor. Brytan. ex Lelando.

MICHAEL.

Michael cognomine Scotus, in Dunelmenſi ditione progenitus, claruit anno 1290. Is Oxonij primùm, deinde Luteciæ ſtudijs inuigilans, philoſophus, mathematicus & theologus euaſit. Habitus etiam pro necromantico eſt. Scripſit iuſſu Friderici ſecundi Imperatoris,

Super autorem Sphæræ, lib.1.

In Ariſtotelis Meteora, lib.4.

De conſtitutione mundi, lib.4.

De anima quoq;, lib.1.

De cœlo & mundo, lib.2.

De generatione & corruptione, lib.2.

De ſubſtantia orbis, lib.1.

De ſomno & uigilia, lib.2.

De ſenſu & ſenſato, lib.2.

De me-

De memoria & reminiſcentia, lib.2.
Contra Auerroem in Meteora, lib.1.
Imagioes Aſtronomicas, lib.1.
Aſtrologorum dogmata, lib.1.
In Ethica Ariſtotelis, lib.10.
De ſignis planetarum, lib.1.
De chiromantia, lib.1.
De phyſiognomia, lib.1.
Abbreuiatiooes Auicennæ, lib.1.
De animalibos ad Cæſarem, lib.1.

Balæus Cent.4. cap.36. ſcript. Brytanniæ ex Lelando, Iohanne Pico Mirãdula, Symphoriano, Cornelio Agrippa, & alijs.

THOMAS.

Thomas cognomento de Hybernia, ubi relicta patria Pariſijs aliquandiu literis inuigilaſſet, tantum fecit profectum, ut Theologiæ magiſterium in Sorbona adipiſceretur. Scripſit

Flores omnium doctorum, lib.2.
De Chriſtiana religiooe, lib.1.
De eluſionibus dæmonum, lib.1.
De tentatione diaboli, lib.1.
De remedijs uitiorum, lib.1.

Et alia multa. Claruit anno 1290. Balæus Cent.14. cap.89. de ſcript. Brytan.

ALEXANDER DE ALES.

Alexander de Ales, dictus Fons uitę, natione Anglicus, Pariſijs claruit anno 1240. Is & in Philoſophia & Theologia inſigniter doctus, ut ea tulerunt tẽpora, aliquandiu ſacras literas in gymnaſio profeſſus eſt. Non multò ante uitæ ſuæ exitum habitum Minoritarum aſſumpſit, idque hac occaſione. Voueratſe cũcta illa facturum, ſi modò poſsibilia eſſent, quæ quis in nomine B.Mariæ uirginis ab eo poſtulaſſet. Incidit igitur in Minoritam ſaccigerũ Lutecijs, eleemoſynas mendicãtem, qui per B.Virginẽ eum deprecabatur, ut ipſorum ordini aſſociaretur, ſiqoidem oullum habereot magiſtrum. Annuit petẽti, & mox monaſticum aſſumpſit habitum & raſuram, & primus quidem Minoritarum doctor fuit. Eius uerò ſectæ propagator ſtrenuus extitit, ut nomen doctoris irrefragabilis adeptus fuerit. Ingenio eoim ſubtilis & eloquio praeacutus extitit. Diſcipulos habuit Thomam Aquinatem, Bonauenturam & Guilhelmũ Guarronem, quos miris ſubtilitatibus pro Antichriſti regno ſtabiliendo armauit. Petri Longobardi doctrinam illuſtrauit, & ſubtilibus argumentis ampliauit. Samaritanæ cuiuſdam confuſionis fuit autor, miſcens ethnicam, pontificiam & Chriſtianã religionem. Scripſit

Summam Theologiæ, lib.4. iuſſu Innocentij quarti.
Declarationem ſuæ regulæ, lib.1.
Commentarios in Iob, lib.1.
Poſtillam ad Romanos, lib.1.
De oerbis exoticis, lib.1.
Dictionarium difficilium uocab. lib.1.
Mariale magnum, lib.6.
Super Eſaiam, lib.1.
Super Hieremiam, lib.1.
Super Ezechielem, lib.1.
In Euangelia, lib.4.
In Apocalypſin Iohannis, lib.1.
Lecturas Bibliorum, lib.1.
De myſterijs Eccleſiæ, lib.1.
Summam de uirtutibus, lib.4.
Quæſtiones Séotentiarum, lib.6.
De pœnitentia, lib.1.
De negligentia, lib.1.
Qoæſtiones de anima, lib.1.
Lecturam ſententiarum, lib.4.
Concordiam utriuſq; iuris, lib.1.
De legibus, lib.1.
In Pſalterium quoq;, lib.1.

Et alia plura ſcripſit. Obijt Pariſijs anoo 1245. ſexto calend. Septembris, & in Franciſcanorum cœnobio ſepultus eſt. Balæus Cent.3. cap.91. Script. Brytan. ex Boſtono Burienſi & alijs autoribus. Vincentij Continuator lib.31, & Bergomenſis lib.13, annum mortis eius faciunt 1250.

IOHANNES GVALA.

Ioãnes Guala, profeſsione Theologus, Vuigorniæ Minorita, Oxonienſem relinquens ſcholam, Luteciam peruenit. Tantæ eruditionis fuit, ut ter maximus haberetur, & Arbor uitę in inſignẽ filij Dei contumeliam diceretur. De re quacunque ex tempore potuit diſſerere. Scripſit

Communiloquium de uitæ regimine, lib.7.
Foriloquium de philoſophorũ dictis, lib.1.
Legiloquium de mãdatis diuinis, lib.1.
Moniloquiũ, ſeu collectiloquiũ, lib.4.
Breuiloquiũ de ſapientia ſanctorũ, li.1.
Foriloquium, lib.1.
Compeodiloquium quoq;, lib.1.
Ordinarium uitæ religioſæ, lib.3.
De ordinatione uniuerſali, lib.1.
De uirtuobus antiquorum, lib.3.
Manipulum florum, lib.1.
Locarium quoddam, lib.1.
Itinerarium, lib.1.
Diætarium, lib.1.
Indices ſuorum operum, lib.1.
Summam iuſticiæ, lib.10.
In Apocalypſiu Ioannis, lib.1.
Paſtoralia, lib.1.
De diſciplina, lib.1.
Super oculo morali, lib.1.
De correptione, lib.1.
De exhortatione, lib.1.
De cognitione uitæ, lib.1.

De origine

De origine Mahumeti, lib.1.
Hiſtoriarum collectanea, lib.1.
Additiones celebres, lib.1.
De pœnitentia, lib.1.
De relationibus, lib.1.
De eſſe & eſſentia, lib.1.
De uiſitatione infirmorum, lib.1.
Breuiarium præceptorum, lib.1.
Commentarios in Valerinm, lib.1.
In fabulas Ouidij, lib.1.
In Mythologicon Fulgentij, lib.1.
Lecturam ſententiarum, lib.4.
Lecturas ſcripturarum, lib.plurimos.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de Sanctis, lib.1.
De diuerſis materijs, lib.15.

Claruit anno 1260. Balæus Cent. 4. capite 28.Scriptor. Brytan.ex Bartholomæo Piſano & Bergomēſi:Trithemius de Scriptor. Eccleſiaſt.

OVILHELMVS.

Guilhelmus de Vuara,aliàs Guarronis, Minorita & Doctor,claruit anno 1270. Is primùm Oxonij,poſtea Pariſijs ſcholaſticis lecturis præfuit. Multa peperit tum falſa tum abſurda in Theologia ex Ariſtotele. Ex eius ſchola prouenit Ioannes Scotus,argutorum Sophiſtarum deus,uti Lelandus eum uocat.Scripſit

Commentarios ſententiarum, lib.4.
Quæſtiones ordinarias, lib.1.
Quodlibetales quæſtiones, lib.1.
In opera Ariſtotelis, lib.plures.
Lecturas Theologiæ, lib.1.

Balæus Cent.4. cap.37. Scriptorum Brytanniæ.

IOANNES DE PARMA.

Ioannes de Parma,in Bononiæ finibus natus,Minoritarum generalis,ſacræ Theologiæ profeſſor & Magiſter in gymnaſio Pariſienſi, claruit circa annum Domini 1290. Miracula plurima ediſſe fertur. Scripſit

Super Sententias, lib.4.
De conuerſatione religioſorum, lib.2.
Commentarios in Biblia.

De beneficijs Dei tractatū,aliaq́; plurima.Bergōmenſis lib.13.Trithem.de ſcrip. Eccleſiaſt.

THOMAS DE AQVINO.

Thomas de Aquino,aliàs doctor Angelicus appellatus (Blondus Thomam Petrū uocat lib.8.decad.2.)ex illuſtri familia comitum in confinibus Apuliæ & Siciliæ originem traxit,patre quidem Landulfo, matre uerò Theodora Neapolitana natus anno 1221.in Vigilia aſcenſionis Domini.Ptolomæus Lucenſis,Continuator Vincentij lib.31. Cui Anachorita quidā prædixiſſe fertur, antequā naſceretur, ſequens uitæ curriculum, hiſce uerbis: Paries filiū, & uocabis eum Thomam. Hic intrabit ordinem prædicatorum, & erit magnus coram Deo & hominibus, & doctrina ſua mundum illuminabit. Erphurd.cap.95.

Is à parentibus Caſsinenſibus monachis commendatus,tum quidē, cum Conradus Sueuus Aquinum uaſtaret: quā ob cauſam Blondus dicit,ipſum metus regni Siciliæ ad doctrinæ & religionis uiam uideri traxiſſe, lib.8.decad.2. Singulari diligentia literis bonis incubuit,monaſticæque uitæ inuigilauit. A' condiſcipulis Bos appellatus eſt,quòd taceret ſemper,& docentes ſedulò audiret.Ex quo uox cœlitùs audita eſt,Hunc bouem ſuo mugitu terrarum orbem repleturum.Volaterranus lib. 21.Antrop. Ptolomæus Lucenſis iſta uerba Alberto Magno attribuit, in Rudimento Nouitiorum.

In quibus,ubi mediocrem feciſſet profectum, Dominicaſtris monachis, uulgò Prædicatores uocāt,ſeſe adſociauit.Id uerò peſsimè reliquos ipſius fratres germanos habuiſſe ferunt, ita quidem, ut ui extractum cuſtodiæ tradiderint toto biēnio in turri quadam. Vtq́; omnino propoſito deijcerent, puellam forma eleganti ad ipſum intromittūt in turrim,in qua captus detinebatur. Hic continuò in genua prouolutus,perpetuæ continentiæ donum petit, & ſubitò ei adſiſtunt angeli duo, qui & exauditum dicunt, & renes ipſius ſimul hiſce uerbis additis cingunt: Ex parte Dei cingimus te caſtitatis uinculo, qui nunquam diſſoluetur. Ab eo tempore nullum libidinis ardorem ſenſit, ſi modò credere fas eſt. Mater cùm animum ipſius uideret inexpugnabilem, dimiſſum ad Dominicanos redire paſſa eſt.Erphurd.cap.95. Præceptore uſus eſt Iohanne quodam prædicatorum magiſtro. Volaterranus libro 21. Hac occaſione nactus eſt præceptorem doctiſsimum Coloniæ Albertum Magnum, cuius adminiculo breui tempore tantum profecit, ut & in philoſophia & Theologia nulli præſtantiſsimorum habeàtur inferior.

Scripta eius.

Super ſententias, lib.4.
Summam Theologiæ, lib.4.
Contra gentiles, lib.4.
Contra errores Græcorum, lib.1.
Contra Armenos & Sarracenos, lib.1.
Compendium Theologiæ, lib.3.
De præceptis charitatis, lib.1.
De fide & Sacramentis, lib.1.
Super oratione Dominica, lib.1.
Super Aue Maria.
Super Symbolo Apoſtolorum.

De centum octo articulis.
De XLII. articulis.
De XXXVI. articulis.
De ſex articulis.
De differentia diuini uerbi & humani, lib.1.
De natura uerbi, lib.1.
De ſubſtantijs ſeparatis, lib.1.
Contra Auerroiſtas de intellectu, lib.1.
Aduerſum detractores religionis, lib.1.
De perfectione uitæ ſpiritalis, lib.1.
Contra impugnatores ordinis, lib.1.
De regimine principum, lib.4.
De forma abſolutionis, lib.1.
De regimine Iudæorum, lib.1.
Expoſitionem primæ decretalis, lib.1.
Expoſitionem ſummæ decretalis, lib.1.
In Eſaiam prophetam, lib.1.
In Hieremiam, lib.1.
In Threnos eiuſdem, lib.1.
In Cantica canticorum, lib.1.
In tres nocturnos pſalmos, lib.1.
In Iob ad literam, lib.1.
Continuum in Euangelia, lib.4.
Lecturam in Euangelia, lib.4.
In epiſtolas Pauli, lib.14.
In epiſtolas canonicas, lib.7.
De Sacramento altaris, lib.1.
De humanitate Chriſti, lib.1.
De dilectione Dei & proximi, lib.1.
De diuinis moribus, lib.1.
De beatitudine, lib.1.
De puritate conſcientiæ, lib.1.
De officio ſacerdotis, lib.1.
De ſignificatione Miſſæ, lib.1.
De uitijs & uirtutibus, lib.1.
De emptione redituum, lib.1.
De ueritate ſummam, lib.1.
De potentia Dei diſputat. lib.1.
De actione Iudæorum, lib.1.
Quodlibeta XII. lib.1.
Super Boetio de trinitate, lib.1.
Super eodem de hebdomadibus, lib.1.
Super libris Dionyſij, lib.4.
De ſortibus, lib.1.
De iudicijs aſtrorum, lib.1.
De æternitate mundi, lib.1.
De fato, lib.1.
De principio indiuiduationis, lib.1.
De ente & eſſentia, lib.1.
De principijs naturæ, lib.1.
De materia & dimenſionibus, lib.1.
De mixtione elementorum, lib.1.
De occultis operibus naturæ, lib.1.
De motu cordis, lib.1.
De inſtantibus, lib.1.
De quatuor oppoſitis, lib.1.
De demonſtratione, lib.1.
De fallacijs, lib.1.
De propoſitionibus modalibus, lib.1.
De natura accidentis, lib.1.
De natura generis, lib.1.
De principijs animæ, lib.1.
De tempore, lib.1.
De pluralitate formarum, lib.1.
De natura ſyllogiſmorum, lib.1.
De ſenſu & intellectu, lib.1.
De inuentione medij, lib.1.
De natura hominis, lib.1.
De natura loci, lib.1.
De uniuerſalibus, lib.1.
De intellectu & intelligibili, lib.1.
Dictorum ſuorum concordiam, lib.1.
Contra Guilhel. de S. Amore, lib.1. iubente papa Vrbano quarto.

Officiũ feſti corporis Chriſti cõpoſuit.

In omnes Ariſtotelis & Porphyrij libros commentatus eſt.

Alia quoq; multa edidit. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

Opera eius.

Ab Vrbano quarto Romã uocatus, ſpretis dignitatibus quæ ultrò offerebantur, totum ſeſe lectioni & ſcriptioni dedit.

Autor fuit Vrbano quarto, ut feſtũ Corporis Chriſti anno 1267. inſtitueret, cuius iuſſu uiciſſim officium de corpore Chriſti compoſuit, abominandæque idolomaniæ hoc pacto autor extitit. Rudimentum nouitiorum Ptolom. Lucenſis.

Miracula dicitur edidiſſe, ut propterea celebris eſſet. Ptol. Lucenſis.

Vitæ monaſticæ ſtrenuus patrocinator extitit contra Guilhelmum de S. Amore. Platina.

Scholam Romæ inſtaurauit. Ibidem.

Sæpe cum oraret, uiſus eſt duobus cubitis eleuatus à terra, nulli prorſus fulcro innixus. Erphurd. cap. 95.

Antequam quid ageret uel diſputando, uel legendo, uel dictando, uel ſcribendo, ad orationem cõuerſus eſt, ut dicere ſit ſolitus, ſe ad eam ſcientiã nõ ingenij ſui induſtria perueniſſe, ſed ſola impetraſſe oratione diuinitùs. Ibidem.

Primum omnium quæ ageret quotidie, erat Miſſam unam, ſed ſine mandato Dei, dicere, & ab alio dictam audire unam. Si ipſe celebrare non poſſet, duas nihilominus audiuit. Ibidem.

Anno 1238. diſputationi Pariſienſi interfuit, de pluralitate beneficiorum, ſuamque de ea ſententiam dixit, Medietatem miniſtrorum Dei reſecatam per hoc genus auaritiæ. Paralip. Vrſpergenſis.

Certamina eius.

Almareanos refutauit, qui docuerunt Deum eſſe cœli animã. Sebaſtianus Franck de hæreticis.

Dauidem de Dinario itidem refutauit, cuius

cuius dogma fuit, Deum rerum omnium eſſe primam materiam. Ibidem.

Viſiones eius.

Cum aliquando in texru ſcripturæ dubio & difficili hæreret, uiſus eſt Petrum & Paulum uidere Apoſtolos, qui explanarēt. Erphurd.cap.95.

Non mulro anrè quàm finem uiuendi faceret, apud Neapolim in eccleſia Dominicanorum ad crucem ligneam conuerſus, orans, hæc uerba audiuit: Bene de me ſcripſiſti Thoma: quam ergo recipies rui laboris mercedem? Ille uerò: Domine, non aliā, quàm teipſum. Ibidem.

Mors eius.

Cùm corpore æger decūberet, niſus eſt comem ſuper monaſterium Foſſæ nouæ, ordinis Ciſtercienſium, qui unà cum eo ſimul extinctus eſt, anno 1274. nonis Marrij, anno ætatis eius 50. Erphurd.cap.95. Canoniſarus eſt à papa Iohanne XXII. Trithemius de ſcrip.Eccleſ. Alij referunt, ipſum in itinere, cum ad concilium Lugdunenſe profecturus eſſet, mortuum, anno 1274. Paulus Æmylius lib.7. de reb.geſtis Francorum. Bergomenſis lib.13, Romam euocatum Bononia apud Caſsinum montem animam exhalaſſe tradit.

Miracula eius poſt mortem.

Mortuum miraculoſè plurima operatum eſſe nugantur, quorum nonnulla recenſebimus.

Monachi Foſſæ nouæ poſt menſem ſeptimum ſepulchrum eius aperuerunt, ut aliò transferrent: ecce odor ſuauis gratuſque capellam S.Stephani, in qua ſepultus erat, totumque monaſterium repleuit. Credat hoc qui uelit.

Hanc fragrantiam quidam anno ſeptimò pòſt, quidam 14. pòſt ſe odoratos eſſe teſtati ſunt.

Chirurgus aliquia toto decennio podagra malè uexatus, ubi ſe Deo & huic Thomæ ad tumulum ipſius commendaſſet, ſanus proſilijt.

Alius terribili quadam uiſione perterrefactus, mirabilem ſenſit ſubitò metamorphoſin. Nam manibus contractus, & facie & ore diſtortus, omnino ſenſibus & robore corporis priuatur, ut mortuo ſimilis iaceret. Is ad eius tumbam portatus, ubi paulùm moram ibi traxiſſet, ſanus ſurrexit.

Poſt mortem ram cupidus uindictæ fuit, ut parum deuotè de ſe ſentientibus protinus plagam immiſerit. O' crudelem diuum. Cum enim alicui à quodam capellano diuerſorū reliquiæ monſtrarentur, & is ſubinde diceret, ſe habere adhuc præſtātio res, Thomæ Aquinatis manum: & alter reſpōderet, ſanctū nō eſſe: tremere incipit, & caput intumeſcit ſubitò. Verùm facti pœnitens, cum manum exoſcularetur, protinus conualuit. Neque ſolùm tum incredibilem fragrantiam olfactus ipſe eſt, ſed alijs quoque multo tempore pòſt ipſe ſuauem ſpirare odorem uiſus eſt. Erphurd. cap.95.

Notarius quidam ſanus menſæ accubuit: ſurgens ſquinantiam ſenſit diebus duobus. Lingua officium facere non potuit. Is, ubi de eo medici deſperaſſent, ſcripto oſtendit, ſe cupere ad huius ſancti ſepulchrum deferri. Coniunx, eo quòd fœmineo ſexui monaſteriorum aream calcare nefas ſit, reluctabatur. Proinde ſe tunc Thomæ commendauit, & conualuit.

Alius quotidiana febri per integras ſeptem hebdomadas laborauit. Vbi uerò ſe ſanctulo huic contra uerbum Dei deuouiſſet, habuit meliuſculè.

Fœmina quatuor menſibus nihil, & ne puerulum quidem in cunis uagientem audire potuit. Sed protinus conualuit, cum huic ſancto ſe uouiſſet & commendaſſet, contra uerbum Dei.

Puellam à ſquinantia liberauit, cum reliquiæ eius gutturi puellæ ſuperſtitioſè admouerentur.

Alius Nouæ foſſæ monachus, maximos dolores in dextero brachio ſenſit, fermè ad menſes quatuor. Cumque in tumulo ipſius obdormiuiſſet, & ſe ei commendaſſet, ſanitati priſtinæ reſtitutus eſt.

Infans annorum 9. tumorem in coſtis & crure ad pedem uſq; patiebatur, ut necā matre tangi poſſet. Impoſitus tumulo ipſius, non multo pòſt ſanus ſurrexit.

RICARDVS.

Ricardus Fizacrius, genere Anglus, in Exceſtria natus, Dominicanæ factioni ſeſe adiunxit. Oxonij & poſtea Pariſijs Sophiſtarum fumos & uanitates ſedulò docuit. Roberto Bochoni comes fuit indiuiduus. Scripſit

Sententiarum Commentarios,	lib.4.
In primum nocturnum pſalterij,	lib.1.
In Parabolas Salomonis,	lib.1.
De pœnitentia,	lib.1.
Poſtillas morales,	lib.1.
Commentarios Bibliæ,	lib.1.
Quæſtiones uarias,	lib.1.
Quodlibeta quoq;,	lib.1.

Et alia plura. Obijt anno 1248. Balæus Cent.4.cap.6.ſcrip.Brytan. ex Lelando.

IOANNES DE RVpella.

Iohannes de Rupella, ordinis Minorū, ſacræ Theologiæ magiſter Pariſiēſis, & in Ariſtotelica philoſophia inſigniter doctus, claruit anno 1250. Scripſit

Super ſententias,	lib.4.

Summam uirtutum & uitiorum, lib.1.
De anima, lib.1.

Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

VINCENTIVS.

Vincentius Gallus, patria Burgundus, Beluacenſis, hiſtoriographus & Theologus, ordinis prædicatorum, claruit anno 1240. Scripſit

Speculum hiſtoriale, lib.32.
Speculum naturale, lib.33.
Speculum morale, lib.3.
Speculum doctrinale, lib.13.
De gratia Dei quoq;, lib.4.
De laudibus S.Mariæ, lib.1.
De laudibus S.Iohannis Euang. lib.1.
De inſtitutione puerorum, lib.1.
Conſolationem ſuper mortuo, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.

Aliaq; nonnulla. Obijt ann.1258. Erphurd. cap.94. Trithemius de ſcrip. Eccleſiaſt.

ROBERTVS.

Robertus Oxfordius, Dominicanus, claruit anno 1270. Is Thomæ Aquinatis abſurditates non tantùm inſtar oraculi diuini exoſculatus eſt, ſed etiam magna animi impotentia defendit aduerſus Henricum Gandauenſem, & Aegidium Romanum. Scripſit

Contra Henricum Gandauenſem, lib.1.
Aduerſus primum Aegidij, lib.1.
Contra quoſdam Sorboniſtas, lib.1.
Proteſtationum Thomę Aquinatis, lib.1.
Determinationes uarias, lib.1.

Et alia. Balæus Cent.4. cap.38. ſcripto. Brytan. ex Lelando, Alberto Bononienſi.

IOANNES.

Ioannes Pariſienſis, ordinis prædicatorum, Theologus & philoſophus, claruit anno 1280. Lutetiæ profeſſorem publicum egit multo tempore. Plurimos poſt ſe reliquit diſcipulos. Scripſit

De fide.
Contra corruptorium Thomæ.
Super libros Meteororum.
Libellum de tranſſubſtantiatione panis & uini in Sacramento altaris.
De unitate eſſentiæ & eſſe.
De aduentu Chriſti.
Apologeticum. Erphurdienſis cap.95. Trithemius de ſcrip. Eccleſ.

THOMAS.

Thomas Sutton, aliàs Suetonius dictus, Dominicanus, claruit anno 1290. Secutus eſt Thomã Aquinatem, ut ne latum digitũ ab eius doctrina diſcederet, ita tamen, ut lucidius exprimeret, quæ ille obſcurius dixit. Diſputauit & in ſcholis, & docuit publicè in Anglia: quam ob cauſam in magna omnium exiſtimatione fuit. Tandem Pariſijs Doctor Theologiæ effectus, pro uirili Antichriſti regnum promouit. Scripſit

Quæſtiones difficiles, lib.1.
Duo quodlibeta, lib.1.
De relatione, lib.1.
De unitate formarum, lib.1.
Super prædicamenta, lib.3.
In ſex principia, lib.1.
Super priora, lib.2.
Super poſteriora, lib.2.
In perihermenias, lib.2.
Breuiarium Theologiæ, lib.4.
Concordiam Theologorum, lib.1.
Summam Theologiæ, lib.1.
Commentarium pſalterij, lib.1.
Complementum Thomæ, lib.1.
Illuſtrationes eiuſdem, lib.1.

Feruntur & alia multa. Balæ. Cent.4. cap. 69. ex Leandro Bononienſi lib.4. de uiris illuſtribus ordinis prædicatorum, & Boſtono Burienſi.

HVGO.

Hugo de Argẽtina, Dominicanus & doctor Pariſiẽſis, Theologus & philoſophus inſignis, claruit anno ſalutis 1290. Scripſit

Super ſententias, lib.4.
Compẽdiũ Theologicæ ueritatis, lib.6.
Sermones multos.

Item, Quodlibeta, Quæſtiones, Diſputationes, & uarias librorum S.Scripturæ explicationes. Trithemius de uiris illuſtribus Germaniæ.

LECHBERTVS.

Lechbertus abbas S.Rufi in Gallia Narbonenſi, ordinis canonicorum regularium S.Auguſtini, magnus Theologus, claruit anno 1210. Is paſſim in multis regionibus multa tum didicit, tum etiam ipſe quoque alios publicè docuit, & homines ad uirtutem adhortatus eſt ſingulari quadam authoritate: matronas quidem ad pudicitiã, iuuenes ad modeſtiam. Scripſit

Explanationes pſalmorum, lib.1.
Alios quoq; commentarios, lib.1.

Et alia quædam. Balæus Cent.13. cap.32. ſcriptor. Brytanniæ.

INCERTI LOCI.

GILBERTVS.

Gilbertus Bernhardi Clareuallenſis diſcipulus, abbas ordinis Ciſtercienſis, ſub huius ſeculi initium claruit. Scripſit

In Cantica canticorum, lib.1.

Et alia quædam. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Bergomenſis lib.12.

FVLCO.

Fulcò prædicator in Gallijs, multos ad crucem accipiendam perſuaſit in Gallijs ſub Philippo. Chronic. Hed. parte tertia. Obijt anno 1202. Vincent. lib.29. cap.68.

ALEXANDER.

Alexander de Villa Dei, patria Dolẽſis, pro-

profeſsionis minorum. Nauclerus ordinis S.Benedicti monachum fuiſſe dicit, generat.43. uolum.2. Continuator Vincentij libro 31. Sacrarum literarum profeſſor, philoſophus, Aſtronomus & poeta, claruit anno 1250. Scripſit

Doctrinale puerorum, lib.3.
De computo Eccleſiaſtico, lib.1.
De Sphæra, lib.1.
De arte numerandi, lib.1.

Et alia. Bergomenſis lib.13.

HVMBERTVS.

Humbertus, patria Viennẽſis, Hugonis Barchinonẽſis auditor, claruit anno 1250. Theologus, declamator, & ordinis prædicatorum magiſter generalis fuit in Gallijs. Hugonem præceptorẽ ſuum in ſuum ordinẽ pertraxit. Tantũ perfecit apud Alexãdrum tertiũ, ut Guilhelmus de S.Amore Romam citaretur & dãnaretur. Scripſit

Super regulam Auguſtini, lib.1.
Summam prædicantium, lib.3.
Geſta fratrum prædicatorum, lib.5.
De officijs ſui ordinis, lib.1.
De tribus ſubſtantialibus, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.

Et alia quædam. Cumq; annis nouẽ præfuiſſet in capitulo Londiuenſi, extremum uitæ diem clauſit anno 1278. pridie idus Iulij. Erphurdienſis cap. 95. Trithem. de ſcript. Eccleſiaſticis.

NICOLAVS.

Nicolaus Gallicus, ordinis fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, doctus & religioſus, claruit anno 1270. Septimus prior generalis ſui ordinis fuit, cui muneri totis 20. annis præfuit. Tandem ad eremum rediens, reliquũ æui uixit ſolitarius. Scripſit

Igneam ſagittam, lib.1.

Et alia. Trithemius de ſcript. Eccleſ.

PETRVS.

Petrus natione Gallus, in ſacris & profanis literis præclarè edoctus, claruit circa annum 1270. Prior prouincialis in Francia fuit. Scripſit

Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Et alia nonnulla. Trithem. de ſcript. Eccleſiaſt. Bergomenſis lib.13.

GVILHELMVS.

Guilhelmus de Samuco, ordinis fratrũ S.Mariæ de monte Carmeli, Gallus, doctus & in ſacris & prophanis literis, eloquens, claruit anno 1280. Scripſit

Decretales religioſorum, lib.1.
Super ſententias, lib.4.
In regulam ſui ordinis, lib.1.
Chronica ſui ordinis, lib.1.

Et alia multa. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſt. Bergom. lib.13.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Paralt, natione Gallus, Dominicanus, in ſacris & profanis inſigniter doctus, prædicator publicus, & Scholaſticæ theologiæ gnarus, claruit anno 1290. Scripſit

Summam uirtutum & uitiorum, lib.1.
De eruditione religioſorum, lib.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Et alia. Trithemius de ſcript. Eccleſ. Volaterran. lib.21.

GODEFRIDVS.

Godefridus de Fontanis circa annum Domini 1230. claruit. Is mendicantes monachos ſcriptis oppugnauit, quòd ſcilicet uitam profiterentur ſolitariam, & interim gubernatores Eccleſiarum eſſe uelint, & alios opprimant. Catalog. teſtiũ ueritatis.

GVILHELMVS.

Guilhelmus initiò uir ſanctus, eruditus, & ſacris initiatus, teneræ ætatis pædagogus, ex Margaretha Thomæ Sabaudi comitis uxore furto uiciata liberos tulit Ioannem & Balduinum. Paulus Æmylius lib.7. de geſtis Francorum.

GERMANIAE.

FVLDENSES.

HEINRICVS, HARTMANNVS.

Henricus de Cronnberg, Cãbergenſis monachus, & præpoſitus S.Ioannis, Conrado mortuo per intruſionem ſuccedit, anno 1192. Prædia pleraque abalienauit & oppignorauit alijs, pecuniã in bellũ conferens, quod contra Hermannum Thuringiæ Landgrauium geſsit. Valentinus Munzerus in Chronol. Politicis uiris feuda Eccleſiaſtica conceſsit: demenſum ciborum reliquis monachis ſubtraxit, eosq; uiliori panno ueſtiuit. Propterea accuſarunt ipſum apud Romanũ pontificem. Quod ubi abbas cõperiſſet, diem dixit, quo ſe omnibus purgaturus erat. Sed eo ipſo die animã exhalat, anno 1216. cùm 24. annis præfuiſſet. Muncerus 22. numerat annos. Aduocati monaſterij honorificè ſepelitur. Bruſchius de monaſterijs. Succeſſorem habuit Hartmannum, montis S.Petri præpoſitum: qui eodem anno, antequam confirmationẽ acciperet, diem ſuum obijt. Ibid.

CVNO, CONRADVS.

Cuno, cognomento Gotboldus, Elefanenſis abbas, intercedẽtibus paucis apud Fridericum Imperatorem, ſuccedit Hartmanno, inuitis reliquis. Et quia confirmatus à pontifice non erat, nemo inter monachos iuramentum ipſi præſtare uoluit.

Proinde quarto anno pòſt abdicat, & ad priſtinum redit locum. Succeſſorem habuit Conradum de Malcks, anno ſalutis 1220. Is ex Hammelburgo oppidum fecit, iuxta ueteres uerſiculos:

Abbas Conradus, de Malkos nomine dictus,
Hamlburg circundat muris, & mœnia fundat.

Graue inter ipſum & Hermannum Herbipolenſem ob munitionem Hāmelburgi diſsidium fuit, ut res ad arma ueniret, atq; aliqui equeſtris ordinis, quos epiſcopus miſerat, ad cœptum opus impediendum, caperentur. Archidiaconatum & iuriſdictionem ſynodi perpetuis tēporibus Fuldenſi Eccleſiæ contulit. Abdicauit iſti muneri anno 1248. ubi totos 28. præfuiſſet, cum primùm iuſſu pontificis Gottfrido Moguntino adminiſtrationem abbatiæ commiſiſſet, quoad uiueret. Sequenti pòſt obijt. Bruſchius de monaſterijs.

HENRICVS.

Henricua de Ehrtall, nobilis ex Buchonia natus, ex decano fit abbas. Eum Imperator anno 1248. Hersfeldenſibus quoque præfecit. Paulo antè Vvernherum remouerant. Hamelburgum magis muniuit, ſicut & alia oppida, ut Markhenzell, Bruckenaw, Neugenhouen, Stoltzbergū. Arces, in quibus prædones receptum habebant, diruit: Iogbergum, Vvittersbergū, Trumpergum, Kralukium, Muglerium, Malckes, Bimbach, Eſchēbach & Luther. Ipſos uerò prædones tota ſua ditione eiecit. Obijt anno 1261. ubi annis fermè 13. præfuiſſet. Bruſch. de monaſterijs.

BERTHOLDVS.

Bertholdus de Leupoldis, præpoſitus montis D. Petri, Henrico ſucceſsit. Arcem Haſelſtein cum pagis & prædijs adiacentibus comparauit. Lutterpach & Bidenpach oppida extruxit & communiuit. Latrones repreſsit, ut tam peregrini quàm incolæ tutò iter facere poſſent. Blanckwaldum in monaſterium monialium conuertit. Franckenſtein, Vvartenburgū, Schwatzenfelſum & Eyſenbachium caſtella, oppidumq; Biſchhoffſtein euertit. Cum ita toto decennio tumultuatus eſſet, tandem 15. calend. Aprilis, cum in ſacello D. Iacobi cœnam Domini percepturus eſſet, multis affectus uulneribus capite truncatur, anno 1271. Sepultus eſt eodem in loco, ubi animam exhalauit. Bruſchius de monaſterijs.

BERTHOLDVS II.

Bertholdus de Mackenzell nobilis, Buchoniæ S. Andreæ præpoſitus, ſuccedit. Is mortem anteceſſoris ultus eſt ipſo die natiuitatis Chriſti, cum latrones illi Hāſelſteni templum ſpoliaturi eſſent: eumq; locum, quo deliteſcebāt, igne ſuccendit. Toto anno ſui confirmationē diſtulit, ut propterea in periculum ueniret, ne prædam amitteret: ideoq; ſui muniēdi cauſſa cum Vernhero Moguntino archiepiſcopo amicitiam contrahit, ut eo patrono uteretur, ſi res ita poſtularet. Sed non diutius eo uſus eſt tutore, quàm uno anno, & ceſsit ſua ſponte alteri. Bruſch. de monaſt. German.

BERTHOLDVS III.

Bertholdus de Bimbach nobilis, ex Buchonia oriundus, decanus Fuldenſis Eccleſiæ, & Montis S. Petri præpoſitus, ſubſtituitur anno 1274. Poſtquam confirmationem à pontifice Gregorio decimo Lugduni in concilio accepiſſet, prædonum latibula ſtrenuè euertit, has nempe arces, Hunam, Mackēzell, Manſpach, Bimpach, Aldenburgum. Vbi annis octo præfuiſſet, à legatia Imperatoria Rudolphi Moguntiam euocatur, anno 1282. Bruſch. de monaſterijs.

MARQVARDVS.

Bertholdo Moguntiam euocato, ut dictum eſt, ea abbatia totis annis quatuor per Eberhardum comitem de Zigēheim, & Bertholdum de Liesburg adminiſtratur, donec Marquardus baro de Bickenbach, decanus Fuldenſis, in abbatem electus eſt, anno 1286, Rudolphi conſenſu. Confirmatus eſt à Romano pontifice Honorio quarto. Monaſterium Fuldēſe igne abſumptum, altero eius gubernationis anno reſtituit in integrum, omnes ſuas in illud impendens facultates. Oppidulū Nittershauſen redemit, Friſchburgū arcem emit. Veneno tandem chirotecis illito miſerè extinctus eſt, poſtquam per biēnium præfuiſſet. Bruſch. de monaſterijs.

HENRICVS.

Henricus comes de Vuildenaw ſucceſſit Marquardo anno 1288. Vir magnæ autoritatis fuit, ita ut Imperatoribua Adolpho Naſsouienſi, Alberto & Henrico ſeptimo imprimis charus eſſet. Adolphum enim quadraginta equia per annos ſex ſecutus eſt, cui in oppugnatione Biſantij operam nauauit. Albertus Auſtriacus bis eū ad Boēmos legatum mittit, quem itidem Romam euntem comitatus eſt. Henricus ſeptimus in pluribus eo uſus eſt legationibus. Vngariæ regem nomine Imperatoris regio inſigniuit diademate. Latronū munitiones diſiecit, utpote Vuildetz, Ertal, Tungen, Helluuartz, Schildeck, eosq; fugauit. Oppida Gerſtingum, Franckenſteinium, Saltzingum, Vualdenburgum ſuæ ditioni adiecit. Obijt anno 1313. ubi 25. annis præfuiſſet. Bruſchius de monaſterijs Germaniæ.

EMICHO SCHONAVGIENSIS.

EMicho Schonaugienſis cœnobij abbas, Benedictinæ profeſsionis, diſcipulus Eckberti prædeceſſoris, in ſacris & profanis inſigniter doctus, claruit ſub huius ſeculi initium, anno ſcilicet 1200. Scripſit quàm plurima, tam ligata quàm ſoluta oratione. Hæc uerò recenſentur:

De laudibus D. Elizabethæ Schonaugienſis.

Sermones multos & uarios.

Et alia. Trithemius in catalogo illuſtrium uirorum Germaniæ.

VOLCKMARVS ALTAICHII INFERIORIS.

VOlckmarus inferioris Altaichij abbas, quòd in ocio uiueret, genio indulgeret, uoluptatibus frueretur, omnia pro libitu faceret, reliquos uerò monachos fame, ſiti, uigilijs, cantu, precularum ſtrepitu fermè enecaret, grauem in ſe concitauit ſeditionem. Quam cum effugere conaretur, Danubium traiecturus ſagitta eminus interficitur, anno 1287. Auent. lib. 7.

HAFLIGEMENSES.

SIMON.

SImon Hafligemenſis monachus, ordinis Benedictini, ſacrarũ literarũ ſtudioſiſsimus, claruit circa annum 1220. Scripſit

Sermones ſuper canticis, lib. 1.

Viſionem admirabilem cuiuſdam conuerſi, lib. 1.

Sermones & epiſtolas quàm plures, lib. 1.

Moralia S. Gregorij abbreuiauit.

Et alia quædam. Trithemius de uiris illuſtribus Germaniæ.

GVILHELMVS.

Guilhelmus monachus Hafligemẽſis, Benedictinus, doctus in ſacris & profanis, ſub finem huius ſeculi claruit. Carmine & ſoluta oratione nonnulla edidit.

Sermones ad populũ & ad fratres, li. 1.

Vitam S. Lutgardis, lib. 1.

Viſiones cuiuſdam monialis, lib. 1.

Et alia multa. Trithem. de uiris illuſtribus Germaniæ.

HENRICVS DE BRVXELLIS.

Henricus de Bruxellis, monachus Hafligemenſis, ordinis Benedictini, Theologus, philoſophus & computiſta egregius, ſub finem huius ſeculi claruit. Scripſit

De uariatione computi, lib. 1.

Calendarium de incenſionibus, lib. 1.

De Aſtrolabio, lib. 1.

Et alia. Trithemius de uiris illuſtribus.

VVERNERVS S. BLASII.

VVernerus abbas monaſterij S. Blaſij, ordinis Benedictini, diœceſis Conſtantienſis, doctus & diſertus, ſub initium huius ſeculi claruiſſe putatur. Scripſit

Deflorationem uel exceptionem ſanctorum, lib. 1.

Sermones plures, lib. 1.

Et alia. Trithemius in Catalogo de uiris illuſtribus German.

PHILIPPVS OTTERBVRGENSIS.

PHilippus abbas Otterburgenſis monaſterij, ordinis Ciſtercienſis, in ſacris literis exercitatus, claruit anno 1220. Scripſit

Super Cãtica Cãticorũ Salomonis, li. 1.

Sermones per annum, lib. 1.

Sermones de feſtis, lib. 1.

Epiſtolas ad diuerſos.

Et alia nonnulla. Trithem. in Catalogo uirorum illuſtrium German.

CÆSARIVS HEISTERBACHSENSIS.

CÆſarius, natione Germanus, monachus Heiſterbachſenſis, Colonienſis diœceſis, ordinis Ciſtercienſium, inſtitutor nouitiorum, claruit anno 1220. Scripſit

Dialogos de uarijs, lib. 12.

In Euangelia Dominicalia, lib. 2.

In Euangelia de Sanctis, lib. 1.

Sermones ad nouitios, lib. 1.

Et alia. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis & uiris illuſtribus Germaniæ.

HIRSAVGIENSES, SVB PHILIPPO & Ottone.

MARQVARDVS.

MArquardus Sueuus, ex comitum de Monte ſolis familia oriundus, in locũ Henrici eligitur anno 1196. ſub initiũ menſis Iulij. Aliquandiu & bonas literas & monaſticem ſimul addidicerat in eodem monaſterio. Aduerſarium habuit Adelbertũ comitem, Hirſaugienſis cœnobij aduocatum: quẽ pontificis Romani authoritate fregit tandẽ, ut de damno illato ſatisfacere cogeretur. Reditus monaſterij auxit, ædificia nonnulla temporis diuturnitate collapſa reparauit. Vbi annis 8. mẽſibus 6. diebus 21. præfuiſſet, quartana febri & diſenteria extinctus eſt, anno 1205. 13. cal. Februarij. Sepultus eſt ad altare S. Nicolai in Hirſaug. monaſterio. Chron. Hirſaug.

LVTFRIDVS.

Lutfridus, ex Francia Oriẽtali honeſtis parẽtibus ortus, qui multo tempore inter reliquos monachũ egerat, ſuccedit com-

muni ſuffragio Prioris & reliquorũ Marquardo. Confirmationem à Conrado Spirenſi, benedictioné uerò à Guidone Præneſtino, legato pontificio accepit. Et hic ædificijs extruendis & reditibus amplian dis occupatus fuit. Præfuit 11. annis, diebus 15. Obijt anno Saluatoris 1215. 5. Aprilis. Chron. Hirſaugienſe.

SVB FRIDERICO II.

EBERHARDVS in Sueuia nobilitate claris parẽribus ortus, Lutfrido ſuccedit anno 1216. A' Conrado Spirenſi confirmatus & ordinatus eſt. Hic ob doctrinam, facundiam, prudentiam, conſtantiam, diligentiam cõmendatur. Friderico Imperatori, alijsq; Imperij principibus charus exritit. Sæpe grauiſsimis deliberationibus interfuit. Impetrauit ab Imperatore priuilegiorum ſui monaſterij confirmationé. Graue inter ipſum & Auguſtanũ epiſcopũ diſsidiũ fuit ob præpoſiturá Rhotẽſem. Obijt anno Chriſti 1231. natus annos 65. penultima Decembris, ubi 15. annis, 8. menſib. 20. diebus præfuiſſet. Sepultus eſt in maiori monaſterio. Chron. Hirſaug.

ERNESTVS.

Erneſtus Sueuus Eberhardo ſuccesſit canonicè electus, & à Berengario Spirenſi in abbatem ordinatus. Maioris cellarij officium aliquandiu geſſerat. Diligens fuit œconomus, & monaſterij res non parum auxit. Diſciplinæ monaſticæ non uſqueadeò rigidus exactor exritit, ut illa quoque ſub eo aliquomodo flacceſſeret. Obijt anno 1245. in die S. Blaſij, cùm 14. annis præfuiſſet: ſuæ uerò ætatis 63. anno. Chron. Hirſaug.

SVB CONRADO ET *Guilhelmo.*

VOLPOLDVS.

Volpoldus Sueuus, qui ſuę ætatis anno 16. iſtud monaſteriũ fuerat ingreſſus, Erneſti ſucceſſor creatur. Non uſq; adeò doctus fuit: in ſacris literis aliquomodo tamẽ uerſatus fuit. Præfuit annis 20. Obijr an. 1265. 5. calend. Martij. Chron. Hirſaug.

IOANNES.

Ioannes Bauarus Prior ſuccedit Volpoldo. Eum Henricus Liningenſis Spirenſis epiſcopus confirmauit & ordinauit. De monaſtica diſciplina confirmanda non multum laborauit, ſed dignitates & pompas Imperij ſtrenuè uenatus & inſectatus eſt. Febri extinctus eſt anno 1275. tertio nonas Iunij, ubi annis 10. menſibus tribus, & quatuor diebus præfuiſſet. Chron. Hirſaugienſe.

SVB RODVLPHO.

VOLANDVS.

Volandus Alſata, non procul ab Argentina natus, in ſucceſſoré eligitur. Confirmationem accepit & ordinationem à Friderico de Bolandia Spirenſi epiſcopo. Aliquandiu in Gengenbachenſi monaſterio cœnobitam egerat, iſthinc Hirſangiam uenit. De diſciplina monaſtica tuẽda & conſeruanda parum fuit ſollicitus, & magis uoluptates cum monaſterij diſpẽdio, carnisq; illecebras ſectatus eſt. Bona monaſterij alienauit aut uendẽdo, aut oppignorando, aut conſanguineis ſuis uel amicis largiendo. Quod cum reliquos malè haberet, coẽgerunt eum abbatiam in fratrũ manus reſignare, anno 1282. 12. calend. Februarij, ubi 6. annis, menſibus 8. malè præfuiſſet. Chron. Hirſaug.

CRAFTO.

Craftonem, maiorem cellarij, Sueuum, capitulũ loco Volandi cõſtituit abbatem. Confirmationé & benedictioné ab eodẽ epiſcopo accepit, à quo anteceſſor eius. Eius induſtria & aſsiduitate res monaſterij cœperunt habere melius. Oeconomus, longo uſu edoctus, bonus fuit. Obijt anno 1293. 11. ſui regiminis. Chron. Hirſaug.

GOTFRIDVS.

Gotfridus Sueuus, ex honeſtis ortus parentibus, qui annis multis cuſtodis officio functus fuerat, Craftoni ſuccedit. Diſciplinam monaſticam, iam penitus collapſam, pro uirili in integrum reſtituere conatus eſt: ſed monachi fractis repagulis, omnino ſibi tale iugum imponi noluerunt. Ea res haud parum illi moleſtiarũ creauit, quas prudenter ſuperauit. Obijt anno 1300. ſuę ætatis 48. ubi 7. annis præfuiſſet. Chron. Hirſaug.

SPANHEIMENSES.

RVPERTVS.

RVpertus Spãheimenſis abbas obijt anno 1213. 17. cal. Septemb. Chron. Hirſ.

IBANVS, IOANNES II.

Ibanus Spanheimẽſis abbas obijt anno 1252. ubi annis 39. menſibus 3. præfuiſſet. Succeſſoré habuit Ioannem de Sconberg, cantoré, qui annis 12. cum quadrante pręfuit. Chron. Hirſaug.

PETRVS, IOANNES III.

Petrus obijt anno 1290. 6. nonas Maij. Ei Ioannes eius nominis tertius ſuccesſit, qui octo fermè annis præfuit. Is templum exornari fecit, & de nouo etiam cum altaribus dedicari. Chron. Hirſaug.

BERTOLDVS LVZIRACH.

BErtholdus filius Eginonis comitis de Vrach, ubi captiuus detineretur, uouit, ſi liber fieret, monaſticam uitam. Is poſtea abbas in Luzirach factus eſt. Vrſpergẽſis.

CON-

CONRADVS VRSPERGENSIS.

COnradns à Lichtenaw, ex nobili ſtemmate oriundus, doctrina excellens, Vrſpergi abbatem egit. Scripſit Chronicon, incipiens à Nino Aſſyriorum rege uſq; ad annum 1229. Vrſpergum monaſterinm igne conſummarum iterum conſtruxit, atq; omnes quos habere potuit autores collegit, inſtructamq; Bibliothecá iſti monaſterio reliquit. In presbytetum conſecratus eſt à Diethalmo Conſtantienſi epiſcopo, anno 1202. ut ipſe refert. Vbi annis 14. præfuiſſet, obijt tandem anno 1240. Bruſchius de monaſterijs.

NICOLAVS DE BIBERA ERPHORDIENSIS.

NIcolaus de Bibera, Germanus, Theologus, philoſophus & poeta, claruit Erphordiæ circa annum Domini 1290. Scripſit carmine & proſa oratione,

Libellum cui titulum dedit Occulti.
De cauendo malo, lib.i.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.i.

Vnua eorum fuit, qui Romaniſtarum nequitiam uidit & inſectarus eſt, ut habet Catalog. teſt. ueritatis. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiæ.

MINDENSES.

HERMANNVS.

HErmánus de Minda, prouincialis Germaniæ, claruit circa annũ 1280. Scripſit

De interdicto.
De inquiſitionibns criminnm.
Epiſtolas quamplurimas. Erphurdienſis cap.95.

GERHARDVS.

Gerhardns Mindéſis, Theologię Baccalaureus, claruit Rodolphi tẽporib. Scripſit

Super Metaphyſicen.
Super Eccleſiaſten.

Obijt Pariſijs, & ſepultus eſt in ſacello D. Andreæ. Erphurdienſis cap.95.

MINORITÆ.

DAVID AVGVSTANVS.

DAuid Minorita in diuinis ſcripturis eruditus, & in formandis concionibus exercitatus, circiter annũ 1230. claruit, non multò poſt Franciſcũ. Scripſit ad nouitios

De cõpoſitione hominis exterioris, li.1.
De cõpoſitione hominis interioris, li.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.

Et alia quædam. Sepultus Auguſtæ eſt. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſt.

ADOLPHVS HAMBVRGENSIS.

Adolphus comes Holſatienſis & Schonenburgéſis, ipſo die S. Hyppoliti factus eſt Minorita Hamburgi (uouerat enim tale quippiam in prælio ad Bornehouede, ſi uictoria potiretur) tutelam filiorum, quos tres poſt ſe reliquit, committens Abelo duci Schleſuicenſi ſuo genero. Cranz. in Metrop. lib.8. cap.2. Strenuus miles fuerat, qui in Liuonia aliquandiu militiæ operam dederat. Cõiunx ipſum comitata eſt, ut iſtarum indulgentiarum fieret particeps. Vandalia Cranzij lib.7. cap.18. Admiſſus eſt ad ſacros ordines peculiari à papa diplomate impetrato, annò 1244. ita ut ex ſubdiacono diaconns, & deinceps etiam presbyter fieret, & Miſſam celebraret. Quod primò factum eſt die Gregorij in quadrageſima. Ibid. cap.11. In uiſitandis religioſis adiunctus prælatis eſt, ut ſcilicet ſuo exemplo laicos quaſi pudefaceret. Cũ ſuorum reliquos perſentiſceret mulierculis familiarius adhærere, effecit ut procul eas à ſe remouerent. Saxonia Cranz. lib.8. cap.23. Monaſterium Franciſcanis monachis in Kilenſi oppido extruxir in honorem Antonij ſui ordinis fraterculi. Manibus proprijs ſtructuram iuuit. Hoſtiatim eleemoſynas à proprijs ſubditis emendicatus eſt. Cum aliquando proprios filios comites haberet obuiá, nec ſecedere poſſet, rubore ſuffundirúr, quòd hydriam lacte repletam geſtaret. Verùm ſeipſum propterea increpans, lacte caput totnmq; corpus perfundit, inquiens: Infelix, erubniſti Chriſti pauperiem, baiulare lac in manibus, nunc uel in capite oſtende qnid portaueris? Vbi annis 14. monaſticè uixiſſet, & annũ ætatis 61. attigiſſet, obijt anno 1254. Sepultus eſt in eodem monaſterio quod extruxerat. In Vandalia ſui oblitus Cranzius, numerat amplius quàm 20. annos eius monachatus: lib.7. cap.18. In Saxonia lib.8. cap.7.

ALBERTVS STADENSIS.

Albertus Stadenſis abbas uixit circa annum 1240. Is cum fruſtra apud ſnos reformationem moliretur, Minoritis ſeſe in eodem loco ſociũ adiunxit, ſuo conuentu dimiſſo. Scripſit temporum annales, quas ſe ſecutum in ſua hiſtoria contexenda meminit Cranz. lib.8. cap.2. & 4. Metrop.

BERTHOLDVS RATISbonenſis.

Bertholdus monachus Franciſcanus, Ratisbona oriundus, claruit circa annum 1250. Is & religioſus & eloqués fuit, ut plurimia eſſet admirationi, magnoq; numero ad ſexaginta hominum millia & amplius ad ipſius cõciones audiendas cõfluerent. Mortuus Ratisbonæ ſepultus eſt, eiuſque tumbam non tantùm incolæ ciuitatis, ſed

Vngari

Vngari etiam frequẽtare ſoliti fuêre. Auentinus lib.7.

IOHANNES DVNVS.

Iohãnes cognomento Dunus, à uico ſic dictus, ex quo oriũdus erat, natione Scotus, claruit circa annũ Chriſti 1290. Is ubi fundamẽta Grãmatices in ſolo patrio iecisſet, Minoritis monachis Oxonij iungitur. Dictus eſt doctor ſubtilis, ob ingenij acumen. Scripſit

Super ſententias, lib.4.
Quodlibeta, lib.1.
De cognitione Dei, lib.1.
In Metaphyſicen quæſtiones, lib.1.
Sermones de tempore, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.
Item Commentarios in Euangelium & Apoſtolum.

Et alia. Trithemius de Scrip. Eccleſ.

Oxonio Luteciã uocatus, Alexandrũ de Ales audiuit, & ipſe quoq; libros ſententiarum publicè enarrauit & edidit. Ad extremũ Coloniæ adhuc iuuenis diẽ clauſit extremũ, & apud Minoritas ſepultus eſt. Iohan. Maior li.4.ca.16. de reb. geſtis Scotor.

PRÆDICATORES.

CONRADVS.

Conradus de Marpurg, ordinis Prędicatorũ, paſsim in Germania iuſſu & autoritate Romani põtificis cœpit prædicare anno 1214. Eliſabethã ſacris initiauit, induens eã griſea tunica. Schedel. ætat.6. Qui hæreſeos cauſa tam mares quàm fœmellæ apud ipſum deferebãtur (inquiſitor enim prauitatis hæreticæ fuit) temerario auſu candente ferro probauit, ut ſi ferrũ manu apprehenſum uſsiſſet, protinus ipſum hæreſeos condemnaret, & Vulcano tradendũ decerneret, idq; per Germaniã, Italiã, Galliam. Ipſe Trithemius inauditã hanc temeritatem hiſce uerbis damnat: Fuerunt qui crederent, eum plures innocenter damnaſſe, propterea quòd candens ferrũ à peccatis nullum reperiſſet immunem, etiamſi nulla hæreſis macula unquam infectus extitiſſet. Ad extremum ſanguinarius Cain dignum factis præmium tulit, ut ipſe quoque interficeretur, ubi annis 19. hoc modo carnificem egiſſet. Chron. Hirſaug.

IOANNES DE ARGENTINA.

Ioannes monachus ordinis prædicatorũ, de Argentina oriundus, prædicator uehemẽs & inſignis fuiſſe perhibetur, anno 1219. Peccata taxauit acriter, & (ut credibile eſt) gratuitã remiſsionẽ peccatorum docuit: quod hinc apparet, quòd eodem modo ut Paulo nonnulli ipſius conciones calumniati ſunt, Peccemus, quoniam crux Chriſti nos ab omnibus peccatis liberabit. Deinde ipſe Vrſpergenſis etiã fatetur, ea quę docuerit, ut uera defẽdi aliquomodo poſſe. Vrſperg. Catalogus teſtiũ ueritatis.

IORDANVS.

Iordanus, natione Germanus, in diœceſi Hildesheimenſi natus ſub dominis de Dasle, ordinis prædicatorũ, primus Magiſter generalis ſui ordinis (Faſciculus temporũ ſecundũ in ordine cõſtituit) Theologus & declamatorius prædicator, ſcripſit

Exhortatorias plures epiſtolas, lib.1.
Sermones ad populum, lib.1.
De ordinis inſtitutione, lib.1.

Rudimentum nouitiorum prioribus tres libros annumerat:

Super Apocalypſin.
Super Priſcianum.
Item Geometrica quædam egregia.

Silentium menſæ primus in ſuo ordine inſtituit. Volaterranus li.21. Anthropologiæ.

Obijt anno 1231. Idibus Februarij, in portu maris prope Anconã ſubmerſus, cum ad prædicandum Sarracenis, & ad uiſendum ſepulchrũ Domini iter ingreſſus fuiſſet, & in ordine annis 15. pręfuiſſet. Erphurden. cap.93. Bergomenſis, Chron. Martini Capellani. Poſt mortem Anconæ miracula edere dicitur. Vincent. lib.30. cap.137. Et tandem Sanctis pontificijs annumeratus. Volaterranus lib.21.

HVMBERTVS.

Humbertus Viennæ oriundus, ordinis prædicatorũ magiſter generalis quintus, claruit anno 1250. Præceptore uſus eſt Hugone Barchinonẽſi, theologo, qui ſuo præceptori perſuaſit, ut uitæ generi monaſtico ſeſe dederet. Scripſit

Super regulam S.Auguſtini, lib.1.
Summam prædicantium, lib.3.
Geſta fratrum prædicatorum, lib.5.
De tribus ſubſtantialibus cœli, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.

Et alia nonnulla. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

ACHILLES BASILIENSIS.

Achilles Dominicanus, prædicator facũdus & magnæ autoritatis apud Baſilienſes, claruit anno 1260. Multos ad Aſiaticam militiã perſuaſit ſub Clemente tertio, qui ob necẽ Cõradini prorſus alieni à pontifice Romano erant, ut egregiè pontifici gratificaturi ea in re uiderentur, qui eius cladis autor eſſe putabatur. Continuator belli ſacri lib.4. cap.15.

VDALRICVS.

Vdalricus Argentinẽſis, Dominicanus, Alberti Magni diſcipulus, in Theologia & philoſophia doctus, claruit ad annũ 1280. Scripſit

Super ſententias, lib.4.
Summam Theologiæ, lib.1.

De

De anima,	lib.1.

Et alia multa. Bergomenſis, Trithemios de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

THOMAS LOVANIENSIS.

Thomas de Cantiprato Brabantinus, Alberti Magni diſcipulus, & ordinis prædicatorum, in ſacris & profanis literis doctiſsimus, ingenioſus, diſertus, claruit anno 1280. Et quia Græci ſermonis peritiam habuiſſe dicitur, tranſtulit libros Ariſtotelis, quæ quidem interpretatio longo tempore in uſu fuit. Scripſit

Bonum uniuerſale,	lib.2.
De rerum natura,	lib.1.
Vitam S. Chriſtinæ mulieris Hiſpanicę,	lib.1.
Vitam S. Lutgardis monialis,	lib.1.

Et alia multa edidit. Trithemius de uiris illuſtribus Germaniæ, Bergomenſis lib.13.

HENRICVS, BERNHARDVS.

Henricus & Bernhardus fratres, ex Iohanne Vandalorum principe nati, ordinē prædicatorum ingreſsi ſunt circa annum 1280. Vandalia Crantz. lib.7. cap.35.

IOHANNES.

Iohannes Chriſtophori Dominicanus, & lector Mindenſis, claruit anno 1285. Is philoſophus fuit & Theologus, quales hoc ſeculum produxit, ſcholaſticæ ſcilicet Theologiæ gnarus. Scripſit

In Matthæi Euangelium,	lib.1.
In Marcum,	lib.1.
In Lucam,	lib.1.
In Iohannem,	lib.1.
In omnes epiſtolas Pauli,	lib.14.

Et alia multa. Bergomenſis li.13. Erphurd. cap.95.

CONRADVS HALBERſtadienſis.

Cōradus Halberſtadiēſis, natione Germanos, ordinis prædicatorū, Theologus & philoſophus inſignis, ita quoq; ut publicè ſacra p̄fiteretur, claruit an. 1290. Scripſit

Super ſententias,	lib.4.
Summam ſtudentium,	lib.3.
De Triuio,	lib.1.
Lecturam in Iob,	lib.1.
Sermones aliquot,	lib.1.

Is in multos Bibliorum libros fecit commentarios. Huic adſcribuntur etiam Concordantiæ ueteris & noui Teſtamenti. Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſticis, item de uiris illuſtribus Germaniæ: Bergom. lib.13.

ECKARDVS.

Eckardus natione Germanus, Dominicanus, ut quidam opinantur, doctus & in ſacris & profanis literis, in Auſtria claruit ſub fine huius ſeculi. Scripſit

Super ſententias,	lib.4.
In Geneſin,	lib.1.
In Exodum,	lib.1.
In librum Sapientiæ,	lib.1.
In Cantica Canticorum,	lib.1.
In Euangelium Iohannis,	lib.1.
Super oratione Dominica,	lib.1.
Poſitionum ſuarum defenſionem,	lib.1.
Sermones de tempore,	lib.1.
Sermones de ſanctis,	lib.1.

Sparſiſſe dicitur plurimos errores, inprimis in libro ſuper Iohannē, quos condemnatos à papa ante uitæ ſuæ finē reuocauit. Quo anno claruerit, ignotum eſt. Hoc tamen ſeculo claruiſſe exiſtimatur. Trithemius de illuſtribus uiris Germaniæ, Geſnerus in Bibliotheca.

INCERTI LOCI.

THEODORICVS.

Theodoricus natione Teutonicus, abbas ordinis Benedictini, Hildegardi ſamiliaris, claruit anno 1200. Scripſit

Vitam S. Hildegardis,	lib.4.
Epiſtolas quaſdam,	lib.1.

Trithemius de ſcriptor. Eccleſiaſticis.

ADILREDVS.

Adilredus abbas Ciſtercienſis, in Theologia & Philoſophia doctus, ſub huius ſeculi initiū claruit, anno 1200. Scripſit

Speculum charitatis,	lib.1.
In Lucam,	lib.1.

Et alia. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

VLRICVS.

Vlricus Teuthonicus, Theologię Baccalaureus, claruit circa annum 1270. Scripſit

Super librum Metheororum.
Super ſententias.
Summam Theologiæ magnam & ſubtilem. Erphurdienſis cap.95.

THEODORICVS.

Theodoricus de Freiberch, magiſter in Theologia, temporibus Rodolphi claruit. Scripſit

De origine prædicamentorum.
De tempore.
De iride.
De menſuris rerum.
De defenſione priuilegiorum ordinis.
De tribus difficilibus.
De quidditatibus entium.
De generatione lucis.
De uiſione beneſica. Erphurd. cap.95.

CONRADVS.

Conradus de Saxonia, in diuinis & profanis literis inſigniter doctus, ordinis Minorum, ſub finem huius ſeculi claruiſſe putatur. Conciones ad populum ſolitus eſt habere. Scripſit

Super ſententias,	lib.4.
Super orationem Dominicam,	lib.1.
Super ſalutationem angelicam,	lib.1.

Sermones

Sermones de tempore, lib.1.
Sermones per Quadrageſimam, lib.1.
Sermones de ſanctis, lib.1.
Et alia pleraq; in multos Bibliorũ libroa.
Trithemius de illuſtribus uiris Germaniæ.

ANGLIAE MOnachi.

ORDINIS S. BEnedicti.

MONASTERII S. Auguſtini.

ALEXANDER.

ALexander Theologus, abbas monaſterij S. Auguſtini, ordinis Benedicti, claruit circa annũ Domini 1207. Eum Iohannes rex unà cum alijs Romam legatũ miſit, ut corá Romanis uulturibus ius & autoritatẽ regis in Anglia tueretur: quod fecit ſtrenuè. Probauit luculenter, regiam poteſtatem in terris eſſe ſupremam. Epiſcopis munus docendi, nõ item regnorum adminiſtrationẽ eſſe mandatá diuinitùs, ſiquidẽ Chriſti regnũ de mundo nõ ſit. Quam ob cauſam eam retulit gratiá, ut à Pãdulpho legato põtificio, inſtigãte Cãtuarieſe Stephano, & officio moueretur, & Eccleſiæ cõmunione eliminaretur. Scripſit
Victoriam à Portheo, lib.1.
De ceſſatione papali, lib.1.
De Eccleſiæ poteſtate, lib.1.
De poteſtate uicaria, lib.1.
Et alia plura. Balæus Cent.3.cap.57.Script. Brytan.

PETROBVRGENSES.

HVGO.

Hugo cãdidus, aliàs Vuhyte, monachus Petroburgenſis ordinis Benedicti claruit anno 1216. Scripſit
Hiſtoriam Petroburgenſium, lib.1.
Balæus Cent.3.cap.70.ſcript.Brytanniæ ex Lelando.

HELIAS.

Helias Turkynghã, Petroburgenſis monachus, ordinis Benedicti, claruit anno 1270. Propter inſignẽ eruditionem Oxonij Doctoris inſignijs ornatus eſt. Scripſit
Temporum annales, lib.1.
Et alia quædam. Balæus Centuria 4.capite 32. Script. Brytan.

EVESHAMENSES.

GVALTERVS.

Gualterus Benedictinæ profeſsionis monachus, in Eueshamẽſi monaſterio claruit anno 1240. Scripſit
De ſpeculatione Muſices, lib.1.
Balæus Cent.3. cap.100. ſcriptorũ Brytan. ex Lelando.

HELIAS.

Helias à puero Eueshami monachũ egit hoc ſeculo, incertum quo anno. Studiorũ cauſa multa loca adijt, ut multum addiſceret, & Magiſter efficeretur. Scripſit
Chronicorum opus, lib.1.
Balæns Cent.4. cap.33. Scriptorũ Brytanniæ, ex Lelando.

ODINGTONVS.

Odingtonus monachus Eueshamẽſis, philoſophus & Mathematicus inſignis, claruit anno 1280. Scripſit
De motibus Planetarum.
Almana reuerſionis eorum.
De mutatione aeris elegantem librum.
Balæus Centuria 10.cap.73. ex Lelando.

ADAMVS CLAROFONTANENSIS.

Adamus Batckingẽſis, Benedictinus monachus, in Clarofontano monaſterio claruit anno 1216. Oxonij literis operá dedit, nec in illis exiguũ profectũ fecit. Conciones ad populũ habere ſolitua eſt. Scripſit
Super quatuor Euangelia, lib.4.
De utraq; Chriſti natura, lib.1.
De ſerie ſex ætatum, lib.1.
Rhythmos & carmina, lib.1.
Sermones plures, lib.1.
Et alia tam ſoluta oratione, quàm carmine. Balæus Cent.3.cap.72. ſcriptorũ Angliæ, ex Lelando.

BVRIENSES.

IOCELINVS.

Iocelinns Brakelonde, ex honeſta Sudauolginæ gentis familia oriundus, ubi Cantuariæ præclaram bonis literis operam nauaſſet, Burienſis monaſterij fit monachus, ordinis Benedicti. Scripſit
Chronicon ſui cœnobij, lib.1.
Super electione Hugonis, lib.1.
Vitam Roberti martyris, lib.1.
Atq; alia nonnulla. Claruit anno 1214.
Balæus Centuria 3.cap.68. Scriptorũ Bryt.

RADVLPHVS NIGER.

Radulphus Niger, Sudauolgius & Burienſis cœnobita, clatuit anno 1212. Bonaa literas diligenter didicit, necnon & Theologiam, ut in ea magiſteriũ adipiſceretur. Rhetor inſignis fuit & hiſtoriographus, quá ob cauſam in honore fuit apud pleroſque. Perduellionis accuſatus apud Heinricum ſecundũ, eiectus in exiliũ eſt. Scripſit
Chronicon ſuccinctum, lib.1.
Chronicon à condito mundo, lib.1.
Geſta regis Iohannis, lib.1.
Initia regis Henrici tertij, lib.1.
De regibus à Guilhelmo, lib.1.
Super Pentateuchum, lib.7.
Super hiſtorias regum, lib.24.
In Paralipomenon epitomen, lib.2.
De tribus uijs Hieroſolymæ, lib.4.
Pantheologicon, lib.1.

Interpre-

Interpretationes Hebræorum nominum, lib.1.
Remediarium in Eſdram, lib.1.
De re militari, lib.1.
De quatuor feſtis Mariæ, lib.1.

Atq; alia plura. Balęus Cent.3.cap.76. Scriptor. Brytanniæ, ex Boſtone Burienſi & Radulpho Coggeshalo.

ROBERTVS RAMESIENSIS.

Robertus Dodeforde, monachus Rameſienſis, Benedictini ordinis, doctus & Theologiæ ſtudioſus, atq; in Hebræa etiã lingua peritus, ſcripſit

In Parabolas Salomonis, lib.1.
Conciones aliquot, lib.1.

Claruit ſub Heinrico 3. Balæus Cent.4. cap.41.ſcript.Brytan.

MATTHAEVS PARISIVS VEROLAMIENSIS SEV *S. Albani.*

Matthæus Pariſius, monachus ordinis Benedicti in cœnobio D.Albani, quod aliàs Verolamium olim dictum eſt, uir imprimis eruditus fuit, qui & ſingulari fide & dexteritate hiſtoriam Anglorũ conſcripſit. Vidit in eo rex Heinricus tertius inſignes uirtutes, quã ob cauſam ipſum dilexit plurimũ. Romanenſiũ auaricias, fraudes, mẽdacia, dolos, pompas, libidines, tyrãnides, blaſphemias grauiter depinxit. In Nordouiẽſi diœceſi iuſſu pontificis Innocentij IIII. monachos reformauit. Scripſit

Hiſtorias à conqueſtu, lib.8.
Continuationes hiſtoriarum, lib.1.
Deſcriptionem mundi, lib.1.
Hiſtorias Hybernenſium, lib.1.
Hiſtoriam à mundi origine, lib.1.
Geſta 22. abbatum, lib.1.
Addiramenta Chronicorum, lib.1.
Vitam diui Gutlaci, lib.1.
Vitam Vuolſtani epiſcopi, lib.1.
Vitam Eadmundi archiepiſcopi, lib.1.
De paſsione D.Amphibali, lib.1.
Chronica maiora D.Albani, lib.1.

Et alia nõnulla. Obijt an. 1259. & in monaſterio S.Albani ſepultus eſt. Balæus Cent. 4.cap.26.ſcriptorum Brytanniæ.

GREGORIVS GLOCESTRIENSIS.

Gregorius de Vuintonia, Benedictinus, ei ordini ſeſe mãcipauit Gloceſtriæ, anno 1237. ibidq; uixit annis totis 60. Scripſit

Annales ſui cœnobij, lib.1.

Balæus Cent.4.cap.59.Script.Brytan.

IOHANNES HYDENSIS.

Iohannes monachus Vintonienſis, in monaſterio nouo, cui Hydæ nomen eſt, ordinis Benedictini, claruiſſe putatur circa finem huius ſeculi. Scripſit

Vitam patientis Iobi, lib.1.
Homelias quaſdam, lib.1.

Et alia nonnulla. Balæus Cent.4.cap.75. ſcript.Brytan.

CANONICI REGVLARES.

THOMAS CANTVA*rienſis.*

Thomas Spotte, ordinis Auguſtini Cantuariæ, doctus & religioſus, claruit anno 1274. Scripſit

Cantuatiorum hiſtoriam, lib.1.
Abbatum ſuorum uitas, lib.1.

Et alia. Balęus Cent.4.cap.42.ſcriptorum Brytanniæ.

THOMAS OXONIENSIS.

Thomas Vuicke, aliàs Viccius, Oxonienſis canonicus de Oſneye, ordinis Auguſtini, quos regulares uocant, claruit an.1290. Is & artium & rerum bonarũ cognitioni imbutus, itemq; poëta non infimæ exiſtimationis fuit apud pleroſq;. Scripſit

Chronica compendioſa, lib.1.
Abbates de Oſneye, lib.1.
Commendationes uini, lib.1.
Increpationem gulæ, lib.1.

Balæus Cent.4.cap.72.ſcript.Brytan.

GVILHELMVS LAN*thonienſis.*

Guilhelmus genere Brytãnus, literatus, canonicorũ regulariũ Lanthoniẽſis cœnobij abbas, claruiſſe dicitur an.1230. Scripſit

Vitam Roberti Betunenſis, lib.1. & Reginaldo Vuenlocenſis monaſterij gubernatori dedicauit: & alia quædam. Balæus Cent.3. cap.89. Script. Brytanniæ ex Lelando.

ALEXANDER EXCE*ſtrienſis.*

Alexander Neckam, Verolamij natus, Theologus, Philoſophus, Rhetor & poëta inſignis, uſq; adeò ut ingenij miraculũ diceretur, non ab Anglis ſolùm, ſed etiã Gallis & Italis, ordinis S.Auguſtini, fit abbas Exceſtrienſis anno 1215. Scripſit

In Prouerbia Salomonis, lib.1.
In Eccleſiaſten, lib.12.
In Cantica Canticorum, lib.8.
Super Ezechielem, lib.1.
De naturis rerum, lib.7.
Laudes diuinæ ſapientiæ, lib.7.
Corrogationes Promethei, lib.4.
De puritate Mariæ, lib.1.
De utenſilibus, lib.1.
Elucidarium Bibliothecæ, lib.1.
Noui teſtamenti expoſitiones, lib.1.
De figuris & tropis, lib.1.
Diſtinctiones uerborum, lib.1.
De humilitatis gradibus, lib.1.
Super Pſalterium, lib.1.

De fabulis poetarum, lib.1.
Commendationes uini, lib.3.
Nouum Anianum, lib.1.
Nouum Æſopum, lib.1.
In Metamorphoſin Ouidij, lib.1.
Ad uiros religioſos, lib.1.
Carmina diuerſa, lib.1.
Nuptias Mercurij & Philologiæ, lib.2.
Lectiones ſcripturarum, lib.1.
Concordantias Bibliorum, lib.5.
Expoſitionem de anima, lib.1.
Prometicon carmine & proſa, lib.1.
De laude D. Virginis, lib.1.
Super exorciſmo Baptiſmi, lib.1.
Vocabularium Biblicum, lib.1.
Speculum ſpeculationum, lib.4.
Octodecim ſermones, lib.1.
Mythologiam, ſeu Scintillarium, lib.4.
De muliere forti, lib.3.
De conuerſione Magdalenæ, lib.1.
De rebus creatis in ſpecie, lib.1.
De uita monaſtica, lib.1.
Super utrumq; Teſtamentum, lib.13.
In ſymbolum Athanaſij, lib.1.
De officio monachorum, lib.1.
De aduentu Domini, lib.1.
De natiuitate Mariæ, lib.1.
De annunciatione eiuſdem, lib.1.
De deſponſatione Ioſeph, lib.1.
De aſſumptione Virginis, lib.1.
Repertorium uocabulorum, lib.1.
Moralia Euangeliorum, lib.4.
De fide, ſpe & charitate, lib.1.
Cur filius incarnatus, lib.1.
De uirtutibus, lib.1.
De præceptis Decalogi, lib.1.
Iſagogen ad artes, lib.1.
Quæſtiones uarias, lib.1.
Regulas in Theologiam, lib.1.
Correctiones Biblicas, lib.1.

Et alia nõnulla, tam uerſu quàm proſa. Obijt anno 1227. & Vuigorniæ ſepelitur, ubi in quodam monaſterio animam exhalauerat. Tumulo eius hoc inſcriptum eſt epitaphium:

Ecclipſim patitur ſapientia, ſol ſepelitur:
Cui ſi par unus, minus eſſet flebile funus.
Vir bene diſcretus, & in omni more facetus,
Dictus erat Nequam, uitam duxit tamen æquam.

Balæus Cent.3.cap.86.de ſcript.Brytan.

ALBERICVS OSITHENSIS.

Albericus Veerus, ex familia Oxonienſium & Claranorum comitum natus, claruit anno 1250. In Oſithæ monaſterio canonicus Auguſtinianus uixit ſtudijs inuigilans. Scripſit

Vitam uirginis Oſithæ, lib.1.
Antiquitates ſui cœnobij, lib.1.
De Euchariſtia, lib.1.

Bal.Cent.4.cap.13.ſcript.Bryt.ex Leland.

ALEXANDER ESSE-*bienſis.*

Alexander Somerſetenſis, uel Stasfordienſis iuxta quoſdam, Eſſebienſis cœnobij abbas, ordinis canonicorũ regularium D.Auguſtini, claruiſſe fertur circa annum 1220. Poeta & Rhetor haud poſtremus fuit. Scripſit

Compendiũ hiſtoriarum Bibliæ, lib.1.
De ſacris diebus, lib.1.
Feſtiuale quoddam, lib.1.
Vitam ſanctæ Agnetis, lib.1.
Vitam Bertellini eremitæ, lib.1.
Confeſsionem ad Deum, lib.1.
Meditationes quaſdam, lib.1.
Epiſtolas & carmina, lib.1.
Hiſtoriæ Brytannicæ epitomen, lib.1.

Atq; adhuc alia tam carmine quàm proſa literis commiſit. Balæus Cent.4.cap.29. ſcript.Brytan.

GREGORIVS BRIDLINGtonenſis.

Gregorius Bridlingtonenſis, eius cœnobij canonicus regularis & præcentor, hoc ſeculo uixit, incertum quo anno. Scripſit

Super Cantica Canticorum, lib.1.
De arte Muſices, lib.3.
Sermones quoq;, lib.1.
Cõmentarios in Bibliorum ſcripturas.

Balæus Cent.4.cap.60.ſcript.Brytan.

CISTERCIENSES.

GILBERTVS.

Gilbertus Theologus, cognomine Magnus, Bryto, ordinis Ciſtercienſis, claruit anno 1280. Is præpoſitus generalis Ciſtercienſium factus, in gymnaſijs Angliæ, imprimis Pariſijs & Toloſæ, ſingulari facundia ſacra tradidit. Diligens homo fuit, & felicis ingenij atq; memoriæ, ut qui intra horæ tẽpus 11. capita ex Cyrilli Clunico didicerit, memoriæq; mãdarit. Scripſit

Pro Chriſtiano contra gentiles, lib.1.
De naturis rerum, proſa, lib.1.
Hiſtoriam quandam, lib.1.
Commentarios in pſalterium, lib.1.
In oraculum Cyrilli, lib.1.
Diſtinctiones Theologicas, lib.1.
Conciones eruditas, lib.1.
Quid ſit monachus, lib.1.
Doctorum collectanea, lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos, lib.1.
Commentarios ſcripturarum, lib.1.

Alioſq; tractatus edidit. Tandem Toloſæ ſepultus, poſt mortẽ habitus eſt ſacer. Balæus Centuria 4.cap.47. ſcript.Brytan.ex Thoma Scropo & Alano de Lynna.

THORALDVS SEV THO-*ratus Fontanenſis.*

Thoraldus ſeu Thoratus Rhieuallenſis monachus, ordinis Ciſtercienſium, claruit anno

anno 1216. Is doctus fuiſſe fertur, ut pleraque etiam compoſuerit. Tandem euocatus à Mauritio quodam, Fontanenſis abbas factus eſt. Balæus Cent.10.cap.60. ex Lelando & Hugone Kirchoſtallenſi.

CADVCANVS OVRENSIS.

Caducanus genere Bryto, ſacrarum literarum peritiſsimus, ex Bangorenſi epiſcopo fit monachus ordinis Ciſtercienſiũ in Durenſi monaſterio. Scripſit

Speculum Chriſtianorum, lib.1.
Homeliarum opus, lib.1.
Atq; alia quædam.

Obijt anno 1225. & in Durenſi monaſterio ſepultus eſt. Balęus Centuria 3.cap.85. ſcript.Brytan.

RAOVLPHVS COGGESbalenſis.

Radulphus Ciſtercienſis ordinis monachus, & Coggeshalenſis abbas in Eſſexia, doctus, claruit anno 1228. Scripſit

Additiones Radulphi Nigri, lib.1.
Chronicon terræ ſanctæ, lib.1.
Super quibuſdam uiſionibus, lib.1.
Conciones quaſdam, & alia nonnulla.

Vbi annis 12. præfuiſſet, reſignauit, & ualetudinarius reliquum æui traſegit. Balæus Cent.3.cap.88.ſcript.Brytan.

ALIA ANGLIÆ MOnaſteria & Monachi.

PETRVS EBORAcenſis.

PEtrus eremita, homo Eboracenſis, uates, ut uulgò habebatur, aut Magus, calendis Ianuarij anno 1213. prædixit fore, ut Ioannes rex ad diem aſcenſionis Chriſti regno eijceretur: ſi euentus prædictioni non reſponderet, ſua ſponte ſe mortem appetiturum. Ea res ubi ad regem referretur, protinus cuſtodiæ traditur. Venit dictus dies, nihilq; eius fit quod prędixerat: ideoq; iuſſu regis unà cum filio ſtrangulatur. Polydor.lib.15.Angl.hiſtor.

ALANVS ALBANI.

Alanus Bellocliuus, Sudouolca, Albani monaſterij monachus, claruit anno 1230. Is Oxonij primùm, poſtea etiam Pariſijs inſignem in bonis literis profectum fecit, ita quidem, ut Luteciæ publicum lectorem ageret. Varia ſcripſiſſe dicitur. Balæus Centuria 10. cap.64. ex Lelando & Matthæo Pariſio.

NICOLAVS.

Nicolaus Græcus, abbas ad monaſterium D.Albani, claruit circa annum 1250. Is ubi Oxonij & Luteciæ Pariſiorum ſtudijs aliquandiu inuigilaſſet, haud contemnendum tum in Latina, tum in Græca lingua fructum fecit. Iuuit Robertum Lincolnienſem in tranſlatione teſtamentorum duodecim Patriarcharum. Item in Damaſceno & Dionyſio commentarijs illuſtrandis eidem Roberto operam nauaſſe, coniectura eſt. Balæus Cent.13.cap.33. de ſcript.Brytan.

IOANNES FORDENSIS.

Ioannes de Forda, Fordenſis cœnobij abbas, theologus inſignis, claruit anno 1210. Is ubi paſsim multas inſpexiſſet ſcholas, ſuis etiam frugi fuit, & non mediocriter eos exercuit. Balduino Cantuarienſi fuit charus: Ioannis Anglorum regis confeſſor. Scripſit

In Cantica Canticorum Homelias 120, lib.1.
Super Threnos Hieremiæ, lib.1.
Introductorium eorundem, lib.1.
De triplici cruce, lib.1.
Vitam Vuolfrici presbyteri, lib.1.
Sermones duodecim, lib.1.
De contemptoribus mundi, lib.1.
Expoſitionem in Hieremiam, lib.1.
Acta quædam regis Ioannis, lib.1.

Et alia nonnulla. Balæus Cent.3.cap.66. ex Lelando.

ROBERTVS PONTINIACVS.

Robertus Richius, patria Abindonenſis, Eadmundi Cantuarienſis frater, exteras acceſsit ſcholas ſtudiorũ cauſſa. Cum fratre Oxonij, Romæ, Pontiniaci commoratus eſt. Scripſit

Eadmundi archiepiſcopi uitam, lib.1.
De tranſlatione eiuſdem, lib.1.

Claruit anno 1240. Balęus Cent.3.cap.97. ſcriptor. Brytann. ex Matthæo Pariſio & Lelando.

GREGORIVS RAMEſienſis.

Gregorius Huntyngton, abbas Rameſienſis, linguarum cognitioni, & imprimis Hebraicę inuigilauit, quam ex Iudęorum libris exilio multatis eximiam hauſerat. Scripſit

Artem intelligendi Græca, lib.1.
Grammaticæ ſummam, lib.1.
Explanationes Græcorum nominum, lib.1.
Attentarium quoddam, lib.1.
Epiſtolas curiales, lib.1.
Expoſitionem Donati, lib.1.
Notulas in Priſcianum, lib.1.
Imaginem mundi, lib.1.
Rudimenta Grammatices, lib.1.
Sententias per uerſus, lib.1.
Regulas uerſificandi, lib.1.

Atq; alia plura. Claruit anno 1255. Præfuit monachis annis 38. Balæus Cent.4. cap.22.ſcript.Brytan.ex Lelando.

ROGERVS FRISCO-nienſis.

Rogerus monachus Croladienſis primùm, factus poſtea abbas Friſconienſis cœnobij eſt. Is quia ſuperſtitiones & nugas Antichriſti imbibiſſet, rurſus eas eructauit, alijs etiam hauriendas propinans. Scripſit.

Vitam Thomę Cantuatienſis, lib.7. idq; opus Henrico Crolandienſi abbati dedicauit, atq; alia eius generis. Claruit anno 1214. Balæus Cent.3.cap.69. ex Lelando.

IOANNES DE S. OMERO.

Ioannes de S.Omero, claruit, ut putat Balæus, circa annum 1215. ſub Ioanne rege. Scripſit

Norfolcianæ deſcriptionis impugnationem, lib.1. Et alia quędam. Balæus Centuria 3.cap.71. ſcript.Brytan.

ETHELREDVS VVARDO-nenſis.

Ethelredus, qui & Adilredus, ordinis Ciſtercienſis, & Vuardonenſis monaſterij abbas, claruit anno 1220. Sacrarum literarum diligens lector fuit. In concionibus popularibus mirificè ſuauis, ut cum uoluptate quadam audiretur, quamuis ſuperſtitionibus non caruit. Scripſit

De uinculo perfectionis, lib.1.
In Lucam Homelias, lib.1.
Conciones notabiles, lib.1.
De tribus hominibus, lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos, lib.1.
Speculum charitatis, lib.1.

Et alia. Balæus Cent.3.cap.80. ſcriptorum Brytan. Trithemius de uiris illuſtribus.

RICHARDVS ANGVIL-lariani.

Richardus Elingenſis uel Helienſis, Anguillariani cœnobij monachus & abbas, Philoſophus, Aſtronomus, Geomanticus, Poëta & Theologus haud poſtremus, claruit anno 1220. Scripſit

De Inſula Elingenſi, lib.1.
Geſta ſui cœnobij, lib.1.
Sermones complures, lib.1.
Carmina diuerſa, lib.1.
Epiſtolas familiares, lib.1.

Atq; alia nonnulla. Obſidioni Toloſæ interfuit, & Simonis Montifortenſis prædixit mortem, cui & epitaphium ſcripſit. Balæus Cent.3.cap.82. ſcript.Brytan. ex Lelando & Boſtone Butienſi.

PETRVS VVALDENSIS.

Petrus Henham, monachus Vualdenſis, claruit anno 1224. diligens antiquitatis inueſtigator, ſcripſit

Anglorum Chronicon, lib.1.

Balæus Centuria 3.cap.82. ſcriptor. Brytanniæ.

IOANNES SADMVN-dienſis.

Ioannes Burienſis, Eadmundi monaſterij abbas, in Philoſophia & Theologia haud uulgariter doctus, claruit anno 1280. Scripſit

Suæ gentis Annales, lib.1.

Et alia nonnulla. Balæus Cent.4.cap.51. ſcriptor. Brytan. ex Ioanne Euetiſdeno & Lelando.

GALFRIDVS BVRTO-nenſis.

Galfridus abbas Burtonenſis monaſterij claruit anno 1216. Deſcripſit uitam & facta memorabilia Moduuennæ Hybernicæ ſolitariæ fœminæ. Balæus Cent.10. cap.62. ex Lelando.

GVILHELMVS BOVGE-uilla Beccenſis.

Guilhelmus Bougeuilla, Neuſtrius genere, & Beccenſis cœnobij in Normannia monachus inſigniter doctus, & diligens antiquitatū indagator, claruit anno 1288. Chronicon magnum ab anno Domini M. ad prædictum uſq; annum contexuit, cui titulum præfixit, Vnus omnium lib.6. Balæus Cent.13.cap.38. ſcript.Brytan.

CARMELITÆ ANgliæ.

RADVLPHVS.

Radulphus Freſbume ex familia non incelebri in Northumbria natus, imbutus aliquomodo literis ab adoleſcentia, & miles, Carmelum Syriæ petijt, ubi cum reliquis aliquandiu uitam uixit eremiticam, Mariæ uirgini admodum deuotus. Poſtea à Richardo Cornubiæ duce & alijs nobilibus reductus in Angliā, in Holnēſi, Ayleſfordienſi, Brūhamiæ & Neuuendenæ ſolitudinibus & locis deſertis, Carmelitarum ordinem inſtituit, extructis cœnobijs, anno 1240. Cui ſodalitio annis 14. præfuit. Scripſit ad eoſdem

Epiſtolas eruditas, lib.1.
Pia quædam monita, lib.1.

Et alia, quæ ipſorum inſtituto uidebantur neceſſaria. Obijt circa 1274. ſepultus in Holnenſi cœnobio. Poſt mortem per conficta miracula inclaruit. Balæus Cent.4. cap.1. ſcript.Brytan. ex Mantuano.

ALANVS.

Alanus Amoricanus, Anglus, uniuerſalis præſes Carmelitarum per Europam, ubi per 20. annos illos rexiſſet, reſignauit, Simoni locum dans. Balæus Cent.4.cap.7. ſcript.Brytan.

SIMON.

Simon honeſtis parentribus in Cantiorum comitatu natus, ab anno ætatis duodecimo

decimo eremum incoluiſſe fertur,& in caua quercu inhabitaſſe: unde Srockij nomen adeptus eſt. Ibi fructus ſylueſtres cibus, aqua potus, cauæ quercus & antra cubile ipſi fuerunr. Vbi percepiſſer Carmelitas ex Syria ueniſſe, eorum ſodalitio ſe iam octogenarius adiūxit, à quibus in Aylesſordiæ ſynodo totius ordinis præſes generalis, ordine ſextus conſtituitur, anno 1245. Oxonienſes ipſum ſuæ Theologiæ Baccalaureum, licer inuitum, crearūt. Solitus eſt uerbum Dei annunciare, & populi ſcelera arguere. Idololatra haud poſtremus extitit, ut qui B. Virginē ſuis preculis fatigare ſolitus eſt. Scripſit

De Chriſtiana pœnitentia,	lib.1.
Epiſtolaa ad fratres,	lib.1.
Canones diuini cultus,	lib.1.
Homelias ad populum,	lib.1.
Ad Chriſtiparam uirginem	Antiph.
Ad eandem Chriſtiparam	Antiph.

Eralia ſuperſtitioſa. Obijr anno ætatis ſuę cenreſimo, à naro Chriſto 1265. 16. Maij. Sepultus in Vaſconia in Burgdegalenſi æde, & poſtea inrer ſanctos papiſticos relatus eſt. Balæus Cent. 4. cap. 7. ſcript. Brytanniæ ex Lelando.

NICOLAVS.

Nicolaus Gallicus Narbonenſis, ſeptimus Carmelitarum magiſter generalis, ubi uideret ſui ordinis ſectarores planè degeneraſſe, in omni ſcelerum genere inquinatos, illis relictis in eremum ad montem Euuatrof conceſsit, anno 1270. Scripſir in ſuos degeneres fratres librum ſatis aculeatum, cui titulum Igneam ſagittam indidit. Balæus Cent. 4. cap. 42. ſcriptorū Brytan. in appendice.

RADVLPHVS.

Radulphus Alemanus, ſummus Carmelitarum gubernator poſt Nicolaum Gallicum Narbonēſem, ordine octauus, uir ſingularis eruditionis & miræ continentiæ, claruit anno 1270. Is reliquorum Carmelitarum, qui in urbibus degebant, improbitate & tetris criminibus offenſus, montem Euuatrof in Gallijs petijt, ibique ſolitarius uixit, ne ea quæ nollet uideret. Scripſit

Ad diuerſarum nationum fratres, plures epiſtolas.

Vbi hoc pacto quatuor fermè annis uixiſſet ſolitarius, uiuendi finem fecir anno 1277. Balęus Cent. 13. cap. 35. ſcript. Brytan. ex Lelando.

ROGERVS, GVILHELMVS.

Rogerus Croſtuuickus, Carmelitarum præſes, locum dedir anno 1278. Guilhelmo Hanabergo, qui in Londinenſi prouincia natus, in publica ſynodo Nordouicenſi ſucceſſor denominatus eſt. Præfuit annis 20. Scripſit

Quæſtiones ordinarias,	lib.1.
Dererminationes celebres,	lib.1.
Lecturas in Theologia,	lib.1.
Sermones uarios,	lib.1.

Et alia quædam. Obijt ſenex anno 1311. & Londini ſepultus eſt. Balæus Cent. 4. cap. 45. ſcriptorum Brytan. ex Lelando.

HVNFRIDVS NORDOuicenſis.

Hunſridus Nekrō, patria Sudouolgius, factus Carmelita in Nordouicenſi cœnobio, tātum eruditione profecit, ut primus ex Carmelitis eſſet, qui poſt Minoritas Cātuariæ in publico gymnaſio theologica prælegeret. Doctoratus gradum ſuſcepit in Theologia, anno 1259. Mirificus propagator regni Antichriſtici fuit. Scripſir

Sermones Dominicales 14.	lib.1.
Ordinarias quæſtiones,	lib.1.
Super articulis Theologicis,	lib.1.

Obijt anno 1303. & Nordouici in ſuo cœnobio ſepultus eſt, cum hoc epitaphio:

Laudibus Hūfridum meritis ſuper aſtra feramus,
Cui data Grantanæ laurea prima ſcholæ.

Balæus Cent. 4. cap. 24. ſcripror. Brytan. ex Lelando.

THOMAS.

Thomas Borſtale Nordouolgicus, eremita D. Auguſtini & Doctor ſcholaſticus, claruir anno 1290. Is poſtquam Anglorum ſcholas perluſtraſſet, Lureciam uenit, & Sorbonicus magiſter fit, publicè alijs prælegens. Scripſir

Lecturam ſententiarum,	lib.4.
Ordinarias diſceptiones,	lib.1.
Quodlibeta ſcholaſtica,	lib.1.

Er alia. In Nordouicenſi tandem cœnobio obijt & ſepultus eſt. Balæus Cent. 4. cap. 58. ſcripror. Brytan. ex Auguſtinianorum Chronicis.

PETRVS BVRDEGAlenſis.

Petrus Sunanyngton Nordouolgicus, in Brunhamienſi cœnobio Carmelitis ſeſe adiunxit. Cumq; inſigni eſſer præditus doctrina, Carmelitarum primas factus, in Oxonienſi gymnaſio ſupremum Theologiæ ſcholaſticæ nomen accepit. Burdegalæ in Vaſconia Sententias Petri Lombardi pręlegit. In diſpurationibus uehemens fuiſſe fertur. Carcerem & exilium perpeſſus eſt, quòd Gerardo Bononienſi ſeſe opponeret, ne Anglia ad eius quęſtū in duas diuideretur parres. Scripſit

Commentarios ſenrent.	lib.4.
Ordinarias quæſtiones,	lib.1.
Quodlibera 47.	lib.1.
Lectiones Scripturarum,	lib.1.

Claruit anno 1270. Balæus Cent. 4. cap. 31. ſcript. Brytan. ex Lelando.

HENRICUS BRUNbamiæ.

Henricus de Hanna Carmelita Brunhamiæ, præco diuini uerbi, claruit anno 1250. Is ſecundus prouincialis rector ſui ordinis in quodam Londinenſi concilio conſtitutus eſt, anno 1254. cui gubernationi 18. annis præfuit. Tādem in Gallijs conſtitutus prouincialis per Franciam, Germaniam, Hyberniam & Scotiam, multiplicandis cœnobijs inuigilauit. Scripſit

Elegantes epiſtolas,	lib. 1.
Conciones aliquot,	lib. 1.
Ordinationes conuentuum,	lib. 1.

Et alia nonnulla. Obijt anno 1299. 4. calend. Decembris, & Stanfordiæ ſepultus eſt. Balæus Cent. 4. cap. 19. ſcript. Brytan.

ORDINIS MINORUM.

SIMON.

Simon Anglicus, Minoritarum magiſter generalis, iuſſu Alexandri quarti Breuiarium correxit & rubricauit. Continuator Vincentij lib. 31.

VINCENTIUS CANTAbrigius.

Vincentius Conuentrianus, Minorita, primus Sophiſticas artes Cātabrigiæ profeſſus eſt. Scripſit

Expoſitorium Miſſæ,	lib. 1.
Repetitiones lectionum,	lib. 1.

Et alia nōnulla. Claruit circa annum 1251. Balæus Cent. 4. cap. 12. ſcript. Brytan.

ADAMUS OXONIENSIS.

Adamus de Mariſco, ex Somerſetenſi comitatu oriundus, claruit circa annum 1250. Oxonij ubi Dialectices & philoſophiæ præceptiones didiciſſet, Minoritarū ordini ſe deuouit Vigorniæ, & Theologica mox profeſſus eſt Oxonij in Franciſcanorum cœnobio. Roberto Lincolnienſi charus fuit, qui eius cauſſa iſti monaſterio moriturus magnam librorum copiam donauit. Scripſit

Elucidarium ſcripturæ,	lib. 1.
Lectiones ordinarias,	lib. 1.
Theologicas quæſtiones,	lib. 1.
Epiſtolas ad Groſſeteſtum,	lib. 1.
In aliquot libros S. ſcripturæ.	

Balæus Cent. 4. cap. 21. ſcript. Brytan. ex Triuetho.

THOMAS DE EBORACO.

Thomas de Eboraco, quartus Frāciſcanorum lector publicus Oxonij, claruit anno 1260. Commentarios in Eccleſiaſten edidit. Senex Minoritis ſeſe Eboraci adiunxit, apud quos diem clauſit extremū. Balæus Cent. 10. cap. 69. ex Lelando.

RADULPHUS.

Radulphus Coleburgus, Minorita, claruit anno 1270. Literis operam dedit Oxonij & Pariſijs. Ei Adamus Mariſcus prouinciam interpretandi ſcripturas in collegio Minoritarum commiſit, quod munus diligenter obiuit. Balæus Cent. 10. cap. 70. ex Lelando & Thoma Franciſcanæ hiſtoriæ ſcriptore.

EUSTACHIUS.

Euſtachius Normannylle, Minorita, Oxonij poſt Coleburgum publicè prælegit ſingulari cum fructu ſuorum auditorum. Is primus artium magiſter & Decretorum doctor, & poſtea etiam cancellarius Oxonienſis fuit. Claruit anno 1280. Balæus Centur. 10. cap. 75. ex Lelando & Thoma Franciſcanorum hiſtoriographo.

HENRICUS.

Henricus Briſyngham, Frāciſcanus, Oxonij claruit ad annum 1280. Publicè ſacras literas poſt Dockingum ibidem profeſſus eſt, octauus in ordine. Balæus Cent. 10. cap. 77. ex Lelando.

ROGERUS BACONUS.

Rogerus Baconus, Franciſcanus, claruit anno 1280. Is Oxonij primò præcepta Dialectices & philoſophiæ exactè didicit (erat enim ingenium adeptus omnium doctrinarum capaciſſimum, ut etiam ſui ſeculi miraculum diceretur) necnon & Matheſin. Deinde Lutetiā petijt, ubi in Græcā & Hebræa lingua non parum profecit. Aduerſarium habuit Hieronymum de Eſculo, poſtea pontificem effectum nomine Nicolaum quartum, Minoritarum magiſtrum generalē, à quo multis annis carceri inclusus eſt. Scripſit

De uiſu & ſpeculis,	lib. 1.
De utilitate Aſtronomiæ,	lib. 1.
Introductionem in Aſtrologiam,	lib. 1.
Deſcriptiones locorum mundi,	lib. 1.
De philoſophorum lapide,	lib. 1.
De multiplicatione ſpecierum,	lib. 1.
Perſpectiuam quādam ſingularē,	lib. 1.
Perſpectiuam diſtinctam,	lib. 3.
Artem experimentalem,	lib. 1.
De prolongatione uitæ,	lib. 1.
Communia naturalis philoſoph.	lib. 4.
Computum naturalium,	lib. 1.
De morali philoſophia,	lib. 1.
Logicam quandam,	lib. 1.
Antidotarium uitæ humanæ,	lib. 1.
In poſteriora Ariſtotelis,	lib. 2.
De operibus naturæ occultis,	lib. 1.
De cœlo & mundo,	lib. 2.
Leges multiplicationum,	lib. 1.
Coſmographiam,	lib. 1.
De forma reſultante in ſpeculo,	lib. 1.
De perſpectiua continua,	lib. 1.

De fluxu

De fluxu & refluxu maris, lib.1.
De fluxu maris Brytannici, lib.1.
De regionibua mundi, lib.1.
Summam Grammaticalem, lib.1.
De conſtructione partium, lib.1.
De ualore Muſices, lib.1.
De gradibus Medicinalibus, lib.1.
De ponderibus, lib.1.
De retardatione ſenectutis, lib.1.
De uniuerſali regimine ſenum, lib.1.
De erroribus medicorum, lib.1.
De uigore artis & naturæ, lib.1.
De regibus mundi, lib.1.
Compendium ſtudij Theologici, lib.5.
Ad Clementem 4. Roman. pontif. lib.1.
Laudes Mathematicæ artis, lib.1.
Speculum Alchimiæ, lib.1.
De radijs ſolaribus, lib.1.
De utilitate linguarum, lib.1.
Pro conſeruatione ſenſuum, lib.1.
De locis ſtellarum, lib.1.
De ſecretis, lib.1.
De aſpectibus Lunæ, lib.1.
Rogerinam maiorem, lib.1.
Rogerinam minorem, lib.1.
De Geometria, lib.1.
Grammaticam Hebraicam, lib.1.
Grammaticam Græcam, lib.1.
De cauſis ignorantiæ humanæ, lib.1.
De materia prima, lib.1.
De ſeptem experimentis, lib.1.
De paſsionibus animæ, lib.1.
De ſpeculis uſtorijs, lib.1.
De intellectu & intelligibili, lib.2.
De ſomno & uigilia, lib.2.
De Metaphyſica, lib.1.
De utilitate ſcientiarum, lib.1.
Contra necromaticos, lib.1.
In opera Vergilij, lib.plu.
De ſpeciebus, lib.1.
De copiæ uel inopiæ cauſis, lib.1.
Documenta Alchimiæ, lib.1.
De coloribus per partem fiendis, lib.1.
De ſculpturis lapidum, lib.1.
De uniuerſalibus, lib.1.
De centris grauium, lib.1.
Parabolas de quadratura, lib.1.
In Auicennam de anima, lib.1.
Venti nouem diſtrictiones, lib.1.
De rebus metallicis, lib.1.
De impedimentis ſapientiæ, lib.1.
Commentarios ſcientiarum, lib.1.
De arte memoratiua, lib.1.
Prognoſtica, ex ſiderum curſu, lib.1.
De planis, lib.1.
De ſitu Palæſtinæ, lib.1.
De locis ſacris, lib.1.
De miraculis rerum, lib.1.
Ad epiſtolam Bonauenturæ, lib.1.

Et alia adhuc plura. Obijt anno 1284. & Oxonij ſepultus eſt. Balæus Cent.4. cap. 55. ſcriptorum Brytan. ex Lelando & Antonij Chronicis.

THOMAS BVNGEY.

Thomas Bungey Nordouolgicus, monachus Franciſcanus, claruit anno 1290. Oxonij Philoſophiæ & Theologiæ ſtuduit, ubi demum in collegio Franciſcanorum factus eſt lector publicus, & omnium in Anglia Minoritarum miniſter prouincialis. Matheſios reconditam cognitionem habuit, idque uel dæmonum inſtinctu, uel Rogeri Baconi conſilio. Scripſit

Commentarios ſententiarum, lib.4.
De magia naturali, lib.1.
Quæſtiones Theologiæ, lib.1.

Et alia. Balæus Cent.4. cap.61. ſcriptorum Brytan. ex Lelando & Franciſcanorum catalogo.

GVILHELMVS.

Guilhelmus Delamare, aliàs Lamarenſis, Minorita, & Oxonienſis ſcholæ magiſter, claruit anno 1290. Sophiſtarũ ſomnia ſub titulo Theologici ſtudij pro uirili promouit. Bonauenturæ doctrinam Thomæ Aquinatis prætulit. Scripſit

Super Sententias, lib.4.
Quodlibeta ſophiſtica, lib.1.
Reprehenſorium Thomæ, lib.1.
Pro ſuo Bonauentura, lib.1.
Additiones in eundem, lib.1.
Lecturas ſcholaſticas, lib.1.

Et alia. Balæus Cent.4. cap.71. ſcriptorum Brytanniæ.

RICARDVS REGIO-*ſyluanus.*

Ricardus Regioſyluanus Angliam relinquens in Galliam peruenit, ut ibi bonis literis operam daret. Ibi amicitiã contrahens cum Agnello Piſano Minorita, factus eſt & ipſe eius ſectæ ſectator iam ſenex, & paulo pòſt Ciſalpinis ſuæ ſectæ paupertatem prædicauit. Deniq; Richardo Deuonienſi & Guilhelmo Etono (quorum uterque teſticulos ſibi præſciderat, ut ſcilicet cœlibatum ſeruare poſſet) comitatus, Londini primam fixerunt ſedem in Frumentatio monte 1227. Balæus Cent. 10. cap.63. ex Lelando.

THOMAS DOCKINGE *Nordouicenſis.*

Thomas Dockinge ex Nordouolgiæ comitatu oriundus, Minorita Nordouicẽſis, claruit anno 1270. Is ubi Oxonij lõgo tempore literis incubuiſſet ſub Ioanne Guallenſi theologo, tandẽ ipſe quoq; ibi Theologiam profeſſus eſt. Scripſit

Commentarios in Iobum, lib.1.
Quæſtiones in Iobum, lib.1.

In Deuteronomium, lib.1.
Super Eſaiam, lib.1.
Commentarios in Lucam, lib.1.
Quæſtiones in Lucam, lib.1.
In Epiſtolam ad Romanos, lib.1.
Ad Corinthios, lib.2.
Ad Galatas, lib.1.
Ad Epheſios, lib.1.
Ad Philippenſes, lib.1.
Ad Coloſſenſes, lib.1.
Ad Theſſalonicenſes, lib.2.
Ad Timotheum, lib.2.
Ad Titum, lib.1.
Ad Philemonem, lib.1.
Ad Hebræos, lib.1.
In præcepta Decalogi, lib.1.
Lecturas Bibliorum, lib.1.
Super Sententias, lib.4.
In poſteriora Ariſtotelis, lib.2.
Quæſtiones ordinarias, lib.1.

Atque alia plura. Balæus Centuria 4. cap. 39. ſcript. Brytan. ex Lelando, Thoma Eckelſtone, & Franciſcanorum illuſtrium catalogo.

HVGO DVNELMENSIS.

Hugo de Nouo caſtro in Dunelmenſi ditione oriundus, Dunelmi in Franciſcanum monachum tonſus, ſcripſit

De uictoria Chriſtiana contra Antichriſtum, lib.1.

Balæus exiſtimat, uixiſſe circa annum 1290. Cent.4. cap.68. ſcript. Brytan.

ROBERTVS TVRNEHAM *Lynnenſis.*

Robertus Turneham Minorita, theologiæ profeſſor & abbas in Lynna emporio fuit. Is quia orator uehemens erat, Eduardo Longo expeditionem contra Sarracenos parante, an. 1268. iuſſus eſt à rege animos plebis ad iſtius belli ſocietatem inflammare, cui poſtea ipſe quoque interfuit. Claruit anno 1280. uaria componens. Balæus Cent.13. cap.82. de ſcript. Brytan. ex Lelando.

ORDINIS PRÆDICATORUM.

JOANNES OXONIENSIS.

Ioannes Ægidius, ad fanum Albani natus, philoſophus & medicus, primùm Luteciæ, poſtea in Monte Peſſulano, eaſdem artes profeſſus eſt. Luteciam reuerſus theologico ſtudio ſe dedidit, ut etiam Magiſteriũ in eo adipiſceretur. Omnium primus Anglorum fuit, qui ſe Dominicanis adſociaret, anno 1222. Oxonijq́; artes & Theologiam illos docuit. Scripſit

Practicas Medicinales, lib.1.
Futurorum prognoſtica, lib.1.
In Ariſtotelem commentarios, lib.1.
Morales interpretationes, lib.1.
De eſſe & eſſentia, lib.1.
De formatione corporis, lib.1.
De laude ſapientiæ diuinæ, lib.1.
De prædeſtinatione & præſcientia, lib.1.
De paradiſo & inferno, lib.1.
De reſurrectione mortuorum, lib.1.
De materia cœli, lib.1.
De productione rerum, lib.1.
De cognitione angelorum, lib.1.
De menſura angelorum, lib.1.
Homelias ad clerum & populum, lib.1.
Lecturas ſcholaſticas, lib.1.

Feruntur & alia, ſed tituli deſunt. Claruit anno 1224. Balæus Cent.3. cap.84. Script. Brytan. ex Lelando & Nicolao Triuetho.

ROBERTVS BACONVS *Oxonienſis.*

Robertus Baconus, doctor & lector Theologiæ in Oxonienſi ſchola, Dominicanæ ſectæ ſe aſſociauit iam ſenex, nihilominus legendo pergens ſicut conſueuerat. Scripſit

Lectiones ordinarias, lib.1.
Super Pſalterium, lib.1.
Vitam Eadmundi archiepiſcopi, lib.1.
Gloſſas ſcripturarum, lib.1.
Sermones uarios, lib.1.

Et alia plura. Obijt anno 1248. Balæus Cent.4. cap.4. Script. Brytan. ex Nicolao Triueto, & Matthæo Pariſio.

RADVLPHVS CICESTRENSIS.

Radulphus Bockynge Ciceſtrenſis, ex comitatu Suthſexiæ, Dominicanus, hypocrita inſignis, claruit anno 1270. Cõfeſſor, uti uulgò uocatur, fuit Richardi Vuichij Ciceſtrenſis pontificis. Scripſit

Vitam Richardi epiſcopi, lib.1.
Sermones quoq;, lib.1.

Balæus Cent.4. cap.34. Script. Brytan.

HEINRICVS ESSEBVRNAS *Ceſtrienſis.*

Heinricus Eſſeburnæ, profeſsione Dominicanus, ubi fœliciter in Philoſophia & Theologia Oxonij fuerat uerſatus, Ceſtriam cõmigrauit, & reliquis ſui ordinis fratrib. præfuit. Scripſit eruditè admodũ

In Parabolas Salomonis, lib.1.
In Eccleſiaſten eiuſdem, lib.1.
Lecturas Bibliorum, lib.1.
Proceſſus in Theologia, lib.1.
Sermones quoq;, lib.1.

Aliaq́; multa. Claruit anno 1280. Balæus Cent.4. cap.53. ſcriptorum Brytanniæ ex Lelando.

INCERTI LOCI.

HVGO.

Hvgo Kirkeſtede, monachus Ciſtercienſis, claruit anno 1220. Conſilio & opera Ser-

ra Serlonis conſcripſit Ciſtercienſium hiſtoriã lib.1.& Ioanni abbati Fontano dedicauit. Balæus Cent.3.cap. 81. Script. Brytan.ex Lelando.

THEOBALDVS STAMPENSIS.

Theobaldus Stãpenſis,canonicus regularis, inſigniter doctus, claruit circa annũ 1250. Scripſit opus ad Robertum Capitonem Lincolnienſem,cui titulum indidit
Contra errantem in Theologicis, lib.1.
Item aliquot diſputationes, lib.1.
Et alia nonnulla.Tandẽ dicitur à quibuſdam factus eſſe cardinalis. Balæus Cent. 10.cap.66.ex Guil.Hermanno.

IOANNES GODARDVS.

Ioannes Godardus,Ciſtercienſis monachus, claruit anno 1250. Mathematicus peritus fuit,& Arithmeticæ,aliarumque bonarum artium. Scripſit
De triplici modo computandi, lib.1.
De rebus Mathematicis, lib.1.
Aliaque eius generis.Balæus Cent.4.cap. 11.Scriptorum Brytan.ex Lelando.

RADVLPHVS.

Radulphus Maideſton ſeu Vageniacenſis, Herefordenſium epiſcopus ab Heinrico tertio conſtitutus, claruit ad annum 1250. Is ſuam ſtationem anno pontificatus ſui ſexto deſeruit,& factus eſt Minorita.Is lapides ad ædificia portauit cum reliquis monachis,abbate & ſacrificulis. Balæus Cent.10.cap.65. ex Lelando & 3.parte Chron.Antonini.

GVILHELMVS SENGHAM.

Guilhelmus Sengham , honeſtis natus parentibus,ordinis S.Auguſtini,claruit anno 1260.Is cum artes gnauiter didiciſſet, Theologiæ ſtudio animum adiecit. Legit & expoſuit pleraq; magno cũ fructu ſuorum auditorũ . Docuit,nullam eſſe legem ad hominis ſalutem, præterquam Chriſti Domini noſtri Euangelium.Scripſit
De fide & legibus, lib.1.
De clauſtro animæ, lib.1.
De profeſsione nouitiorum, lib.1.
De tentationum remedijs, lib.1.
Scripturarum aliquot explicationes.
Et alia pleraq;.Balęus Cent.4.cap.17.Scriptorum Brytan.ex Thoma Colbyo.

ROBERTVS.

Robertus dictus Anglicus, Dominicanus,claruit circa annũ Chriſti 1273.ſcripſit
Super aliquot libros Ariſtotelis.
Super Priſcianum.
Super Sententias.
Et alia multa.Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouitiorum.

LAVRENTIVS ET BRIXIVS.

Laurentius & Brixius,genere & natione Angli,inſigniter docti,ordinis prędicatorum,circa annum 1260.claruerunt . Balæus Cent.10.cap.67.ex Lelando.

GVALTERVS.

Gualterus Rechuſus , homo & in philoſophia & ſacris literis doctus , eremita Auguſtanus,claruit anno 1280.Diſcipulos non paucos habuit, tum probos tum doctos.Scripſit
De mundi contemptu, lib.1.
De uita ſolitaria, lib.1.
Meditationes quoq;, lib.1.
Atque alia plura . Balæus Cent.4.cap.49. Script.Brytan.

IOANNES CHELMESTON.

Iohannes Chelmeſton , in Eboracenſi diœceſi natus, claruit anno 1290. Is Carmelitarum ſectæ adhærens, ad eius ordinis pręſidem miſſus Oxonium eſt ſtudiorum gratia . Paulo pòſt Theologiæ magiſter effectus,inter primos eſt habitus. Brugis in Flandria & alibi ordinaria plura diſputauit. Scripſit
Quæſtiones ordinarias, lib.1.
Determinationes Theologicas, lib.1.
Quodlibeta quædam, lib.1.
Lecturas ſcholaſticas, lib.1.
Sermones & collationes, lib.1.
Et alia. Balæus Cent.4.cap.57. Script.Brytan. ex Lelando & Gobelino Alemanno.

HVGO.

Hugo de Manceſtria,Dominicanus, in tanta fuit exiſtimatione , ut & magnus Theologiæ magiſter, & prædicatorum in Anglia prouincialis efficeretur,atq; etiam Eduuardo regi & matri eius Aleonoræ quaſi domeſticus eſſet, qui ipſo in legatione ad Galliæ regem uſus eſt,pro recuperandis terris in Aquitania fraudulenter ablatis.Scripſit
De fanaticorum delirijs, lib.1.
Compendium Theologiæ, lib.1.
Et alia plura. Claruit anno 1294. Balæus Cent.4.ca.62.Script.Brytan.ex Triuetho.

RICARDVS.

Ricardus Knapuuel , Dominicanus, Theologiæ magiſter, concionator & diſputator Sophiſticus, claruit anno 1290. Scripſit
Lecturam ſententiarum, lib.4.
Aduerſus corruptorium Thomæ, lib.1.
De unitate formarum, lib.1.
De immediata Dei uiſione, lib.1.
Quæſtiones Theologiæ, lib.1.
Conciones uarias, lib.1.
Et alia quædam. Iohannes Cantuarienſis archiepiſcopus illũ de octo erroribus inſimulauit, qui tamen in ſpecie non indicantur,qui fuerint. Balęus Cent.4.cap.63. Script.Brytan.ex Boſtono Burienſi & Leandro Alberto.

IOAN-

IOANNES RVFVS.

Ioannes Rufus, aliàs Reade, ex Comubia, utputatur, oriundus, monachus Dominicanus, claruiſſe exiſtimatur circa annũ 1290. Is ubi & in patria & alibi literis bonis operam dediſſet, diligensq; antiquitates inquiſiuiſſet, ſcripſit

De pontificibus Romanis,	lib.1.
De Imperatoribus quoq;,	lib.1.
Annales ſuæ patriæ,	lib.1.

Et alia quædam. Balæus Cent.4.cap.70. Script.Brytan.ex Lelando.

RICHARDVS.

Richardus de Mediauilla, Bryto, ordinis Minorum, in Theologia, Philoſophia & Canonico iure inſigniter doctus, claruit anno 1290. Scripſit

Super Sententias,	lib.4.
Super diſ.decreti,	lib.1.
De ordine iudiciorum,	lib.1.
In quatuor Euangelia,	lib.4.
In epiſtolas Pauli,	lib.14.

Aliosq; in ſacræ Scripturæ libros conſcripſit cõmentarios. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis.

IOANNES.

Ioannes de Hayda, cùm multis in locis plurima adiuiſſet gymnaſia, multiplicem cognitionem in philoſophia alijsq; ſcientijs accepit. Scripſit carmine

Vitam Malachi monachi,	lib.1.
Formam uitæ honeſtæ,	lib.1.
De Iona propheta,	lib.1.
Paſsionem D.Laurentij,	lib.1.
Epiſtolas ad diuerſos ſoluta oratione	lib.1.

Aliaque plura. Annus quo claruit, ignoratur: exiſtimatur tamen uixiſſe hoc ſeculo. Balæus Centuria 4. cap. 54. Scriptorum Brytanniæ.

GVILHELMVS.

Guilhelmus abbas Hyberniæ, unus ex Bardorum fuit ſeu Pſeudouarum, in magno honore apud Hybernos exiſtens, claruit anno 1298. Scripſit prophetias rerum futurarum lib.1. Balæus Cent.14. cap.90. de Scriptoribus Brytanniæ.

THOMAS.

Thomas Leiermouth, uel alio cognomine Erſletonus, natione Scotus, claruit anno 1280. Is habitus ab Anglis & Scotis uates eſt, quòd res futuras prædicere ſolitus ſit, licet uerbis obſcurioribus. Recenſet Hector Boëtius lib.13. prędixiſſe ipſum ſubitaneam Alexandri Scotorũ regis mortem. Scripſit ſermone Scotico uaticinales rhythmos lib.1. unde nomẽ accepit, quòd Rhythmicum uatem appellauère. Balæus Cent.14.cap.51. de Scriptoribus Brytanniæ.

FLANDRIAE.

BERTINICI.

IOANNES abbas Bertinici Stephanum Anglia eiectum eiusq; ſocios hoſpitio excepit, anno 1208. Chron. Fland. libro 8. Obijt anno 1230.

IACOBVS patria Furnenſis ei ſuccedit.

GALTERVS Bloc Gandenſis fit abbas Bertinicus anno 1278. Is monachos luxu perditos ad frugalitatem reduxit. Chron. Flandriæ lib.9.

DVNENSES.

NICOLAVS.

NIcolaus, patria Balliolanus, abbas Dunenſis, obijt anno 1252. Is ſolitus eſt de ſuo dicere monaſterio, mõtem eſſe argenteum, ſi modò à ſapientibus regatur. Præfuit 120. monachis, & 240. conuerſis, uti uocantur, qui ex omni opificum genere ibi confluxerant. Chron.Fland.lib.9.

IOANNES.

Ioannes à Vuardo, monachus Dunẽſis, Theologus & cõcionator, qui dena capita ex reliquijs XI. M. uirginum Colonia Agrippinenſi Dunas apportaſſe dicitur. Obijt anno 1293. Chron.Fland.lib.10.

FRANCISCVS.

Franciſcus Cæſ. monachus Dunenſis, Diymunda oriundus, Theologus & enarrator ſententiarũ in ſchola Pariſienſi, claruit circa annum Domini 1293. Chronicon Flandriæ libro 10.

THOMAS.

Thomas Dunẽſis abbas proditoriè comitem Guidonem deſerens in ipſo conflictu, nomen Liliari promeruit, pulſusq; in exilium à Bergenſibus, Luteciæ in pædagogio D. Bernhardi miſerè tandẽ perijt. Chron.Fland.lib.10.

HEINRICVS.

Heinricus Brabantinus, Dominicanus monachus, rogatu Thomæ Aquinatis ex Græco in Latinum tranſtulit ſermonem, totum Ariſtotelem, circiter annum 1271. Auentinus libro 7.

BRVGENSES.

MATTHAEVS.

MAtthæus presbyter Brugẽſis, & rector Hoſpitalis D.Ioannis Baptiſtæ, iuxta tẽplum B.Mariæ prædicator, cum in exornanda & amplianda hoſpitali domo multum ſudaſſet, obijt anno 1237. Poſt annos 133. ex cœmiterio B.Mariæ translatus eſt ad hoſpitale D.Iohannis per Ægidium de Buc, qui tum eiuſdem rectorem agebat. Chron.Fland.lib.8.

THOMAS.

Thomas de Illeya, cognomento Chryſolitus,

ſolitus,

ſolitus, Sudeuolgius, Gippeſwicenſis Carmelita, claruit 1290. Is Cantuariæ doctor Theologicus effectus, utramque Theologiam, ſcholaſticam & interpretatiuá, profeſſus eſt. Ad extremum Brugis quoque in Flandria ordinariè diſputauit & prælegit. Scripſit

Quæſtiones Theologiæ, lib. 1.
In Apocalypſin Iohannis, lib. 1.
Introductiones ad lecturam, lib. 1.
Conciones ad populum, lib. 1.
Lectiones in ſcripturam plures.

Et alia. Balęus Cent. 4. cap. 65. Scriptorum Brytanniæ, ex Lelando & Gobelino.

GERHARDVS S. QVINTINI.

GErhardus monachus S. Quintini in Inſula doctus & diſertus, claruit anno 1270. Scripſit

Hiſtoriam translationis coronæ & partis de cruce Domini, lib. 1.
Miracula Elizabethę poſt mortē, lib. 1.
Reſpōſoria & cantilenas de eadē, lib. 1.
Sermones multos & uarios.

Trithemius de ſcript. Eccleſiaſt. & uiris illuſtribus Germaniæ.

BERNHARDVS GLAVCONENSIS.

BErnhardus Rayns, natione Campanus, eremita, peregrino habitu & promiſſa barba ex Glaucona ſylua prope Valencianas prodijt in publicum, ſeque Balduinum Conſtantinopolis Auguſtum eſſe dicebat. Perſuſſit id vulgo perfacilè, quòd & ſtatura & reliquis lineamētis corporis ipſum penè referret: quibus ornatus & inſtructus Iohannam Flandriæ comitem filiam Balduini fugauit, ut & à Gallię rege Ludouico opem petere coacta fuerit. Verùm patefactus eſt dolus, & traditus Ioannæ, cum quæſtioni ſubiectus uerum faſſus fuiſſet, per omnia Flandriæ & Haloniæ oppida circumductus, tandem de patibulo ſuſpenſus eſt, anno 1225. Chron. Fland. libro 8.

HELINANDVS FRIGIDI MONTIS MONACHVS.

HElinandus, qui & Elymandus fuit dictus, Frigidi montis monachus, in Beluacenſi territorio ſub huius ſeculi initium claruit, religioſus, facundus, & poëta. Scripſit

Chronicon ab initio mundi uſque ad ſua tempora, lib. 48.
De reparatione lapſi, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Et alia plura. Vincent. lib. 29. cap. 108. Trithemius de ſcript. Eccleſiaſt.

FVLCO INSVLANVS.

FVlco Gandaui natus, Inſulanus canonicus, cum detrectaret crucem prædicare aduerſus Albingenſes, flagitante id pontificio legato Iacobo, quamprimùm fluxum hæmorroidum ſentit, & totis annis 24. eo morbi genere laborat. Gandaui condidit hoſpitale, cui nomen eſt Biloka. Diem mortis præſciuit. Obijt anno 1234. Chron. Fland. lib. 8.

EVSTATHIVS ABBERBROTENSIS.

EVſtathius Abberbrotenſis monachus, Vdardo Cuprenſi cœnobita & poſtea Brechinenſi epiſcopo comitatus, paucis comitati ſodalibus, totam Scoriam pedites perluſtrarūt, & paſsim publicè prædicauerūt ſub huius ſeculi initium. Boëtius libro 13. hiſtoriæ Scotorum.

LIVONIAE *Magiſtri.*

POſt HERMANNVM Balck Dietricus de Gruningen anno 1247. Liuoniæ Magiſter factus eſt. Is Curetes primū domuit, arcḗq; Goldingen in ea regione extruxit. Funcius in Chronologia. Suentopelcum uicit & in fugam uertit. Viſegradum urbem expugnauit. Nō multo pòſt, ubi Suentopelcus cum iuſto exercitu rediret, & is ex cōſilio Berlini, noui marſcalci, cū parua manu eum adoritetur, ſuus profligitur, ut uix uiginti ſuorum ſupereſſent. Crom. lib. 8. de rebus Polonorum.

HEINRICVS Heinburgenſis Liuoniæ Magiſtrū egit an. 1245. Funcius. Habuit Andream de Surland ſucceſſorē, an. 1250.

BERRHARDVS de Lapide ſuccedit anno 1256. Funcius.

IOANNES Sangerhuſienſis ſuccedit anno 1258.

Ei ſucceſsit BVRCHARDVS de Hornhauſen. Is in pręlio uictus eſt à Samogethis & Lituanis. Succeſſorem habuit IORIANVM de Eickſtat. Funcius.

VERNERVS Fritzhuſienſis pręficitur an. 1270. Præfuit annis duob. Fūcius. Succeſſorē habuit CONRADVM Mandorenſem.

MAGISTRI HOSPITALIS S. MARIAE IN IERVSALEM, *ſeu ordinis Teutonici.*

OTHO.

OTho Carpenſis, ordinis Teutonici Magiſter, præficitur an. 1201. Is pauperum curā diligenter egit. Dominicanos monachos in Liuonia excepit hoſpitio, & de rebus neceſſarijs ipſis prouidit. Præfuit annis 6. Obijt anno 1207. Chron. Prut.

HERMANNVS.

Hermannus Bart adhuc iuuenis ſucceſſit Otthoni. Et is infirmis & egenis diligenter miniſtrauit. Obijt anno 1211. cùm 4. annis præfuiſſet. Sepultus eſt in Ackers, ſicut & anteceſſor. Chron. Prut.

HERMANNVS II.

Hermannus de Saltza, uir alioquin magnæ autoritatis iſto ſeculo, ſucceſsit. Inter Fridericum ſecundum & Honorium tertium tranſegit: quam ob cauſam principē illum creauit Imperator, inſigne Imperij aquilam, papa annulum aureum ipſi attribuens. Priuilegia accepit ab utroq; Venetijs. In Armenia, Vngaria, Germania domos accepit in uſum ſui ſodalitij. Ductor fuit exercitus militum Teuthonicorū contra Pruſſos, in auxilium uocatus à Conrado duce Maſſouiæ circa annum 1227. Cromerus lib. 7. de rebus Polonorum, Præfuit annis 30. Obijt anno 1241. Sepultus eſt in Italia Barleti. Chron. Prut.

CONRADVS.

Conradus Haſsiæ & Turingiæ Landgrauius ſuccedit. Is habitus eſt uſqueadeò religioſus, ut etiam aliorum noſceret occulta peccata. Viuentes in peccatis mortalibus abegit ab ſe. Duos aliquando iuſſit ire ad confeſsionē, quos peccatis mortalibus pollutos ſenſit. Cū reuerſos à confeſsione rurſus conſpiceret, plicatis manibus, oculis in cœlum ſublatis dixit: Domine Ieſu Chriſte, quàm ſis propicius, in his animaduerto nunc duobus, quos paulo antè filios conſpexi diaboli, nunc uerò tuos. Præfuit annis 12. Obijt anno 1253. Sepultus eſt Mariæburgi. Chron. Pruten.

POPPO.

Poppo Oſternauienſis, qui aliquandiu magiſtrum egerat in Boruſsia, ſuccedit. Is belligerauit aduerſus Schuuentepolcum, qui re & conſilio Prutenis opem tulerat. Præfuit annis 12. Tandem in Sileſia à Tataris interficitur, anno 1265. Nonnulli dicunt, ipſum abdicato munere, ſeſe quieti dediſſe. Sepultus eſt Vratiſlauiæ. Chronicon Prutenicum.

HANNO.

Hanno Sangerhuſianus Popponi ſuccedit. Is Miſtwinum Schwentepolci filiū primogenitum cepit, captumq; ad Imperatorem miſit. Alij referunt, ui hunc eſſe coactum ad pacē. Præfuit annis 12. Obijt Treueris anno 1277. Chron. Prutenicum.

HERMANNVS.

Hermannus comes Heldmugenſis ſuccedit. Aduerſus Lituanos, Rhutenos, Samiatas ingentia bella geſsit. Obijt Venetijs, ubi habitare ſolitus eſt, cum annis octo præfuiſſet.

BVRCHARDVS.

Burchardus Schuadens fit Liuoniæ Magiſter anno 1285. Is in ſynodo Acconenſi petijt ſe dimitti, atque impetrauit etiam, cùm annis 7. præfuiſſet. Liberatus Rhodum petijt, ſeq; Ioannitis adiunxit ſociū annis 6. quibus elapſis, rurſus ſe admitti petijt ad priſtinum munus, ſed fruſtra id fuit. Sepultus eſt in Rhodo prope ſepulchrum Ioannis Baptiſtæ, ſi credere fas eſt. Chronicon Prutenicum.

CONRADVS.

Conradus de Ferhtwangen ſucceſsit Burchardo. Is ordini Teutonico plurimū profuit. Præfuit annis 7. Obijt anno 1297. Pragæ. Sepultus eſt Trebnitij uel Drogewinij. Chron. Prutenicum.

BORVSSIÆ.

ORDINIS GLADIATORVM.

VVINERO primus fit gladij Magiſter anno 1206.

VOLKEVVINVS ſecundus gladiatorum in Liuonia magiſter, præficitur anno 1223. Funcius.

MAGISTRI PROVINciales *Pruſsiæ*.

HERMANNVS SALCK.

HErmannus Balck quindecim ſui ordinis militibus comitatus, primus in Boruſsiam miſſus eſt, & conſtitutus Magiſter per Hermannū de Saltza. Is ad ripam die Weiſſel, propugnaculū extruxit, uulgò uocant Vogelgſang, & prope Thuronium aliud, cui nomen Dybaw impoſuit. Crucē prædicauit iuſſu pontificis Gregorij noni, ingentemq́ue collegit exercitum ad delendos Prutenos, anno 1234. qua manu Slemminum arcē expugnauit, interfectis quinque milibus, reliquoſq́ue, ut in Chriſtianam iurarent religionē, ui compulit. Chronicon Prutenicum.

HENRICVS, GERHARDVS.

Heinricus de Vueida præficitur Boruſſiæ anno 1246. Præfuit annis 8.

Succeſſorem habuit Gerhardum Hirſbergium, qui annis 2. præfuit. Is Chriſtburgum arcem, quam Pruteni ui occupauerant, expugnatam recepit. Omnes quos ibi reperit, ad unū uſque trucidauit, arcem dirutam alio in loco magis tuto extruxit. Chron. Prutenicum.

HERMANNVS.

Hermannus de Grunbach anno 1258. ab Hannone mittitur in Boruſsiam. Iſtum propter tyrannidem, tum auariciam quoque, loco motus eſt triennio pòſt, ſiquidem reliquos fratres panno Suecico ueſtire uoluit, unde dictus eſt Hermannus

nus Vuadmal: hoc enim nomine pannus ille Suecicus uocatur. Chron. Prutenicum.

HELMERICVS.

Helmericus Richēbergius fit Boruſsiæ magiſter anno 1267. Eum Nathangi trucidarunt triennio poſtquàm primùm gubernationi præfectus erat. Chron. Prutenicū.

LVDVICVS.

Ludeuicus Baldershemius ſucceſsit anno 1270. Ei multum crearunt negocij Pruteni, qui eius tempore ſecundò defecerāt ab Ordine. Præfuit ſex annis. Succeſſorem habuit Theodoricum Gaterslebienſem, qui annis 6. præfuit. Chron. Prutenicum.

CONRADVS.

Conradus Thierbergenſis eligitur anno 1283. Præfuit ſex annis. Obijt cum iter faceret in Germaniā pro adipiſcendo Magiſterio Ordinis. Chron. Prutenicum.

Succeſſorem habuit Conradum Thierbergenſem Iuniorem, anno 1292.

POLONIAE.

CIESLAVS.

Cieslaus abbas monaſterij D. Alberti Vranslauiæ, Dominicanus, claruit circa annū 1240. Tartaris aduentantibus, in arcem cum ſodalibus confugit, opemq; diuinam cōtra hoſtem cruentum implorauit. Paulo pôſt ignea columna cœlitùs apparuit, barbarosq; terruit, ut protinus obſidionem ſoluerent. Cromerus lib. 8. de rebus Polonorum.

IACIVS.

Iacius ſiue Iacinctus, Dominicanus, ubi in Polonia & Ruſsia multis laboribus fractus & exhauſtus eſſet, obijt anno 1257. 18. calend. Septembris. Cromerus lib. 9. de rebus Polonorum.

DE ABBATISSIS & Monialibus.

ITALIÆ.

SANCTIA.

Sanctia, Roberti Siciliæ regis relicta uidua, plurima ordinis Minoritarū cœnobia conſtruxit, & ordinem iſtum ingreſſa eſt. Volaterranus lib. 21. Anthropol.

CLARA.

Clara, ordinis S. Damiani, ut Epitome mundi habet, patre milite, matre Ortulana nomine nata, Aſsiſij inclareſcere cœpit anno 1225. Nauclerus uolum. 2 generat. 42. Chronographiæ. Franciſco uſa eſt præceptore, à quo edocta ad S. Damiani Eccleſiam pauperum Dominarum ordinem inchoauit, cuius promotores habuit Honorium tertium & Gregorium nonum. Ibid. Per annos 42. arcto tuguriolo recluſa, ſeipſam inedia, uigilijs, alijsq; carnificinis maiorem in modum afflixit. Vbi Fridericus ſecundus Saracenorum cohortem in Italiam duxiſſet, atq; illa iam in Damiam impetum faceret, corpore imbecilli & infirmo efferri ſe iuſsit. Præceſsit panis azymus argenteæ incluſus capſulæ. Tum illa: Siccine tuas famulas paganis obijcies Domine? quæſo ab omni iniuria eas cuſtodi. Protinus uocem audiuit: Ego uoa ſemper cuſtodiam. & ſimul obſidio ſoluitur. Innocentius quartus morituram inuiſit cū cardinalibus, libertatemq; ab omnibus peccatis ei annunciat. Mortis hora appropinquante, dixit: Vade anima ſecurè, bonum enim habes itineris conductorē. & ſic ipſo die Laurentij expirat, anno 1254. ubi tota 17. diebus nihil cibi guſtaſſet. Sepulta eſt in D. Georgij æde, in qua primùm Franciſci cadauer reconditum fuerat. Alexander 4. audita miraculorum celebritate, quæ ad tumbam eius poſt mortem fiebant, anno ſui pontificatus tertio, iuxta Blondum lib. 8. decad. 2. eam inter ſanctos pontificiæ Eccleſiæ Anagniæ retulit, diem feſtum eius memoriæ conſecrans pridie Idus Auguſti. Schedelius ætate 6.

CLARA II.

Clara eiuſdem nominis ſecūda, ex Montefalco Spoletanæ uallis oppido oriunda, Auguſtinianæ ſectæ ſectatrix, obijt anno 1299. Ea in Fratricellos & uoce & ſcriptis inuehebatūr. Bergomenſis lib. 13. In eius corde, ubi mortua eſſet, imago Chriſti crucifixi impreſſa uiſa eſt, & tres lapilluli eiuſdem ponderis. Schedelius ætate 6. Metropolis Cranzij lib. 8. cap. 55. De qua poſt mortem hoſce uerſus compoſuit quiſpiā poetaſter:

Monte ſata è Falco, uirgo ſanctiſsima Clará,
Atq; Auguſtini ſacro perfecta pudico
Vſque adeò, cum corde Deum uenerata dieśq;
Ac noctes, Chriſtiq; crucem tormentaq; cuncta
Optauit ſenſiſſe gerens, ut lumine functa
Extremo, ſit aperta caro quæ preſſerat exta,
Inq; ſacro crux uiſa ſimul tum lancea corde,
Tumq; columna fuit, necnon poſt quodq; flagellū
Præterea iuncti tres huius felle lapilli,
Quorum uix poſsit cerni color, unius horum
Ponderis eſt tantum, duo quantū, uel ſimul omnes,
Atq; duo tantum tres iuncti, quiſq; uidere
Quæ queat, huius addit patriam quæ ſimul ædem.

Cadauer poſt annos ducentos uiſum eſſe integrum, refert Bergomenſis lib. 13.

GERMANIÆ.

ADELHEIDIS, VTA.

Adelheidis ex Vuileria oriūda, ſeipſam ſpōtè recluſit arctiſsimo tuguriolo, carcerem iurè dicas, propè capellam D. Virgini &

mi & Egidio confeſſori dicatam, ſub huius ſeculi initium. Cumq; ab Eccleſiæ paſtore uexaretur, fortè quòd formoſa fuerit, & in ſui amorem impurum ſacerdotem pellexerit, Romanum pontificem adijt, atq; ad pedes eius deuoluitur. Quid ibi à Satanisſimo petierit, hiſtoria non exprimit. Verùm ab eo tabulam quandam accepit, in qua imago pueri Ieſu & B. Mariæ Virginis depicta erat, quam tanquam caput Gorgonis obiecit uim intentantibus. Vlmenſis hiſtoria. Hac ſublata è medio, eidem ſacerdoti ſe mancipat alia nomine Vta. Ibidem.

ELISABETHA MARPVRGENSIS *xenodochij.*

Eliſabetha Andreæ ſecundi Vngariæ regis & Gertrudis filia, Ludouico Thuringiæ & Haſsiæ Landgrauio nupſit. Ea ab ineunte ætate auſteriori uitæ ſe tradidit, in qua ſe & ipſi Deo & B. Virgini cultum præſtare gratisſimum exiſtimauit. Apoſtolum fortè accepit Ioannem Euangeliſtam, ſcilicet ex mera ſuperſtitione, in cuius nomine ſi quis ab ea quid petijt, protinus exorauit. Maritum perſuaſit, ut Ieroſolymam peregrinaretur, ubi ille in religione diem clauſit extremum. Bonfinius lib. 7. decad. 2. rerum Vngaricarum. Poſt uiri obitum regno eiecta, materteræ conſilio Bambergenſem antiſtitem auunculum adijt, qui iterum eam alteri uiro nubere uoluit. Sed recuſauit hoc ſtrenuè, ita quidem, ut ſi ui eam coacturus eſſet, diceret, ſe ſibi naſum potius abſciſſuram, ut hoc modo facie deformata uiro eſſet abominabilis. Ibidem. Cibum imprimis delicatum proprio ori ſubtraxit, & pauperibus obtulit, quos lauabat, quorum lectulos ſternebat, patellas ollasq; eorum eluebat. Pauperibus hoſpitale extruxit, & liberaliter, quæ ad neceſſarios eorum uſus pertinere uidebantur, cōtulit. Ex marito duas ſuſcepit filias, quarum una abbatiſſa ex matris conſilio facta, monialibus præfuit. Franciſci religionem ingreſſa, de manu Magiſtri Conradi de Marpurg cappam griſeam accepit, & toto ſuæ uitæ tempore ea induta eſt. Vbi eius rei fama ad parentem perueniſſet, miſit legatum, ut rurſus ad paternam regiam rediret. Verùm id fruſtra fuit. Aſsiduè Deum orare ſolita eſt, ut contemptum liberorum inſpiraret, quod quidem contra naturam eſt: itemq; patientiam & conſtantiam in electitijs miſerijs largiretur. In monaſterio uilisſimas quaſq; operas obiuit. Cum aliquando adoleſcentem ſplendidè ueſtitum conſpiceret, quæſiuit, an ſua oratione ad aliud uitæ genus adiuuari uellet? Vbi annuiſſet ille, mox monaſticum uitæ genus expetit. Patrimonium amplum ſic ſatis, partim inter pauperes elargitur, partim etiam ad ædificationem hoſpitalis in Marpurg impendit. Ægrotis in iſto hoſpitali pedes lauit, ulcera curauit tabida, calceis exuit, lectos ſtrauit, pauimentum ſcopis uerrit. Si quid æris fecit telam texendo, id totum in pauperum uſum contulit.

Sorori Radegundi, quæ inuiſendi ergò ad xenodochium uenerat, comam auream ſuccidit, utq; monaſtico aſſumpto habitu ſecum uiueret perſuaſit. Matrem purgatorij tormentis ſuis precibus exemit, ſi credere fas eſt. Nauclerus lib. 2 generat. 41. Cœlos apertos ſe uidiſſe ſolita eſt dicere, Deique uultum, atq; arcana multa ſpectaſſe.

Inter reliqua miracula, quæ edidiſſe dicunt, mortuos quoq; ſuſcitauit numero ſedecim. Cæco nato uiſum reſtituit. Febri correpta Chriſtum ſe uidiſſe faſſa eſt, dicentem: Veni dilecta mea Elizabetha, & apparata tibi tabernacula ſubi. Obijt tertio anno poſt maritum, qui fuit humanæ ſalutis annus 1230. 14. calend. Decembris. Marpurgi ſepulta quieſcit. Cadauer mortuum fragrantisſimum ſpiraſſe odorem dicitur, & non multo pòſt oleum emiſiſſe. Poſt mortem miraculosè plurima egiſſe nugantur. Bonfinius lib. 7. decad. 2. rerum Vngaricarum. Gregorius nonus, quo uſa erat præceptore, ut Bergomenſis lib. 13. refert, quarto anno poſt mortem inter ſanctos pontificios eam retulit. Sifridus Moguntinus corpus eius exanime leuauit de tumba. Schedelius ætate 6. Chron. Fland. lib. 8.

MONASTERII OEGNIES. MARIA.

Maria de Oegnies, nata in uilla quadam Niuella mediocribus parentibus, ab ineunte ætate uitæ auſteræ ſe mancipauit. Vbi annos 12 eſſet nata, à parentibus cuidam Ioanni adhuc iuueni in matrimonium datur. Verùm iam ſui iuris totas noctes fermè laboribus triuit, & reliquum tempus preculis demurmurandis tribuit. Lectum iterum, aſſeres quos furtiuos habebat, depromit, & in illis reclinat. Chorda ſeſe conſtringebat ſub camiſia quàm poterat arctisſimè. Cumq; aliquandiu cum marito in coniugio uixiſſet, ibi repentè inuicem decernunt, à conſuetudine coniugali abſtinere, & leproſis prope Niuellam in loco qui Vuillemborch dicitur, inſeruire. Vincentius libro 30. capite 16. & 17. Vbi Vuillemborchij longo uixiſſet tempore, & iam moleſtè ferret hominum frequentiam (nam magno numero ad eam confluebant, ut ipſam uiderent) in monachorum monaſterium de Oegnies Leodienſis diœceſis ſe recepit, quod prius per reuelatio-

nem uiderat, ibiq; ad mortem uſque permanſit. Vincentius libro 30. capite 47. Induſio lineo uſa non eſt, ſed ſacco cilicino aſpero, quo nudam carnem fricabat. Tunica & palliolo laneo ſuperinduebatur. Quibus ueſtitibus etiam hyeme coureuta, frigus tamen non ſenſit. Ibidem capite uigeſimoſexto.

Vincentius porrò per aliquot capita recenſet plurima eius dona, exemplaq; ſubijcit. Verùm, ut apparet, omnia iſta figmenta ſunt ocioſorum hominum, cœlibem uitam ſupra modum hoc pacto euehentium: quæ omnia, ut momenti exigui ſunt, ita longum eſſet exponere.

Gratiam lachrymarum (ut monaſtici ſcriptores uocant) tantam habuit, ut nunquam uel crucis ſignum intueri, uel etiam paſsionis Chriſti recordari ſine uberrimo lachrymarum riuulo poſſet. Vtinam ſua ipſius peccata & ſtulticiam defleuiſſet corde pœnitenti. Ibidem capite decimooctauo.

Et eandem gratiam ſacerdoti cuidam in Paraſceue ſuis preculis impetrauit, ut inter miſsificandum à lachrymis & ſingultibus abſtinere non poſſet. Ibidem capite decimonono.

Opera eius.

Cum aliquando ægrota conualuiſſet iterum, & ſui reficiendi cauſa carnibus & modico uino fuiſſet uſa, maiorem in modum propterea doluit, & ut ſatisfaceret, cultello arrepto aliquot carnia fruſta de corpore proprio contra uerbum Dei abſcidit, & in terra abſcondit. Sic ſcilicet proprij corporis rationem habuit. Quod cum faceret, uidiſſe ſe ſeraphin ſibi adſtantem, ſolita eſt referre poſtea. Diabolum dicas fuiſſe uerisſimè. Vincentius libro 30. capite 20.

Illis diebus, quibus cibis uti licebat, ſolita eſt tantùm ſemel ſub noctem panem atrum & aſperrimum edere. Toto triennio à feſto S. Crucis uſque ad Paſcha, tantùm pane & aqua eſt uſa. Aliquando octo, aliàs undecim, alio uerò tempore totis triginta quinque diebus cibum non cepit, ſi credere fas eſt. Ibidem capite uigeſimo primo & 22.

Solita eſt per dies quadraginta continuè ſingulis diebus & noctibus millies & centies, flexis genibus B. Virginem ſalutare, itemque integrum Pſalterium ſtando perlegere. Trecentis uicibus, quoties genua flectebat, proprium corpus cæcidit diſciplinali uirga, ita quidem, ut ſanguinem eliceret. Ibidem capite 24.

Manibus proprijs laborando, ſibi uictum parabat. Parum loquebatur, ita ut aliquando à feſto S. Crucis uſque ad Paſcha, hominis muti inſtar uerbum non faceret. Vincentius libro trigeſimo, capite uigeſimoſexto.

Cum aliquando per Niuellam iter faceret, & ſcelerum quæ ibi fiebant, recordaretur, poſtulato ab ancilla cultello, carnem in pedibus reſecare uolebat, qua iſtud ſolum calcauerat. Ibidem capite trigeſimoſexto. Munus prędicandi quia obire nõ potuit, alteri cuidam hoc impetrauit, pro quo quotidie centies Aue Maria demurmurabat, ut cum fructu id faceret. Ibidem.

Aſpectu ſuo alios faſcinare ita potuit, ut pedem figerent, & uidendo ſatiari non poſſent. Cum enim cantor Cameracenſis Guido à uia, eius uiſitandi cauſa deflecteret, itineris ſocius dixit: Quid domine cantor pro Deo quæritis? cur uiam ueſtram fruſtra deſeritis? Nunquid muſcas uolatiles ſiue papiliones cum pueris ſequi & comprehendere uultis? Perrexit nihilominus Guido, ſequitur eum ſocius. Vbi ingreditur, eamque intuetur, lachrymas magna copia fundit, & uix ab eius præſentia & intuitu auelli potuit. Fortè quia formoſa fuit, ut pulchritudine eius clericus ille cœlebs caperetur. Vincentius libro trigeſimo, capite uigeſimoſeptimo.

Viſiones eius.

Manes aliquando uidit magno numero ad ſe confluentes, ſibique ſupplicantes. Illa ubi, quid uellent, ſibi pateſieri precaretur, reſponſum tulit, mortuorum eſſe animas, imò potius cacodæmones, qui ignis purgatorij cruciatus ſentirent, ipſius uerò precibus relaxationem cruciatuum experirentur. Ibidem capite uigeſimotertio.

Noctu uigilans cantus angelicos uiſa eſt audire. Dormiens de Chriſto ſomniabat. Si quando laboribus & uigilijs attenuata eſſet, per angelum monitorem iuſſa eſt paululum quieſcere, qui eam non multo pòſt iterum excitauit, & ad eccleſiam reduxit. Vincentius libro trigeſimo, capite uigeſimoquinto.

Vbi ſilentium præſtitiſſet à feſto Crucis ad Paſcha uſque, per reuelationem accepit, abſque igne purgatorio ad cœleſtia animam eius euolaturam à corpore. Ibidẽ cap. 26.

Toto triennio à feſto S. Crucis uſque ad Paſcha tantùm pane & aqua uſa eſt. Sub finem iſtius ieiunij uiſa eſt uidere angelos ſibi adſiſtentes, & in lucida ſcala aſcendere & deſcendere. Quales uerò fuerint,

rint, non eſt obſcurum dininare, ut qui ſe transformare in lucis angelos poſſunt. Ibidem capite uigeſimoprimo. Vidit etiam, cum cibum caperet, ſpiritum nequam, Iohannem Euangeliſtam repræſentantem. Ibid. cap. 22.

Aliqua monialium de Oegnies moritura, dæmones circa lectum cateruatim ſenſit. His ſe preculis, minis, pallio oppoſuit, denique etiam pro anima illius fidem ſuam interponente. Poſtea in feſto Petri & Pauli, ubi de eiua animæ ſalute angeretur, Petrum uidit, qui in purgatorio eam excruciari aiebat: calore ſcilicet nimio, quòd uoluptates mundi ardenter amaſſet: frigore quoque & ſiti atque etiam nuditate, ſiquidem pigra in bono opere extitiſſet, temulenta, & in ueſtimentis ſuperfluia abundans. Ibidem capite trigeſimo.

Capto Leodlo, dæmones nidit magno numero cruentos, ouantes, tanquam à cæde & uictoria reuerſos. Nec multo pòſt fama peruenit ad Oegnies, Leodium eſſe captum & direptum, ciues interfectos, & fœminas ui conſtupratas. Cumque quidam Ioannes de Niuella monialium cauſa angeretur, ne diſcrimen pndicitiæ incurrerent, per angelos conſolatione erecta, iſtum etiam conſolata eſt, & domum de Oegnies fore extra periculnm, & illaa quoque adhuc intentatas eſſe. Ibidem capite 33.

Suſcipiens paruulum de ſacro baptiſmi fonte in uilla Ine prope Niuellam, ſpiritū immundum diſcedere, & ſanctum ſpiritū rurſus eum occupare uidit.

Frequenter uiſa uidere eſt paruulum in ſacerdotis manu inter miſſificandum. Ibidem cap. 37.

Prout feſta ſolennia Natiuitatis Dominicæ & ſimilia inſtabant, uel etiam Apoſtolorum, uidit uel ipſum Dominum ſeſe repræſentantem pro ratione inſtantis feſti, uel Apoſtolum, uel alium aliquem ſanctum id feſtum annunciantem. Ibid. cap. 43. & 44.

Mors eius.

A' feſto annunciationis Mariæ uſque Ioannis ægrotare cœpit. Cumq; dies tranſitus eius inſtaret, indeſinenter diebus tribus & noctibus pſallebat, nunc de Deo, nunc de angelis, nunc de B. Virgine, alijsque ſanctis, rhythmicè. Seraph alas ſupra pectus eius nidebatur expandere. Ad extremum, ubi oleo inuncta eſſet, & multum præſtigiarum Satanicarum ſenſiſſet (quis enim cunctas illas appatitiones tum Chriſti, tum ſanctorum enumerabit?) diem claudit extremum, anno milleſimo ducenteſimo decimotertio, in uigilia Iohannis Baptiſtæ circa horam nonā, quem annum mortis ſuæ prædixerat ante ſexennium. In teſtamento dederat M. Iacobo de Victriaco corrigiam qua cincta fuerat, & ſudarinm quo lachrymas ſolita fuerat abſtergere. Vincentius libro trigeſimo, capite quinquageſimoprimo. Poſt mortem ſæpe oberrare uiſa eſt alijs mulierculis & amicis, & eos uel docere, uel præmonere: quæ qnalia ſint, nulli pio ignotum eſt.

TVLNAE.

EVFEMIA primogenita Rodulphi Imperatoris, Tulnæ monaſticæ uitæ ſe mancipauit. Cuſpinianus in uita Rodulphi.

POLONIÆ.

HEDVVIGIA TREBnicenſis.

HEduuigis Poloniæ duciſſa, ex Bertholdo marchione Badenſi & Agnete comitiſſa de Roculitz prognata, ubi literis probè edocta in Kitzingenſi oppido fuiſſet, Henrico Barbato Sileſiæ duci nubit, ex quo tres filios, totidemq; filias ſuſcepit. Monaſterium Trebnicenſe prope Vuratislauiam extruxit, in quo Gertrudem filiam præfecit alijs centum monialibua. Totis ferè 30. annis à uiri conſuetudine abſtinuit. Qui cum mortuus ad monaſterium Trebnicenſe deferretur, in quo illa ſolitaria uixit, non funus mortui comitata eſt, non ægrotum inuiſit, ne ſcilicet humanarum rerum commercio implicata, animū à diuinis ſpeculationibus auocaret. Imò ne lachrymam expreſsit in mariti funere, dictitans impium eſſe diuinæ uoluntati reluctari. Venerata imagines, & inter reliquas eburneam quandam B. Virginis, quam manibus gerens, nec moritura depoſuit. Obijt anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimotertio, 7. Idus Octob. & corpus eius inſolito ſplendore coruſcaſſe dicitur. Clemens quartus poſt mortem eam numero ſanctorum adſcripſit ob crebra miracula, quæ mortua edidiſſe fertur. Schedelius ætate 6. Cromerus libro ſeptimo & octauo de rebus Polonorum.

SALOMEA SCAlenſis.

Salomea Halicienſis regina, Boleslai Pudici ſoror, poſt Colomanni mariti mortem primùm in Zauichoſtenſi, deinde in Scalenſi monaſterio religioſè uixit. Natu grandior obijt circiter annum Salutis milleſimū ducēteſimū ſexageſimūſextū. Corpus exanime aliquot diebus ſeruatū ſuauem

uem ſpiraſſe odorem dicitur, & oleum ſudaſſe, quo ægroti inuncti conualuerunt. Sepulta Cracouiæ eſt in Franciſcanorum æde. Cromerus libro nono de rebus Polonorum.

KINGA SANDE-
cenſis.

Kinga, ſiue Cunegundis, Belæ Vngarorum regia filia, Boleslao Pudico nupſit anno 1239. Eam ubi primis nuptiarum diebus non attigiſſet, continentiam religionis ergò mutuo cõſenſu uouent. Hinc marito Pudici nomen contigit. Poſt uiri obitum facultatibus ſuis in uſus pauperum, & ocioſorum hominum, qui fucató religionis prætextu orbi impoſuerunt, diſtributis, Sandecẽſe monaſterium cum ſorore Iolenta uidua ingreditur, & duriter uiuendo reliquum uitæ tempus, annos ſcilicet 12. tranſigit. Obijt anno 1292. Viuens & mortua miracula edidiſſe dicitur, ut Cromerus ex Dlugoſſo refert libro 10. de Polonis.

AGNES PRAGENSIS.

Agnes, ſoror regis Boëmiæ, claruit anno 1230. Ea ſuaſu Minoritarum ſe monialibus Pragæ aſſociauit in Pentecoſte, ſpreto Friderico Imperatore, qui eius nuptias ambiuerat. Metropolis Cranzij libro 7. capite 48.

DE ALIIS HVIVS ſeculi uiris doctis, qui inter Eccleſiæ doctores locum non merentur, obiter hic inſerti.

PETRVS DE VINEIS.

PEtrus de Vineis, natione Germanus, iuxta Trithemium: uel Italus, ut alij uolunt, Capuę natus, claruit circa annum Salutis 1230. Is ut doctrina excellens, ita ingenio & eloquentia inſigni præditus fuit, ut ſuo ſeculo inter præſtantiſsimos ſit habitus. Fridericus ſecundus eo uſus eſt cancellario in rebus difficillimis & grauiſsimis. Scripſit

Epiſtolarum ex perſona Imperatoris, lib. 6.
De poteſtate Imperiali, lib. 1.
De conſolatione, lib. 1.

Orationem Patauij recitauerat tertio die reſurrectionis Chriſti, anno 1239. iuxta Nauclerum uolumine 2. generat. 42. de anathemate & Eccleſia Romana, poſt latam excommunicationis ſententiam à Gregorio nono in Fridericum: quod ita male Romanam beſtiam habuit, ut in ipſum anathema pronunciaret.

Tandem proditionis inſimulatus, Miniati Imperatoria iuſſu oculis priuatus eſt, & ſibi ipſi poſtea animi compulſus dolore, in publico omnium conſpectu uiolentas manus inrulit. Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſt. Cuſpiuianus de Imperatoribus Romanis, Catalogus teſtium ueritatis. Volaterranus refert, ipſum capite parieti illiſo demum expiraſſe, libro 23. Anthropol.

BVRGVNDIO.

Burgundio Gregorij Nyſſeni opus de natura hominis, hortatu Friderici ſecundi tranſtulit. Cuſpinianus in uita Friderici ſecundi.

LANDVLPHVS COLVMNA.

Landulphus Columna hiſtoriam ab initio mundi uſque ad ſua tempora contexuit, qui paulò poſt Vincentium Beluacenſem claruit, circa annum ſalutis 1270. Volaterranus lib. 21.

CAPVT XII.

DE MARTYRIBVS.

GERHARDVS.

GErhardus Sagatellus, natione Italus, Doctor Pariſienſis, ſcripſit lib. 1. contra Minoritas, qui dicitur Parmæ eſſe combuſtus. Balæus Cent. 4. cap. 30. in Appendice.

PETRVS DE CA-
ſtro nouo.

Petrus de Caſtro nouo monachus ab Innocẽtio tertio legatus miſſus eſt ad conuertẽdos Albingenſes, circa annum 1208. Is Tholoſanum comitem ob defenſionẽ Albingenſibus pręſtitam excommunicat. Comes ſimulatè ad S. Egidij uillam eum uocat, quaſi in gratiam cum eo rediturus. Mox mortem ipſi interminatur, niſi anathema relaxet. Fruſtra hoc fuit. Ideo duos ſubornauit, qui in itinere ipſum interficerent. Animam exhalaturus percuſſori dixit: Deus tibi dimittat, & ego dimitto. Vincent. lib. 29. cap. 93. 101.

GVILHELMVS.

Guilhelmus quidã aurifaber, eo quòd Romam Babylonem, & papam Antichriſtum eſſe dixerat, à pontificijs, quorum Deus ignis conſumens eſt, Vulcano incinerandus traditus eſt, anno 1220. Balæus Cent. 3. cap. 82. in Appendice.

S. ANGELVS.

S. Angelus, Carmelita Hieroſolymitanus, paſsim curſitando plurimos uitæ monaſticę, non Chriſto lucrifecit, circiter annum 1224. Multa miracula edidiſſe dici-

tur,& tandem etiam proprium fudiſſe ſanguinem. Vuernherus Rohinck in Faſciculo temporum.

VINCENTIVS.

Anno Domino 1233. Vincentius paſſus eſt in Valentia. Ptolomæus Lucēſis in Rudimento nouitiorum.

AGAPITVS.

Agapitus natus annos 15. à rege Antiochiæ captus,malè multatus,tandem capitali ſupplicio affectus eſt,anno 1241.Poſtea miraculis claruit mortuus.Chronicon manuſcriptum.

PETRVS DE VERONA.

Petrus Veronēſis,origine & gente Lombardus,quibus parentibus natus ſit,ignotum eſt. Triginta ferè annorum ſpacio in prædicatorum ordine uixit. Indoles ab ineunte ætate bona in eo fuit,ut unà cum bonis literis pietati firmius adhæreret. Vbi patruus ipſius aliquando diceret, totum hoc mundi opificium non à Deo,ſed ab aduerſario generis humani eſſe conditum: deteſtatus eſt eam orationem tanquam blaſphemā, & propterea patruum redarguit. Vbi Bononiæ Dominicum aliquando concionantem audiuiſſet,quamprimùm monaſticæ uitę deſiderio ſuccenſus, adit Dominicum, & ſe in ordinis ſocietatem recipi petijt. Vbi uerò obedientiam, temperantiam & paupertatem uouiſſet,petitionis ſuæ factus eſt compos.

Opera quibus uel maximè ſtuduit, monaſtica fuerūt:utpote quòd uino utplurimum abſtinuit: q; ante occaſum ſolis nunquam cibum cepit: quòd ſomno perexiguo uſus eſt: quòd ſecularia contempſit: quòd mulierem toto uitæ tempore non attigit: quòd pſalmodijs,& ſi quando reliqua monachorū ſex ad preculas demurmurandas conueniret, ſemper interfuit: quòd ad Chriſti crucifixi effigiem cum lachrymis ſua delicta ſolitus ſit cōfiteri, quā etiam aliquando ſe alloquentem audiuit. Leander lib.2. de uiris illuſtribus ordinis prædicatorum.

Aliquot miracula edidiſſe ferunt. Cuiuſdam nobilis filium,qui angina laborabat, crucis ſigno ſuaq; cappa illi impoſita ſanitati reſtituit. Idem ille nobilis cum ipſius cappam pectori æger appoſuiſſet, uermem bicipitem & uilloſum euomuit. Alterius cuiuſdam iuuenis muti ubi linguam tetigiſſet,redditus ille facultate loquendi eſt.Vincent.lib.31.cap.104.

Inquiſitor prauitatis hæreticæ conſtitutus ab Innocentio quarto, in territorio Mediolanenſi inter Comum & Mediolanum apud Berlaſinam oppidum confoſſus eſt,anno 1252. Moriturus dixit:In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Poſtea ab Innocentio 4. calend. Aprilis in numerum diuorum relatus eſt Peruſiæ. Feſtus eius dies tertio calend. Maij agitur. Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouitiorum, Ioannes de Oppido,Blondus libro 7.decad.2.Platina in uita Innocentij quarti.

DOMINICVS.

Dominicus quiſpiam martyrij ſocius fuiſſe fertur Petro Veronenſi. Epitome mundi.

MARIA.

Maria cuiuſdam Circullij ancilla, cum quòd Chriſtiana eſſet,innoteſceret,immaniter flagris cæſa eſt,anno 1247.Illa ſaxum præteriens ſupplex ad Deum orauit:protinus ſaxum finditur, & illam in ſe recipit.Cumq; perſecutores demoliri ſaxum, eamq; ad ultimum ſupplicium rapere nituntur, fulmine proſternūtur ipſorum ſeptuaginta duo.Reliqui ſociorum interitu cōſternati, ad Chriſtianiſmum accedunt. Illa uerò ad extremum uſque uitæ articulum in iſto monte uixit. Vbi locorum hæc geſta ſint,& quinam iſti perſecutores fuerint, non additur: ut fabula ſit potius habenda,quàm uera hiſtoria.Chronicon manuſcriptum.

TECLA.

Tecla quædam in Armenia ſub idem tempus multa perpeſſa eſſe dicitur, & intra ſaxum recepta. De qua nihil niſi brachium repertum eſt,quod ad Terraconenſem baſilicam translatum eſt. Chronicon manuſcriptum.

CAPVT XIIII.

DE MIRACVLIS, OSTENTIS,& prodigijs.

DE MIRACVLIS SVB PHIlippo & Otthone.

PRimo huius ſeculi anno Fulda in Paſchatis feſto, noctu fermè tota cōflagrauit.Flamma & fumo interiêre homines 21.Chron.Fuldenſe.

Eodem anno miles quidā in Vemendiſio reuixit,multa futura prędicens,& multo etiā tempore pòſt ſuperſtes exiſtens ſine cibi & potus uſu.Erphurd.cap.92.

Circa annum 1202. menſe Decembri, prima noctis uigilia, uiſæ ſunt quinq; lunæ hoc modo diſpoſitæ, ut una in oriente, altera in occidente, tertia in meridie, quarta in ſeptētrione, quinta in cœli medio conſpicerentur. Quinta,teſte Ranulpho,

pho, reliquas circuiuit, & poſt horam tandem euanuit. lib. 7. cap. 32. in Polychron. Hyems frigidiſsima, imbres continui ſub ueris initium, cum aſsiduis cœli fulgoribus, fluminum quoq; inundationes præter ſolitum ſubſecutæ ſunt. Polydor. lib. 15. Angliçæ hiſtoriæ. Grando etiam cecidit forma quadrangulari ad oui magnitudinem, ut non tantùm ſegetes arboreſque, ſed homines quoque contererentur. Ranulphus cap. 32. in Polychronico.

Eodem anno, 30. die Maij, terra mota, & terrifica uox audita eſt: Magna pars Aconenſis ciuitatis ædificiorum, unà cum aula regia corruerunt: homines plurimi in iſta ruina perierunt. Tyrus penè tota ſubuertitur, Archas concidit. Tripoleos itidem maxima pars collapſa terræmotu, homines multos interfecit. Epirome mūdi. Subſecuta eſt ſterilitas & lues, qua multi mortalium interierunt. Antoninus tit. 17. cap. 9. §. 31. Vincentius lib. 29. cap. 68.

Anno 1203. prope Stendalium in pago Oſſemero parochus ſuis ruſticis feria quarta poſt Pentecoſten lyra cecinit, qui ad cantum ſaltabāt. Protinus fulmen brachium eius dextrum tāgit, & reliquorum alij 24. choream ducentes miſerè interficiebantur. Chron. Saxoniæ.

Eodem anno hyems non aſpera ſolùm, ſed diuturna quoque fuit, ut ante Martij dimidium nemo arare potuerit. Cereuiſia congelata pōdere uendita. Nix permultos dies continuè alta cecidit, magnamq; pecudum ſtragem edidit. Terra mota & concuſſa eſt à feſto Epiphaniorum uſq; ad calendas Februarias. Hector Boetius lib. 13. hiſtoriæ Scotorum, Ranulphus lib. 7. cap. 33. in Polych.

Anno 1204. Dani, Holſatiæ oppidum Itzeho obſederunt, & pontem per Scoram fluuium extruxerunt, ut per eum ad eius mœnia propius poſſent accedere & expugnare. Verùm fluuius exundans uno die bis pontem deiecit, ſeptimo ſcilicet Decembris, in Vigilia Natiuitatis Mariæ, & Danos excluſit. Ferunt imaginem D. Virginis ſupra oppidum in ſublimi eo ipſo die uiſam: quam ob cauſſam dies ille Ciuium dies, in rei geſtæ memoriam uocatus eſt. Saxonia Cranzij libro 7. cap. 22. Chron. Holſatienſe parte 2.

Eodem anno Luteciæ Almarici hæretici ſectatores Vulcano traditi ſunt: ſiquidem hoc armorum genere pontificij multis nunc ſeculis hæreticos expugnare ſoliti ſunt. Tum turbo repentè exortus eſt, ut mundi machinam corrituram exiſtimarent. Sebaſtianus Franck lib. 3. de hæreticis.

Nonis Decembris gelu intenſiſsimum cepit, & durauit uſque 12. calend. Aprilis, quo tempore ſementis fieri non potuit. Continuator Sigeberti.

Calendis uerò Aprilis, prima noctis uigilia tantus in cœlo rubor apparuit, ut ignis eſſe crederetur. In ipſo rubore ſtellæ micantes ſunt uiſç. Balæus Centuria 3. ſcriptorum Brytan. in Append. cap. 57. ex Matth. Pariſio.

Anno 1205. cœlum in Anglia igne rubeſcente micans, horis ſex continuis uiſum eſt. Polydorus lib. 15. Flumina paſsim maiorem in modum exundarunt. Epitome mundi. Tempeſtas uineas & ſegetes paſsim profligat. Vincentius lib. 29. cap. 92. Solis eclipſis ultimo Februarij circa horam tertiam diei accidit. Multi humanum caput ſe in ſole uidiſſe teſtati ſunt. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione 41. Trithemius in Hirſaugienſi Chronico hoc ſolis deliquium in ſequentem annum reijcit, in penultimum Februarij.

Eodem anno, Philippus Francorum rex, Galliardum menſes ſex obſedit. Eijcitur ab oppidanis turba imbellis, mulieres & pueri. Cumque nuſquam ipſis quod ederent daretur, grauida mulier in conſpectu omnium parit, fœtusq; ſtatim abſumitur. Paulus Æmylius lib. 6. de geſtis Francorum.

Autor quiſpiam, ut hiſtoriæ eum uocant, uiſus eſt ſacra ueſte indutus, manu gladium uagina uacuum uibrare, ubi Brunſuigum à Philippo oppugnaretur, circa annum 1205. Quod cum Imperator cognouiſſet, timore perculſus obſidionem ſoluit. Cranzius in Saxonia lib. 7. cap. 16.

Anno 1206. pridie calend. Martij, ſolis eclipſis uiſa eſt hora diei quinta. Sequente Decembri tanta aquarum inundatio fuit in Gallijs, ut id ſeculum maiorem non uiderit. Sequana tres arcus parui pontis fregit Luteciæ, plurima ædificia euertit, alijsque in locis plurimum damni datum eſt. Vincentius libro uiceſimonono, capite 92.

Eodem anno, ipſo die Paraſceues, Magdeburgi incendium exoritur, incertum unde, quo templum primarium unà cum turri redigitur in cineres. Campanæ decidêre. Metropol. Cranzij libro ſeptimo, capite 35.

Et poſt expugnatos Albingēſes, quidā ſacerdos, cum equitibus auratis ſex, qui in comitatu ſuo habebant quinquaginta, ſeſe fidei Girardi cuiuſdam Albingeſium præfecti committit. Hos omnes Girardus

poſt cœnam in uincula conijcit,inq; ergaſtulo includit, atq; ignem admouet. Verùm toto triduo nihil quicqnam damni ab igne patiunrur. Ganguinus lib.6.de rebus Francorum.

Anno 1207. in uigilia S.Nicolai, tonitrua audita ſunt,& cœlitùs fulmine plurima ædificia tacta ignem conceperunt. Sequuta eſt inundatio aqnarum,quæ plurimum damni dedit. Vincent.lib.29.ca.100. Ventus repentinus domos & arbores proſtrauit. Balæus Cent.3.ſcript.Brytan.cap. 57. in Append.

Anno 1208. Sol deliquium paſſus eſt menſe Februario. Vrſperg.

Anno 1209. Lubecum fermè penitus ad quinq; domos uſq; conflagrauit. Hodie adhuc locus ille dicitur quinque domorum uicus, quòd ab incendio immunes extiterint. Rudimenrum nouitiorũ, Cranzius lib.7.cap.5.Vandaliæ. Tonitrua ea æſtate horrenda,imbres impetuoſæ extiterunt. Hyems aſperrima & diuturna ſub ſecuta eſt. Chron. Hirſaug. Hinc fames & rerum neceſſariarum penuria. Nauclerus uolum.2.generat.41.

Anno 1210. tanta Tai & Almundi fluuiorum Scotiæ inundatio fuit, ut in oppido Bertha, quod præterfluunt, magnam domorum partem demolirerur, multi quoq; mortaliũ aquis ſubmerſi interierint. Guilhelmus rex cum coniuge, liberis ac nobilibus paulo antè fuerat ingreſſus, qui cum ſuis extra periculum non fuit. Perijt regis filius Ioannes adhuc lactens, cum nutrice, alijsq; fœminis duodecim, aulici uiginti. Rex cum Dauide fratre & Alexandro uix in nauicula ſaluus euaſit. Hector Boetius libro 13. Ioannes Maior libro 4. de geſtis Scotorum.

Eodem anno à calendis Ianuarij ingens frigus cœpit, quod per duos menſes durauit: quo frigore id quod ſeminatum fuit ſiliginis, uſqueadeò extinctum eſt, ut nec tanrum, quantum terræ mandatum erat, reciperetur. Sigeb. Continuator.

Anno 1211. uenrus ingens & terræmotus fuit. Epitome mundi.

Cometes decẽ & octo diebus in Maio menſe, coma in orientem ſolem obuerſa, apparuit. Cromerus lib.7.de geſtis Polon.

Anno 1212. ædificia ſuper Londinenſem pontem conſtructa, ex utraq; pontis parte incendio abſumpta ſunt, quod prodigij loco habitum eſt. Polydor.lib.15. Anglicæ hiſtoriæ.

Eodem anno Niuernis eccleſia cathedralis conflagrat. Itemq; maximis uentorum rurbinibus inſignis eſt. Vincent. lib. 30.cap.4.

Heinricus Balduinus Flandrus, ubi Didymotichum oppugnare ſtatuiſſet, omniaque iam eſſent parata, ante ſolis occaſum atræ nubes aërem replent, fluuius Eurus uehementiſsimo imbri ſubitò dilatatus campos paſsim occupat, ubi Latini caſtra fixerant: arma, machinas bellicas, equos, homines proſternit & abripit. Si nocte intempeſta id accidiſſet, maior exercitus pars aquis ſubmerſa perijſſet. Ea res obſidionem eos ſoluere coegit. Nicetas in annalibus.

Terræmotus ingens hoc tempore Venetias concuſsit. Pars ædis D.Georgio ſacræ, cum aliquot priuatis ædificijs collapſa dicitur. Sabellicus decad.1.li.8. rerum Venetarum.

Meminit Schedelius, circa hoc tempus terræmotum Antiochiæ & in Damaſco plurimũ dediſſe damni: in Cathinna Siciliæ inſula, hominũ aliquot millia aquis retrocedentibus abſorpta fuiſſe: in Italia grandinem cecidiſſe, cuius lapides anſerum oua magnitudine æquarunt. Verùm annorum numerum non ponit exactè. Ætate mundi 6.

Apud Lõgionas, pago Bauariæ, ſeſquiannum, regnante Philippo, terræmotus continuatus eſt, plurimumq; damni dedit, atque incolas coegit, ut ſub dio degerent. Auentinus lib.7.

Antequam Tartari in Thraciam irruptionem facerent, in Thraciæ campis, cornicum & coruorum legiones, aliæ ab Auſtro, aliæ ab Aquilone conuenerunt, & pugnam cõmittere inuicem uiſæ ſunt. Corui qui ab Auſtro uenerant, quia magnitudine corporum corniculas ſuperabant, ſuperiores extiterunt. Nicetas in annalibus Balduini Flandri.

DE PRODIGIIS ET REBVS *admirabilibus ſub Friderico II.*

ANno 1213. peſtilens lues maiorem in modum ſæuijt Romæ, ut decimus quiſque uix remaneret ſuperſtes. Chronicon Fuldẽſe. Iſenacenſe uerò decem tantùm ex tanta hominum colluuie à peſtis contagio immunes extitiſſe teſtatur, id quod haud ſimile uero uidetur.

Anno 1214. duo cometæ aſpectu terribiles in Martio uiſi ſunt, quorũ alter præcedebat, alter ſequebatur ſolem. Hector Boetius libro 13. Chronicon Hirſaug. unius meminit, qui pridie nonas Martij primùm apparuit.

Anno 1215. bos in Northũbria mõſtrum peperit, capite quidem & collo uitulũ, cætera equinum pullum referens. In Autũno duæ Lunæ ſeiunctæ patentibus cornibus

ſunt

ſunt uiſæ. Hector Boetius libro 13.

Ærarium Cracouienſe fulmine tactum refert Cromerus, cuius ſupellex in uniuerſum combuſta eſt, circiter annum 1215. lib. 7. de Polonis.

Fuldæ pars plus quàm tertia dicitur cõflagraſſe in uigilia Boniſacij. Chronicon Fuldenſe parte 3.

Anno 1216. in cœlo multa ſunt oſtenta uiſa: ut cruces candidæ, cærulei cometæ; Solis & Lunæ deliquium. Continuator hiſtoriæ belli ſacri lib. 3. cap. 3.

Anno 1217. in Autũno, poſt ſolis occaſum ſtella in auſtrali parte apparuit, paulatim occidentem uerſus declinans, ex aduerſo coronæ Ariadnes. Ex ea radius in modum trabis aſcendere in cœli medium uſque uiſos eſt. Et poſt dies aliquot iterum diminutus, prioris ſtellæ formam recepit. Vrſpergenſis, Schedelius ætate 6.

Anno 1218. in obſidione Damiatæ Nilus hyberno tempore, Euro flante præter conſuetudinem, eo quidem anni tempore, ripas egreſſus, in caſtris Latinorum multum damni dedit, commeatusque maximam partem corrupit. Blondus lib. 7. decad. 2. In Nordlandia alluuione aquæ perierunt 36. hominum millia, ut habet Chronicon Saxoniæ. Et lacus S. Laurentij ſubitò erumpens per Gratianopolin & uallem Mauriennæ in Iſoram & Rodanum infunditur, multaque millia hominum perimit, agris plurimum damni dat. Epitome mundi, Erphord. cap. 93. Octauo anno Friderici, hoc eſt, anno 1219. hoc accidiſſe refert Vincentius libro 30. cap. 85.

Eodem anno, feria ſexta ante Pentecoſten, in Colonienſi & Monaſterienſi diœceſi, triplex crux in aere apparuit, cum in iſtis partibus crux prædicaretur. prima Aquilonem uerſus candida, altera eiuſdem coloris è regione ad Auſtrum conſtituta fuit. Inter has media uiſa eſt, cui homini ſimilis imago appendit. In Anglia cometes apparuit immenſæ magnitudinis, terra uehementer mota eſt: tota hyeme audita crebra tonitrua, quæ alioquin æſtiuo tempore in Anglia rarò accidunt: imbres continui: uehementiſsimi uentorum flatus, quibus ædificia multa deiecta, & mare ſolito latius euagatum eſt, anno 1219. Polyd. lib. 16. Ipſo die Lucæ, Septentrionalis uentus plurima ædificia euertit. In turbine uiſi ſunt igniti dracones & maligni ſpiritus uolitare. Ranulphus lib. 7. cap. 34. in Polychronico.

Eodem tempore, in uilla Friſiæ Theutuſen, prope Solem crux uiſa eſt. Itemque in diœceſi Leodienſi crucem conſpexerũt. Vincent. lib. 30. cap. 83. Erphurd. capite 93. Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouiriorum.

Anno 1221. primùm peſtilens lues in Latinorum caſtris ad Damiatam ſæuiens plurimos ſuſtulit: deinde urbem ingreſſa tantopere ibi ſæuijt, ut tandem ægrotis deeſſent, qui uiſerent, aſsiderent, morientium oculos clauderent, efferrent. Viæ, uici, domus plenæ cadaueribus. Tanta ſolitudo, ut ſine labore à Latinis urbs, alioquin inexpugnabilis, prohibente nemine, capta ſit. Ex ſeptuaginta uirorum millibus, tantùm tria fuerunt reliqua. Blondus decadis 2. lib. 7. Paulus Æmyl. de rebus Francor. lib. 6. Bonfinius decad. 2. libro ſeptimo rerum Vngaricar. Polydorus Vergilius annum 1219. captæ Damiatæ numerat lib. 16. Ang. hiſt.

Eodem anno imbres denſi & continui per totam æſtatem Poloniam afflixerunt. Inde tanta aquarum uis orta, ut plurimi pagi uicique euerterentur, hybernæ ſegetes uaſtarentur, uerna quoque ſementis nulla fieret. Hyems aſpera & frigore horrida ſubſecuta eſt: hanc fames & peſtis ſequenti triennio, quibus ingens hominum & iumentorum numerus extinctus eſt. Cromerus lib. 7. de Polonis.

Dimidia pars Vuormaciæ conflagrauit eodem anno, ipſo die Margarethæ. Quo incendio templum S. Paulo dicatum, ſimul redactum eſt in cineres. Chronicon Hirſaug.

Anno 1222. tertio idus Ianuarij, terræmotu plurima ædificia Coloniæ corruũt. In Cypro duæ ciuitates eodem anno, multis hominibus extinctis, concidunt. Tanti quoque in Italia & Longobardia hoc anno terræmotus fuerunt, ut homines relictis urbibus in tentorijs habitarent. Domos & templa collapſa plurimos oppreſſerunt. Nam in Longobardia per duas hebdomadas quotidie bis terra intremuit. Brixia quoque ciuitas fermè tota cum populo ſubuerſa eſt. Rupes de monte auulſa, caſtella diſiecit, & multa hominum millia interemit. Romæ quoque terra ſanguine mixta pluit eodem tempore. Chronicon Hirſaugienſe. Item Luna paſſa deliquium eſt ab intempeſta nocte uſq; ad ſequentis diei diluculum.

Sequenti anno cometa in occidente uiſus eſt. Robert. Gaguinus lib. 6. Nube rupta & decidente, Iſlebię plurimi homines aqua ſuffocati ſunt. Chron. Saxoniæ. Peſtilenti lue, quæ integro durauit triennio, in Vngaria, Germania & Gallijs pecudes extinctæ ſunt uſqueadeò, ut uix tertia pars ſuperſtes manſerit. Chronicon Hirſaug.

Anno

condenſata, igne ſuppoſito liqnefieri oportuit. Molendina gelu impedita, moueri nõ poterant. Vites aliæque arbores frigore perière. Homines in lectis rigentes mortui inuenti. Fames peſtiſque dehinc ſubſecuta. Bergomenſis lib. 13. Polydorus lib. 13.

Et quidem fames in Francia tanta fuit, ut homines herbis, boum inſtar, veſcerentur, maximè in Aquitania. Sextarius bladi in Pictauia 100 ſolidis conſtitit. Palmerius auri drachmis duabus. Peſtis in Pictauia tantopere ſæuijt, ut templum S. Maxentij cadaueribus repleretur. Vincent. libro 30. capite 137.

Vormacia magna ex parte conflagrat decimo calendas Iulij. In monte primùm cœpit incendium, totoque biduo durauit. Hirſaug. Chron.

Miecislaus cognomento Coſsiſconus, cum in Cuiauia in homines miſeros tyrannidem pro libidine exercuiſſet, à muribus enecarus eſt, circa annum 1235. ubi nauem nequicquam conſcendiſſet. Mures enim per aquas fugientem inſequebantur. Cromerus libro octauo de rebus Polonorum.

Anno 1236. calendis Maij, uariæ hominum formæ in aere uiſæ ſunt, ueluti inſtructis aciebus inuicem dimicantes. Secuti frequentes & immenſi imbres, qui cuncta aquis repleuerunt. Polyd. lib. 16.

Anno 1237. ſub Autumni initium, ſextarius uini in Alſatia ſedecim denarijs uenditur, quem ſuperiori anno uno emerant. Chron. Hirſaugienſe.

Anno 1238. ſtella immenſæ magnitudinis apparuit per aliquot dies ante ſolis ortum, quæ per longum cœli tractum ueloci crebroque curſu ferebatur, modò ignẽ præ ſe ferens, modò fumum poſt ſe relinquens. Polyd. lib. 16.

Anno 1239. ſol deliquium paſſus eſt in meridie, peſtis ſubſecuta. Chron. Hirſaug. Hanc fames tanta, ut matres ex ſeſe natis ueſcerentur. Chronicon manuſcriptum.

Stella maxima inſtar lnciferi, ut facula ardens apparuit, quæ ſe iaculabatur per tractus aereos quaſi ſagitta ignea, relinquens ignem & fumum. Balæus Centur. 3. cap. 100. in Appendice, ex Matthæo Pariſio.

Anno 1240. Tartari arcem Vratiſlaniẽnſem obſidione cingentes, columna ignea cœlitùs deterrentur, & obſidionem ſoluunt. Cromerus lib. 8.

Eodem anno magna ſiccitas fuit, à Dominica poſt natalem Domini uſq; ad feſtũ exaltationis crucis. Vina quæ tunc creuerunt, ſine aqua admixta haud bibebantur. Vincent. lib. 30. cap. 138.

Eodem tempore lapis grandis congelatus cecidit in monaſterio S. Gabrielis prope Cremonam, habens crucis & Chriſti in ea pendentis impreſſam imaginem. Aureis literis ſuperſcriptum erat, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Eo cum cæci cuiuſdam oculos attigiſſent, uiſum recepit. Liquefactus aqua illa monachus eius loci oculos cæcutientes lauit, & meliuſculè habuit. Vincentius libro trigeſimo, cap. 138. Ptolomæus Lucenſis in Rudimento nouitiorum, Nauclerus uolumine ſecundo, generat. 41.

Hominum animaliumque lues, ac totis menſibus tribus ſiccitas, reliquis ſequentibus denſi & continui imbres extiterunt, quam ſumma humi naſcentium penuria ſubſecuta eſt. Tritici quaternarium quadraginta ſolidis redimere coacti ſunt. Belluæ marinæ in littore Anglico inter ſe uiſæ ſunt pugnare. Balæus Centuria quarta, capite primo, in Appendice, ex Matthæo Pariſio.

Anno 1241. ecclipſis ſolis facta eſt, octauo die poſt Michaelis, hoc eſt, pridie nonas Octobris, iuxta Funcium in Chronologia, tanta quidem, ut ipſo die ſtellæ in cœlo conſpicerentur, iuxta Flores temporum. Cometes ſub initium huius anni diebus triginta exarſit. Polydor. libro decimoſexto.

Anno 1242. rurſus Vormatia ſupra medietatem, Idibus Aprilis circa ueſperam, conflagrat. Plus quàm treceti homines iſto incendio periſſe dicitur. Chron. Hirſaug.

Anno 1242 multa hominum millia inedia extincta eſſe feruntur in Vngaria, quòd Tartaris ſæuientibus toto triennio ſementis nulla fieri potuit. Michael Ritius libro ſecundo de regibus Vngaricis. Stellæ hoc anno magno numero de cœlo cadere uiſæ ſunt. Balæus Centur. quarta, capite tertio, in Append. ex Matthæo Vueſtmonaſterio.

Anno 1235. circa Michaelis, lux clariſsima, quaſi ſol, oriri uiſa eſt nocte intempeſta, quæ tandem per aerem diſperſa, in rubrum mutatur colorem, hominumque formas. Crancius libro octauo, capite undecimo Metropoleos.

Anno 1246. urbes Scotiæ Hadintona, Roxburgum, Lancikum, Sterlingum, Perthum, Forfar, Montroſs, & inter eas omnium maxima Aberdonia, redactæ ſunt in cineres. Iohannes Maior lib. 4. cap. 10. de geſtis Scotorum.

Ciuitas Candidæ grauiſsimo tumultu concuſſa eſt, ut mœnia corruerint, & inimicis patuerit acceſſus, anno 1246. Petrus Iuſtin. lib. 3 hiſtoriæ Venetorum.

Anno

Anno 1247. ex terræmotu plurima ædificia corruerunt. Fulmine cœleſti homines & arbores tactæ ſunt. Mare quoq; ſuos tráſgreſſum eſt limites. Balæus Cent. 4. cap. 8. in Appendice, ex Pariſio.

Anno 1248. fames maxima per Germaniam plurimos interfecit. Chron. Hirſaug. Luna ecclipſin paſſa eſt, & mare limites ſuos egreſſum. Balæus Cent. 4. cap. 4. ex Matthæo Pariſio. In Anglia mulra ædificia terræmotu collapſa ſunt, in Gallijs uerò multò plura. Polydorus lib. 16. Angl. Hiſtoriæ.

Anno 1249. mons in Burgundia loco morus, per loca conuallia pedetentim gradiendo, multorum miliarium confecto ſpacio, rurſus alijs ſeſe montibus adiungit. In tranſitu hominum quinque millia interfecir, & quæcunque obuiam habuir, proſtrauir, uillas & terras lapidibus obruit. Chronic. Martini Capellani & Martini Poloni, Schedelius ætare 6. Faſcicul. temporum. Cranzius in Vandalia idem ferè hiſee uerbis dicit, quamuis annorum numerus diſcrepar, cuius uerba adſcribemus: Erat quinquageſimus primus annus, cùm nouo & inaudito miraculo in Burgundia Imperiali, duo monres inuicem diſceſſere. Vallis amborum media, magno ſcinditur hiatu, per quinque, ut ferunt, paſſuum millia. Omnem plebem ruſticam in ipſa ualle, aut montium pede commorantem, aut hiatus abſorbuit, aut ſaxa montibus deuoluta peremerunt. libro ſeptimo, eapite uigeſimoquinto. Hirſaugienſe Chronicon annum Chriſti 1241. ponir, quo mons ille aliò commigrauit, ſicut & Balæus in actia Romanorum pontificum.

Poſonium urbs Noricorum ad Iſaci & Atheſis confluentes, Friderico regnante, cœlitùs tacta eſt, 11. calendas Iulij. Homines 300. fulmine & grandine proſtrari perierunt, qui ad ludos equeſtres ſpectãdos magno numero confluxerant. Auentinus lib. 7.

Sub eiuſdem Imperio in Rathſtadio oppido Noricorum Alpium, infans cornutus in lncem eſt editns, euius uagirus diebus quaruordecim auditus antè eſt, quàm in lucem ederetur. Ibidem.

In Friſingenſi territorio meridiem uerſus agreſtium murium eopia extitir tanta, ut humi naſcentia, ſegeres, herbas, fœnum radicitùs depaſcerent. Auentinus lib. 7.

DE PRODIGIIS ET REbus *admirabilibus ſub Conrado* IIII.

ANno 1250. hyems aſperrima, diuturna & niuoſa fuit. Niuibus reſolutis in aquam, inundatio tanta ſubſecuta eſt, ut multa ædificia euerterentur. Chron. Hirſ. Terręmotus in Anglia hoc anno mirabilis fuit, mugitum ſubterraneum emittens, plurimis ædificijs euerſis. Balęus Cent. 4. cap. 11. in App. ex Matthæo Pariſio.

Anno 1251. in uilla Bathoni inter Lugdunnm & Viennam puer natus eſt barbatus, caput, capillos, pectus uirilia habens, ac ſi triginta eſſet annorum. Vixit fermè biennium. Iohannes de Oppido.

Eodem anno ſanguis de pane inciſo, tanquam de uulneribus corporum effluxit. Nubes quoque ſanguineæ uiſæ ſunt. Vrſpergẽſis Paralipomena. Gnilhelmns, Romanorum Imperator poſtea factus, Eliſabetham, Ottonis Brunſuieenſis filiam uxorem duxit. Solennes nuptiæ factæ ipſo die conuerſionis Pauli Brunſnigę, quo palatium, nbi ſponſus cum ſponſa cubabant, correpto igne ex incuria conflagrauit. Diadema reginm, aliæque res precioſæ conſumptæ ſunt. Rex & regina incolumes nudi euaſere, regina regem dneente. Sartores duo, qui cauſa incendij extitere, exuſti. Cranzius in Metropoli libro 8. eapite uigeſimoſecundo, item in Saxonia lib. 8. cap. 17.

Anno 1252. peſtilens lues primùm Londini in Anglia cœpit, & inde diffuſa per totum regnum plurimos mortales ſuſtulit. Cœpit ſub feſtum Michaelis, & durauit ad primnm uſque Augnſti ſequentis anni, hoc eſt ſeptimanis fermè quadraginta quaruor. Balæus Cent. 4. capite decimoſeptimo, in Appendice, ex Chronico Londinenſi. Inuſitara ſiccitas tota æſtate cauſa fuit, quò minus humi naſcentia bene prouenirent. In fine Autumni continuę ſubſecutæ pluuiæ. Ranulph. lib. 7. cap. 36. in Polychronico.

Anno 1253. uis nenti tanta fuit, ut arbores radicitùs de terra eruerentur, domus mulræ corruerent, homines plurimi opprimerentur. Chronicon Hirſangienſe.

DE PRODIGIIS ET REbus *admirabilibus ſub Guilhelmo.*

ANno 1254. exercitum Chriſtianorũ, prope Ferrariam moras trahentem, peſtis maiorem in modum diminuit. Qui in Ægypto Saracenos oppugnabant, fame laborarũt, Saracenis ipſos commeatu prohibentibus. Blond. libro ſeptimo decad. 2.

Anno 1255. mare prærer ſolitum excreuit, eomereſque apparuir, arque etiam loca eminentiora erebrò cœleſti igne tacta ſunt. Polyd. lib. 16. Sequenti anno cometam

metam apparuiſſe, annotat Epitome mundi manuſcripta.

TEMPORE INterregni.

ANno 1257. tanta fames inualnit in Anglia ſub initium Autumni, ut plurimi, imprimis pauperes, fame perirent. Ranulphua lib.7.cap.36.

Ob ſiccitatem ſegetes tenuitet prouenerunt anno 1258. Fames ſubſecuta eſt, ut homines utplurimum carne & lacte, necnon etiam uarijs herbarum & radicum generibus uictitarint in Anglia. Polydorus libro decimoſexto. Poloniam terræmotus uehementer concuſsit. Cromerus lib.9.

Anno 1259. ultimo die Aprilis, ciuitas Vormacienſis circa ueſperam fortefortuna accenſa, tota nocte arſit, atque media pars, multorum cum damno, redacta in cineres eſt. Chronicon Hirſaugienſe.

Die innocentum noctu tanta uis uenti fuit, ut arbores multæ radicitùs euellerentur, domusque plurimæ conciderent. Exiſtimatum eſt fuiſſe terræmotum. Chronicon Saxoniæ.

Anno 1260. inundationes magnæ paſſim damni plurimum dederunt. Imprimis multa ædificia ad Rheni ripam fluminis impetu ſubuerſa ſunt. Homines ſubmerſi, pecoraque. Plurimi relictis domibus, cum ſuis ad loca eminentiora confugerunt. Chron. Hirſang.

Annus 1261. fuit fertiliſsimus frumenti & uini. Oma uini quatuor nummis Argentoratenſibus, extra urbem Argentoratum uendebatur: frumenti quartale ſolidis quatuor. Paralipomena Vrſpergenſis.

Magna per Angliam & Scotiam frumenti penuria fuit per annum 1262. quòd Autumnus præteriti anni pluuioſus extitiſſet. Hector Boëtius libro 13. Scoticæ hiſtoriæ.

Anno 1264. cometes, inſignis magnitudinis, Orientem uerſus illuxit, comam per cœli medium proijciēs ad occiduum cardinem, & per tres integros menſes uiſus eſt. Erph. capite 94. Bergomenſis libro 13. Nicephorus Gregoras libro quarto. Schedelius ætate 6, huius cometæ apparitionem in annum 1263. reijcit. Peſtis ſubſecuta eſt pecorum & pecudum in Polonia. Cromerus libro nono de rebus Polonorum.

Sub idem tempus ſol deliquium paſſus eſt ſub horam tertiam ante meridiem, die Maij 25. Tantæ ſub medium eius exortæ tenebræ, ut multę ſtellæ apparerent. Nicephorus Gregoras lib.4.

Anno 1266. poſtridie Aſcenſionis, Vuiſmaria fermè tota conflagrauit, paucis ædificijs exceptis. Ptolomeus Lucenſis.

Eodem anno, erucarum immenſa copia omnes arborum fructus, herbarumq; in Scotia abſumebant, utpote mala, pira, pruna, olera, atque minores herbas ad caules uſque arrodebant. Tanta quoque maris, tum etiam Tai & Forthiæ fluuiorum inundatio, ut aquarũ ui pagi plurimi abrepti ſint, pecudes hominesq; ſuffocati magno numero. Hector Boëtius libro 13. Scoticæ hiſtoriæ.

Anno 1268. in partibus Hollandiæ, infeſtæ acies uiſæ ſunt nocturno tempore in aëre manus conſerere. Chronicon Hirſaugienſe. Fames ingens urbem Venetam inuaſit eodem anno. Sterilitas maxima in Sicilia & Apulia fuit. Petrus Iuſtinianus libro 3. rerum Venet. Blondus lib. 8. decad. 2.

Anno 1269. Ludouicus rex Franciæ, unà cum duobus filijs alijsque, pro recupetanda terra ſancta iter in Syriam inſtituit. Quod ut eò facilius fieret, primùm regnum Tuniſium humiliare decreuerũt. Ac portu occupato, plurimi de iſto exercitu peſte pereunt, inter quos ipſe rex, alter filius, legatus pontificius, alijque tum comites, tum barones. Nauclerus uolumine 2. generatione 43. Sabell. tomo 2. Ennead. 9. libro 7. Blondua decadis 2. libro 8.

Eodem anno armatæ acies in aëre uiſæ ſunt congredi. Pluuiæ continuæ tota æſtate, non modò inundationes quàm maximas peperēre, ſed ſegetibus, pecudibus domibusque plurimum incommodi attulerunt. Cromerus libro 9. de rebus Polonorum. In Scotia cometes admirandæ magnitudinis quotidie ſub meridiem uiſus eſt. Boëtius lib. 13.

Anno 1270. Ianuarij die 20. in Cracouienſi regione, Margareta quædam Virboslai comitis uxor uno partu pueros 36. uiuos in lucem edidit. Sexto Decembris eodem anno nouus & inſignis ſplendor crepuſculo ueſpertino, in figura crucis apparuit. Intra octauum diem natalis Chriſti Caliſaiæ uitulus natus eſt cum duobus caninis capitibus, atque dentibus, & ſeptem pedibus uitulinis. Caput alterum, id quod maius erat, ſuo loco, alterum quod minus, ad caudā ſitum erat. Ab eius cadauere canes & uolucres abſtinuēre. In Sileſia apud Michalouum pagum triduo ſanguine pluit. Cromerus libro 9. de rebus Polonorum.

Anno 1272. triduo poſt Epiphania Domini, uehementi rempeſtare in Scotia plurimæ ædes euerſæ ſunt. Grando inſolitæ magnitudinis unà cecidit. Ignis ex focis enatus, pagos & oppida redegit in cineres. Templis uerò paſsim plurimum damni datum eſt. Aberdonia fermè tota, Pethum maiore ex parte conflagrarunt. Plurimi mortales in Cloria Anguaſinæ ditionis parte, partim in iſto incendio perierunt, partim à corruentibus ædificijs interempti ſunt: ſiquidem repentè, iſtis dotmientibus, ram ſæua répeſtas incédiumq; exoriebatur. Laintick oppidi magna pars cum templo inflammata. Pagi deniq; multi Laudoniæ eodem tempore miſetè perierunt. Hector Boëtius lib. 13.

Hocanno Ratisbonę remplum ptimatium conflagrat 15. calend. Aprilis. Tintinnabula igni liquefacta defluxête. Auent. lib. 7. Annalium Boiorum.

DE MIRACVLIS, PROdigijs & rebus admirabilibus ſub Rudolpho.

Circa annum 1273. in Thuſcia magni terræmotus, ſequentium malorum præludia extiterunt. Faſciculus temporum. Eodem hoc anno fertiliras tanta fuit, ut quartale tritici 22. nummis Argentoratenſibus emeretur: quartale ſiliginis 16. nummis: decem & quatuot oua uno nûmo, gallina duobus: haleces octo, nummo uno. Paralipom. Vrſpergenſis. In coronatione Rodulphi aiunt uiſam fuiſſe auream crucem ſupra eccleſiam D. Virginis, in qua peracta ſolennis coronatio eſt. Ctanz. in Saxonia lib. 8. cap. 30.

Circiter annum 1273. uel ſequentem, duo portenra in Cracouienſi territorio accidiſſe memorantur. Puer dentatus in lucem editus, protinus diſtinctè & articularè loquitur. Vbi baptiſmum accepiſſet, quáprimùm & dentes & ſermonis uſum amiſit. Alrer quiſpiam puer ſemeſtris in Cracouienſi urbe Tarrarorum irruptionem in Poloniam prædixir, qui Polonis capita amputaturi erant: ſibi etiam ab illis imminete periculum. Inrerrogatus unde id ſciret: reſpondit, ſibi diuinirùs id eſſe reuelatum. Cromerus lib. 9.

Anno 1274. Alexáder rex Scotiæ filism Margaretam Hangonano Noruuegorum regi in matrimonium collocat. Qui eam deduxerant epiſcopi, barones, nobiles magno numero in reditu naufragium perpeſsi, in aquis perierunt. Hector Boëtius lib. 13.

Nobilis quædam fœmina in diœceſi Conſtátienſi monſtroſum edidit partum, anno 1274. Caput humanum erat, cærera leo. Vincentij Continuator libro 31. Chronicon Fuldenſe hunc partum mõſtroſum in 1284. annum reijcit. Terra quoque intremuit, ſanguineq; in Vallia pluir hoc anno. Ex rerræmotu plurima ædificia corruerunt. Polyd. lib. 17.

Anno 1276. ex largiſsimis imbribus maximæ inundationes extiterunt pleriſque in locis, ut ſegetes & uina ad maturiratem peruenire non potuerint. Erphurd. capite 94. Lunæ eclipſis uniuerſalis uiſa eſt hocanno. Balæus Centuria 4. capite 60. in Appendice.

Hocanno Lubecum iam quarta uice conflagrauit. Vandalia Cranzij libro ſeptimo, cap. 34.

Eodem anno mare admodum inundauit. Venetiæ poſt illam alluuionem ingenti terræmotu cõcuſſę ſunt. Sabel. Ennead. 9. lib. 7. tomo 2.

Anno 1277. nocte media, in qua initium eſt noui anni, cœlum clara & non iniucunda luce aliquantiſper reſplenduit. Cromerus lib. 9. de rebus Polonorum.

Tiberis longè lateque extra alueos effuſus, ad pedes quatuor & amplius excreuit ſupta altare B. Mariæ rotundæ, anno 1278. quæ res plurimis Romæ terrori fuit. Chronicon Martini Capellani. Nauclerus annum ſalutis 1281. numerat.

Sequana anno 1280. iuxta Erphurdienſem capite 95. tanropere ex incremento aquarum, ſub initium Ianuarij menſis, intumuit, ut maioris pontis apud Luteciam teſtudines ſex diſſoluerit, minoris unam, urbe aquis per gyrum circumſepta. Robertus Ganguinus libro 7. de tebus Francorum.

Eodem anno in uilla Gatach prope Vuormaciam anſer quatuot pedes habẽs editus eſt. Hermannus Gygas in Floribus temporum. Rotenburgum ad Neccarum hoc eodem anno terræmotu funditùs corruit. Nauclerus uolumine 2. generatione 43. Circa hoc tempus Brema conflagrauit. Cranzius in Metrop. lib. 8. cap. 35. Luna itidem uerſa in ſanguinem eſt. Balæus Cent. 4. cap. 60.

Circiter eundem annum 1280. Hamburgum Stormariæ uetus oppidum conflagrauit. Plurimos flamma uotax interfecit, ſuis tebus exportandis occupatos. Quo etiá tempore piſcis leoni ſimilis in mari ptope ultima Iutiæ caprus eſt. Cranzius in Vandalia libro ſeptimo, capite trigeſimooctauo. Incendium illud Hamburgenſe Ptolomeus Lucenſis in ſequentem reijcit annum: Chronicon Holſatienſe in annum 1282.

Anno

Anno 1281. Maij die undecimo, pridie Aſcenſionis Domini, pars pontis ueteris Tholoſæ, poſt proceſsionis tranſitum corruit. Submerſi ſunt 200. homines. Iohannes de Oppido. Continuator Vincentij libro 21. & Schedelius ætate 6. paulò aliter hoc recenſent: Anno ſcilicet 1278. 15. calend. Iulij, fortè ſacrificulum quempiam Traiecti per pontem Moſæ Euchariſtiam ad ægrotum detuliſſe: ubi pertranſiſſet, ad homines ducentos fracto ponte Moſæ perijſſe, præter unum qui euaſit, quòd ducendis choreis, alijsque ludicris intenti, non ſatis reuerenter ſeſe exhibuiſſent.

Verdenſis eccleſia hoc quoque anno inflammata, redacta in nihilum eſt. Metrop. Cranzij libro 8. capite 36. Hoc anno & ſequenti fames Poloniam afflixit tantopere, ut plurimi in Vngariam & Ruſſiam commigrarent. Crom. lib. 10.

Rex Tartarorum Paganus Armeniæ regis filiam Chriſtianam uxorē duxit, anno 1281. ex qua prolem ſuſcepit, cuius pars media inſtar feræ ſylueſtris hirſuta, altera glabra fuit. Cum aruſpices id ob reginæ adulterium factum dicerent, ipſa puerum per baptiſmum Eccleſiæ inſeri petijt. Quo facto, euanuerunt pili, & homini per omnia factus ſimilis eſt. Chronicon Martini ordinis prædicatorum. Luna cinerei coloris apparuit hoc anno. Balæus Centuria 4. capite 60. in Appendice, ex Ioanne Eueriſdeno. In Sudouolgia coruſcatio prodigioſa, mare uitreum, aues in aëre belligerantes, aliaque prodigia uiſa ſunt. Balæus ibidem.

Eslingæ monſtroſus fœtus mulieris anno 1281. Martij die 17. in lucem editus eſt. Duo ab umbilico ad ſummum uſque pectora habuit, brachia quatuor ſeſe inuicem complectentia, capita duo mutuò reſpicientia ſeſe, pudenda itidem duplicata. Verùm non diu ſuperuixit. Vincentij Continuator libro 31. Schedelius ætate 6. Chronicon Fuldenſe numerat annum 1284.

Anno 1282. piſcis leonis effigiem habens, apud Centú cellas Februario menſe in mari captus eſt. Pellis namque piloſa, pedes breues, caput, cauda, aures, os, dentes, lingua, omnia leonina. Vbi ex aquis extraheretur, ululatum & planctum hominis inſtar dedit. Ad pontificem Martinum allatus, cunctis qui eum uidebant, ſtuporem mouit. Chronicon Martini Capellani, Faſcic. temporum. Bergomenſis libro 13. annum 1284. numerat. Eodem anno, ſcilicet 1282. terræmotus in Italia prope Neapolim multa ædificia ſubuertit, multiq; homines ruina perierunt. Iohannes de Oppido.

Anno 1283. ex conſobrina Martini pontificis (Balæus ex illuſtrationibus Bedæ Iohannis Nouiomagi, refert concubinam fuiſſe papæ) puerulus uilloſus, ungues urſi inſtar habens naſcitur. Eam ob cauſam pontifex omnes urſorum imagines ex ſuis domibus aboleuit, iuxta Bergomenſem libro decimotertio. Eodem anno peſtis in Scotia primùm plurimos interemit. Hector Boëtius dicit, iſtum morbum antea Scotis fuiſſe incognitum. libro 13.

Anno 1284. in uigilia S. Catharinæ, noctu uentorum ui multæ domus, multæ arbores, multa monaſteriorum clocearia, campanilia uulgò uocant, diuerſis in locis per Galliam euerſa ſunt. Erphurd. capite 95.

Circiter hoc tempus in ſecundis nuptijs Alexander III. rex Scotorum, cum ex more cum noua nupta choreas duceret, multis nobilibus uiris & fœminis ſubſequentibus, effigies hominis mortui, carne nudatis oſsibus, vulgò Scheleton uocant, extremos clauſiſſe uiſa eſt. Hector Boëtius lib. 13.

Sub initium anni 1285. cœli grauitas primùm ſubitò exorta eſt: eam tanta ſiccitas ſubſecuta, ut herbæ fermè omnes exaruerint: denique imbres ſubuenêre maximi. unde fames extitit, quæ Angliam uſque ad obitum Eduardi afflixit, hoc eſt, totis annis 23. Ranulphus libro ſeptimo, capite trigeſimooctauo: Polydorus libro 17.

Anno 1286. cometa apparuit, qui comam occidentem uerſus dirigebat. Iohannes de Oppido, Faſcic. temporum. Eodem anno, in æſtate, nouum genus uermium Boruſsiam infeſtaſſe dicitur, qui caudis cancrorum præditi, intra tertium diem necauêre quoſcunque ſuo aculeo pupugiſſent. Cromerus libro 10. rerum Polonicarum.

Fuldenſe cœnobium incuria æditui totum conflagrauit, unà cum templo, in quo nec altaria ſalua manſerunt & integra. Chron. Fuld.

Eodem anno, 6. Iulij, Magdeburgi tanta tempeſtas fuit, ut mundi finem adeſſe putarent. Grando cecidit per quatuor miliaria. Fulgura, tonitrua horriſona ingentem hominibus terrorem incuſſere. Chronicon Saxoniæ.

Philippo Francorum rege bellum inferente Arragonibus apud Gerundam, ad annum 1286. morbi uis inaudita exercitum eius inuaſit ſubitò. Ex aëris cor-

ruptione muſcarum ingens copia originem habuir, quæ cibos obtegebant. Febre correpti plurimi. Exercitus magna pars extincta. Blondus decadis ſecundæ libro 8.

Anno 1287. in feſto S. Nicaſij, quindecim inſulæ in Selandia, ex maris inundatione ſubmerſæ ſunt, atque cum his unà 85000 hominum utriuſque ſexus. Erphurdienſis capite 95. ex Chronico Flamingorum.

Mortuo Honorio 4. cardinales, qui alterius pontificis creandi cauſa conuenerant, repentina lue affecti moriuntur. Terræmotus uſqueadeò magni inualuerunt, ut fuga ſibi conſulentes, electionem in aliud tempus diſtulerint. Simoneta libro 6. cap. 11.

Anno 1288. in diœceſi Leodienſi, in uilla Erckel, puella quædam ſine cibo & potu annis pluſquam 30. uixit. Plebanus hoſtiam (uti uocant) primùm non conſecratam ei porrexit, quam deglubere non potuit: rurſus conſecratam offert, quam facili negocio intra ſe recepit. Nauclerus uolum. 2. gen. 43.

Anno 1289. in die diuiſionis Apoſtolorum terræmotus factus eſt per uniuerſum terrarum orbem. Flores temporum Hermanni Gygantis. In uilla Eghinhauſen eodem anno prope Suſatum in Vueſtphalia, puer natus eſt maſculus, facie ad dorſum uerſa, reliqua membra ſuo erant loco ritè diſpoſita. Et in uilla Meyenberg natus eſt puer uittam rubeam ter collo circundatam habens, & pòſt quaſi nodo colligatam ſub mento, & poſt nodationem utramque partem mamillam ad uentrem uſque dependentem, ut Erphurd. capite 95. loquitur.

In comitatu Rudolphi Habsburgici, in aqua ſubmerſi ſunt prope pontem Heidelbergum 300. uiri. Goslariæ domus regia in die Petri & Pauli redacta eſt in cineres. Chron. Saxoniæ.

Anno 1290. hyeme nix profunda cecidit, frigus perexiguum fuit. Flores temporum Gigantis. Circiter hunc annũ Praga inflammata, rurſus cœpta eſt inſtaurari. Nauclerus uolum. 2. generat. 44. Brunſuigum hoc anno itidem in cineres redactum eſt. Funcius in Chronologia.

DE PRODIGIIS ET REbus admirabilibus ſub Adolpho.

ANno 1293. magna pars ciuitatis Vuormatienſis denuò horribili incendio conflagrauit. Chron. Hirſaug.

Anno 1294. paſsim plurimi homines inedia & fame extincti ſunt. Polydorus libro 17. Tantam enim tum ſiccitatem fuiſſe teſtatur Nauclerus, ut riuis & fontibus aqua defuerit, gramina in pratis exaruerint, iumenta ſtraminibus nutrita. Fruges ſiliginis ante feſtum Iohannis meſſæ fuerunt, botri collecti circa natiuitatis Mariæ. Volumine 2. generat. 44.

Anno 1295. in octaua S. Auguſtini, circa meridiem, terræmotus ingens factus eſt, qui in Turonenſi epiſcopatu turres & caſtella euertit. Epitome mundi. Balæus dicit, terribilem elementorum concuſsionem hoc anno extitiſſe. Cent. 4. cap. 70. in Appendice, ex Ioanne Eueriſdeno.

Eodem hoc anno, 3. nonas Aprilis, in Paſchate, nix alta terras operuit, grandines fruges attriuêre. Pridie nonas Septemb. tellus intremuit. In Alpibus Rheticis quindecim caſtella, arces euerſæ. Fames Boios afflixit. Auentinus lib. 7. Annalium Boiorum.

Anno 1297. peſtis & fames Scotiam grauiter afflixerunt. Iohannes Maior de geſtis Scotorum lib. 4. cap. 14.

SVB ALBERTO.

ANno 1298. honeſta quædam matrona in Suſato oppido Vueſtphaliæ, puellam peperit, quæ maſſæ carneæ ad genua uſque immerſa fuit. Exempta iſthinc ope Medicorum, corpore ſaluo & integro, nõ amplius quàm tribus diebus ſuperuixit. Mater in ipſo partu expirauit. Erphurd. cap. 96.

Circa feſtum S. Andreæ, Reatæ & in uicinia terręmotų plurima ædificia corruerunt. Multis diebus tum terra tremuit, quamuis non continuè, ſed tanquam per interualla, ut homines tectis relictis, noctu ſub dio cubarent. Ipſe pontifex Bonifacius octauus apud prædicatores in tentoriolo, de ſubtilib. aſſeribus facto, ſe continuit. Subſtiterat enim tum Reatę. Faſciculus temporum, Sabellicus Ennead. 9. li. 7. Appendix Martini Poloni. Apparuit tum quoque cometa miræ magnitudinis & uagus. Simoneta lib. 6. cap. 14. Platina in uita Bonifacij. Sebaſtianus Franck 1300 anno hunc cometam exarſiſſe dicit.

Anno 1299. tantus fuit terræmotus, ut nemo hominum eo tempore ſuperſtes unquam ſenſerat. Hunc cometa mirabilis ſubſequitur. Balæus Centuria 4. ſcript. Brytanniæ in Appendice, cap. 76. ex Ioanne Eueriſdeno.

Calendis Decembris hoc anno uehemens uentus ædificia euertit. Subſequitur maxima aëris tranquillitas, cœli ſerenitas, & calor inſolitus, uſqueadeò, ut ſequente

quente Ianuario arbores floreſcerent. Ingens poſtea aquarum inundatio ſubſecuta eſt. Auentinus lib.7.annal.Boiorum.

DE MIRACVLIS SVperſtitioſis & fabuloſis.

ILLVSIONES ET MENdacia *pro ſanctorum cultu & inuocatione ſtabilienda.*

HYdropica mulier in eo loco, ubi Petrus Mediolanenſis obtruncatus occubuit, cum oraſſet, ſanitati reſtituitur. Obſeſſas à Dæmonibus mulieres idē liberauit. Alteri cuidam digitum ſiniſtrę manus reſtituit in integrum. Puer lapſus grauiſsimè, ut exanimatus iaceret, ubi terra ipſius ſanguine contacta aſpergeretur, quamprimùm habere cœpit meliuſculè. Eodem modo terra effoſſa applicata mulieri, quam cancer abſumebat, ſalutaris extitit. Denique qui ad tumbam eius peregrinati ſunt, ibi liberati eſſe dicuntur, ſi credere fas eſt. Vincentius libro trigeſimoprimo, cap.104.

Anno 1211. nobilis quædam matrona apud Lemonitas diem clauſit extremum. Cum exequiæ illi fierent, reuiuiſcit. Dixerat id Mariæ Magdalenæ beneficio factum, quæ labia eius tetigerat. Ptolomęus Lucenſis in Rudimento Nouitiorum, Vincent.lib.30.cap.2.

Mulier quædam in aquam cadens, Antonij de Padua Minoritę opem implorat. Adſunt qui eam extrahunt. Ibi ueſtimenta eius ſicca uiſa ſunt, cunctis madefactis, qui eam extrahebant. Vincentius lib. 30. cap.135.

Monialis quædam ordinis Pauperum Dominarum, ignem metuens purgatorium, interuentu eiuſdem Paduani Antonij acerbiſsimis in hac uita affecta cruciatibus, à purgatorio igne immunis extitit. Vincētius ibidem ex Iacobo de Victriaco.

Miles quiſpiam menſæ aſsidens, cuticulamq́ue curans, ubi plurima de Antonio Paduano commemorari audiret, dixit, ſe tum crediturum ipſum ſanctum eſſe, ſi uitreum cyphum proiectū in terram integrum conſeruaret, ſimulq́; terræ allidit. Verùm illæſo manēte oitro, hunc cum reliquis pro ſancto habuit. Ibidem.

Ad Holingeri ſepulchrum in monaſterio monialium nomine Scogh, prope Vpſaliam, quem Ericus Balbus ob rebellionem, capitis ſupplicio affectum ſuſtulerat è medio, anno 1229. facta eſſe plurima miracula, refert Ioannes Magnus in teſtimonium innocentiæ eius: lib.19. cap.14. Gothicæ hiſtoriæ.

Cum alicuius ſancti feſtus dies appropinquabat, ſanctus ille angelis comitatus Mariam de Oegnies acceſsit, & cum ipſa familiariter uerſatus eſt. Vnde in tantam tum ſanctorum, tum angelorum noticiam peruenit, ut alterum ab altero exactè noſſet diſcernere. Vincentius libro trigeſimo, cap.44.

Anno 1227. ipſo die Mariæ Magdalenæ, manus conſeruut Lubecenſes cum Vualdemari regis Daniæ copijs. Verùm quia Lubecenſes aduerſum ſolem habebant, uotum uouent, ſe quotannis feſtum diem Mariæ Magdalenæ ſoleniter peracturos, ſi prælio ſuperiores extiterēt. Extemplò aiunt Mariam Magdalenam ſe ſoli obieciſſe, & tandem etiam poſt puguam ancipitem uictoriā fuiſſe penes Saxones. Cranz.lib.7.cap.41.Saxoniæ.

Cum Heinricus VII. Thuringiæ Landgrauius, Rutlingen anno 1247. obſideret, ciues uouent, ſe B.Virgini ſacellum cōſtructuros, ſi liberarentur. Mox dicitur B.Virgo apparuiſſe, & hoſtes abegiſſe. Chron. de ducibus Bauariæ.

Mulier quædam quatuor fœtus in lucem edidit mortuos. Vbi uerò ſanctum quempiam inuocaſſet, mox quartus reuiniſcit. Chron.manoſcriptum.

Boleſlaus princeps & Prendota Cracouienſis epiſcopus, apud Innocentiū quartum Stanislai quoudam Cracouienſis epiſcopi canoniſationem urſerunt. Cum res differretur, & imprimis Reginaldus Hoſtienſis ſeſe opponeret, protinus grauiſsimo morbo corripitur. Noctu ex morbi uiolentia euigilans, uidet uirum pontificaliter indutum ſibi aſtare, qui & nomen ſuum dicit, & cauſam morbi oſtendit. Epiſcopus ueniam petit, & ſimul conualeſcit. Proinde è ueſtigio pontificem accedit, & canoniſationem, cui antea aduerſatus fuerat, petit & impetrat: ideoq́; ſexto Idus Septemb. Aſsiſij in Franciſci baſilica diuorum uumero adſcribit. Fortè adoleſcens mortuus eodē tempore adfertur. Ibi pontifex pro Stanislai ſanctitate declaranda, humi proſtratus orat, ut iuuenis uitam recipiat. Mox reuiuiſcit ille, atq; hoc pacto Stanislai ſanctitas multis innotuit. Cromerus lib.9.de rebus Polonorum.

Temporibus Roberti Leodienſis antiſtitis ſiccitas tanta fuit, ut iam de humina ſcentibus actum eſſe uideretur. Proceſsiones mandantur tres, & circomgeſtatio reliquiarum corporiſq́ue Theobaldi. Primùm igitur Apoſtolos, deinde S.Leonardum, deniq; S.Ægidium ſupplicandi gratia uiſitant. At fruſtra ea fuere, ſiquidem (ut illi nugantur) prima die commemo-

rationem de B. Virgine non fecerant, cuiuſdam ſanctuli ſuggeſtione. Quod uerò cũ in ſecũda proceſsione feciſſent, quamprimùm imber largus cecidit, ut ex ipſa proceſsione fugere, & tecta ſubire cogerentur. Catalogus Tungrenſium.

EOSDEM SVI CONTEMptum & uiolationem ulciſci.

CVm aliquis fortè inter ueſcendũ, de Petro Mediolanenſi iá defuncto minus loqueretur honorificè, bolus aſſumptus faucibus uſq; adeò inhęſit, ut nec deglutire nec euomere poſſet, & iá etiá morti uicinus uideretur. Verùm facti pœnitẽs, uouensque ſe in poſterum nihil tale facturum, per uomitum eijcit bolum & liberatur. O' ſanctum uindictæ cupidum, adiramque præcipitem. Vincentius libro 31. capite 104.

PRO CONFIRMANDO ERrore, ſanctos mortuos, homines quid facere debeant, docere, futuraq; prædicere.

MAriæ de Oegnies cibum capienti circa Aſcenſionis Domini feſtum, apparere ſolitus eſt Ioannes Euangeliſta: cacodæmonem ipſum fuiſſe multò uerius dicas. Eo cibo, qui tamen exiguus fuit, contenta uixit uſque ad Pentecoſten. Nibil de labore ſolito remiſit, nec toto illo tempore capitis ſenſit dolores. Alio tempore, quo more ſolito ſilentium præſtitit, totis 35. diebus cibum non cepit. Vincentius libro 30. cap. 22. ex Iacobo de Victriaco.

Eremitas Alexander quartus coëgit, uiſione cuiuſdam, qui Auguſtini nomen pręſe ferebat, admonitus, ut oppidatim populum docerent, & confeſsiones audirent. Sebaſtianus Franck.

Anno 1265. Tartaris in Polonia ſæuientibus, Kinga Boleslai Pudici uxor pro uictoria contra hoſtem ſæuum orat. Mox illi duo candida induti ueſte adſiſtunt, bellique euentum & uictoriam penes Polonos futuram prædicunt. Exiſtimatum eſt fuiſſe Geruaſium & Protaſium, quorum die pugnatum eſt. Crom. libro 9. de geſtis Polonorum.

PRO RELIQVIArum cultu.

ANno 1203. diabolus cuiuſdam ſcelerati rabulæ cadauer ingreſſus, per tres fermè menſes cunctis Saliſberiæ tempore nocturno horrorẽ incuſsit. Si quis homo uel brutum occurriſſet, lacerabatur: ſi quid fortè in platea obſtitiſſet, atterebatur. Vix in domibus tutò eſſe poterant. Tertio menſe, in plenilunio, nocte ſerena, iuuenis quiſpiá ex editiore turris parte noctu uidet ſepulchrum iſtius protinus aperiri, rabulam egredi, pannis quibus inuolutus erat peculiari loco poſitis. Primùm inter canes tumultuatur, & unũ poſt alium dilaniat: pòſt per totam urbem ſolito more circumuagatur. Interea temporis iuuenis ille deſcendit, pannos abducit, expectans quid futurum ſit. Redit ad ſepulchrum cadauer, quærit pannos, non inuenit. Olfactu igitur, ut canes indagatores ſolent, eos quærit, murumque conſcẽdit. Iuuenis per funem ſeſe demittit in templũ, pannosq; conuolutos ſummo altari imponit, illisq; inſidet: crucẽ manibus prehẽdit, qua inſectantem abigat. Sequitur ſuos pannos quærens rabula. Iuuenis crucẽ obijcit, quouſq; manè æditus templum ingreditur. Tum cadauer corruit, & fœtore horribili totum interius templum replet. Iuuenis morbo correptus diu decumbit: poſtea ſanitati quodammodo reſtitutus, hæc retulit. Cadauer extra urbem in turpi loco comburitur, incolæq; hoc pacto à plaga liberantur. Erphurd. capite 92. Ptolomæus Lucenſis.

Vidit Maria de Oegnies puerum claritate fulgentem circa pixidem, in qua panis azymus incluſus adſeruabatur. Cúmque amici quærerent, qualia eius eſſet claritas: reſpondit, Quantum ſcilicet ſolis iubar candelæ lumen excedit, tantum illius claritatem ipſius ſolis etiam ſuperare. Vincent. lib. 30. cap. 45.

Maria de Oegnies de paruula cruce lucidiſsimos radios exire uidebat aliquando, in qua, particula crucis, cui Chriſtus affixus eſt, aſſeruari exiſtimabatur. Vincent. lib. 30. cap. 46.

Alio tempore quiſpiam familiariter notus Mariæ de Oegnies, uenit ad ipſam manu os geſtans, quod repererat, cui tamen literæ non erant adiunctæ, cuiusnam eſſet. Monialis, ut certi aliquid cognoſceret, ad preculas ſeſe uertit. Apparet ipſi quidá, qui nomen ſuum non dicit, etiamſi interrogaretur. Tandem quatuor literis nomẽ ſignificat, A.I.O.L. Hinc cognouit Aigolphi eſſe, qui in magno honore eſt apud Pruuinum in Campania. Ibidem.

Ciſtercienſis quidam monachus prope Pariſium, in prato, ſub mortem Innocentij tertij obdormiuit. In ſomnis uidit quendam nudo corpore, papali decoratum infula, ad ſedem Dei properare, & clamitantem: Miſerere mei Deus, miſerere mei. Hunc draco inſequebatur, uociferans: Iuſtè iudica iuſtiſsime Iudex. Tum Dominus ad papam: Vbi diuitiæ? ubi delitiæ? ubi honores? Ego Dominus,

ego

ego iudex, ego uindex. Cumq; draco animam iamiam rapturus erat, illa ad crucē quādam confugit, & ſic iſtius manus euaſit. Chronicon manuſcriptum.

In Iconio, menſe Iunio anni 1248. in quodam palatio crux ſepulta fuit. Forte urſus, qui aderat, qui cum ſtellio quiſpiam ludebat, eam perminxit, protinuſque expirauit. Videns hoc Saracenus, ut Chriſtianis ægrè faceret, manu eandem percuſsit, quæ quamprimùm exaruit. Alius itidem Saracenus bene potus eam lotio aſpergere uolens, ſubitanea morte extinctus corruit. Ptolomæus Lucenſis ex Chronicis Francorum. Vincentius lib. 31. cap. 53. priore anno hoc factum aſſerit.

Ludouicus cognomento Pius, audita matris morte, domum ex Syria properat, anno 1250. Nocte tertia nauigationis, nauis fundo illiditur uſqueadeò, ut ipſi quoque nautæ exiſtimarent, iam periculum mortis ſibi imminere. Sacrificuli qui circum regem erant, ad regem accurrunt, atque ad panem azymum prouolutum inueniunt orantem. Exiſtimatum eſt, regis interceſsione & merito ſeruatam eſſe nauem. Nauclerus uolum. gener. 42.

Ad annum 1277. in Polonia lacus quiſpiam à dæmonibus uſqueadeò infeſtatus dicitur, ut in eo nemo piſcari auſus fuerit. At cùm hyeme glacie concretus eſſet, ueniunt eò piſcatores cum ſacerdotibus, qui uexilla, cruces, ſanctorumque ementitas & fictas reliquias unà adducebant. His igitur confiſi præſidijs, rete immittunt, & primò quidem tantùm piſciculos tres capiunt: altera uice rete conuolutum, deniq; monſtrum aſpectu terribile, caprino capite, ignitis & flammantibus oculis extrahunt. Diffugientibus cunctis, monſtrum ſe rurſus ſub glaciem, aquæ immergit, & in toto lacu ſtrepitum ſonitumque ciet. Quos afflarat ſuo halitu, hi fœda ulcera retulerant. Cromerus lib. 9.

PRO CONFIRMANDA MISſa priuata, tranſſubſtantiatione, ac primatu pontificis.

ANno 1200. apud Roſeum in Brya in Miſſa uinum in ſanguinem, panis in carnem tranſmutatus dicitur. Erphurd. cap. 92.

In Carinthia in caſtro Stain panis azymus in manu Vvolberti cuiuſdam ſacerdotis in ſanguinolentam carnem tranſmutatur, anno 1228. Chronicon Martini.

Vbi ſacrificulus in Miſſa hoſtiam, ut uocant, eleuauit, ſæpe Maria de Oegnies ſpecioſum puerum in manibus eius uidit, angelosque non paucos cum luminaribus. Si quando uteretur dignè, ipſum Dominum animam eius occupare uidit, eamq; mirabili claritate illuſtrare: ſin indignè, Dominum recedere conſpexit, anima relicta obſcura, & caliginoſa. Fides ſit penes autores. Vincent. lib. 30. cap. 37. ex Iacobo de Vitriaco.

Sacrificulus quiſpiam Miſſam celebrabat pro Maria de Oegnies, quæ præſens aderat. Miſſa finita, adiens illa ſacrificulum, dixit: Miſſa illa mea fuit, hodie enim filium pro me patri obtuliſti. Ille cum miraretur, unde hoc ſciret, ſiquidem nemini hominum, præterquam ipſi ſoli, hoc conſtabat: reſpondit Maria, Se uidiſſe pulcherrimam columbam ipſius capiti inſidentem, quæ alas ad ſe extenderat. Hinc ſe ſcire, Miſſam pro ſe factam eſſe. Quoties ſacrificuli Miſſas dignè celebrarent, angelos uidit eadem mulier ſedulò cooperantes, ſacrificulos benigno uultu intuentes, & deuotè uenerantes. Vincentius lib. 30. cap. 32.

In feſto Apoſtolorum Philippi & Iacobi, Albertus legatus pontificis Gregorij noni, bis enſem cœlitùs demitti in ſomnis uidit, & B. Virginem reliquosq; Apoſtolos cuncta legati acta confirmare, ac rata habere, quæ uel faceret, uel animum induceret. Auentinus libro 7. Annalium Boiorum.

QVOD REBVS CONSEcratis peculiaris quædam uis inſit.

EBoracum allatus eſt puellus anno 1206. (iuxta Ioannem Maiorem lib. 4. cap. 6. de geſtis Scotorum) ad Guilhelmum Scotiæ regem, qui cum Ioanne Anglo poſt factam pacificationem ibi aderat, forma eleganti, cuiuſdam uiri nobilis in agro Eboracenſi hæres. Eius oculorum alter ſanie madebat, altera manus areſcebat, alter pes nec lingua officium faciebant. Hunc ubi Guilhelmus acceſſiſſet, & cruce ſignaſſet, ſolo tactu priſtinæ ſanitati reſtituit. Hector Boetius lib. 13.

Anno 1202. Euſtachius abbas de Flai Angliam ingreſſus, prædicare cœpit, ſimulq; miraculosè plurima egit. Inter reliqua conſecrauit fontem de Vvy prope Cantuariam. Quotquot uerò malè habentes ex eo bibebant, rurſus conualuerunt. Mulier dæmoniaca inde bibens, bufones duos euomit. Hi ſtatim in canes conuerſi, & rurſus in aſinos, ſcilicet iuxta Metamorphoſes Ouidij, ſurſum uolitarunt, poſt ſe fœtorem horribilem relinquentes. Ranulphus libro 7. capite 32. in Polychronico.

AD CONFIRMANDAM *peccatorum enumerationem.*

MOnialis fani de Oegnies iam animam exhalatura, multos diabolos paſsim oberrantes experitur. Ibi Maria de Oegnies his ſe opponit, ſuoque pallio illos inſtar muſcarum circumuolitantes abigit. Cum ne ſic quidem ſecederent, Chriſto inuocato dixit: Domine, pro hac anima fideiubeo. Licet enim peccarit, ſua tamen peccata confeſſa eſt. Quòd ſi quid fortè oblita, etiamſi loqui non poſsit, tempus attamen contritionis ipſi reliquiſti. Hoc modo abactis immundis ſpiritibus, alij in iſtorum locum uenerunt, angelis lucis perſimiles. Vincentius lib. 30. cap. 30.

PRO CONFIRMATIONE *uitæ monaſticæ.*

IN deſcriptione hiſtoriæ Petri Mediolanenſis, Vincentius refert, cuiuſdam nobilis filium præ nimio tumore gulæ, nec ſpirare nec loqui potuiſſe. Eum, cum Petrus ille acceſsiſſet, lenatisq; manibus cruce ſignaſſet, atq; cucullum ſuum tumori impoſuiſſet, conualuiſſe. Idem nobilis, ubi grauiſsimos poſtea dolores pectoris perſentiſceret, ut de uita etiam periclitaretur, cappam qnam ex eo tempore reuerenter aſſeruarat, pectori applicat. Mox uermem bicipitem, pilorumq; denſitate uilloſum euomit, & ſanitatem recuperat. Lampades ad ſepulchrum eiuſdem pendêre ſunt uiſæ ardentes, quas nemo hominum accendit. Vineent. libro 31. cap. 104.

Maria de Oegnies ſui ipſius poteſtatem non habuit, quippe quæ angelo familiari tanquam abbate uſa eſt, ad cuius imperium uel in templo remanere, uel in cella eonquieſcere eam oportuit. Si quando uigilijs exhauſta eſſet, eius monitu ſomnum oculis dedit: paulo pòſt rurſus de ſomno excitata, ad eecleſiam per iſtum dedncta eſt. Idem lib. 30. cap. 25. ex Iacobo de Victriaco.

Ioannes de Diuanto, cognomento Ortolanus, moriturus angelos quamplurimos ſecum habuit. Purgatorij tormentorum planè fuit expers, qnod Mariæ de Oegnies reuelatum eſt, quòd ab ineunte ætate uirginitati & innocentiæ ſtuduiſſet, plurimisq; ſuo exemplo autor extitiſſet ingrediendi uitam monaſticam. Idem lib. 30. cap. 32.

Maria de Oegnies ſola aliquando ſedens in ſua cella, & de mirabilibus ſupra ſe ſpeculans, audiuit uocem: Hæc eſt filia mea dilecta, in qua plurimum delector. Sæpe ſibi uiſa eſt caput ſuper genua Chriſti glorificati reclinare. Ibid. cap. 45.

Ericus Daniæ rex Vueneeslaum Boëmiæ ducem à fratre interfectum deuotus coluit. Is in ſomnis Erico apparuit, inquiens: Confide frater, adſum, quem eolis. Nuncius tibi uenio, eodem te martyrij genere abſumendum, quo & ego. Prius tamen uolo, ut monaſterium in terra Reualenſi conſtruas, in honorem Dei & mei. quod gnauiter ille incœpit, ſed minimè perfecit. Dania Cranzij libro ſeptimo, capite 21.

Conradus Thuringiæ Landgrauius, cum ordinem Teutonicum ſuſciperet, dicitur uiſibiliter in ignis ſpecie aceepiſſe Spiritum ſanctum, cum illi ſolito more benediceretur. Nauclerus uolum. 2. generatione 42. Chronograph.

Salomea Halicienſis regina mortua, aliquot dies inſepulta Cracouiæ in Franciſcanorum æde aſſeruata, ſuauem ſpiraſſe odorem, oleumq; ſudaſſe dicitur, quo ægroti inuncti conualuerunt. Cromerus lib. 9. de rebus Polon.

DECEPTIONES AD ERRORES *de exequijs, purgatorio, de operum meritis, peregrinationibus, de inferno corroborandos.*

INgens manium multitudo apparuit Mariæ de Oegnies, humiliter ipſi ſupplicantium. Illa quamprimùm relicta eella templum petit, ut qnid uellent, ibi peculiari reuelatione edoceretur. Reſponſum accipit, defunctorũ eſſe animas, quæ igne purgatorio torqueantur, atque orationum ipſius poſtulare ſuffragia, quibus tanquam precioſo nnguento dolores ipſarum lenirentur. Vincent. lib. 30. cap. 23. ex Iacobo de Victriaco.

Solita eſt quotannis eadem ſuperſtitioſiſsima monialis peregrinari ad templum B. Mariæ. Cumque toto illo die & ſequente nocte ieiunaret, altero pòſt ad ueſperam primùm ieiuna domum remeauit. Hic angeli ipſi præſtò fuerunt, qui deducebant. Vbi etiam aliquando largus imber deſtillaret, illa tamen madefacta non eſt, ſtellis quibuſdam in ſuperiore aëris regione ſuper ipſam quaſi pluuiam retinentibus. Ibid. cap. 24.

Sororem fratrum de Oegnies, hiſce de cauſis in commentitio purgatorio tormenta non unius generis ſentire, reuelatum eſt Mariæ de Oegnies per S. Petrum ſcilicet, qui calore primùm uehementi ipſam torqueri aiebat, quòd nimis ardenter mundum eiuſque delitias amaſſet: frigore uerò, quòd pigra & deſidioſa fuiſſet in operibus bonis, imprimis quòd

mis quòd familiam ſuoſquè negligenter rexiſſet: ſiti, quoniam potationibus nacaſſet: nuditate, ſiquidem uſa fuiſſet ueſtibus ſuperfluis. Vincentius libro 30. cap. 30. ex Iacobo Victriaco.

Viduæ cuiuſdam prope Niuellam extinctæ conditio in purgatorio igne, Mariç de Oegnies reuelata eſt, quòd ob quçdam iniuſtè parta torqueretur. Id cum filiæ uirgini Margaretæ innoteſceret, protinus illa per fraudē ablata reſtituit. Tum uiduæ anima niue candidior Mariæ de Oegnies apparet, & nunc per omnia purgata, ſe ad cœleſtea epulas aſcendere dixit. Ibid. cap. 31.

Si quando infirmi extremo unctionis oleo inungerentur præſente Maria de Oegnies, uidit ipſum Chriſtum cum alijs ſanctis præſentem, infirmum corroborãtem, dæmones expellentem, animam expurgantem, totumq́ue corpus eius ſplendore quodam mirabili illuſtrantem. Vincent. lib. 30. cap. 37. ex Iacobo de Victriaco.

Beata uirgo morituram Mariam de Oegnies admonuit de accipienda extrema unctione. Inter ungendum adſunt ibi B. Petrus clauiger, ſpem ipſi faciens, ſe cœli ualuas aperturum, eamq́ue intromiſſurum. Chriſtus crucis uexillum pedibus eius affigit. Alij qui iampridem erant mortui, quos in hac uita nouerat, itidem frequentes adſtant, eam conſolantes. Alius uenit ab ipſa auxilium petiturus aduerſus purgatorij ignis cruciatus horribiles. Vincentius lib. 30. cap. 49.

Vbi M. Iordanus cum duobus ſocijs monachis, in peregrinatione, alijsq́; numero 90. perſonis ſubmerſus in mari, terræ appuliſſet, luminaria cœlitùs ſuper eos fulſerunt. Cruces quoq; multæ ſuper illos uiſæ. Vincent. lib. 30. cap. 137.

Quidam Romipeta in diœceſi Andegauenſi interfectus eſt, circa annum 1251. Cultellus ſanguinem ſtillauit, etiamſi arena fricaretur, & ſedulò abſtergeretur, quouſque cadauer exanime terræ mandaretur, & homicida ultimo ſupplicio rurſus afficeretur. Ioannes de Oppido.

ILLVSIONES QVAEDAM *Satanicæ.*

INter ſuperſtitioſa miracula meritò & illud numeratur, cuius meminit Hedio parte 4. Chronici, quòd quidam Magus Belga, Crucenachi anno 1272. ſemo uiſus ſit caput amputare, & poſt horam dimidiam illud in integrum reſtituere. In aere iidem canibus uenaticis feras inſectatus eſt. Item cataphractum, plauſtra fœni & lignorum unà cum equis uiſus eſt deuorare.

PRO CONFIRMANDO ENthuſiaſtarum errore, qui peculiares reuelationes cœlitùs quærunt.

CYrillo monacho Carmelitanæ ſectæ, Dei uoluntatem, tabulis argenteis digito Dei inſcriptam, patefactam per angelum, nugatur Ioannes Trithemius in Catalogo ſcriptor. Eccleſiaſt.

CAPVT XIIII.

DE REBVS IVDAICIS *externis ſiue politicis.*

REliquias gentis Iudaicæ hoc ſeculo per Germaniam, Galliam, Hiſpaniam, Angliam, Boemiam, aliaq́ue orbis terrarum loca paſsim oberraſſe magno numero, ex ſequentibus patebit.

DE OPERIBVS EORVM *contra Chriſtianos.*

IVdæi ſemper ſui ſimiles, odio Chriſti nefandam in Chriſtianos ſçuiciam furtim exercuerunt, diaboli inſtinctu, qui ut erroribus ipſorum mentes excæcauit, ita quoq; ſanguinem Chriſtianum, omni humanitate depoſita, eos ſitire impulit. Nam ſub huius ſeculi initium, Richardũ puerum Pariſijs interfecerunt. Eam ob cauſſam Philippus rex bonis exutos, regno Franciæ eiecit. Sched. ætate 6.

Et anno 1236. Iudæi in Fuldenſi oppido commorantes, quoſdam Chriſtianorum pueros in molēdino clam interfecerunt, ut ſanguinem eorum acciperent (Muntzerus quinq; interfectos dicit in Chron.) Re patefacta, plurimi eorum cremati ſunt, reliqui grauem perſecutionem ſuſtinuerunt. Chron. Hirſaug.

Hugonem puerum in Anglia Lincolniæ crucis ſupplicio affecerunt, matremq́ue Chriſti in figura (ut Ioannes Maior loquitur) fecerunt, anno 1258. Quam ob cauſſam Heinricus rex plurimos eorum ſuſtulit è medio. lib. 4. cap. 12. de geſtis Scotorum, & Funcius in Chronologia. Balæus Cent. 4. cap. 22. ſcriptorum Brytanniæ in Appendice, ponit annum 1255.

Pragæ in Bohemia Iudæi die Paraſceues, anno 1283. hominem Chriſtianum Iudæo ſeruientem, clauſis ianuis crucifixerunt, impletis primùm in ipſo omnibus, quæ didicerant in Chriſto peracta eſſe. Quod ubi populus comperiſſet, armis correptis, horribiliter in eos ſæuijt. Cranzius lib. 7. cap. 40. in Vandalia.

Puerum quendam Vuernerum, ex uilla Vuamraid oriundum, furto ablatum,

Iudæi

Iudæi acubus & cultris pũgunt,13.calend. Maij,anno 1287.non procul à Rheno,& ſic ſanguinem eliciunt. Puerum poſt diuturna tormenta interficiunt tandem. Chron. Hirſaug.

Bernæ perfidi Iudæi Rodolphum puerum,tormentis ſubiectum,interficiunt eodem anno. Rei ſceleris à Bernenſibus ſupplicio rotæ afficiuntur.Imperator Rodolphus Bernam eam ob cauſſam obſedit, ſed re infecta rurſus diſcedere coactus eſt. Vvernerus Roluinck in Faſciculo temporum.

CAPVT XV.

DE ALIIS RELIgionibus extra Eccleſiam.

DE IVDAISMO.

NOn dubium eſt, obſtinatam gentem Iudaicam ſuos errores hoc etiam ſeculo retinuiſſe, & mordicus defendiſſe,cum ſynagogas, in quibus conuẽtus egerunt, paſsim habuerint, teſte Vincentio lib.29.cap.20.

Præterquam quòd paſsim hoſpicia Iudæis à politicis magiſtratibus conceſſa ſunt, immunitatem quoque eis conceſsit Romanus pontifex Gregorius nonus,anno 1235. inuitis Chriſtianis regibus,interuentu pecuniæ,ne ſcilicet à Chriſtianis regibus cenſerẽtur, & quòd eis liceret Chriſtianos ſeruientes & nutrices habere in dedecus & deriſum Chriſtianorum magiſtratuum. Balæus Cent.3.cap.97.in Appendice,ex Matth. Pariſio.

QVI SE ILLIS OPPOſuerint.

Eccleſiaſtici uiri. Heinricus Antiſiodorenſis epiſcopus, per Petrum quendam comitem Iudæos ex ſuo territorio eiecit, eorumq; ſynagogam in Dei eiuſque ſanctorum conuertit honorem. Vincent.lib. 29.cap.100.

Decreuit Innocentius III. ut ſi immodicas uſuras à Chriſtianis exigerent,ab omni ſocietate Chriſtianorum excluderentur, donec de damno dato ſatisfeciſſent. Concilium Lateranenſe. Idem conſtituit, ut Iudæi peculiari ueſtitu ſemper uterentur,quo dinoſci poſſent:néue lamentationum tempore in publicũ prodirent: ut feneſtras & ianuas ſuas claudere compellerentur: ut ad Chriſtianiſmum conuerſi,non in domibus, ſed in agris ſeruirent. Interdixit, ne nouas erigerent ſynagogas: ruinoſas quidem reſtaurarent,uerùm nullo modo ampliarent. Chronicon Ædirui. Item, ne Chriſtiani Iudæis ſeruiant,omnino interdixit.Faſciculus temporum. Idem præcepit, ut Chriſtiani principes Iudæos ui cogerent, ut illis qui militiam in Saracenos ſuſciperent, fœnus omne remitterent. Quod ſi non fieret,ut ſub anathematis pœna, in uniuerſum ab eorum ſocietate abſtinerent. Chronicon Hedionis.

Martinus etiam IIII. multa bella cõtra Iudęos geſsit,iuxta Faſciculum tẽporum.

Anno 1291.Londini in concilio de Iudæorum eiectione, quorum ingens per Angliam multitudo erat, imprimis agitatum eſt. Publico igitur decreto iuſsi ſunt cum omnibus ſuis bonis aliò commigrare, quod haud ſegniter fecerunt. Balæus Cent.4.cap.60.in Append.ex Polydoro.

Præcipimus, ut Iudæi Nemeſenſis diœceſis omni tẽpore medio pectoris rotam portẽt,ut per hoc à Chriſtianis diſcernantur, & in diebus lamentationis & Dominicæ paſsionis in publicum non procedant. Nec occaſione puerorum ſuorum nutriendorum,uel alia qualibet cauſſa nutrices aut ſeruientes teneant in ſuis domibus Chriſtianos: & ſi contrà præſumpſerint, omnibus Chriſtianis inhibeatur diſtrictè,ne cum eis audeant aliquod commercium exercere. Interdicimus quoq;, ne ipſi Iudæi in diebus Dominicis & feſtiuis præſumant publicè operari, & ne carnes uendant,nec eas comedant publicè in quadrageſima, ſeu alijs diebus, in quibus ab eſu carnis abſtinent Chriſtiani. Quòd ſi contra prædicta fecerint,Chriſtianorum participatio ſiue communio uſque ad ſatisfactionem condignam eis in commercijs & omnibus alijs denegetur. Sub pœna excommunicationis inhibemus,ne quis Chriſtianorum,carnes refutatas à Iudæis in macello Chriſtianorum præſumat uendere, uel alibi infra uillam: præcipientes, ut omnes Chriſtiani uitent conuiuia Iudæorum, nec eos ad conuiuium recipiant: quia cum ipſi apud Chriſtianos cibis omnibus communibus non utantur, indignum atque ſacrilegum,eorum cibos à Chriſtianis ſumi,cum ea quæ Apoſtolus permittit, noſcimus ab illis iudicari immũda.Nullus etiam Chriſtianus uel Chriſtiana azyma Iudęorum manducet,aut cum eiſdem in eadem domo habitet, aut aliquem eorũ pro remedio in infirmitatibus uocet, aut aliqua medicamina recipiat,aut cum eis in balneo ſe lauet. Nec eis ſuper Chriſtianos aliqua publica

officia

officia committantur, ne in Chriſtianos occaſionem habeant ſæuiendi. Chriſtiani autem qui non ſeruauerint ſupradicta, monitione præmiſſa excommunicationis ſententriæ ſupponantur. Item uolumus & diſtrictè præcipimus, ut nullus inuitos uel nolentes paganos, Iudęos, ſeu quoſcunque alios inter fideles ad baptiſmum compellat uenire. Si quis autem eorum ad Chriſtianos cauſſa ſuſcipiendæ fidei confugerit, poſtquam uoluntas eius fuerit Eccleſiæ patefacta, Chriſtianus efficiatur abſque contradictione & calumnia aliquorum & dominorum. Nec à poſſeſsionibus ſeu alijs bonis ſuis propter hoc ullatenus excludantur. Baptiſati tamen ſeruitia debita & conſueta non minus debent Chriſtianis dominis exhibere, ſi tamen eorum domiui fuerinr Chriſtiani, quia in hoc caſu ſerui remanēt poſt baptiſmum: ueruntamen ſi eorum domini Iudæi fuerint, uel alij infideles, baptiſmua ab illorum dominorum ſeruitio ipſos penitus liberauit. Libet ſynodalis Eccleſiæ Nemenſenſis.

Cum Rupertus Magdeburgenſis Roma domum rediret anno 1260. pallio Romano inſignitus, Iudæos qui Magdeburgi & in Salinis Saxonum degebant, cepit, cum feſtum tabernaculorum peragerent, & centena marcarum millia ipſis extorſit, prætet illa quæ ex ipſorum domibus abſtulit. Chronicon Saxoniæ.

Politici. Ioannes rex Angliæ, Iudæos, cum pecuniam dare recuſarent, uarijs tot mētis affectos malè mulctauit, anno 1208. Polydorus libro 15. Anglicæ hiſtoriæ. Ne Iudæi ornamenta ſacra in uadium recipiant, nec ulli religioſo, niſi de conſenſu capitanei ſui, & cum literis parentibus prælati & capituli pecuniam tradant: nullus Chriſtianus ad hæreditatis ſuæ uenditionem cogatur ob Iudæorum debita: una libra non lucretur, niſi duos nummos, una hebdomado, Philippus Francorum rex ſtatuit, teſte Vincentio libro 30. capite 85. Ludouicus tex ab oppugnatione Damiatæ reuerſus, Iudæos uſuris uictitantes iuſsic regno Franciæ diſcedere. Volaterranus libro 3. Geograph. Heinricus Angliæ rex decreuit anno 1251. Iudæos omnes in ſuo regno delete. Verùm diſſuaſerunt illud nonnulli conſiliarij: ſed potius, ut inſtar Cain profugi relinquerentur, & ipſorum miſeria omnium ætatum hominibus hoc pacto ob oculos uerſaretur. Sic animus tegis mitigatus, & decretum aboleiur. Nihilominus ſeriò ipſis eſum carnis in Quadrageſima, & ſextis ferijs prohibuit. Balæus Centuria 4. capire 14. in Append. ex Matthæo Pariſio. Richardus Cornubiæ dux, Iudæos ingenti pecunia emunxit Londini, ànno 1254. Polydorus lib. 16. Anno 1278. ſtrangulari fuere in Anglia 248. Iudæi, quòd aureos nummos furtim minuiſſent. Ranulphus libro ſeprimo, capite 38. in Polychronico: & Balæus Centuria 4. capite 6. ſcriptorum Brytanniæ, in Appendice. Philippus Pulcher Iudæorum bona confiſcauit, eosque regno expulit ob auariciam & alia quædam ſcelera, anno 1284. Bergomenſis libro 13. Ranulphus. Adolphus Imperaror exercitum ducens in Philippum Pulchrum Franciæ regem, dicitur in eo exercitu triginta Iudæorum millia duxiſſe, ut in prima acie conſtiruti primos ictus exciperent. Cuſpinianus. Anno 1290. Iudæi Anglia pulſi ſunt. Nam Angli grauem ad Eduardum 4. querimoniam inſtituerant, quòd uſuris & fraudibus eorum plerique inferioris ſortis homines planè in nihilum redigerentur. Quæ res regi quæſtuoſa fuit. Quilibet enim plebeius regi decimumquintum denarium pendebat, ut Iudæos eijceret. Ioannes Maior lib. 4. capire 9.

Priuati. Anno 1264. à ciuibus Londinenſibus qningenti Iudæi ob execrabiles uſuras interficiebantur. Balæus Cent. 4. capite 61. in Appendice. Ciues Moguntini poſt feſtum reſurrectionis Chriſti, anno 1282. ſeditione in Iudæos concitata, plurimos trucidarunt. Reliquos, omnibus ſuis bonis exutos, ciuitate ſua eiecerunt. Mox per totam Germaniam in eos ſæuitum eſt. Chronicon Hirſaugienſe. Anno 1285. Monachij anicula quædam infantulum Iudæis uendidit, quem illi Deo immolant, punctim acubus cædunt, necant, cruorem malluuio excipiunt, quo perlitare creduntur. Eadem uenefica alterum infantem ſubreptum, à patre deprehenditur, accuſatur, in uincula conijcitur, quæſtionibus admota facinus confitetur, corpus interempti infantis indicat, moxque pœnas luit. Vulgus uiſo corpore ita uulneribus confoſſo, ſæuire cœpit, conclamat, concurrit, inſanit, non expectata iudicum ſententia, Iudæis mortem intentat. Aulici atque prætores ducis impetum compeſcere conantur, minas, uerbera fruſtra ingerunt, conſulturique Iudæis eos in fanum lapideum, Synagogam nuncupant, commigrare iubent. Quò cum Iudæi confugiſſent, fit acrior tumultus. Populus conuolat, ligna, ignem ædi ſubmittunt: faces, ſulphur, tædas, & huiuſmodi fomen-

fomenta, quæ facilè ignem conciperent, ſubijciunt: die quem nos ſextũ uocamus, prophani Veneri dicauêre, centum & octoginta Iudæos unà cum tẽplo igne concremant. Auentinus lib.7. Annalium Boiorum.

Anno 1298. ubi ruſtici alijque tenuioris ſortis homines perciperent, Iudæos circa partes Franciæ Orientalis in ſuis latibulis panem azymum conſecratum indignè tractare, nemine compellente conueniunt, & primùm in paruis oppidis, deinde Herbipoli, Norinbergæ, Rotenburgi, uſque ad Ambergum Boiariæ ciuitatem, immaniter eos interficiunt: nulli ſexui, nullique ætati pepercerunt, ut hoc quidem tempore aliquot eorum millia exterminarentur. Soli infantes baptiſmi gratia ſeruati, ut Schedelius ætate 6. refert. Qui ad loca munitiora ſe receperant, eos ad mutuam cædem coegerunt, utq; ſeipſos Vulcano traderent. Albertus uerò ubi ad Imperij faſtigium euectus eſſet, de ſeditioſis pœnas ſumpſit, alioſque Iudæos priorum loco conſtituit in ciuitatibus. Flores temporum. Auentinus refert, ducem iſtius factionis fuiſſe agricolam cognomine Rindflaiſch, qui ſe diuinitùs ideo miſſum eſſe diceret, ut Iudæos ubique gentium deleret. Oſtendit præterea, panem azymum in mortario piſtillo ab ipſis contuſum, ſanguineum emiſiſſe cruorem. libro ſeptimo Annalium Boiorum.

PECVLIARES *caſus.*

Teucksburi Iudæus die Sabbati in foricam delapſus, anno 1220. extrahi noluit ob diei obſeruationem. Id cum Richardus de Clara comes Glouerniæ cognouiſſet, ſequente Dominico die fieri illud prohibuit. Iudæus uerò uel frigore uel fœtore extinctus eſt. Ranulphus libro 7. cap.37. in Polychronico, Volaterranus libro tertio Geographiæ. Simile quiddam Magdeburgi accidit, ut in uita Conradi Magdeburgẽſis præſulis annotatum eſt, cuius meminit Cranzius lib.8.cap.33. Metropoleos.

Anno 1290. mulier quædam Iudæo Pariſijs pro pecunia mutuò accepta ueſtem oppignorauit. Vbi Paſcha Chriſtianorum feſtum ſolenne in propinquo eſſet, muliercula Iudæum accedit, ueſtem uno ſaltem feſtiuitatis die utendam petijt. Iudæus, ſi hoſtiam conſecratam ad ſe portaret, non tantùm uno die, ſed gratis quoque ueſtem redditurum recepit. Quapropter mulier azymum panem, quo cum reliquis communicantibus uſa erat, ore eximens ad Iudæum detulit. Is protinus aquæ bullienti, quam in patella tenebat, immiſit, pòſt etiam gladio ferijt, atque mox cruor ſanguineus exijt, ita ut aqua inde rubeſceret. Chriſtiani ſuperueniunt, pecuniam ad uſuram petituri, tum protinus ipſis uidentibus, hoſtia ſurſum eleuatur, & tabulato adhæret. Iudæus in cuſtodiam miſſus, in cineres redigitur. Hoſtia ſolenniter ad templum reportatur. Ex domo Iudæi fit eccleſia Saluatoris. Nauclerus uolumine 2. Chronograph. generat.44.

DE GENTILISMO.

Gentilium ſuperſtitiones adhuc hoc ſeculo durauere, imprimis apud Tartaros, Cythaos, Prutenos, Cumanos, Stedingos.

CAPITA DOCTRINAE.

Vnum quidem Deum credunt Tartari, (qui & Tattari iuxta Cromerum libro 7. de rebus Polonorum appellantur) ipſum quoq; omnium eſſe tam uiſibilium, quàm inuiſibilium factorem, & tam bonorum, quàm pœnarum in hoc mundo autorem: nec tamen ullo uel orationum, uel laudum genere, aut alio ritu colunt. Vincent. lib.29. cap.72.

Dominum ſuum Chaam, filium Dei appellant, & ipſum loco Dei ſuper terram uenerantur.

Solem, patrem Lunæ eſſe credunt: ſiquidem luna à ſole lumen accipit. & lunam magnum imperatorẽ uocitant. Vincent. lib.29. cap.74.

Credunt, quòd poſt mortem in alio ſeculo uicturi, gregeſque habituri, ac cætera quæ in hac fiunt uita, officia ſint peracturi. Vincentius libro triceſimoprimo, capite 7.

Cythai Tartaris uicini populi, unum Deum colunt, Chriſtum Ieſum Dominum uenerantur, & credunt uitam æternam, ſed non baptizantur. Vincentius lib. 31. cap.9.

Superſtitiones Tartarorũ multæ ſunt. Nam peccare exiſtimantur haud leuiter,

Si quis cultello ignem tetigerit.
Si carnis fruſtũ cultello olla exemerit.
Si ligna prope focum ſecuri ſecuerit.
Si ſcutica ſagittas attigerit.
Si iuuenes aues capiant & occidant.
Si quis freno equum percutiat.
Si os alio oſſe frangatur.
Si lac, potuſúe effundatur, uel cibus in terram proijciatur.
Si quis in ſtatione urinam mittat.

Hæc ſi quis conſultò deſignat, occiditur: ſin ex improuiſo, plurima pecunia

pecunia ſui expiationem ab incantatore redimit.

Si quis buccellam ore extrahit, atque in terram proijcit, quam deglutire non potuit, hunc per foramẽ ſub ſtatione extractum, ſine miſericordia interficiunt.

Si quis limẽ calcat, ubi duces ipſorum degunt, is mortis teus eſt. Vincentius lib. 31. cap. 7.

Noui quid inchoaturi, faciunt id uel in coitu lunæ, uel plenilunio. Ibidem.

Omnia per ignem purificari credunt. Ideóque quoties peregrini ad eos ueniunt, utpote principum legati uel ſimiles, hos primùm unà cum muneribus igne purificari neceſſe eſt: quod hoc modo fit. Duos quidem ignes faciunt, & duas haſtas iuxta eos, unamque chordam in ſummitate haſtarum ponunt. Ligantque ſuper chordam illam quaſdam de bucca ranno ſciſsiones: ſub qua ſcilicet chorda & ligaturis inter illos ignes tranſeunt homines ac beſtiæ & ſtationes. Sunt etiam duæ mulieres, una hinc, & alia inde aquam proijcientes, ac quædam carmina recitantes. Cæterùm ſi aliquis à fulgure occiditur, oportet prædicto modo per ignes tranſire omnes iſtos, qui in iſtis ſtationibus morantur: ſtatio ſiquidem, ac lectus, & currus, filtra & ueſtes, & quicquid talium habent, à nullo tanguntur, ſed ab hominibus tanquam immunda reſpuuntur, ut Vincentij uerbis utamur, quæ extant libro trigeſimo primo, cap. 7.

DE LIBRIS

eorum.

Cythal ueteris & noui Teſtamenti ſcripturam habent, ac patrum uitas. Sacram ſcripturam mirè uenerantur. Vincentius lib. 31. cap. 9.

Dum Tartari bello Aſiam Parthosque ſubegiſſent, literas Arabicas didicere, qui antea omnis propè humanitatis expertes, & literarum ignari extiterunt. Paulus Æmylius libro ſeptimo de geſtis Francorum.

DE REGIMINE

ſacro.

Tartari Magos & diuinos habent, per quos à dæmonibus ſibi reſponſa dari petunt. Vincentius libro 29. cap. 74. Refert idem, Bathonem Tartarorum principem, cum exercitum in Vngariam ducturus eſſet, primùm dæmonibus immolaſſe, eosque in conſilium adhibuiſſe, an ſuſceptam expeditionem continuare deberet? Reſponſum uerò accepiſſe, ut ſecurè pergeret: præituros tres ſpiritus, quibus aduerſarij ipſius reſiſtere non poſſent: quod & euentu comprobatum eſſe dicitur. lib. 30. cap. 149.

Pruteni ſoliti ſunt hircum immolare fermè ad eum modum, quem Iudæi propitiationis feſto, iuxta Moſis præſcriptum, obſeruabant. Funcius in Chronologia libro decimo.

DE CEREMONIIS

& ritibus.

Tartari idola quædam ad hominis imaginem præparata habent, eaque ad tentorij ſui oſtium collocant, & quiddam de phyltro in modum uberum fœminæ ſubtus illa, eaque credunt pecorum ſuorum cuſtodes eſſe, ac beneficium pullorum & lactis eis præſtare. Alia uerò de pannis ſericis faciunt, eisque ornato currui ad tentorij ueſtibulum impoſitis, multum honoris attribuunt. Ad huiuſmodi uerò idoli fabricam primariæ fœminæ cuiuſque ſtationis ſuas conferunt operas, qua abſoluta ouem mactant ac deuorãt, oſſa inde collecta in cineres redigunt. Pueris infirmantibus, lecto id idoli alligant. Primùm lac omnis iumẽti ac pecoris eidem offerunt. Cibum capturi, de ſingulis ferculis & potu portiunculam primam exhibent. Occiſorum animalium quorumcunque cor in uaſe ad idolum currui inſidens deferunt, & ad alterum diem ibi relinquunt, pòſt coctum deglutiunt.

Nouo imperatore creato, ad eius tentorium mirè comptum idolum ponunt, eique munera ampliſsima deferunt, equos & alia pecora, quæ ibi mactata deuorantur ab ijſdem. Oſſa uerò integra igni traduntur.

Solem etiam & lunam, ignem, aquam & terram adorant, primitias potus ciborumq; ijſdem, manè potiſsimùm, offerentes. Vincentius lib. 29. cap. 72. 74. libro 31. cap. 7.

Diuinationibus, augurijs, aruſpicijs, ueneficijs & incantationibus ſunt addictiſſimi: & cùm illis dæmones reſpondeant, Deum ſibi loqui credũt, quem Ithoga nominant, eumq; mirum in modũ reuerentur, offerunt plurima, & ſecundũ eius reſponſum cuncta faciunt. cap. 74.

Chaam, quem filium Dei appellant, cogunt omnes, quotquot ad ipſum ueniunt, cum terna genuum flexione & capitis ad terram alliſione, adorare. cap. 74.

Cyathi domos, templorum formas referentes, habent, in quibus certis temporibus preces faciunt. Vincentius libro 31. cap. 9.

RITVS SEPVLTVRAE

apud Tartaros.

Cum quis Tartarorum deſperato mor-

bo decumbit, haſta ad ſtationem eius erigitur, qua omnes aditu prohibentur. At mortuus, ſi uilioris fuerit fortunæ, in territorio in ſellam collocatur, poſita ante ipſum menſa cum alueolo carnibus referto, & cypho lacte equino pleno, ſicq; terræ mandatur. Iumentum cum pullo, & equus cum freno ephippioque ſimul tumulatur. Alium autem equum mactatum uorant, cuius corium fœno iterum complent, & duobus lignis fulcitum in altum erigunt. Hæc eo ſine faciunt, ut in altero mundo tentorium, iumentum, quod lac ſuppeditet, & equum, quo equitare poſſit, habeat. Oſſa deuorati equi mulieres cremant. Sin diues & magnus fuerit, cadauer ſplendidiſsimo ornatu induitur, & in locum remotum delatum clàm ſepelitur, ne ſuo habitu ſpolietur. Equus deuoratur, corium palea refertum ad duas furcas ſuſpenditur. Iidem morti uicini unum ex ſuis mancipijs, quæ Slauos uocant, deſignant, qui uiuus unà tumulatur. Alij defunctos parentes cremant, & cineres ſanctè aſſeruant, inde cibaria ſua conſpergentes. Vincent. lib. 29. cap. 86.

MORES GENTILIUM.

Tartari curruum, quibus idola ſua impoſita ſunt, uiolatores, ſine ulla commiſeratione occidunt. Vincentius libro 29. capite 72.

Regnum ſine principum electione affectantem è medio tollunt.

Magiſtratui obſequentiſsimi ſunt.

Rixæ, vulnera & homicidia inter ipſos rariſsimè audiũtur: at aliorum hominum trucidationes pro nihilo habentur.

Adulteria & ſtupra capitali pœna plectuntur.

Deprehenſos in furto, ſine miſericordia interficiunt.

Mulieres ubicunque captas ſibi reſeruant.

Equorũ rapinæ, modò illi non ſint alicuius Tartari, impunè ſiunt. Tartaro aliquid ſurripere, capitale erat.

Quandocunque Tartarus, ſeu Tartari ſeruus, aliquem in uia publica offenderit, captum perpetuo ſeruitio mancipare licet: attamen ſi Tartari ſeruus fuerit, domino repetente eundem dimittere cogitur.

Se ſolos homines reputant, reliquos canes uocitãtes, ſuoq; colloquio indignos: quin & papam cum ſua cohorte idololatras appellãt, quia ligna & lapides colant.

Cum alijs hominibus amicitiam & ſocietatẽ nullam colunt, ita etiam ut colloquio non dignentur. In ludis ſe præferri nolunt. Vincentius libro 29. capite 73.

Somnia obſeruant.

Dies ac menſes, maximeq; lunationes, annos & tempora obſeruant. Nullius diei uel temporis ieiunium ſeruatur inter illos, nullaq; dies cæteris dignior uel celebrior reputatur.

Habendi cupiditate flagrãtiſsimi ſunt, uſurarij maximi, tenaces, ſordidi: attamen prandio fortè ſuperuenientem non excludunt. Rarò animal ſanum & integrũ mactant, ſed mortuum, uel morti uicinum, aut mutilatum.

Turpi etiã libidine pecudibus miſcentur. Vxores quotquot uolunt & alere poſſunt, accipiunt, nulla ſanguinis ratione habita: matrem tamen, ſororem ex eadem matre, & filiam, uxores non accipiunt. Steriles coniuges repudiant. Dotes filiabus non numerantur, niſi prius puerum pepererint.

Crudeles ſunt, nulla erga ſenem reuerentia, nulla erga puerum commiſeratio. Carnes ſæpius humanas deuorant, tum neceſsitatis, tum delectationis, imò etiam terroris incutiendi gratia. In reliquo etiam uictu ſunt immundiſsimi & ſpurciſsimi. Nam cati, canes, equi apud eoſdem eſui ſunt. Ebrietas uirtutis locum obtinet.

Mendaces, fraudulenti & perfidi exiſtunt.

In bello non tam uiribus, quàm dolo & inſidijs pugnant. Conſiliorum bellicorum proditoribus baculo centum plagas infligunt.

Rerum nouarũ auſpicium, noua & plena luna fœliciſsimum eſſe autumant.

De Tartarorum crudelitate hæc refert Cromerus: Anno 1240. magno Poloniam impetu inuaſerunt: prædam iſthinc ingentem abegerunt: monaſteria diripuere: monachos unà cum ciuibus, ruſticis, qui ad Copriuunicenſe monaſterium confugerant, interfecerunt: homines utriuſque ſexus, ætate & forma florentes, loris adſtrictos in modum pecudum, magno numero præ ſe agitarunt: pagos, domos incenderũt: moniales conſtuprarunt, &c.

Fugiendo pugnare iſti genti maximè uſitatum eſt. Hoſtem ſagittarum imbre obruunt. Magicæ arti plurimum ſunt dediti. Ariolationibus & diuinationibus cum aliàs, tum in bello plurimùm utũtur. Ex humanis etiam extis, de futuris euentibus coniectant. Inter bellica ſigna uno inſigni præ alijs utuntur, quod figuram literæ X præ ſe fert, in cuius cuſpide imago capitis humani, barbatique, tetra atque nigra

eſt. Quod ubi uehementius uibratur, fumum atque nebulam denſiſsimam & fœtidiſsimam exhalat, ut Cromerus factum teſtatur in pręlio Legnicienſi, ita quidem, ut iſta nebula non tantùm aſpectum Tartarorum hoſti ademerit, ſed etiam teterrimo odore enecarit. libro octauo de rebus Polonorum.

Cæterùm de Tartaricę gentis moribus ſubijciemus ea, quæ prolixè atque ornata oratione commemorat Bonfinius decad. 2. libro octauo. Homines ſunt infauſto trucique aſpectu, maxima ex parte ſtatura breui, prominentibus craſsisque oculis, quos palpebrę latè contegentes, quum parum aperiant, paruos oſtendunt. Item naſo, fronte, facieque lata: adhæc imberbes, raris in ſuperiore labro ac mento pilis, in paruæ lanuginis ſimilitudinem. Ad umbilicum utplurimum anguſti, mediocrem pauci ſtaturam ſuperant. Caput ex tranſuerſo ad utraque uſque tempora radunt, præter uerticem, & ad equinæ ſoleæ ſpeciem raſuram obducunt. Radunt item occiput, longosque capillos ab aure demittunt: qui quidem mos, Turcorum, Saracenorum & Cumanorum olim erat. Inſuper leui agilique corpore, breuibus tibijs cruribusq;, à pueritia equitare docti, nunquam ferè pedibus gradiuntur. Dum iter faciunt, etiam boues equitant. Eſſedonum Hamaxobiorumque more, pro domibus currus habent, pellibus opertos. Ranarum more, gradatim non incedũt: ſed aut tardiſsimè, aut præcipitanter progrediuntur: quare pedibus parum ualent. Mulieres turpiſsimæ, pari feritate, uirorum more equitant. His equi dociles, qui hordeo non paſcuntur, neque ſoleis ferreis muniuntur, quibus etiam ſciſſæ nares, & exſecti ſunt teſtes. Horum oratio tumultuaria & clamoſa, ac ſola interrogatione fluctuans, in gutture uerba fingunt rabida. Si cantent, tauros mugire, uel lupos ululare dixeris. Incertas domos habent, & erratiles: tentorijs utuntur, ad montes æſtiuant, hybernant ad maritimos campos. Magna his pecorum copia. Corpora non minus palæſtra, quàm ſagittatione exercent. Lacte, milio pulmentoque ueſcuntur. Pueros ab initio ſic ad ſagittãdum indies inſtituunt, ut cibum ſumere non permittant, donec ſcopulum non attigerint. Equinum ſanguinem in delicijs habent, & humana ſæpe carne ueſcuntur. Venatores optimi, quando certiſsimi ſagittatores. Feras loco motas præ ſe fugant, ducuntque mox in choreæ ſpeciem ueluti ludentes, circumueniunt, confodiuntque telis. Vnius quidem Dei fidem habent: nulla tamen religione, laude & oratione, Deum colunt. Sigillaria ac idola quędam humanæ imaginis, ex centone facta, ad utramque oſtij partem locant, quibus ubera prominent, atque illa cuſtodiæ pecorum & tutelæ præeſſe numina arbitrantur: horum beneficio, lactis gregalis, & pullorum gallinaceorum copiam profluere credunt. Nonnulla quoque ſimulachra è ſerico formant, præfigunt curribus, & ſuperſtitioſius adorant: in quibus quidem curribus ſi qui furtum fecerint, ueluti ſacrilegi, indicta cauſa, continuò trucidantur. Quum ſigillaria talia facturi ſunt, nobiliores mulieres cogunt, quæ non ſine religione ac reuerentia illa confingunt. Formato idolo, ouem mactant: combuſtis oſsibus, cætera deuorant. Aegrotantibus quoq; pueris puppas dicant, ad lectumque ſuſpendunt. Chiliarchæ & centuriones in media ſtatione hircos habent, quos idolis faciunt, primitiasque lactis iumentorum ac pecorum delibant. Quum celebrant conuiuia, omnium quæ apponuntur primitias offerunt. Quum ſacrificant uictimas, cor ſimulachro dicant: deinde id decoquunt, ac deuorant. Suo regi ante ſtationem, magnum ſimulachrum honorificè ponunt: cui equos, quos nemo deinde conſcendit, dicant. Mactant etiam animalia uaria, quæ combuſtis oſsibus deuorant. Huic quiſque præteriens ſe inclinare ac pręuenerari cogitur: quod cum Michael dux Rutenorum facere recuſaret, publicè extemplò trucidatus eſt. Solem & Lunam adorant: item elementa quatuor, quibus ante prandium, ciborum & potus primitias libant. Illud autem à Chingiſta, primo eorum rege ſancitum, ut quicunque propria inſolentia percitus, iniuſſu principum, tyrannidem occupare auſit, indicta cauſa continuò obtruncetur. Item cum nulla uſquam gente pacem ineundam, quæ parere noluerit. Neque unquam ceſſandum, quouſq; aut rerum potiantur, aut ad interitum redigantur. In fatis eorum eſſe, annos octoginta pugnare oportere, & regnare duodeuiginti, mox ab alia gente uictum iri: & qui euaſerint, legem illam ſuſcepturos, quam uictores planè ſeruarint. Inſuper diuinationibus, augurijs, ueneficijs incantamentisq; admodum obnoxios. Ad oracula dæmones alloquuntur. Eorum exercitus, in chiliarchas, centuriones, & decanos digeritur omnis. Quinetiam Chaam generale eſt edictum: Quicunque ab ipſis ac eorum ſeruis capiantur, licere in perpetuam omnes ſeruitutem

 aſſerere,

aſſerere, &.pro ſeruis pro libidine ſua uti & abuti. De uiatoribus hanc legem promulgarunt: Quemcunq; Tartarus Tartariue ſeruús in uia offenderit, præter mercatoré Tartarica bulla ſignatum, ius eiua habeto, in ſeruitutem aſſerito perpetuam, donec à priore domino repetatur. Tartarorum duo genera, gloſſemata quoque diuerſa: utriſq; tamen lex una, & ritus quoque unicus. Tantum inſuper huic barbariæ ac impietatis eſt, & arrogantiæ, ut Chaam regem ſuum, Dei filium audeant appellare: item pro Deo hunc tantùm in terris uenerentur, & adorent. Ex externis quicunq; eorum regem adeunt, ter ſe inclinare ſuppliciter, & ter capite terram ingeniculati quatere, ante ſolium coguntur. Omnes ſibi inferiores arbitrantur. Somnia obſeruant, magos colunt & ueneficos. Dæmones, in idolis reſponſa reddentes, adorant. Deum, Hychoga nominant: dominum auté, Chaam, aut Chaijm, quem diuino honore dignantur, & timent. Ei primitias, æquè ac Deo, ciborum potusq; libant: eius reſponſa & imperia, uelut oracula, obſeruant & peragunt. Tanta quiſque ipſorum æſtuat auaritia, ut nulla furta, rapinas, latrocinia, uim, uſuram, ac cætera tale genus prætermittant. Fœnerat pro uirili quiſque ſua, decimam crediti æris partem quoquo menſe pro fœnore exigit. Item uectigalia crebra, ac grauia. Nam tributa imprimis regi, deinde ſacerdotibus, poſthæc prouinciarum præfectis, nuncijsque ſolennibus planè ſoluuntur. Neque deſunt crebra xeniorum officia ac impenſæ, quæ quotidianis nuncijs erogantur. Ruſticus pro ſe quiſque denarios tres, bos quoque pro ſe quiſque totidem, totidemque ſenæ pecudes. Pro acceptis muneribus nihil rependere mos eſt: quando omnia ſibi, præ inſolentiſsima immanitate, deberi arbitrantur. Eorum manus ad accipiendú ſemper prompta, ad rependendum contracta ſemper. Ob deperditam auaritiam, greges & armenta nutriunt, quibus multò plus æquo parcunt. Ex his nullum ſanum aut uiuum præparant ad eſum: & ſi quid horum deuoraturi ſunt, aut mortuum, aut moriturum, mutilatúmue capiunt. Egeno ac rogatori nihil porrigunt. Atqui hoc tantùm aliqua ex parte laudabile ſeruant, quòd dum in côuiuio uerſantur, aduenientem quenq; facilè tolerant, in menſamq; excipiunt. Sunt etiá ineffrenatæ libidinis: nam non modò in maribus & fœminis, ſed ne in beſtijs quidem ſuam Venerem explere queunt. Infando Saracenorum more, pro libidine ac facultate uxores plures ducút.

Nulla arctiſsima coniunctionis ratio apud hos habetur: à matre, filia, & ſorore tantùm abſtinent. A' uiro nulla uxor reputatur, donec pepererit, & tunc dotem à parentibua accipit. Sterilis pro uiri arbitratu haberi & explodi poteſt. Præterea uſqueadeò immanes & efferati, ut nec ſenes reuereantur, nec miſereantur infantes. Sanguinem æquè ac aquam haurire non formidant. Cadauerum iuxtà atq; excrementorum aceruum reputant. Nullum immanitatis genus abominantur. Humanas carnes auidiſsimè deuorant, exultant cædibus. Nihil ex immani genere mortis remittunt, commentantur dira ſupplicia. Dant alios præcipitas è rupibus, alios poſito ſupra ſaxum collo lapidibus excerebrant: nonnullis collum ſaxis uſqueadeò collidunt, donec acerbiſsima morte côficiant. Pleriſq; deliteſcêtibus cultello cor transuerberant, proſilientem cruorem ſugunt. Ac demû tam dira crudelitate utuntur, ut uix humanû credere poſsit ingeniû. Sunt adhæc aſtu & perfidia plus quàm Barbara. Quû aliquid obſident, blandiuntur oppidanis, hortantur ad deditionem, ac multa deniq; pollicentur: uoti compotes facti, promiſſa non præſtant: captos partim cædunt, partim aſſerunt in ſeruitutem. In ſumma, dolo magis quàm uirib. pugnant. Itê uictu tam fœdo, ut pediculos ingenuæ gulæ reputent, necnon & mulas, ſterilitatis gratia, humanas carnes, uel maximè inimicorum: præterea canes, feles, & lac præ cęteris equinum. Patinas & ollas purgant nunquam: ſordes & immundicias appetût potius, quàm abominêtur. In Gumanorû bello, quum multos captiuoa haberent, præ dira humanæ carnis auiditate, ad explendam corporis ingluuiem, omnes decimarunt, decimatosq; percupidè deuorarunt. Habitu utuntur nigro genuum tenus, quo nec brachia, nec latera, nec pectus, nec aliqua pars anterior, ſupra infraq; umbilicum tegitur, item pileo in mitræ ſpeciem. Corio laminaque ferrea, brachia muniunt potiores, galeas è corio fingunt. Pauci lanceis & ſcutis, arcui tantùm & equeſtri confidunt pernicitati. In certamen deſcenſuri, pernices quoſdam equites præmittunt, qui nihil rapiunt, nihil comburunt, cæduntque pecorum: obuios duntaxat obtruncant, aut fugant. Poſt hos immittuntur, qui prædas agant, & ad inueſtigandos homines, ſagaciſsimi mittútur. Proſpectia hoſtibus, multi prodeunt: qui ubi in congreſſum uenêre, iactis tribus quatuórue telis, continuò regrediuntur ad ſuos, ut ad impoſitas inſidias hoſtea alliciant: quod ubi factum eſt,

eos circumueniunt & obtruncant. Si magnum aduerſus ſe exercitum conſpicantur, declinata pugna, biduum triduumq; retrocedunt, diuertuntque: aliam regionem inuadunt, & diripiunt: quòd ſi utrunque non ſucceſſerit, duodecim dierum iter retrò abeundo faciunt. In munitiſſimo quandoque loco uſqueadeò morantur, ut furtim, & ex improuiſo, incautum uel diuiſum inimicorum exercitum intelligant. Plus dolo & aſtu, quàm uiribus pugnant. Principes in pugnam non deſcendunt, procul inter pueros & mulieres proſpectant in equis. Quandoque humana ſimulachra equis imponunt, ut multò maius præſidium habere uideantur. Congreſſuri cum hoſte, captiuorum aciem inter ſuas collocant. Hoſti fortiſſimè pugnanti, fugæ uiam patefaciunt: quia auerſos facilius, quàm aduerſos interficiunt. Quum aliquam inuaſuri ſunt regionem, antequã ad illam perueniant, latiſsimum agmen faciunt, ubi locum nemo deſerit: & quum ad fines illius peruentum eſt, noctu montes, qui circumſtant, omnes occupant. Illuceſcente die, pernices equites ad campos demittunt, qui paſsim cũcta diſcurſent. Populi uerò, citato tumultu, qui ad montes properant, in inſidias incidunt, cæduntur que. Sæpenumerò fortiſsimum nacti hoſtem, fugiunt, fugaque poſt ſe eum alliciunt: demùm longo curſu defatigatum, conuerſi adoriuntur, & perimunt. Quacunque iter faciunt, uaſtantque, confeſtim dira fames inſequitur. Sæpe in prælio depreſſi ex induſtria, ut hoſtem admittant: mox admiſſum, in ſibilum coacti, circumueniant & obtruncent. In ſeruos bello ſeruatos imperioſiſsimi, quos non ſolùm nudos, ſed aſsidua inedia laborantes, in diro ſeruitio ad mortem uſque retinent, præ libidine ac ludibrio impunè ſępe necant. Peregrinam quanque religionem in ditione ſua patiuntur: nam quum nullum præterquam peculiarem deum adorent, omnium opinionum ſectas haud iniquè tolerant. Artificibus facilè parcũt, ut ab his opera humano uſui neceſſaria exigant. Virgines, matronas, mulieres iure belli comparatas, miſerabili ſeruitio conficiunt, fame cruciant, & ad foci miniſteria retinent. Ex prouincijs bello comparatis, puerorum puellarumq; decimas exigunt, quas pro ſeruis habent: & ex his morituri dudũ domini deligunt, qui cum his uiui infodiantur. Tartareæ mulieres quàm turpiſsimæ. Coniugatæ, in ſeſquipedalis altitudinis caniſtri ſpeciem, rotunda quædam pilea, à ſuperiore parte latiora geſtant, hexamito ſericóue ornata, pauonum oculis, unionibus & lapillis exculta. Phaleratis equis inſident, non ſolùm auro, ſed margaritis inſignes. Quinetiam diuerſa operantur, utputa pelliceas ueſtes, calceos, ocreas, & cætera tale genus. Item currus ducunt, reparantque: camelos onerant. Virorum more ſagittas emittunt, pharetratæ equitant, ex equo pugnant, & uirilia quæque officia præſtant. Femoralibus ueluti uiri utuntur. Si quis ex plebe lethali morbo afficitur, ad eius ſtationem tentoriumque haſta quædam erigitur, pileo nigro præfixa: ſpectato ſigno, intrat nemo. Vita defunctum clam in campo ſepeliunt, eum ſub medio tentorio conſtitutum infodiunt. Item in ſepulchro menſam ante illum, ſcyphum equini lactis, & carnis alueolum ſtatuunt: adijciunt quoque iumentum cum pullo, & phaleratum equum, ut in altera uita lac, iumentum, & inſtructum equum habeat. Iumentum illud comedunt, eiúſque corium completum ſtramine in patibulo quodam planè ſuſpendunt, comeſti equi oſſa comburunt. Atque talia iuſta, gens dira perſoluit. Si quis eminentioris uir fortunę uita exceſſerit, cum precioſiſsimo habitu humi reconditur: ſed ab hominum frequentia longè remotius, in receſſu, ne habitu ſuo recluſus ſpolietur. Amici equum eius pelle exuũt, quam ſtramine compleant, completamque palo præfigant, ac editiſsimo pro dignitate patibulo imponant: carnes pro inferijs comeſſantur. Triginta dies mortuum lugent. Principes antequam expirent, ſeruum deligunt, delectumque cum domino unà uiuum ſepeliunt. Addunt plerique nonnulla, quæ humanam fermè fidem exuperant. Aiunt nonnulli, Tartaros Chriſtiana fide aliquantulum præditos eſſe: qui parentes iam ſenio grauatos conſpicati, pinguibus eſculis eos inferciunt, ut ocyus ſuffocentur: mox extinctos igni adurunt, collectoſque deinde cineres diligenter aſſeruant, ut his cibaria quæque lautiſsima condiant. Hæc Bonfinius.

Cyathi homines pagani Chriſtianos diligunt, & eleemoſynas plures faciunt, homineſque ſatis benigni & humani ſunt. Meliores his artifices in mundo non inueniuntur. Vincent. lib. 31. cap. 9.

Prutenĩ gentiles Maſouiã bello petentes ad annum 1220, nullum crudelitatis genus prætermiſerunt. Homines enim utriuſq; ſexus peremerũt, fœminas & pueros quamplurimos in triſtem abduxerunt captiuitatem, pueros nonnullos ſudibus in-

fixerunt, monachos & ſacrificulos miſsificantes trucidarunt, amplius quàm ducenta quinquaginta templa monaſteriaq; direpta inflammarunt, panem azymū incluſum monſtrantiæ pedibus conculcarunt, moniales ad ſtupra ui pertraxerunt. Naucleris nolumine 2. gener. 41.

Harſaſinorum in confinio Antiochiȩ & Damaſci in caſtris munitiſsimis habitantium, nulla eſt lex, niſi quam timor facit. Matres, ſorores, filias indifferenter omnes cognoſcunt ut uxores. A' cunabulis educantur in palatijs, omniaq; addiſcunt idiomata, & docentur dominum ſuum timere ſuper omnia, eiq; uſq; ad mortem obedire in omnibus, ut ſic poſsint ad paradiſi gaudia peruenire. Quiſquis in obedientia moritur, pro angelo colitur. Vincent. libro 31. cap. 66.

Cumani duce Gotthano Vngariam ingreſsi, fidem Chriſti ſeſe accepturos ſimulant. Admiſsi in homines utriuſq; ſexus horribiliter ſæuierunt, ita ut nec infantulis parcerent, uirgines honeſtasq; fœminas conſtuprarent. Cuſpin. in Auſtria.

Stedingi, qui populi ad Albis ripam infra Hamburgum fuere, tanquam gentiles à Cranzio notantur, quaſi doctrinam Romanæ Eccleſiæ ſpreuerint, eiusque libertatem conculcarint, nulli uel ætati uel ſexui pepercerint. Quòd reſponſa dæmonū quæſiuerint, cerea ſimulachra fecerint, pithoniſſas conſuluerint, panē benedictum nefariè tractarint, clericos malè mulctarint. Neque id pro ſe feciſſe, ipſis ſatis fuiſſe: uerùm alios quoque, præſertim ruſticos rerum imperitos, in ſocietatē impietatis pertraxerint. libro 7. cap. 47. Metrop.

A' QVIBVS ET QVOMODO CONtra *Gentiliſmum laboratum ſit.*

Doctores Eccleſiarum contra eos docuerunt. Sic Albertus Liuonienſis epiſcopus totis triginta annis pugnauit contra gentiles in Liuonia, non quidem ſpiritus gladio, quod epiſcopale fuerat, ſed cruento Marte. Socios habuit quàm plurimos zelo deuotionis accenſos, in quorum numero fuit Albertus Nordalbingiæ comes. Ea peregrinatio per ſingulos annos renouata eſt, quādiu ſupereſſet quod agerent. Cranzius libro 7. cap. 37. in Saxonia. Et Chriſtianus legatus pontificius, miſſus ad prædicandam fidem Romanam Pruſsis anno 1220. parum profecit. Nauclerus uolum. 2. gen. 41. Stedingis Bremenſis archiepiſcopus Gerhardus de Lippia ſe oppoſuit, & quidē gladio. Socios habuit Hermānum Lippienſem fratrem, Heinricum Brabantiæ ducem, & Florentium Hollandiæ comitem cum magna manu cruce ſignatorum. Romanus enim pontifex per Mindenſem, Lubecenſem, Raceburgenſem epiſcopos, de illis certior factus, in crucis prędicationem contra illos conſenſerat. Infeſtis armis dimicatū eſt 6. calend. Iulij, qui dies ſabbati fuit, in quo conflictu interierunt ſex millia. Reliqui fuga elapſi, diſperſi ſunt hinc inde. Clerici, reliquis laicis cædibus occupati, cecinerunt cantilenam, Media uita, aliasq; lugubres, lachrymas ſcilicet crocodyli mittentes, & pro uictoria ſupplicantes. Cranz. lib. 7. cap. 47. Metropoleos.

Politici. Vualdemarus ſecundus Daniæ rex, Prutenos armis adegit, ut fidem Chriſtianam ſe amplexuros promitterent. Verùm ſtatim iam remoto exercitu, ad priorem relabuntur impietatē. Quam ob cauſam Fridericus ſecūdus fratribus ordinis Teutonici Boruſsiam gubernandam tradidit, ut ſic cōtinerentur in officio. Cranzius in Vandalia lib. 7. cap. 21. Idem rex Eſtones impugnauit infideles. Fecit idem & Holſatię comes Adolphus. Cranz. in Vādalia lib. 6. ca. 11. Et in Metropoli li. 7. ca. 52.

Conradus Maſouię princeps, cum poſt cædem Criſtini Palatini, à Pruſsis, qui Criſtinum Deum uocabant, impeteretur, opera cuiuſdam Ciſtercienſis monachi, cruce ſignaros undequaq; coēgit, inter quos fuere uiri primarij, Heinricus Dux Sileſię, Vuratislauienſis & Lubuſſenſis epiſcopi, & multi ex Polonica nobilitate. Horum opera Culmenſem tractum ab illis occupatum recepit. Neq; uerò hoc pacto tum Pruſsi domari poterant. Itaq; ex Liuonia Enſiferi milites in auxilium uocantur, qui à Pruſsis ſuperati, & ad quinq; uſq; redacti, in Liuoniam redierunt re infecta. Cromerus lib. 7. de rebus Polonorum.

Pruſsis Maſouiā uehementer uexantibus an. 1227. Conradus cōſilio Chriſtiani epiſcopi fratres Teutonicos, Crucigeros, nuper ex Syria à Saracenis eiectos, Roma acciuit, illisq; poſſeſsiones tradidit, ut contra Pruſſos ſummis agerēt uirib. Quod ut eò melius facerēt, nec tantū ipſorū incurſiones ſuſtinere, ſed etiā ipſorū quoq; ditiones infeſtare poſſent, caſtella Fogelſangum, Toruniam & Riſembergam extruxerunt. Crom. lib. 7. de rebus Polonorum.

DE MAHOMETISMO.

SAraceni hoc ſeculo aliquot urbes occuparūt, crudeliter interemptis Chriſtianis: ut Tripolim, Acconem, ut alibi fuſius dicitur: unde liquet ad plurima loca ipſos ſuam religionem propagaſſe.

Tangedar Tartarus, primus apud ſuos legem Mahometanam amplexus eſt, anno 1282. Paralip. Vrſpergenſis.

CAPITA OPINIONVM SEV *errorum Mahometiſtarum.*

De Chriſto ſentiunt, conceptum & natum de uirgine, ſine peccato uixiſſe, plus quàm prophetam fuiſſe, miraculosè etiã egiſſe plurima. Quam ob cauſſam templo & ſepulchro Domini, itemq́; turri Dauidicæ pepercerunt, cum Ieroſolymam anno 1219. ui occuparent & demolirentur. Ptolomęus Lucenſis in Rudimẽto nouitiorũ.

LITERARVM STVDIA.

Saracenos Aſtronomiæ peritos eſſe, hinc colligitur, quòd Soldanus Bsbyloni cus mira arte fabricatum inſtrumentum Friderico dono dederit ad annum 1233. quod curſum duorum cœleſtium luminarium, ſolis & lunæ, nocte & interdiu mirificè reprę ſentauit. Exiſtimatur uiginti mille marcis argenti conſtitiſſe. Hedio.

RITVS SEPVLTVRAE.

Saladinus moriturus præcepit, ut camiſia haſtę appenſa ſibi iam mortuo ad ſepulchrũ præferretur, atq; pręconis uoce proclamaretur: Hanc ſecum feret mercedem Saladinus, Aſiæ domitor, gentium uictor, Metrop. Crantzij lib. 7. cap. 26.

MORES SARACENORVM.

Etſi Saraceni ob crudelitatem nobilitati ſunt, tamẽ officia quædam humanitatis etiam hoſti in calamitate conſtituto ipſos præſtitiſſe, legitur. Cum enim Melexala Sultanus fame comperiſſet Chriſtianos laborare, cibos gratis ipſis exhiberi curauit, quouſq; Damiatam redirent, anno 1221. Nauclerus uolum. 2. gener. 41.

Ludouicũ Franciæ regem ægrotantem per proprios medicos curari diligenter fecit, atq; cũ ſanitati reſtitutus eſſet, de inducijs coram cũ ipſo egit. Ioannes Heroldus lib. 4. Continuatæ hiſtor. belli ſacri, cap. 7.

Sunt inter Saracenos quidam, quos Arſacidas uocant, Latini Sicarios, genus hominum infidum, ſuperſtitioſum, qui ſe æternam promereri beatitudinem arbitrantur, ſi publicum hoſtem interficiant, quouis tandem id fiat modo, etiamſi deprehenſi crudeliſsimo ſupplicij genere ſe afficiẽdos norint. Polyd. lib. 16. Angl. hiſtor.

A QVIBVS ET QVOMODO *propugnatus.*

Fridericus Imperator Saracenos in precio habuit, ut non tantùm per Italiam Siciliamq́; magiſtratus gerere permitteret, ſed etiam peculiarem urbem Apuliæ Luceriam incolendam ipſis traderet, eiectis Chriſtianis. Legem quoq; tulit, ut cum Saracenis contendentes impunè occiderentur. Cæſorum autem Saracenorum quæſtio, ſi, qui uim intulerat, captus non eſſet, in uicinę regionis populos haberetur, qui æris ſumma, ac totidem capitũ ſupplicio puniretur. Verùm hæc ut pleraq; alia conficta eſſe uidentur in optimum Imperatorẽ à pontificijs ſcriptoribus, ut penes lectorem meritò fides ſit. Blond. decad. 2. lib. 7.

A QVIBVS ET QVOMODO *contra ſit pugnatum.*

Alphonſus 8. rex Hiſpaniarum, auxilio Arragoniæ & Nauarrę regum, itemq́; Narbonenſis epiſcopi, Theobaldi de Blezon, & exercitus cruceſignati, quem Innocentius III. miſerat, aliquot millia Saracenorum, qui ex Africa, Ilmamolino duce, circa Toletum in Hiſpania conſederant, opprimit, eorumq́ue caſtella occupat, anno 1204. ut patet ex epiſtola Alphonſi ad Innocentium, quę addita eſt Continuationi belli ſacri: item ex Blondi lib. 6. decad. 2.

Fridericus II. Imperator cõtra Saracenos in Sicilia, Calabria & Apulia degẽtes, exercitũ duxit, atq; ſubegit, ann. 1222. Vrſperg.

Ferdinandus Arragonię rex Saracenos ex Maiorica inſula & Valentia urbe exegit, & ad ritus moresq́; Chriſtianos perduxit, anno 1229. Blond. lib. 7. decad. 2.

Haalon Tartarus poſt ſubactam Perſidem hortatu coniugis, quam ibidem duxerat, cuncta Mahometi tẽpla dirui iuſsit, ſectatoresq́; religionis iſtius afflixit. lib. 4. cap. 14. Continuatæ hiſtor. de bello ſacro.

Quæ porrò expeditiones in Saracenos ſuſceptæ ſint, ſuo loco, ubi de mutationibus politicis agitur, dicemus.

CAPVT XVI.

DE MOTIBVS ET mutationibus politicis.

SVB PHILIPPO BARBA- *roſſæ filio.*

POST Henrici ſexti obitum, in Romano Imperio turbæ exciterunt. Nam Philippus Sueuiæ dux, lenis, mitis, affabilis, erga quoſuis benignus, corpore quidem debilis, ſed animo uirum præ ſe ferebat, cui frater filium trimum & inſignia regalia commiſerat, penes ſe eam dignitatem ſeruare omnino nitebatur, eiq́; multi principes ſuffragabantur. At Innocentius, qui eadem tempeſtate ad faſtigium cathedræ peſtilẽtialis conſcenderat, totumq́; orbem, maiorum ſuorum peſsimo exemplo, ſibi ſubiectum uolebat, odio Heinrici ſexti, qui, ut Vincentius ait, Sicilia ſubacta, multos magni nominis uiros, inter quos & religioſi fuerint non pauci, trucidauerat, Romanamq́; ſedem minus reuerenter tractarat, quantia

poterat uiribus omnem eius progeniem oppreſſam cupiebat: ac quo omnium animos auerteret à nouo rege, obſides illos ab Apulis acceptos, quos ſuperiori ſeculo excæcatos diximus, cũ eos liberaſſet, quibuſuis magnatibus oſtentat. Philippum præterea, omnesq́; ipſi addictos anathemate ferit. Ac dixiſſe fertur, ut annotat Vrſpergenſis, illud horrendum monſtrum, aut ſe papam regio Philippum diademate, aut Philippum inſigni Apoſtolico pontificem exuturum. Philippus iugulum ſibi peti facilè intelligens, principum & magnatum animos ſibi conciliat, inter quos fuerunt Bernhardus Saxoniæ dux, archiepiſcopi Magdeburgenſis & Bremenſis cum ſuffrsganeis. Cæterùm ab aduerſaria parte Andernacum principum conuentus indicitur, utibi de nouo rege cõmuni conſilio tractaretur. Sed Philippus miſsis eò legatis, qui ſua etiam inrereſſe dicerent, nec regiam progeniem contra fidem datam reijciendam, cœtum turbat. Verùm illi in locum tutiorem, Coloniá nimirum, ſe cõferunt. Ac licet tum quoq; per legatos Philippus electionem impedire conaretur, oblato etiam, ut fama ferebatur, Treuirenſi archiepiſcopo, magno auri pondere: nihil tamen obtinuit, ſed Bertholdus Saringiæ dux, non quidem uirtutis, quæ nulla ibi erat, ſed pecuniæ habita ratione, ut ingenuè fatetur Vrſpergenſis, Imperator deſignatur. Poſthęc Philippus ſuorum fautorum coacto cõuentu in Mulhauſen, publicè à Sueuis, Saxonibus, Bauaris & Bohemis, alijsq́; ad Rhenum principibus, rex deſignatur. Exinde maxima ſecuta ſunt mala, ſimultates, doli, fraudes, proditiones, rapinę, latrocinia, periuria, non modò inter plebeios, ſed & magnates, tũ politicos, tum eccleſiaſticos uiros: maximè uerò Philippus ſuorum perfidiam experiebatur, qui aliud ore loquebantur, aliud corde uoluebãt. At Bertholdus cum ſuos theſauros, quos auarus perditè amabat, ad tantam obtinendam dignitatem minimè ſufficere poſſe diffideret, ſpontè cedit, & in Philippi gratiam præſtito fidelitatis iuramento redit. Pontificij ſectatores (Argentinenſes & Colonienſes cum ſuis epiſcopis, nominat Vrſpergenſis) à ſuo rege deluſi, mox habito clandeſtino conſilio, Ottoni Ssxonum duci, Leonis filio, ut habent Rudimentum nouitiorum & Cranzius, eas partes deferunt: quem authoritate Innocentij, Aquiſgrani Adulphus Colonienſis inungit, expulſo inde Philippo, qui oppidũ illud prius occupauerat. Excommunicatione præterea papali in Philippum promulgata, Bohemus, Hermannus Landgrauius Thuringiæ, qui amitæ filius erat, alijq́; complures, relicto hoc, Ottoni ſe coniunxerunt. Suum etiam erga Ottonem ſtudium Nocentius ſcriptis ad eum literis declarat, quarum exemplum apud Cranzium uidere licet lib. 7. cap. 25. Saxoniæ. Antoninus ea occaſione Ottonem electum ſcribit, quòd Philippus neglecto Colonienſi, à Tarentaſiano epiſcopo, põtificis ad Germanos legato, uerùm alijs de cauſis miſſo, conſecrari ſe paſſus fuiſſet: pro ea iniuria uindicanda Colonienſem omnem mouiſſe lapidem, quo Philippo ægrè faceret. Egregium ſcilicet Eccleſiæ præſulis, & perpetua memoria dignum encomium.

Philippus, collecto milite, hoſtiũ agros infeſtat, Alſatiam omnium primò perluſtrans. Haldinburg arcem in agro Argentinenſi munitiſsimam expugnatam ſolo æquat. Rubeacum & Aphich oppida confringit. Pòſt ad Argentinenſem urbem caſtra ponit, ſuburbia exurit. Ea clade fracti ciues, urbem tradunt, & cum epiſcopo fidem iurant. Otto etiam in armis eſt: ſed Spiram uſq; progreſſus, à Philippo profligatur, & ad Saxones confugit, anno 1201. Dehinc in Thuringiæ Landgrauium, qui iam ſæpius contra fidem datam rebellis extiterat, omnẽ belli uim transfert uictor. Erfordiam occupans, inde longè latéque uillas, agros ac monaſteria utriuſq; ſexus depopulatur, ut refert Cranzius lib. 7. cap. 15. Saxon. Landgrauio auxilio uenerat Bohemus. Verùm uterq; ſuis contra Imperatorem uiribus diffidentes, ab armis diſceſſerunt: hic relictis caſtris noctu domum pedem retulit, ille ad pedes Imperatoris proſtrstus ueniam impetrat. Bohemos inſecuti Cęſareani, extremum agmen haud parùm uellicarunt. Pòſt recuperatis nonnihil uiribus, in Colonienſem mouet, eius ditionem hoſtiliter inuadit, oppida plurima ſubigit. Colonia obſeſſa, Imperatori ſe dat epiſcopus, eumq́; Aquiſgrani ſacro oleo perfundit, anno 1205. Ea de cauſſa epiſcopus per pontificium legatum ſua dignitate exuitur, ſubſtituto Brunone. Tandem duarum filiarũ elocatione, quarum altera Bohemo Vvenceslao, Ottocari filio (ut refert Auentinus) altera uerò Brabantiæ duci nupſit: & beneuolentia, qua principes complectebatur, Philippi uires adeò creuerunt, ut Otto ab armis diſcedere neceſſe habuerit. Sub idem tempus Philippus Ottocarum Bohemum, eiusq́; ſucceſſores perpetuò, principum ſententia, reges appellat, teſte Auentino lib. 7.

Principes diuturnis bellis grauiter attriti, de pace inter Philippum, pontificem

& Ot-

& Ottonem ineunda conſultant. Mittuntur ad pontificem legati, qui pacis conditiones accipit, ſi regis filia, pontificis ex fratre Richardo nepoti, quē nuper comitem ipſe creauerat, deſpōderetur: & altera Ottoni, qui regio nomine ſe abdicaret, matrimonio iungeretur. Acta ſunt hæc anno 1206. Quatuor enim erant Philippo ex Irene coniuge filiæ. Sicq; tandem afflictis rebus medicamen adhibitum eſt.

Ar apud Saxones adhuc quidam rebelles extiterūt, quos ad officium coacturus erat Imperator: ſed Bābergæ, ubi moram nectebat occaſione inciſæ uenæ, Otto quidam ſceleratus de Vittliſpach in palatiū eius irrumpit, ipſiq; nihil mali ſuſpicanti uulnus infligit, ex quo paulo pòſt occubuit, anno imperij decimo, Chriſti 1208. menſe Iunio. Ea aurem cædis tam neſariȩ cauſſa fuiſſe perhibetur, quòd unam ex filiabus Ottoni illi deſponſatam tradere pòſt noluiſſet, ob perfidè inreremptū quēdam Bauariæ ducis familiarem. Corpus eius Bambergæ rerræ mandatur: ſed pòſt Friderici ſecundi iuſſu Spiram defertur. Vrſpergenſis, Vincent. lib. 29. cap. 59.

De Philippo annotat Vrſpergēſis, quòd is Imperatorū primus, cùm argento, quod neruus eſt bellorum, deſtitueretur, uillas uicinasq; Eccleſias baronibus, qui ipſi militaranr, diſtribuerit & obligarit.

Ottonem Cæſaris interfectorem non mulro pòſt in Boiaria Heinricus quidam Calatinus deprehendit, eique uulneribus confoſſo caput amputat, quod Danubio ſubmergit. Auentin. lib. 7.

SVB OTTONE QVARTO.

E Rebus humanis exempro Philippo, rerū ſumma Otto ſolus potitur, Northuſæ in uxorē ducta Philippi filia, ut conuenerat: quæ quarto à nuptijs die morbo correpra, paulo pòſt uiuere deſijt, ut Nauclerus indicat uolum. 2. generat. 41. Peragraris aurem Rheni partibus, in Sueuiam conrendit Otto, magna ſeueritate in quoſuis latrocinia exercentes animaduertens, eccleſiaſticorū etiam ferociam laſciuiamq; cōpeſcens, quod Eccleſias opprimere uocat Vrſpergenſis. Magnam inde apud plebeios homines laudē aſſecutus eſt Imperator. Cȩterùm rebus regni firmatis, & iuſto militum numero coacto, in Italiam profectus, ab Innocentio coronatur, Philippo Francorum rege & plurimis Romanorū magnatibus reclamantibus. Prȩterea mos erat, ut poſt conſecrationē munera quædam Romanis diſtribueret Imperator: quod cum nō fieret, tumultus intra urbem exciratur, in quo Cæſareani grauiter attriti fuere. Ex urbe itaq; cum indignatione excedēs Imperator, cum contra iuramentum, inter conſecrandū pontifici præſtitum, quaſdam Italiæ urbes, quas S. Petri patrimoniū pontificij appellare conſueuerunt, in ſuam redegiſſet poteſtatem, non modò pontificia excidit gratia, ſed & atrox excommunicationis fulmen extorſit, anno 1210. Vincent. lib. 29. cap. 106. Antoninus tit. 19. cap. 2. Chronicon Martini Capellani. Res, ut acta erar, ſtatim ad Germanos perfertur, fulminis atrocitate (nam ne quis eum regem uel agnoſceret, uel ſaluraret, ſub anathematis pœna peſſimus Innocentius uetuerar) moti Hermannus Landgrauius Thuringiȩ, Moguntinus ac Treuerenſis archiepiſcopi, dux Auſtriæ, Bohemiæq; rex, ac mulri alij politici & eccleſiaſtici uiri, deficiunt, inſtigenteq; papa de nouo rege creando conſultant: ac communi eorum ſuffragio Fridericus Siciliæ rex, Heinrici ſexti filius, cui olim in cunis uagienti fidem principes dederant, ſurrogandus cenſetur. Mittuntur mox legati, Heinricus de Niſen, & Anshelmus de Iuſtingen ad pontificem, electionem nunciantes: qui licet Cainico odio inſectaretur Heinrici progeniem, attamen eorum uotis, modò ut Ottoni, qui pupillam oculi, hoc eſt, patrimonium eius contrectarat, ægrè faceret, annuit. Inde ad Fridericum irer inſtituunt, quem negocio expoſito ægrè admodum, uxore Conſtantia eum retrahente, quæ Germanorū metuebat dolos, ur in Germaniam unà eat, permouent. Romam cum ſimul diuertiſſent, pōtificis ſuffragium exquiſiuir prius: pòſt in Germaniam, magna beneuolentia apud quaſuis Italiæ ciuitates, ubi tranſeundum erat, ipſi exhibita, ſaluus uenit. Hæc, dum in hybernis in Apulia eſt Otto, fiunt. Sed is re cognita, ſtatim itineri ſe accingit, Germaniamq; petit: ac licet Romanus pontifex omnem moueret lapidem, ut Friderico Orro reconciliaretur, hic tamen pontificias conditiones amplecti noluit. Quare pontifex, ut eum Imperaroria dignitate quocunq; prȩtextu exueret, incubuit ſedulò.

In Germaniam cum ueniſſet Otto, Noribergæ comiria agit, principum animos arte pontificia à ſe auerſos recuperare laborat, eosq; quotcunq; ibi comparuerant obnixè rogar, ne tantum poteſtatis Romano concedant, pro ſuo arbitrio Cæſares uel conſtituendi uel reijciendi. Vincit ſua oratione plures, quorum ope ſtipatus Hermanum Thuringiæ Lādgrauium, qui ut præ cæteris ſuam fidem Romanæ ſedi probaret, Imperatori bellum faciebat, petit. Dum hæc fiunt, Friderici in

Germa-

Germaniam aduentus (nam Conſtátiam uſq; iam uenerat) nunciatur. Omiſſo itaq; Thuringiaco bello, Friderico occurrendú ſtatuit. Conſtantiam obſidet: ſed inde à ciuibus, quibus Francorum rex (qui odio Ioannis Angli, cuius ex ſorore nepos erat Otto, ipſum remotú cupiebat) ſubſidium miſerat, repellitur. Ac cum Briſacum ex fuga ſe recepiſſet, inde quoq; ciuium tumultu excitato, ob tentatam à militibus coniugum filiarumq́; pudicitiam, ut Vincent. lib. 30. cap. 1. refert, fugam capeſsit, & ad Saxones abit. Fridericus Aquiſgrani rex per Moguntinum ſalutatur, ad feſtum Iacobi, anno 1213. teſte Trithemio in Hirſaugienſi Chronico. Otto regno exutus, cum Ferrando Flandro, & Reginaldo Bolonię comite, Francorú regi bellum parat, quòd is auúculum ſuum Anglorum regem moleſtaret, ſubacta Normannia: ſed infeliciter prælio commiſſo ad pontem Bouinarum prope Tornacum, uterq; comes capti, in uinculis periere. Otto ægrè euaſit, tandemq́; anno, poſtquam regno priuatus eſſet, quinto, qui erat Chriſti 1218. dyſenteria moritur, abſolutus prius, ut Cranzius annotat, à Sifrido Hildeſiēſi. Vrſperg. Vincentius lib. 30. cap. 1. & 53. & ſequentibus, Cuſpinianus.

Ricardi Anglorum regis obitus, ſeditiones apud eoſdem peperit, quibus & Philippus Francus inuoluitur. Nobilium pars Ioannem Ricardi fratrem regem ſalutát. Alij Arturum Brytanniæ ducem, quòd ex Gaufredo fratre, qui Ioannem ætate anteceſsiſſet, natus eſſet, potiorem regni hæredem contendebant. Ioannes popularium militum animis largitione cōciliatis, Normanniá occupat: & Aleonotæ matris ſuaſu, tota Anglia ei fidelitatis iuramentum præſtat. Arturo Andegauenſes cum Cenomanis & Turonenſibus ſuffragantur. Cúmque eidem & Francus adſtipularetur, Ioannes ab eo pacem redimit, redditis quibuſdam oppidis in finibus Biturigum. Rebus ſic compoſitis, Ioannes rex Londini creatur anno 1201. quem Hubertus Cantuarienſis inungit. Interea demandarat Conſtantia Arturi mater, filij curam Franco: quam ipſe magnifica promittens ſuſcipit, ac confeſtim ingenti exercitu coacto, in Normannicum agrum erumpit, Eburouicum Arcas occupat, Cenománosq́;, qui periculi metu defecerant, in ſuam recipit poteſtatem. Ioannes certior de hac clade factus, Francum uiolatarum induciarum incuſat, profectusq́; in Normanniam eſt: ſed cùm uiribus impar eſſet, cōgredi cum hoſte ſuperſedit. Induciæ quinquaginta dierum utrinq; conſtituuntur. Iis exactis, de pace tractatum eſt, tandemq́; (ſæpius enim ad colloquiú fruſtra uterq; rex conuenerant) ad has pactiones uentum eſt, ut filia Alfonſi octaui regis Caſtellę, nomine Blanca, Angli ex ſorore Aleonota neptis, Ludouico regis Philippi filio locaretur, cui dotis nomine Ioannes ea omnia oppida, quæ Francus armis cepiſſet, condonaret, præter Andegauenſem urbem, quam Anglus ex fœdere recepit. Eam uerò tranſactionem primates Angliæ improbantes, ut ignauum ac omnibus conſilijs præcipitem ſuum regem contempſerunt. Balduinus quoq; Flandrus belli ſocius, hoc relicto, cum Franco amicitiá deinceps coluit. Ioannes poſthæc Sardanapalum egit, totus otio, uoluptatibus & exactionibus ſubditorum deditus. Auiſiam coniugé, quòd eam tertio conſanguinitatis gradu attingeret, repudiat, & Iſabellam Engoliſmenſis comitis filiam, quæ iam Hugoni Marchiæ comiti deſponſata erat, ducit, opera Francię regis, ex qua Heinricum ſuſcepit. Hugo ob præreptam ſibi ſponſam iratus Ioanni, in quamlibet occaſionem ſeſe uindicandi intentus eſt. Ea autem cum Arturo oblata, ei ſe adiungit, Pictones contra regem armat. Arturus cum belli ſocio Turonibus, qui metu periculi defecerant, & Andegauenſibus deuictis, eorú comitem, Franco ſic uolente, ſe denominat. Alienora, quæ ijs regionibus præerat, in Mirabellum arcem munitiſsimam ſe recipit, & filij auxilium implorat. Eam Arturus inſequitur, ac arce expugnata in deditionem accipit: quam tamen honeſtè habuit. Ioannes rex matris literis perturbatus, coacto tumultuario exercitu, ac dies noctesque continuato itinere, hoſtem iam ſecurum & nihil minus timétem reperit. Angli impetu facto magnam ſtragem edunt: capitur Arturus, & Rothomagi in cuſtodiam traditus, parum ſuperſtes eſt. Alij, quòd fuga ſibi conſulturus, in Sequanam amnem ſit delapſus: alij, quòd animi mœrore abſumptus: ſunt etiam, qui à rege eum ſupplicio affectum tradunt. Pictones quoq;, Turonenſes & Andegauenſes in regis poteſtatem iterum ueniunt.

Conſtantia parricidij accuſat Ioannem apud Frácum, qui ei diem dicit, ad quem niſi comparuiſſet, cauſſa eum cecidiſſe, ac proprietatem omnium locorum, quæ ille ut beneficiarius tenebat, ad ſe rediſſe decernit. Simul etiam cum copijs Normannicum agrum ingreſſus, igni ferroq́; depopulatur omnia loca, quacunque iter facit. Anglus Romani papæ opem implorat. Is Franco tum per literas, tum per oratores, ut ab armis diſcedat, mandat. Sed fruſtra

laborat

laborat papa. Francus bellum, ut cœperat, perſequitur ſtrenuè, munitiſsima quæq; caſtella ſummis uiribus expugnat. Bellum ipſe rex adminiſtrabat. Interim Ioannes domi ocio torpeſcens, pecuniæ faciendæ exquiſitè ſtudet, parum de ſuorum clade ſollicitus. Perſiſtebat in fide Angli ſolum Rothomagum, totius Normanniæ caput. Eam urbem omni ui bellica adhibita expugnare incipit: ſed cùm hac ratione parum proficeret, promiſsis ad defectionem ciues ſollicitat. Ii ut ueteris gloriæ laudem obtinerent (nam gloriari ſolebant, ſe in fide erga ſuum principem ſemper permanſiſſe, quam ob cauſſam & Ricardus in ea fideli ciuitate cor ſuum ſepultum uoluerit) omnia prius tentanda decernunt. Mittuntur ex ciuibus ad regem legati, petitum auxilium in extremis anguſtijs. Sed à ſuo principe per ignauiam deſeruntur. Tandem fame penè enecti, Franco ſe dedunt. Sic Normannia, cæteriſq; in Aquitania locis potitua Francus, uictor domum redijt. Atq; ita Normánia, quam 316. antè annis Rollo dux occupauerat, à Francis recepta eſt. Fuit is annus ſalutis humanę milleſimus ducenteſimus & quintus. Inter has turbas Aleonora mater Ioánis mœrore animi extinguitur. Crebris tandem nobilium exhortationibus motus Ioannes, bellum quidem ſimulat, claſſemq; parat, ſed paulo pòſt animi mutata ſententia, metu proditionis arma deponit, grauiter in eos, quos de proditione ſuſpectos habebat, animaduertens.

Guido uicecomes Toarcenſis Conſtantiam uxorem duxerat, & Arturo priuigno in principatu ſucceſſerat, ac Ioanni regi ſe coniunxerat. Vrebat hoc Francum. Exacto itaque ferè biennio, quo Anglis quies conceſſa per ipſum fuerat, iterum arma induit, & quæ ſupererant maritima loca, ſubigere penitus animũ inducit. Lochias primùm expugnat, & Chinone poſt multos labores tandem ciuinm tráſfugarum prodirione potitur. Inde in Britanniam uſq; progreſſus, munitiſsimam quandam arcem ad Grapelitum promontorium poſitam diruit. Ioannes tum Guidonis ſocietate, tum contumelijs, quæ in eum iaciebantur, excitatus, claſſem adornat, qua Andegauum contendit, expugnatamque primo impetu urbem militi prædæ dat, ac ipſa mœnia ſolo æquat. Inde egreſſus in uicinum agrũ, quicquid obuium eſt proſternit. Hoc ſucceſſu elatus, in Pictones iter intendit. Sed Franco, qui de his rebus certior factus fuerat, eum cum copijs inſequente, ſubſiſtere cogitur. Cæterùm in itinere Francus Britannum ducem, Sauarum Malleonenſem, & Almericum Luſianũ heroes, qui belli ſocij erant, & prædas agebant, ex improuiſo obrutos ceperat. Quæ res & animũ & uires Anglo imminuit, at Franco uictoriæ ſpem adauxit. Confidentibus autem haud longè à ſe inuicem utriſque copijs, acies inſtuuuntur: cumque iamiam ſignum conflictus expectaretur, interuẽtu antiſtitum & militum primariorum induciæ ad annos duos utrinq; fiunt, permutatis inuicem captiuis. Poſthæc Francus ad ſuos, Anglus etiam in Angliam remeauit. Ioannes ocium & quietem nactus, Andegauum, ubi ipſe in lucem editua erat, reſtaurat. Sub idẽ tempus Otto Romanorum Imperator in Angliam uenit.

Quátas etiam turbas in Angliæ regno, cui ſacris interdictum fuit, dederit Stephani Cátuarienſis electio, alibi expoſuimus. Ea occaſione multi primates ad Alexandrum ſecundum Scotiæ regem confugerunt. Id ipſum ægrè ferens Ioannes, bellum inſtaurat, ut in eum, qui fœderis iura uiolaſſet, uindicaret. Profectus in Northumbriá, hoſtium fines inſeſtat. Scotus, ut Anglicis copijs reſiſteret, cùm ſe imparem ſentiret, abiectis armis, prægrandi auri põdere pacem redimit. Non multo pòſt in Hybernos, qui ab eo defeciſſe dicebantur, bellum transfert: quos facilè ad officium coegit, accepris ab ijſdem obſidibus. In Angliam inde reuerſus, bellorum ſumptus, quos fecerat, à populo exegit.

Gallum, Anglo ex ocio Eccleſiarũ præſules interim, ſubditosq; exactionibus alijsq; oneribus affligente, Romanus papa, uerè diaboli, qui homicida eſt, mácipium & uicarium ſe præſtans, per Pandulphum Templarij ordinis monachum inſtigat, & ut excommunicatum Anglum regno etiam per ſacrum (quod per antiphraſin intellectum uolumus) Romanorum carpinalium decretum, exutum, armis ſtrenuè inſectaretur. Fama inſuper per Angliá ſparſa, regi imperium abrogatum, & quoſuis à præſtita regi fide liberos: multi tum ſacri tum prophani ordinis uiri, in Galliam ſe recipiunt. Vvalli finibus ſuis egreſsi, finitimos agros deuaſtant, & nonnulla caſtella ſolo ęquant. Indignstus Ioannes, obſides, quos diximus, ſupplicio afficit: imò in omnes, nullo dignitatis reſpectu habito, bacchatur ſænitque. Francus commodè oblatam belli contra Anglum gerendi occaſionem obuijs ulnis amplectitur, terra marique exercitum in hoſtem Dei publicum (ſic enim à papa Anglus fuerat proclamatus) educit. Iosnnes quoq; de Gallorum aduentu per exploratores edoctus,

utraq;

utraq; uia eos armata manu excipiendos decernit. Verùm Pandulphus, quo incentore uſus fuerat homicidialis ſpiritus, fortè conſcientiæ ſtimulo excitatus, præcurrit ad Anglum, eiq́; quantum ipſius ceruici periculum à Franco immineat oſtẽdit, quod hac unica ratione diſcuti poſſet, ſi colla Romani papæ iugo ſubmitteret, eiusq́; præceptis obediret. Anglus parendi neceſsitatem imponi ſibi uidens, tandem ſe pontificis arbitrio ſtaturum promittit, regiumq́; diadema Pãdulpho tradit, nunquá id aut ipſe aut hæredes accepturi niſi à papa (Polydorus à nullo ſucceſſorum id factum, nec eiuſmodi deditionis ullos annales Anglicos meminiſſe affirmat.) At diadema mox eidem reſtituitur.

Poſthæc ad Gallum redit Pandulphus, quæ geſta ſint recenſet. Sed ea minus grata ipſi fuere: conuocatoq́; militari concilio, quid agendum ſit cõſultat. Illi uno ore bellum cœptum, quod tanto labore, tantisq́; ſumptibus conſtitiſſet, omnino perſequendum ſuadent, præter Ferdinãdum Flandricum comitem, qui ab armis diſcedendum conſuluit. Is enim clam cum Anglo & Bononienſi ſentiebat, eo quòd citerioris Flandriæ pars à Franco per uim ſibi adempta eſſet.

Non poterat non ſuſpectũ habere Flandrum Gallus, præſertim cum ad diem dictum non compareret, quo ad bellũ eundum erat. Omiſſo itaq; Anglo, Flandrus, ne quid rege abſente moliretur in Gallia, petitur, & ad Dammum portum claſsis tota deduci iubetur. Ibi nauibus egreſsi, Caſletum & Hypras capiunt: hinc Brugas & Gandauum contendunt, diuiſisq́; copijs ſimul oppugnant. Ioannis opem implorat Ferdinandus. Ille mox cum claſſe, quę iam parata erat, præſtò adeſt, cõmoda oblata tempeſtate. Duces, quibus belli ſumma ab Anglo demandata erat, conſpicatis hoſtium nauibus, curſum ſiſtere iubent, moxq́; ſcaphas ſpeculatorias ad cognoſcendum mittũt, ecquæ naues ſint, & quo muniantur præſidio. Speculatores piſcatorijs ueſtibus induti propius accedentes, ſine præſidio eas eſſe inueniunt. Nam qui relicti fuerant cuſtodes, prædandi cauſſa in uicinum agrum excurrerant. Angli re cognita, ad certamen ſe expediunt: hoſtiũ naues, præſertim maiores, intercipiunt, reliquas ſpoliatas exurunt. Hoc negocio feliciter confecto, pedeſtri itinere ad Gallicas copias contendunt. Illæ uerò ſuorum periculo cognito, ut ijſdem auxilio ſint properant. Sed in itinere de peracta clade edoctæ, Angloſq́; eorum aduentum auidè expectare, ipſum etiam Ferdinandum cum copijs à tergo ſubſequi, ad patrios lares pedem referunt. Acciderunt hæc ſub annum ſalutis 1212. Elatus hac fortuna Ioannes, exercitum iterum cogit, ac Andegauium contendit. Redeunt ad eum tum Pictones. Finitimum agrum depopulatur, Frãcosq́; eijcit. Sed dum Monachirupem oppugnat, Ludouicus Franci filius cũ exercitu aduentare nunciatur. Omiſſa itaq; obſidione, Andegauum redijt. Ludouicus Pictones in poteſtatẽ redigit. Interea Philippus ad pontem Bouinum in Flandria exercitum quendam fundit, cui Otto Imperator præerat. Hac clade motus Ioánes, inducias quinq; annorum cum Franco pepigit. Polyd. lib. 10. Paulus Æmylius lib. 6.

Dehinc inteſtinum apud Anglos inter regem & optimates exortum eſt bellum, idq́; hac occaſione. Auarus erat rex, ut inquit Boetius, eoq́; humana & diuina, ubi emolumẽti aliquid percipere potuit, contempſit. Cumq́; res ad ſeditionem ſpectarent, primoribus deteſtantibus, & moleſtè ferentibus regis auariciam, quibus & Francus & Scotus auxilia promiſerant: Ioannes, ut huic malo præueniret, promittebat ſe daturum operam, ut quibuſdam legibus populo minus commodis abrogatis, ueteres Eduardi leges reſtituerentur. Sed cùm promiſsis non ſtaret rex, optimates ad Burienſe cœnobium conueniunt, de regis tyrãnide & grauaminibus regni queruntur, conſilioq́; habito ad regẽ Londini agentem accedunt, ac ut promiſsis ſtaret, rogant poſtulantq́;. Placidè reſpondet Ioannes (quamuis aliud animo ſentiret,) nimirum fore ut paucis pòſt diebus ipſorum poſtulatis ſatisfieret. Interim rex arma parat, exercitum cogit, & loca tuta munit. Optimates regis ſtudium uidentes, & ipſi militem ſcribunt, ac Robertum quendam belli ducem deſignant. Cumq́; rex, nunquam ſe eorum poſtulatis annuere uelle, iuramento etiam addito, apertè per Cantuarienſem reſpondiſſet, optimates Northãtonum obſident. Sed cùm bellicis machinis deſtituerentur, fruſtra laborant. Inde ad Bedfordienſem arcem accedunt: quam præfectus, clam cum ipſis ſentiens, facilè tradit. Londinẽſes à rege deficientes, ijſdem accedunt. Rex, ne Londinienſium ſtudium cæteræ ſequerentur ciuitates metuens, ad optimates legatos miſit, qui regem omnia ex ſentẽtia facturum dicerent. Eliguntur & iuſſu regis graues uiri, qui quod conceſsiſſet rex, ritè ſeruandum curarent. Credunt optimates regi, ac læti ex Vindeſorio caſtro, ubi conuentus erat celebratus, tanquam uoti ſui compotes iterũ diſcedunt. Rex uerò ira æſtuans,

in Vectem

in Vectem inſulam clam cum paucis traijcit,ad regium ſenatũ rem refert, & quid præſenti malo remedij adhiberi poſsit,cõſulit. Illi à Romano papa auxilium petendum ſuadent. Placet regi conſilium. Mittuntur legati, qui papam de ſeditione edoceant,exponantq́; regem ſuorum uiribus coactum reddidiſſe populo leges & immunitatem regno exitialem: & quia ea omnia ſine autoritate ipſius, qui in regnum Angliç ius haberet,acta eſſent,ideo uelit ea irrita facere,ac principibus,ut regi pareant,mandare. Innocentius,auditis legatis,qui omnẽ diſſenſionis Anglicæ culpam in optimates reijciebant, ſua autoritate irritum decreuit, quicquid immunitatis Ioannes paulo antè,metu armorum, dediſſet.Optimates quoq; per literas monuit,ut depoſitis armis,regi pareant.At hi fraude cognita, põtificem Romanum incuſant,quòd ſententiam, non prius audita altera parte,tuliſſet: exercitum,qui iam penè dimiſſus fuerat, redintegrant, ac Roceſtrenſem arcem præſidio muniunt.Rex cum nuncios, qui de optimatum contumacia papam certiorem redderent, ablegaſſet, Roceſtriam obſidet, cui Ferdinandus Flandriæ comes auxiliares mittit copias, & ſexageſimo obſidionis die arcem ad deditionem compellit. Interea & Innocentius ſuum fulmen eiaculatur,quotquot contra Ioannem arma tuliſſent,diris deuouens.Negocio ad Roceſtriam feliciter expedito,alteram exercitus partem in Londinenſem agrum mittit, alteram ipſemet in Eboracenſem ducit:in nobilium bona igne ferroq́; uterque graſſantur,nobilium coniuges liberosq́; cauſſa ulciſcendi iniurias iugulant, aut carceribus tradunt.Optimates uiribus fracti, & in ſummis anguſtijs conſtituti,Ludouicum Franciæ regis filium,ut afflictis rebus opem ferat, rogant. Philippus pater in magnam ſpem potiundi regni Angliæ hac occaſione erectus, filium (ipſemet enim propter quinquennales inducias adeſſe non poterat) cum armata manu quàm citiſsimè adfuturum promittit:inſtructaq́; claſſe,omnium opinione citius ad Sanduicum, Cantij portum appellit, & cognita Ioannis fuga (Nam is ſua natura timidus,Gallorum aduentu uſqueadeò territus eſt, ut nulli munitioni ſe credere auderet) Londinum pergit. Eò principes congregati, eum regem ſalutant, ac in eius uerba iurant. Hæc dum Londini fiunt,Alexander Scotiæ rex cum electo milite aduolat, & Philippo ſe coniungit.Inde egreſsi auſtralem Angliæ partem perluſtrant,arces oppugnant: milites non modò priuatorum opes,ſed & templorum & ſacrificulorum diripiũt.At multò crudelius Orientis plagam diuexant.Doueri & Vindeſorij expugnatione Gallis occupatis, Ioannes rex ex Vintonia, ubi latebat, nuncios mittit, qui perditiſsimos quoſq; ſpe prædæ ad ſe allicerent. Confluit magnus eorum ſubitò numerus. Vintonia cum exercitu ſeu furum manipulo excedens Ioannes, igni ferroq́; ſacra prophanaq́; uaſtat. Inde in Cantabrigienſem agrũ delatus eſt: quem cùm pari clade affeciſſet, ad oram maritimam deflectit,ibi cuncta militibus diripienda dat. Tandem poſt multam crudelitatem, in miſeros homines ſine diſcrimine ſexus & ætatis perpetratam, exercitus in uorticibus Nynç fluuij,quem incautius tranſibat, ſubmergitur, Ioanne cum pauciſsimis uix euadente. Ex ea clade Ioannes in febrim incidit,qua paulo pòſt, maximè uerò animi mœrore, extinctus eſt, pridie Idus Nouembris, anno ætatis 51. regni 18. Alij ueneno, quod monachus ei propinarit,extinctum ſcribunt. Polydorus Verg.lib.15. Hector Boetius lib.13.

De rebus Galliæ,quæ ſub hoc tempus incidunt,iam diximus. Præter hoc uerò, quod cum Anglo geſsit bellum Francus, cum Albingenſibus hæreticis, in Toloſatium comitatu confidentibus, ſub idem tempus ipſi negocium fuit. Nam ij hoſtes Eccleſiæ iudicati,inſtinctu Innocẽtij pontificis,quoſuis contra eoſdem arma capeſſere ſuadentis, miſerè & crudeliter trucidãtur per Simonem comitem de Monteforti,qui belli dux erat, expugnatis ſoloque æquatis pluribus eorum oppidis. Sed cùm auocatis Gallicis copijs bellum perſequi non uacaret, mox animos Albingenſes ſuſtollunt. Veniunt ijs auxilio Alphonſus Terraconenſium rex. Adſunt & alij comites cum exercitu, circiter cẽtum millia armatorum. Cum quibus congreſſus Simon parua admodum manu ſtipatus, in fugam eos coniecit, ac penè uiginti millia cæſa dicitur. Annus quo hæc ſtrages edita eſt,1213. annotatur. Æmylius.

Apud Vngaros poſt Emericum Ladiſlaus filius, eius nominis tertius, ſceptro regio potitur,pacis ſtudioſus: ſed tãtùm ſex menſes & dies quinq; imperat, pòſt uiuere deſijt, anno 1201. Cui Andreas patruus, quem ſuperiori ſeculo regnum ambijſſe diximus, ſuccedit antiſtitum procerumq́; conſenſu, animi magnitudine, religionis & iuſticiæ laude inſignis. Ex Gertrude, quę nobili apud Germanos ſtemmate nata erat, Belam, Colomannum, Andream & Eliſabetham ſuſcepit. Summam autem fœlicitatem, qua in regni adminiſtratione

fruebatur, coniugis caſus turbauit, ut alibi diximus. Regno præfuit annis triginta quinque. Bonfinius libro ſeptimo decadis 2.

Cum apud Polonos principatu armis potiri non ualeret Miecislaus ſenex, dolorem egit. Cuiauiam fraude occupat: pòſt Helenam Leſci matrem blandis uerbis adoritur, ac perſuadet, ut ipſi principatum certis conditionibus relinquat. Iurat quidem Miecislaus, ſed promiſſa non ſeruat. Mulier ſe deluſam dolèns, de iniuria & perfidia Miecislai apud Cracouiēſes proceres queritur, eorumque opem & conſilium implorat. Conſpirant itaq; in Miecislaum pleriq;. Nicolaus palatinus, qui princeps horum erat, Cracouiam occupat (aberat enim tum fortè Miecislaus) ac Helenam cum filio intromiſit. Miecislaus denuò iiſdem artibus, quibus prius uſus fuerat, ad principatum adſpirat. Helenæ, non per ſe, ſed per Cracouiēſes proceres, maximè uerò per Nicolaum ſtetiſſe, quò minus fidem ſeruarit, ſuggerit: ſe abſque ulla tergiuerſatione paratum fidem ſuam liberare, modò Nicolaum à conſilijs excludat & releget. Paret imprudens fœmina, Nicolaum remouens. Verùm is contumelia illa uſqueadeò irritatus, ad Miecislaum tranſit, ac impetrata ab ipſo præteritarum offenſionum uenia, principatum Poloniæ ei ſine ullo negocio reddit. Sed paulo pòſt repentina morte deceſsit Miecislaus, anno 1202. Leſco Albo iterum defertur principatus per Cracouienſem conuentum. Verùm Nicolaus, in cuius corde altas egerat radices illata ab Helena matre Leſci iniuria, manibus pedibusq;, quò minus id fiat, obſtat: perficitque tandem, ut Vuladislaus Laſconogus, Miecislai filius, princeps renunciaretur abſens. Quem tamen ipſe principatum, niſi prius Leſcus ultrò ſe eodem abdicaret, recipere noluit. Quo facto, ipſe conuentus poſtulatis annuit. Ea occaſione, quòd nimirum Leſcus principatum repudiaſſet, turbas mouet Romanus Halicienſium dux: maximè uerò Leſci ditionem, ſuæ finitimam, infeſtam reddit. Opponit hoſti ſuas copias Leſcus: factoque ad Zauichoſtum oppidum in ripa Viſtulæ prælio, ad 13. calend. Iulij, eundem in fugam conijcit. Romanus uerò inter fugiendum confoſſus eſt, anno 1205. Per idem tempus Lituani à Ruſsis uicti, & tributarij facti dicuntur.

Altero à Zauichoſtenſi pugna anno, Nicolao, qui ſolus Leſco obſtiterat, mortuo, repudiatur Vuladislaus, ac Leſcus ſurrogatur. Et quidem Vuladislaus quietis amans, nulla re Leſco moleſtus fuit. Acta hæc ſunt anno 1206. Cum Ruſsis, à quibus incurſionibus in Poloniam prouocatus, ſiue ad ferendum auxilium Colomanno Haliciam repetēti inuitatus, uario Marte pugnauit. Tandem anno 1211. cęſis quinque Ruſſorū ducibus à Polonis, pax quædam inter ipſos fuit: nec ullum poſtea bellum ad uitæ finem uſq; geſsit Leſcus, pace & ocio delectatus. Tandem à Suentepolco Pomeranorum pręfecto, quem ducem creare detrectabat, occiditur, anno 1227. Cromerus lib. 8.

Canuto in regno Daniæ ſucceſsit frater germanus Vvaldemarus, ab Andrea Lundenſi conſecratus, anno 1203. Lubecam deinde profectus, rex Danorum, Vandalorum, & dominus Nordalbingiæ ſalutatur.

Cæterùm Vvaldemaro Bononia, ubi exulabat, eo quòd Danicū ſceptrum ſub Canuto affectaſſe uiſus fuerat, accito ad epiſcopatum Bremenſem: metu regni, arma contra eundem induit, omiſsis Suerinenſibus comitibus Guncelino & Henrico fratribus, qui Ioannem quendam arce ſua Grabow eiecerant, quem rex reſtitutum uolebat. Eas tamen belli partes Alberto Nordalbingio comiti tradit: is arcem Boiczenburg diruit, omnemq; Suerinenſem comitatum igni ferroq; depopulatur. Interim rex in agrum Bremenſem contendit, traductisq; per Albim copijs, Hornborgenſem arcem expugnat, præſidioque munit: inde excurſiones faciens, uicina loca infeſta reddit, Vvaldemarum eiectum, & Gerhardum in eiuſdem locum ſubſtitutum cupiens. Hamburgum (nam incolæ Gerhardi partibus ſtudebant) Otto Imperator, adiutus à fratre Heinrico palatino, Ottone Marchione Brandenburgico, & Vvaldemaro epiſcopo, oppugnat, eoq; potitur. Verùm altero anno fame eādem urbem expugnat Danus. Tādem Stedingis Vvaldemarum epiſcopum, cuius partes hactenus tutati fuerant, deſerentibus, & Gerhardo ſe coniungentibus, Bremenſes ciues uiribus impares arma deponunt, & repudiato Vvaldemaro, Gerhardum recipiunt epiſcopū.

Sub idem tempus, annū uidelicet 1209. Stralſundum ciuitatem à Vvaldemaro & Iarimaro Rugienſi principe extructam, ſcribit Ptolomæus Lucenſis.

Rerum ſucceſſu elatus Vvaldemarus, & Pomeranis bellum facit, quos ſuæ ditioni ſubiectos eſſe uolebat. Nam Vvagriā, Holſatiam, Obotritorum & Kiſsinorum terram tenebat: & quotquot hiſce imperabant locis, eum feudi dominum agnoſcebāt. Expugnatis itaq; aliquot Pomeraniæ

urbibus,

urbibus, & Demino urbe præſidio munita, exercitũ reduxit. Cranz. lib. 7. Vādaliæ.

BALDVINVS FLANDRVS, *Conſtantinopolitanus Imperator.*

Capta à Francis Venetiſq;, quos Latinos Nicetas & Gregoras uocant, Conſtantinopoli, res Imperij ad Francos deuoluta eſt, è quibus Balduinus Flandrus, uir pius & modeſtus, Imperator creatur, anno 1202. Poſt Thracijs urbibus peragratis, Oreſtiadi, Didymoticho & Philippopoli præſidia imponit. Xanthia præterita, Theſſalonicam petit, Bonifacio marchione comitante: cuius incolæ extra urbem honorificè eum excipiunt, hoc ſupplicitet orātes, ne uel ipſe urbem intraret, uel exercitum ingredi pateretur: qui cum non uni parêret duci, & ex uarijs gētibus conſtaret, uereri ſe, ne illius edicto ſpreto, milites urbem ſpoliarent. Petitioni annuens Imperator, iuxta urbis mœnia caſtra ad aliquot dies habet: tandem rebus ex ſententia compoſitis, Bizantium regreditur. Interea Bonifacius marchio Theſſalonicam rediteius opulentia cognita, auro ciues emungit, & ſplēdidiores domos, eiectis dominis, ſuis militibus inhabitandas dedit. Inde digreſſus cum exercitu, alias Græciæ urbes occupat. Balduinus interim Heinricum fratrem & Petrum Plancium ad Aſiaticas urbes oppugnandas cũ iuſtis copijs miſerat: quorum hic Theodorum Laſcarem, circa Pæmaninum occurrentem, in fugam conijcit. Lopadio oppugnato, ciues ſupplices facti in gratiam recipiuntur. Eandem clementiam & cæteræ urbes, quæ armis abſtinuerunt, expertæ ſunt, ijs quæ parêre detrectabant malè tractatis. Heinricus uerò, exuperatis Idæ mōtis anguſtijs, ad Adramittium Theodorum Philadelphienſem profligat.

Contra Marchionem Leo Scurus copias educit: ſed hoſtiũ ſolo conſpectu territus, pedem retrahit, hoſteq; relicto, Argos dolo & Corinthum latrocinio cepit. Sed cum Athenas fruſtra oppugnaret, fortiter eas defendente Michaele archiepiſcopo, uillas uicinas ſuccendit, & Thebas exercitum ducit: quibus primo impetu captis, Lariſſam contendit: ubi cum Alexio Angelo Comneno, quem ſuperiori ſeculo Conſtātinopoli fugiſſe ſcripſimus, ſe coniungit, eius filia Eudocia, quæ Murzuflo, quem alij Myrtilum appellant, nupta fuerat, in uxorem ducta. Murzufium enim ſocer captum oculis priuaurat: Galli uerò eundem comprehenſum Biſantium reduxerant, non multo poſt excæcationem, & ex præcipitio deiecerunt ob enectum Imperatorem ſuum & dominum.

Marchio interim liberè progreſſus, Bœotia potitur, Athenis ſuum præſidium imponit. Eubœa ſubacta, exercitus non ut pedites, ſed ut aëriæ uolucres ad Iſthmũ tranſuolant, ac Corinthum in deditionem accipiunt. Laconiam peruagati, impetum in Achaiam faciũt. Scrugus interim in Acrocorintho (ueteris Corinthi arx eſt, in arduo monte ſita) tanquam draco in antro latuit. Hoc ſucceſſu fractus Alexius Imperator (captũ fuiſſe, Gregoras teſtis eſt li. 1.) Imperij inſignia apud Marchionem depoſuit, in uitæ ſubſidiũ Halmyro accepto. Cæterùm milites eius, quorum pleriq; nobiles erant uiri, cum à Marchione & ipſo Balduino rege, quibus ſuam operam in bello deferebant, repudiarentur, Macedoniç & Thraciæ urbes ad defectionem ſolicitant. Eijciuntur ex iiſdē præſidiarij milites, multi trucidantur, Blachis & Ioanne quodam in Hæmo monte habitante, qui Scytharũ multas myriades in ſuo habebat exercitu, adiuuantibus. Ad hos motus compeſcendos ſuas copias cogũt Latini duces, eaſq; cōtra urbes quæ defecerant, mittunt, quarum aliquę ad officiũ redierunt. Ad Adrianopolin uerò, quç obſidebatur, in inſidias à Scythis, in pecudes iuxta caſtra eorum paſcentes impetũ facientibus, pellecti Latini, & undequaque circumuenti, miſerè trucidantur. Balduinus captus Ternobī in uinculis tenetur. Dandalus Venetorum dux, qui extremũ agmen claudebat, à fugiētibus de infœlici prælio certior factus, pedem refert, ac curſu celerrimo, læſa etiā ex equitatione ualetudine, cum Heinrico Balduini fratre Bizantium properat. Ioannes tāta uictoria elatus, urbes quæ Latinis jam parebāt, oppugnare incipit, Serras incendit. Marchio, qui in Peloponneſo conſtituenda occupabatur, per coniugem de Theſſalonicenſium defectione certior factus, omiſſo Scrugo, cũ copijs mox præſtò eſt: ſed in itinere, qui pace urbi reſtitutam Blachis fugatis nunciant, occurrunt. Theſſalonicam ingreſſus, de authoribus defectionis, tum ex laicis, tũ ſacro ordine, ſupplicium ſumit, relegato etiam Alexio Imperatore. Ibi de amicorum clade quoque certior factus, ad Serras Scythis occurrit, ſed ualde infœliciter. Nam prælio uictus, Theſſalonicæ ſe includit. Ioannes Berræā & alias, quæ ſub Marchionis iugum redactæ erant, urbes occupat, ſtupenda in deuictos uſus crudelitate. Heinricus Balduini frater, & Marinus Venetorum Dux (nam Dandalus diem extremum clauſerat ex uulneribus ſuperiori prælio acceptis, ut refert Gregoras) Bizantio egreſsi, Thraciæ urbes, quæ defecerant, infeſtāt, nullum &

ipſi ſæuiciæ genus in uictos pretermittũt. Sed cum maiorem exercitus partem lues & fames ad Oreſtiadem, & exundatio ad Didymotichum abſumpſiſſet, inde Bizantium receſſerunt. Liberè itaq; uagatus Ioannes, Philippopolin euertit: Aprum, Rhędeſtum, Perinthum, Daonium, Arcadiapolim, Meſenam & Zutulum excindit. Poſt omnia oppidũ Athyra ad internecionẽ eſt deletũ. Sed cum Didymotichũ aliquádiu fruſtra oppugnaſſet, & Latinos ex Bizãtio ſuppetias obſeſsis laturos cognouiſſet, ſoluta obſidione in Myſiá regreditur. Balduinum uerò cum aliquádiu captiuũ Ternobi detinuiſſet, tãdem pedibus manibusq; trũcatum uolucribus deuorandũ obijcit.

HEINRICVS.

Sedecim à captiuitate Balduini mẽſibus elapſis, & nece eius certò cognita, Heinricus frater ſumma cõcordia in Imperio ſurrogatur. Is cum Boniſacio Adrianopolim, quam ad defectionem ſolicitabãt Blachi Scythæq;, profectus, ciues in officio continuit, hoſtibus uſq; ad Cremnum & Boreá profligatis. Nicetas. Narrat Cuſpinianus, Heinricum, poſtquam Iconij Soldanum Sateliam urbem diripuiſſe cognouiſſet, omnibus in ea incolis trucidatis, pacem cum Blachis feciſſe, ducta in uxorem ipſorum ducis filia: poſthæc Conſtantinopolim reuerſum, eamque uallis munijſſe. Moritur undecimo imperij anno.

PETRVS ANTISIODORENSIS.

Cùm maſcula prole deſtitueretur Heinricus, Petrus Antiſiodorenſis comes, eiuſdem gener, Imperator eligitur anno 1216. ut habet Gaſſarus. Romam profectus, ab Honorio coronatur cum Iole cõiuge. Roma in Dalmatiam delatus, cõiugem Conſtantinopolin præmittit, ipſe Dyrachium petit, quod Laſcaris tenebat: ſed cum fruſtra oppugnaſſet, ad Macedonię urbes inuiſendas animum adiungit. Accepta itaq; fidei publicæ ſecuritate à Laſcare, ad Tempe peruenit: ubi cum in eiuſdẽ contra fidẽ datam inſidias ſtructas incidiſſet, ad carcerem detruſus eſt, & poſt biennium in conuiuio obtruncatus. Cuſpinianus.

ROBERTVS.

Succeſsit patri Robertus filius, anno 1220. Sed cùm Roma poſt impetratum regium diadema, Bizantium reuerteretur, in Achaia morbo deceſsit. Cuſpinianus. Imperauit annis 7. iuxta Funcium.

BALDVINVS.

Balduinus filius admodum puer patri ſuccedit, re interim Marino Veneto Byzãtij prætori demandata. Pòſt Ioannes Brenna Ieroſolymorum rex accerſitus, ac ſuadente Gregorio Conſtantinopolim delatus, filiam ſuam Marthá Balduino deſpondet, Cõſtitutumq; eſt, poſt ſoceri mortem Imperium genero permittendum. Exagonarum princeps ad Ponticũ, filiam, quam Balduino obtulerat, ſed repulſam paſſus fuerat, Theodori Laſcaris filio Ioanni elocat. Iuncti hinc affinitate Græci Imperatores, pellendis Latinis & arma & animos iunxerunt, ut pòſt dicemus.

THEODORVS LASCARIS.

Hæc dum in Occidẽtali Græciæ plaga fiunt, ij qui Orientalem incolunt illuſtres uiri, creandis Imperatoribus intenti ſunt. Nam Maurozomes Manuel, Caichoſrois auxilijs fretus, cui non multo antè recuperato Iconio filiam deſponderat, nihil non conabatur, ut Imperatorio nomine potiretur, & omnem Mœandrium tractum cum Turcis uaſtabat. Theodorus Laſcaris, Alexij Comneni gener, illo profligato, ab omnibus Oriẽtalibus urbibus Imperator ſalutabatur. Hæc, ut refert Gregoras, Alexius ſocer ęgrè ferẽs, ex inuidia & ęmulatione per mare Ægæum ingreſſus, clam Iathatinem Turcarũ principem cum copijs adducit, Antiochiam ad Meandrũ obſidet. Laſcaris cũ octingentis uiris bellicoſiſsimis, celeri curſu hoſti præter omnem eius opinionem occurrit, prælioq; cõmiſſo, Iathatini proſtrato caput Alexius amputat, eoque barbaris oſtẽtato, ipſi pacem petunt. Socerum uerò in hoſtili exercitu comprehenſum, Niceam perducit, priuatiq; hominis habitu indutum liberaliter habet, omnia neceſſaria ſuppeditans.

Et Dauid Cõnenus exercitu ex Paphlagonia & Pontica Heraclea coacto, & Iberum, qui ad Phaſidem habitabant, legione conducta, pagos & urbes ſubigebat. At cũ Sinadenum cum exercitu ad Nicomediã miſiſſet, Laſcaris armatus contra illũ proficiſcitur, & ex improuiſò eundem adortus capit, militibus diſsipatis. Dauidem uerò, ne ultra Ponticam Heracleam progrediatur, reprimit. Nec multo pòſt Maurazomẽ cum Turcis ui profligat.

Inter hos motus coniuge mortua, cõſobrinã Roberti, qui tũ Cõſtantinopoli preerat, uxorem ducit Laſcaris: ſed ex ea prolẽ non ſuſcepit. Obijt decimo octauo imperij anno. Nicetas, Nicephorus Gregoras.

IOANNES DVCAS.

Laſcaris moriturus Ioannẽ Ducam generũ, magno ingenio, animi conſtantia & morum grauitate inſignẽ, ſucceſſorem denominat. Is ſui Imperij uires plurimũ adauxit. Inſulas enim Ægæi maris omnes cepit, & Rhodo potitus eſt. Helleſpõto etiã trãſmiſſo, finitimá regionẽ uaſtauit, Calliopoli, Seſto, & Cardia urbibus in deditionẽ acceptis.

acceptis. Poſthæc filio Theodoro impuberi Helenam, Aſanis Bulgari filiam, decem annos natam, deſpondet. Sequenti æſtate Thracias & Macedonicas urbes circuit, ad Strimonem uſq; progreſſus. Rebus feliciter geſtis, Niceam ſe cōfert. At Scythas ab Hyperboreis effuſos, & in Thracia longo tempore oberrantes, dum idoneā ſibi coloniam quærunt, ipſe magnificis muneribus alijsque beneficijs ſibi adiungit, & in Romanas legiones refert, ſedibus partim in Thracia, partim in Macedonia, partim in Aſia ad Meandrum attributis. Alia uerò Scytharū cohors eodem tempore, Caſpijs anguſtijs exuperatis, in Aſiam cōmigrat, & ad Tauri Caucaſiq; radices conſidet. Inde uicinos populos, exuperatis quos diximus montibus, ſubigunt. Indis deuictis, ob loci æſtum in Arochoſiam & Carmaniam iter deflectunt, atq; ad Chaldæos & Arabes deueniunt. Babylonia Aſſyriaque peragrata, in Meſopotamia, loci amœnitate capti, ſedes figunt, ibiq; aliquādiu commorantur. Exinde annis tribus exactis, Iaxarten fluuium traijciunt, Aſiamq; inferiorem ſibi uendicāt. Pòſt Perſas, Medos Parthosq; ſubigunt. Armenia peragrata, uerſus Septentrionem ad Colchidem & Iberiam excurrunt. Poſthęc quietè conſidere decernunt, prouincijs, urbibus, prædijs & ædibus inter ſe diſtributis. Conſuetudine tandem & excultis moribus Aſſyriorum, Perſarum & Chaldæorum manſuetiores facti, ad eorum inclinarunt religionem, patrijs numinibus poſthabitis, eorumq; mores & ſtudia in ueſtibus, in ſumptuoſo uictu, cæterisq; delitijs receperunt.

At Turcæ Aſiam intra Euphratē, & Arabes Cęleſyriam & Phœniciam incolentes, Scytharum uicinitate turbati, ad Ioānem cum plenis mandatis legatos firmandæ pacis cauſſa mittunt. Facto itaque fœdere, Ioannes cum ſuis metu & ęrumnis diuturnorum bellorum liberatus, agriculturę & rei pecuariæ operam omnem impendit.

Hoc uerò ocium Michael Theſſaliæ & Ætolię princeps, Michaelis Angeli nothus filius turbat, infeſtando occidentales Imperij urbes. Quare Ioannes arma induere cogitur, & feliciter bello adminiſtrato, amiſſas urbes recuperat, & nothum illum ultrò pacē petere cogit: & ut pax firmior eſſet, eius filio Nicephoro neptē ſuam Mariam deſpondet, ac Deſpotarum honore tum patrem tum filium exornat. Dum uerò Philippis commoratur Imperator, de Michaele Comneno Palæologo rumor increbuit, quòd regnū affectaret: ſed cum ipſe iuramento ſe purgaret, ſuſpicionem à ſe remouit.

Inde profectus Imperator, cum præfecturam Nicenam Palæologo demandaſſet, Helleſpontum traijcit. Nicææ ſubſiſtens, morbo graui corripitur: qui cum integrum conflictatus eſſet annum, tandem expirat, anno ętatis ſexageſimo, regni adminiſtrati trigeſimo tertio.

Cæterùm cùm mortua Irene, Annam Manfredi Siciliæ regis ſororem uxorem duxiſſet, fidem ei non ſeruauit. Nam Marcoſinæ, quā Anna adduxerat, pulchritudine dementatus, poſthabita coniuge, illius turpi cōſuetudine uſus eſt. Gregoras li. 2.

SVB FRIDERICO IMPERATORE.

E Rebus humanis Ottone ſublato, Fridericus eius nominis ſecūdus, Heinrici ſexti filius, Imperij dignitate liberè ſolus fruitur, acceptis in principum conuētu Goslarię Imperij inſignibus, quę Heinricus Palatinus Ottonis frater exhibuit. Rebus pacatis, Romam pro pōtificia inauguratione contendit: quod quidem officij Honorius ipſi lubens præſtat anno 1220. Præmij loco in perpetuum Romanæ Eccleſiæ donat Fundēſem comitatum, & ſubſidiū tertę ſanctę promittit Imperator.

Interim Anagniæ comites Richardus (Matthæū uocant Vrſpergenſis Paralipomena) & Thomas, Innocētij tertij fratres, Ottonis partes ſecuti, de auferendo Imperatori regno cōſilia agitant: in quos ut animaduertat, in regnum Neapolitanum ſe confert: Soraq; expugnata, Richardum capit, & pòſt in Siciliam relegat. Celano capto & ſolo ęquato, Thomas fuga elabitur, quem papa benignè ſuſceptū in ſinu ſuo fouit. Vnde prima inimicitiarum fomenta inter utrumq; exorta ſunt. Nam ægrè ferebat Imperator, publicos hoſtes, & ſuos inimicos recipi. Deinde Apuliam & Calabriam ſubegit. Inde in Siciliam traiecit, Mirabetum Saracenum deuictum in crucem egit, eiusq; gentem quæ ſupererat, hinc inde diſperſit.

Interim uerò Honorius Romæ contra Imperatorem fulmen excommunicationis eiaculatur, ac Imperij dignitate priuat, eo quòd, ut Platina in uita Honorij indicat, contra ius faſq; ditionem pōtificiam uexaret. Verùm Ioānis Hieroſolymorum regis beneficio, qui pro obtinēdo auxilio Romam uenerat, gratiam pontificiam iterum meretur: qui eidem uiduo Iolantem filiam uxorem dat, dotis nomine, inani titulo regni Ieroſolymitani accepto, ut Crázius libro 7. cap. 37. Saxoniæ annotat. Sed cum ſubinde magis magisq; papæ indignationem & odium in ſe recrudeſcere animaduerteret, & ſui depoſitionem, nouique regis denominationem per papam

faciendam metueret, ut Blõdus ait, Henricum filium deceonem regem, conſilio principum, creatum, Aquiſgrani diademate inſigniri procurat, cum Margaretha coniuge Leopoldi Auſtriæ ducis filia, tutorem eis conſtituens Ludouicum Bauarum, anno 1223. Cremonæ quidem conuentum principum indicit Imperator: ſed pontificis cardinaliumq; artificio, & Longobardotum rebellione in Italiam intrare ueriti ſunt, aono 1226. Moritur tum Honorius, cui Gregorius nonus ſuccedit. Is denuò Fridericum, nõ auditum, non conuictum, & ut Vrſpergenſis utamur uerbis, pro cauſis friuolis & falſis, & poſtpoſito omni ordine iudiciatio, licet per nuncios ſe excuſaret, & ſi quid imptudens peccaſſet, ſuppliciter ueniam precaretur, diris deuouet, & Imperij deijcit faſtigio, quòd uotum peregtinationis Ieroſolymitanæ non ſoluiſſet: quam ramen, præter grauia Imperij negocia, hactenus & morbus remorabatur, in quem, mare pro uoto iam cum copijs traiecturus, incidit. Pontificij ſcriptores, qui nulla non mendacia in Imperatorem effutire uerentur, ipſum morbnm finxiſſe ſcribunt. In eadem expeditione & Lndouicus Thuringiæ Landgrauius, Eliſabethæ, quam ſanctam uocant, maritus, expirat. Iolanta quoq;, ſiue Ioele, relicto Conrado filio, in puerperio mortem obit. Imperator ob crebram excommunicationis reiterationẽ, Rauennæ conuentum principibus indicit: quibus Veronenſes & Mediolanenſes iuſſu papæ iter occludunt, & ctuce ſignatos deprædantur, omniq; expoliant uiatico. Sed nt tandem uotum exolueret, papamq; iratum deliniret Imperator, rebus ad profectionem neceſſarijs comparatis, itineri Ieroſolymitano denuò ſe committit, non poſtulata prius papali benedictione, quod pontificij ſcriprores ipſi uitio uertunt, anno 1228. Papa occaſione captata, Apuliam interim armis ſubigit, ſacris militibus iter occludit. Certior etiam de rebus feliciter contra Turcam geſtis, per Imperatorem factus, & ut ſe anathematis uinculo eximat rogatus papa, cui Friderici fœlicitas minus grata erat, quemque potius extinctum uolebat, literis abiectis famam ſpargit, ipſum diem ſuũ obijſſe, quo reliquas Apuliæ urbes, quæ in fide Imperatoris perſiſtebant, facilius in deditionem acciperet. Reuerſos ex ſacro bello milites cõprehendi & interfici curat benignus ſatanæ uicarius papa, ne uerum dicerent. Imperatori abſolutiooem non modò denegat, prætendens pacem ab ipſo utilitatis proprię, non reipublicæ Chriſtianę cauſſa factam eſſe, & tẽplum Ieroſolymitanum in pacto induciarum Soldano relictum, quo Saraceni in eo Mahumeten uenerari & adorare poſſent: ſed & ingenti exercitu coacto, quam militiam Chriſti appellauit, ei Thomam, quem paulo antè captum diximus, & Pandulphum cubicularium præficit, ut regnum Neapolitanum Eccleſiæ Romanæ acquirerent. Pandulphus cuncta quæ inter Romam & Capuá ſunt, papæ ſubijcit. Ei uerò, cui Thomas præerat, exercitui Rainaldus, quem regni adminiſtratorem Fridericus reliquerat, ſe opponit in marchia Anconitana. De ea papæ iniuria ad Vngariæ regem in quadam epiſtola ipſe Imperator his ſcribit uerbis: Transfretantibus nobis dudnm in terræ ſanctæ ſubſidium & Saracenorum excidium, qui non minus fidem noſtrá, quàm Tartariæ perſequuntur, iſte chariſsimns parer noſter, Mediolanenſis ac ſuorũ complicum mentibus iniquitate diſſutis, regnum noſtrum Siciliæ uiolenter inuaſit, & quod horribilius eſt auditu, nobis ibidem agẽtibus, omnibus Chriſtifidelibus, ne nobis in Chriſti crucifixi negocio ferrent uel præberent auxilium, interdixit. Hæc ille. Refert Cuſpinianus, Imperatorẽ intercepiſſe põtificios legatos ad Soldanũ literas perferentes, quibus hunc rogabat, ne terram ſanctá Cæſari redderet, quemadmodum rumore incerto intellexiſſet.

Imperator de his in regno Neapolitano motibns edoctus, duabus triremibns diſcedit, & ſub finẽ Maij anni 1229. Brũduſij appellit: coniũctiſq; cum Spoletano duce copijs, paucis diebus pleraq; loca, quę ſibi erepta fuerant, recuperat: & præter hæc, Germanotum opera Beneuenrũ, Spoletanum ducatum, & marchiá Anconitanam cepit. Ac licet rerũ ſucceſſu tanto uteretur, tamen ſuos legatos, Bertholdũ Aquileienſem patriarcham, Eberhardũ Salisburgenſem, Sifridum Ratisbonenſem, Sibotũ Auguſtanñ epiſcopos, Leopoldum Auſtriæ, Ottonẽ Merouię, & Bernhardũ Carinthię duces, ad Romanũ pontificẽ, ut de abſolutione & pace cum eodem agerent, mittit. Annuit papa poſtulatis, ſed nõ antè, quàm Fridericus auti unciarum centũ & uiginti millia Eccleſiæ Romanæ ob illata damna perſolueret, & apoſtolica benedictione reſtitutus, Imperator & rex in Sicilia & Alemannia appellaretur, terramq; de Neapolitano regno amiſſam noua infeudatione reciperet. Pòſt Ananiam abeũtem papam ſequitur Imperator, ubi Imperatoriæ dignitati reſtirutus, papali excipitur prandio. Acciderunt hæc anno 1230. & ſequenti. Blond. Nauclerus.

Aono

Anno deinde 1232. Rauennæ comitia indixit, eoqne Germaniæ principes, maximè uerò Hermannum Auſtriæ ducem, de quo multæ eæque graues ad ipſum delatæ erant querimoniæ, euocat, ut ex epiſtola Friderici ad regem Bohemiæ ſcripta patet. Comparēt quidem reliqui principes, ſed emanſit Auſtriacus. Finitis comitijs, quæ ſatis longo durauerant, ut apparet, tempore, in regnnm Neapolitanum redijt: indeque in Siciliam tranſiens, de rebellibns ſupplicium ſumpſit, maximè Meſſanenſibus.

Anno 1234. ex Germania, poſtquam deuictis Hungaris Viennsm occupaſſet, esmq́; Imperio attribuiſſet, ut habent Vrſpergenſis Paralipomena, denuò in Italiam redijt: ac cum pontifice ſermonibus communicatis, ſacro bello, finitis iam decennalibns cum Soldano inducijs, ſeaddixit. Verùm de Heinrici filij Romanorū regis, quem patris in Eccleſiam Romanā impietatem abominarū ſcribit Blondus, cum Longobardis conſpiratione edoctus, in Germsniam uenit: ubi conuentu principum habito, filium comprehendit, & in Apulia carcere ſeruari curat, ubi diē clauſit extremum. Sunt qui filium à patre occiſum ſcribunt, & in eius locum Conradum filium ſubſtitutū. Cæterùm ex Margaretha coniuge gemellos ſuſcepit, Fridericum & Heinricum, quos duodecimum annum agentes Manfredus ueneno ſuſtulit. Sub idem tempus Iſabellam regis Angliæ ſororem in uxorem ducit Imperator, nuptiæ Moguntiæ celebrantur. In eadem ſolennitate Otthonem Leonis nepotem ducem Brunſuicenſem creat. Ex Iſabella Iordanum ſuſcepit Imperatot.

Annus erat 1236. quo Longobardos domuit, Ferrsriamque ſibi adiunxit. Inde Mediolanum contendit, factoque atroci prælio, ipſe ſuperior extitit: captū Petrum Tripolum Venetum, Mediolanenſium ducem, ad Apulos exulatum miſit, ipſe Cremonæ triumphum agit.

Tanto rerum Cæſareanstum ſucceſſu offenſus papa, inrer Venetos & Genuēſes, de maris dominio diſceprātes, litem componit, & cum illis fœdus init, ad reducendum in Romanæ Eccleſiæ dominium regnum Nespolitanū. Fridericum uerò anathemate ferit, hæreticū eum proclamans, & cunctos in Chriſtiano orbe epiſcopos id publicè denunciare iubet. Gratificantur ei Franci, Angli & Dani: Germani uerò, metu periculi, id facere detrectant. Imperator rebus cognitis, Piſas abit. Petrum uerò de Vineis iuſsit Patauij in die reſurrectionis Chriſti ſermonē dicere de anathemate, & de Romana Eccleſiā, ſuamq́; innocentiam pluribus oſtendere. Tradit & Albericus, Impetatorem indignsbundum pontifici hæc inter cæteta ſcripſiſſe:

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & mundi deſinet eſſe caput.

Cui pontifex ita reſcripſit:

Niteris incaſſum nauem ſubmergere Petri:
Fluctuat, aſt nunquam deſinet eſſe ratis.

Fridericus:

Fata uolunt, ſtelleq́; docent, auiumq́; uolatus,
Quòd Fridericus ego, malleus orbis ero.

Papa:

Fata uolunt, ſcriptura docet, peccata loquuntur,
Quòd tibi uita breuis, pœna perennis erit.

Cuſpinian. de Imperatorib. Veneti claſſe ex præſcripto fœderis parata, in Apuliā nauigant, Friderici naues in fugam agunt, pletaſq; urbes occupatas igni ferroq́; uaſtant. Apuli, ut Venetis ægrè facetēt, Tripolum ante ipſorū conſpectū laqueo ſuſpendunt. Dū Fridericus hinc inde auxilia conquirit, & circa Romam occupatur, legatus Apoſtolicus, ſtipatus multarū ciuitatū copijs auxiliaribus, Fertariā oppugnat. Tandem, cū nemo obſeſsis ſuccurreret, de pace actum eſt. Salinguerra, qui Imperij nomine ciuitati præerat, ſub fide data ad colloquiū exit: ſed præter fidem datā captus, Venetias in exiliū mittitur, ubi tsndē animi mœrore in carcere expitst. Sicq́; Ferraria potiti ſunt pontificij, ſed nō ſatis honeſtè. Non enim pietstē, non honeſtatē, nec Deum nec homines id genus hominū curat, modò ſuæ ſatisfiat cupiditati. Fridericus coactis interim copijs, cū furore Viterbium contra Romanos cōtendit. Papa ad crucē aſſumendā cunctos hortatur, & ſuis militibus contra Fridericum arma ſumentibus de uita cœleſti ſpem facit certiſsimā. Fiunt & publicæ ſupplicationes, circumferuntur Petri & Pauli capita. Mouetur his pollicitationibus & ineptijs papalibus miſera plebecula, quæ caterustim cōfluit armata: tandē conflictu facto inter utrunq; exercitū ſub urbis porta, Cæſareani uictoria potiti ſunt. Inde profectus Fridericus, de ijs qui contra ſe arma tulerant, pœnas ſumpſit. Muros Beneuenti, mōtis Caſsini & Soræ dirui iuſsit. Ex Capua diſcedens, Anconitanā marchiam tranſijt, Aſculū diripuit. Ac in fine Auguſti anni 1240. Fauētiā obſedit: cūq́; mēſibus ſex eā oppugnaſſet grauiter, deditionē facere ciues coacti ſūt.

Per idem tēpus Aquiſa oppidū iuſſu Imperatoris reſtauratur, & mutato nomine, in honorem Imperij Aquila nominatur.

Conuocat interim Gregorius Romę cōciliū contra Impetatorē, & ad occidētales epiſcopos euocandos tres in Galliā mittit

legatos cardinales. Qui cũ negocijs confectis, Romã redire terreſtri itinere nõ poſſent (per Cæſareanos enim uiæ occluſæ erant) Genuenſes, papa rogante, inſtructis quampluribus nauigijs Romam eos deducere tentant. Fridericus, re cognita, ſuas cum Entio filio rege Sardiniæ Piſas mittit triremes, Piſanisq; mandat, ut ſuas quaſdam inſtruerent, ac coniunctis uiribus Genuenſibus occurrerent, ſi in ſuam poteſtatẽ prælatos illos redigere poſſent. Gratificantur Imperatori Piſani, & hoſti obuiam progreſsi, prælium committunt, quo tandem Genuenſes ſuccubuêre: triremes eorum cum cardinalibus legatis, & Tranſalpinis Latinisque epiſcopis captæ ſunt. Cardinales captiui Melphim deducti, reliqui diuerſis in regno carceribus diſtributi ſunt, præter Gallos, quos rex ſua interceſsione liberauit. Cum prælatis non modò maxima præda capta eſt, ſed & omnes literæ, quibus machinationes contra Fridericum continebantur, interceptę ſunt: quibus publicatis, ipſius cauſæ mira gratia, populiq; beneuolentia conciliata eſt. Mittit pro captiuorũ liberatione quendam priorem ordinis S. Dominici, papa ad Imperatorem: uerùm ab eodem eiuſmodi reportat reſponſum, Cum papa nullum ſui perſequendi finem faciat, nec ſe ab ipſo eiusque complicibus perſequendis deſtituturum. Poſthęc inde profectus Imperator, hoſtes domuit: & quicunque ab ipſo defecerant, uel armis uicti in papæ poteſtatem conceſſerant, in gratiam recipit. Gregorius animi mœrore ex Imperatoris fœlicitate, & ſuarũ rerum calamitate, uitam cum morte commutat: cui Cœleſtinus quartus ſuccedit, ſed paucis diebus peſtilentiali cathedræ inſidet. Vacante poſt hunc rectore Romana ſede anno ferè integro, Fridericus cum exercitu contra rebelles Romanos redit, & ad ipſa urbis mœnia uſq; non ſine maleficio progreditur. Sed precibus cardinalium, inter armorum ſtrepitum electionem fieri commodè non poſſe prætendentium, depoſitis armis ad ſuos redijt: ac eorundẽ interceſsione, eos qui Melphis captiui detinebantur, dimiſit. His obuiam progreſſus cardinalium grex Anagniam uſque, ibidem conuenticulo habito, Innocentium 4. Friderico in cardinalatu amiciſsimum, papam deſignant. Nuncij mox ad Fridericum electionem nunciatũ mittuntur. Alijs uerò congratulantibus, ipſe non ſine dolore dixit, Bonum ſe amicum cardinalem, in acerrimum hoſtem Romanum pontificem permutaſſe. Nec eum fefellit opinio. Nam cum Imperator dę pace cum eo, miſsis ad eam rem duobus legatis, ageret, ipſe interim clam Raineriũ cardinalem cum armata manu ad occupandum Viterbium (Imperij ciuitas erat) miſit. Imperator contra Viterbienſes, ob defectionẽ pœnas de iſdem ſumpturus, profectus, per quoſdam cardinales placatur: & denuò miſsis legatis ad monſtrum illud Romanum, de pace ſollicitat. Legati erant, Magiſter domus S. Mariæ in Ieruſalem, Anſoldus de Amari, ſacri Imperij & regnorum Ieruſalem & Siciliæ ammiratus, Thadeus Sueſſanus, & Petrus de Vineis, magni curiæ iudices, & Imperatoris capellanus. Ii uerò cùm initio ſuum Imperatorem papæ obedientẽ fore iureiurando polliciti fuiſſent, Fridericus pro publica concione catholicus pronunciatur, & ut fama increbuit, papæ reconciliatur. Cumque Roma rebus tractandis incommoda eſſet, pontifex in Caſtellanam ciuitatem ſeceſsit. Ipſe etiam Imperator in uicinum locum aduenit. Omnibus autem in maximam de pace ſpem erectis, papa inde nocte quadam cum ſuis cõplicibus aufugit, & Genuam commigrauit. Imperator à papa deluſus, ciuitates, quæ ad patrimonium S. Petri pertinebant, præſidijs munit, Thuſciaq; rebus firmatis, Piſanorum nauibus in regnum Neapolitanum ſecedit. Papa Lugdunum delatus, cœtum raſorum cogit pontificum: ibique in Imperatorem, reiectis eius, quos ad dicendam ſuam cauſam eò præmiſerat, legatis (ipſe enim comparere nolebat) ſuum eiaculatur fulmẽ. Eo irritatus Fridericus, Mediolanũ hoſtilibus incurſionibus infeſtat, & Genuenſium baliſtariorum ſexaginta circiter, quos ceperat, altero priuat oculo: poſthæc in Thuſciam abit. Acciderũt hæc anno 1246. Florentia eodem tempore factionibus laborans, Imperatorẽ arbitrum deligit, eaq; ratione in eius uenit poteſtatem. Procerum etiam quorundam, qui in necem Imperatoris clam conſpirarãt, conſilium detectum, deq; ijs ſupplicium ſumptum eſt.

Innocentius interim Heinricum Landgrauium Thuringiæ Imperatorem deſignari curauerat. Sed Conrado Friderici filio, quem pater Romanorum regem nuper deſignarat, eum reprimẽte, nunquam in ſuperiorem Germaniam (nam Francofurtum principes cõuocauerat) uenire potuit. Cumque nihil præclari gereret, à pleriſq; Sacrificulorum rex dictus eſt, ut annotat Cranzius lib. 8. cap. 14. Inter has turbas Conradus ſpe auxilij Eliſabetham, Bauariæ ducis filiam, uxorem ducit, ut Cuſpinianus indicat. At Heinrico exuncto,

per

per Electores, papa mandante, Vuilhelmus Hollandiæ comes potens, ſed imberbis iuuenis, Imperator creatur. Verùm ciues Aquiſgranẽ eum ingredi initiò uetant pro aſſumenda corona: ſed tandem per cruce ſignatos milites uicti, eum admittunt. Inde profectus nouus rex, Imperij urbes, quæ ad Rhenum ſitæ erãt, in ditionẽ accipit: pòſt in Hollandiam abijt, Vtq; Germanorum principum animos ſibi deuinciret, Otthonis Brunſwicenſis filiam uxorẽ ducit, nuptijs Brunſwigæ poſtridie conuerſionis Pauli celebratis, quas atrox in ipſo palatio exortum incendium turbat. Interim Fridericus contra Lombardos rebelles copias ducit tantas, quantas nullus uel antiquorum uel recentium Imperatorum duxiſſe legitur. Cæterùm eius expeditionis hæc cauſa fuit, quòd papa, qui Imperatorem alijs in regno negocijs implicitum, ut inde exire non poſſet, norat, Genuam & Mediolanum cum nouo Imperatore uenturus, & Lombardiã Romaniamq; recuperaturus erat.

Rebus omnibus ad bellum paratis, Imperator Cremonam Taurinumque adit, Lugdunũ petiturus, ut pacem iniret cum papa. Sed cum per quoſdam profugos Parmenſes, Brixienſes & Placentinos & legatum Apoſtolicum Parmam occupatam, & Heinricum prætorem trucidatum cognouiſſet, omiſſo Lugdunenſi itinere, cùm papæ artibus hoc factum haud difficulter conijceret, Parmam conuerſus cum uniuerſis copijs, eam obſidione cingit: & eregionè ciuitatis aliam, cui Victoriæ nomen dedit, condit, foſsis profundis, uallisque firmiſsimis munit, ac inde Parmam oppugnat. Fertur, cùm Friderico apud Victoriam deeſſent pecuniæ, poſt pignorationem uaſorum auri & argenti, quòd curauerit ex corio monetam fieri, inſignitam ſua imagine & ſubſcriptione, quæ aureum ualeret: edictum ponens in exercitu, ut quicunque præſentaret talem monetam theſaurario ſuo, acciperet pro ea auream, quæ dicitur Auguſtanus, ſicut nunc ducatus, cuius ſculptura erat ex uno latere facies Imperatoris, ex altero aquila: & de illa moneta numerabatur ſtipendiatis, pro qua poſtea receperũt auream. Paralipomena Vrſpergẽſis. Interim Robertus Caſtilionenſis papalem exercitũ, cui Marcellinus Aretinus præerat epiſcopus, prope Oſimum cædit, capto Marcellino. Parmæ obſidio, fortè propter Imperatoris morbum, in alterum uſque annum protrahebatur. Cæterùm Imperatore, cum iam conualuiſſet, ultimò Februarij die anni 1248. aucupandi gratia ex caſtris profecto, exercitu quoque tum propter Imperatoris abſentiã & hoſtium contemptum hinc inde diſperſo, Parmenſes occaſione, de qua per exploratores certiores facti erant, arrepta, omni erupêre impetu, Victoriamq; præter omnium opinionem adorti ſunt. Imperator campanæ ſonitu, qua ex ſpecula hoſtium aduentus ſignificabatur, de longinquo audito, ſtatim aduolat, & agmine hoſtili non ſine periculo perrupto, intra urbem redit: ſed tandem rebus omnino perditis, cum iam urbem occupaſſent Parmenſes, ipſe decem & quatuor ſtipatus equitibus, è Victoria in uicum S. Domini ceſſit. Vrbe exuſta, uallo foſsisq; ſolo æquatis, Parmenſes præter uictoriam aliosque theſauros, & Imperatoris diademate potiti ſunt, eoq; in loco conſpicuo hos uerſiculos adſcripſere:

Per te rex alme ceßit Victoria Parmæ
Antiphraſi dicta, ceßit Victoria uicta.

Item:

Carocij flet damna ſui miſeranda Cremona,
Imperij Federice tui fugis abſque corona.

Imperator cum Cremonam ueniſſet, ſummo cum tripudio excipitur, quòd ex conflictu ſaluus redijſſet. Guaſtallam & Breſſellas profectus, ibi Enrium filium regem offendit, qui de Mantuanis in auxilium Parmenſibus uenturis uictoriam reportauerat, quinquaginta ipſorum nauibus interceptis. Ibique trecenti ex ijs, uiri bellicoſi, in ripa fluminis ſuſpenduntur. Miſſo autem ad Lucaniæ partes filio, nam & ibi ad ſeditionem res ſpectare uidebatur, ipſe ad S. Domini uicũ redijt, ut reliquias exercitus colligeret, pro obſidione Parmæ redintegranda. Ibi dum commoratur, de fœlici prælio Richardi filij in Anconitania marchia cum Hugelino de Nouello pontificio duce, commiſſo, nũcium accipit. Inde Cremonam redit: ibi & Petrum de Vineis, curiæ iudicem & cancellarium, cum in eo dubiæ fidei & proditionis ſigna animaduerteret, uinculis conſtringit. Inde menſe Aprili, anno 1249. in Apuliam abit. Thuſciam tranſiens, S. Miniati caſtellum arte quadam capit. In Apulia uerò cum aliquandiu ſubſiſteret, de filij calamitate Sardiniæ rege certior fit, quem Bononienſes, à Mutinenſibus in auxilium contra ſe uocatum, in prælio ceperant: ideoque legatum Apoſtolicum cum complicibus, abſentia Imperatoris & captiuitate filij fretum, Lombardiam, Romaniã Thuſciamq; depopulari. Imperator, dũ ſummis uirib. Lombardiæ bellum inferre parat, acutiſsima febri corripitur in arce Apuliæ, quæ ſex à Lucetia diſtabat

diſtabat milliaribus, Florentino nomine. Cumque uitæ finem adeſſe ſentiret, teſtamentum condit, multa auri talenta equitibus Ieroſolymitanis erogat, filijs regna diſtribuit: Conradum uerò Regem deſignat. Tandem ſumma cum religione ex hac uita diſcedit, anno ætatis 54. Imperij 33. in die Luciæ anni 1250. Sunt qui à Manfredo ex concubina filio ipſum per puluinar ori impoſitum, ſuffocatum ſcribunt. Corpus in Siciliam delatum, ad montem Regalem ſupra Panormū regio cultu terræ mandatur, cum hoc epitaphio:

Si probitas, ſenſus, uirtutis gratia, cenſus,
Nobilitas orti, poſſent obſiſtere morti,
Non foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

Præter cæteras uirtutes, quibus inſignis fuit Imperator, & multarum linguarum peritus fuit. Nam Italicè, Latinè, Germanicè, Gallicè, Græcè & Sarracenicè loquebatur, humanarū artium fautor, & literatorū amās, liberalis, magnanimus, & aſper perfidiæ uindex: at Veneris nimiū appetens. Nam præter legitimas coniuges, quarum tres habuit (Cuſpinianus ſex numerat) unam poſt aliam, & concubinarum gregem aluit, ex quibus & liberos ſuſcepit, nempe Entium Sardiniæ, Manfredum utriuſque Siciliæ reges, & Fridericum Antiochiæ principem, pluresque alios. Præter terras Imperij, quas tenuit, utriuſque Siciliæ rex iure materno fuit, Ieroſolymitanus iure uxoris, rex Germaniæ electione, dux Sueuiæ iure patrio atq; auito. Vita Friderici ex hiſtoria Neapolitana Pandulfi Collenutij, Blondus, Cranzius.

Anglia bello domeſtico, & eo quidem admodum exitioſo, iam ardente, Ioannis obitus inopinatus maiores turbas adferre, aut certè Anglia perpetuò in Francorū deditionem eo uenire uidebatur. Guilhelmus itaque Mareſcallus, copiarum regis præfectus, & Glaceſtriæ comes, Heinricum Ioannis filium, puerum nouem annorum, Gloceſtriam deducit, ibiq; ipſum de conſilio eorum qui erant partium Ioannis, regē deſignat, 5. calend. Decemb. anno 1217. Cæterùm Guilhelmus, cuius curæ rex traditus erat, ut principum animos, qui defecerāt, reconciliaret regi, per nuncios circumquaque miſſos ueniam & præmia, nomine regis, quotquot in fidem eius uenitēt, promittit. Quo factum eſt, ut multi à Franco deficerent, & Heinrico ſe permitterēt. Francus proditionem metuēs, arciū oppugnatione omiſſa, Londinū, quæ regia urbs erat, redit. Tandem papa ſe interponēte, induciæ aliquot dierum inter utrumque regem pactæ ſunt. Iis durantibus, Francus in Galliam traiecit. Interim Guilhelmus Sariſberiēſis comes, & plerique alij ad Heinricum deficiunt. Gallus exactis inducijs reuerſus, Londini ſubſiſtit: ſed accepta ad Lincolniam clade (magna enim exercitus pars ibi cæſa eſt) & uictis per Hubertum Douerenſem præfectum nauibus, quæ ex Francia adiumenta Ludouico importabant, oblatas pacis conditiones accipit, domumq; redit. Sicq; Angliæ regno pax reſtituta eſt, cum prius omnibus qui Francū iuuiſſent, condonaſſet, & antiquas leges ſe reſtituturū promiſiſſet Heinricus. Inter Scotum & ipſum ſemel atque iterum contentiones obortæ, incentore Gaulone Romano legato, & damna utrinque non exigua per milites illata ſunt: ſed quorundam epiſcoporum opera apud Anglos, illæ compoſitæ ſunt. Anglus tum ſororem Ioannā Scoto deſpondet: Scotus uiciſsim Margaritā ſororem Huberto Angliæ iuſticiario uxorem dat. Quibus nuptijs, quæ anno 1221. celebratę ſunt, pax ueluti cum ſigillo cum Anglis firmata eſt, ut inquit Boëtius libro 13. At inteſtini motus per homines inquietos, & prædæ ex ſuperiori bello adſuefactos, crebrò excitabantur: qui tamen, licet non ſine aliquo labore, mox ſedati ſunt.

At ſub annum decimum tertium, poſtquam regnare cœperat Heinricus, cū iam ſæpius ab Hugone Marchię comite, uitrico, & Petro Britannorū duce, quibus cum Ludouico Franco, quem Diuum uocant, bellum erat, ad traijciendū in Gallias proferendo auxilio ſollicitatus eſſet: occaſione recuperādi ea loca, quę Philippus Francus Ioanni patri ſuo olim eripuiſſet, belli fortunam tentandam decreuit. Adornata itaq; claſſe, ſecundo uento in Gallias delabitur, & facta belli ſocietate cum Marchione & Britāno, Francorum agros depopulatur. Francus ad hoſtem properat. Scribuntq; alij, prælium cōmiſſum atrox, quo Francus ſuperior extiterit: alij, mediantibus utrinque principibus uiris, pacem factam, & Petrum ac Hugonē in gratiam receptos. Anno 1236. in matrimoniū duxit Aleonoram Raimūdi Comitis Prouinciæ filiam, ex qua anno ſequenti Edouardū filium ſuſcepit. Contra Vuallos (feroces hi populi erāt) ſæpius in armis fuit, eosq; tandem in ſuam redegit poteſtatē, profligato eorum principe Dauide. Polydorus Verg. lib. 16.

Philippo Frācorum rege defuncto, anno regni ſui quadrageſimo tertio, qui fuit Chriſti 1223. Ludouicus filius annum ætatis trigeſimum ſextum agens ſuccedit, regijs ſacris Rhemis per eius loci pontificē Guilhelmum initiatus. Sed paucorū an-

norum

norum rex fuit. Nam quarto nondum exacto anno, in Monpenſerio mortem obijt, anno 1226. cum prius Pictauos rebelles domuiſſet, & Auinionem Albingenſium metropolim ad deditionem coëgiſſet. Patri filius ſuccedit Ludouicus, duodecimum ætatis annum agens, qui Diui nomẽ pòſt meruit, ſumma rerum penes Blancham matrem exiſtente ex mandato mariti regis. Præceptoribus uſus eſt religioſis quibuſdam monachis ordinis Prędicatorum & Minorum, qui hoc ſeculo ob rei nouitatem in precio habiti ſunt. Regium diadema Rhemis ex Sueſsionum antiſtitis manu sccipit, calendis Decembris. Cæterùm in aula factionibus exortis, Philippus Bononiæ comes, auro ex regum munificentia abundans, Blanchę opponitur. Cui ipſa uiciſsim Ferdinandum Hiſpanũ obijcit, & Theobaldum Campaniæ comitem in ſuas partes trahit. Petrus Britániæ dux, & Robertus frater Druidũ, & Hugo marchio ſe regimine excludi, fœmineoq; duci imperio permoleſtè ferentes, coniuratione facta, à rege deficiunt. Ea patefacts, Vindocinum ad dicendam cauſam uocantur. Eò cum & rex deduceretur, ei inſidias coniurati ponunt: ſed re prodits, Pariſienſes ex itinere regem reducunt. Sua ſpe fruſtrati coniurati, in Campanum mouét, qui particeps conſiliorum, inſidias detexerat, eiusq; rerram depopulantur. Rege, cuius opem implorarar Campanus, cum copijs occurrente, hoſtes ad ſua rediere. Hugo ad Anglũ profugus eius implorat opem, ut paulo antè diximus. Sed hoc bello pacato, ad ſacrum itum eſt bellum, cũ Theobaldus Nauarrorũ rex poſt auunculi obitum eſſer deſignatus.

Cæterùm rege nunc ex ephebis egreſſo, Alphonſum fratrem Pictonũ deſignat ducem, & in eius uerba proceres iurare iubet. Hugonem marchionem, ne id faciat, deterret coniunx. Alienum enim id eſſe à ſuo honore, Ioannam Alphonſi cõiugem, comitis Toloſatis filiam, à ſe, quæ prius Iohanni Anglorum regi nupta, Heinricum filium, qui tum Angliæ rex erar, genuiſſet, adoratum iri. Eadem & Gotofredum Luſinianum ſpiritibus implet, quòd fratres Ieroſolymorũ reges habuiſſer, indignum fore, ab Alphonſo duce iura petere. Hugo ad priuignum denuò fugit. Multis præterea inſidijs Fràcus petitur, & quidem Hugonis, ut fama erat, coniuge inſtigante. In hos cum copias duxiſſer rex, multa oppida expugnata ſolo æquauit. Dũ hæc fiunt, aduolant Anglorum copiæ: & facto ad Carontonum flumen atroci prælio, Angli in fugam actu, multis myriadibus captis. Tandem Hugo regis fidei ſe permittẽs, & Gotofredus in eiuſdem uerba iurans, uenia donantur. Poſthæc domeſtica pace uſus Francus, ſuis cõſuluir rebus, & ſacro ſe accinxit bello. Æmilius lib. 7.

Andreæ parenti in regno Vngariæ ſub annum ſalutis 1236. Bela filius eius nominis quartus ſucceſsit. Aequi iuſtiq; amans, & pacis ſtudioſus initiò fuit: ſed non multo pòſt ſuorum odium incurrit, idq; ea occaſione. Cũ iam Tartari ſedib. ſuis egreſsi Cumaniam occupaſſent, Cutenis Cumanorum princeps per legatos ſibi ſuisq; in Vngaria hoſpicium concedi petit, promittens ſimul ſuam gentem agros & pecuaria curaturam, & Chriſtianam fidem ſubituram. Bela calamitate illorum motus, hoſpicium offert, eosq; aduenićtes honorificè ipſemet aduenis obuiá progreſſus excipit. Cumq; Cumani per Vngariam iter facientes, hominum millia quadraginta circiter, armentorumq; ingentia agmina ſecum non ſine maleficio agerét (lata uinetaq; enim depaſcebant) ac præterea cõtra hoſpicij ius, ruſticorum nobiliumq; cõiuges filiasq; conſtuprarét, idq; impunè facerent, imò honoribus immunitatibusq; ingrati illi hoſpites à rege donarẽtur, Vngarorũ odia Bela rex incurrit. Accedebat & hæc odij cauſa, quòd in proceres quoſdam ſæuiret, & neminem in ſuum conſpectũ uenire pateretur, Cumanis liberè eum accedentibus. Sed uix iam annus elapſus erat, quo Pannoniá incolere cœperát profugi Cumani, cú de Tartaris, Rutenia iam uaſtata, Vngarorú finibus ipſos appropinquare, fama ſpargitur. Quæ licer initiò ficta putaretur, rex tamẽ palatinũ ad cuſtodiendá Ruteniæ portam, quę Montana dicitur, mittit. Increbreſcẽte uerò Tartarico tumultu, Budæ conuentus habenır, & ut ſinguli ſe ſuosq; ad bellũ accingant, decernitur. Dum hæc fiunt, palatinus cæſis ſuis copijs cum paucis aduolat, ac pręſens periculũ, idq; grauiſsimũ exponit. Rex quanta poteſt celeritate exercitũ cogit: Cumanos etiá, quotquot bello apti erát, euocat, Peſthumq; coire iuber. Mittũtur & ad Fridericum Auſtriacum legati auxiliũ petitum. Tartarorum rex ſummus, Bathus nomine, cũ quinquies centenis millibus hominum in Vngariam diuerſis locis irruit, immaniterque ſæuit, non ſexui nec ætati parcit. Peſtho appropinquans crudelius agit. Rex milites cũ hoſte congredi uolentes cohibẽs, timiditatis incuſatur. At Vgolinus Colocienſis metropolita moræ impatiens, irruptionem facit: ſed malè tractatus exercitus, ipſe cum tribus euadit. Vacia obſeſſa ab ijſdem expugnatur, &

misera

miſera plebecula, quæ ob munitionem eò confugerat, & in templo ſe abdiderat, igni abſumitur. At Fridericus Auſtriacus cum hoſte in agro Peſthano congreſſus, licet numero impar eſſet exercitus, eum in fugam coniecit. Vngari, cùm remoris iam aliquantulum hoſtibus reſpirare liceret, inteſtinum mouent bellum. Nam Cumanos infeſtantes, omnem tantorum malorum cauſam in eos reijciunt, & Cutenem regem ad ſupplicium dari poſtulant: & impetum in eum, ubi ſe continebat, locum facto, ipſum cum reliquis obtruncant, & capita è feneſtris in populum proiecta ſunt. Ea crudelitate moti cæteri per uniuerſum regnũ paſsim diſperſi Cumani, cum à Bela in ſocietatem belli uocati eſſent, ad Tartaros accedunt, ac cum ijs icto fœdere, crudelius ſæuiunt igni ferroq́;, ac demum cum magna præda in Bulgariam iter flexere. Rex denique cum copijs Peſtho mouẽs in Tartaros, ad Saium amnem tentoria figit. Haud procul aberant hoſtium caſtra. Sed Vngaris minus ad ſuas res intentis, licet ſæpius à rege de præſenti periculo admonerentur, ab hoſte noctu obruti diſsipantur. Cæſorum numerus fidem excedere dicitur, inter quos primarij fuêre Eccleſiarum antiſtites, Strigonienſis, Colocienſis, Iaurienſis, Tranſyluanus, Nitrienſis. Rex ægrè elapſus in Auſtriam fugit. Interim pro libitu graſſantur in quoſuis Tartari. Auſtriæ quoque dux Fridericus, cum prius profugum regem auro, quod ſecum ferebat, arte emunxiſſet, copias in citeriorem mittit Vngariam, quæ iuſſu regis eam pari cum Barbaris immanitate uaſtarũt. Cadan uerò alter Tartarorum rex, uaſtata prorſus ulteriori Vngaria, & citeriorem infeſtat. Croacia & ſuperiori Myſia uaſtatis, in Bulgariam exercitus pars una contendit. Altera uerò Strigonium oppugnat: rebusq́; feliciter ibi geſtis (ſalua tamen arce, quæ expugnari non potuit) ad Albam regalem & D. Martini cœnobium itur. Verum cum & arte & natura munitiſsima eſſent, fruſtra tentantur. Poſthæc magna præda onuſti Tartari ad ſuas ſedes rediere. Bela Crucigerorum & Rhodianorum militum, & quorundam Frangepanum auxilijs impetratis, in regnum redit. Sed cum Barbaros abijſſe animaduerteret, in Fridericum Auſtriacum mouet: cõſertaq́; ad Neapolin Auſtralem manu, uictor extitit Vngarus, cæſo Friderico: direptaq́; maxima Auſtriæ parte, domum redijt. Bonfinius lib. 8. decad. 2.

Apud Polonos poſt Leſci Albi obitum, Boleſlao filio impuberi, cui Pudici poſtea cognomẽ inditum fuit, regnum cedit: ſed de tutela & ſumma rerum Conradus Leſci frater Maſouiæ, & Heinricus Barbatus Vratislauienſis duces digladiantur, licet maior & potior pars, inter quos Grimiſlaua mater Boleſlai, Cracouienſis & Sendomirienſis palatini erant, id muneris Barbato deferendas cenſerent. Compararis itaque exercitibus, uterque per uim ſuas agebat partes: cumq́ue bis in agro Cracouienſi conflixiſſent hoſtiles copiæ, Conradus ſuis cæſis fugam arripit, & in Maſouiã ſe recepit. Heinricus ſuum hoſtem debellatum credens, exercitu dimiſſo, paruo comitatu incedebat. De quo Conradus certior factus, cũ armato milite aduolat, Heinricum ex improuiſo adoritur, & ipſum captum in Maſouiam ducit. Sed Heduigis coniugis opera non modò iterum liberatur, ſed & pax componitur, cum duas ex Heinrico filio neptes duobus Conradi filijs Caſimiro & Boleſlao deſpondiſſet, & Heinricus tutela Boleſlai ſe abdicaſſet. Sicq́ue Conradus, fruſtra renitente matre Boleſlai, principatus adminiſtrationem ſuſcipit. At Boleſlaus ex ephebis egreſſus, à patruo alienus, cum matre Heinrico adhærebat: quod cum ille animaduertiſſet, Boleſlaum cum matre ad colloquiũ euocatum capit, & in Secechouienſi monaſterio aſſeruari iuſsit. Verùm dum in Pruſsiã cum exercitu mouet, opera abbatis, cuſtodibus inebriatis & altum dormientibus, clam effugiunt, & ad Heinricum in Sileſiam proficiſcuntur. Maſouios enim paſſim arcibus præfecerat Conradus. Heinricus milite coacto profugum reducit: quẽ omnium ordinum homines ſumma alacritate excipiunt, decedentibus Maſouijs. Cõradus ex Pruſsia reuerſus, Ploſcum arcem, quam Miſnenſis marchio interceperat, recuperat. Anno uerò ſequenti Heinrico bellum facit: & cũ fruſtra Cracouienſes & Sendomirienſes ad defectionem ſollicitaſſet, templa quædam & monaſteria munit, ijsq́; præſidia imponit: & poſitis ad urbem Cracouiã caſtris, eam oppugnat, cui incolæ fortiter reſiſtunt. Heinricus etiam in pabulatores ex inſidijs impetum faciens, magnam inter eos ſtragem edidit. Rebus ſuis diffidens Conradus, uaſtatis prius agris domũ redit. Proceres quoque de pace tractantes, ut uterque tutela ſe abdicaret impetrant. Heinrici tamen conſilio in adminiſtrando regno ſemper uſus eſt Boleſlaus, cuius opera malæ quędam leges abrogatæ ſunt. Cæterùm mortuo Heinrico Conradus ad principatum, oppreſſo ſcilicet Boleſlao, denuò aſpirat. Sed hic legatis ad Belam Vngarorum regem miſſis, fœdus cum eo init, filia eius Cunegun-

Cunegunde in uxorē accepta, anno 1239. Sed cum perpetuam uterq; uouiſſet caſtitatem, ipſe Pudici cognomen inde accepit. Poſthæc Boleslaū bello laceſſere Conradus auſus non eſt.

Inteſtinis bellis Poloniā iam attritam noua calamitas excepit. Nam ſub annum ſalutis 1240. Tartari Sendomirienſem tractum Ruſsiæ finitimum inuaſerunt, Lublinenſi arce exuſta, omnē illam regionem ad Viſtulam uſque amnem depopulati ſunt. Inde in Ruſsiam, quam maxima ex parte ſubiugarant, regreſsi ſunt. Hyberno uerò tempore reuerſi, Viſtula amne, qui glacie concreuerat, tranſmiſſo, Sendomiriam expugnant, Copriuuncienſe monaſterium diripiunt, occiſis ad unum omnibus, quotquot uitæ tuendæ gratia eò confugerant, nulla nel ſexus uel ætatis ratione habita. Cumq; nemo tantę multitudini reſiſtere auderet, nedum poſſet, ad Cracouienſem agrum uſq; pernenerunt. Inde præda onuſti, & magnam hominum multitudinem loris adſtrictam, pecudum more ſecum agentes, pedem referunt. Hos Vulodimirus Cracouienſis palatinus inſecutus, & exinſperatò eos adortus, magnā inter eos initiò ſtragem edit. Sed pòſt Tartari ad arma concurrentes, exiguam Polonorum manum facilè in fugam conijciunt: attamen propter inſidiarum metum longius inſequi non audent, collectiſque ſuis rebus in Ruſsiam properant. Sed dum pugna committitur, captiui diſciſsis loris fuga ſibi conſulunt. Acciderunt hæc anno 1241. Non multo pòſt uiribus aucti redeunt, ulturi eam quam perpeſsi fuerant ſtragem: & bifariam diuiſo exercitu, ex caſtris, quæ ad Sendomiriam locauerant, egreſsi ſunt. Cracouienſes & Sendomirienſes periculorum patriæ, ſibi, ſuiſque dulciſsimis coniugibus & liberis imminentium magnitudinem conſiderantes, hoſti obuiam eundum ſtatuunt, factoq; agmine, Tartaris ad Chmelicum pagum occurrunt, & cum altero exercitu congreſsi & fortiter & feliciter pugnant. Tartari iam propè uicti, ad eum qui in inſidijs erat exercitū, ſe recipiunt. Illi erumpentes, feſsis ſuccedunt. Reſtauratur prælium. Poloni ut aut uictoria potiantur, aut honeſtè pro patria oppetant, extrema conantur. Sed tandem ducibus & fortiſsimis quibuſq; militibus cæſis, reliqua turba fugam capeſsit, quæ ſyluarū beneficio euaſit. Facta eſt hæc pugna die 18. Martij.

Boleslaus Pudicus, qui in Cracouienſi arce cum matre & coniuge ſe continebat, de ſuorum internecione certior factus, corraſa qualicunque ſupellectili, ad ſocerum confugit. Sed cum Vngari pari premerentur calamitate, ut paulo antè retulimus, in Pienina arce ſupra Donaiecium fluuium aliquandiu delituit. Poſt eam quam diximus uictoriam, Cracouiam petunt Tartari: quam ſuccendunt, cum qui eam defenderent, non eſſent. S. Andreæ templum tamen defenditur. Inde in Sileſiam progreſsi, & compactis ex tempore ratibus, Oderam traijciunt: pontes enim ad eorum aduentum diſiecti erant. Reſiſtit in ripa Miecislaus Ratiboriēſium dux: ſed uiribus impar cedere cogitur. Tartari curſu concitato Vratislauiam contendunt. Verùm oppidani ſua ſupellectili in arcem comportata, urbem ſuccenderant. Tentatur quidem arx, ſed fruſtra: nam miraculo quodam diuino, ignea nimirum columna cœlitùs apparente, & Tartarorum caſtra terribili fulgore colluſtrante, inde abacti dicuntur. Inde Lenciciam pergunt, ubi Heinricus, Barbati filius, quem Pium uocant, reſidebat. Is ſuas copias in quinque diſtribuit agmina, totidem Tartari fecerunt. Concurrunt ad Nyſſam amnem ſub Legnicia in planicie infeſtæ acies. Pugnam ineunt cruce ſignati, quos poſt ſuperioris anni cladem papæ autoritate ex uarijs gentibus collegerat Heinricus. Sed cum hi ex Tartarorum fuga, quos inſequebantur, longius à reliquis agminibus abducerentur, facilè ab hoſte circumuenti cæduntur, paucis euadentibus. Succedunt alia duo agmina: ſed & illa à Tartaris in fugam conijciuntur. At cum Cruciferis ſuperueniens Heinricus Tartaros profligat. Sed cum inter fugiendum nouæ copiæ aduolarent, pedem figunt, & inſequentes Polonos excipiunt. Cadit Pompo Cruciferorum magiſter. Heinricus ex fuga retractus capite plectitur, illudque haſtæ affixum copijs ad Legniciam arcem contendentibus præfertur, cuius deditionem præſidiarij milites denegant. Vaſtata itaque uniuerſa circumquaque terra, Morauiam inuadunt: ea quoque nemine prohibente in nihilum redacta, in Vngariam ſe proripiunt, ubi alius eiuſdem gentis exercitus magna immanitate igni ferroque crudelitatem exercebat.

Remotis iam Barbaris, nobilitas Cracouienſis & Sendomirienſis, quæ ſupererat, de regni capite conſtituendo conſultat. Nam Heinricus erat cæſus; Boleſlaus uerò Pudicus nuſquam apparebat. Re deliberata, principatus Boleslao Caluo, Heinrici Pij filio natu maximo, defertur. Quod indignè ferens Conradus Ma-

ſouiæ dux, bellum ei facit, accepto à Pomeranorum duce Suentopolco ſubſidio: rebusque fœliciter geſtis, omni potitur principatu. At belli ſumptibus exhauſtus Conradus, grauia imponit uectigalia & exactiones quibuſuis, nulli nec ordini nee conditioni parcens: præterea in reficiendis arcibus oppidisque, nimis acerbè vulgus exercet. Hinc omnium odium incurrit, & de eo eijciendo, & Boleslao Pudico reuocando plerique cogitant. Re cognita, Conradus comitia Scarbimiriã indicit: quò cum proceres frequentes conueniſſent, ſuſpectos eoſque nobiliores capit, & in Maſouiam deducit. Sed hi ex carcere, fractis cõpedibus, liberati, & ad ſuos reuerſi, cunctos aduerſus Conradum concitant. Superuenit & Pudicus cum uxore. Confluit ad eũ omnis multitudo, fidemq; ei iurant. Ii etiam, qui Conradi nomine arces tenebant, reddunt eas Boleslao. Conradus magno militum numero occurrit, ut principatum tueretur: ſed commiſſo prælio, in fugam agitur. Cõtra Boleslaum Caluum, quòd indigenis exreros præferret, rebusque præficeret, quæ ei ſuberat nobilitas Præmislaum & Boleslaum Sputaroris filios concitat, eosque duces ſibi deſignat. Quam ille iniuriam, ſuadente Heduige auia, patienter tulit, imò Pręmislao pòſt Elizabetham ſororẽ deſpondit. Conradus, cùm ſe Pudico imparem uideret, Lituanos & Iazygas contra eundem prouocat & armat, qui Sendomirienſem agrum miſerè depopulantur. Sua defenſurus Pudicus copias educit, ſed uincitur: qua clade Sendomirienſis nobilitas fracta, Conrado ſe dedit. Et cùm omnibus parceretur, ſolius Cracouienſis epiſcopi poſſeſsiones, qui in fide Pudici perſiſtebat, prædæ ſunt. Obid excommunicatur Conradus. Sed cum idem in Maſouiam propter uicinorum populorum excurſiones reuocaretur, Boleslaus pleraſq; arces recepit. At licet pòſt pro recuperãdis ijs plurimũ laboraret Conradus, nihil tamen effecit, & anno 1247. mortem obijt. Sic Boleslao pax & quies conceditur. Cromerus lib. 8. de Polonis.

Multos iam annos durauerant ſimultates inter Vualdemarũ Danorum regem, & Guncelinum Suerinenſem comitem: at ſub annum ſalutis 1223. hic publica fide data accepta, in Daniam uenit ineundæ concordiæ gratia. Sed cum rex prorſus iniquas & intolerabiles proponeret conditiones, comes alia ratione ſuis rebus conſulendum ſtatuit. Rex cum ſuo comitatu uenatum ierat, quem & Guncelinus comitabatur: cumque largius ueſperi regij cuſtodes bibiſſent, minusq; accuratè regem ſuum obſeruarent, Guncelinus arrepta occaſione regis papilionem ingreditur, & obſtructo ipſi ore, uinctum ad nauẽ, quam in omnem euentum in promptu habebat, cũ ſuis eum deportat, & in Dannẽberg aſſeruat. Interim Adolphus de Schowẽberg ſuam ditionem, quam Danus & alij interceperãt, recuperat, auxilio Guncelini Suerinenſis, Heinrici de Vuerle, & aliorum. Occurrit quidem his cum armatis copijs Albertus comes Orlamundenſis, qui loco regis Vandalicę orę præerat: ſed captus in prælio à comite Suerinẽſi, eodẽ cum auunculo rege concluditur carcere. Tandẽ rex, cùm alia ratione liberari non poſſet, quadraginta octo millibus argẽti marcis ſe redemit, cum iam biennio in carcere fuiſſet: iuramento ſimul præſtito, nunquã ſe deinceps Nordalbingiã repetiturũ. Pro liberatione Alberti, duci Saxoniæ Alberto Schowenburg arx traditur. Sola itaq; Lubeca in Vandalorũ terra in regis poteſtate erat. Verùm cũ ea quoq; à Danis premeretur, ciues Imperio Romano ſe aſſeri à Friderico 2. petunt: qui Alberto Saxoniæ, alijsq; principibus mandat, ut preſsis Lubecenſibus auxilia ferrẽt. Oppidani arcẽ ingreſsi, quæ in Danorum erat poteſtate, gladios quos ſub ueſtibus occuluerãt, in pręſidiarios milites ſtringũt, & ad unũ omnes trucidãt. Rex imperat ſuis per uniuerſum regnũ militiam, ut in rebelles animaduerteret. Oppidani contra regẽ egreſsi, in agro urbano caſtra ponũt: cõmiſſoq; in Bornhouedenſi campo prælio, rex uictus in fugam uertitur. Otto Brunſuicẽſis & Luneburgẽſis princeps, ex Vuilhelmo Leonis filio natus, & regis Daniæ ex ſorore nepos, capitur à Suerinẽſi comite. Dithmarieſes, qui regi auxilio uenerãt, in ipſa acie deficiunt, & oppidanis ſe cõiungunt. Factũ eſt præliũ 11. cal. Auguſti 1226. Arx uerò prædicatorib. monachis à Lubecẽſibus eodẽ tẽpore tradita eſt. Eadẽ tẽpeſtate & Deminenſes regiũ excutiũt iugum, & uicinorũ Vandalorũ auxilio Danos, qui apud ipſos in præſidio erãt, eijciunt, ut præter Rugiã nihil ſub regis maneret poteſtate. Tentauit quidẽ ſæpius deinceps belli fortunam terra mariq; Danus, Adolpho Holſatienſi cõfœderatus, qui etiã aliquid iuris in Lubecanã urbẽ, tũ ex Heinrici Imperatoris, Friderici 1. filij donatione, tũ ex beneficio nuper ipſi præſtito cõtra Danũ pro uindicãda libertate, ſibi arrogabat: ſed irriti fuere conatus eorũ. Ab eo enim tempore cuncta Dano fuere aduerſa. Obijt tandẽ Vualdemarus anno 1242. cum per annos ferè quadraginta uaria adminiſtraſſet for-

tutia regnum. Succeſsit Ericus filius natu maior, cui Abel frarer Sleſuicenſis dux plurimùm fuit moleſtus. Patris etiam iniuriam ulciſci conſtituens Ericus, Lubecanos mercatores capir.Lubecani armatam claſſem in Daniam mittũt, arcem Sreckelburg ab Abſalone epiſcopo fundatã expugnanr & ſolo æquanr, uictoresq́; magna præda onuſti naues reducunr. Tandem Ericus fratris iuſſu captus,& naui impoſitus,ſecuri percutitur. Cadauer ſaxo alligatum,in mari demergitur,anno 1251.Cranzius lib.7.Danicæ hiſtoriæ.

Ex ruderib.Magnopolis ciuitatis, quã ſuperiori ſeculo uaſtaram diximus, cũ ob magnitudinẽ reſtaurari, uallisq́; ac muris cingi non poſſe uiderer Guncelinus Suerinenſis comes, filius Guncelini, qui primus Suerinenſem comiratũ à Leone obtinuit,Vuiſmariã extruere cœpit:incertũ, ut Cranzius air,unde nomẽ acceperit. Es autẽ urbs intra paucos annos uſq;adeò creuit,ur uereris oppidi memoria ꝑſus aboleretur cõcidereró;,anno 1238.iuxta Prolomęũ Lucẽſem,& Crauz.l.7.c.33. Vãdaliæ.

SVB CONRADO.

COnradus de morte parentis certior factus,collectis copijs in Italiã contendit,Siciliæ regnũ,quod iure hæreditario ad ſe ſpectabar, recuperaturus. Apulia itaq; ſubacta prærer Romani pępę uoluntarẽ,Neapolim obſider: qua euerſa, Capuam expugnat, & ſolo muros æquat. Sed uix duobus annis à parẽtis morte elapſis,per Manfredũ fratrem, ſed ex concubina natũ,ueneno tollitur,anno 1254.ſpe retinendi Apũliam,quam iu arripuerat, & Conradi reſtamentũ, quo Cunradinũ filium, qui cum matre in Bauaria degebat, omnium regnorũ hæredem conſtituerat, ſuppreſſerat,cõſcijs quibuſq; ſublatis. Innocentius regni Siciliæ apperẽs, duos ingenres exercitus eò mittit: ſed ij à Manfredo fugati cęſiq́; ſunt.Ex dolore papa mortem obijr. Clemens ſuccedens Carolum Audegsuenſem comitem copiarum præfectum conſtituit:qui cum Manfredo congreſſus,cum diu multumq́; ancipiti Marte pugnatum eſſet,tandem eum ſtrsuit,& ex proditione captum occidit. Sicq́ue omnem Siciliam, Calabrism, Apuliam, & quas Manfredus prius regiones renuir,occupauit. Conradinus, cum iam adoleuiſſet, à quibuſdam Iralis uocatus, ut regnũ hæreditarium occuparet,magnas contrahit copias: auxilio ipſi eſt cum iuſto militum numero Fridericus Auſtriacus: Romamq́; ingreſſus, ab Heinrico regis Caſtellæ frarre,urbis ſenarore (aberar tũ Clemens quartus) honorificẽtiſsimè excipitur,& lætis acclamationibus ueluti Imperator in Capitolium ducitur. Inde profectus,Piſanorum opera Lucenſiũ agros populatur.Sed ad Beneuentum prælio cum Carolo cõmiſſo, Conradinus cæſis copijs in fugã conijcitur.Sed ex ꝓditione retractus,in uincula cũ Friderico conijcitur, & paulo pòſt Romæ uterq; iuſſu papę ſecuri percutitur. Sic regnũ Neapolitanũ ad Gallos deuenit,& ducatus Sueuię Romanorũ põtificis crudelitare ceſſauir,anno 1268.

SVB VVILHELMO.

IN uiuis adhuc erar poſt Conradi obitũ Vuilhelmus,quem ſuprà regem in ꝓdiũ Friderici electum ſcripſimus, Traiectĩ ſe cõtinens, ubi regali palatio extruendo occupabatur:pace enim tum pulcherrima Germanis fruebatur. Eum Innocentius Lugduni poſt Friderici obitum confirmarat.Inde in Flandriã profectus, cum Margarita Flandriæ comitiſſa,quę Selandiam ipſi præripere uolebar,pugnar,triũphatq́;. Verùm cùm ſubactis Friſijs, quibus cũ diuturnũ geſsir bellum, incautius recederet, paucis eum comirantibus, à quibuſdã fugitiuis in arundineto latitantibus rraijcitur, anno regni ſui nono, qui fuit Chriſti 1255.Reliquit poſt ſe Florentium filium, & Beatricem,quæ Ferdinando rertio Caſtellæ regi nupſit.Cuſpinianus.

Sub hoc Imperarore mortẽ obijt Ottho Brunſuicenſis dux,Leonis ex filio nepos, relinquens poſt ſe filios quatuor: Albertũ & Ioannẽ, qui inrer ſe ducatũ partiuntur: Conradũ & Orthonem,quorũ hic Hildeſienſi,ille uerò Verdenſi præficitur epiſcopatui.& filias quinq;.Cranzius.

THEODORVS LASCAris Iunior.

Ioanne Duca defuncto, Theodorus Laſcaris filius, cognomẽto Iunior,exercitus, procerũ & populi ſuffragijs creatur Imperator in clypeo ſedẽs, modo à maioribus accepto,& ab Arſenio inungitur.Bulgarorũ princeps,huius Theodori affinis, audita Ioannis Ducæ morte,ad monrẽ Rodopem quędã capir oppidula.Michsel quoque Theſſaliæ princeps finitimas prouincias & ciuitares infeſtat. Imperator iraq;, cõfirmato prius cũ Turcis fœdere parerno,copias cogit,quanras pater nunquã duxerat,& Helleſpontũ traijcir.Bulgarus rerrore perculſus, legatis obuiã miſsis pacẽ petit, reſtitutis quæ inrerceperat caſtellis omnibus. Quẽ Imperaror in gratiã ſtatim recipit: nam Bulgari ſororẽ habebat uxorem. Hoc confecto negocio, in Theſſaliã contra Michaelẽ proficiſcitur. Occurrit tũ Theodora Michaelis coniunx,reſtituens quæ maritus auulſerat:ſicq́; placato Impe

ratore, Mariam filiam Nicephoro nuper deſponſatam ſecum abducit. His motibus durantibus, literæ de fuga Palæologi ad Turcas adferuntur, quæ Imperatorem plurimùm perturbauit. Sed non multo pòſt liberaliſsimis & amiciſsimis literis reuocatur, ſecuritate iureiurando firmata. Reuerſus ille, ſanctiſsimo iureiurando Imperatori promittit, ſe dicto ſemper fore audientem, nec regnum affectaturum eſſe unquam, nec ad ea rediturum quæ antè crimini data ipſi eſſent, neque poſthæc intermortuam ſuſpicionem auctururm, ſed conſeruaturum & propagaturum parem beneuolentiá & amorem erga ipſum Imperatorem Theodorum, & filium eius Ioannem, cæterosq; tam familiæ quàm Imperij ſucceſſores. His igitur conditionibus magni Conoſtabili dignitate recepta, deinceps Imperatoria beneuolentia & liberalitate imprimis floruit.

Aſane Bulgaro ſine liberis mortuo, principatus ad ſororis maritum Mitzen deuoluitur: ſed ob ſegnitiem & effœminatum animum is non multo pòſt repudiatur, & Conſtantinus Tœchus uirtute excellens regno præficitur. Is facto cum Imperatore fœdere, Theodoram filiam uxorem impetrat, repudiata ea quam per multos iam habuerat annos. Non multo pòſt è uiuis excedit Laſcaris, poſtquá annis ferè quatuor præfuiſſet. Gregoras lib. 3.

TEMPVS INTERREGNI.

POſt multos, quos fruſtra habuerant Imperij principes, conuentus, quibus de nouo rege conſultarant, tandé anno 1257. die octaua Epiphaniæ, Francofurti frequétes iterú conueniunt: ſed inter ſe diuiſi, duos eligũt, Richardũ Cornubię ducem, & Alphonſum Hiſpanię regé. Ad hũc miſsi Spirenſis & Conſtátienſis epiſcopi, cum S. Galli abbate, electioné nunciant. Illum uerò alij principes die Aſcéſionis Dominicæ ex Anglia Aquiſgranum ducétes inungunt, cui Regalia Philippus de Falckenſtein, quæ apud eũdem Guilhelmus depoſuerat, profert, & ipſi exhibet. Ex eo honorũ incremento haud parũ Richardo animus creuit, pleraſq; urbes Rheno adiacentes in deditioné cogit. Treuerenſis epiſcopi terras, quòd ipſe ſuo cõpetitori adhæreret, igni ferroq; uaſtat. Denique pace qualicunq; conſtituta, Angliam repetit, & in obſidione cuiuſdá ciuitatis, dum fratré iuuat, iaculo occiſus eſt, cum annis ſex regnaſſet. Sub idem tempus Alphonſo primogenitus filius è uiuis excedit: cuius morte, & quòd omnia bellis in Germania & Italia ardere cerneret, Gregorij decimi conſilio, ultrò Imperio ceſsit, & in Hiſpaniam conceſsit. Ad alia regna accedimus.

Angliam domeſticum bellum denuò uehementer afflixit. Eius autem occaſio hæc fuit. Promiſerat Heinricus rex in Oxonienſi conuentu, ſe quamprimùm antiquas leges & inſtituta redditurũ. Sed promiſsis non ſtetit, cum è re ſua non eſſe cerneret: & quidem Alexander quartus eum à iuraméto abſoluit, cum non ſpontè, ſed metu id præſtitiſſet. (Nam armati Oxoniam uenerant Angliæ principes, ſæpius iam à ſuo rege deluſi.) Rebus itaque cum Gallo cõpoſitis, Londini exercitũ cogit, ac palàm elicit, nolle ſe concilij decreta confirmare, neq; permittere, ut ijs populus frueretur. Mox ad arma conclamatur, ijsq; iniuria uindicanda cenſetur. Principes belli partes Simoni Montifortéſi demandant. Heinricus quoq;, Richardi fratris, qui nuper ex Germania aduenerat, auxilio fretus, in armis erat. Vuallos primùm inuadunt principes. Edouardus (quem pater rex Vualliæ principem deſignarat) ſuis auxilium ferens capitur: ſed cum ſe curaturũ promitteret, ut pater promiſſa præſtaret, dimittitur. At uindictæ cupidus, præter fidem datam Glocestriam diripit: & ſuis Oxonij cum patris copijs, iunctis, Northantonum Simonis oppidũ capit, uicosq; paſsim incendit. Inde Leceſtriam, pòſt Nothingamiam petũt. Simon Londinum urbem in fidem receptá præſidio munit: ſed à Roceſtriæ oppugnatione, cum rex obſeſsis ſuppetias ferret, repellitur. Cõmiſſo deniq; ad Leuiſum prælio atroci, rex captus eſt cum Edouardo filio, cæteris uel cæſis, uel in fugam actis. Hac felici pugna filij Simonis inſolétiores facti, reliquos præ ſe contemnunt principes. Quod indignè ferés Gilbertus Gloceſtriæ comes, cum pater filios non compeſceret, Edouardum carcere clam liberat. Is Vigorniæ collecto milite, mox Simonem petit: cum quo etiam congreſſus, eundé cum filio trucidat. Heinricus quoque rex, quem Simon ſua panoplia indutum in primam aciem collocarat, ut ictus exciperet, ad ſuos tranſit. Tandem cum rex bellum cõtra hoſtes perſequi ſtatuiſſet, cuiuſdam Gilberti comitis aliorúmque bonorum opera ijdem recõciliantur. Fuit is annus ſalutis 1262. Poſthæc quieti ſe dedit Anglus: res tamen Aſiaticas per Edouardum filium curauit ſtrenuè. Obijt deniq; Londini, 16. calend. Decemb. anno 1273. cum regnaſſet annos ſex & quinquaginta. Polydorus lib. 16.

Belæ Vngaro ſub annum ſalutis 1260. Ottocarus Bohemus bellú fecit, ob occupatá Styriam. Sed inferior in prælio Bela

fugam

fugam cum ſuis arripit. Bellorum itaque malis, quæ infœliciter gerebat, fractus, quieti, quantum per hoſtes licuit, ſe dedit, & templis, urbibus reparandis operá impendit. Tandem in Budenſi inſula morté obijt, anno 1275. nonis Maij, cũ annos circiter ſex & triginta regnaſſet. Bonfinius libro 8. decad. 2.

Maſouiam & Poloniam Lithuani, duce Mandauo, depopulantur: ſed per Cruciſeros in tantas anguſtias coguntur, ut præter multarum ditionum donarionem, & eorum religionem ſe amplexuros promitterent, quáuis promiſsis non ſteterint. Aberat autem tum Boleslaus Pudicus, occupatus Bohemico bello, ut Opauiam Polonis iterũ adiungeret: ubi præclari nihil fecit. Tandé cum ab exteris Poloniæ pax concederetur, ipſi primates, nulla ſanguinis habita ratione, quo ſibi iuncti erát, mutuis uulneribus ſe conficiunt. Sed Tartari superuenieńtes, Ruſsis ducibus, miſerè Poloniam igni ferroq; uaſtant, Sendomiria capta, quotquot inerant trucidát: ſed poſt tertium menſem præda onuſti iterum recedunt. Facta ſunt hęc anno 1260. Poſt hos Lithuani Poloniam, maximè uerò Maſouiá infeſtant. Pudicus coactis copijs, ipſorum terras uiciſsim depopulatur, & ad internecionem uſque eos cædit, ita ut Iazygum nomen penè deletum ſit. ne tamen regio inculta maneret, colonias eò deduxit, anno 1260. Eodem tempore Cruciſeri Pruteni à Barbaris quoq; propemodum deleti ſunt. Crebris Ruſſorum excurſionibus irritatus porrò Boleslaus, in Ruſsiam expeditionem indicit pararq;. Summam rerum Petro Cracouienſi palarino demandat: qui bello fœliciter adminiſtraro, uſq;adeò hoſtiũ uires fregit, ut permultis deinceps annis nihil hoſtile in Polonos molirentur. Ctomerus lib. 9.

Abeli Danorum regi fratricidæ nõ fuit diuturnum regnum. Nam à ſuis ſubditis, duce Heinrico de Mildorpe, bello laceſſitus, pugna commiſſa, in fugam uertitur. Sed reparatis uiribus, in Friſiam bellum tráſfert: ubi à ruſtica plebe incautus opprimitur primo regiæ dignitatis anno. Cui Chriſtophorus frater ſuccedit, fuitq; eius gubernario uſq; ad Vualdemari ducis Sleſuicenſis (Abelis is erat filius) obitum tranquilla. Erat Vualdemaro filius Ericus nomine: eum educandũ rex ad ſe recepit, ut ea ratione ducatũ Sleſuicenſem regno Daniæ penitus adiungeret. Sed Erici auunculi, Holſatię comites Ioánes & Gerhardus, de regis cõſilio edocti, ipſi bellum apertè faciũt: & in Leoheide prælio facto, regem cum cõiuge capiunt, Hamburgumq; deducũt. inde ſe precio redimit. Ad regni gubernationé reuerſus, quieti ſe dedit, anno 1259 in fata concedens. Patri ſurrogatur Ericus filius, puer admodum. Is cum uirilem attigiſſet ætatem, Agnetem Ottonis marchionis de Brandenburg filiam uxoré ducit. Fuit eius gubernario ualde tranquilla ad annum Domini 1286. Tandem à domeſticis confoditur, quamuis eius necis cauſa ab autoribus nõ referatur. Cranzius lib. 7. de Danis.

SVB RODVLPHO.

ANno ſalutis recuperatæ 1273. principes Imperij Francofurti conuenientes, calendis Octobris Rodulphum Habsburgenſem comité, & Alſatiæ Landgrauium, Moguntino epiſcopo, quo ipſe olim capellano uſus fuerat, negocium maximè urgéte, Imperatorem pari uoto abſenté deſignant. Cõmendabant eum ſanguinis claritas, morũ honeſtas, ingenij uires, & ætas matura, imprimis uerò armorum peritia, & uirtus bellica. Nam comité Sabaudiæ & deuicit, & minoris Burgundiæ partem ſubiugauit. Aſpirabat & Bohemorum rex Ottocarus ad Imperij culmé, & id quidem per Brádebutgicum, quem ſplendidis muneribus in ſuas pertraxerat partes, tentabat: ſed irriti fuêre conatus. Per Burggrauiũ quendá uocatus Rudolphus uenit, & Aquiſgranum deductus pro more coronatur. Principes ibidé fidelitatem iurant, auxilia cõtra rebelles pollicentur. Probauit eam electioné & Gregorius decimus, ratamq; habuit. Nam Lauſannæ unà fuerunt, ut ueteres teſtantur uerſiculi:

Bis ſexcenti, ſeptuaginta tresq; ſtetère
Anni, Lauſannæ rex & quoq; papa fuere.

Verùm Romam non uidit, licet hoc principibus exigéribus promiſiſſet, nouas ſemper occupationes cauſatus: neq; diadema à papa unquam ſibi imponi paſſus eſt. totú enim ab Italia ſe abhorrere, amicis non diſsimulauit: Hic me, inquiẽs, ueſtigia terrent. Vidi Cæſarũ in Italiam ueſtigia læta, magnifica & bonæ ſpei plena: ex Italia uerò referentia, triſtia, miſera & luctuoſa. Qué uerò in Italiá miſerat, ut loco ipſius ius diceret, pleræque urbes receperunt. In Alſatia plures arces oppidaq;, quæ Badenſis erant marchionis, cum parẽre detrectarét, expugnauit. Comites ac barones multos ſub iugum miſit. Bernam tributariam fecit. Ducem Burgundiæ Imperij uaſallũ fecit. Rodolphum filium Sueuiæ ducem deſignauit. His domitis, omné belli uim in Bohemũ transfert, qui Auſtriam ſibi uacáte Imperio uſurpauerat, cum prius eum ter ad cõuentus principum Noribergam, Herbipolim & Auguſtá fruſtra uocaſſet,

anno 1274. Olemucẽſis epiſcopus à Bohemo miſſus, ſacti friuolã excuſationẽ attulit. Cumq; uno ore contumax à principibus eſſet iudicatus, bellum in ipſum decernitur. Ftidericus comes de Zolern, quem anno ſuperiori omniũ primum Norinbergenſem burggraniũ denominauerat Imperator (erat enim ex ſotore nepos,) primi agmen ducit. Subſequitur Imperator, multis epiſcopis & principibus ſtipatus. Vienna obſeſſa, ciues, ut piculũ à uineis auerterẽt, ſe dedũt. Stirij, Carinthij in Imperatoris uerba iurãt. Albertus filius Auſtriæ Stiriæq;, Menhardus Tytolẽſis comes, Carinthiæ duces ab Imperatore declarãtur, conſentientibus principibus. Tandẽ Mogũrinus, Iuuauiẽſis & Friſingẽſis epiſcopi certis cõditionibus pacẽ ſanciũt intet reges. Sed coniugis ptocacis inſtinctu eandẽ uiolat Bobemus (turpe enim hoc eſſe ipſa rata, ſuum regem cotam Rodulpho, quo ipſe olim curię ſuæ magiſtro uſus eſſet, genu flexiſſe) ac Rodulpho bellum indicit, & maximas in Auſtriam copias undecunq; contractas ducit. Rudolphus Ladislao Hungaro in belli ſocietatẽ accito, Ottocarũ aggreditur, eumq; caſtris exutũ in fugam uertit. Inter fugiendum uerò Ottocarus occubuit, anno 1279. In Bohemiã dehinc progreſsi exercitus, omnia igni ferroq; deuaſtant. Tandem Olomucẽſis epiſcopi interceſsione pax ſancitur, & Guta Rodulphi filia Venceslao Ottocari filio, Agnes uerò Ottocari filia Rodulpho Sueuiæ duci, Cæſaris filio, in uxorẽ traditur. Hoc bello confecto, in Heluetios mouet, qui Sabaudię comiti parebant, eosq; nullo labore ſubigit. Tum quoq; Pſeudofridericũ, qui multas ad ſe urbes pellexetat, capit, & Vulcano offert. Comitẽ Burgundiæ dcuuò uincit. Cũ decies & quater in conflictibus ſuperiot extitiſſet Imperator, Victorioſi nomẽ accepit. Senio confectus, Albertũ filiũ ſucceſſorẽ deſignat: ſed principes non aſſentiũtur. Erſordiæ anno ſalutis 1290 comitia habet, ob excitatũ ibidem tumultũ, quẽ cõpeſcuit, capitis ſupplicio affectis eius autoribus. Porrò ciuium auxilio clrcirer ſexaginta arces in Thuringia ad Salam & alibi, ex quibus prædæ & latrocinia fiebant, expugnatas diruit. Spiram contendens, in Getmershaim diem ſuum obijt, 18. calend. Auguſti, anno ætatis ſeptuageſimo tertio, Chriſti uerò 1291. Cuſpinianus, Patalip. Vrſperg.

Succeſsit Ludouico, uentris ptofluuio extincto, in Franciæ regno Philippus eius filius. Is ut Petrum Aragoniæ regem à Siculo bello auocaret, eius ditionẽ peragrat, ac pleraſq; urbes ſubigit. Petrus uerò ſuis opẽ laturus aduolans, in pugna occiditur, anno ſalutis 1286. Philippus febri extinguitur. Robertus Gang. lib. 7. Polyd. lib. 7.

Edouardus primus, ætaris anno 35. ſalutis uerò 1274. tex creatus poſt mortem patris Heinrici tertij, cum Vuallorũ principe Leolino ſemel atq; iterum confligit. Sed hoc ueniã petente, ab armis iterũ diſceſſum eſt. Verùm anno octauo poſtquã regnare cœpiſſet, iterũ prouocatus rex à ferocibus Vuallis Angliã uellicantibus, exercitũ conflat, uniuerſamq; Vualliã domuit, cæſo Leolino principe cũ fratre Dauide: hic captus pœnas capite ſoluit, ille uetò in pręlio occubuit: Robertumq; Torbiſcũ uictis præfectũ dedit. Nõ multo pòſt in morbum incidit rex, quo cum multo tempore conflictatus eſt. Polydorus lib. 17.

Belæ Vngarorum regi Stephanus, eius nominis quartus, ſurrogatus, patri illatã à Bohemis iniuriã ulciſcitur. Nam Ottocari uires plurimum infregit, Maſouiaq; penitus expulit. Hoc confecto bello, in Bulgariam, quæ eius imperium detrectabat, contendit, inferiorem Miſiam prædatur, Bodum metropolim tertio obſidionis menſe expugnat, & Bulgarorũ regem ſibi tributarium fecit. Cæterùm tertio tegni anno mortuus Stephanus, Ladislao filio regnum reliquit, qui omnium conſenſu coronatus eſt, anno 1276. Hic à Rudolpho in ſocietatem belli contra Bohemos accitus, magnas copias adduxit. Nihil enim ei antiquius, quàm cũ Bobemis, qui cum patre auoque certarãt, ſortunam belli experiri. Ex re ibi feliciter geſta, & ex Rodulphi ſocietate pet multos annos quietum habuit regnum. Cæterùm anno 1282. Oldamir Cumanorum princeps Vngariã infeſtat: cõtra quem cum exercitu egreſſus Ladislaus, beneficio imbriũ eum in fugã conijcit. Profugi Tartaros in auxilium uocant, qui miſerè Vngariam uſque ad Peſthum depopulantur anno 1285. Cęterùm Ladislai libidines Vngari deteſtãtes, Andteam Venetum cognomento, Andreæ ſecundi Vngatorum regis nepotem, ducem deſignant anno 1291. qui contractis copijs, Auſttiam inſeſtault atmis. Sed cum domi factiones exiſtere intelligeret, pedem referte cogitur. Cumque in earum autores nihil grauius ſtatuetet, ſed porius clementiæ laudem uenatetur, ignauiæ crimen incurrit. Proceres, miſsis legatis, Siciliæ tegis filium Carolum Martellum Salernitanum principem, uix annum undecimum agentem (quamuis alij de Martelli filio Carolo Roberto id accipiãt) regem expetunt. Nam is matre Vngarica, Maria uidelicet Stephani quarti filia,

natus

natus erat.Romaniq́; papæ autoritate Carolus,anno 1299. in Vngariá uenit,uiuo adhuc Andrea: qui tamẽ eodẽ anno à Cumanis interfectus eſt.Bonfin.li.8.9.decad.2.

Cum in regno Poloniæ Boleslao Pudico,qui anno 1279. in uiuis eſſe deſijt,Leſcus Niger,ex patrueleipſius natus,ſucceſſiſſet, Ruſsi Leone duce Poloniam infeſtant: ſed ij magno prælio fuſi, fugam capeſſere coguntur. Quos inſecutus Leſcus, hoſtilem regionem ad Leopolim uſq; uaſtauit. Lituanos quoq; Lublinenſem regionem moleſtantes, ex inopinato adortus cæcidit.In eo prԑlio Iazygum reliquię penitus extinctæ ſunt. Pace iam ab exrerno hoſte parta, domeſtici motus pullulare incipiunt:quos tum animi magnitudine,qua obuiauit Conrado Maſouiæ duci, tum manſuetudine, qua erga proceres defectionis autores, quiq́; Conradum acciuerant,uſus,facilè repreſsit. Anno 1283.Lithuani rurſus in Poloniam excurrunt, magnis incommodis incolas afficiẽtes: quos Leſcus correptis armis profligauit, magnaq́; præda potitus eſt. Exactis aliquot annis, Paulo epiſcopo Cracouienſi autore,pleriq; à ſuo duce deficiũt proceres: & repudiato Leſco,Conradus Maſouiorum dux accerſitur,eiq́; omnis offertur principatus.Sola Cracouia in fide Leſci permanſit.Leſcus ad Ladislaum Vngarum cõtendit, à quo Cumanorum & Vngarorum copias impetrat.Occurrit his Conradus: ſed in fugam coniectus, in Maſouiam tedijt. Leſcus in gratiam receptis defectionis autoribus,cum deprecari fuiſſent culpá,exercitũ dimiſit. Solis uerò Teuthonibus, qui fidem præclarè ſeruaſſent, Cracouiẽſis urbis regimen demandauit, eodemq́; cum ipſis habitu & cultu corporis uſus eſt, ut quanti eos faciat,oſtenderet. Acciderunt hæc anuo 1285.Non multo pòſt Tartari fame domeſtica extimulari,Poloniam cum Ruſsis liberè uaſtãt.Nemo enim,cum rex ad Vngarũ fugiſſet,tãtę multitudini occurrere audebat.Rex poſt Tartarorũ diſceſſũ reuerſus,Conrado Maſouio bellum facit: ſed cum infeliciter illud gereret,ex mœrore animi in morbũ incidit, quo ultimo Septẽbris die anni ſalutis 1289.extinctus eſt.

Cęterùm huius obitus,cùm liberis deſtitueretur,multorũ motuum cauſſa extitit,pluribus de dominatu contendẽtibus. Nã Vuladislaus Locticus, Leſci frater,eodem patre, ſed alia matre prognatus, Siradiẽſem ditionem occupar. Proceres uerò Cracouienſis & Sendomirienſis ditionũ, Boleslaum Plocenſem ducẽ,Conradi Maſouij fratrem,accerſunt,& Cracoulam ſolenni põpa deducunt.At ciues Cracouienſes clàm Heinricum Vratislanienſem ducem uocát. Quem cùm iuſto exercitu aduentantem ciues in urbem inrromiſiſſent, Boleslaus,qui cum comitatu nõ quidem ad bellum,ſed ad ſplendorem comparato aduenerat, iratus in Maſouiam profugit. ſicq́ue & arce alter potitus eſt. Locticus à Pomeranis,Cazimiro Lenciciẽſi duce,fratre,& Conrado ac Boleslao Maſouijs,impetratis auxiliàribus copijs,Cracouiá contendit, eamq́; obſidione claudit. Mittit & Heinricus,qui relicto iſthic præſidlo Vratislauiam redierat,in ſubſidium obſeſſorũ maximas copias: quibus utrinq; cõfligentibus,uictoria penes Vladiſlaum fuit. Sed ea diuturna nõ fuit fœlicitas. Paucis enim elapſis diebus, Cracouia intẽpeſta nocte rurſus eljcitur per Heinricum Legnlcienſem,cul Helnricus Vratislsuienſis, cũ ipſe ægrotaret, ſummam belli demandarat. Cũq́; inter hàs turbas hic expiraret, alrer eius dominatũ apud Vratislauiẽſes quoq; arripuit,profligaro Conrado Glogoulenſium duce, patruo,quẽ defunctus dux ſucceſſorẽ deſignarat. Legauerar idem, cùm liberis careret, Cracouienſem & Sendomirienſem tractũ Præmislao maioris Poloniæ duci,cui per idem·ferè tempus Meſciugus Pomeranus ſuá teſtamento legauit terrá.Vladislaus Sendomirienſi ditione non contẽtus,ad Cracouienſem quoq; aſpirat: quam proceres & ciues, cognita Heinrici morte & teſtamento,Præmislao ſeruabant. Griphina uerò Leſci uidua utramq; ditionẽ, quam à Leſco marito ſibi donatam, deprõptis ſimul diplomatis affirmabat, Vẽceslao Bohemiæ regi,ſororis ſuæ filio, donat. Mox is ad occupandam nouam ditionem Tobiam Pragẽſem epiſcopum mittit. Præmislaus, cùm duplici bello implicari graue ſibi futurũ uideret, ultrò Cracouia cedit,& Bohemo tradit.At Sendomirienſis tractus fruſtra à Bohemis tentatur,Vuladislao eum defendente.Bohemis ad ſuos reuerſis,Vuladislaus Cracouiam infeſtat. Aduolat iterũ armatus Tobias: ſed hoſti impar pedẽ retrahit. Anno inſequenti cum maioribus copijs,ſuis auxilio uenit ipſe Venceslaus Bohemorum rex, in belli ſocietatem aſſumpto Ottone Brandenburgico, Sendomirienſemq́; ditionem miſerè depopulãtur: quibus cum Vuladislaus aperto Marte congredi non auſus, tantùm ex inſidijs nonnunquá eos adoritur & uellicat,anno 1292. Anno ſequenti Sendomirienſem agrum Tartari, Lenciciẽſem Lithuani infeſtum reddunt. Ab his Cazimirus in prælio occiditur, cui in ducatu Vladislaus Locticus frater ſuccedit.Cromerus lib.10.

Daniæ regnum his temporibus adminiſtrauit Ericus, Erici, quem paulo antè interfectum diximus, filius natu maximus, pacis publicæ ſtudioſus. Holſatos, Vandalos, Marchionesq; diſsidentes in gratiam redegit, regnauitq; ad annum uſq; 1321.

Ex Bureuino Obotritarũ principe (cuius parens Pribislaus regium nomen amiſit) nati ſunt Heinricus cognomento Bureuinus, & Nicolaus, alij Nicolotum uocant. Qui poſt patris obitum terram diuidentes, hic Magnopolin accepit, illi uerò Heruli ceſſère. Sed cum ex lapſu ceruicẽ fregiſſet Nicolaus, ſolus rerum ſumma frater potitus eſt. Is in uxorem ducta Sophia Sueciæ regis filia anno 1228. filios quatuor, duas uerò filias procreauit: Ioannem natu maximum, qui cum annos uiginti & unum Pariſijs à primis annis uerſatus fuiſſet, in Theologia Doctoris gradum aſſumpſit, unde Theologi nomen accepit. Eius ſedes fuit in Mechelburg: Buruinum Roſtochij, Nicolotum Guſtrouij, Pribislaum Parchemij ſe conſtituentes. Hic bellum fecit Suerinenſi epiſcopo, ac Buzouium exuſsit: ſed ab epiſcopo captus, terræ ſuæ uenditione ſe redemit, & apud ſocerum in Pomerania exulans ſine liberis deceſſit. Filiarum altera, regis Maſsiliæ filio, altera Cyprio nupſit. Vtrique enim Ioannis Pariſijs fuerant condiſcipuli. Ioannes uerò ex Hennenbergenſium comitum familia uxorem accepit Lutgardim, ex qua ſuſcepit præter multos alios filios, Hẽricum maximè inſignẽ, qui Rigæ natus eſt, cum contra barbaros bellum ipſi eſſet. Is regno potitus poſt patrẽ, Anaſtaſia Barnimi Pomeranorum ducis filia matrimonio ſibi iuncta, filios genuit Ioannem & Hẽricum cognomento Leonẽ, & Lutgardin filiam. Qua uerò in expeditione ſacra uſus ſit felicitate, alibi retulimus. Marſcalcus lib. 1.

SVB ADOLPHO CAESARE.

FVerat apud Rodulphũ Imperatorem in magna exiſtimatione Adolphus comes Naſſouienſis, uir militaris & ſtrenuus: eiusq; conſanguineus, ſeu ut Vrſpergenſis habent Paralipomena, frater Gerlacus Moguntinum adminiſtrabat epiſcopatum. Huius itaq; autoritate, ſeu ut Cuſpinianus ait, dolo, ad Imperij faſtigium præter principum uoluntatem euehitur, anno 1292. Corona uerò regia iam inſignis, Anglorum regi contra Francum bellum gerenti, mercede cõductus auxilium promiſit: quod cum contra regiam eſſet dignitatem, apud pleroſq; malè audijt. Accedebat & hoc, quòd acceptam ab Anglo pecuniam in proprium uſum conuertiſſet (nam Miſnenſem marchionatum ea comparauerat) & promiſsis minimè ſtetiſſet. Albertus Auſtriæ dux ſe poſthabitum dolens, minus Adolpho fauebat: cumq; hic illius filiam ſuo filio uxorem peteret, repulſam paſſus eſt. Indignatus idcirco Adolphus, Auſtriacum odio proſecutus eſt, Columbarienſes ipſi addictos oppugnat, Alſatiæq; urbes compeſcit. Cæterũm principes & primariæ ciuitates contra eũdem fœdus feriunt, & in armis ſunt. Interim Adolphus in Thuringiam abit, hoſtiliterq; in eam debacchatur: ſed inde à Friderico, qui à præmorſa maxilla cognominatur, eijcitur. Tota itaq; Germania bello æſtuante, odio Adolphi, Gerlacus Moguntinus eum Imperio inutilem palàm aſſerit ob faſtum, adulteria, ſtupra, aliaq; ſcelera turpiſsima, quibus inſignis eſſet. Conuentu itaq; Moguntiæ habito, Adolpho Imperium abrogatur, & Albertus Auſtriacus ſufficitur, anno 1298. Is collecto undequaque exercitu, rectà in Adolphum mouet. Qui magnis etiam inſtructus erat copijs, ſuppetias Ottone Bauaro, Rudolpho palatino, & quibuſdam Imperialibus ciuitatibus ferentibus. Fit in agro Spirẽſi atrox & crudele prælium. Tandem cum diu ancipiti Marte pugnatum eſſet, Adolphus occiditur: quo interfecto, reliqui fuga ſibi conſulunt. Cadauer eius in monaſterio, quod à Roſarum ualle denominatur, reconditur: ſed poſt principum cõcordiam exhumatum Spiram defertur. Confecto hoc bello, Aquiſgranum Albertus deducitur, & pro more coronatur.

Franciæ regnum ſub annũ ſalutis 1286. Philippus Pulcher poſt Philippi patris obitum gubernandum ſuſcepit. Fuit huic graue bellum cum Anglo: qui ut potentiſſimi hoſtis uires frangeret, mercede conduxit Adolphum Romanorum Imperatorem & Flandrenſem comitem, quamuis ille parum auxilij tulerit, rebus apud Germanos turbatis impeditus. Eo bello, prȩter arces & oppida quamplurima, Burdegalam principem Vaſconiæ ciuitatem Gallus obtinuit. Tandem uiribus impar Anglus, cum Vidone Flandro Pulchri fidei ſe permiſit.

Perpetuorum bellorum pertæſi Poloni, Prȩmislaum Cracouienſem & Sendomirienſem ex Heinrici Vratislauienſis teſtamento principem, regem deſignant, & diademate regio ornant, anno 1295. Sed dum ille pacis conſilia tractat, & diſsidentium animos conciliare ſtudet, è rebus humanis excedit, ſeptimo ſuſcepti regni mẽſe. Succedit procerũ ſuffragijs Vladislaus Locticus (nam hærede maſculo deſtituebatur Præmislaus) qui regis nomine neglecto,

glecto, Hæredem regni Polonici ſe appellauit. Poſt pacatam Pomeraniam,& Sileſios domitos, ocio & uoluptatibus ſe dedit. Ducis exemplum impunè ſequebatur & reliqua milirum turba, iniurijs quoſuis afficiens, Eccleſiarum bona diripiens, & ſtupris ſe polluẽs. Cumq; admonitus Locticus, corruptos mores non emendaret, regnum ipſi abrogatur,& Vvẽceslaus Bohemus ſubſtituitur, anno 1300.

COMNENVS MICHAEL
Palæologus.

Theodorus Laſcaris iunior moriturus, Georgium Muzaloné (ignobili quidem genere ortum uirum, ſed ob familiaritatem, quam ab ineunte ætate cum Laſcare habuerat,& morum urbaniratem,& dexteram negociorum adminiſtrationem, ad protoueſtiarij dignitatem euectum) & Arſenium patriarchá curarores Imperij deſignauit, donec Ioannes filius, qui ſextum tum agebar annum, ad maturam perueniſſet ætatem. Ea res ſcripro confirmatur, & à ſummis & infimis iuramentum exigitur. Ar Imperatore extincto, nonnulli claris natalibus orti,& propinqua cognatione Imperatorem attingentes, Muzalonis fortunæ inuidentes, eius imperiũ detrectant, & contra iuſiurandum bis térue factum, uitæ inſidias ſtruunt. Et cùm nona poſt obitum die exequiæ fierenr in Soſandrio monaſterio, ſicarij ære conducti, impetu in templum facto, Muzaloné cum duobus fratribus occidunt. Arſenius animi dubius & conſternatus, cum proceribus quid agendum deliberat. Erat inrer hos Comnenus Michael Palæologus ſuperior,& Arſenio adeò charus, ut Imperatorij fiſci claues, cum ſtipendia militibus numeranda erant, aut alia res pecuniam poſtulabat, ei crederet. Sua iraq; urbanitate & liberalitate, quamuis non de ſuo largiretur, omnium animis ſibi conciliatis, communi ſuffragio, gubernationis moles ipſi imponitur, donec ad maruram ætaté perueniſſet Ioannes. Non mulro pòſt Deſpotæ ritulo, quæ proxima à regia eſt dignitas, tam à patriarcha, quàm filio Imperatoris ornatur. Sed eo honorum augmento non contentus Palæologus, altius criſtas erigit, & à ſuis fautoribus circa Magneſiam, Imperarorem ſe appellari procurat clypeo inſidens. Arſenius de pueri ſalute ſollicitus, iureiurando eos adſtringit, ne uel uitæ pueri inſidientur, uel de Imperio illi per uim fraudémue eripiendo cogitét. At paucis exinde elapſis diebus, Palæologo ipſemet coronam imponit, ſententijs ſeoatus & ſacri ordinis impulſus. Non tamen perpetuum ei decernit Imperiũ, ſed donec legitimus hæres adoleuiſſet. Iuramento ſanctiore, quàm prius factum fuerat, hæc firmat nouus Imperator.

Virtutis autem ſpecimen editurus copias cogit,& Nicea, ubi regia fuerat, profectus in Thraciam, Conſtátinopolin, ſed fruſtra, tentat. Inde receſſurus finitima caſtella munit, & præſidiarijs mandat militibus, ut crebris incurſionibus Bizantinos uellicarent. Quo facto, ipſi ad tantam anguſtiam redacti ſunt, urlignorum penuria multas ædes deſtruerent, ut neceſſarijs ignibus materia ſuppeteret.

His remporibus Scythæ Euphrate ſuperacto Syriam domant,& anno ſequenti Sultanum Azatinem regia ſua pellũr: qui ad Palæologum confugiens, ab eo recipi petit. Is ad Ænum maririmũ oppidulum degere iuſſus eſt, quod ei ſimul cuſtodiæ uice eſſet, ad ſuſpectam eius fugam prohibendam.

Duobus ab inauguratione Palæologi annis elapſis, bellum Michael Ætholiæ Deſpotes mouit: contra quem miſſus Alexius Srraregopulus Cæſar, eiq; in mandatis datum, ut inter eundum Byzantij caſtella perluſtraret, hoſtibusq; noceret. Propontide itaq; traiecta, ipſe cum octingentis uiris oberrás, in ciues quoſdam Bizantinos homines plebeios incidit, de urbis ſtatu uiribusq́ue diligenter inquirit: quas cũ perexiguas eſſe cognouiſſet (nam maxima copiarum multitudo in Dephnuſię, oppidum Euxini ponti eſt, mille ſtadijs à Conſtantinopoli diſsitum, obſidione aberar) mox de proditione cum iјſdem agit, promiſsis, ſi res ſuccederet, ampliſsimis præmijs. Pollicentur illi ſuam operam. Res ex ſenrentia ſuccedir. Nam quinquaginta uiri per occultũ meatum noctu ingreſsi, uigiles trucidant, effractaq; porta, ingreſſum uniuerſo exercitui patefaciũt.

Srrategopulus ſub diluculum urbem iogreſſus, acie opportuno in loco inſtructa, quatuor in partibus eam accendi iubet. Balduinus Imperaror, cum hoſtes intra mœnia conſiſtere, & urbem inter medias flammas hærere, quæ regiam mox correpturæ erant, nullamq; ſibi ſalotis ſpẽ reſtare uideret, cymba ſalutem quærit. Palæologus de tãto rerum ſucceſſu edoctus, relicta Nicea, Conſtantinopolin cum uxore & Andronico filio bimulo properat: eamq; non prius ramen intrat, quàm D. Mariæ imago per portam, quæ aurea dicitur, ingreſſa eſſet, quam ipſe pedes ſubſequitur. Porrò prima eius cura fuit, urbẽ, quæ propemodum in uaſtitatem & cineres redacta erat, reſtaurare. Facta hæc ſont anno, poſtquam à Venetis Franciſq; urbs

capta

capta fuiſſet, octauo & quinquageſimo, licet alij ſexageſimo tertio ſcribant, ut annotat Cuſpinianus.

Cæſar rebus ſic fœliciter geſtis, Thracicis & Macedonicis copijs coactis, contra Michaelem proficiſcitur, hoſtemq́; inuadit: ſed poſt uariam belli fortunam ipſe capitur, cæſis eius militibus. Sed paulo pòſt rurſus liberatur, cum Annæ Manfredi filiæ, poſt Ioannis Ducæ obitum, ad patrem redire facultas concederetur. Vtque pax firmior eſſet, Anna Imperatoris conſobrina Nicephoro uiduo Michaëlis filio uxor datur.

Palæologus ſecunda fortuna, qua utebatur, elatus, totum ſibi Imperium uendicare ſtatuit. Laſcaris filias Theodoram & Irenen nobilibus quidem uiris, ſed non uſqueadeò illuſtribus deſpondet: Ioannem uerò decimum iam agẽtem annum oculis priuat. Theodora Conſtantini Bulgarorum principis uxor, de fratris calamitate certior facta, maritum ad ulciſcẽdum hoc facinus inſtigat. Mox is amplius uiginti millia Scytharum ad Iſtrum degentium accerſit, cum quibus in Thraciam impreſsionem facit: ac uix Palæologus ex Theſſalia domum contendens euadit, à duabus triremibus exceptus. Pòſt Ænum properant, & Azatinem (nam cum eodem fœdus Conſtantinus fecerat) ſibi tradi poſtulant. Ciues extremam ſui deletionem ueriti, hominem dimittunt. In reditu illi Thraciam & habitatoribus & iumẽtis ſpoliant. Minus etiam deinceps fœliciter terra mariq́; contra Theſſalos & Euboœos Palæologi pugnarunt exercitus.

Balduinus Conſtantinopoli fugatus, ad Carolum Italiæ regem ſe cõfert, & huius filiam ſuo deſpondet filio, promiſſa in dotem, quam amiſerat Conſtantinopoli, ſi illius opibus in bello iuuaretur. Sed dũ Carolus militem ſcribit, Palæologus ad papam legatos mittit de ineunda utriuſq; Eccleſię concordia, modò Carolus ab expeditione retraheretur. Papæ itaq; autoritate motus Carolus, arma iam deponit, perpetuas tamen ipſi inſidias ſtruit.

Azatine Sultano, quem Æno profugiſſe diximus, non multo pòſt mortuo, Meletus filius ad Scythas Aſianos tranſijt, & paternam hæreditatẽ ſibi reddi poſtulauit. Confluxerunt ad ipſum multi ſatrapæ, ac dominum ſuum nuncupant: ſed paulo pòſt per inſidias occiditur. Qui ſupererãt Turcici ſatrapæ, à Scythis pelluntur. Illi aſcita qualicunque cohorte ex infima plebe, latrocinari incipiũt: maximè uerò finitimos agros & urbes, quæ Palæologo parebant, infeſtabant. Nam milites præſidiarij, qui uicinas Scythis arces tuebantur, inde migrauerant, cum è fiſco Imperatorio annua ſtipendia non numerarentur: quas Turci occuparunt, terraſq́; ſubactas in Satrapias diuiſerunt, acà mari Pontico & Galatia uſque ad mare Lycium & Carium & fluuiũ Eurimedontem omnia ſua fecerunt. Maximè uerò in Paphlagonia & Pamphilia ingens Turcorum multitudo uagabatur, indeq́; Conſtantinopolitanas populabantur prouincias. Quos cum Imperatorij milites acrius inſequerentur, in improuiſas incidunt inſidias, & exceptis paucis omnes trucidati ſunt. Quo prælio Romanorum uires fractæ, Turcorum uerò potentia plurimum adaucta eſt. Trallibus (ultra Meãdrum urbs eſt) etiam poſt diuturnam obſidionem captis, uiginti millia hominum inde in captiuitatem abducta ſunt. Sub hoc tempus Ioanni Alexij nepoti, qui poſt captam Conſtantinopolim Colchorum & Lazorum terras occupauerat, Eudociã filiam Palæologus deſpondet. Ioanni uerò regia ſedes erat Trapezus.

Sed cum contra Ioannem Sebaſtocratorem, Theſſaliæ principem, qui iam ſæpius fidẽ uiolauerat, Scythis in auxilium uocatis, Palæologus indignabundus bellum pararet, prope Lyſimachiam, ubi Scythicum exercitum contemplabatur, morbo corripitur, quo paulo pòſt in fata conceſsit, annos natus quinquaginta octo. At filius Andronicus uix plebeia ſepultura patrem dignatus eſt: noctu enim iuſsit cadauer procul à caſtris abductum multa terra obruere, id ſolum cauens, ne à feris diſcerperetur. Cauſſa erat, quòd Romanæ Eccleſiæ ſe coniunxiſſet. Imperium adminiſtrauit annos triginta quinq;, iuxta Funcium, quamuis alij plures numerent, qui tamen ad ætatis annos à Gregora annotatos minimè conueniunt. Succeſsit huic filius Andronicus ſub finem huius ſeculi: ideoq́; eius hiſtoriam ad ſequens referemus integram. Ad regnum Ieroſolymitanum nunc accedimus.

REGNVM IEROSOlymitanum.

IOANNES BRENNVS.

PLurimum periculorum rebus Ieroſolymorum uniuerſæque terræ ſanctæ, ob Almerici Cyprij, qui regium titulum præ ſe ferebat, ignauiam atq; ſocordiam imminere, cuiuis facile erat diuinare, cùm durantibus inducijs decẽnalibus, Iconienſis Sultanus Sataliam Græciæ urbem, ex qua Chriſtiani in Aſiam traijcere conſueuerant, ui captam liberè ſpoliaſſet, omnibus

omnibus incolis trucidatis: & Norradinus Saladini filius, præſidium in monte Thabor,nemine etiam prohibente,ædificaret. Miſsis itaque inde ad Innocentium nuncijs,ne quid detrimenti reſpublica capiat,prouidere rogatur.Pōtifex Ioannem Brennæ comitem, uirum bellicoſum, qui cum Gallis Venetisq́; Conſtantinopolim profectus fuerat,regem deſignat, abdicato Almerico. Ille Ptolemaidem delatus, ab omnibus,tāquam rex,ſumma cum læticia excipitur:eiq́; Almerici Cyprij priuigna, Conradi Ferratēſis filia,Maria,quam Templarij Hoſpitalarijq́;, tutoris titulo, in ſpem regni educauerant,uxor traditur. Nuptijs celebratis Tyri,cum coniuge pridie calend.Octob.anno 1209.regio diademate ornatur.Cyprius rex paulo pòſt mœrore animi extinguitur.

Præter inducias, Chriſtianis eo locorū habitantibus pacem conceſsit Norradini & Saphadini digladiatio, quæ per integrum durabat nouennium, & Saphadini morte finem accepit, cum Norradinus Alapienſi Imperio,alter Saphadini filiorum Corradinus Damaſco & Syria, alter uerò Ægypto contentus eſſet. Interea Innocentius,terræ ſanctę dominij auidiſsimus,Fridericum ea conditione Romanorum denunciauerat Imperatorem, ſi uoto ſe adſtringeret ſubſidij Chriſtianis in Aſia adferendi.Indicto deinde apud Lateranū concilio,in id incubuit ſedulò,ut terræ ſanctę, quæ in præſentiſsimo uerſaretur periculo, haberetur ratio. Pollicetur tum quiſq; ſuam operam. Miſsi ſunt,qui pro concione in omnibus prouincijs edictum proclamarent, adhortarentur populum, ac perſuaderent magnatibus ad capeſſenda arma. Rem imprimis ſtrennè iuuabant Halberſtadenſis, Salomon Herbipolenſis, & Ioannes Argentinenſis epiſcopi.Sed dum Romanus pontifex ad pacem componendam inter tumultuātes Piſanos,Genuenſes,Mantuanos ac Verouenſes,quorum robur coniunctum, plurimum emolumenti ſacræ addere poterat expeditioni, profectus apud Peruſiam expirat,cui Honorius ſuccedit,Fridericus Imperator Italicis bellis impeditus,uotum differre cogitur. Aſſumpta cruce, Theodoricus Treuirorum, Theodoricus Colonienſis, Siphridus Moguntinus,Leodienſis, Herbipolēſis,Bambergenſis,Argentinenſis,Patauienſis,Eichſtetenſis,Petrus Pariſiorum,Gallerus Heduorum, Iordanus Lexouienſis epiſcopi: Ludouicus Bauariæ, Leopoldus Auſtriæ duces, comitesq́; plures cum Florentinis ac Genuenſibus arma induunt. Andream uerò Hungariæ regem moram nectētem, per Columnam cardinalē,ut uotum exoluat,papa monet cogitq́;.Cui omnium ſuffragio belli ſumma demandatur. Annus tum agebatur milleſimus ducenteſimus decimus ſextus, menſis uerò Nouember. Ad Ptolemaidem, quæ amiſsis Ieroſolymis regia urbs erat, conuenientes copiæ tantis agminibus, magnam præclarè rei gerendæ ſpem oppreſsis à barbaris,Chriſtianis fecerunt,qui eoſdem ſumma excepēre læticia. Occurrit iiſdem & Ieroſolymitanus patriarcha. Adfuit & Ioannes Brennus rex. At Vngarus,poſtquam ſe fluuio Iordane (nam iuxta eum tribus locis caſtra poſuerat)lauiſſet,reclamātibus cæteris, tanquam uoti religione ſe exemiſſet, ſuas copias domum reducit. Reliqui, ut cœperant, pergunt, ac motis caſtris ad montem Thabor accedunt, & cuiuſdam adoleſcentis Sarraceni ductu, ad montis faſtigium conſcendunt: ſed Boemundo Tripolitano diſſuadente, & hyemis uiolentia prohibente, qua iumenta plurima interierunt, ab arcis expuguatione abſtinent.Pòſt in hyberna deductus exercitus, pars Ptolemaidem conceſsit. Auſtriacus cum Brēno rege inter Cæſaream & Caipham, promontorium occupauit, ex quo circumiacentia barbarorū loca infeſta reddidere.Id Caſtrum peregrinorū uocatū.

Sub ueris initium anni 1217.ex hybernis euocatæ copiæ, ad Peregrinorum caſtrum per Ioannem regem, cui iam ſumma belli erat commiſſa,conuenire iubentur.Ibi omnes in id conſenſere,Ægyptum petendam,Damiataq́; ad Nili oſtium expugnata, facilem de alijs potiundis futurum laborem.Erat enim Damiata triplici muro cincta,ac deriuato quodam Nili alueo, in longæ inſulæ ſpeciem obducebatur.Ptolemaide itaq; claſsibus ſoluentes, & proſpera nauigatione uſi, ad Nili oſtiū feruntur: ſed obiecta catena ferrea ab alueo Nili arcentur. Ea uerò uirtute & arte perrupta,Pharеam arcem munitiſsimam, ex qua ſuburbium,mercatorum tabernas opulentiſsimas, & horrea præſidiatij milites tutabantur,expugnant,magnamque inde prædam acceperūt milites.Qua confirmati iſtorū animi, urbem magna contentione oppugnant, quamuis Nili inundatione plurimum detrimenti caperent. Venerat obſeſsis auxilio Sultanus Ægyptius Meledinus, oppoſitaq́; Latinis habebat caſtra, tenui Nili alueo ab his diuiſis, unde illi commeatus, milites, tela, & omnia quæ uſui eſſe poterant, inuehendi facultas erat. Vtq́; hoc ſubſidio ſpoliarent obſeſſos, omne belli robur in Sultanum uertendum ſtatuunt. Ea de re per exploratores,

ratores,hoſtis certior factus,fugam ſubitò capeſsit, omni in caſtris commeatu relicto.Latini de certa fuga edocti,caſtra profugorum quoq; occupant,iniectoq́; ponte,utraq; ripa flumen coniungunt,ut mutuo ſeſe auxilio defendere, & urbem arctius concludere poſsint. Soldani fuga omnium Damiatæ ciuium animos miſerè affecit. Soldanus,cùm alieno tempore Nilus excreuiſſet, ſeſeq́; alieno tempore in alueum recepiſſet, quo uno flumine felicitas ubertasq́; ſoli conſtabat, annonæ penuriam metuens, fratri Corradino Damaſci & Ieroſolymorum Sultano perſuadet, ut per oratores ſibi Ægyptioq́; pacis conditiones peteret:nam Damiata libera,breui omnia recuperari poſſe. Corradinus fratri morem gerens, Chriſtianis pacem his conditionibus offert: Crucem ſacroſanctam ſe reſtituturum, & quicquid de noſtris in Syria uel ipſe,uel patruus Salahadinus, aut pater Saphadinus cepiſſet. Placuère hæ conditiones Gallis,Anglis, & Italis, dicentibus capta fuiſſe hæc arma,ut quod in Syria ſummorum ducum uirtute partum eſſet,id nobis ereptum recuperaretur,elueretur q́; ignominia. His reſtitutis,nullam reſtare belli cauſſam.Reges,ordinum magiſtri, Auſtriacus, & qui aderát Germani,pacem aſpernabantur,cum contra Mahumeticam ſuperſtitionē hoc bellum ſuſceptum ſit. Horum ſententiæ Pelagius cardinalis, qui Columnæ ſucceſſerat,adſtipulabatur: eiusq́; autoritas obtinuit,ut re infecta Damaſceni oratores dimitterentur. Tum Corradinus omni ſpe retinēdæ ultrà Ieroſolymæ deiectus, eam muro exuit, & ſplendidiora ædificia & monumenta diruit. Soli uerò turri Dauid & Domini ſepulchro pepercit.

Durante per multos menſes obſidione, nouæ ex Italia copiæ accedunt,commeatum uberrimum, quo maximè indigebat exercitus,aduehentes. Pœnitebat iam duces,ſe potius uoluntati legati hominis togati & ſacrificuli, quàm proprijs conſilijs paruiſſe. Pelagius apud pleroſq; malè audire cœpit. Sunt qui ſcribant,eo quòd Hiſpanus eſſet, incredibili exarſiſſe deſiderio,ac ſpem ingentem concepiſſe, ſuo ductu Ieroſolymam recuperatum iri, maximè quòd in fatis eſſe diceretur,ex Hiſpania uenturum, qui illam de barbaris tandem reciperet. Hinc ferunt tantopere ipſum laboraſſe, ne conditiones à Corradino acciperentur. Aliquanto pòſt Sultanus à ciuibus rogatus, nouas clam in urbem copias mittit, ipſe etiam cum ingenti exercitu non uſqueadeò longè ab urbe conſidet. Noſtri ad arma cōclamant,magnoq́; impetu in hoſtium caſtra feruntur. Hoſtis poſtquam exiguum numerum uideret,caſtris excedit: noſtri ueram fugam putantes, relictam prædam auferunt. Sed dum pedem referunt, obuiam habenr hoſtem: qui impetu facto,miſsili igni plurimos cōbuſsit. Brennus rex eodem igne facie afflatus & deformatus uix euaſit. Cecidère hoc prælio nō pauci ex noſtris duces. Tertio die pòſt milites aliquot, proſpecto urbis ſilentio, propius acceſſere portas, ut quid fieret explorarent. Sed cum altum ſilentium in propugnaculis animaduertiſſent,cuſtodes ſopitos,aut alia cauſſa abeſſe exiſtimarunt. Regreſsi ad ſocios,ſcalas clam muris admouent, eosq́; nemine repugnante ſuperant, ac in urbem deſcendunt,effractaq́; porta uniuerſus exercitus præter omnium opinionem ingreditur, nonis Nouemb. anni 1218. eamq́; ex fame & peſte uacuam fœtentemq́ue reperière. Ex ſeptuaginta millibus enim millia tria, non ſolidæ,ſed adoleſcentioris ætatis iuuenta. Quæ ea lege uita donata,ut urbem purgarent. Viæ enim,uici domusq́; cadaueribus refertæ erāt. Qui labor in tertium menſem eos exercuit. Milites præda ampliſsima accepta, in caſtris tam diu commorati ſunt, quouſque exacta peſtilentis morbi ſuſpitione,cœli ſalubritas inſtauraretur. Curato aëre, ſub calend. Februarij rurſus urbem ingrediūtur. Sultanus, cum nihil rebus afflictis auxilij ferre poſſet, diſceſsit. Poſtquam Deo publicè gratiæ eſſent actæ, de agrorum diuiſione in concilio principū,& deducenda colonia actum eſt. Vrbs Damiata regi ceſsit omnium ſuffragio. Non multo pòſt & Tanis urbs ab exploratoribus Chriſtianis occupatur.

Cum iam per annum ferè quieti Damiatæ deſediſſent exercitus,Brennus rex ambitione legati pontificij, in omnibus primas ſibi uendicantis, irritatus, aſſumpto magno militum numero, Ptolomaidem concedit,ad compeſcendum,ut prętēdebat,Milichaſecaph Saphadini filium, qui interim Templarios afflixiſſet,Albam ſpeculam deſtruxiſſet, & caſtrum Saphet occupaſſet.

Sed cum apud Acconem rerum omnino nihil agens,moram traheret,rerq́; quaterq́ue uocatus redire negauit. Honorius papa diſſenſione cognita, ne aliquid detrimenti ex ea reſpublica caperet, Ioannem cardinalem ex Columnenſium familia Pelagio ſucceſſorem mittit: quem Genuenſium,Venetorum,Piſanorumq́ue naues in Syriam deportant, cum non contemnenda militum cohorte. Aduenit ſub idem tempus Ludouicus Bauarus, à Fri-

derico

derico ſecundo præmiſſus, quem ſtatim ſubſecuturum ſe literis & ore affirmauerat Imperator. Appulit & Matthæus Apuliæ comes triremibus octo inſtructus. Legatus abſente rege in Sultanum milites ire iubet. Verùm illi dicto audientes non ſunt, imò ſine rege non latum pedem ſe progreſſuros ſanctè iurant. Nam Meledinus contentione noſtrorum cognita, ad unius diei iter caſtra ab urbe locauerat, noſtrosque ad pugnam ſæpe ſubinde prouocabat. Mittuntur itaque communi nomine legati ad Brennum reuocandum: qui amicorum precibus tandem uictus, cum præſertim imperium exercitus illi denuò offerretur, Damiatam redijt, poſtquam decimum menſem abfuerat. Re inter duces deliberara, ſed uarijs ſententijs: alij enim bellum Ægyptiacum proſequendum, alij de Ieroſolyma & terra ſancta bellum eſſe contendebant. Tandem menſe Auguſto, urgente Legato, imò fulmen papale minirante, ni parerent, in hoſtem itum eſt, quamuis id fieret prærer militum uoluntatem, quorum animus in Syriam magis propenſus erat, quod rex Brennus fieri ſuadebat. Sultanus noſtrorum multitudinem conſpicans (erant enim ferè ſeptuaginta hominum millia) ſemper ſimulato metu retroceſſit. Hoc ſucceſſu ſacrificulus ille ſuum conſilium ſummis efferebat laudibus. Omnibus quæ inter Chairum & Damiatam erant occupatis, milites ad Chairum (regni Ægyptiaci caput, & Sulrani receptaculum erar) accedunt. Præſidiarij milites crebris uelitationibus noſtros, locorum, rerum & temporum ignaros, urgẽtes, eos inter Nili aggeres concludũt, cararactisq; apertis omnem regionem aquis perfundunt. Ipſi aggeres, per quos exitus patebat, à barbarorum firmiſsimis præſidijs cuſtodiuntur. Iumẽta & uictui neceſſaria aquis penitus ſubmerſa ſunt. Omnia enim pontus erant. Nec poterant noſtris ij qui Damiatæ relicti erant, opem ferre. Orationes quidẽ indictæ, ſed nihil impetratum. Videres multos tũ triduano ieiunio ſomnoq; concidere, ac aquis ſubmergi: quod mortis genus omnium oculis obuerſabatur. Meledinus ex admirarione uirtutis & conſtantiæ noſtrorum, dolorem, quem noſtrorum calamitas adferebat, diſsimulare diutins non potuit, ad regẽ legatoa mittit pacem offerens. Nefarium enim ſibi uideri, ſi tantæ multitudinis cladem ſolem conſpicere contingat, modò Ægyptus in libertarem priſtinam reſtituatur. Noſtri pacem amplectuntur, ſi ſacroſancta crux redderetur, & sxercitus illæſus in tutum deportaretur: Tanim præterea urbem in Soldani poteſtate futuram. Sed Damiarã Sultanus petebat: quæ tandem ipſi tradita eſt, maxima exercitus partẽ contradicente, imò legatum & duces diris deuouẽre. Ita reſtituta urbe Barbaris, tot irriti labores redditi ſunt, & Latinorum quiſq; ad ſuos regreſſus eſt, conceſſa ijſdem & à Corradino Damaſceno principe per octẽnium pace. Acciderunt hæc anno 1221. menſe Seprembri.

Brennus rex, conductis Piſanorum nauibus, Ptolomaide, conſtitutis ibi rebus, in Italiam rraijcit: & Romam ubi ueniſſet, in ſacrificulorum conſeſſu, cui & Honorius pontifex intererat, quo in ſtatu res Syriacæ ſint, exponit, auxilium ſibi præſtari obnixè petit. Deſpondetur eodem tempore Friderico Brenni filia Iolanta, & ſimul regni iura & tituli, dotis nomine ei offeruntur. Ex quo Fridericus, & qui deinceps in regno Siciliæ ſucceſſerunt, Ieroſolymorum regea appellati ſunt. Brennus Piſas deinde ſe cõtulit, totius urbis ingenti gaudio exceptus. Inde in Galliã ad Philippum lecto decumbentem deuenit: qui paulo pòſt in fata cõcedens, ſexagena aureorũ millia ex teſtamenro ad uſum belli ſacri reliquit, eaq; Brenno dara eſt pecunia. Ab Anglo idẽ magnis muneribus donatus, in Hiſpaniam abijt, ubi Berẽgariam Caſtulonenſis regis ſororem, uxorem duxit. In Galliam reuerſus, Viennæ conſedit, expectans Friderici expeditionem.

Magnos ex nouis cum Friderico Imperatore potentiſsimo nuptijs animos ſumebant Syriam incolẽtes Chriſtiani. Corradinus etiam eiuſdem potentiam ſuſpectam habens, legatos ad Fridericum mittit, rata haberi fœdera petitum: nihil quidem ſe de octo annorum inducijs mutaturum, Chriſtianorum res in Syria nulla moleſtia affecturum, cuique Chriſtianorum tutum fore, uoti gratia ſacra Palæſtinæ loca inuiſere, pollicetur. Cæterùm ſi bellum, quàm pacem, magis amet, Tartaros ſibi non defore, qui operam ultrò offerrent. Sacram expeditionem contra fœdera Honorius non modò ſuadebat, ſed & urgebar, minasq; ſpirabar contra cunctantem Imperatorem. Verùm paulo pòſt in fata conceſsit. Succedit Gregorius nonus, homo arrogantiſsimus, qui omnia ſibi licere ſomniaos, temerè in Imperatorem fulmen papale eiaculatur, quòd expeditionem ſacram de die in diem hactenus protraxiſſet. Interea Iolanta ſponſa aduolat, quæ placato per Brennum Romano Caco, Imperatori ſolenni ritu uxor datur in urbe Romana. Vix exinde annus erat elapſus, Imperator rotũ ſe ſacro bello

accingit,Cremonę Italorum conuentu habito,anno 1227. ac papam ut ſubſidio ſit hortatur. Eodem tēpore Iolanta puerum enixa,in puerperio moritur.Heinricus uerò filius, Aquiſgrani comitijs celebratis, de bello ad principes refert. Omnes qui aderant,non modò operam promittunt, ſed reipſa mox præſtant. Confluit ingens multitudo hominum, præconum concionibus excita,quæ cruce ſignata erat,Brundusij: ubi cum peſtis exercitum inuaſiſſet, Ludouicus Thuringiæ Landgrauius occūbit.Venetos papa conduxerat,qui Brennum deducerent. Imperator,ne reipublicæ deeſſet,Malea cum uſq; proceſſerat,ubi morbo correptus eſt uehementi,ut Medici omnē ſalutis recuperandę ſpem abijcerent. Interim papa domi,ut Imperatorem perdat,incumbit ſtrenuè, adeò ut Imperator omiſſo bello ſacro,ad ſuos recurrere,& afflictis rebus opem ferre neceſſitate cogeretur extrema, ut alibi diximus. His rebus ſedatis, & recuperata claſſe, menſe Auguſto anni 1228. Brunduſio ſoluit,in Aſiam traiecturus.

Mortuo interim Meledino, liberorum tutores,cum ijs qui Imperatorem præceſſerant,ad biennium inducias fecerunt. Allatæ ſunt & ad Imperatorē in Cypro ſubſiſtentem literæ,quas Romanus Ieroſolymorum patriarchæ & cęteris ducibus ſcripſerat, ut ſibi ab Imperatore cauerent. Illum enim ſe inſalutato, excōmunicatum, nec cum Eccleſia reconciliatum traieciſſe.Vereri ſe,ne perfidū hominis ingenium rem Chriſtianam afficeret aliquo incōmodo aut clade inſigni. Domi interim papa nouas turbas excitat,infeſtando Imperatoris abſentis ditiones. Cumq; Rainaldus Bauarus,quem Imperator pręmiſerat Ptolomaidem,cum Soldano de pace agere cœpiſſet, Templarij Venetiq; tumultu excitato,res Chriſtianas prodi exclamāt. Rainaldus oppreſsis ſeditioſis,urbe Venetos pellit. Superuenit Fridericus. Conditiones à barbaris honeſtæ, noſtriſq; ſaluberrimæ,petitæ & oblatę ſunt.Priuſquam tamen ſacramento interpoſito aliquid firmaret,ad Romanū papam retulit per nuncios,eius expectans ſuffragium.Papa legatos in conſpectum non admiſit,literas furioſè diſcerpſit,ac Imperatorem denuò anathemate ferit,nuncios ex Palæſtina intercipi & trucidari curat,fingit Imperatorem eſſe mortuū.Soldano ſcribit rogatq;, ne terram ſanctā Friderico reſtituat.Quas quidem ad Fridericum Soldanus literas mittit. Tandem cum Sultano pacem init Imperator his conditionibus: Fridericus Ieroſolymorū rex inungatur ac habeatur. Ipſam urbem cum Palæſtina ſibi habeat. Nazareth & Ioppen firmare pro libitu liceat.Eaq; omnia quæ in poteſtate Balduini quarti fuerant,& per Salahadinū ablata,reſtituantur. Captiui ſine precio in libertatem redeant.Soldano uiciſſim templum Domini Ieroſolymis integrū reſeruetur: pręterea quod Arabiā ſpectat pręſidium Crath nomine,inſuper etiam mons regalis. Cæterùm utriq; genti pax in decennium eſto. Sic pace confecta, Imperator Ieroſolymā uenit cum exercitu, ibiq; ipſo reſurrectionis Dominicæ die publica ſolennitate rex coronatur. Verùm aberat patriarcha cum clero, pontificis Roman. iram fortè metuens. Vrbis muris reparatis, ſacris ædibus reſtitutis, Nazareth & Ioppe firmatis, & Syriæ præfecto Rainaldo deſignato,ipſe duabus tantùm cum trīremibus in Apuliam redijt,quam Gregorius interea occupauerat.

Poſt Imperatoris abitum Templarij & Veneti res nouas moliuntur. Sed horum iratos animos Rainaldus, Genuenſes & Piſani ſua induſtria placāt:illos uerò pertinaces omni prouincia eijcit.Et Heinricus Cypri rex turbas dabat,Antiochiā ſibi uendicās poſt principis illius obitum,qui legītimo hærede deſtituebatur,cuiq; Fridericus Imperatoris filius, ſed illegitimo thoro natus, per Rainaldum fuerat ſurrogatus:ſed in fugam coniectus eſt Cyprius.

Odio, ut apparet, Imperatoris, qui decēnales cum barbaris inducias nuper denuò confirmarat,miſsiſq; literis,pręfectis ſuis atq; Rainaldo,ut omni bello in Saracenos abſtinerent,pręceperat,pōtifex per Dominicanos & Franciſcanos claſsicum canit, & ad ſacram expeditionem denuò multitudinem tantam exciuit,ut penè numerū excederet: quibus Theobaldus Nauarræ rex, Armericus Mōtifortenſis, Heinricus Campaniæ, Petrus Britanniæ comites, Anshelmus de Inſula præerant: penes Theobaldum uerò ſumma erat poteſtas. Cumq; naues haberi nō poſſent, pedibus iter conficiunt,ſed admodum infœliciter. Nam præter inſidias,quibus omnia erant plena,cū ualetudine aduerſa & fame conflictabantur. Poſt multos tandem labores Boſphoro traiecto, in Bithyniā ad Sangarium amnem uentum, corpuſq; cutatum eſt.Deinde Galatia emenſa,ad Halim fluuium ſubſtitēre copiæ: nā Antitauri tranſitum prohibebāt Suldani Iconienſis exercitus. Sed Montifortenſis cū cohorte pręmiſſus,trucidatis barbaris,ui perrupit. Nauarrus Sultani caſtra oppugnat,ſed repellitur:nec tamen Barbari ſuis caſtris egredi pugnare audebant, propter noſtrorum numerum.

numerum. Noſtri itaq; ne tempus terrerent, ſub noctem, tribus agminibus, in medium receptis impedimentis, Montifortenſem ſequuntur: robur uerò exercitus extremum claudebat agmen. Barbari à tergo noſtros, inedia, laſsitudine & equorum imbecillitate preſſos, uellicantes, in apertos campos eos retrahunt, magnamque in eis ſtragem edunt, cùm telis eos obruerent. Sed nox tandem prælium diremit. Noſtri ad ſigna ſe recipientes, noctu per anguſtias tranſeunt, illuceſcenteq; die Armeniam attingunt, tandemq; Antiochiam ueniunt, exuti opibus, commeatu, & maiore equorum numero amiſſo. Exercitus etiam uix tertia pars ſupererat. Nauim Antiocheni principis conſcenſi, Ptolemaidem deferuntur. Inde Templarijs ducentibus Gazam rendunt, & ex populationibus magnas diuitias acquirunt. Barbari, quibus præter Friderici Imperatoris uoluntatem hos exercitus adueniſſe, ipſiusq; præfectos, ſuos domi continere, non erat ignotum, milite hinc inde coacto, inſidijs apta occupant loca, reuertentesq; ex itinere, feſſos & præda onuſtos à tergo aggrediuntur. Noſtri abiecta pręda, hoſti fortiter reſiſtũt, ac tandem in fugam conijciunt die iam inclinante. Summo diluculo ecce nouæ adſunt Barbarorum copiæ: quibus cum denuò noſtri, qui ea nocte in armis ſub dio conſtiterant, congreſſi cæduntur. Cadit & Americus atq; Henricus. Nauarrus pernicisſimo equo impoſitus fuga uitam ſeruat, & incertis itineribus biduum oberrans, tandẽ tranſito Iordane Ioppen peruenit, perluſtratisq; Ieroſolymæ ſacris locis, paucisſimis comitatus domum redijt.

Etſi autem nemo ſanæ mentis negare poſſet, rantam cladem uiolati iuramenti, cuius ſceleris ipſe papa autor extitit, pœnam fuiſſe: non tamen ipſe ceſſauit turbare pacem in Syria. Cumq; Itali Gallique ſuo periculo cautiores facti, nihil rentaturi uiderentur, Anglos per ſuos prædicatores ad arma capeſſenda concitauit. Richardo Cornubiæ comiti facta de Imperio ſpe, ſi Friderico illud abrogaretur, perſuaſit, ut ſe ducem cruce ſignatis præberet. Ille parata claſſe, emenſoq; mari, in Sardiniam delatus, eandem depopulatus eſt. Congeſta in naues præda, Tyrum appulit, amiſsis ex tempeſtare in mari Pamphilio multis nauibus. Ieroſolymam ubi ueniſſet, & ex Rainaldo de pace, qua fruerentur eius loci Chriſtiani, cognouiſſet, nihil in Barbaros hoſtile tentare uoluit, ſed ijſdem cum Friderico inducijs ſubſcripſit. Ne tamen inutiles prorſus ſumptus feciſſe uideretur, particula quadam ſanguinis Chriſti, qui Ieroſolymis ſeruabatur, à patriarcha uel magno Hoſpitalis magiſtro donatur. Dignam certè labore mercedem tulit.

Poſt Rainaldi obitum, Templarij claſſicum canunt cõtra Saracenos, minis perſuaſionibusq; populum ad bellum ineundum, nulla fœderum ratione habita, cogunt. Quod cum Ægyptius Soldanus audiuiſſet, Choraſmios, quos alij Groſſonios, ex Babylonia in auxilium uocat. Qui caſtris ad Gaſam, nuper à Templarijs reſtauratam & munitam, locaris, tandem eam expugnant, omnesq; trucidant. Eadem & Aſcalonæ fortuna fuit. Ad Iordanem uerò tantam in miſerum populum, qui armatus ad patriarcham & Templi Hoſpitalisq; magiſtros agminatim confluxerat, ſtragem edidere, ut ad internecionem omnes ferè deleti ſint, paucis exceptis, qui cum ducibus Tyrum peruenerunt. Victores Groſſonij mox Ieroſolymã petunt, eamq; ſine labore occupatam diripiunt, & ad unum omnes, ſine diſcrimine ſexus & ætatis, ciues mactant, urbemque penitus euertunt, nulli quantumuis ſplendido ædificio parcentes, nec ipſi ſacroſancto Chriſti ſepulchro.

A' Groſſonijs illata clades neminem non in Europa turbabat. Fridericus Imperator quidem aliquid opis rebus afflictis adferre potuiſſet: ſed Imperio iam crudelis papa non modò eum abdicarat, ſed & in ipſius excidium omnes captabat occaſiones: præterea auri uim permagnam ab ipſo in hoc bellum deſtinatam reſpuebat. Ludouicus uerò Gallus perículoſo morbo decumbens, cum nullum à medicis remedium ſupereſſe intelligeret, uoto ſe adſtringit, hanc ſe cladem ulturum, quamprimùm ſanitati reſtitueretur. Non multo pòſt ſanitare recuperata, Cluniaci cum papa ſuum conſilium communicat. Addit currenti calcaria papa. Legatos etiam mittit, qui concionibus populum arma accingere perſuadeant. Genuenſes naues ad tranſportandas copias paranr. Annus erat 1248. quo rex bello ſe accingir, cui Fulco Guercius, Guilhelmus Dampetra Flandrus, Guilhelmus Barenſis, Archenbaldus Borbonius, Robertus Bellouácorum pręſul, Guilhelmus Melletanus, Vindonenſis Montifortenſisq; comires ſe adiungunt. Comitabantur quoq; regem Carolus & Robertus fratres. Papa Ottonem Tuſculanum, cardinalem legatum adiũgit. Alfonſo uerò frarri cum matre regni tutelá rex relinquit. Rebus ad bellum neceſſarijs paratis, rex Lugdunum contendit, ubi papa

metu Friderici agebat, einsq́; accepta benedictione, inde ſecundo flumine ad Foſſas Marianas (portus nomen eſt) peruenit, ubi Genuenſium claſsis eum operiebatur. Inde octauo calend. Octobris ſoluens, poſt dies uiginti octo in Cyprum delatus eſt. Cumq́; hyems, quæ nanigationem impediebat, immineret, & onerariæ naues nondum appuliſſent, Alexij Cyprij regis iuſſu copiæ in Cypri urbes diuiſæ ſunt. Peſte in hybernis abſumũtur Beluacenſis, Montifortenſis, Mellotus, Barenſis, Borbonius, Vindocinenſis, Drocenſis, ex plebe mille centumq́. Coegerat interea magnã auri uim in belli ſacri uſum Heinricus Anglus, & Guilhelmum Longoſpatam cum electa manu decemit, qui Gallum ſequantur. Robertus quoq; Burgundiæ dux inſtructa claſſe, ac non contemnendo militum numero regem ſequitur. Sed is contrarijs uentis in Peloponeſum delatus, in Attica in hybernis fuerat: ſed Vere ineunre cum Vvilhelmo Achaię Bithiniæq́ue principe in Cyprum peruenit. Qui ſimul, poſtquam Aſcenſionis Dominicæ feſtum celebratum eſſet, naues conſcendunt: ſed à contrarijs uentis hinc inde agitati in mari, tandem in Ægyptium pelagus feruntur, ut Damiatam in conſpectu haberent. Barbari de noſtrorũ aduentu multo antè edocti, Nili oſtia firmo prę ſidio muniunt. Quibus cum noſtri congreſsi, eos in fugam conijcinnt, trucidato eorum ſatrapa. Ea ſtrage accepta, Damiatæ ciues ſuperiorum annorum calamitatem recenti memoria recolentes, animo franguntur, noctuq́; clam diſcedunt, ſubiecto prius ædificijs igni. Noſtri de certa fuga edocti, urbis portas effringũt, ignem multis in locis erumpentem extinguunt, prædamq́; ditiſsimam ouantes inter ſeſe partiuntur. Hæc tam inopinata uictoria contigit noſtris anno Chriſti 1249. intra calendas Iunij.

Dum Damiatæ ſe continet exercitus, & tempus quo Nilus ſe exonerare ſolitus eſt, inſtaret, Alfonſus regis Gallorum frarer cum recenti milite aduolat, menſe Auguſto. Re itaque ſimul deliberata, non multo pòſt contra hoſtem itum eſt. Præcurrens Robertus Atrebatenſis, & per Nili aluenm ſine periculo traducta, cui ipſe præerat, cohorte, hoſtium caſtra ad Maſeram expugnat, & in fugam barbaros agit: ſed cum acrius longiusq́; eos inſectaretur, telo perfoditur. Ceciderunt ea pugna, Barbarorum clariſsimi duces. Meledinus quoq; Soldanus, qui Chairi lecto decumbebat, accepto tantæ cladis nuncio, animam exhalat.

Ad noſtrorum aduentum, mox Melexala Meledini filius, Barbaræ religionis princeps, per Syriam Arabiamq́ue pro ferendo auxilio Babylonium adierar. Eo uerò impetrato, magnis itineribus Chairum poſt patris obitum reuertitur, Soldanusq́; ſaluratur. Interim noſtri ad Pharamiam conſidenres, cum peſte conflictantur, quæ præſtantiſsimos quoſq; abſumpſit. Praeterea Barbaris Nili oſtia obſidentibus, commeatu prohibentur: nnde rerum penuria, diraq́ue fames ſubſecuta. Tandem cum & ipſe rex morbo corriperetur, Damiatam repetendam eſſe, communi conſilio decretum eſt. Sed cum ob ægrotorum multitudinem mora necteretur, Melexala cognito noſtrorum conſilio, uiam ipſis intercludit, occupando medium inter Dsmiatam & noſtrum exercitum locum rerra mariq́;. Conflictuq́ue facto, patriarcha Ieroſolymitanus, Ludouicns rex cum Carolo & Alfonſo fratribus in Barbarorum deuenêre manus. Francus iuſſu Sultani per medicos curatus, paulo pòſt ex morbo conualeſcit. Ac ntrinq; de pace inducijsq́; tractatum eſt. Conditiones hæ fuere à Barbaro propoſitæ: Ægypto exercitus deduceret Francus, Damiaram reſtitueret, octo Byzantiorum aureorum millia in belli ſumptus à Franco numerarentur Soldano. Captiuos omnes ex Ægypto, alijsq́ue ſuæ poteſtatis locis liberos emitteret Soldanus. In decennium pax utrique genti inuiolata permaneret. Addidit Soldanus, ſi promiſſa unquam non impleret, hac perfidia Machometum ſe pernegaſſe. Eandem conditionem à Ludouico popoſcit, iutaret ſcilicet, ſi fidem falleret, Chriſtum Deum negaſſe ſe fateretur. Sed cum Damiatæ iam ſimul appropinquarent, Melaxala à ficarijs occiditur. Id uerò an Turqueminij, an Alapienſis Suldani factum ſir conſilio, neſcitur. Ab exercitu uerò Barbaro Turqueminius uno ore Imperator, Dominus, Dux, & Soldanus ſalutatur. Cumque is rém ſuam, habito prius procerum conſilio, principiò firmiorem pace, & accepta pecunia, quàm bello fore uideret, reges, Galliæ ſcilicet & Cypri, patriarcham, duces omnes ad eam diem ubique captos, coràm ſiſtere iubet. Pacta cum Melexala inita reſcindit, nouas conditiones offert. Rex ex octo aureorum Byzantiorum millibus, quos Melexalæ pollicitus fuerat, in præienti quatuor millia numeraret. Damiatam Turqueminio reſtitueret. Saracenos per totam Syriam captiuos, ubiubi locorum, inq́ue poteſtate Chriſtianorum eſſent, nuper uinctos, aut etiam à

fœdere

fœdere Soldani olim cum Friderico II. inito, in ſeruitutem redactos, liberos ad ſuos redire permitteret. Vice uerſa, Turquemenius, cuiuſcunque conditionis, ætatis, nationis, in quocunque loco captiuos haberent Ægyptij, ab eo tempore quo inter Fridericum ac Saracenos pax inita fuiſſet, liberos omnes ſine precio dimitteret. Vrbes, oppida, præſidia, pagos, fundos, bonaque omnia ac iura, quæ Chriſtiani, antequam rex Francus in Syriam traieciſſet, poſſediſſent, intacta, inuiolata à Saracenis, iiſdem permitterētur. Res, æs, aurum, argentum, ſupellectilia, mobiliaq́; omnia, iumenta, greges, quicquid denique ij in urbe Damiata haberent, iuſtoq́; poſsiderent titulo, id omne ſaluum integrumq́ue ipſis reſtitueretur. Ea uendere, diſtrahere, auferre, bona uenia Saracenorum, Chriſtianis fas fore. Aegrotis in urbe, donec ſanitatem recuperarent, hoſpitium conceſſum. Abeuntibus mari aut terra, decumbentibus, ſua diſtrahentibus, tutum liberumq́ue futurum commeatum. Pedeſtri itinere Syriam petentes, fortiſsimorum apud Saracenos comitatu abituros. Damiata recepta, Turquemenius pacis capita per præconem edici, decennes inducias inter Chriſtianos Saracenoſq́ue Aegyptios proclamare facit. Tandem rebus compoſitis, & ſolutione æris facta, per Genuenſium claſſem in Syriam deportantur. Cæterùm Saraceni eorum nihil, quæ in fœderibus expreſſerant, præſtitēre. Ludouicus tandem perluſtratis locis ſacris, Cæſarea reſtaurata, Ioppen pergit: ubi annos ferè quatuor cōmoratur, eámque uallis murisq́; contra hoſtium inſultus cinxit. Vtrumque uerò fratrem in Galliam præmiſit. Tandē & ipſe, rebus, prout ferebant tempora, cōſtitutis, ſubſequitur, ſexto poſtquam abierat anno.

Cæterùm noſtris in Aſia laborantibus (rumor enim per uniuerſam Europam præter opinionem citius increbuerat) Anglus opem ferre decreuerat, iamq́; in armis erat: ſed cum per Innocentium 4. de factis inducijs certior fieret, ab incœpto deſiſtit. Confluxit ad eundem rumorem & adoleſcentum quædam ex Germania cohors: quibus paſtorum opilionumq́ue manus ſe adiūxit, per angelum ad ſacrum bellum ſe excitos impudenter profitentium. Hinc Paſtorellos ſe uocabant. Ducem autem ſequebantur Vngarum quendam, quem Magiſtrum ſuum appellabāt. Sed cum in ſacerdotes monachoſq́ue, Iudæos, alioſq́ue utriuſque ſexus homines, nihil non maleficij perpetrarent, cum per Bituriges iter facerent, ad unum omnes trucidati ſunt, haud longè à uico, qui Mortuum mare dicitur, Nouamq́ue uillam & Bituligum urbem interiacet. Extat de hac re diſtichon tale.

M. ſemel, & bis C. L. I. coniungere diſce,
Duxit paſtorum ſeua Megera chorum.

Dum autem à Barbaris, noſtris in Syria quies conceditur, mutuis ſe vulneribus ipſimet conficiunt. Nam Veneti & Genuenſes Ptolemaide degentes, de ſuis priuilegijs & Sabbæ monaſterio concertant, & poſt multas cædes utrinque factas Veneti tandem eijciuntur. Hi denuò armati Ptolemaidem accedunt, Genuenſium naues in portu hærentes opprimunt, expoliant, tandemque Vulcano cōmittunt. D. Sabbæ ædem incendunt, Genuenſium publica & priuata ædificia diruunt. Genuenſes à ſuis popularibus, qui nuper Tyri appulerant, triginta duas triremes accipiunt: initoque prælio, ſed ualde infeliciter, cum Veneta claſſe, omnes illæ interceptæ ſunt. Sæpius deinde ijdem atrocibus pugnis digladiari decēnio illo, quo bellum illud durauit, tandem Clementis 4. autoritate, & fame urgente pacem amplecti coacti ſunt utriq́;.

Sed dum illi digladiantur, Saracenis bellum facit Mango Tartarorū princeps & apud Chateiam Imperator, conſilio Aitonis Armeniæ regis, cuius ſuaſu & Chriſto prius nomen dat, quo à Chriſtianis auxilia habere poſsit. Perſuaſus Mango exercitum cogit, & Haalonem fratrem Imperatorem deſignat. Is Tanai fluuio traiecto, & Imao monte ſuperato, in Perſidem uenit, eamque ſpacio ſemeſtri ſubigit, excepta Samarchanda: ad quam cum reliquiſſet decies mille equites, poſt annos uiginti ſeptem tandem ea in obſidentium poteſtatem uenit, cùm ueſtibus deſtituerentur obſeſsi ob continuatam per tot annos obſidionem. Cum reliqua uerò multitudine in Aſſyriam mouet Tartarus, Baldacam urbem, quæ Babylon eſt, expugnatam diripit, ciues trucidat: Calypbam tyrannum auariſsimum, inter medios auri aceruos collocatum, fame necat. Meſopotamiam poſtea ingreſſus, Alapiam obſidet expugnatq́;. Edeſſa etiam & Samoſata ſubacta, in Syriam contendit: ubi Antiocheno regno per Saracenos adempta recuperat, præſidijsq́; munit. Cumque fruſtra ſemel atque iterum Damaſcum tentaſſet, Alapienſem Sultanum, quem uinctum circumducebat, ſub ipſis mœnibus in fruſta concerpi iuberin filij terrorē, qui urbi preerat. Sed cùm hoc triſti ſpectaculo neq; filius neq; ciues mo-

uerentur, acrius eam oppugnauit, ac tandem ui cepit: extinctaque Alapienſis factione, Abagam filium urbi præficit. Hinc, cum fratrem Mangonem mortem obijſſe cognouiſſet, domum ad capeſſendum eius regnum, hæredirario iure ſibi debitũ, redit, ſexto expeditionis ſuſceptæ anno.

Hortator fuerat Vrbanus quartus ad bellum ſacrum denuò ſuſcipiendum, miſſis hinc inde per cardinalem literis, Gallis, Germanis, qui ſuis malis edocti, nonnihil iam abhorrere uidebantur. Sed uicit cardinalis perſuaſio. Ex Gallia enim, duce Guidone Altiſiodorenſi epiſcopo, copiæ miſſæ Virerbium uſque deductæ ſunt. Sed uide Romanorum præſulum calliditatem, qua miſeris hominibus imponunt. Nam eundem militem inde contra Manfredum Siciliæ regem, cuius regnum ſibi uectigale eſſe uolebat, mittit. Mortuo tum Vrbano perfido, Clemens quartus ſuccedit: cumque is non minori odio contra Friderici progeniem flagraret, Carolum Andegauenſem Siciliæ ac Ieroſolymorum regem declarat, ac diadema imponit, impoſito ei uectigali quadraginta in ſingulos annos millibus aureorum Romanæ curiæ pendendo. Carolus ſubacto Siciliæ regno, ad alterum quoque animum adijciebat. Fiunt iuſſu papæ paſsim conciones, quibus ad arma homines concitantur. Confluit undique ex Germania armata manus: quæ Genuenſium claſſe conducta, Ptolemaidem deportatur. Inde Cæſaream commigrat, quæ urbs hoſti uicinior erat. Duces horum erant Siphridus Monachorũ, & Hermannus Scalariorum (præpotẽtes hæ duæ apud Rauracos familiæ ſunt) principes.

Præerat tum Damaſco Guirboca (quẽ Abaga poſt Haalonis patris obitum, ſuo loco conſtituerat: ipſe enim ad Scythas profectus, paternum adminiſtrabat regnum) à Chriſtianis non alienus, cuique in ipſorum ſubſidium decem equitũ millia Haalo diſcedens reliquerat. Sed ſua eum temeritate alienarunt, cum eius nepotem occidiſſent noſtri, cum ab ipſis ex Saracenorum agris redeuntibus prædam abreptam minis extorquere conaretur. Guirboca hoſtis factus Cæſaream expugnat, direptamque incendit. Germani armis uia facta, Tyrum Ptolemaidemque ſe recipiunt, Gallorum Anglorumq; aduentum præſtolaturi.

Non multo pòſt Melechemus Turquemenij apud Aegyptios ſucceſſor, Tartarorum in Syria dominium minimè è re ſua futurum facilè perpendens, principijs obſtare uoluit, Damaſcenamque prouinciam cum ualidiſsimo exercitu ingreſſus, ad pugnam Guirbocam prouocat, eumq; cum copijs trucidat. Qui ſupererant Tartari, in Armeniam fugerunt. Sed dum ex tanta uictoria ſupremum Chriſtianis Syriacis exterminium iam imminere uideretur, à ſuis trucidatur Melechemus: cui Bandodacar ſucceſsit, qui etiam inopinantes & ſecuros opprimere cogitabat Chriſtianos.

Non parum expeditionem ſacram à Carolo ſuſcipiendam remorabatur Clementis obitus, & quòd ſedes Romana rectore, qui negocium urgeret, deſtitueretur. Sed Francus, cui præ cæteris periculum noſtrorum in Syria cordi erat, Heinricum Anglum belli ſocium adſciſcit, Genuenſes de tranſportando exercitu ſollicitat. Dum hæc fiunt, Bandodacar Antiochiam inuadit (aberat autẽ Cunradus princeps, Friderici filius, qui in Sicilia Conradino ſuppetias ferebat) eamq; capit, arcem ſolo æquat, urbem ſuccendit. Hoſte abeunte, & citatis itineribus in Armeniam contendente, ut ita inopinantes opprimeret, Chriſtiani ex latibulis hinc inde prorepentes ignem reſtinguunt, urbemq; reſtaurant. Per Armeniam, cum abeſſet Aiton (nam Abagæ in obſidione urbis Corrigiæ opem ferebat) liberè uagatur non ſine maleficio Aegyptius. Sed cum & in Turcorum regnum, quod Tartari tenebant, impetum faceret, non exiguam exercitus partem amittit, indeque repulſus domum redit. Mittuntur tum ab Armenio Tartaroq; ad Gallum Anglumq; reges legati, qui iter maturare iubeant, ipſiq; auxilia & ſubſidia maxima pollicentur.

Conuenerat inter iſtos duos reges, ut alter in Africam, alter in Syriam iret. Francus, quẽ Philippus Pulcher & Ioannes Triſtannus filij, Theobaldus Nauarrorum rex gener, Alfonſus frater, Guido Flandrenſis comitabantur, ad Aquas mortuas à Genuenſium claſſe exceptus, anno 1270. calend. Martijs, in Africam migrare parat, multis, quibus hactenus regis conſilium cognitum non fuerat, fruſtra contradicentibus. Carthaginem delatus, urbem haud magno labore expugnat. Ad Tunetim uerò, quæ menſes ſex obſidionẽ ſuſtinuit, Gallos peſtis inuaſit: quo malo Triſtannus, poſt hunc ipſe rex, & legatus pontificius interierunt. Ex horum interitu obſeſsi ferociores facti ſunt. Sed cum Carolus Siciliæ rex, & Heinricus Cornubiæ comes cum recenti milite ſuperuenirent, Mulenes (principis Afrorum nomen eſt) pacem petijt. Cui Galli leges dictant: Vt ſanctos uiros, qui de Chriſto publicè uerba facerent,

facerent, in urbem reciperent. Si quis Aſrorum noſtram profiteri religioné uellet, initiádi luſtrandiq́; illi poreſtas fieret. Quadraginta aureorũ millia Siciliæ regi quotánis Barbatus numeraret. Captiuos Chriſtianos dimitteret. Impéſam belli auro recõpenſaret. Recepit auri parté Carolus, inducijs iuraméto in decenniũ pactis.

Edouardum atque Eadmundum filioa Heinricus Anglus in Syriam mittit, milite, armis & commeatu inſtructos liberaliſsimè. Datur his conſiliotum gubernator Theobaldus Leodienſis archidiaconus, Apoſtolicæ ſedis legatus. Sed dum Prolemaidę ſubſiſtunt, ex Africa maiores copias expectantes, à quodam ſicario tria infliguntur vulnera Edouardo, ex quibus uix longo tempore conualuit. Cumque ex Africa copiæ non uenirent, omnemq́; ſpem bene gerendæ rei amiſſam uideret Edouardus, factis cum hoſte inducijs in Italiam redijt.

Gregorius decimus afflictis Ieroſolymorum rebus ex animo conſultum cupiens, Rodolphi Imperatoris electionem ea lege ratam habet, ac inauguratiotem promittit, ſi Ieroſolymitanis rebus opem ferret, ſeque exercitus ducem præberet. Ad id bellum Imperatori data ducenta aureorum millia. Decimæ tum ſacris probanisque uiris acrebus à papa imperatæ in ſexennium. Sacris militibus ſpes uitæ æternæ, præmij loco promittitur per præcones paſsim uagantes. Sed cum iam effluxiſſent menſes decem & octo, papa moræ pertæſus, Imperatorem ut promiſſis ſtaret admonet: non obtemperanti fulmen minatur, & Imperij abrogationem. Sed non multo pòſt terrificum illum papam mors abripit. Longiorem deinde moram inijciunt Bohemus Bauarusque, quibus cum Imperatore bellum erat: Venetorum, Piſanorum, Florentinorum atq; Græcorum digladiariones.

Poſt bellum Bohemicũ Imperator Heinricum Mechelburgenſem principé, ſacræ militiæ præficit, ualida militum manu illi addita, eumq́; in Syriam mittit. Is ex Ptolomaide crebras in Damaſcenorum prouincias excurſiones ſaciens, igni ferroque omnia populatur, prædasq́; aufert ingentes. Quem Barbari, cùm aperto Marte reſiſtere non poſſent, tandem dolis circũuentum, dum prædas ageret, capiunt. Ad Suldanũ deductus, totos ſex ac uiginti annos in captiuitate detinetur cũ Martino famulo. Saraceni Antiochiá inuadunt, uniuerſam penè delent, hominesq́; uinctos abducunt. Inde in Armeniam redeunt: ſed malè ibi tractati, in fugá conijciuntur. Bandodacar uerò telo ictus ſemiuiuus in caſtra, quæ ad Armenię ſauces collocauerat, à ſuis reportatur. Damaſcũ cum ueniſſet cum uiginti millibus captiuis, quos Antiochiæ & alibi uinxerar, paulo pòſt ex uulnere morté obijt. Cuius mortem ulturus Helpis filius, Armenijs bellũ inſert: ſed cũ à noſtris negaretur ipſis auxilium, Abagæ Scythæ opem implorant. Mittuntur in Syriam triginta equitũ millia, quibus Mandogamor Abagæ frater præerat. Tanta hoſtium multitudine territus Helpis, muneribus apud ducem, ut Armenios deſerat, obtinet. Inita itaq; pugna, cum iam ad Armenios inclinaret uictoria, Mandogamor pugna excedit: Armenij uerò cæduntur, amiſſa Hama, alijsq́; Syriæ urbibus. Abaga reuerſos ſuos ignominia notat, ut per omné uitá habitu ueſtituq́; muliebri uterétur: duces uerò & fratré ſecuri percuſsit.

Aliquáto pòſt Syriacis Chriſtianis Abaga & Tandogar fratres bellũ intentabant, ſed domeſticis inſidijs oppreſsi ſunt. At Melechſaites, qui Helpi nuper ſucceſſerat, Marmeam, quæ & Mergathũ dicitur, & ab Hoſpitalarijs regebatur, obſidet, & tandem cuniculis ſuffoſſam euertit, cum obſeſsi incolumitaté pacti prius emigraſſent. Vrbe deleta, arcem cõmuniunt barbari: ſed cùm cœli inclementia impediti bellum perſequi nõ poſſent, patrios lares repetunt, anno 1285. quo & Carmelitarum ſamiliam idem Melechſaites Syria expulit, quòd à Romano Honorio album pallium recepiſſent.

Melechſaite extincto, Alphir rebus Saracenotum præficitur. Is cũ in Occidente omnia bellis ardere per exploratores cognouiſſet, Tripolim obſidet: qua per cuniculos expugnata & ſolo æquata, an. 1289. Sydoné & Berythũ captas & ſpoliatas diruit. Tyrũ tertio obſidionis méſe conditionibus capit, ciuesq́; cũ rebus, quas iumentis aut nauigijs auferre potuerunt, omnes incolumes abire permiſit. Demũ receptis præſidijs, urbibus oppidisque omnibus, à Cbriſtianis in Syria habitatis, Ptolemaide excepta, quò Syriæ incolæ tanquá in aſylum quoddá conſugerant, nil noſtris reliquũ in prouincia fecit. Poſt caprá Tyrum quinquénales cũ Venetis ac reliquis Chriſtiani nominis principibus inducias fecit, ne extremo Chriſtianorum excidio Occidentalium animos prorſus exacerbaret.

Nicolaus quartus táuis calamitatib. motus, principes ut opem ferant, ſolicitat. Rudolphus Imperator alijs bellis occupatur. Francus & Gallus prætextu belli ſacri argento ſuos emungunt, opem nullam ferũt. Papa quingétos equites bene armatos mittit.

mittit. Præterea Brunduſium uoluntariorum militum numerus non exiguus confluxit. Erat Ptolemaidę magna hominum colluuies, armatorũ millia ferè quinquaginta, imbellis ſexus & ætatis quadragies mille. Rapinæ, cædes, ſtupra, adulteria, aliaque ſcelera committebantur tum plurima, & quidem impunè. Ipſi enim duces inter ſe diſsidebant, cum quiſque eorum regni Ieroſolymitani titulos ſibi arrogaret. Hominum itaque furores diuinas pœnas accelerarunt. Quare cùm inteſtinis factionibus omnia eſſent plena, & promiſſa militibus ſtipendia non numerarentur, ex rapto uiuere neceſſe habuerunt. Excurſiones igitur in finitima Soldani loca agunt, igni ferroq; omnia depopulantur, ſpoliant, homines pecudesque abigunt. Soldanus prædam repetit, & fœderis uiolatores ſibi tradi poſtulat. Sed nec præda redditur, nec legati benignè audiuntur. Irritatus hac ferocia Soldanus Emilech, Araphum filium cum centum & quinquaginta armatorũ millibus ad obſidendam urbem mittit. Hoſtis ſtatim cuniculos agere incipit, ac quandam turrim proſternit: ſed pòſt obſeſsi ab incœpto foſſores deſiſtere cogunt. Aperto itaque bello urbem Barbarus oppugnat, muros arietibus concutit. Moritur tum Araphi pater apud Damaſcum. Araphus abſens, Soldanus ſalutatur à Saracenis: cumque paternæ copiæ aduolarẽt, reliquæ arctius urbem cingunt. Obſeſsi ſummam belli Petro Templi magiſtro demandãt. Araphus extrema tentaturus, deditionem prius poſtulat, omnibus liberam abeundi poteſtatem datum iri, principibus dona, & militibus ſtipendia promittit. Reſpuit ea Petrus. Oppugnatur urbs: & dum à mœnibus hoſtem reijciunt incolę, Petrus uenenato telo ictus occumbit. Concidêre tum & obſeſſorũ animi: nemo enim qui commodè rebus præfici poſſet, erat, licet multi ambirent. Multi præterea clàm & apertè, confictis abitus cauſis, urbe excedebãt. Hæc cùm Barbaro ignota non eſſent, urbi propius admouit exercitum, ac proximum à Soldano honoris gradum promittit ei, qui primus urbis mœnia conſcendiſſet, cæteris urbis prædam. Hæc cum exaudiſſent obſeſsi, imbellem turbã ſenum & patuulorum in Cyprum felici nauigatione mittunt. Diſcedit & patriarcha, ſed fluctibus in mari obruitur. Manſêre tandem duodecim armatotum millia, quæ urbis defenſioni ſufficere uidebantur. Hoſtis de Chriſtianorum fuga certior factus, maiore urbẽ oppugnat impetu, murosq; conſcendit, ac urbe potitur. Trucidatis uerò ad unum omnibus quos reperire poterat, tandẽ urbem, ablata prius præda, ita ſolo æquat, ut ne indicium ullum aut monumentum urbis extaret. Incidit hæc clades in annum 1291. Amiſſa ſic Ptolemaide, nihil deinceps Chriſtianis in Syria reliquum manſit. Sed per Caſſanum (alij Chaganum uocant) Tartarorum principem, qui repudiata Mahometi lege, Chriſtianum amplexus erat cultum, Armeniorũ & Georgianotum ope, Saraceni tota rurſus Syria expelluntur anno 1298. qui Ieroſolymam etiam in poteſtatem redactam reſtaurat cum ipſo templo, eamque Armenijs, Georgianis, cæterisq; ex Cyprò & latebris, conuolantibus Chriſtianis habitandam conceſsit. Idem & Heinricum Mechelburgenſem principem, quem ſuprà captum diximus, tum temporis è cuſtodia diuturna dimiſit cum cęteris captiuis: quamuis autores aliam ſuæ liberationis rationem tradiderint, quæ etſi non adeò ueriſimilis uideatur, tamen hoc loco interſeri non abſonum duximus. Conſenuerat optimus princeps in pædore & ſqualore carceris, cùm extincto tyráno, ex Mamaluchis præficeretur regno Aegyptio Germanus quidam. Is ſtatim ducem ad ſe uocare iubet, ac cum inſtaret ipſa dies natalis Dominicæ, ita hominem affatur: Nónne ſacroſanctam natiuitatis tui Chriſti memoriam apud tuos te celebrare, res iucunda tibi uideretur? Noui enim ſuperſtitioni Chriſtianæ te adeò deditum, & religionis, quàm libertatis, maiorem ſollicitudinem te gerere. Rectè ais (inquit Heinricus) rex optime. uam ipſa libertas nihil omnino eſſet, niſi incarnatione ſua clementiſsima captiuitatem noſtram abſtuliſſet. Quantum igitur huic memoriæ debeant omnes, uellem, ô rex, ipſe intelligeres. Sed optare licet mihi, utinã etiam te perſuaſum poſſem de his reddere. Tyrannus ad hęc: Dij meliora. Memini enim, cum apud Knese lenik, parentem tuum, in Liuonia machinamentis præeſſem, in hoſtem ſtragem ingentem facerem, ac illi nauarem operam haud inutilem, perſuaſioni Chriſtianæ me omnino addictum fuiſſe: ſed iam relicto errore communi, priuatam fortunam etiam mutaſſe. At de religione mihi tecum nulla contentio, de pietate nulla mecum tibi altercatio, de libertate tantùm ſermo. Cuperes ergo eſſe liber, atque ad tuos reuerti? Hæc natura petit, negat fortuna (inquit Heinricus) quæ tamen ex tuo arbitratu pendet. Cupio equidem domum redire: quod ſi à te mihi negabitur, æquo animo ferendum erit, cùm Anaſtaſia uxor, Heinricus, Leo

atq;

atq; Ioannes, filij dulciſsimi, procul dubio iuſta parenri iam dudum perfecerint, defleuerintq́; mortuum. Erras, infert tyrannus, cum exploratum habeam, te inrer uiuos adhuc perdurare tuis notum eſſe, indiesq́; reditum tuum ardentiſsimis uotis expectare. Debeo equidem parentis tui memoriæ multum: libertarem itaque tibi hodie largior. His dictis, exornatum muneribus, & Martino famulo bene donaro liberum abire permiſit. Qui cum Ptolemaidem ueniſſet, ac conſcenſa naui in Cyptum abiret, iterum interceptus à piratis, ceu fugitiuus Soldano traditur. Miſertus hominis optimi Soldanus, eum iterũ dimittit, ac naui parata, in Cyptum deducere iubet: ubi reginæ munificentia, ære, commeatu, equis & ſeruitijs inſtructus ſplẽdidè, Maſsiliam ad amitam, quæ reguli Maſsilienſium uxor erat, nauigio traijcitur: tandem poſtliminio domum reuerſus, apud ſuos in magna exiſtimatione diem clauſit extremum.

Rebus Ieroſolymis diſpoſitis, quarum gubernationẽ Molai attribuit Caſſanus, Damaſcum exercitum ducit: ſed ciues teriti deditionem faciunt. Vrbem Capcapo cuſtodiendam tradit, cum ipſe ob inreſtinum bellum domum reuocaretur. Diſceſſurus utriq; in mandatis dat, ut ad occidentales principes legaros mittant, qui fœdus cum Chriſtianis ineant, ut communi animo conſilioq́; ſacrum regnum recuperetur. Tyrus etiam aliquantulum reſtauratur, & Chriſtianis traditur. Verùm ambitione & contentione cum Franco, Bonifacius pontifex res Syriacas perdidit, quæ facilè recuperari potuiſſent. Capcapus etiam à Tartaro pòſt deficit, & cum Ægyptio Sultano conſpirat. Molais impar tantis uiribus, in Meſopotamiam abit, Tartarorum ſupplementa & Armeniorum auxilia acquirit. Saracenus de eius abitu certior factus, Ieroſolymam, quę milite defenſore carebat, occupat, ſacra loca polluit: euerſa præterea ſunt alia oppida. Reditum Molais cum triginta equitum millibus: ſed Capcapus fuga ſibi conſuluit. Continuator hiſtoriæ ſacri belli.

DECIMAE TERTIAE CENTVRIAE FINIS.

LOCORVM SCRIPTVRAE S. QVI IN DECIMATERTIA ECCLESIASTICAE hiſtoriæ Centuria obiter explicantur, INDEX.

GEn.1.Dixit,& facta ſunt 28.36
Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas 169.40
Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram 80.12 & 225.60 & 227.16 & 230.27
Poſuit hominem in paradiſo 246.10
5 Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum 254.42
Puluis es,& in puluerem reuerteris 226.37
18 Apparitio Abrahæ facta in tribus uiris explicatur 178.50
22 Nunc cognoui 50.28
25 Iſaac orat Dominum pro uxore ſua 199.26 & 200.3
32 Vidi Dominum facie ad faciem 66.15
37 Deſcendam ad filium meum in infernum 549.4
¶ Exod.3. Ego ſum qui ſum 84.30
4 Ego ſum Deus Iſaac,&c.Nomen meum Iehouah non indicaui eis 38.44
8 Digitus Dei hic eſt 28.42
20 Ego ſum Dominus Deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti 309.43
22 Dijs non detrahes,& principi populi tui non maledices 708.15
¶ Numer.12. Palàm & non per ænigmata Deum uides 67.1
Si quis fuerit inter uos propheta 48.2
16 Pericula inferni inuenerunt me 542.16
¶ Deut.18. Prophetam de gente ueſtra & de fratribus tuis ſuſcitabit Dominus Deus tuus, ipſum audiet 134.34
31 Nunquid non ipſe eſt pater tuus,qui poſſedit & fecit & creauit te? 80.10 & 50
¶ Iob 24.Cum me ſimul laudarent aſtra 204.1
¶ Pſal.2. Filius meus es tu,ego hodie genui te 89.50
5 Iraſcimini,& nolite peccare 335.14
17 Deſcenderunt in infernum uiuentes 542.17
18 Adhæſit pauimento anima mea 368.38
19 In ſole poſuit tabernaculum 106.7
31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, quorum tecta ſunt peccata 250.1
51 Laua me Domine 303.47
¶ Prouer.8. Per me reges regnant, & legum conditores 309.6
9 Ex ore Sapientiæ bibite uinum,quod miſcui uobis 442.57
18 Turris fortiſſimi nomen 94.55
28 Qui declinat aurem ſuam 455.55
¶ Eccl.1.Timor Domini expellit peccatum 308.4
5 Ne dicas, Coram angelo non eſt prouidentia 207.24
7 Deus ab initio fecit hominem rectum 351.42
10 Initium peccati ſuperbia eſt 340.15
28 Lingua tertia multos commouebit 635.25
40 Fides in ſeculum ſtabit 463.58
¶ Cant.1. Oleum effuſum nomen tuum 94.50
¶ Eſa.1. Si audieritis me,bona terræ comedetis 318.42
8 Adinuentiones eorum contra Dominum 247.6
11 Et requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus fortitudinis,&c. 171.10
14 Dolores inferni circumdederunt me 542.49
Aſcendam in cœlum 254.44
53 Verè languores noſtros 135.47 & 137.34 & 142.4
Germinans germinabit 283.34
Generationem eius quis enarrabit? 80.2
63 Tu autem pater noſter & redemptor noſter à ſeculo ſeculorum 80.14
¶ Ierem.7. Perijt fides & ſanctitas de terra 369.59
31 Patres noſtri comederunt uuam acerbã, & dentes filiorum obſtupuerunt 250.30
¶ Threnor.3. Conuerte nos ad te Domine, & conuertemur 301.39
¶ Ezech.18. Anima quæ peccauerit,ipſa morietur 169.22
In delicijs paradiſi fuiſti 189.56 & 218.2
¶ Daniel.13.Egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus 693.8
¶ Oſeæ 1.In initio tu Domine terram fundaſti 26.43
3 Sponſabo te mihi in fide 372.36 & 464.11
4 Peccata populi mei comedent 135.35
¶ Amos 5. Non faciet Dominus Deus uerbum 47.58
¶ Abac.2.Iuſtus in fide ſua uiuet 143.54 & 541.48
¶ Zach.13.Homo agricola ego ſum 230.56
¶ Malac.1.Nunquid non pater omniũ noſtrûm? 80.6
¶ Sapient.5. Pœnitentiam agentes & præ anguſtia 361.11
7 Candor eſt ei lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula 84.12
11 Nihil odiſti eorum quæ feciſti 257.60
14 Tu autem pater gubernans omnia prouidentia 191.40
Odio eſt Deo impius 258.2
¶ Tob.12.Cum eſſem uobiſcum,uidebar quidem manducare 214.8
¶ 1.Mach.1.Adaperiat Dominus cor ueſtrum 303.33
3 Verè eo uirtus quædam eſt in loco 497.52
ult. Hic eſt qui multum orat pro populo 402.45
¶ Matth.2.Futurum eſt enim ut Herodes 199.45
5 Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam 155.40
Audiſtis quia dictum eſt, Oculum,&c. 306.59
Qui anguriauerit te 316.53
Niſi abundauerit iuſtitia 312.32
Omnis qui iraſcitur fratri ſuo 335.36
Non ueni legem ſoluere,ſed adimplere 334.10 & 317.48
Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter perfectus eſt 80.54 & 313.59 & 570.11

Aduenias

6 Adueniat regnum tuum 464.3 & 471.20
Ne nos inducas in tentationem 506.40
Theſaurizate 31.54
7 Nolite ſanctum proijcere canibus 79.6
11 Regnum cœlorum uim patitur 46.8
Nemo nouit filium 54.55
Neq; patrem quis nouit niſi filius 80.58
12 Ex abundantia cordis, &c. 265.38
Quis erit ex uobis 332.27
15 Quicunq; dixerit patri & matri, Munus quodcunq; eſt ex me, tibi proderit 334.45
Phariſæi audito Chriſti uerbo, ſcãdalizati ſunt 379.12
Neceſſe eſt ut ueniant ſcandala 511.44
16 Data eſt mihi poteſtas in cœlo & in terra 99.44
Dabo tibi claues regni cœlorum 484.49
19 Si uis intrare ad uitam, ſerua mandata 368.55
Si uis perfectus eſſe, uade & uende omnia quæ habes 313.46 & 487.10.52 & 493.28 & 494.50
Auferetur à nobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius 471.10
23 Ite maledicti, &c. 217.33
24 Stellæ cadent de cœlo 200.45
Vbicunq; fuerit cadauer, illic congregabuntur aquilæ 625 56
28 Data eſt mihi omnis poteſtas 132.52
ult. Vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi 463.42 & 465.4
¶ Marci ultimo: In nomine meo dæmonia 94.56 & 137.43
Prædicate Euangelium omni creaturæ 318.59
¶ Luc.1. Aue Maria gratia plena 283.2
Quod ex te naſcetur ſanctum 125.45 & 135.58
5 Fides aliena prodeſt homini 419.50
6 Eſtote miſericordes & benefacite, &c. 319.33
10 Samaritanus infundit uinum & oleum 317.20
17 Regnum Dei intra uos 471.6
19 Ecce dimidium bonorum 381.10
22 Vt edatis & bibatis 31.52
Facta eſt contentio inter diſcipulos, quis eorum uideretur eſſe maior 288.25
23 Hodie mecum eris in paradiſo 189.52
ult. Spiritus carnem & oſſa non habet 111.26
¶ Ioan.1. In principio erat uerbum 26.35
Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius 80.23
3 Niſi quis renatus, &c. 404.50
Sic Deus dilexit mundum 146.3
Nemo aſcendit in cœlum, &c. 153.19
Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius 79.42
5 Pater meus uſq; modò operatur 86.24
Poteſtatem dedit ei iudicium facere 144.50
Non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem dicebat Deum 80.57
6 Panis quem ego dabo, caro mea eſt, pro mundi uita 450.24
7 Mihi indignamini, quia totũ hominem, &c. 332.22
8 Ego principium, qui & loquor uobis 182.14
10 Poteſtatem habeo ponendi, &c. 141.59
Oues meæ uocem meam audiunt 99.54
14 Pater eum diliget, & ad eum ueniemus 99.14
In domo patris mei manſiones 540.38
Si quid petieritis 94.57
16 Ille me clarificabit 54.27 & 162.59
17 Volo ut ipſi ſint unum in nobis, ſicut & nos unum ſumus 570.5
20 Dominus meus, Deus meus 94.26
¶ Actor.4. Obedire oportet Deo 316.59
10 Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent 94.47
¶ Roman.1. Fides ueſtra annunciatur in toto mundo 465.7
Iuſtitia Dei reuelabitur fide in fidem 570.10
Deus tradit impios in reprobum ſenſum 268.56
Iuſtus ex fide uiuit 570.17
2 Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt 314.31
3 Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſta eſt 351.28
Excluſa eſt gloriatio tua: per quam legem? factorum? non, ſed per legem fidei 318.2
4 Lex iram operatur 319.6
Qui traditus eſt, &c. 144.3
5 Charitas Domini diffuſa eſt 98.51
Non ſicut delictum, ſic & donum 137.2
Per peccatum intrauit mors in mundum 239.42
6 Non regnet peccatum 265.30
Sicut exhibuiſtis membra 265.40
7 Quod nolo malum, hoc ago 305.14 & 307.52
8 Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti 574.28
Accepiſtis ſpiritum filiorum, in quo clamamus Abba pater 80.26
Si quis ſpiritum Chriſti non habet 163.32
Quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui 160.58
Si proprio filio non pepercit, quomodo non cum illo omnia donauit? 137.30
9 Ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem 101.49
Non eſt currentis, neq; uolentis 303.59
Verbum abbreuiatum 57.50
Voluntati eius quis reſiſtet? 192.47
10 Fides ex auditu 574.56 & 575.50
12 Exhibeatis corpora, rationabile obſequium ueſtrum 489.56
Edico ne quis ſapiat ſuprà quàm oportet ſapere 51.22
Non uoſmetipſos defendentes 157.7
14 Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt 570.8
¶ 1. Corinth.1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum 149.58
2 Quæ ſunt hominis, nemo nouit, niſi ſpiritus 207.58
Nos autem ſenſum Chriſti habemus 165.34
7 Præterit figura huius mundi 180.49
Virgines ſolutæ ſunt, &c. 283.18
10 Nolo uos fieri ſocios dæmoniorum 329.8
Petra autem erat Chriſtus 31.15
11 Hoc eſt corpus meum 436 totum & 445.45
Hoc facite in meam commemorationem 454.30
Qui manducat & bibit indignè 452.52
12 Nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto 296.10

Vnicuiq; datur,&c. 358.21 & 359.60
13 Nunc autem manet fides,&c. 38.1
14 Quòd ſigna data ſint infidelibus 375.52
15 Sicut portauimus imaginem terreni 160.41 & 230.51
¶ 2.Corinth.1. Ego teſtem Deum inuoco in animam meam 334.7
3 Nos autem reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes 66.31 & 160.52
Vbi ſpiritus Domini,ibi libertas 304.20 & 564.29
Litera occidit, ſpiritus autem uiuificat 318.9
5 Pro Chriſto legatione fungimur 467.29 & 483.22
7 Triſtitia ſeculi mortem operatur 336.13
¶ Galat.2.Si data eſt lex,quæ poſſet iuſtificare 301.20
3 Qui tribuit nobis ſpiritum 100.56
4 Miſit Deus ſpiritum filij 98.41 & 113.50 & 163.31
5 Caro còncupiſcit 347.6
¶ Eph.1. Gratia uobis & pax à Deo patre, qui prædeſtinauit,&c. 80.5
Signati eſtis ſpiritu promiſsionis 170.5 & 598.23
Et ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam 467.6
2 Omnes naſcimur filij iræ 269.20
3 In alijs generationib.non eſt agnitum 38.48
4 Ex quo totum corpus eſt compactum 461.30
Donec occurramus omnes in uirum perfectum 528.20
5 Sacramentum hoc magnum eſt 515.44
¶ Philip.2. In ſimilitudinem hominum factus 135.50
Habitu inuentus eſt ut homo 109.3
3 Quorum Deus uenter 215.25
¶ Coloſſ.1. Tranſtulit nos in regnum filij,qui eſt imago Dei inuiſibilis 86.17
Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ 466.29
¶ 2.Theſſ.2.State & tenete traditiones quas didiciſtis 486.14
¶ 1.Timoth.1. Regi ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo 54.52
Non eſt iuſtis poſita lex, ſed iniuſtis 311.23
5 Peccantes coram omnibus 485.5
Primam fidem irritam fecerunt 369.58
¶ 2.Timoth.2. Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit 281.52
¶ Tit.1. Vt potens ſit exhortari per doctrinam ſuam, & contradicentes conuincere 31.26
3 Per lauacrum regenerationis & renouationis S.S. 80.16
¶ Hebr.1. Ad quem autem angelorum,&c. 153.55
Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus 207.18
2 Nuſquam angelos apprehendit 113.23
6 Iacientes fundamentum pœnitentiæ in operibus mortuis 379.25
7 Melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Chriſtus 318.34
Nihil ad perfectum adduxit lex 312.58 & 317.47
11 Fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum 572.58
12 Non acceſsiſtis ad tractabilem ignem & turbinem & tubæ ſonum 317.18
Recogitate eum qui talem ſuſtinuit 135.51
¶ 1.Pet.1. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui regenerauit nos in ſpem 80.18
2 Qui peccatum non fecit 114.26
3 Sitis autem parati ſemper ad reſpondendum cuilibet petenti 31.24 & 39.45
¶ 2.Pet.1. Donec lucifer exoriatur in cordibus ueſtris 124.36
2 A' quo quis ſuperatus eſt 217.38
¶ 1.Ioan.2.Omne quod eſt in mundo,aut eſt concupiſcentia carnis,aut concupiſcentia oculorum,aut ſuperbia uitæ 264.10
2 Scribo uobis filioli, quoniam remittuntur uobis 94.45
Tranſit mundus & concupiſcentia eius 180.52
3 In hoc filius Dei apparuit, ut diſſoluantur opera diaboli 479.16 & 504.20
4 Probate ſpiritus 491.15
Omnis ſpiritus qui ſoluit Chriſtum 480.7
ult. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo 78.2
¶ Iacob.1. Voluntariè genuit nos uerbo ueritatis 80.21
2 Fides ſine operibus mortua eſt 370.14
ult. Infirmatur aliquis in uobis 496.52
¶ Apocal.6. Vſquequò Domine ſanctus æternus non uindicas ſanguinem noſtrum de his qui habitant in terra? 157.10
14 Quantum glorificauit ſe,& in delicijs fuit 290.27

LOCORVM SCRIPTVRAE
FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN DECIMA-
TERTIA ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ CEN-
turia præcipuè memorabilium

INDEX.

ABAGA, Scytharũ imperator 1374.9 fugiẽtes ex prælio cogit uti ueſtitu muliebri. ibid.20 fratrem ſecuri percuſsit. ibid.
Abaga & Tangodar Saraceni opprimuntur à ſuis 22.12
abbatia de Dulci corde fundatur 654.29
abbatiſſas uirginum cœtui præfuiſſe 660.55
abbatum munus quod fuerit 658.21
abbates olim legationibus functos eſſe 659.52
Abel cur initium Eccleſiæ, & non Adamus 463.9.27
Abel paſsio quid denotet 42.48
Abel Danorum rex fratricida 1345.43
Abrahæ apparitio facta in tribus uiris quid ſignauerit 178.50
Abrahæ ſinus quid ſit 542.18
abſolutè & ex ſuppoſitione differunt 360.44
abſolutio quomodo ſacerdoti competat 434.26 quando non ualeat. ibid.33
abſolutionis forma, Ego te abſoluo, quid ſignificet 435.10
abſolutionis forma à quibuſdam impugnata 434.1
abſtinentiſsimi hoc ſeculo exemplum 1187.2.14
abyſſus, nomen inferni 543.1
Academica theologia apud ſcholaſticos 5
de Accidente opiniones confutatæ Pariſijs 583.13
accidentia ponuntur ſine ſubiecto in ſacramento altaris 444.21
Achilles Baſilienſis, Dominicanus 1212.44
acidiæ peccatum quale 298.42
actiua uita quæ qualiſq; ſit 539.54
actuè & materialiter aſſumere differunt 113.2
actuale peccatum definitur 283.51
actuale peccatum non eſſe in pueris 287.20 tranſire actu 274.56
actualium peccatorum diuiſio 284.46
actus et reatus diſtinguũtur 274.52
Adam comparatur Chriſto 411.43 cur mortaliter peccauit 342.44 cur ſua pœnitentia non potuerit reparare naturam 355.14
Adã peccauit in Deũ patrẽ 104.51
Adæ corpus fuiſſe optimum 227.41
Adæ peccati quãtitas ex tribus debet attendi 353.15 peccatum non fuiſſe in Sp.S. 297.44
Adami imaginem nos tripliciter habere 230.48
Adamũ duo contraxiſſe ex eo quòd peccauit 268.6
Adamus Clarefontanenſis 1216.15 ſcripſit plurima. ibid.
Adamus de Mariſco Vigornienſis Minorita 1227.40
Adam, Morinorũ epiſcopus 1042.7
Adelheidis, monialis 1242.58
Adelredus, abbas Ciſtercienſis 1214.24
Adolphus de Altenae 1045.22 periurus in imperatorem. ibid. 30. pœnas luit. ibid.36
de Adolpho archiepiſcopo Colonienſi excommunicando bulla papalis 755.33
Adolphus comes Holſatiæ 653.36 erubuit Chriſti pauperiẽ 668.40
Adolphi Holſati mißificatio. ibid.7
Adolphus Cæſar amatus à Rodolpho 1351.44 coronatur 1050.37 mercenarius regis Anglorum. 1351.54
Adolphus imperator ex Iudæis inſtructũ habet exercitũ 1286.14
Adolphi imperatoris depoſitio 696.44. & 1352.20. mors. ibid. 30. & 1054.3
Adolphus Hamburgenſis, Minorita 1209.59
Adolphus Montenſis Comes miſerum carcerem patitur 1050.20
adorator uerus qui dici poſsit 393.25
adorationẽ non debere eſſe localem 401.57 in duobus cõſiſtere 393.11
aduentus Chriſti quatuor 157.38 & 536.30
adulter adulteram adulterij accuſare non poteſt 520.2
adulteriũ quid ſit 339.43 & 517.38
adulterij puniti exemplũ 677.48
aduocati mali excommunicantur 840.8
Aegidius Romanus, Bituricenſis epiſcopus 1037.12 cardinalis Romanus 1018.59
ægroti quomodo tractãdi ex conſtitutione ſynodi Romanæ 808.30
ægrotos uiſitandi ritus 636.32
Aegyptus cedit rurſus Sultano 1361.56
Aenum, urbs 1354.18
æquiuocationes in ſacris literis 32.50
ætas perfecta quæ ſit 528.14
ætates mundi ſeptem eſſe 186.57
æternum, quod poſsit appellari ſecundum quoſdam 576.33
afflictionum noſtrarum multæ cauſſa 505.40
afflictionum uſus 509.1 finem eſſe meritum uitæ 510.12
afflictiones eſſe ſigna ſpecialis dilectionis 509.8
Agapitus, propter fidem occiditur 1251.10
agens uniuerſale attingere omnia entia 178.32
agentia creata quomodo operẽtur 174.22
Ager ſtulti, quid ſignificet in Prouerbijs 28.47
Agnes, Meraniæ ducis filia 1067.3
Agnes, monialis Pragenſis 1249.25
Agnes Rodulphi imperatoris coniunx ægrè fert ſe oſculari 733.20
agni ſanguis ſuper liminibus domorum linitus quid ſignificauerit 371.5
agnum Paſchalem ſignificare Cœnam ſacram 449.19. & 450.16
agnos multos à Franciſco redemptos eſſe 1160.50
Aigolphus, diuus Cãpaniæ 1276.40
Aiſtetenſes epiſcopi 1068.15
Aitõ Armeniæ rex Chriſtianus 16.5
Alanus Amoricanus, Carmelita 1224.52
Alanus Beuclif, ſeu Belloclinus 1188.45
Alapienſe imperium 1357.24
Alapiæ expugnatio 1370.51
Albericus, Remenſis epiſc. 1035.20
Albericus Veerus Oſithẽſis canonicus 1219.52 ſcripſit nõnulla. ibid.
Alberti Brunſuicenſis ducis iuſtitia 671.10
Albertus Auſtriæ dux, imperator coronatur 696.50 & 1352.34 donatur regno Galliæ 970.40
Albertus de Bornis, epiſcopus Merſburgenſis 1103.20
Albertus Comes de Kirberge, epiſcopus

ſcopus Magdeburgēſis 1099.32
Albertus, Lincolniēſis epiſc. 1134.51
Albertus magiſter Halberſtadienſis 1094.52 uertit germanicis rhythmis metamorphoſin Ouidij. ibid.
Albertus Magnus cur ſic dictus 1071.60 ubi natus 1072.1 ubi ſtudijs operam nauauit. ibid.8. Doctoris inſignia adipiſcitur. ibid.22 prouincialis prædicatorū in Germania. ibid.28 epiſcopus Ratisbonenſis. ibid.30 quæ opera ſcripſerit. ibid.48 quibus reb. geſtis claruerit 1074.40 defendit Dominicanos. ibid.52 ſequentiarū author 1075.12 ob doctrinam mirificè laudatur. ibid.24 moritur. ibid.48
Albertus Magnus ubi docuit 703.9 arbiter inter epiſcopū Colon. et comitem Iuliacenſem 774.14 taxatur quòd malè docuerit de creatione hominis 226.5
Alberti Magni mirum factū 660.31 ſentētia de iuſtificatiōe 347.40
Albertus, patriarcha Hieroſolymitanus 980.54
Albertus Pirogeus, uel de Portingau, epiſcopus Ratisbonenſis 1071.23
Albertus Rigenſis epiſcopus 642.16 & 1148.12
Albertus Stadenſis abbas 1210.42
Albiēſes hæretici unde dicti 554.16
Albienſium hæreticorum origo. ibid.25 terra 11.40 clades 12.9 bellum 1314.30 qualis doctrina fuerit in ſingulis fidei articulis 554.44 hæreſis quandiu durauerit 558.18
Albingenſes fuiſſe planè Cynicos 555.20
contra Albingēſes ſynodus celebratur 789.10
albis ueſtibus quando utantur ſacerdotes 612.48
Aldeslene oppidum cedit Halberſtadienſibus 1094.21
aleatores iubētur diſcedere ex Gallia 749.42
Aleonoræ cōiugium deteſtatur Edmundus 692.31 & 736.17
Alemanicæ Eccleſiæ decimotertio ſeculo maximè præ reliquis uiguerunt 11.10
Alemanicæ ſynodi ſub Honorio celebratæ decreta 855.49
Alexāder de Ales 1191.28 Fons uitæ dictus. ibid. doctor irrefragabilis. ibid.46 docet Pariſijs 702.51 moritur 1192.21
Alexander Eſſebienſis abbas 1220.1 ſcripſit nonnulla. ibid.
Alexander Neckam abbas Exceſtrienſis 1218.40 ingenij miraculum dictus. ibid.42 ſcripſit plurima. ibid. moritur 1219.42
Alexandri IIII patria 998.21 ſcripta. ibid.30 opera. ibid.32 mors 1000.45
Alexādri tertij Scotorū regis cura de diſciplina in ſuo regno 671.54 reſponſum ad legatum Pontificium 717.40
Alexander Vuendoch, Ceſtrienſis epiſcopus 1139.28
Alexander de Villa Dei 1200.60
Alexius Strategopulus Cæſar 1354.25
Alexij Ducæ diuortium 678.12
Algazelis hæreſis 561.57
Alius & Alter in diuinitate quomodo uſurpari debent 72.58
Alius maſculinè ſumptum de perſonis diuinitatis dici poteſt 53.3.57
allegoriæ definitio 39.57 & 41.21
allegoricus ſenſus quid 190.36
allu::ionum duæ admirandæ hiſtoriæ 1257.28
Almaricanorum ortus, author & doctrina 558.21 uitæ licentia 559.38 confutatio. ibid.56 & 789.41
Almericus comburitur 695.27
Almeriei ſepultura 640.24
Almericus Cyprius abdicatur regno 1357.10
Alphir, hoſtis ſummus Chriſtianorum 22.28
Alphonſus rex Hiſpaniæ imperium mercatur à Pontifice 725.20 imperator eligitur 1343.40
Alphonſi ſubiectiſſimæ literæ ad Papam 740.43 ſumptus, quos erogauit in conſcriptionē ſui nominis tabularum 750.30 tabulæ quando conſcriptæ. ibid.23
Alphonſi Caſtulonenſis ſceleratum dictum 675.10
Alphōſi decimi ſtudium in condendis legibus 749.46
Alſatiæ Landgrauius ultimus moritur 726.56
Alſatiæ nobiles centum uno die cremantur 20.30
Alſatiorum error qualis fuerit hoc ſeculo 560.33
Altare aureum Ratisbonæ 702.16
altaria quomodo conſecrētur 592.1 in paraſceue mundantur. ibid.30
altarium numerus hoc ſeculo creuit 591.51
Altera cedit Papæ 715.22
Aluenslebiēſis comitatus cedit Magdeburgenſibus 1101.3
Amalricus condemnatur 795.60
Am, ciuitas Armeniæ minoris 704.52
Ambroſij ſententia 104.6
Americi ſepultura 639.58
amicitiæ exemplum 672.30
amor in quo præcipuè conſiſtat 193.20
amoris lex quid exigat 505.49
amorem eſſe primum donum 158.55.56
Anacletus 1011.40
anagogiā quid 40.1 & 41.20
anagogicus ſenſus 190.37
Anconitani cum Venetis cōponuntur à papa 660.16
Andreas Venetus, Vngarorum dux 1348.46
Andreas rex Vngariæ 1314.52 proficiſcitur in Paleſtinā 1358.2 reuertitur domum ex terra ſancta. ibid.13
Andreæ ſecundi Vngarorum regis memorabile iudicium 670.36
Andreæ Plocenſis interfecti iniuria ulciſcitur 609.20
Andronicus Imperator 787.22 coronatur 684.25 & 1356.43
S. Angelus, Carmelita Ieroſolymitanus 1250.57
angelus excellentior homine 202.40
angeli definitio 200.56 & 201.1.5
angelū ad imaginem Dei creatum 202.29
angelum & animā differre 204.5
angelum cuilibet homini deſtinatū eſſe 202.49 nunquam totaliter hominem dimittere 210.44
de Angelo errores confutati Pariſijs 574.50
angeli cur miniſtrauerint Chriſto 212.20 qualem habeant uocem. ibid.43
angelorum adorationem prohiberi 214.11 apparitionis triplex modus 212.50 apparitiones in ueteri Teſtamento figuras fuiſſe 213.22
angelorum bonorū apparitio 212.42 bonorum & malorum diſcrimen 205.20
angelorum cognitio qualis 207.47 triplex 208.19
angelorum finis duplex 212.28

liberum arbitrium 208.27 locutio qualis 213.35 locus quis 202. 53
angelorum malorum opera que 218.50
Angliæ epiſcopi 1114.12 monachi 1215.6 ſtatus hoc ſeculo 1307.30 & 1331.37 & 1344.2 regnum ſit tributarium papæ 739.10 rex negat dare tributū papæ 875.7
Angli cuiuſdā nobilis rhytmi, quibus inuehitur in Papam, prohibentem coniugia ſacerdotum 745.10
Angli, Albienſes facti 554.33
Angli à Papa miſerè uexantur 718. 1. & deinceps.
Anianus de Schonauu 1140.50
anima hominis multipliciter accipitur 232. 9
anima quomodo moriatur 526.5 quomodo patictur ab igne in inferno 547.10
anima rationalis quid ſit 232.12
anima unitur corpori, & quomodo 122.46
animæ operationū propriū 175.56 mors, peccatum 142.37 uim triplicem eſſe 232.5 ſtatus quatuor 232.1
animam Chriſti paſſam eſſe 140. 14 & 145.28.
animam etiam mori morte culpæ 524.10 omnium ſimilitudines gerere 147.51 in homine tantùm eſſe unam 232.37
animam rationalem nō eſſe de ſubſtantia Dei 232.50 cur Deus fecerit 232.32
de Anima errores refutati Pariſijs 877.15
animæ poſt mortem utrum poßint liberari 548.40
animarum beatarū quis locus 549. 55
animarum poſt hanc uitam quatuor eſſe loca 553.51
animarum regimen eſſe artem artium 811.21
animas defunctorum tranſire per diuerſa corpora, ſenſerunt Albienſes 555.11 poſt mortem apparere quomodo credendum 526.8
de Animabus opinio Fratricellorū 585.1
animalia irrationalia non debere interfici, falſum eſt 583.58
animatum corpus à Chriſto aſſumptum 125.22
annonæ uilitatis hiſtoria 1267.30
Anſelmi ſimilitudo de corpore Chriſti, citata à Thoma 155.60 ſolutio ad quādam queſtionem 145.56
anſeris quatuor pedes habentis hiſtoria 1268.40
Antichriſtus quid 472.52 unde orietur. ibid.60
Antichriſti nomen quibus competat 3. nota, fronti ipſius impreſſa 863.27
Antichriſti doctrina qualis 473.5 opera. ibid.9 ſtatus. ibid.1
Antichriſto Deus certam metam præfixit 4
antichriſtum ſeptem doctores oppugnabunt 471.50
de Antichriſto opinio Thomæ ſutilis 474.1
Antiochenarum monialium memorabile factum 660.56
antiphonam, Salue regina, quis introduxerit 994.44
Antiſiodorenſes epiſcopi 1038.15
Antonius monachus refertur in faſtos 632.15
Antonius Patauinus, Minorita 1175.40 Arca teſtamenti appellatus. ibid. 58 idololatra magnus extitit 1176. 15 reſpuit unctionem moribundus. ibid.50
in Aphrica libera poteſtas Euangelij conceſſa 17.10
Aphricanum bellum hoc ſeculo 1372. 40
Apollinarij hereſis 134.57
Aſponenſis uilla 712.33
apoſtaſiam facit triplicē Bonauentura 334.9
apoſtatare quid ſit 215.60
apoſtatæ qui dicantur 470.27
apoſtolorum capita Romæ 994. 58 imponuntur argenteis capſulis 1006.46
apoſtolorum feſta à quo ſint inſtituta 634.54
apoſtolos in extremo iudicio aſſeſſuros Chriſto tanquam teſtes 334.8
appetitus ſenſitiui aliter in Chriſto fuerunt quàm in nobis, & quot modis 130.11
aqua quot modis accipiatur in ſacra Scriptura 25.45
aquam in primordio nō fuiſſe ſpiſſam 188.15
aqua tantum naturali in baptiſmo utendum 415.50
aquis artificialibus non poteſt fieri baptiſmus 416.13
aquila quid in Ezechielis uiſo 47. 17
Aquileiæ in Eccleſia ſigna militaria multa repoſita inueniri 592. 24
Aquini Noruegiæ regis ἀτεκνία, interficientis unicum filium 676.4
Aquinum, urbs Italiæ 703.16
Aquiſa, Aquilæ nomē ſuſcipit 1226. 55 miſerè perit 1319.14
Aquiſgrani coronantur imperatores 683.8.18 & 684.5
Arabicam linguam latißimè patere 750.18
Araphus Sultanus Ptolemaidē expugnat 22.40
Arare quid in ſacris literis 28.51
arbores in media hyeme effloruiſſe 660.32
archangelorum officium 206.3
arcturo Eccleſia comparatur 463. 50
Argentinæ in æde S. Petri ara S. Columbæ conſecratur 591.52
Argentinam ſub quo monachi primum recepti 1059.2
Argentinenſis turris quando ædificata 591.38
Argentinenſe dißidium cum epiſcopo cruentum 778.58
Argentinenſes epiſcopi 1057.50
Argo Saracenus Chriſtianos fouet 22.16
argumenti definitio à Boethio tradita 370.7
argumenta in ſacris rebus 31.30
Arianorum dogma confutatū 572. 57
Arianos hoc ſeculo fuiſſe 563.54
Ariſtoteles uerbum diuinum illuſtrare non poteſt 9.50
Ariſtoteles autoritas apud ſcolaſticos 10.10 uolumina transferuntur in latinum ſermonem 750.8
Arlotus Hetruſcus, monachus Minorita 1175.6
arma ſpiritualia quæ ſint 483.1
Armenorum hereſis & dogmata quæ fuerint 562.10
Armeniæ minoris Eccleſiæ 704.10
Armeniorum clades 1374.13
Arnoldus Ambionenſis 1038.1
Arnoldus Comes de Solms epiſcopus Ratisbonenſis 1070.44
Arnoldus de Villa noua quem annum ſalutis dixerit fore finem

mundi 571.56
Arnoldum de Villa noua hæreticũ fuiſſe ibid.24
Arnoldus II. Treuirenſis epiſcopus 1054.40
Arſacidæ, quale ſit genus hominum inter Saracenos 1301.41
Arſenius monachus creatur patriar cha, & quomodo 626.58 & 982.1 cuſtos imperij 695.52 & 1353.20 ſacris interdixit Mi chaeli Paleologo 21.50 et 917.36
articuli fidei Chriſtianæ 33.43 abbreuiant ſacram Scripturam 37.48 quomodo facti, & quæ eorundẽ authoritas 33.43 quot ſint. ibid.48
articulorum fidei numerus ſemper creuit. 38.34
articulos fidei propriè credendos eſſe 369.41
Arturus bellum mouet Anglorum regi 1307.30 & 1308.28 capitur in prælio, & moritur 1308.40
Aſcelinus monachus 12.45
aſcenſio Chriſti 152.58
aſcenſionem Chriſti factam eſſe ſecundum humanam naturam 154.1
aſinis ut ueherentur ſacerdotes, quis conſtituerit 706.42
aſſenſus fidei duplex cauſa 374.1
Aßiſij, templum Franciſco monacho conſtruitur 591.22
ἀστοργίας exemplum 675.17
aſtra in lobo quid ſignificẽt 204.2
aſtris non eſſe ſubiectam uoluntatẽ hominis 328.52
aſtrologia ponens neceßitatem ſideralium euentuum, damnatur à Thoma. ibid.15. ponens immutationem corporum, probatur ab eodem Thoma. ibid.31
aſtrologi decepti indiciũ 1005.42
aſtronomiæ peritos fuiſſe Saracenos 1301.12
aſtronomorum prædictiones per quæ fiant 48.20
Athenienſis pontifex 984.40
Athocorum hæreſis qualis fuerit 572.13
auaritia quid ſit 350.28 Romanorum pontificum 713.22
auaritiæ exemplum 678.28 ſacerdotum fructus 691.45
auaritiam eſſe idolorum ſeruitutem 841.4
auari tyranni pœna 1370.48
Auguſtani epiſcopi 1056.48
Auguſtinus Nouellus 1150.42 conſiliarius Manfredi. ibid.58
Auguſtinus quomodo diſtinxerit præcepta decalogi 321.22
Auguſtini dictorum citationes 94.48 & 99.6.22 & 100.50 & 110.57 & 143.45 & 147.51 & 200.38 & 294.37 de diſcrimine legis & Euangelij 317.25 de fuga paſtorum 478.53 de impijs fruentibus cœna dominica 450.54 de iuſtificatione 361.4 de natura 181.8 de paruulorum fide 370.3 de Sacramento 441.16 de Spiritu & litera 318.9
Auguſtini definitio fidei 370.18 iræ 156.47
Auguſtinum quædam dixiſſe non aſſerẽdo, ſed ingenia noſtra excitando 549.52
auidum eò plura appetere, quò plura conceſſeris 863.10
Auinio, ſedes Albingenſium, capitur 749.32
Auinienſis epiſcopus 1039.14
Auinionenſes expugnãtur, & urbs ſolo æquatur 558.8
Aurelianenſes epiſcopi 1039.50
auro currente fieri epiſcopos 714.30
Auſtriæ cœnobia 654.4 & 42
Azatinis Sultani comitatus baptizatur 17.33
azymo quare utendum in cœna ſacra 441.50

B

BAbylonem nũc dici Baldacam 1370.46
Baiocenſes epiſcopi 1040.54
Baiothuri Tartari literæ ad papam 13.5
Baldacæ urbis expugnatio 1370.45
Baldeuuinus epiſcopus Brãdenburgenſis 1105.45
Balduinus Flandrus Conſtantinopolitanus imperator 1042.43 & 1317.4
Balduinus II. Imperator Conſtantinopolitanus 1319.16 fuga ſalutem quærit 1354.46 conatur recuperare Conſtantinopolim 1355.40
Balduinus ficticius quidam ſuſpenditur 679.40
Balduinus de Rußle, Oſnaburgenſis epiſcopus 1086.8
balſamũ quid ſignificet in chriſmate 598.47
Bambergenſis Eccleſia à quibus ſit fundata 723.48
Bambergenſes epiſcopi 1069.30
Bandodacar, ſucceſſor Melechemi 1372.8
Bandogabar Saracenus 22.6 obit ex uulnere 23.6
baptiſmus definitur 413.32 eſt ſacramentorum ianua 404.25 cur ſacramentum regenerationis uocetur 408.30 & 423.1 cur mare dicatur 422.7 cur non poßit iterari 389.10 quid ſpiritualiter ſignificat 410.46 tollit reatum 138.20 non tollit materiã originalis peccati 270.20 purgat labem peccati originalis 274.38 ablutionem interiorem ſignificat 407.19 Chriſti qualis fuerit 426.45 Iohannis qualis fuerit 422.40
baptiſma Chriſti cur dicatur, & non Petri uel Pauli 352.10
baptiſmi formam eſſe tinctionem 417.19
baptiſmi effectus 138.14 & 408.29 triplex 422.4
baptiſmi uerbis etiam addi Mariã à Gulielmo 419.13 materia quæ ſit 415.45 miniſter quis 414.52 præſtantia 420.1 integritas quomodo fiat 418.23 neceßitas 421.22 caſus quidam narratur ab Innocentio 427.28
baptiſmum eſſe duplicem 413.43 eſſe triplicem ſecundum Gulielmum 419.3 tantum aqua fieri debere 595.37 magis propriè tinctio quàm aqua efficit 416.30 eſſe maximæ neceßitatis 406.40 Albienſes reiecerunt 154.55 infantium hoc ſeculo in uſu fuiſſe 594.42
circa Baptiſmum ritus quales hoc ſeculo obſeruati 594.21
in Baptiſmo tria eſſe 416.17. &c. cur fiat trina immerſio 418.56 & 423.23 quæ partes tingantur 422.19 mundari labem, non fomitem 408.13 miniſtrũ malum non nocere 415.7 operatur ſpiritus ſanctus 172.27 quæ remittantur 420.20, &c. patrinos adhibitos eſſe 595.25
baptizare plures non poſſe 416.50
baptizare quemlibet poſſe in neceßitate 414.5. &c.
baptizari homines ſemel & cur 423.6 qui nequit, et ſuppletur ex baptiſmo flaminis 414.41

baptizandi modus quis 595.40.50 & 596.30 ritus duplex 419.20 modus diuerſus apud latinos & græcos 418.46 (20
baptizandus cur bis tingatur 597.
baptizandi utrum mentis non compotes 416.58 utrum nondum nati 415.26
baptizatos etiam adultos hoc ſeculo 594.32
baptiſteria hoc ſeculo in uſu fuiſſe 597.1
Baſileæ S.Claræ monaſterium quis extruxerit 1053.28
Baſilienſes epiſcopi 1104.15
Bathauenſes epiſcopi 1066.18
Bathauenſes uolunt recuperare libertatem 787.34
Bathauicaſis ſynodus 865.20
Bathauienſis epiſcopus 1135.42
Bathus Tartarorum rex inuadit Vngariam 1334.50
beatitudo utrum una maior altera futura 540.40 uoluptuoſa in duobus conſiſtit 539.30
beatitudinem triplicem ab aliquibus poſitam eſſe. ibid.14
de Beatitudine errores Pariſijs confutati 584.30
Beatus doctor quis appellatus ſit 1037.56
Beccus, cartophylax Conſtantinopolitanus 783.54 patriarcha Conſtãtinopolitanus 983.32
Begardorum hæreſis nata hoc ſeculo 564.2 eorundem dogmata ex Clemẽtinis repetita ibid.6
Beguina Brabantina 1049.59
Bela rex Vngariæ 1334.6 impugnatur ab Ottocaro. ibid.58. moritur 1345.3
Belæ Vngarorum regis exuuiæ 780.50
bellũ ut ſit iuſtũ, tria requiri 338.1
belli curam pertinere ad Eccleſiarum præſules 918.40 (49
bellicoſus, cuius nomẽ fuerit 1066.
Beluacenſes epiſcopi 1036.21
benedictio Dei qd ſignificet 30.23
Benedictus Caietanus 1013.24
Benedictus Lincopienſis epiſcopus 1147.40 (1124.1
Benedictus Varadienſis epiſcopus
S.Benedicti corpus apud Caßinenſes requieſcere 707.54
benefacere eſſe Deo propriũ opus 157.59
beneficentiæ in pauperes exemplũ 173.59 & 1098.22
Berẽgarius in quo errauerit 443.8
Berengarius, baro de Entbingen 1059.42
Beringarij qui uocentur 655.18
Berna, tributaria urbs Rodolphi 1346.53
Bernhardus comes de Lippia, epiſcopus Lealbenſis 1148.50
Bernhardus Parmenſis 1020.50
Bernhardus de Praunbach 1067.50
Bernhardus de Rayns ſuſpenditur 1237.30
Bernhardus, Seccouianus epiſcopus 1105.12 legatus Ottocari 748.50 accuſat Rodolphum latino ſermone. ibid.
Bernhard. comes de Vuelp 1102.10
Bernhardus Vueſterrodus reprehendit ſacerdotum uitã 699.24
Bernhardi dictum de futuræ uitæ beatitudine 189.30
Bertholdus, Aquileiẽſis patriarcha 1026.33
Bertholdus, comes de Leiningen, epiſcopus Bambergẽſis 1070.13 eius decretum de uini menſura. ibid.38
Berchtoldus epiſcopus Baſilienſis 1104.36
Berchtoldus epiſcopus Bathauenſis 1067.24
Bertholdus de Bimbach abbas Fuldenſis 1204.10
Bertholdus epiſc. Curienſis 1083.20
Bertholdus de Leupoldis, abbas Fuldenſis 1203.36
Bertholdus Lubecenſis epiſcopus 1095.8
Bertholdus de Mackenzell, abbas Fuldenſis 1203.55
Bertholdus de Nyſen 751.38
Bertholdus Ratisbonenſis, Franciſcanus 1210.52
Bertholdus Salisburgenſis epiſcopus 1077.1
Bertholdus Saringiæ dux, imperator deſignatur 1303.30
Bertholdus à Sternberg, epiſcopus Herbipolenſis 1065.20
Bertholdus princeps à Teck 1038.1
Bertholdus comes de Vrach, abbas Luzirachenſis 1208.57
Bertinici monachi 1236.2
Berythus diruitur 22.25
Biblijs reuerentiam oſculando quis exhibuerit 1119.45
Bibliorum libros quis diſtinxerit per capita 687.59
bibliotheca Ratisbonenſis 702.10
binarium numerum eſſe infauſtum 614.42
Biteræ, domiciliũ Albienſium 557.9
Bituris capitur 749.5
Blanca, Alphonſi filia 1308.5
Blanchæ ſtudium in educatione filij Ludouici 672.15
blaſphemia quid ſit 329.31.40 quale peccatũ 295.18 & 298.31
blaſphemiæ duo exempla 674.54
blaſphemiam duobus modis fieri 329.42
blaſphemi cuiuſdam pœna 672.4
Bochardus Auenienſis 1039.58 poſt religionem ſuſceptam fit conſux 735.50 eiuſdem dictũ, cum uxorem & liberos ſuos conſpexiſſet 1040.56
Bodum expugnatur 1348.25
Bormundus, epiſcopus Treuirenſis 1055.30
Bohemiæ cœnobia hoc ſeculo extructa 655.54
Bohemiæ regis officium in coronatione imperatoris 683.57
Bohemiæ reges à quo coronentur 689.43
Boleslaus Caluus 727.14 et 887.40
Boleslaus Pudicus cur ſic dictus 1249.10
Boleslai Pudici auaritia 678.50 donatio 750.55
Boleslaus Polonus impugnatur à ſuo epiſcopo 698.40 (40
bonis cur malè, & malis bene 509.
bonum homini duplex datum eſſe 228.40
bona Eccleſiaſtica à principib. collata hoc ſeculo 700.2
bona huius mundi in tribus conſiſtere 492.41
Bonauẽtura donatur rubro galero 867.10 præfertur Thomæ Aquinati 1250.26
Bonauenturæ patria 1011.53 genus uitæ. ibid.60 præceptor 1022.1 euectio in cardinalitiũ honorẽ. ibid.10 laudes. ibid.13 res geſtæ 1023.1 mors. ibid.10
Bonauenturæ dictũ egregiũ 30.34
Bonifacij VIII patria 1013.24 ſcripta 1014.16 res geſtæ. ibid.22 iubileus 1016.10 duo gladij. ibi.15 mors 1017.40 execrationes 1018.2 ſextus liber decretorum 707.40
Bonifacio VIII. horrenda flagitia obijciuntur 970.3
Bononia paret papæ 716.38
Bononiæ florent ſtudia 702.30
Boriuoius Polonus inuadit bona epiſc. 20.52 obtruncatur 24.49

Boruſsia diſtinguitur in epiſcopatus 712.38
Boruſsi coguntur ad fidem Chriſtianam 16.20
Boſo, primus Mersburgenſis epiſcopus 1103.6
brachium uocatur filius Dei, & cur 88.5
brachio aſsimilatur filius Dei 167.16
Brandenburgēſes epiſcopi 1105.44
Brema conflagrat 1268.46
Bremenſes epiſcopi 1086.31
Bremenſes dimicant pro ſuo epiſcopo 762.40 fiunt ſupplices pontifici 685.40
Brennus ducit uxorē Berengariam 1362.30
breuitas Scripturæ ſacræ 37.48
Brimolphus epiſcopus Scarenſis 1147.60
Brugenſes monachi 1236.48
Bruno, pontifex Brixienſis 1068.10
Bruno IIII. epiſcopus Colonienſis 1045.54
Bruno Iuliomontanus 1104.45
Bruno comes Iſenburgenſis 1085.40
Bruno Olmuuicēſis epiſcopus 748.45 & 1111.42
Brunonis epiſcopi prudētia 689.8
Brunſuigi obſidio 1254.34
Brunuuardus epiſcopus Suerinenſis 1098.52
Bulgariam dici Iuſtinianam 704.51
Bulzo, Chianadienſis epiſcopus 1113.54
Burchardus comes de Blanckenburg, epiſcopus Magdeburgenſis 1102.45
Burchardus de Gerchen Lubecenſis epiſcopus 1096.18
Burchardus Schuadens, magiſter Liuoniæ 1240.2
Burdegala cedit Gallis 1352.45
Bureuinus dux Magnopoleos 747.47
Bureuinus Obotritarum princeps 1351.8
Bureuinus tertius, Roſtochienſis princeps 676.20
Burgundiæ dux, uaſallus imperij 1346.54
Burgundio, uir huius ſeculi doctus 1250.10
Burienſes monachi 1216.30

C

Caducanus Bryto, monachus Ciſtercienſis 1221.10
Cæſarius, Heiſterbachenſis monachus 1206.24
Cain quid in literis ſacris ſignificet 42.49
Calyphæ tyranni auariſsimi ſupplicium 1370.48
cācellarios imperiales fuiſſe quoſdam epiſcopos 695.50
Candidæ ciuitas corruit 1622.57
canonici permittūtur fieri ſeculares 1091.5
canonici regulares Angliæ 1218.5
canonicorum leges 1079.10
canonicæ ſanctiones unde proceſſerint 800.40
in Canonizatione non falli Eccleſiam 193.8
canoniſationes ſanctorū ad papam pertinere 987.10
cantiones peculiares, quales in Eccleſiam hoc ſeculo inuectæ ſint 592.44
cantiones à quo in artem ſint redactæ 595.35
cantori datur argenteus baculus à Lubecenſi epiſcopo 1096.5
Canutus rex Daniæ 761.50 & 1316.13
Capcapus dux Caſſani prodit Paleſtinam Sultano 23.24
capitis duplex proprietas 255.40
capitis dignitas 708.48 & 709.4
per Caput intelligi mentē 597.40
caput ſerpentis quando conteri dicatur 260.32
cardinales Romani recenſentur 1018.16
cardinales utuntur equis phaleratis 997.3
Carinthiorum apoſtolus quis fuerit 703.36
Carmelitæ monachi Angliæ 1224.30
Carmelitarum ordinis autor in Syria quis fuerit 980.54 regula 994.20
Carmelitani quo ueſtitu utantur 667.12
Carmelitanis aſsignatur amictus 1009.40 aliud nomen attribuitur. ibid.
caro quot modis accipitur in ſcripturis 25.58
caro & mens diſtinguuntur 244.58
caro hominis cauſa omnis peruerſitatis 258.38
caro nos dupliciter impugnat 286.43
carnem uocari hominem 224.38
comedi prohibuerunt Albienſes 555.17
carnes poſſe comedi ab infirmis tempore ieiunij 651.58 prohibitas eſſe in ieiunio 486.20
Carolus Andegauenſium comes, Siciliæ rex appellatur 701.50 dat tributum papæ. ibid. & 1001.19
Carolus Claudus rex Siciliæ 711.55
Carolus Friſiacus, epiſcopus Seccouianus 1105.5
Carolus Martellus, rex Vngariæ 1348.55 occiditur 1349.4
Caroli ſecundi, Siciliæ regis durum factum 752.10
Carthaginēſis cōcilij deciſio quædam 388.8
Caſeus, dictus quidā epiſcopus Herbipolenſis 1064.18
Caſſanus Tartarorum rex Chriſtianus Syrios Chriſtianos iuuat 22.51
Caſsinenſis monaſterij excellentia 657.33
caſtitatis cōmendatio 340.1 exemplum 672.40
Catalaunenſes epiſcopi 1038.22
Catarorum error 561.50
Cathanenſis epiſcopus anathemate ferit ciues ob ſubtractas decimas 20.33 cæditur & crematur. ibid. eius cremati ultio 24.18
Cathanenſes epiſcopi 1143.38
S. Catharinæ digitus 1100.3
cauſa efficiens æquiuoca quid ſit 527.22 uniuoca quæ ſit. ibid. 26
cauſam dici dupliciter 257.10
proprio effectui adeſſe 176.10
primam non tollere cauſſalitatē à cauſa proxima 199.53
cauſæ ſecundæ uirtutē ſuam à Deo obtinent 176.29
cauſarum in creatione eſſe triplex genus 185.43.50
Cephas cur uocetur Petrus 708.47 & 709.4
ceremoniæ quales hoc ſeculo in Eccleſiam inuectæ ſint 589.40
ceremonialia mandata quæ fuerint 320.22 poſt Chriſtum mortifera. ibid. 4.
ceremonialia mandata ſecundum literam attendi 306.35
cereuiſia carere Saliſburgum 699.37 congelata uenditur 1253.30
Chaam à Tartaris pro Deo colitur 1288.30
Chairum, regia ſedes Sultani 1361.34 obſidetur 1019.20
Chalcedonēſis cōcilij canon de primatu Romani pontif. 468.20

charitas

charitas definitur 322.38 radix dicitur 368.20 plenitudo legis 57.56 aſsimilatur tecto domus 368.31 coniungit hominē Deo 245.40
charitatis proprietates 322.54
charitati nimiū tribuunt doctores decimitertij ſeculi 379.49 tribuit iuſtificationem Alexander 362.23
charitatē eſſe maximā uirtutē 324.6 debere habere tria 325.2 habere duo obiecta 324.10
Charitate cōſtitutis nullum peccatum imputari, ſenſerunt Almaricani 559.10.38
Cherubin quid 205.47
Chimenſis epiſcopatus quando inſtitutus 689.4
Chiemenſes epiſcopi 1104.34
chiromantia per quæ fit 48.30
Choraſmios, Babyloniæ eſſe populos 1366.10
choreæ Colonieſes cruentæ 772.20
chorearum uſum hoc ſeculo fuiſſe 636.25
chriſmatis conſecratio cur fiat die cœnæ inſtitutæ 598.14 uſum hoc ſeculo fuiſſe 597.14
chriſmate ungere ſolius epiſcopi officium fuiſſe 599.13
Chriſtus adorandus eſt 395.10 unde dicatur 93.37 & 597.54
Chriſtus dicitur arca 95.40 angelus 93.45 antidotū contra peccatum 116.22 quibus modis uocetur caput Eccleſiæ 466.1
Chriſtus Deus 101.20 dominus magnus 102.4 filius unicorniū 93.36 Emanuel 95.17 legi ſe ſubiecit 133.37 lumē 96.10 dicitur māna 93.41 mediator 154.40 omnipotens 99.42 quomodo dicatur ignorare extremum diem 535.18 dicitur habere librū apertū, & cur 43.20 liber uitæ, & quomodo 29.15 tripliciter paſtor bonus 95.9 propheta magnus 95.3 ſine omni peccato 135.54 & 154.11 quomodo uocetur peccatum 135.31 principiū reparatiuū 154.40 rex apium 93.59 ſaluator 154.35 materia ſacrarum literarum 38.10 dat Spiritum ſanctum 100.41 eſt uirtus Dei 101.8 à patre ut uerbum 102.15 quæ habeat 131.36 uermis dicitur 93.13 cur homo 104.25 cur angelicam naturam non aſſumpſerit 104.50 cur non aſſumpſit hominem in ſexu fœmineo 117.3 accepit corpus ab Adam materialiter, non actiuè 133.2 cur in fine temporum aſſumpſit carnem 106.43 & 108.6 cur ex uirgine natus 104.15 aſſumpſit quoſdam defectus, & cur 135.45 quos defectus non aſſumpſerit 106.54 miſerias non naturaliter contraxit, ſed aſſumpſit 102.54 cur ſactus ſaluatur, & non pater, nec ſpiritus ſanctus 105.40 quomodo aſſumpſit humanam naturam 105.16
Chriſtus naturam aſſumptam nunquam dereliquit 139.45 cur baptiſari uoluit 427.4 paſſus ſecundum omnem animæ potentiam 139.31 pro omnibus paſſus 140.30 mortalis, & quomodo 130.22 pro omnibus omnium peccatis ſatisfecit 136.50
Chriſtus infernum momordit, non abſorpſit 152.38 cur citò reſurrexit 150.48
Chriſtus primogenitus reſurgentium 144.22
Chriſtus quomodo ſit ubique 442.10 & 44 in cœna quomodo adſit 448.8
Chriſtus minoratus 131.29
an Chriſtus, ſi Adam non peccaſſet, fuiſſet incarnandus 115.21
an Chriſtus neceſsitate uel ſola uoluntate ſit paſſus 145.30
Chriſti conceptio 102.48
Chriſti triplex natiuitas 114.32
Chriſti humanitas quomodo probetur 106.24 & 110.60 & ſeq. uſq. probatur ab Alberto 115.37
Chriſti humanitatem eſſe cauſſam iuſtificationis 354.34
de Chriſti humanitate error Albigenſium 555.35
Chriſti plenitudo 155.46
Chriſti crucem honorandam eſſe 498.1
Chriſti meritum ad omnes pertinet 136.7 cur non apud omnes efficax 136.7
Chriſti paſsio conſideratur 137.4
Chriſti actiones & paſsiones humanæ, ſalutares uirtute diuinitatis 123.40 in medio latronum ſuſpenſi allegoria 140.34 fortitudo & infirmitas 116.36
Chriſti mors & noſtra quomodo differant 141.50 in quo conueniant 142.57
Chriſti mortem eſſe abſolutè optimam 146.10
Chriſti mors effectiua cauſa remiſſionis peccatorum 144.14
Chriſti anima ſeparata à corpore per triduum 120.35 ſatisfactio 136.16 preces pro nobis 136.3
Chriſti reſurrectionis effectus 143.20 aſcenſio 152.58
Chriſti corpus iam immortale, non mortale 151.40 in pluribus locis 155.39 diuinitatis tabernaculum 106.7
Chriſti præſentia ſecundum diuinitatem & humanitatem triplex 117.32 proprietates 102.9 ſapientia 100.58
Chriſti transfiguratio 157.56
Chriſti zelus eijcientis mercatum ex templo 157.22
de Chriſti membris opinio Almaricanorum 559.28
Chriſti perſona dupliciter poteſt conſiderari 125.18
Chriſto gratia data 155.30
Chriſtum cur oportuit eſſe Deum & hominem 129.12
Chriſtum omniſcium eſſe 515.44
Chriſtum naſci ex uirgine conueniebat, & quare 103.51
Chriſtum corpus ſimul & animam hominis aſſumpſiſſe, probatur 109.4
Chriſtum circumciſum ſex de cauſis 133.50
Chriſtum mortuum eſſe propter delicta noſtra 144.3 & 147.13
Chriſtum ſufficere ad ſalutem 357.4
Chriſtum deſcendere quid ſit 151.19
Chriſtum extra ſacramentum ubique eſſe in terra ſine corpore 156.18
Chriſtum eſſe iudicem hominum 144.46
Chriſtū mortis & uitæ habere poteſtatem 146.60
in Chriſto fuiſſe ueros dolores, probatur 142.43 duarum naturarum unio explicatur 117.4
de Chriſto errores quorundā 108.52 regulæ 83.33 regula Alberti 95.53

Chriſtiana

Chriſtianæ fidei duo fundamenta 122.58
Chriſtianus II. Moguntinus præſul 1052.19 eius reſponſio ad imperatorem, iubentem ſe bello ab ipſo iuuari. ibid.26
Chryſoſtomus ſecundas nuptias uocat fornicationem 338.48
Chryſoſtomi dictum de miraculis 183.2
cibus & potus in ſacris literis quid 31.60
cibi prohibentur in ieiunio, qui cõcupiſcentiam mouent 486.20
Cicestrenſis epiſcopus 1136.52
Cieslaus, abbas Vuratislauienſis 1242.24
ciuis appellatur homo propter tria 226.40
circumcelliones ſtringunt papas 743.16
circumciſionis Chriſti cauſæ copioſe elegenterq́; declarantur 133 & 134 & 135
circumciſionem fuiſſe ſignaculum fidei 356.6
circumſtantiæ factorum quæ ſint 349.1
Ciſmaria cœnobium 653.42
Clara, ordinis S. Damiani monialis 649.12 & 1241.51 autor pauperum dominarum. ibid. refertur inter ſanctos 1242.25
Clara II. Auguſtinianæ ſectæ ſectatrix. ibid.30
Clara uirgo Franciſci diſcipula 720.45 & 1157.15
Claræ beatæ feſtũ inſtituitur 634.51
clauis ligans contra quos uſurpata fuerit 599.42
clauis ſoluentis abuſum frequẽtem fuiſſe hoc ſeculo 605.53
claues quando inſtitutæ 429.52
clauium poteſtas quid ſit 429.46
claues eccleſiæ duas eſſe 484.46
circa Claues ritus Eccleſiæ huius ſeculi qui fuerint 599.40
clauſtrales omnes damnari 571.39
Clementis IIII. patria 1001.1 opera. ibid. mors 1002.10
Clementem IIII. habuiſſe uxorẽ 734.26 futura prædixiſſe 699.44 de eius exuuijs diſsidium 781.40
cleri immunitas ſancitur 970.48
clerici non debent iurare perſonis ſecularibus 817.6 eximuntur à iudicio ſeculari 903.1. & deinceps
clericis non licere bellum gerere propter duas cauſas. 477.20 quare non liceat occidere 522.40
clericos non poſſe facere teſtamentum 853.40
Cœleſtinus cedit Bonifacio in pontificatu 736.50
Cœleſtini papæ nefanda ſcelera in turbanda pace 19.42
Cœleſtini V. patria 1011.51 res geſtæ 1012.4 conſtitutio 706.42 feſtum 1013.20 mors. ibid.10
Cœleſtini monachi quem habeant autorem 1013.4
Cœleſtinorum ordo qualis 652.55
cœlibatus ſacerdotum ſtabilitur 489.16
Cœlicorona, cœnobium 655.37
cœlum & terra quomodo dicantur in principio eſſe creata 187.41
cœli motum nunquam quieſcere, falſum eſt 581.28 motus unde ſit ſecundum quoſdam 577.44
cœlum empyreum eſſe locum angelorum 202.53
cœlum & terram eſſe Dei ueſtigia 231.5
de Cœlo & ſtellis errores confutati Pariſijs 582.11
cœleſtium corporum uirtus 577.4 & 579.33.55 & 580.32.51. et 582.46 & 583.1
cœmiteriorum uſus 639.14
cœmiteria in honore habenda eſſe 955.43
cœnæ ſacræ eſus ſpiritualis tantùm utilis 448.17 forma 447.18
in Cœnæ ſacræ celebratione quidã panem & caſeũ offerũt 442.50
cœnæ ſacræ uſum integrum hoc ſeculo fuiſſe 611.10 finis 449.14 effectum eſſe duplicem 450.48 utilitates declarantur 452.40.59 cum ſequenti pagina
in Cœnæ ſacræ uſu duo eſſe conſideranda 440.36
cœnam ſacram propter tres cauſas eſſe inſtitutam 450.30 eſſe meram recordationẽ paßionis Chriſti 454.30 idq́; exemplo probatur. ibid.32 manducare ſpiritualiter quid ſit 449.58 à quibuſdam ſumi tantùm ſpiritualiter 454.7 tantum reficere ſpiritualiter manducantes 449.50 ſumi ab infidelibus ſacramentaliter 448.42 uiaticum dici tribus de cauſis 435.21 ſumentium diſtinctio 448.20 non differendã 448.45 etiam eſſe ſacrificium 456.20
circa Cœnam ſacram ritus obſeruati hoc ſeculo 610.52
in Cœna ſacra Chriſtum totum adeſſe 441.26 Chriſtũ adeſſe ſacramentaliter 441.31 et 445.11 manducationis modus triplex 443.29 quid ſit ſpiritualis manducatio 443.22 triplicem effectum percipi ex ſpirituali manducatione 451.6 tria eſſe ſignificata 452.52 tria eſſe diſtinguẽda 440.2 & 447.13 tria percipi 452.30 duo eſſe 441.17 quid aqua uino mixta denotet 442.44 ſi aqua non miſceatur uino, non ſignificari communionem cum Chriſto 454.12 cur uinum aqua miſceatur. ibid.54 calicis uſum quis primus laicis detraxerit 611.35 cur laicis calix detrahatur 440.57 et 447.30.
cœna ſacra ſæpius utendum 448.52 & cur 449.8
de Cœna ſacra, Romanæ ſynodi cõfeßio 793.40 opinio Albienſium 554.51 error Almaricanorum 559.24 quorundã blaſphemia 443.8
in Cœna ſacra quid à mure comedatur, cum ſacramentum comedit 444.32
Coſci monachi quales 782.50
cognitionis humanæ triplex defectus 229.3
coitum eſſe multiplicem 517.3 licitum eſſe triplicem. ibid.5
Colonia obſidetur à Philippo 754.10
Colonienſis archiepiſcopus Theodoricus excommunicatur 601.2
Colonienſis archiepiſcopi priuilegium 1048.2
Colonienſes arbitri quatuor conſtituuntur 773.34
Colonienſe diſsidium de cudenda moneta 767.36
Columbaria urbs Alſatiæ 1352.7
columbæ ſpeciẽ cur aſſumpſit S.S. in baptiſmo Chriſti 180.18
Columnenſes contendunt cum papa 787.57
communionem eſſe triplicem 430.8 & 432.31
concilia ualere authoritate Papæ interuenta 468.52

concio-

concionum diuerſæ formæ eſſe debent 480.32
concionum finis 483.60 frequentatio mandatur à cõcilio 593.50
concionator quando ſtare & quando ſedere debeat 594.2
concionatoris officiũ quod ſit præcipuum 481.18
quære plura ſub nomine Miniſter & Sacerdos, item Doctor.
cometa apparet 1255.49 & 1256.52 & 1265.53 & 1266.42 & 1272.47.
commendationes per epiſtolas prohiberi ab Apoſtolo 588.16
utrum Cõmißio uel omißio ſit maius peccatum 253.15
conceptionis Chriſti tria priuilegia 114.3
Comnenus Michael Palæologus deligitur cuſtos imperij 1353.40 imperator ſalutatur. ibid. 50 capit Conſtantinopolim 1354.40
Compoſtella Galliciæ à rege Ieroſolymorum inuiſitur 642.5
concomitantia defenditur à Thoma 442.13
Concordantiarum biblicarum quis fuerit author 1019.40
concreta nomina ſupponunt hypoſtaſin naturæ 126.30
concupiſcentia quid 246.38 & 346.23 cur homini relinquatur poſt baptiſmum, 281.50 & 420.29.36
concupiſcentia in ſummo & concupiſcẽtia diminuta diſtinguuntur 346.41
concupiſcentiam eſſe triplicẽ 264.10 actum originalis peccati 346.40 eſſe fomitem 346.58 materiam peccati 259.25
confeßio fidei quando non neceſſaria 579.4 quando neceſſaria 329.14
confeßionis omnium peccatorum quis fuerit inuentor 610.14
confeßionem auricularem defendit Thomas 427.56
circa Confeßionem auricularem quæ obſeruari debeant ſecundum ſynodum Colonienſem 905.1 ritus qui ſint obſeruati hoc ſeculo 609.54
confeßionem Deus requirit 529.27
de Confeßionibus audiendis ſchiſma 785.20
confirmatio quo alio nomine uocetur 598.5 quibus ritibus fieri ſoleat 945.10 cur à ſolo epiſcopo adminiſtretur 598.5.52
confirmationis ſacramenti materia quæ ſit 427.45 & 495.2 forma. ibid. & 427.46
confirmationis ſacramentum non à Chriſto, ſed ab Apoſtolis eſſe inſtitutum 406.46 ſolis epiſcopis reſeruari 494.56
confirmationis uſum hoc ſeculo manſiſſe 597.14
de Confirmationis ſacramento dictum Gulielmi 427.40
coniugium ſacerdotum prohibuit Innocentius tertius 20.24
coniugij interdicti ſobolem eſſe illegitimam 822.40
coniugij triplex finis 517.46
in Coniugio ſaluari hominem non poſſe, qui docuerint 561.50
de Coniugio regulæ 519.35
ſtatuta ſynodi Romanæ 821.40
coniugia clandeſtina prohibentur 822.18
coniugatos, ſaluos fieri 794.4
Cono, Mindenſis epiſcopus 1090.30
Conradus epiſcopus Bambergenſis, unius diei 1069.32
Conradus baro de Bellomonte, epiſcopus Curienſis 1081.54
Conradus, dux Brunſuicenſis, Verdenſis epiſcopus 1089.42
Conradus II. epiſcopus Conſtantienſis 1055.50
Conradus de Depholt, Mindenſis epiſcopus 1090.2
Conradus à Durckem epiſcopus Vuormatienſis 1062.40
Conradus V. de Eberſtein 1059.56
Conradus de Ferbtuuangen, Liuoniæ magiſter 1240.22
Conradus Friſingenſis epiſcopus 861.10
Conradus Halberſtadienſis 1213.40 ſcripſit plurima. ibid.
Conradus Haßiæ & Thuringiæ Landgrauius 1239.24
Conradus de Hoenſtein, Colonienſis epiſcopus 1047.41
Conradus, baro Leichtenbergicus 1059.7
Conradus de Lippurg epiſcopus Ratisbonenſis 1076.40
Conradus, epiſcopus Magdeburgenſis 1101.27
Conradus de Malks, Fuldenſis abbas 1203.3
Cõradus de Marpurg, ordinis prædicatorum 1211.28 candente ferro probauit hæreticos. ibid. 35. moritur. ibid. 48
Conradus Mediorũ & Nemetum epiſcopus 1041.28
Conradus Polonus, epiſcopus Bathauenſis 1067.18
Conradi Poloni ſtultitia 699.37
Conradus Phronthuſius epiſcopus Ratisbonenſis 1070.50
Conradus nobilis à Rabenſpurck 1063.42 cancellarius Heinrici VI. ibid. eius epitaphium 1064.10
Conradus II. à Reyſenberg, epiſcopus Hildeſianus 1092.17
Conradus epiſcopus Salisburgenſis 1078.50
Conradus de Saxonia, Minorita 1214.53 ſcripſit multa. ibid.
Conradus baro à Scharpſeneck 1059.19
Conradus Thierbergenſis, magiſter Borußiæ 1241.16
Conradus Tolluſius Friſingenſis præſul 1065.42
Cõradus comes à Trymberg 1065.14
Conradus IIII. nobilis à Thann, epiſcopus Spirenſis 1059.50
Conradus Vrſpergẽſis abbas 1209.4
Conradi Colonienſis epiſcopi ſtatuta enumerantur 661.2
Conradi, Friderici II filij, imperatoris mors 1341.34
Conradinus, Conradi imperatoris filius 1341.53 ſecuri percutitur 1342.9
conſcientiæ teſtimonium habere tres gradus 233.55
conſcientiam quomodo definiuit Damaſcenus 348.48 tripliciter accipi 348.42
conſecratis rebus peculiarem quandam uim ineſſe 1278.32
conſilij & præcepti differentia 492.8
conſilia quid ſint in ſacra Scriptura 327.58 & 486.33 ſimpliciter & conſilia ſecundum quid diſtinguuntur 492.57 cur data ſint nouæ & non ueteri legi 492.12 in quibus rebus potißimum requirenda 491.1
conſilià ad uitæ perfectionem pertinere, cùm dicitur, quomodo ſit intelligendum 493.15 & 494.38

conſilia proponi idoneis 493.20
dari de meliori bono 491.1
de Conſilijs malè docere Thomam 327.58
conſtantia in perſecutione 476.50
Conſtantienſes epiſcopi 1055.46
Conſtãtia imperatrix petit à papa inaugurationem 738.44
Conſtantina nobilis & literata fœmina 1140.2
Conſtãtinus Bulgarorum princeps ulciſcitur Paleologum 1355.22
Conſtantinus Meſopotamius, pontifex Theſſalonicenſis 984.20
Conſtãtinus Tœchus Bulgariæ princeps 1341.26
Conſtantinopolis recipitur à Latinis 592.57 proditione capitur 1354.30
Conſtantinopolitanus imperator ſe ſubmittit papæ 919.8
Conſtantinopolitani patriarchæ 981.4
Conſtantinopolitanæ ſynodi quintæ decretũ de una perſona Chriſti 127.48
conſuetudo Eccleſiæ magniſaciendа 465.48
conſuetudines Eccleſiæ non ſacilè permutandæ 442.36
contemplatiua uita quæ qualisq́; 540.16
contentio, oris peccatum 286.11 taxatur 287.58
continentiam perpetuam requiri ad perfectionem 487.35
contingentia non impedit Dei præſcientiam 174.47
contingentia futura utrum cognoſcat Deus 573.31
contradictionis implicationem non cadere ſub Dei potentiã 177.41
contrarietatẽ eſſe in creaturis 186.44
contritio qualis eſſe debeat 390.12
contritionis definitio 390.25
contritionem requiri in iuſtificatione 366.30
Conuentrienſis epiſcopus 1139.44
Corinthiorum epiſcopus 984.52
cornicum & coruorum certamen 1256.32
cornu uenatorium Gerhardi Moguntini 1054.10
cornu paruulum papam ſignificare 864.2
cornua decem quid ſignificẽt apud Danielem 863.54
Cornubia nubit Romæ 999.22
coronatio regum quibus ritibus fieri ſoleat 682.30 & 684.46
coronationis uerba 683.28
coronam argenteam accipi Aquiſgrani 684.23
corpus Chriſti comparatur riuo canalibus incluſo 156.20
corporis Chriſti ſeſtiuitas à quo ſit inſtituta 633.30 & 1000.21
corpus humanum dupliciter poſſe conſiderari 225.45
corporum glorificatorũ proprietates quatuor 538.53
corpora ſuperiora non eſſe corruptibilia, & quare 186.50.
Corradinus, Sultanus Ieroſolymorum, petit pacem à Chriſtianis 1359.16 parcit turri Dauid & ſepulchro Domini 1359.39
correctio in quibus locum habeat 396.32
corruptio hominis duplex ex peccato 277.10
Cracouiæ cœnobium S. Marci extruitur 654.10
Cracouienſe ærarium comburitur 1257.2
Cracouienſis epiſcopi priuilegia 750.55
Cracouienſes epiſcopi 1107.5
Cracouienſium ſalinarum uiceſimæ cuius ſint 701.20
Craſto, Hirſaugienſis abbas 1208.18
creare & facere differunt 181.30
creatio quid ſit. ibid.24.
creatio quomodo ſit facta 186.14 & 187.16 hominis uertibilis in malum cur facta 181.26
creationis cauſſa impulſiua 181.41 materia 185.11 finis 188.29
creationem non dici miraculum 502.29 eſſe miraculum, probatur 187.57 ante tempus factam eſſe 186.8
creationem & recreationem per eundem factam 183.60
creatum eſſe neminem ad mortem 356.33
creata prima quatuor eſſe 187.52
creaturæ definitio 183.5
creaturam eſſe duplicem 181.33
creaturas eſſe corruptibiles 186.42 & quare. ibid.
ad Credentiam emere uel uendere quid ſit 345.53
credere quid ſit 367.55
credere homines plurima oportet, & cur 236.40 & 237.11
Creuzenachium uenditur 1060.3
crux Chriſti cur debeat honorari 498.1
crucis titulus cur tribus linguis ſcriptus 615.4
crucis ſignum, imprimendum nobis quotidie 596.17 uexillum ante prelatos deferri ubique 799.14 ſigno Rodolphus iuramentum impetrat 684.8
crucis triplicis apparitio 1257.40
crucem prædicare quid ſit 1095.50
cruciferi armantur in Aſiam, Africamq́; 693.24
cruciſerorum regula 997.26 ordo confirmatur 989.16 terra deuaſtatur 21.28
crudelitatis exempla 676.43
Cuiauienſis epiſcopus 1111.18
Culmenſis epiſcopus diſsidet à Plocenſi 780.36
culpa & uitium diſtinguuntur 185.22
cultus Dei duplex 378.7 quid ſit. ibid.51
Cumanorum aduentus in Vngariam 1334.20 ſeuitia 1299.20
Chunegunda Ratislai Moſchi filia 1052.7 in Sandecenſe cœnobium ſecedit 662.40 canonizatur 719.48 & 721.51
Cunigundæ imperatricis miracula 723.40 & 724.1
Cuno Gotboldus, Elefanenſis abbas 1202.54
Cuno nobilis à Turchheim, epiſcopus Vuormatienſis 1062.6
cupiditatem eſſe radicem malorum 340.15
Curienſes epiſcopi 1082.50
currum ante boues uadere, quid ſit 692.10
cuſtodire uerbum 28.59
Cynicos planè fuiſſe Albingenſes 555.20
Cypriani ſententia de admiſsione peccatorũ pœnitẽtium ad communionem 587.17
Cyprium diſsidiũ de primatu 774.58
Cyrillus Aſiaticus monachus 1249.6 nouam Apocalypſin accepit à Deo 1149.17
Cyrillus de poteſtate Romani pontificis 468.1
Cythai qualem religionem habeant 1288.42 & 1289.40 & 1298.50

Dæmon

D

DAemon qualis ſit 218.10 quibus modis hominẽ tentet 504.10
dæmones quomodo Deum odio habeant & diligant 57.2 & 58.2 in quibus ſint 213.43 quomodo à Deo mittantur 220.23
dæmonum peccata non poſſe remitti 161.12 ſeptem nomina 215.27 locum pœnalem eſſe duplicem 224.27 miniſterio homines uti non debent 527.35
dæmones eſſe porcos 215.32 non conuerti 223.32 ſoli Deo ſubiacere 327.35 malas cognitiones inſtillare 222.58
à Dæmonibus homines impugnari probatur 220.13
Damaſceni dictum de humanitate Chriſti 124.42 de hypoſtatico 115.59 de proprietatibus naturarum in Chriſto inconfuſis 126.1 eius diuiſio defectuũ in homine 112.52
Damaſci obſidio 1370.55
Damiata, urbs Aegypti, Chriſtianorum domicilium 15.21
Damiatæ templum primarium Mariæ conſecratur 693.50
Damiatæ obſidio 1358.32 expugnatio 1258.4 & 1360.20 ſecunda & inſperata expugnatio 15.51 & 20.10 & 1367.50
ad Damiatam Nilus exundauit 632.16
damnatorum corpora fore incorruptibilia 546.10
damnatorum peccata cur non poſſint remitti 361.15
Dandalus Venetorum dux 1117.12
Daniæ ſtatus 1316.13 & 1339.50 & 1351.1 epiſcopi 1144.22
Danubij exundatio 1260.42
Dauid Minorita, Auguſtanus 1209.46
Dauidis de Dynado hæreſis 570.46
debiti diuiſio ſecundum Albertum 252.50
decalogi præceptorũ ordo 320.44
decalogum eſſe fontem legum 350.1
decretalium opus à quo ſit conſcriptum 994.12
decretorum pontificalium interpres quis primus fuerit 1094.56
defectionum à fide Chriſtiana aliquot exempla 17.50
defectus quadruplex in homine 274 naturales & indecretabiles qui qui ſecundum Damaſcenum 112.52
defectus qui propriè ex peccato primi hominis 112.48
defectuum hominis diuiſio 130.49
delictum & peccatum diſtinguuntur 246.33
delinquere hominem ſeptem modis 260.52
Deminenſes deficiunt à Daniæ rege 1340.45
demonſtrandi modus duplex in diſciplinalibus 431.40
denominationem fieri à forma & fine 405.41
Dephnuſia, oppidum Euxini ponti 1354.32
depoſitionis ritus deſcribuntur 631.20
deſcendere eum de Chriſto dicitur, quid ſit 151.19
de Deſcenſu Chriſti ad inferos opinio Bonauenturæ 151.31
deſcenſionẽ Chriſti factam eſſe ſecundum diuinam naturam 154.4
deſperatio definitur 249.31
deſperationem, peccatum eſſe in S.S. 295.52
deſperatione puniuntur impij 389.2
deſpenſationum quatuor eſſe ſpecies 516.16
deſpotæ titulus proximus à regia dignitate 1353.46
deſpotarum honor 1321.54
Deſyderius Longobardus 1188.54 hæreſiarcha. ibid. quid docuerit, & cur hæreſiarcha dictus 560.45
detractionis uitium eſſe horrẽdum 1153.17
Deus dupliciter poteſt conſiderari 56.49 more humano loquitur, & cur 51.50 quid ſit 59.21 quomodo ſit ſubſtantia 59.35 æternus 65.17 æqualis 65.29 immutabilis 64.46 bonus 61.58, &c. incircumſcriptibilis 60.52 infinitus 65.36 inuiſibilis 60.37 cognoſcitur tripliciter 58.6 quomodo iratus dicatur 49.36 iuſtus 61.54
Deus non eſt cauſa culpæ 27.52 & 257.60
Deus quomodo dicatur cauſa excæcationis 269.1
Deus quem uult indurat 50.26 quomodo indurat 17.46 & 64.50
Deus cur pater noſter dicatur 79.47 & 82.10 item quot modis 80.11.43 perfectus 65.9
Deus omnipotens 62.34 & quomodo 63.46 rex 65.54 quos non ſinat cadere 198.44 quomodo trahere dicatur 50.55
Deus utrum habeat cognitionem futurorum contingentium 571.30 quando dicatur aliquid ſcire 50.16 & 436.18
Deus quomodo hominem damnari uelit 387.17
Deus ueritas 65.33 & 174.54 ultima cauſa in qua homo quieſcit 538.2 amatur & odio habetur, & quomodo 56.50
Deus diligi cur præcipiatur ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima 324.14
Deus quomodo ſit ubique 98.34
Deus quando ad hominem uenire dicitur 50.7 quot modis ab aliquo ſe auertit 27.1
Deus quomodo ſit abſens peccatoribus 177.58 omnia in omnibus, quomodo ſit intelligendum 547.48 quot modis mittatur 98.28 quomodo dicatur homo fieri 122.41
Deus comparatur luci ab Almaricanis 558.34 eſt lux 30.29 quomodo dicatur ueſtitus 30.15
Dei nomen multipliciter accipitur in ſcripturis 49.29 tripliciter accipitur 58.54 & 333.31 dupliciter in ſcriptura intelligitur 54.47 inſcriptum ſchedulis diligenter cuſtodiendum eſſe 1163.46 terribile 51.31 admirabile. ibid. laudabile. ibid.
Dei nomina non omnia metaphorica 51.38
Dei ſubſtantia quæ ſit 31.45 eſſentia 67.31 intelligere eſt idẽ quod eſſe 50.41 & 91.44
Dei benedictio quid 30.23
Dei apparitiones diſtinguuntur in ueteri & nouo teſtamento 178.42 facies quid 51.26 & 66.48
Dei manus & brachium quid 50.50
Dei poſteriora dicuntur tripliciter 66.7 quid ea ſint 50.52

Dei dextra & ſiniſtra quid ſint 49.41 uultus multiplex 27.12 cognitio duplex 57.9 ira quid ſignificet 28.10.& 49.9 Dei tentatio qualis ſit 506.36 & 507.14 proprium eſt miſereri 27.20 miſericordia 27.22.et 49 14.et 61.42 et 174.51 myſteria cur nobis ſint obſcura 41.56

Dei potẽtia abſoluta, & ordinatio eiuſdem 149.29

Dei ſapientia, tribus modis accipitur 61.5 ſapientia in tribus apparet 60.21 uoluntatem eſſe duplicem 56.27 & 176.56 actiones & opera 173.18 opera laudanda, non inueſtiganda 32.26

Dei cultum eſſe duplicem 378.7

requies quomodo intelligenda 50.32

Deo partes corporeæ qua ratione attribuantur 28.3 quare corporales figuræ attribuantur 67.50 & quid figuræ illæ ſignificent. ibid. non competit ſitus 151.44

Deum eſſe ultra prædicamẽta 176.35

Deum eſſe α & ω, quomodo ſit intelligendum 394.21

Deum ſummum & unicum eſſe bonum 540.48 non eſſe localem 401.57

Deum quomodo nemo uidit 174.57 per eſſentiam uidere quid ſit 239.3 quatuor modis apparere in creaturis, ex Alberto 180.18

Deum cognoſci ex creaturis 330.22

Deum odiſſe peccatum 176.52 remuneratorem eſſe 176.24

Deum permittere malum fieri 262.46

Deum mala propulſare 191.8

apud Deum non eſſe acceptionem perſonarum 266.44

Deum homines curare, probatur 191 46 nunquam auferre gratiam ab aliquo 362.4

Deum non eſſe alligatum clauibus & ſacramentis 358.3 abſque ſecundis cauſis agere 191.50 præter cauſarum ordinem agere 176.28

Deum ſex poſſe, quæ non poßint alia agentia 64.17 ſolum poſſe remittere peccata 354.51.&c. & 356.40

Deum omnia regere 191.15 omnia noſſe 174.42

Deũ omnia ab æterno cognouiſſe 536.20

Deum cognoſcere ſingula 572.41

in Deum non cadit diuerſitas uoluntatis 574.14

Deum eſſe unum et ſimplicem 60.44 & 69.52

Deum ſolum eſſe diciq; poſſe creatorem 184.46 naturam dici 181.3 eſſe primam materiam, quis docuerit 570.50 eſſe animam cœli, putarunt Almaricani 558.38 ſolum miracula facere poſſe 499.40.& 500.23 debere diligi propter tria 322.20 eſſe nuſquam 178.4 ubique eſſe 178.4 & 32

Deum eſſe in omnibus rebus 175.30 eſſe in creaturis quadrupliciter ex Alberto 176.15 eſſe in re aliqua dupliciter 175.52 adeſſe creaturis probatur 191.40 habitare in ſanctis 176.41 patrem eſſe in filio 93.12

Deum paſſum ratione perſonæ 120.42

de Deo phraſes quædam explicatæ 49.8 quæ dicuntur, dupliciter dicuntur 27.52

in Deo duo eſſe 254.45 nullum eſſe accidens 77.55 quid unum, uerum, bonum, notent 76.1 diuiſio locum non habet 52 29

de Deo confeßio Romanæ ſynodi 792.46 trino. & uno confeſſio concilij Lateranenſis contra Ioachimum 569 28 quantum hæretici ſciant 78.50 articuli quidam hæretici confutati Pariſijs 572.57 error Albienſium 554.46 & 555.30 error Almaricanorum 55°.30

deitas in Chriſto per triduum non fuit ſeparata 146.29

deitas non poteſt dici eſſe paſſa 132.10 comparatur lumini in lucerna 128.56

de Diuinitate regulæ aliquot 51.40.&c.

in Diuinitate non debet prius & poſterius accipi 74.30

diuina natura non eſt unibilis 118.24

diuinæ præſentiæ modus declaratur 188.34 eum eſſe duplicem, ex Alexandro 177.50 item triplicem 103.5

diabolus cur caput malorum dicatur 255 39

diabolus cur coluber dicatur 215.10 cur & ſpiritus dicatur 214.30 cur dicatur ſtella 214.59

diabolus quid 205.14

diabolus cauſa occaſionalis omniũ peccatorum 257.19

diabolus quomodo uinci poßit 1118.50

diabolus cur à Deo interrogatus in Iobi hiſtoria 205.30

diaboli diuerſa nomina 214.50

diaboli primum peccatũ quod fuerit 215.50

diaboli peccatum cur irremediabile 298.20

diaboli conatum eſſe, Chriſti opera diſſoluere 479.28

diaboli poteſtas 218.17

diaboli proprium eſſe tentare 506.59

diaboli tentatio qualis 506 44

diaboli inuidia 216.56.& 221.2

diaboli pœna in inferno futura 549.21

diabolo quibus armis reſiſtendum 223 46

diabolum eſſe homicidam 223.8 & patrem mendacij 223.22 huius ſeculi Deum dupliciter dici 214.15

diabolum ſeptem habere filias 256.30

diabolorum ſedes quæ 221.42

dextera Dei quid 50.11

ad Dextram patris eſſe & ſedere differunt 154 17

dextram, potiorem eſſe partem animalis 153.36

diaconus quidam fit Iudæus 17.50

dicere in ſacris literis quot modis intelligitur 28.18

dicere dupliciter accipitur 49.57

Didacus epiſcopus apud Hiſpanos 11.46

Didacus, Oxonienſis epiſcopus 1135 50 nauat operam extirpandæ Albienſium hæreſi 566.30

Didesbei-

Didesbeimenſis Eccleſia donatur Spirenſibus 1059.50
Dietricus de Gruningen Liuoniæ magiſter 1238.12 Curetes domuit. ibid.
differẽtiam, ſacere compoſitionem 570.54
diſſidentiam eſſe duplicem 376.34
diffinitiuè & circumſcriptiuè diſtinguuntur 203.1
digitus Dei 28.43
dilectio unde deriuatur 315.32
dilectio, amor & charitas diſtinguuntur 325.26
dilectio proximi qualis eſſe debeat 324.22
dilectionis Dei infimus gradus quis ſit 314.13
dilectionẽ Dei effici per tria 322.20
dilectionẽ aliam eſſe gratiæ, aliam naturæ 323.1
diligẽdæ præcipuè eſſe quatuor 325.10
Dilingenſis ciuitas cedit Eccleſiæ Auguſtanæ 1057.20
directè & indirectè diſtinguuntur 257.10
diſciplinæ obſeruatæ exẽpla 671.32
Dithmarſi parent Danis 1086.56 deficiũt à rege Daniæ 1340.40
dies extremus quo tempore diei accidet 534.32
dierum ſingulorum ſinguli pſalmi mane cantari ſoliti enumerantur 593.16
dies ſingulos in Antichriſti regno feſtiuos fuiſſe 633.7
diſcipulos ſuos cur Chriſtus uoluerit eſſe abiectos 474.40
diſpoſitio quid 102.33
diſputatio de fide prohibetur laicis 707.22
diſputationes monſtroſæ ſcolaſticorum 25.40
diſputationum finis 31.18
diuinatio quid ſit 327.3
diuitiæ in ſacris literis quid 32.2
diuitiarum abrenunciatio dupliciter conſiderari poteſt 488.2
diuortij exempla 678.9
de Diuortio decretum Innocentij III. 986.57 regula quedã Innocentij 520.42
de Diuortio impotẽtis mariti 992.9
docere quid ſit 476.22
doctori in Eccleſia quæ ſint neceſſaria 475.1
doctorem oportet eſſe lumen Eccleſiæ 483.40
doctores qui dicantur 474.58
doctorum decimitertij ſeculi dicta de Deo 49.7 patre 79.46 filio 84.14 incarnatione filij 105.13 Spiritu ſancto 158.1 idololatria 180.13 creatione 180.18 prædeſtinatione 195.48 angelis 200.56 bonis angelis 204.23 malis angelis 214.28 homine 224.36 peccato 246.32 libero arbitrio 298.44 lege 305.34 Euangelio 350.32 iuſtificatione 352.5 fide 367.25 ſpe 377.7 bonis operib. 377.57 pœnitẽtia 382.42 inuocatione Dei 391.58 ſacramentis 403.17 baptiſmo 411.25 cœna ſacra 435.13 miſſa 455.16 ſacrificijs 458.18 Eccleſia 459.23 antichriſto 472.14 miniſterio uerbi 474.13 traditionib. humanis 486.7 miraculis 499.30 libertate Chriſtiana 502.50 cruce 502.65 ſcandalis 512.4 coniugio 51?.?0 magiſtratu 521.1 morte 523.15 reſurrectione 526.24 extremo iudicio 530.4 uita æterna 536.48 inferno 542.22
doctorũ quatuor præcipuorũ in eccleſia feſta à quo ſint inſtituta 614.56
Dolenſis epiſc. Theobaldus 1041.8
Dominicus 556.30 & 694.21 & 702.37 & 720.13 & 816.10 autor ordinis prædicatorum 1177.5 ubi ſtudijs operã nauauerit. ibid.17 beneficus erga pauperes. ibid.26 magiſter ſacri palatij. ibid.41 habuit gratiã lachrymarum. ibid.46 futura prædixit. ibid.50 confirmatur in ſua regula 1178.26 quibus rebus geſtis inclaruerit. ibid.45 miracula facit 1180.44 moritur 1183.10 refertur inter diuos. ibid.34 miracula poſt mortẽ facit. ibid.
Dominicani monachi qua occaſione enati 649.20 cum Minoritis contendunt 780.20 mittuntur ad Tartaros 997.36
Dominicanorũ ius, à Martino ipſis conceſſum 650.54
donum & quæſtus differunt 159.1
donum & redhibitio diſtinguuntur 158.59
dona quæ dicantur gratuita 355.40
dona auferri poſſe 361.55 non omnia à Deo data, nos Deo coniungere 355.50
Donatiſtarum error refutatur 465.6
doxologia ſacra 917.54
dubitatio in articulis fidei unde oriatur 38.3
Dublinenſes epiſcopi 1142.14
Dunenſis cœnobij templum ſplendidiſſ. 693.58
Dunenſes monachi 1236.14
Dunckeldenſis epiſcopus 1243.50

E

Admundus Richius epiſcopus Cantuarienſis 1110 quomodo educatus. ibid.58 crucis prædicator 1117.14 concionans crucem in manu tenuit 1118.36 moritur 1122.50 poſt mortem miraculis claret 1123.15 fit ſanctus 997.32
Eberhardus, abbas Hirſaugienſis 1107.10
Eberhardus, Iuuauẽſis præſul 1076.50 eius ſapiens oratio in ſynodo Reginoburgenſi contra uultures Romanos 861.30
Eberhardus II. dapifer à Vualdburg 1056.6
Eberhardus, Salisburgenſis epiſcopus 1077.10 ſpoliatur à Venetis. ibid.26 à ſepultura arcetur. ibid.48
Eboracenſes epiſcopi 1126.40
ebrietas prohibetur 806.2 & 940.35
eccleſia quid ſit 459.50 militans quæ ſit 471.30 quomodo una dicatur 566.18 quando cœperit 463.6 quomodo regatur 469.3 quibus iuuetur 204.57 arcturo comparatur 463.50 quo tempore ad unius poteſtatẽ redigi cœpit 626.44
eccleſiæ nomen quid ſignificat 460.10 fundamentum quod ſit 465.19 materia quæ 461.21 corpus nunquam fuiſſe acephalum 466.41 unum ſponſum eſſe Chriſtũ 461.1 et 466.1 caput quomodo Chriſtus & papa dicantur 467.16
in Eccleſiæ corpore quid barba ſit, quid ueſtimẽtum, quid fimbria 467.32
eccleſiæ membrum dici duobus modis 459.55 membrum numero, quale ſit 460.1
eccleſiæ mẽbra numero, eſſe in Eccleſia tanquam malos humores 460.5 duratio uſq; ad finem mundi 463.40 finis & effectus quis 469.20
eccleſiæ gubernatio hoc ſeculo, capite VII explicatur 685.50

propagatio decimotertio ſeculo 11.3
eccleſiæ ſtatus ſub Philippo & Othone quarto 58.30
eccleſiæ unitatis figura in ſacra cœna 435.57 unitatem, ſacramentum dici 462.5
eccleſiæ conſuetudinem magnifaciendam eſſe 465.48 partes, tres eſſe 460.26
eccleſiæ huius ſeculi gubernatores minus legitimè ad gubernationem aſpiraſſe 690.10 ex una ſede in aliam commigraſſe. ibid. 30 neglexiſſe officium docendi. ibid. 57
eccleſiæ non licet occidere 522.38
eccleſiam dici nauem 461.11 ſignari per nauiculam Petri 463.54 dici uineam Dei 459.32 eſſe duplicem 459.24 & 460.21
eccleſiam eſſe mixtū cœtū 465.19
in Eccleſiā credo, utrum ſit dicendum 459.41
eccleſiam eſſe unam 461.59
eccleſiam eſſe catholicam 465.4 eſſe ſanctam 463.8 eſſe glorioſam 464.43 non errare 465.49 primitiuam non eſſe gubernatā gladio, & cur 468.44 dilatatam ſine gladio regi non poſſe 468.50 à Deo gubernari 461.15 quatuor modis renouari 469.16 tribus modis impugnari 504.34
extra Eccleſiam non eſſe ſalutem 462.1 & 37
eccleſiam non poſſe aliquid poßidere, niſi in communi 556.12
ab Eccleſia authoritatem accipere doctores 465.50
eccleſiæ quæ ſint præcipuæ poſt Romanam 799.2
eccleſiaſtici ordinis priuilegia immenſa 751.20. & 1106.12
eccleſiaſticorum fundamenta eſſe tria 465.22
eccleſiaſticos miniſtros non bellatores eſſe oportet 477
eccleſiaſticæ perſonæ quales aſſumptæ hoc ſeculo 636.6
Ecelinus de Runcano 998.33
Ecelini horrēda crudelitas 676.45
Eckhardus, Dominicanus monachus 1213.54 ſcripſit plurima. ibid.
eclipſis ſolis 1254.41 & 1255.14
Edmundi Cantuarienſis ſtudium in cantionibus 592.52 mißificationes 695.9 priuilegium 737.41 mors 636.51
Edouardus primus, Angliæ rex 1348.4
educationis liberorum exemplum 672.15
Egebertus, epiſcopus Bambergenſis 1069.40
electio diuina 136.11 per ſcrutiniū 628.1
electionem oportet eſſe circumſpectam 625.20
electionum formæ uariæ 809.41
electos reſtringi ſub loris diſciplinæ 509.43
eleemoſynā tripliciter erogari 380.31 dandā eſſe ordinatè. ibid. 35. faciendā de iuſtè partis. ibid. 50
eleemoſynarum exempla 671.1
Elias cur mittendus tempore Antichriſti 472.16
Elias Frāciſcanus monachus 1174.10
Eliſabetha, Marpurgenſis xenodochij monialis 1243.15 (11
Eliſabetha locatur inter diuos 720.
Eliſabethæ pietas erga pauperes 671.1 ſuperſtitio. ibid. mors 636.38 oſſa eruuntur ex terra 641.13 feſtū inſtituitur 635.30
Elohim 78.10
Emanuel 88.43 & 94.20 & 95.58
Emicho, epiſcopus Friſingenſis 1066.11
Emicho Schonaugiēſis abbas 1205.2
Emilechi, Soldani Aegyptij, ingens expeditio contra Chriſtianos 1375.22
empyreum cœlum quale 542.8
Emycho, comes Hirſutus à Beyenburg, epiſcopus Vuormacienſis 1063.30
Engelbertus, comes Montenſis, epiſcopus Colonienſis 1046.43 curator imperij 696.1 eius decreta 897.28
Engelbertus comes de Tecklnborg 1085.34
Engelbertus II. de Valkenburg, epiſcopus Colonienſis 1048.31 perfidus & periurus 1049.20
Engerhardus, epiſcopus Aiſtetenſis. 1069.5
Enoch cur mittendus tempore Antichriſti 472.16
Epiphaniæ die celebrari natiuitatē Domini ab Armenis 635.3
in Epiphanijs neminem baptizari ſolitum, & cur 594.30
Epheſinæ ſynodi decretum de diuiſione ſubſtantiarum in Chriſto 1286.6 item aliud. ibid.329
epiſcopi Sutrini nefandus carcer 19.28

EPISCOPI SIVE Doctores huius ſeculi.

Aiſtetenſes 1068.15
Andegauenſis 1140.14
Ambionenſis 1038.1
Angliæ 1114.12
Antiſiodorenſes 1038.36
Aquileienſes 1026.16
Argentinenſes 1057.48
Aretinenſis 1032.16
Aſaphenſis 1140.10
Aßiſienſis 1032.38
Athenienſes 984.40
Audimarenſis 1044.12
Auguſtani 1036.48
Auinionenſis 1039.14
Aurelianenſes 1039.50
Baiocenſes 1040.54
Bambergenſes 1069.30
Baſilienſes 1104.15
Bathauenſes 1066.18
Bathonienſis 1135.42
Beluacenſes 1036.28
Biſuntini 1034.48
Bituricenſes 1036.40
Bononienſis 1031.4
Brandenburgenſes 1105.44
Bremenſes 1086.31
Brixinenſis 1068.10
Brugenſis 1044.20
Cantuarienſes 1114.13
Carnotenſes 1032.46
Catalaunenſes 1038.22
Cathanenſis 1143.38
Ceſtrienſis 1139.25
Chianadienſis 1113.54
Chiemenſes 1104.54
Ciſtrenſis 1136.52
Colocienſis 1113.42
Colonienſes 1045.16
Conſtantienſes 1055.40
Conſtantinopolitani 981.4
Conuentrienſis 1139.44
Corinthiorum 984.51
Cracouienſes 1107.5
Cuiauienſis 1111.17
Culmenſis. ibid.21
Curienſes 1082.50
Daniæ 1144.22
Dolenſis 1041
Dublinenſes 1142.14
Dunckeldenſis 1143.50
Dunelmenſes 1138.10
Eboracenſes 1126.40
Elyenſes 1137.30
Firmanus 1032.14

Friſin-

Friſingenſes 1065.40
Galliæ 1032.44
Gennenſes 1031.30
Glaſguenſis 1144.1
Gneſnenſes 1106.4
Gorniæ 1143.28
Hamerenſis 1144.40
Halberſtadienſes 1095.54
Herbipolenſes 1063.40
Herefordenſes 1137.45
Hieroſolymitani 980.44
Hildesheimenſes 1091.46
Hiſpalenſis 1044.54
Hoſtienſes 1025.55
Hyberniæ 1143.1
Iuliomontanus 1104.45
Lauentini 1105.50
Lealbenſis 1148.48
Legeceſtrienſis 1159.55
Leodienſes ſiue Tũgrenſes 1079.6
Lexouienſis 1137.21
Lincolnienſes 1150.54
Lincopienſis 1147.40
Liuoniæ 1148.8
Londinenſes 1128.24
Lubecenſes 1095.5
Lugdunenſes 1034.20
Lundenſis 1144.24
Magdeburgenſes 1099.30
Magolenſis 1041.26
Mediolanenſis 2025.21
Menenenſis 1140.42
Merſburgenſes 1103.1
Metenſes 1041.36
Midenſis 1143.4
Minacenſis 1038.10
Mindenſes 1090.1
Moguntini 1051.20
Monaſterienſes 1084.20
Morini 1041.54
Niuernenſis 1041.15
Nordonicenſes 1138.42
Norwegiæ 1144.35
Olomncenſis 1111.42
Oſnaburgenſes 1085.31
Oxonienſes 1135.48
Paderbornenſes 1090.50
Pariſienſes 1032.56
Parmenſis 1031.14
Pictauienſis 1019.1
Piſanus 1030.52
Ploccenſes 1110.18
Poloniæ 1106.8
Portuenſes 1028.54
Poſnanienſes 1110.52
Pragenſis 1111.32
Præneſtini 1024.56
Raceburgenſes 1096.56
Ratisbonenſes 1070.42
Rauennates 1028.30
Remenſes 1055.12
Rigenſes 1148.10
Roffenſis 1138.1
Romani 985.4
Rothomagenſes 1127.50
Rußiæ 1113.2
Sabinenſis 1050.41
Salsburgenſes 1076.46
Sarisberienſes 2130.18
Scarenſes 1147.52
Scotiæ 1143.14
Schirenſis 1105.40
Seccouiani uel Serouienſes. ibid.5
Senonenſes 1036.2
Spirenſes 1059.15
Sueciæ 1144.44
Suerinenſes 1098.50
Sueßionenſes 1042.38
Syluanectenſis 1039.33
Theſſalonicenſes 984.20
Tigurinus 1104.40
Toloſani 1044.28
Tornacenſes 1042.52
Traiectenſes 1082.28
Trecenſes 1039.42
Treuirenſes 1054.20
Tricaſſenſis 1044.4
Tridentini 1024.42
Tullenſis 1059.21
Tuſculani 1027.33
Vacienſis 1113.16
Vigornienſis 1130.44
Vuladimirienſis 1113.2
Varadienſis 1114.1
Verdenſes 1089.6
Vintonienſes 1129.40
Vngariæ 1111.33
Vpſalenſes 1144.44
Vnormatienſes 1060.46
Vuratiſlauienſis 1111.55
¶ Epiſcopi huius ſeculi qualibus i-
nitijs uſi ſint in ſcribendis epi-
ſtolis & alijs ſcriptis 626.22
epiſcoporum ueſtitus 780.17
epiſcoporum & presbyterorum
quod ſit diſcrimen 636.36
epiſcopos olim per gradus ad ſum-
mos honores aſcendiſſe 629.22
epiſcopos eligendi poteſtatem olim
totius fuiſſe Eccleſiæ 626.10
epiſcopos in capite & manibus un
gi ſolitos, & cur 630.44 hodie
caſu fieri 628.26 habere diſpen
ſationem theſauri Eccleſiæ 390.
58 ſolos eſſe in ſtatu perfectio-
nis 487.11 olim tradidiſſe do-
ctrinam 686.52 falſa dogmata
confutaſſe 687.22 peccata libe
rè arguiſſe 687.42 miniſtros
Eccleſiarum examinaſſe & or-
dinaſſe 688.13 ægrotos inuiſiſ-
ſe. ibid. 20 pauperum curam
egiſſe. ibid.25 principes commo
nefeciſſe officij 689.25 matri-
moniales cauſſas dijudicaſſe
688.48 ſeſe inuicem momordiſ
ſe 692.13 curioſis aut impijs ſtu
dijs fuiſſe deditos 692.20 tur-
pitudine uitæ inſignes fuiſſe
698.18 bella geßiſſe 696.58 fi-
dem imperatoribus non ſeruaſ-
ſe 696.28 iuriſdictionem poli-
ticam adminiſtraſſe 695.40
fuiſſe cruentos 1080.12 mißifi-
caſſe 695.10 ſuperſtitiones au-
xiſſe 693.16 ſimiles eſſe idolis
691.24 bonis Eccleſiæ abuti
697.46
epitaphiorum uſus 639.39
Erchalthans Tartarus dux magni
Tartarorum principis aduerſus
Mahumetanos 14.4
eremitarũ ordinis inſtaurator quis
hoc ſeculo fuerit 1149.50 regu
la 1275.57
Ericus Daniæ rex idololatra 1280.3
Ericus, marchio Brandeburgicus,
epiſcopus Magdeburgenſis 781.
10 & 1102.25
Eringus, nobilis de Reinſtein, epi-
ſcopus Herbipolenſis 1064.59
crudelis erga ſuos 1065.8
Erneſtus, abbas Hirſaugienſis 1207.
27
errorum in homine diuiſio 284.28
erucarum ingens copia in Scotia
1266.8
Eslingenſis Eccleſia traditur Spi-
renſi 747.50
eſſe ſuũ omnes habent à Deo 176.9
eſſentia generata in diuinis non di-
citur 172.44
eſſentialiter quomodo Deus rebus
omnibus adſit 176.6
Eſconia recepit pietatem Chriſtia-
nam 12.32
Ethelredus, Ciſtercienſ. monachus
1215.10 ſcripſit nonnulla. ibid.
Eua peccauit in filium Dei 104.52
manducando pomum quinque
peccata commiſit 242.34 com
paratur Eccleſiæ 411.43
Euam omnes naſcentes clamare
502.6
Euangelium quid ſit 350.51 cur di-
catur Chriſti & Ioannis 350.56
cur nocetur æternum 351.37
euangelij definitio ſecundum Tho-
mam 351.18 effectus 351.41
Euangelium dici legem amoris 319.
30

20 legem miſericordiæ. ibid.21 legem libertatis. ibid.50 legem nouam 350.32 tripliciter 351.20
ad Euangelium duo pertinere 351.53
euangelizare quid ſit 550.34
eucbariſtia quid ſit 435.29
eucbariſtiam eſſe perfectiß. ſacramentum 440.12
eucbariſtici panis portandi ritus 637.51
euentus quid ſit 349.20
Euerbardus nobilis de Stralenberg 1063.16
Euerbardus, epiſcopus Vuormatienſis 1062.45
Eueshamenſes monachi 1215.51
Euſemia, primogenita Rodolphi imperatoris 1248.14
Europæi doctores 981.1
Euſtachius Normannylle, Minorita 1228.10
Euſtathius Abberbrotenſis 1218.12
Eutycbetis error 479.50
exarchatus Rauennæ cedit Papæ 1006.30
excommunicatio definitur 430.49 & 431.29 maior quæ ſit 430.53
excommunicationis ſpecies 430.15 finis 433.57 certum locum Romæ fuiſſe 605.23
excõmunicationem eſſe duplicem 430.32 triplicem 432.38 quater in anno iterandam eſſe 600.10 non citò ferẽdam eſſe 431.50
excommunicatione digni qui ſint iudicati hoc ſeculo 599.42 inde & 839.50 & deinceps.
in Excommunicatione qualis proceſſus ſit ſeruandus 602.4
excommunicationum à Pontificibus factarum hoc ſeculo, enumeratio 600.18 abuſum hoc ſeculo frequentißimum fuiſſe, exemplis multis demonſtratur 600.50 & 695 17
excommunicationes promulgatas eſſe communi conſilio 705.45
excommunicandi poteſtatem qui habeant 433.1
excommunicati pœna deſcribitur uerſibus 431.7
cum Excommunicato participans ne maculetur, cautelæ proponuntur 431 15
excommunicatorum familiares anathemate feriuntur 604.36 ſubditos liberari à dominio 433.30
excommunicatis receptis ſatisfactionem quandam impoſitam fuiſſe 607.26
excommunicatos ſepultura priuatos fuiſſe 604.54 & 955.25
de Excommunicatis à conuerſatione, uerſus 430.21 & 55
excuſatio peccati duplex 388.14
exequiæ mortuorum celebrantur 638.56
exercitium pietatis quale eſſe debeat 332.58
exercitium ſacræ ſcripturæ 42.1
exorciſmi in baptiſmo uirtus 596.14
exorziſationis uirtus 631.40
expeditio in terram ſanctam 1557.50
extremi iudicij diem cur Deus ignotum hominib. uelit 534.40
extremum diem quomodo filius Dei dicat ſe neſcire, explicatur 555.18
Ezechielis uiſiom de rotis quatuor explicatur 47.9
Ezilingen attribuitur Spirenſibus 700.7

F.

FAcultas quid ſit 349.18
Famaguſta exornata templo ſplendido 17.43
fati definitio à Thoma tradita 192.4
fati & prouidentiæ diuinæ diſcrimen 192.57
ſuper Fabulas Poetarum liber 1140.39
in Fabulas Ouidij liber 1195.10
Famelica turris 677.40
fœlicitas bonorum in hac uita quæ ſit 550.2
de Fœlicitate errores Pariſijs confutati 584.50
Ferdinandi quarti regis Hiſpaniæ ſubita mors 682.10
feriæ cur inſtitutæ 594.10
Ferrandus Caſtellæ rex 16.46
fertilitatis maximæ hiſtoria 1265.36
feſtum celebrandum eſſe triplici ratione 632.27
feſtorũ numerus quæ ſeruari præcipiuntur in Oxonienſi ſynodo 842.50 hoc ſeculo inſtitutorum enumeratio 633.10 &c. quorundam ordinis ratio indicatur 635.10 ritus deſcribuntur 631.24
fictio nulla conuenit operibus diuinis 111.19
fides & ſpes diſcernuntur 370.23
fides quid ſit 567.26 & 372.8 naturæ quid ſit 367.48 unde fiat 375.36 in quibus præcipuè conſiſtat, & in quibus glorietur 372.4.16 & 374.30 cur uocetur primum fundamentum 368.29 & 572.50 cur neceſſaria ſit ad ſalutem 367.48 aliena in baptiſmo ſaluat 419.48 & 425.58 paruulorum qualis 370.4 aßimilatur altari 370. lumini comparatur 374.53 aßimilatur ſcalæ 369.4 quomodo careat demonſtratione rationali 371.35
fidei uocabulum decem habere ſignificationes 369 54 definitio ſecundum Auguſtinum 370.18 actum duplicem eſſe 374.57 fundamenta duo eſſe 370.37 initium utrum ex nobis ſit 374.14 cauſſæ adiuuantes tres 375.43 materia quæ ſit 371.18 proprietates 375.56 bona 372.32 forma quæ ſit, declaratur ſyllogiſmo 371.43 obiectum quod ſit 371.11 & 373.12 demonſtrationes non quærendæ propter duo 375.59
fidem dici dupliciter 367.42 duplicem facit Thomas 377.1 eſſe priorem alijs uirtutibus 368.12 cum operibus neceſſariã eſſe 364.1 eſſe ab illuminatione diuina 574.50
per Fidem homines Chriſto incorporari 156 12
fidem tria facere 375.16 augeri 373.27 non adminiſtrari ab angelis nec miraculis, quomodo ſit intelligendum 371.52 non niſi per ſigna probari 375.28
in Fide cur demonſtratio locũ non habeat 375.29
de Fide Alberti dictum falſum 377.4 errores Pariſijs confutati 583.41
fideles qui dicantur 459.58
figuram non eſſe actionis naturalis principium 327.12
filius & ſeruum quomodo dicantur eſſe ſub patre 513.12
filius ſit parentis parens 705.2
filius Dei & hominum diſcernuntur 93.20
filius Dei uocatur admirabilis 87.54 uocatur brachium 88.3 cur liber uitæ dicatur 84.25 ſpeculum patris quare dicatur 84.21 & 89.12 imago patris 85.24

85.24 & 86 13 patris uultus 27.12 diſtinctus à patre 91.11 non tanquam cauſſa à patre genitus 89.17 in patre 99.28 coæqualis patri 92 28 coeſſentialis patri 91.35 coæternus patri 92.19 uerbum coæternum 84.18 uerbum patris dicitur 86.60 & cur. ibid. unigenitus 90.5 eſt Deus 91.12 deſcendit à patre 99.30 principium rerum omnium 26.47 ſolus incarnatus 124 22 mittitur 97.22 quot defectus aſſumpſerit 130.36 luſit ab æterno in orbe terrarum 92.58
filij Dei generatio 90.10
per Filium Dei quomodo deus pater omnia creauerit, ſimilitudine declaratur 141 2
filium Dei creatorem hominum, oportuit etiam eorundem reparatorem fieri 141.4 peccatum non habuiſſe 155.11 per ſpiritum ſanctum operari 163.15
filiatio in Chriſto an una uel duæ 123.42
flagellātium ſecta exoritur 561 24
Flaminia tota paret papæ 726.37
Flandriæ cœnobia quæ ſint hoc ſeculo ædificata 654 30 epiſcopi 1041.54 templum quod ſit magnificentiß. 693.58
Florentia, uenit in poteſtatem imperatoris 1128.41
Florentiæ maximum templum ædificatur 591.44
Florentini excommunicantur 695.24
Florentinorum dignitas 719.24
Florentij Hollandiæ comitis pietas in patrem 640.16
fœmina initium peccati, eademq; initium ſalutis 104 15 & 105.50
fœneratores iubentur diſcedere ex Gallia 749.40
Folchungorum certamen in Suecia 1145.46 & 1146.28 & 1147.48
Folco, epiſcopus Vpſalenſis 1145.58
per Formam ſuam unumquodque operari 371.42
formatiuè uirtutis defectus, cauſſa aliquorum defectuum 112.42
fornicatio quid in ſacris literis 318.38 ſimplex quid ſit 517.28
fornicationem eſſe duplicem 338.59 eſſe peccatum mortale 339.9
foſſæ Marianæ 1367.2
Franciſcus celebrat memoriam natiuitatis Domini mirabiliter 1163.50 dæmonia eiecit 1167.42 fit Iuno Lucina 1168.10 deliberat utrū tantū orationi, an uerò & prædicationi uacare deberet 1168.32 Iohannem Baptiſtam imitatur in uictus ratione 1164.25 perſecutiones patitur propter furtum 1164 50 lepro ſos exoſculatur 1165.50 alloquitur aues 1169.1 beſtias habuit diſcipulos 1160.54 libidini mirabiliter reſiſtit 1172.20 canonizatur 720.20 & 860.4 & 1173.40
de Franciſci ſtigmatibus figmētum monaſticum 999.4 & 1169.20
Franciſci tres præcipuè uirtutes 1171.49 oratio, quam ſuos diſcipulos docuit 667.46 monachi templum precioſum 591.12 mors 1172 40 miracula poſt mortem 1173.10 religio confirmatur 720. 58
Franciſcus Seraphicus ubi natus 1151. 25 quæ ſcripta reliquerit. ibid. 1151.58 quid docuerit 1152.1 uaticinatur uera 1154.30
Franciſcanus ordo in tres claſſes diuiſus 643.30
Franciſcani monachi quando cœperint 642.52 ſibi uirilia amputant 668.1
Franciſcanorum quæ ſit regula 644.12
frater fratrem interficit 676.16
Fratricellorum hæreticorum ortus & dogmata 584.50 ritus qui fuerint 585.10
Fridericus, baro de Bolandia, Spirenſis epiſcopus 1060.17 uadit in exilium propter oſculum Eliſabethæ. ibid.30
Fridericus Kirchbergenſis, epiſcopus Halberſtadienſis 1094.2
Fridericus nobilis ab Hauenſtat uel Humſtat 1068.30
Fridericus Holſtuch Impoſtor 679.12
Fridericus Siciliæ rex, Hērici ſexti filius, imperator eligitur 1306.20 in Germaniam uenit 1307.1 Aquiſgrani rex ſalutatur. ibid. 14 Goslariæ accipit imperij inſignia 1322.19 Romam proficiſcitur 1322.20 extruit ſcholam Neapoli 702.22 fuiſſe liberaliſsimum imperatorem erga genus ſacerdotum 616.50 ducit ſororem Angli regis 695.34 ſextam habuit uxorem 736.30 gemellos ſuſcipit 1325.30 accingit ſe itineri in terrā ſanctā 15.40 & 1363.1 pacem quibus conditionibus iurat cum Soldano 1361.58 excommunicatur 601.16 & 1115.52 qua formula ſit depoſitus & excommunicatus 867.58 cur excommunicatus ſit à Papa, eiusq; excommunicati proceſſus 603.1 & 734.1 ſe opponit papæ 740.57 redit in gratiam cum papa 992.50 abſoluitur 688.10
Friderici ſtudium erga bonas artes 750.8 tributū, quòd dedit Papæ 716.18 leges pro libertate eccleſiæ 749.40 donum, datum Spirēſibus canonicis 700.6 ſeuēritas contra filiū 670.27 ingētes copiæ 1319.15 diſtichon in papā 993.14 epiſtola contra corruptos mores clericorum 747.20
Friderici II. Epitaphium 639.40
Friderici ſecundi tempore ſtatus eccleſiæ 12.20
Fridericum delectatum eſſe ſtudijs Aſtronomicis 750.12 confœderatum fuiſſe Saracenis 873.30
Fridericus quidam fictitius comburitur 679.30
Fridericus comes de Iſenborg 20.40 rota conteritur 24.42 & 670.17
Fridericus de Leiningen, epiſcopus Spirēſis, fugit in exilium 735.30
Fridericus de Monteforti, epiſcopus Curienſis 1084.2
Fridericus II. à Parsbergk 1068.49
Fridericus comes de Pfirrbit à proprio filio interficitur 676.2
Fridericus, Salsburgenſis epiſcopus 1077.7
Fridericus alter, Salisburgenſis epiſcopus 1078.30
Fridericus Sueuorum dux 747.50
Fridericus Torgenſis, epiſcopus Merſburgenſis 1103.30
Fridericus comes de Zolern, primus Noribergenſium burggrauius 1347.5
Fridouu, à quo ſit conditum 1083.38
Frigoris ingētis deſcriptio 1160.55
Friſiæ ingēs clades per alluuionem 1259.59
Friſingenſes epiſcopi 1065.40
frontem eſſe ſedem uerecundiæ 495.16

fuga quando licita tempore perſecutionis 511.2
Fulco Baſſerus, Londinenſis epiſcopus 1128.32 *reſpondet legato Pontificio extorquẽti decimas.* ibid.18 *reſiſtit papæ* 742.20
Fulco, epiſcopus Gneſnenſis 1106.40
Fulco inſulanus canonicus 1238.4
Fulco prædicator crucis in Gallijs 1100.54
Fulco Toloſanus 1044.30
Fulconis, Cracouienſis epiſcopi ambitio 698.12
Fulda in paſchalis feſto deflagrat 1252.43
Fuldæ pars tertia cõflagrat 1257.6
Fuldenſe templum cõflagrat 1270.47
Fuldenſes monachi 1202.28
fundamentum & radix diſtinguuntur 368.21
fundi attribuuntur Romanæ eccleſiæ 700.22 & 725.47
Fundanus comitatus in Sicilia 681.5
Furſtenburg arx à quo ſit extructa 1083.56
Furſtenfeldenſe monaſterium conſtruitur 609 16
furtum non fuiſſe, cum Iſraelitæ ſpoliarent Aegyptios 537.22

G.

GAiocoſium donatur Teutonicis equitibus 655.25
galero rubente cur utantur cardinales 867.14
Galfridus, Burtonenſis abbas 1224.12
Galiciæ rex, idẽ qui Haliciæ 685.2
Galliardi obſidio horribilis 1154.25
Galliæ monachi 1187.10 *regnum ad Romanam eccleſiam pertinere* 969.40 *ſtatus hoc ſeculo* 1314.26 & 1152.55
Gallorum miſerabilis ſtrages in Sicilia 677.12
Gallicorum regum priuilegium in bonis eccleſiaſticis 752.32
Gallo, cardinalis Romanus 1018.52
Galtherus Cornutus 1036.19
Galterus Magolenſis 1041.26
Galterus Pontiniaci abbas 1032.52
Garizim locum adorationis Samaritanorum fuiſſe 623.20
Garnerius Tricaßium epiſcopus 1044.4
Gaufredus epiſcopus ſpoliatur propter piam exhortationẽ 18.48
Gaufredus, Meldenſis epiſcopus abſtinentißimus 1187.12
Gaufredus de Trano 1023.50
Gaufridus Syluanectenſis 1039.33
Gaulonis cuiuſdam cardinalis prauitas 715.51
Gazæ expugnatio 1366.13
Gebhardus, Bathauenſis epiſcopus 1066.46
generatio filij Dei cur uocetur æterna 90.38
gentiliſmum adhuc hoc ſeculo duraſſe 1288.14
Geomantiæ uſus unde oriatur 48.40
Georgiæ epiſcopatus 704.34
Georgianorum hæreſis 570.34 *cum Armenis diſcordia* 563.20
Georgius Munzalo protoueſtiarius, cuſtos imperij 1353.18 *interficitur.* ibid.
Gerhardus comes Hirſutus à Bayẽburg, epiſcopus Vuormatienſis 1063.10
Gerhardus Hirsbergius præfectus Borußiæ 1240.47
Gerhardus comes Holſatiæ, præpoſitus Lubecenſis, ducit uxorem 713.24
Gerhardus comes de Hoya 1089.34
Gerhardus à Lippia, Bremenſis epiſcopus 1087.22
Gerhardus Mindenſis 1209.39
Gerhardus Moguntinus epiſcopus 968.55 & 1053.44 *deplorat Adolphum interfectum* 1054.5
Gerhardus Parmenſis 1031.14
Gerhardus monachus S. Quintini 1237.15
Gerhardus Sagatellus 1250.25
Gerhardus comes ſylueſter ab Eppenſtein, Moguntinus epiſcopus 1052.42
Germanus, patriarcha Conſtantinopolitanus 982.58
Germaniæ abbates & monachi 1202.30 *epiſcopi* 1045.14
Geyrach cœnobium inſtauratur 656.24
Gibellinus, contumelioſum nomen 719.1
Gilbertus Bernhardi Clareuallenſis 1200.48 *ſcripſit multa.* ibid.
Gilbertus Magnus Bryto 1220.33 *fœlicis ingenij homo.* ibid.40 *ſcripſit nonnulla.* ibid.
Giſelbertus de Brunkhorſt, epiſcopus Bremenſis 1088.22
gladium materialem concedi Eccleſiæ 468.44
gladij fratrum ordo 1148.14
Gladiatorum ordinis magiſtri 1240.20
gloria futuræ uitæ duplex 541.52
glorificata corpora quas habebunt proprietates 529.50
Gneſnenſes epiſcopi 1106.4
Godeſchalcus, Monaſterienſis antiſtes 1084.34
Goduuinus Sarisberienſis præcentor 1130.33
Goliæ cuiuſdam rhythmi in papam 746.24
Goslaus epiſcopus Plocẽſis 1110.10
Goſſuinus, Tornacenſis epiſcopus 1042.57
Gotfridus de Fontanis 964.26 & 1202.14
Gotfridus, abbas Hirſaugienſis 1208.27
graduale in miſſa quid ſignificat 457.4
Græcorum error de proceßione ſpiritus ſancti à ſolo patre 162.40 & 480.11 *opinio de capite eccleſiæ* 467.44
Græcorum errori confutando ſynodus Lugdunum conuocatur 866.55
Grammatica hæreſis damnatur 1029.27
Grammaticus iubetur ali in cathedrali eccleſia 803.30
gratia quid ſit 358.33
gratia Dei & gratiæ noſtræ comparantur 196.36
gratia gratum faciens qualis 237.33
in Gratiæ infuſione eſſe tria 365.36
gratiam eſſe duplicem ſecundum Thomam 559.48
per Gratiam & per naturam, diſtinguuntur 238.2
gratiam gratis datam triplicem eſſe 358.13
gratiam Dei præcedere omnia merita 197.54
gratiarũ actio præcipitur 399.48
gratiarũ actionis definitio 400.20
ad Gratiarum actionem quæ pertineant. ibid.20
gratias Deo agere quid ſit. ibid.2
Gregorius Bridlingtonenſis canonicus 1220.22
Gregorius Glocestrienſis 1217.50
Gregorius Huntyngton abbas Rameſienſis 1222.42 *ſcripſit uaria.* ibid.
Gregorius Montelongus 1026.43
Gregorij Nyſſeni opus de natura hominis 1250.10 *peculiaris opinio de generatione hominum, ſi non*

ſi non lapſi fuiſſent 518.43
Gregorius Nonus quid in Eccleſiã inuexerit 592.44 mœrore moritur 860.50
Gregorij Noni patria 992.37 uita & mores. ibid. conſtitutio de ſabbato 632.52 anguſtia maxima 623.46 rabies 19.40 exactiones aduerſus Fridericum II. 718.1
Gregorij decimi mandatum de decimis uniuerſalibus 601.47 patria 1002.25 uita. ibid.29 opera. ibid.35. mors 1003.27
Griſei monachi 782.32
Groſſonios, Babyloniæ eſſe populos 1365.11
Guala, cardinalis Romanus 1018.20
Gualterus Benedictinæ profeßionis monachus 1215.54
Gualterus Graius 1126.40
Gualterus Mapes, Oxonienſis archidiaconus 744.8 & 1136.13
Gualterus Pictauienſis epiſcopus 1039.1
Gualterus Rechuſus, eremita Auguſtanus 1234.4
Gualtherus Suthſelde Nordouicenſis epiſcopus 1139.20 beneficus in pauperes 1139.22
Guarpha, arcis nomen 763.34
Gudesbergi templum S. Michaelis conditur 590.20
Guido Antiſiodorenſis epiſcopus 1038.54
Guido de Baypho, Bononienſis archidiaconus 1031.4
Guido Hetruriæ præfectus excommunicatur 600.23
Guido Præneſtinus epiſcopus 751.50 & 1024.59
Guido Remenſis pontifex 1035.12
Guilhelmus quidam aurifaber fit martyr 1250.50
Guilhelmus de S. Amore, doctor Sorbonicus 1189.4
Guilhelmus Anglicus cardinalis Romanus 1024.10
Guilhelmus Antiſiodorenſis 1038.40
Guilhelmus, comes ab Aquenſibus 1050.2
Guilhelmus Bergomenſis, cardinalis Romanus 1024.33
Guilhelmus Bougeuilla Beccenſis monachus 1224.20
Guilhelmus Delamare Minorita 1230.22
Guilhelmus Durandus Minacenſis 1038.10
Guilhelmus monachus Haſligemenſis 1205.42
Guilhelmus Hanaborgus, Carmelita 1225.59
Guilhelmus de Holte Monaſterienſis epiſcopus 1085.27
Guilhelmus Hothun Doiblinenſis epiſcopus 1242.14 fit archiepiſcopus 714.30
Guilhelmus abbas Hyberniæ 1235.42
Guilhelmus Lanthonienſis abbas 1218.31
Guilhelmus Leyceſtrius, Lincolnienſis canonicus 1235.14
Guilhelmus Lõgoſpata eligitur ab Anglo ad uſum belli ſacri 1367.14
Guilhelmus, Lugdunenſis epiſcopus 1034.30
Guilhelmus Martonus, epiſcopus Roffenſis 1138.2
Guilhelmus monachus S. Dionyſij 1187.45
Guilhelmus Niuernenſis 1041.18
Guilhelmus Pagham, epiſcopus Midenſis 114.34
Guilhelmus Paralt Dominicanus 1202.1
Guilhelmus, Pariſienſis epiſcopus 1033.40 eiuſdẽ ſcripta. ibid.46
Guilhelmus Parmenſis Minorita 1175.24
Guilhelmus Petramala Piſanus archiepiſcopus 1030.54
Guilhelmus Remorum Pontifex 1035.24
Guilhelmus de Samuco, ordinis fratrum S. Mariæ de monte Carmeli 1201.51
Guilhelmus Schiruuode archiepiſcopus Rothomagenſis 1128.8
Guilhelmus Sengham ordinis S. Auguſtini 1233.34
Guilhelmus, Senonenſis epiſcopus 1036.1
Guilhelmus de Vuara Minorita 1193.22 præceptor Ioannis Scoti. ibid. ſcripſit plurima. ibid.
Guilhelmus Valentinus Salisburgenſis epiſcopus 1080.52
Gulielmus Vicheuanus epiſcopus Cantuarienſis 1127.21
Guilhelmi imperatoris lautiſsimũ conuiuium 660.28 funeſtæ nuptiæ 1264.30
Guelphorum Piſanorum crudelitas 677.35
Guirboca, præſes Damaſci 1371.40
Guncelinus comes Suerinenſis 627.40 & 1339.52 capit regem Daniæ 1340.2
Gũterus, epiſcopus Magdeburgenſis 1102.40
Guntherus, epiſcopus Oſnaburgenſis 1086.25
Guſtrouienſis eccleſia fundatur 747.47

H.

HAalon Tartarus Mahometi templa diruit 1302.26 ducit uxorem oriundam ex Magis in Euangelio celebratis 16.12
Hadriani quinti patria 1004.27 mors 1005.2
hædos uocari monachos & moniales 1131.5
hæreſis quid ſit 1134.15 comparatur lepræ 479.20
Ad Hereſin perfectam tria concurrere 470.21

HAERESES HVIVS ſeculi.

Abbatis Ioachimi 565.34
Albienſium 554.10
Algazelis 561.38
Almaricanorum 558.22
Alſatiorum 560.35
Arianorum 563.52
Armenorum 562.10
Arnoldi de Villanoua 572.21
Athocorum 572.14
Begardorum & Beginorum 564.2
Cruce ſignatorum 561.8
Dauidis de Dynadó 570.46
Deſyderij Longobardi 560.45
Flagellantium 561.24
Fratricellorum 584.47
Georgianorum 570.34
Hermanorum 571.17
Helonitarum. ibid.3.
Ioannis de Poliaco 588.20
Manichæorum 563.50
Maronitarum 561.55
Nicolaitarum. 565.4
Patarenorum ſeu Gazarorum 561.42
Præpoſitini 572.10
Pſeudochriſti 561.13
Raimundi Lulli 571.4
Vilhelmi de S. amore 585.47
Hæreticum & errantem differre 479.10
hæretici qui dicantur 470.8 dãnatione digni iudicãtur 595.44 ſemel recepti, poſtmodum ſecundò deficientes damnãtur 387.10
hæreticorum pertinacia reprehenditur 479.6

hæreticis,

hæreticos, miniſtros eſſe diaboli 479.32 habere facies diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas 796.10 non eſſe interficiendos 571.14
Haſligemenſes monachi 1205.30
Halberſtadenſis præpoſitura adempta Teutonico 601.51
Halberſtadienſes epiſcopi 1091.54.
Haldenburg ſolo æquatur 779.6
Hamburgum Stormariæ oppidum conflagrat 1268.50
Hammelburgum circundatur muris 1203.4
Hanno Sangerhuſianus magiſter Teutonici ordinis 1239.50
Harbordus, epiſcopus Hildeſheimenſis 1091.50
Hardouuicus, Auguſtanus epiſcopus 1056.50
Harſaſinorum mores 1299.8
Hartmannus, comes Vuittelingenſis 1057.26
Haymo de Feuersham, monachus Franciſcanus 1174.25
hebdomadi ſeruitum eſſe à patribus 632.58
Hebraicam linguam ſilere in finem ſeculi 635.22
Heduuigis Sileſiæ duciſſa 655.54 canonizatur 720.52
Heduuigis Henrici Barbati coniugis ἀστοργία 675.27
Heimbachenſis aduocatia 763.48
Heinricus Amendorfius 1101.40
Heinricus, Balduini frater, Conſtantinopolitanus imperator 1319.8 Blachorum ducis filiam ducit 1319.30
Henricus Baſilienſis epiſcopus 785.15 & 1053.18 Knodeter uocatus 1053.18
Heinricus Brabantinus Dominicanus 1236.42 tranſtulit Ariſtotelem ex Greco. ibid.
Henricus Briſyngham Franciſcanus 1228.20
Heinricus de Bruxellis 1205.52
Henricus IIII. dictus Caſeus, epiſcopus Herbipolenſis 1064.17
Henricus de Cathalonia, epiſcopus Bambergenſis 1070.20
Heinricus epiſcopus Conſtantienſis 1056.30
Heinricus de Cronnberg Cambergenſis monachus 1202.52
Heinricus Cypri rex profugos Chriſtianos ex Syria recipit 17.40 & 752.12
Henricus II. à Diſtingen, Aiſtetēſis epiſcopus 1068.40
Heinricus de Ebrtall abbas Fuldenſis 1203.22
Heinricus Eſſeburnæ Dominicanus 1232.41 ſcripſit multa. ibid.
Henricus de Gandauo 1043.42
Heinricus Gneſnenſis epiſcopus 1106.10 impetrat priuilegia Polonicis eccleſijs 751.20
Heinricus Geroldiſſegkus, epiſcopus Argentinenſis 1058.54
Hēricus de Hanna Carmelita Brunhamiæ 1227.5
Henricus Friderici filius coronatur in Cæſarem 683.7 eius nuptiæ funeſtæ 1259.20
Heinricus, Hildeſianus epiſcopus 1092.50
Henricus Hoſtienſis 1025.55 & 1038.12
Heinricus, Ioānis filius, rex Angliæ deſignatur 1331.42
Heinricus Landgrauius Thuringiæ imperator deſignatur 1328.48
Heinricus, Leodienſis epiſcopus 1081.22 deponitur & fit abbas. ibid.50 eius impudicitia 735.33
Henricus II. comes Lyningenſis 1060.8 Cancellarius imperij. ibid.14
Henricus Mechelburgenſis princeps, dux belli ſacri 1173.45 capitur à Barbaris. ibid.54 liberatur 1376.18
Henricus de Molenarck, Colonienſis epiſcopus 1047.18
Henricus comes à Monteforti, Curienſis epiſcopus 1085.44
Heinricus Polonus contendit cum epiſcopo Gneſnenſi 785.52 excommunicatur 961.4
Henricus III. à Rabenſperg 1068.44
Henricus Reginoburgenſis cantiones in artem redegit 591.35
Heinricus comes de Rhetia alta, Curienſis epiſcopus 1083.2
Heinricus à Roteneck 1076.15
Henricus comes de Saraponte 1061.24
Henricus comes à Stabeleck 1058.20
Henricus de Thanneck Conſtantienſis epiſcopus 1055.54
Henricus de Vueida, præfectus Boruſſiæ 1240.45
Henricus comes de Veringen 628.42 epiſcopus Argentinenſis 1057.50
Heinricus de Vuarin, epiſcopus Merſburgenſis 1103.1
Heinricus comes de Vuildenauu, abbas Fuldenſis 1204.41
Henricus IIII. comes Vuirtenbergenſis, Aiſtetenſis epiſcopus 1068.56
Henricus de Vuiſtingen 1054.58
Heinricus Vuratislauienſis dux 23.55 fit ſupplex epiſcopo ſuo antea à ſe eiecto 24.7
Heinricus à Zepplingen Aiſtetenſis epiſcopus 1068.32
Heinrici Balduini Flandri clades 1156.1
Henrici tertij regis Angliæ factum laudabile 672.1
Heiſterbach cœnobium 657.42
Helias, Benedictinus monachus 1215.60
Helias, Franciſci uicarius 765.30
Helias Turkyngham, Petroburgenſis monachus 1225.44
Helinandus Frigidi montis monachus 1237.46 ſcripſit multa. ibid.
Helpis, Bandodacaris ſucceſſor 1374.6
Helmericus Richenbergius, Boruſſiæ magiſter 1241.4
Helonitarum hæreſis 572.3
Heluetij parent comiti Sabaudiæ 1347.16
Herbipolenſes epiſcopi 1063.40
Herdouicus, epiſcopus Aiſtetenſis 1068.18 eiuſdem epitaphium. ibid.24
Heremitarum regula approbatur 721.22
Hermanorum qualis hæreſis fuerit 572.17
Hermannus Balch, magiſter Pruſſiæ 1240.50
Hermannus Bart, ordinis Teutonici magiſter 1139.2
Hermannus II. comes de Catzenelebogen 1084.44
Hermanni Fratricellorum autoris ſepultura 640.42
Hermānus de Grumbach 1240.54
Hermannus comes Heldrugenſis, magiſter ordinis Teutonici 1239.56
Hermannus de Landenburg, epiſcopus Herbipolenſis 1064.45 conſtans erga Fridericum II. ibid.50
Hermannus de Minda, prouincialis Germaniæ 1209.30
Hermannus de Saltza 1239.8
Herueus epiſc. Trecenſis 1039.44

Heruli parent Henrico Obotritarum principi 1151.12
hierarchiarum tres diuiſiones 204.35
Hieremiæ imperium ſuper gentes & regna 708.36
Hieroſolymitani epiſcopi 980.42
Hilarij oſſa effodiuntur 641.2
Hildeboldus, comes de Brochuſen 1087.58
Hildebrandus, epiſcopus Aiſtetenſis 1069.12
Hildebrandum primum eſſe fundatorem Antichriſti 862.30
Hildesheimenſes epiſcopi 1091.46
Hilerinus Aretinenſis 1032.26
Hirſaugienſe monaſterium confirmatur 656.30
Hirſaugienſes monachi 1206.36
Hiſpaniæ epiſcopi 1044.28
hiſtoriam orbis generalem Alphonſum curaſſe ſcribi 749.55
Hochemi cœnobium 656.53
holocauſta offerri pro peccato blaſphemiæ 298.36
holocauſtis ſignificari cœnam ſacram 449.27
holoſericum penſile 1080.18
homo unde 224.49 corruptus, terra 244.45 in ſcripturis caro uocatur 25.59 & cur 224.58 dicitur deus 100.20 & 101.47 comparatur arbori inuerſæ 234.10 in paradiſo qualis fuerit 238.33 ante lapſum qualis fuerit 237.31 quomodo immortalis fuerit 238.52 quibus ſit ſpoliatus, & in quib. uulneratus 243.8
Homo intelligit, hæc propoſitio damnatur 572.26
homo, nobiliſſimus omniũ creaturarum 368.48 quibus modis à diabolo tentatus in paradiſo 241.43 quædam in hac uita cognoſcere non poteſt propter quinq; rationes 236.50
hominis materia quæ ſit 226.21 forma qualis 234.9 peccatum cur fuerit remediabile 256.15 ſtatus tres 240.40 & 241.1 ratio præſtãtiſſima inter animæ facultates 229.44 coniunctio ad Deum duplex 245.40 finis 234.17 ultima perfectio quæ ſit 236.31 hoſtes quadruplices 505.27 & 244.35 utilitas 229.17 fragilitas 224.43 miſeriæ conſideratio 246.10 & 503.2 ei omnia in mundo ſeruire 234.58
hominem eſſe Dei ſimilitudinem 230.27 ante peccatum fuiſſe immortalem 233.52 & 524.44 habere duas naturas 127.8 in duobus excellere omnes inferiores naturas 229.25 bonum non fuiſſe ante Chriſti aduentum 555.50 eſſe finem creationis 188.30 Deo maximè curæ eſſe, ex tribus probatur 171.50 tres habere defectus in cognitione 229.12 poſt reſurrectionem, utrumque ſexum habiturum 559.6 rectè uocari puluerem propter tria 226.40
hominum genus duplex eſſe 433.50 ſtatus multiformes 41.5 uita militiæ comparatur 503.21
homines cuſtodiri ab angelis 211.48
humani corporis ædificium explicatur 227.25
homicidam eum eſſe qui uerbo occidit 223.14
homicidium in ueteri lege quomodo intellectum 349.43
homicidia quatenus prohibeantur 357.11
Honorij III. parentes 989.37 educatio & opera. ibid. mors 992.31
Honorij Quarti patria 1008.59 res geſtæ 1009.9 morbus. ibid. 45 laudabile inſtitutum 630.8 mors. 1009.53
honorum gradus diſtinguuntur 534.17
horæ canonicæ cur introductæ in eccleſiam 593.3
horas ſeptem eſſe canonicas 497.56
Hoſpitalarij Aſcalona eijciuntur 20.8
Hoſpitalariorum urbs capitur 22.22
Hugo Antiſiodorenſis epiſcopus 1038.54
Hugo de Argentina, Dominicanus 1200.21 ſcripſit plurima. ibid.
Hugo Balſamus, epiſcopus Elyenſis 1157.31
Hugo Boliomus 1019.30
Hugo de Cambilione, epiſcopus Biſuntinus 1035.1
Hugo Candidus, aliàs Vuhyte, monachus Petroburgenſis 1215.55
Hugo Dunelmenſis 1231.25
Hugo de Eueſham, cardinalis Romanus 1023.58
Hugo Kirkeſtede monachus Ciſtercienſis 1232.59
Hugo Lincolniæ epiſcopus 29.2 eiuſdem fraus. ibid.
Hugo de Manceſtria Dominicanus 1234.30
Hugo de Petraponte 1079.10
Hugo Vuellenſis, Lincolnienſis epiſcopus 1130.58
Hugolinus Hoſtienſis 1025.47
Hugolinus, patriarcha Conſtantinopolitanus 984.2
humana natura unibilior diuinæ quàm angelica 147.60
humanam naturam dupliciter conſiderari 300.36
humani generis propagatio cur ab uno facta 245.3
humanitas in Chriſto, organum diuinitatis 114.42 & 123.29
Humbaldus Romanus 1186.52
Humbertus Viennenſis, prædicatorum magiſter generalis 1201.12 ſcripſit nonnulla. ibid.
Humpertus de Romania 1185.36 & 1212.30
humilitas unde dicta 341.60
humilitas triplex 341.7 ad deum qualis eſſe debeat. ibid. 43 ſublimis in Papa 710.47
humilitatis in Rodolpho exemplũ 672.56
humilitatis encomium 340.58
humilitatem commendari à Franciſco 1159.33
Hunfridus Nekton, Carmelita Nordouicenſis 1226.12
Hyberniæ epiſcopi 1143.1 regnum ſit feudatarium papæ 719.1
hydrops ſpiritualis papæ 714.15
hypoſtaſis quid 70.31 & 72.10.24 & 78.56. &c.
hypoſtatica unio naturarũ in Chriſto 122.1

I.

IAcius ſiue Iacinctus Dominicanus 1241.35
Iacob quomodo in infernum deſcenderit 549.2
Iacobitæ qui ſint dicti 650.51
Iacobus Anglicus, Ciſtercienſis monachus 1190.16
Iacobus de Columna Præneſtinus epiſcopus 1025.8
Iacobus, Genuenſis archiepiſcopus 1031.34 Vorago appellatus. ibid. 37
Iacobus Metenſis epiſcopus 1041.42

Iacobus Popringe, epiſcopus Morinorum 1042.28
Iacobus Sueßionum antiſtes. ibid. 48
Iacobus Suinca, archiepiſcopus Gneſnenſis 629.6 & 1106.54
Iacobus de Victriaco 1027.44
Iarlerus, epiſcopus Vpſalenſis 1145.11
Iaroslaus, Vuratislauienſis epiſcopus 1111 eius liberalitas 700.53
Iazuuingi ferè omnes deleti 17.21
Iazygum nomen deletur 1345.30
Ibanus Spanheimenſis abbas 1208.44
Idabergæ uirginis, Pipini filiæ, reliquiæ 694.54
de Ideis error Almaricanorum 558.58
idiomatum communicatio 131.52
idololatria taxatur 593.50
idololatriæ definitio 180.24 & 329.46 duas eſſe ſpecies 180.29
idololatriam committi tripliciter 180.31 peccatum eſſe maximum 331.15 eſſe cauſſam omnis mali 330.38
Ieiunium propter tria aſſumi 328.4 & 497.26 ſolenne eſſe triplex 497.12
de Ieiunio opiniones ſuperſtitioſiſſimæ 497.32
ieiunia quæ præcipiantur ſeruari 843.28 quatenus deo grata 489.48
ieiuniorum gradus diſtinguuntur 497.20 ritus 631.46
ieiunijs certa fuiſſe attributa tempora 631.50
ieiunia orationum gratia indici conſueuiſſe 632.16 eſſe inſtrumenta perfectionis 382.21
Iephtæ notum ſtultum 489.30
Ieroſolymæ expugnatio 1366.24
Ieroſolymorum patriarcham quatuor archiepiſcopos ſub. ſe habere 704.38
Ieroſolymitani regni hoc ſeculo ſtatus 1356.50
Ieſus 94.1. &c.
ad Ieſu nominis mentionem genu flecti 919.41 & 934.50
ignis quomodo aget in corpora poſt hunc mundum 538.18
per Ignem omnia purificari, opinio Tartarorum 1289.12
ignorantia utrum ſit peccatum 4.347.45 quæ excuſet 738.12 extremi diei quomodo de Chriſto dicatur 157.27
ignorantiæ peccatum dici multipliciter 348.50
ignorantiam craſſam non excuſare 857.52 eſſe actuale peccatum. ibid.5 eſſe originalem culpam. ibid.9 eſſe debitum 347.53 plura ſignificare 348.4
imago unde dicatur: 251.17 dicitur unius ſolius 85.28
imago pro exēplari abuſiuè. ibid. 41
ad Imaginem tria requiri 85.48
imaginem eſſe triplicem in homine 231.12 primi parentis tripliciter aliquem poſſe habere 230.48 Chriſti gerere quid ſit 160.49
Imaginum uſum malè docet Thomas 331.21
Imagines Magicas ui dæmonum habere effectum 327.12
Immortalis quomodo fuerit homo in paradiſo 238.52
impare numero Deum gaudere 614.33
impœnitentia quid ſit 388.55
impœnitentiam eſſe peccatum in S.S. 388.27
imperatorum inauguratio quibus ritibus fieri ſoleat 682.30
Imperij Romani ſtatus hoc ſeculo 1302.40
impij quomodo doleant de ſuis peccatis 546.53
impoſturarum exempla 679.11
impuberes Cathanenſium uirilibus priuantur 24.24
inaugurandi imperatores ritus 682.30
incantatorum uis mira 576.60
incarnatio conueniebat filio dei 147.30 Chriſti per panem in ſacramento ſignatur 138.30
incarnationis Chriſti contemplatio triplex 69.18 utilitas 111.52
incarnationem filij tota trinitas eſt operata 121.39
in Incarnatione Chriſti tria conſideranda 115.51
de Incarnatione filij Dei dicta patrum huius ſeculi 105.13
inceſtus quid ſit 527.39
incorruptionem hominis fuiſſe ſupernaturalem 190.5
incubi dæmones opprimunt moniales 667.30
indiuiduum & perſona differunt 118.54
Indi habent regem Chriſtianum 14.44
indocti prohibentur à ſacerdotijs. 630.8
indulgentia punitiua & medicatiua diſtinguuntur 391.35
ad Indulgentiæ efficaciam duo requiri 390.54
indulgentiam ſupplere locum ſatiſfactionis 391.35
ut Indulgentiæ ualeant, tria requiri ſecundum Thomam. ibid. 25
indurare quomodo attribuatur Deo. 27.46 & 51.54
de Infantis in utero mortui ſepultura, peculiaris obſeruatio 944.40
infantis barbati natiuitas 1264.8 cornuti partus 1263.46
infantes cur nati mox deferantur ad baptiſmum 275.6
infantes baptizandos demonſtratur 416.45
infantes carere uſu liberi arbitrij 421.13 non in propria, ſed Eccleſiæ fide baptizari 419.35.40 Iudæorum inuitis parentibus non eſſe baptizandos 415.32 & 417.10
infernus in ſacra ſcriptura quid ſæpe ſignificet 542.33 quid ſit. ibid.23 in quo loco ſit 549 34 tres habet proprietates 543.20.28 comparatur oui non carpenti herbam. ibid. 22
infernum eſſe iuſtam pœnam impiorum. ibid.10
in Inferno impiorum quatuor dolores 543.46 eorumque cauſſæ quatuor 545.16 & 548.21
de Inferno error Almaricanorum 559.50
infernales pœnæ nouem 544.58
infidelitas, grauißimum peccatum 262.15
infirmitas in peccando unde 291.17
infirmitas & malitia quid differant 837.48
infirmitatem corporalem ex peccato prouenire 808.50
inimicitiæ tres ante Chriſtum natum 148.32

initium

initium quid in ſacris literis 26.33
iniuſtitiam eſſe duplicem 352.56
innocentiæ qualis ſtatus fuerit 240.11
innocentiam demonſtrandi ritus 682.7
innocentiũ feſtũ inſtituitur 633.24
Innocentius III. damnauit Almaricum 560.8 impietatis damnatur, non permittens coniugium clero 20.54
Innocentij III. educatio 983.8 expenſæ in bellum ſacrum 833.7 iuuentum, confeſsio omnium peccatorum 610.30 nefandum factum 19.24 & 611.35 odium erga Philippum Imperatorem 985.40 patria. ibid. 8 ſcriptum ad Germanos pro conuocatione ſynodi 790.25
Innocentium III. fuiſſe inſenſum uenalitati 716.20 multos ſpurios habuiſſe 724.30 uerè Nocentium fuiſſe 736.4
Innocentij IIII. patria 995.50 ſcripta & opera. ibid. mors 997.58
Innocentij V. patria 1003.35 ſcripta. ibid. 50 res geſtæ 1004.5 mors. ibid. 20
inobediẽtiæ filiorũ exẽplũ 676.20
inobedientiam eſſe peccatum mortale 521.30
inſidiæ bellicæ ſunt licitæ 338.34
integritas primi ſtatus in homine qualis fuerit 219.34
Intellectus primus quis 267.43
intellectum omniũ hominum non eſſe unum & eundem numero 572.24
de intellectu errores refutati Pariſijs 577.18
intelligere Dei 31.45
intelligentiam & angelum non eſſe idem 202.33
de Intelligentia errores confutati Pariſijs 574.50
intelligentias ſuperiores imprimere in inferioribus 576.58
intercedendo & operando diſtinguuntur ab Alberto perperam 419.50
interpontificium quando fuerit 995.57
interregni tempore quis ſtatus eccleſiæ 17.9
inuidia quid ſit 333.57
inuidiam gratiæ eſſe peccatum in S.S. 197
inuidiam, cauſſam fuiſſe caſus diaboli 255.8
inuidorum pœna quæ futura in inferno 544.23
Inuocationem ueram ex tribus cõfici 393.18
inuocationes ſanctorũ à quibuſdam doctoribus defenduntur 402.10
Ioachimum fuiſſe inſtitutorem Florentini monaſterij 570.24
Ioachimi abbatis errores qui fuerint 565.34 & 794.10 dogma de ſpiritu ſancto 171.59
Iobi hiſtoria quid doceat 45.1
Iobũ aliqui non fuiſſe aſſerunt 45.3
Iocelinus Brakelonde 1116.32 ſcripſit nonnulla. ibid.
Ioannes de Abbatis uilla 1034.43
Ioannes Acton, Lincolnienſis epiſcopus 1135.2
Ioannes Anginus, Leodienſis epiſcopus 1081.55 charus Rodolpho 1082.3
Ioannes de Argentina, ordinis prædicatorum 1281.50 teſtis ueritatis. ibid. eius pernicioſa doctrina 961.1
Ioãnes rex Angliæ fit ſupplex Cantuarienſi epiſcopo 19.21 eius auaritia 678.28 blaſphemia 674.54 uindictæ cupiditas 676.27 & 758.10 & deinceps. durum factum 752.28
Ioannes Balbus, Dominicanus 1186.25
Ioannes Bauarus abbas Hirſaugienſis 2107.48
Ioannes Baſingus, Legeceſtrienſis epiſcopus 1259.58
Ioannes Beckton, epiſcopus Herefordenſis 1137.48
Ioannes Beleth 1188.12
Ioannes Blondus epiſcopus Cantuarienſis 1127.34
Ioannes Boccomarius Tuſculanus epiſcopus 1028.15
Ioannes Bonus Mantuanus 1149.50 contra libidinem mirabili artificio utitur 1150.10 eius deauratum monumentum 639.35
Ioannes Brẽna Ieroſolymorum rex 1319.58 & 1356.30 fit beneficiarius papæ 739.30 peregrinatur 641.39
Ioannes Camaterus 981.7
Ioannes Cantianus, Andegauenſis canonicus 1140.25
Ioannes, epiſcopus Cantuarienſis 2124.58 Romani Palatij magiſter 1125.10
Ioannes Chelmeſton 1234.14
Ioannes Chriſtophori, Dominicanus 1213.25 ſcripſit plurima. ibid. 10
Ioãnes Collerus cardinalis 1023.29
Ioannes Columnenſis, Portuenſis epiſcopus 2029.12
Ioannes, Conſtantinopolitanus imperator, oculis priuatur 1355.20
Ioannes Derlington, Dublinẽnſis epiſcopus 1142.16
Ioannes Dritonus, uel de Arida uilla 1189.34 oppoſuit ſe Minoritis & Dominicaſtris. ibid. 42
Ioannes Ducas imperator 1320.52 moritur 1322.6 eius cura in diſciplina ſeruanda 671.31 ſtudium in ædificandis templis 590.46 pietas erga eccleſiam 669.50
Ioannes Dunus Minorita 1211.4 doctor ſubtilis dictus. ibid. 9 ſcripſit plurima. ibid.
Ioãnes Eadmũdienſis abbas 1224.2
Ioannes Eſculanus, Frãciſcanus monachus 1174.52
Ioannes Godardus Ciſtercienſis monachus 1232.15
Ioannes Graye, Nordonicenſis epiſcopus 1138.44
Ioannes Guala Minorita 1191.30 ter maximus & arbor uitæ dictus ibid. 32
Ioannes Guidonis, Metenſis archiepiſcopus, fit Leodienſis epiſcopus 1082.12
Ioannes Fordenſis abbas 1222.9 ſcripſit nonnulla. ibid. 15
Ioannes de Hayda 1135.26
Ioannes Hydẽſis monachus 1217.56
Ioannes Londinenſis 1190.28
Ioannes dominus Mechelburgenſis recipit exulem 750.4
Ioannes de S. Omero 1223.14
Ioannes de Opſtia Leodienſis epiſcopus 1080.39
Ioannes Oxonienſis Dominicanus 1231.48 ſcripſit plurima. ibid. 58
Ioannes Pariſienſis, Dominicanus 1199.36 ſcripſit plurima. ibid. 40
Ioannes de Poliaco inter hæreticos numeratur 588.10
Ioannes de Parma, Minorita 1191.38 miracula edidit. ibid. ſcripſit multa. ibid.
Ioannes, Richardi frater, rex Angliæ creatur 2307.30 Sardanapalum egit 1308.16 oppugnatur à Gallo. ibid. 50 excommunicatur & petitur bello 1310.40 moritur 1314.20

Ioannes Romca Vuratislauienſis epiſcopus 1222.55
Ioannes Rufus, Dominicanus 1235.2
Ioannes de Rupella, Minorita 1193.54 ſcripſit multa. ibid.60
Ioannes Semeca, aliàs Teutonicus, Halberſtadienſis præpoſitus. 1094.58 excommunicatur 695.20 & 713.42 inter diuos relatus 1184.60
Ioannes, Tornacenſis epiſcopus 1043.20.
Ioannes Thralou, epiſcopus Lubecenſis 629.39 & 1096.14
Ioannes Tullenſis 1041.45
Ioannes Tuſculanus epiſcopus 962.26
Ioannes de Vercellis, Dominicanus 1185.28
Ioannes de Vribergo, Genuenſis lector 1032.6
Iohannis XXII. papæ patria & parentes 1005.10 ſcripta. ibid. ſubita mors 636.40
Ioannis baptiſmus qualis fuerit 427.18
de Ioanne Euangeliſta legenda 446.40
Iordanus, Germanus, ordinis prædicatorum 1222.4 ſcripſit plurima. ibid.10 obijt ſubmerſus. ibid.20 ſanctis annumeratus. ibid.
Ioſcelinus, Bathonienſis epiſcopus 1135.42
Ioſephus Galleſij montis monachus 983.14
Ioſephus patriarcha Conſtantinopolitanus 783.10
Iouiniani opinio de præcellentia matrimonij 479.60
ira per zelum quid 157.16 quomodo deo attribuatur 28.8
iræ definitio 156.45 ſecundum Damaſcenum. ibid.60
iram dici dupliciter. ibid.44 quandoq; non eſſe malam 335.10 in Chriſto fuiſſe 156.44
Irenes Ducæ imperatoris pietas 653.22
iridis duo colores aſſimilantur duobus ſacramentis 406.54
Iſaac orat Dominum pro uxore 199.26
Iſenbergum deſtruitur 1047.20
Iſidori dictum de iuramento 483.49
Islebiæ inundatio 1258.55
Iſo comes de Vuelpe, Verdenſis epiſcopus 1089.22
Iſraelis tribus duodecim omnes fideles comprehendunt 533.22
inſtrumẽtum non agit propria uirtute 114.43
Italiæ epiſcopi 985.4
Itzeho, Holſatiæ oppidum, fruſtra obſidetur 1253.40
iubilæus annus quis ſit 633.1
iubilæum annum quis primus celebrauit 719.10
Iudæ multi miniſtri ſimiles 476.45
Iudæus quidam Toleti mirabiliter conuertitur 16.33
Iudæus in cloaca per biduum relinquitur 1101.30 in foueam delapſus, nec ſabbato extractus, moritur 1287.34
Iudæi cuiuſdam azymum petentis hiſtoria 1287.50
Iudæi iubentur excedere ex Anglia 967.10 in Anglia cædibus deſtinati qua ratione incolumes euadunt 1285.50 ne præficiantur publicis officijs 830.50 prohibentur in publicum prodire in diebus lamentationum & Dominicæ paßionis 830.28 iubentur diſcedere ex Gallia 749.41 & 1282.30 à quo immunitatem acceperint 994.35 mulctantur, cùm feſtum tabernaculorum agerent 1283.26
Iudæorum quidam pontifex baptizatus 17.30 conſortia prohibentur 829.50
Iudæis præcipitur ut habeant diuerſum habitum ab alijs 830.20 cur uſura permiſſa à gentibus accipi 344.14 immunitatem dat Gregorius IX. 1283.30
Iudæos hoc ſeculo per Europam paßim oberraſſe 1282.12
iudex Chriſtus quomodo ueniet ad iudicandum, cum ubique ſit 531.50
iudicem hominum conſtitutum eſſe Chriſtum conuenienter & quomodo 144.46
iudicem terribilem, Chriſtum dici duobus modis 531.5
iudices debere eſſe gratuitos 689.20
iudicium quotuplex ſit 530.13 dei 136.14
iudicium extremum uocari diem Domini & cur 530.5 non ſolum per Deum, ſed etiam per ſanctos futurum 533.10
in Iudicio extremo accuſatores fore plures 535.15 quis iudex ſit futurus 531.2 quale erit angelorum miniſterium 533.36
Iuliacenſis comes petitur à Colonienſi epiſcopo 773.40 eius reſponſio ad papam 774.4
Iuliomontanus epiſcopus 1104.45
Iuo, epiſcopus Cracouienſis 1107.30 diſſidet à Vuratislauienſi 766.57
iuramentum eſt duplex 533.24 per conteſtationem. ibid.45 per execrationem quale 534.1
iuramenti prohibitio à Chriſto facta 313.40
ad iuramentum cur aliquando aſſumantur creaturæ 333.58
iuramenta quædam non eſſe obligatoria 483.48
iurandi modus duplex 533.38
iuriſiurandi uiolationem ſæpe Deo eſſe acceptam 924.20
ius ciuile prohibetur legi Pariſijs 992.13
ius diuinum quale ſit 315.4
ius gentium quale 314.60
ius poſitum quomodo diuidatur 516.21
ius naturale eſſe triplex 314.50
iuſtificare maius eſſe quàm creare 360.37
iuſtificari hominem gratis. ibid.11
iuſtificatio in adulto & paruulo diſtinguitur 359.1 applicatur homini & ſpiritualiter & corporaliter 354.36 quid ſit innocentio 358.9 impij cur uocetur 365.10 legalis quid ſit & quotuplex 567.14 quomodo fiat 353.6
iuſtificationis media quæ ſint 560.30 cauſſam eſſe reſurrectionem Chriſti 144.5
iuſtificationem non dici miraculum 502.30
circa Iuſtificationem quinque eſſe conſideranda 563.43
iuſtificationem dupliciter dici 364.30
ad Iuſtificationem impij quatuor concurrere 302.35 & 362.55 & 365.32
de Iuſtificatione neui doctorum de cimitertij ſeculi 362.12

Iuſtificatus quibus motibus conuertatur ad Deum 363.13
Iuſtitia quid ſit 259.56 & 550.20 originalis quid fuerit 351.33 condigni quæ ſit 365.54 noſtra unde ſit 353.7 humana uno præcepto comprehenditur 37.54
Iuſtitiæ exempla 670.17
Iuſtitiam eſſe duplicem 352.40.52 & 364.36 Dei dici tripliciter 351.8
Iuſtitiam infuſam eſſe ueram iuſtitiam 364.40
Iuſtinianam dici Bulgariam 704.51
Iuuanienſis epiſcopus 737.10
Iuuanienſis eccleſiæ damna 777.40

K.

Kinga ſiue Cuneglidis, Belæ Vngarorum regis filia 1249.8
Kingæ apparent duo candida ueſte induti 1275.42
Kylenſe monaſterium 653.36

L.

Labes & fomes diſtinguuntur 274.58
lachryma Chriſti in ſudario transfertur 1080.25
lachrymarum gratia quid ſit apud monachos 1177.46
lacticinia cur prohibeantur in ieiunio 436.23
Ladislaus rex Vngarorum 1032.19 & 1314.48 pœnas dat uiolati epiſcopi 24.54 eius exequiæ 639.4
Lamberti Raceburgenſis epiſcopi miſſa 695.12 & 1097.22
Lamberti feſtum inſtituitur 693.40 & 1081.14
Lantbertus Brugenſis 1044.20
Lantbertus Morinorum epiſcopus 1041.58
Landgrauius Thuringiæ ſalutatur imperator 696.30
D. Landradæ reliquiæ apud Halteram 667.44
Landulphus Columna, hiſtoriographus 1250.15
Landolphus, epiſcopus Vuormatienſis 1061.49
lapidis magni de cœlo cadentis hiſtoria 1262.1
in Lapſu primi patris tria conſideranda 238.13
laſciuiam carnis quomodo Franciſcus reprimere cõſueuerit 643.55
Latinos quos uocent Græci ſcriptores hoc ſeculo 1317.5
λατρεία & δουλεία ab Innocentio quomodo diſtinguantur 402.5
laudare Deum quid ſit 400.3
laudis uox, ſpecies orationis 399.57
Lauentini epiſcopatus 689.5
Lauentini epiſcopi 1105.30
Laureacum præripitur Moguntino 601.58
Laurentius Anglicus Pariſijs claruit 1189.54
Laurentius Somercote, cardinalis Romanus 1021.2
Laurentius, epiſcopus Vpſalenſis 1145.30
Lealbenſis epiſcopus 1148.50
Lechbertus abbas S. Rufi 1200.32
lectioni Euangeliorum cur cerei accenſi præferantur 593.44
lectioni ſacrorum librorum intermiſcendam eſſe orationem 1153.50
lectionum in eccleſia conſuetudo 593.40
Legeceſtrienſis epiſcopus 1139.55
leo quid in uiſo Ezechielis 47.23
leonis natura 150.57 ſimilitudo ad Chriſtum accommodati. ibid. 54
Leo Ratisbonenſis epiſcopus 1076.10
Leonis papæ dictũ de unione duarum naturarum in Chriſto 126.42
Leodienſes epiſcopi 1079.8
Leopoldus, dux Auſtriæ, ad Albienſes extirpandos miſſus 556.54
Leopoldus, epiſcopus Vuormatienſis 1060.48 mouet arma papæ 1061.10
leporem uiuum dimittit & admonet Franciſcus 1161.1
lepræ munditia quid ſignificet 479.17
Leſcus Albus, Poloniæ rex 1315.34 interficitur 1316.10
Leſcus Niger, rex Poloniæ 701.15 & 1349.8 Lituanorum & Iazygum uictor 590.11
Leſci Albi iuſtitia 671.18
letaniarum uſum hoc ſeculo fuiſſe 624.24
lex unde dicta 305.35 timoris & amoris diſtinguũtur 317.23 unde 309 40 triplex ſecundum Innocentium 306 6 naturæ quid 307.33 & 314.34 humana quatenus ualeat 315.60 æterna qualis 308.31 & 309.1 Euangelica qualis 308.15 concupiſcentiæ à diabolo ſuperſeminata 307.40 quibus ſit data 311.21 cur uocetur uirtus peccati 312.60 cur ſeruanda 311.28 comparatur medicinæ. ibid. 51 noua quatenus iuſtificet, ſecũdum Thomam 351.56 ſcripturæ cur neceſſaria fuerit 307.57
legis definitio 309.37 humanæ & diuinæ diſcrimen 312.36 & 315.24.40 ueteris & nouæ diſcrimen 312.33 præcepta Chriſtum impleuiſſe tripliciter 313.19.50 finis declaratur 311.35 cur duæ tabulæ 550.23
legis & Euangelij differentia 317.13. &c.
legem eſſe regulam iuſtitiæ 350.20 duplicem datam eſſe hominibus à Deo, ſecundum Albertum 315.16 homini datam eſſe triplicem 320.38 quadruplicem inueniri 307.32 naturæ eſſe triplicem 314.29.50 non auferre peccatum 313.7 putat impleri poſſe Thomas 313.56 impleri quocunq; modo poſſe 314.6
legem Moyſis dici legem ſeruitutis 317.34 item legem iræ. ibid. 40 item legem timoris, & cur. ibid. 42 & 319.13 legem factorum 318.1 literam occidentem. ibid. 6 imperfectam fuiſſe. ibid. 22 tantùm terrena promiſiſſe 319.53
ſub Lege eſſe quid ſit 313.10
legum generalis diuiſio 305.42 quinque ſpecies facit Albertus 308.19 mutationes uſitatas eſſe 822.33 tempora tria 370.31 forma declaratur ex tribus 310.39 omnium quæ ſit ſumma. ibid. 59
leges humanas tractas eſſe à lege æterna 515.51
leges iniuſtas eſſe dupliciter 316.57
legalia Sacramenta in Euangelio ſeruanda eſſe, qui hæretici docuerint 572.3
Lexouienſis epiſcopus 1137.30
liber uitæ quid 199.15 quis ſit 198.6 tripliciter dicitur 29.14
libro uitæ inſcribi quid ſit 29.20 intelligitur dupliciter 198.25 inſcribi merita hominum. ibid. 22

de Libro uitæ deleri quid ſit. ibid. 16
librum apertum habet ſolus Chriſtus 41.26
liberalitas quæ non ſit laudabilis 506.12
liberum arbitrium cur ſic dictum 299.50 cooperans uocatur 292.54 ſignificatum per lignum ſcientiæ 190.52
liberi arbitrij definitio 136.10 & 258.46 proprietas & uſus declaratur 299.11 imbecillitas 305.5
libero arbitrio multum tribui ab Alexandro 301.38
liberum arbitrium non eſſe potentiam paßiuam, ſed actiuam 572.28 in homine & in angelo differre 297.60 iuuari à Deo 300.30
de Libero arbitrio errores confutati 579.12
ſine Libero arbitrio nullum actum homini in culpam imputari 421.13
libidinum frenandarum mirabile artificium 1150.10
libidines deteſtatur Innocentius 734.34
lignum ſcientiæ boni & mali 190.46
lignum uitæ quid 190.40
ligna reges aſſumere uoluiſſe. ibid. 25
Liliati, nomen ſectæ 1042.32
Liliorum campus, monaſterium 654.4
limbus inferni quid ſit 550.26.32 & 551.40
Lincolnienſes epiſcopi 1130.54
lineæ Camiſiæ 666.40
Liuonia quãdo fidem Chriſtianam amplexa 12.47
Liuoniæ magiſtri 1258.22
 epiſcopi 1148.6
Liuonij iure ciuitatis Romanæ donati 12.30
Liuonienſes per nouum ordinem monachorum reprimuntur 642.18
linguæ igneæ, uiſibile ſignum 179.48 quid ſignificauerint in feſto pentecoſtes 167.60
linguarum diuerſitas cur in miſſa concurrat 615.2
Liſmorenſis epiſcopatus 747.44
literalis intellectus ſcripturæ 39.54. & 41.19
literalis ſenſus quid ſit 190.20
Lituani à Rußis uicti 1315.55
in Loco eſſe, diuerſimodè corpori & ſpiritibus conuenire 202.58
Logica quædam hæreſis damnatur 1029.27
Londinenſes epiſcopi 1128.24
Londinenſis pontis ædificia conflagrant 1255.52
loquendi ſeptem modi in ſcriptura 30.58
Louicia uilla Gneſnenſi archiepiſcopo cedit 609.20
Lubeca, ciuitas regis Daniæ 1340.22 tradit ſe imperio Romano, ibid. 25
Lubeci conflagratio 1255.16 & 1268.15
Lubecenſes epiſcopi 1095.5
Lubecenſes contendunt cum epiſcopo 781.50
Lublini S. Michaelis templum conditur 590.16
Lucas Patauinus Minorita 1175.27
Luceria, urbs Apuliæ, traditur Saracenis 1301.51
lucifer ſtella, Chriſti figura 251.3
Lucifer peccauit in ſpiritum ſanctum 104.52
Luderus, epiſcopus Verdēſis 1039.30
Ludolphus nobilis ab Holte, Monaſterienſis epiſcopus 1085.14
Ludolphus archiepiſcopus Magdeburgenſis 627.50
Ludolphus Raceburgenſis epiſcopus 750.2 & 1097.45
Ludolphus comes de Schladen, epiſcopus Halberſtadēſis 1094.16
Ludouicus Baldershemius, magiſter Borußiæ 1241.9
Ludouicus Diuus quibus parentib. ſit ortus 1331.6 facit uotum 1366.40 pergit ad terram ſanctam 13.53 capitur à barbaris 1368.20 reſiſtit pontificijs exactionibus 741.50
Ludouici Diui magna pietas 610.10 pietas ergà pauperes 673.4 iuſtitia erga facinoroſos 670.60 conſtitutiones 749.42
Ludouicus Francorum rex refertur inter diuos 720.55
Ludouicus Felix, aliàs Loyſius 1044.3 in diuos relatus. ibid. 50
Ludouicus Thuringiæ Landgrauius 10.46 eius peregrinatio 642.55
Ludouicus Toloſanus fit ſanctus 1011.10
Ludouici Bauari iniuſtum factum 609.16 mors 638.42
Ludouici Palatini στοργία erga uxorem 675.34 teſtamentum pro monachis 748.17
ludos equeſtres, torneamenta uocari 601.15
Lugdunenſis cōcilij decreta 875.19
lugubres cantilenæ in funere 638.57
Lupoldi Vuormatienſis epiſcopi militia 696.58
lumen rationis noſtræ eſſe lumen uultus Dei 309.26
lunæ motum à Tartaris obſeruari 1289.10 & 1292.37 eclipſis uniuerſalis 1268.12 deliquium diuturnum 1258.50 cinereus color 1269.31
lunæ duæ apparent 1256.60 quinq; apparent 1252.55
Lutfridus, Hirſaugienſis abbas 1206.58
Lutholdus Baſilienſis epiſcopus 1104.16
luxurioſos, ſedem eſſe dæmonum 218.43
luxus prohibetur à Duca imperatore 671.31

M.

MAcedonij error quis 479.40
Machabæos non polluiſſe ſabbatum, in ipſo pugnantes 332.10
Magdeburgenſis ſchola 703.24
Magdeburgenſe dißidium de recipiendo epiſcopo 782.10
Magdeburgenſes epiſcopi 1099.30
Magia damnatur 327.12
Magiam fieri per priuatos contractus cum diabolo 502.16
magica fœmina conſulitur ab epiſcopis 691.24
magiſtratus utilitas deſcribitur 522.54
magiſtratui honorem eſſe exhibendum. ibid. 11
magiſtratum Dei uicem gerere 521.2 oportet iuſtitiam exercere. ibid. 35
magiſtratus ſunt iuſtitiæ cuſtodes 523.7
magiſtratus politici artium ſtudia iuuant & promouēt 750.7 hæreticos puniunt 748.52 epiſcopatus cōſtituunt & transferunt 747.44 epiſcoporum opera in legationibus utuntur 748.45 exules recipiūt et fouēt 749.58

monent

monent præſules ſui officij 747.20 priuilegia dant. ibid.57. reformationes & bonas leges promulgant 749.37 reſtituũt iniuſtè pulſos 747.14 bona eccleſiaſtica ſibi rapiunt 751.32 nimis magna priuilegia eccleſiaſticis concedunt 750.54 nimis multa bona eccleſijs aut monaſterijs dant. ibid.42.
magiſtratus annuos eſſe conſtituendos 1007.17
magiſtri hoſpitalis S. Mariæ in Ieruſalem ſeu ordinis Teutonici 1238.50
Magneſiæ templum D.Mariæ conditur 590.50
Magnus Boetius, epiſcopus Vpſalenſis 1146.55
Mahometiſtarum quæ ſit religio 1301.2
Malcolmi oſſa eruuntur ex terra 694.40
maledictum laſciuiæ quale 319.44
maledictum uariari quadrupliciter 319.43
maledictiones tres homini datæ propter peccatum 283.27
malum duplex 246.45
malum in ſingulari, & malum in uniuerſali diſtinguuntur 305.18
malum hominem eſſe membrum diaboli 218.49
malos non præordinari ad peccandum 254.6
mala culpæ non eſſe facienda propter bonum 247.50
Manaſſes, Aurelianenſis epiſcopus 1039.52
mandatum geminum 306.10
mandatorum triplex genus 305.50
Mandauus Lithuaniæ rex coronatur 730.30 baptizatur 16.57 deficit à religione Chriſtiana 18.4 Chriſtianos Maſouiæ perſequitur 21.27
Mandogamor Scytharũ dux 1374.11
Manfredus quem patrem habuerit 996.50 excommunicatur 896.45 eius interitus 1341.50
Mango Tartarorum princeps bellum facit Saracenis 1370.30 baptizatur 16.7
Mangoldus, Bathauenſis epiſcopus 1066.32
Mangoldus de Nouoburgo, epiſcopus Herbipolenſis 1065.30
Manichæi error, negantis ueritatem carnis Chriſti 134.55 taxatur 185.36 & 225.49 & 479.45
Manichæos hoc ſeculo fuiſſe 563.50
manna aſſimilatur Euchariſtiæ 420.59 ſignificauit cœnam ſacram 449.20
manus Domini quid in ſcripturis 25.51
manuum impoſitio in chriſmate quid ſignificet 599.1
Manſuetus Minorita 714.7
Maoſim cultus 719.8
Marchia S.Petri terra 726.19
Marchionis Brandeburgenſis officium in coronatione imperatoris 683.47
mare rubrum comparatur baptiſmo 420.60
mare rubrum fuiſſe ſacramentum 403.35
Margaretæ cuiuſdam monſtroſus partus 1266.45
Margaritæ Scotæ oſſa eruuntur ex terra 694.30
Maria, mater filij Dei 103.59 purgata ab originali peccato 135.60 portauit Chriſtum, ſicut arbor fructum 115.48 cur decurſis nouem menſibus poſt conceptionem peperit 107.12
Mariæ inuocatio ſtabilitur 402.20 & 498.13 & 719.38
Mariam fuiſſe puriſſimam ab omni peccato 283.12 & 287.36
de Maria opinio Thomæ 282.49
Maria Magdalena ſe obiecit ſoli 1274.10
Mariæ Magdalenæ corpus eruitur ex terra 641.7
Maria de Oegnies 1027.46 & 1244.56
Mariæ de Oegnies apparent ſancti & angeli 1274.1
Mariam de Oegnies fuiſſe uatem 1188.4
Mariæ cuiuſdam martyris hiſtoria fabuloſa 1252.14
Maronitarum dogma quod fuerit 561.58
Marpurgenſe templum concidit 1254.50
Marquardus baro de Bickenbach, abbas Fuldenſis 1204.24 ueneno chirothecis illito perit. ibi.18
Marquardus, Hirſaugienſis abbas 1206.40
Martinus Boiemus, piaculariũ Romanorum epiſcoporum 1023.20
Martinus Ciſtercienſis 1151.12
D.Martini cranium Magdeburgi, 641.27
Martini quarti patria 1007.40 nominis ratio. ibid.51. res geſtæ 1007.54 uotum de Germania 744.42 factum, abolentis urſinorũ imagines 1068.37 mort. ibid.50
Martis arx 1103.5
martyres huius ſeculi 1250.12
martyrum baptiſmus qualis 419.8 feſta quo ordine ſe ſubſequãtur 635.8 patientiam Deum uelle 262.50
Maſouiæ dux liberalis 701.8
Maſouiæ princeps Conradus 609.20
materiam primã non fuiſſe factam ſine omni forma 185.53
materiam non eſſe æternam 185.34.
matrimonium quid ſit 513.45 quomodo contrahatur 514.42 poteſt eſſe meritorium 477.51 quomodo impediatur à cognatione ſpirituali 520.31 religioſis prohibetur 520.11 quarum rerum ſit ſignificatio 514.1 & 515.40
matrimonium Chriſti & Eccleſiæ 464.16
matrimonij origo, proceſſus et conſummatio 514.21 tria eſſe bona 516.11 inſtituti plures cauſæ 515.10 lex ab Innocentio III. conſtituta 683.43 duo eſſe contraria 514.18
matrimonium eſſe Eccleſiæ ſacramentum 515.36 multipliciter conſiderari 513.52 non eſſe diſſolubile 518.50
in Matrimonio tria poſſe conſiderari 519.17
matrimonia clandeſtina prohibentur 954.4
matrimonia damnarunt Albienſes 555.3 papam iunxiſſe 695.31
matrimonialis quædam conſtitutio Gregorij noni 736.34
Matthæus Aquaſparta epiſcopus Portuenſis 1050.30
Matthæus, abbas Dionyſij 1187.55 collega regni Gallici adminiſtratoris. ibid.
Matthæus Pariſius Verolamienſis ſeu S.Albani 1217.20 ſcripſit hiſtoriam Anglorum & alia. ibid.

Matthæus presbyter Brugenſis 1236.50
Matthæus Vrſinus, cardinalis Romanus 1024.21
matutinæ nocturnales cur celebrentur 593.12
in Matutinalibus laudibus quales pſalmi cantentur 593.16
Mauritij cranium Magdeburgi 1094.10 & 1100.2
Mauricius, Theologiæ doctor Pariſienſis 1032.59
Mechtildis, uxor Friderici ſecundi 736.30
Mechtildis Henuebergenſis comitiſſæ miraculoſa fœcũditas 594.48
mediatè et immediatè creari diſtinguuntur 185.12
medicamenta duplicia eſſe 433.42
mediemæ faciẽdæ præceptum, traditum à ſynodo Romana 808.50
medicinam debere aptari morbo 389.19
Mediolanum, diuerſarũ hæreſium domicilium 565.20
Memerus uel Meinhardus, Kranſfelder, epiſcopus Halberſtadienſis 1094.30
melancholici diſpoſiti ſunt ad iuſticiam 336.18
Melechemus Aegyptij Sultanus 21.20 *ſucceßit Turqueminio* 1371.56 *trucidatur* 24.57
Meledinus Ieroſolymorum Sultanus 12.12 *Gazam capit, eiectis Chriſtianis* 19.53 *moritur* 1367.58 *eius humanitas erga Chriſtianos* 1361.50
Melexala, Meledini filius affert opem patri 1368.2
Meliteniotes, cleriarchidiaconus 784.8
Memmelinus rex Sarracenorũ uincitur 592.20
Memelinus Afrorum rex uincitur 700.18
Menardus Tyrollius 967.44
mendacium quid ſit 286.14
mendacium accipi dupliciter 342.5
mendicantes monachi damnantur à Vilhelmo 585.50 *in odiũ Gallorum ueniunt* 964.20
mendicantium monachorum priuilegium 997.20 *uita damnatur* 651.1 & 669.27
mendicantes nullam ueritatem habere 966.55
mercenarij qui dicantur 478.21
meretrix quæ uocetur 517.36
Mergathum Phœniciæ urbs 1374.25 *capitur* 22.21
Mersburgenſes epiſcopi 1103.2
menſæ ſilentium inter monachos quis inſtituerit 667.1
de Menſura uini nõ minuenda decretum 1070.38
mentiri quid ſit 286.16
Meßias 93.36 *promiſſus* 97.1
Meſciugus, dux Pomeranorũ 700.55 *eius incontinentia* 735.42
metamorphoſes hominum ſeductorum à diabolo 219.30
metaphoræ ſcripturarum 32.15
Metenſes epiſcopi 1041.36
Metochites cleriarchidiaconus 784.8
Michael quid ſignificet 204.47
Michaelis officium eſſe præſentare animas 1161.53
Michaelem eſſe archangelum 211.1
Michael Aetholiæ Deſpotes 1354.21
Michael Choniates, pontifex Athenienſis 984.40
Michael Palæologus Laſcarum oculis priuat 21.50 & 1355.20 *excommunicatus reijcitur, & quibus ritibus* 606.44 *conuocat Synodum* 917.50 *conciliatur papæ* 1355.44 *quibus conditionibus ineat cõcordiam cum papa* 919.20 *moritur* 1356.30 *turpiter ſepelitur. ibid.*34 *arcetur ſepultura* 787.17 *eius ἀγοργία* 672.32
Michael Scotus 1190.44
Michael Tornacenſis epiſcopus 1043.36
Miecislaus, rex Poloniæ 1315.5
Miecislaus Coßiſconus à muribus deuoratur 1261.20
militis cuiuſdam reſurgentis hiſtoria 1252.51
militiæ Chriſti monachi 642.15
Milo Sueßionum epiſcopus 1042.40
Mindenſes epiſcopi 1090.1
Mineruæ caſtrum 557.13
miniſter eccleſiæ qualis eſſe debeat 475.30, &c. *quæ debeat docere* 476.8
miniſtrum quatuor habere oportet. ibid.56
miniſtrorũ uita qualis eſſe debeat 477.56 *officium quod ſit præcipuum* 480.18 *conſtantia qualis requiratur* 476.50
miniſtris poteſtas iudicandi aſcribitur 484.38
miniſtros exemplo eſſe oportet 477.12
ad Miniſterium uerbi cur electi piſcatores à Chriſto 474.40
Minores dici, Franciſcanos monachos 1160.22
Minoritæ conſtituunt Cardinales & Pontifices 1012.30
miraculum quid ſit 188.2 & 499.30 *cur dicatur arduum* 502.36 *cur dicatur inſolitum.* ibid.39.
per Miracula cur ueritatem probare oportet 500.47
miracula cur fidei tribuantur, duæ cauſſæ recenſentur 501.33 *dæmonum qualia ſunt* 500.20
miracula pro reliquiarũ cultu ſtabiliendo facta 1275.50 *pro ſanctorũ cultu & inuocatione ſtabilienda* 1273.6 *pro confirmanda miſſa priuata, tranſſubſtãtiatione, ac primatu põtificis* 1277.45 *ad errores de exequijs, purgatorio, &c. corroborandos* 1280.26
miraculorum triplex eſſe genus 499.50 & 501.43 *diuinorum uſus* 500.24 & 502.56 *dona habuiſſe quoſdã epiſcopos* 699.41 *huius ſeculi enumeratio* 1252.40
miracula facere Deum ſolum poſſe 499.40 *quomodo ſancti faciant* 500.56 *fieri in ſanctitate Eccleſiæ ſæpenumero* 502.24 *quædam eſſe phantaſtica* 500.26 *etiam malos facere poſſe* 500.28
in Miraculis tria inueniri 501.43
miſereri eſſe Deo proprium opus 173.59
miſericordia in ſacris literis 27.19
miſericordia quid ſit 343.9
miſericordia & miſerationes differunt 27.24
miſericordia Dei duplex 61.45
miſericordiæ opera ſeptem 343.20
miſericordiam non præiudicare iuſticiæ 360.24
Miſuenſis marchionatus cedit Adolpho imperatori 1351.60
miſſa quibus additamentis ſit aucta hoc ſeculo 621.52 *quid ſignificet* 455.19
miſſæ nomen unde ſit deductũ 622.6.19 *diuerſa nomina* 620.60 *cauſſa triplex* 456.3 *ritus & ceremonia deſcribitur* 456.40 &

40 & 611 uſque 622 & 946.1
miſſam dici quaſi tranſmiſſionem 621.15
in Miſſa duo eſſe conſideráda 455. 35 oblationem fieri 456.15 cur primò dicatur, Pax uobis 613.10
de Miſſa iocus quidã Henrici Anglorum regis 622.40
miſſæ plures utrum uno die à ſacerdote celebrari poſſint 455.23
miſſarum ſpecies tres 455.57
miſſas binas uno die celebrari non poſſe 621.45
miſſalis canonis uerba euangelicis eſſe æqua 719.34
miſsio diuinæ perſonæ quotuplex 98.28
mitra pontificis 708.12
Moguntini archiepiſcopi priuilegium 689.45
Moguntinum diſsidium 785.6 ſchiſma ob electionem epiſcopi 753.10
Molais dux Caſſani Tartari reſtituit Chriſtianos 13.30
monachus recipiendus quot annorum eſſe debeat 851.8
monachi cuiuſdam hiſtoria regem ſuum interficientis 668.43
monachi qui olim fuerunt 488.15

MONACHI HVIVS ſeculi.

Angliæ 1215.6
Aſiatici 1149.4
ordinis S.Benedicti 1215.10
Carmelitæ 1224.30
Ciſtercienſes 1220.30
S.Dionyſij 1187.45
eremitarum D. Auguſtini ordinis 1149.50
Europei 1149.48
Flandriæ 1136.1
Galliæ 1187.8
ordinis Gladiatorum 1240
Italiæ 1149.48
ordinis Minorum 1151.24
Poloniæ 1241.22
prædicatorum ordinis 1177.4
prædicatorum ordinis in Anglia 1231.45
ſeruorum D.Virginis 1186.40
ordinis Teutonici 1238.54
¶ monachi Pariſienſes contra ius defenduntur à papa 777.10
monachorum parentem eſſe diabolum 641.12 luxus excẽpla 669. 8 diſsidium de cappa 787.1 ſtatuta à Colonienſi epiſcopo præſcripta 663.2 ueſtitus 667.
12 catalogus qui facti ſunt epiſcopi 686.15 mendicantium improbitas quinquaginta rationibus damnatur 586.18
monachis prohibentur plumei lecti 665.50
monachos perfectos eſſe 381.42 tria facere uota 667.6

MONASTICI ORDINES hoc ſeculo inuenti.

Beghinarum 653.1
Bethlehemitarum 652.5
Bonorum hominum 651.32
S.Claræ 649.12
Cœleſtinorum 651.55
Dominicanorum ſeu prædicatorum 649.20
Eremitanorum 651.26
Franciſcanorum ſeu fratrum minorum 642.52
Fratrum Spiritus ſancti 649.10
Militiæ Chriſti 642.15
Minimorum 651.10
Sacciorum 651.50
Scholarium 642.27
Seruorum Mariæ 652.14
Sororum de pœnitentia 651.53
S.Trinitatis 648.48
¶ monaſtica eucullâ morientes indui ſolitos 637.54
monaſteriorum inſpectores fuiſſe epiſcopos 661.26
monaſteriorum hoc ſeculo extructorum enumeratio 653.10
monaſteria hoc ſeculo fuiſſe quaſi ſcholas 657.30 in memoriam ſepultorum inſtituta eſſe 640. 21 fuiſſe ſuperſtitionum lernam 667.40 etiam carceres fuiſſe 662.20
in Monaſteria ſæpe principes homines ſenio confectos ſeceſsiſſe 662.35
Monaſterienſes epiſcopi 1084.21 ſalutantur principes. ibid.53.
moneta ex corio facta 1219.40 moniales Germaniæ 1202.28 & 1242.55 Italiæ 1141.44 Poloniæ 1248.18 (40
monialiũ ueſtitus præſcribitur 850.
moniales fuiſſe amantes uirorum 667.35
monſtri cuiuſdam hiſtoria 1256. 57 in piſcina inuenti hiſtoria 1277.30
monſtroſi partus hiſtoria 1268.3 & 1269.40
montis Burgundi è loco moti hiſtoria 1263.14
moralis ſenſus quid 190.35
morborum quorundã corporis humani cauſſæ theologicæ 264.26
mors tineæ comparatur 524.34 quotuplex ſit 523.58 hominis duplex 143.21 animæ, & mors corporis, quæ ſit 142.37.40
mors Chriſti quomodo operata ſit ſalutem noſtram 141.27
mortis definitio 523. 21.57 cauſam eſſe diabolum 524.28 cauſas eſſe portã mortis 523.23 horam cur homines neſcire uelit Deus 525.48 meditationem ad ſex eſſe utilem. ibid.32
morti omnes eſſe obnoxios. ibid.55
mortem eſſe finem terribilium 584.18 eſſe ſomnum 525.29
mortem non eſſe in noſtra poteſtate 142.2
mortem naturalem poſſe prænoſci 524.40 Chriſti eſſe optimam, quatuor rationibus probatur 146.10
morte nihil eſſe certius 523.17
mortale peccatum ex quo contemptu oriatur 289.26
mortale peccatũ duo efficere 287. 41
mortuos plangi ſolitos eſſe 638.3
mortuis eximi inteſtina ſolebant. ibid.28
mortua & mortifera præcepta diſtinguuntur 120.4
motum homini datum eſſe duplicem 228.38
motum nominari magis à termino ad quem 165.12
Mulenes, principis Afrorum nomen 1372
mulier cur ex uiro formata 127.52
mulieris colloquium eſſe friuolum 1152.20
mulierem quare prius aggreſſus diabolus 141.40
mulierum propriã eſſe ſuperbiam 256.30
mundus poſt reſurrectionem mutabitur 529.33
mundus quomodo dici poſſit æternus 180.33 quando finietur 188.54
mundi appellatio quot ſignificationes habeat 180.40 finis quãdo debuit fieri ſecundũ Arnoldum de Villa noua 571.56 ætates ſeptem eſſe 186.57
mundũ eſſe quendã librum 183.10 cœpiſſe, probatur ex ſacris literis 187.29

mundum non eſſe æternum 185.31 eſſe æternum quomodo probetur 581.1
de Mundo & mundi æternitate propoſitiones Pariſijs confutatæ 580.28
munerum acceptores ſuſpendio digni 1120.18
contra Munerum acceptores admonitio Edmundi 689.20
murium agreſtium ingens copia 1263.52
muſcas appellari ocioſos 1153.26

N

NAuarræ collegium Pariſijs Ioannam extruxiſſe 673.12
natura & res naturæ differũt 119.43
naturæ appellatio quot ſignificationes habeat 180.59 partes 271.24 facultatem aliquid excedere tripliciter 499.50 & perſonæ neceßitas differunt 145.57 uitia non purgari ſanctitate perſonæ 271.50
naturam in Chriſto dupliciter poſſe accipi 130.12
naturalia non ſubiacere noſtræ poteſtati 142.1
naturalibus rebus uti nõ eſt ſuperſtitioſum 327.26
nautæ quibus temporibus non nauigent 528.43
Neapolitanum regnum cedit Gallis 1342.10
Neapolitana ſchola floret 702.21
neceſſarium ad ſalutem dici dupliciter 960.43
neceßitas abſoluta & conditionalis diſtinguuntur 511.45
neceßitas naturæ & perſonæ in Chriſto diſtinguuntur 145.38
de Neceßitate euentus rerum, errores Pariſijs confutati 582.17
negationes, uniuerſaliores eſſe affirmationibus 178.6
Nemroth, primus dominus 708.10
Neſtorius diſſoluit Chriſtum 479.46
Nicæa, ſedes Græcorum imperatorum 1354.5
Nicææ, templum S. Antonio ſacrũ conditur 590.51
Nicæam transfertur ſedes patriarcharum 981.56
Nicephorus Blemmydes. ibid. 59 eius libertas 687.50
Nicephorus Epheſinus metropolites 982.53
Nicolaus Aßiſienſis 1032.32
Nicolaus Balliolanus, abbas Dunenſis 1236.15
Nicolaus de Bibera, Erphordienſis 1209.20 ſcripſit multa. ibid.
Nicolaus de Bibrach 744.30
Nicolaus de Corbeya 1059.16
Nicolaus, Corinthiorum archiepiſcopus 984.54
Nicolaus Ferncham, Dunelmenſis epiſcopus 1158.30
Nicolaus Gallicus, generalis ordinis fratrum B. Mariæ de monte Carmelo 1201.52 & 1225.28 ſcripſit igneam ſagittam 669.16
Nicolaus Græcus, abbas D. Albani 1221.56
Nicolaus Longoſpatarius, epiſcopus Sariſberienſis 1130.20
Nicolaus III. 1005.58 eius patria 1006.4 opera. ibid.10 decretum 707.58 laudabile factum 630.18 mors 1007.30
Nicolaus IIII. dubiam litem relinquit 785.44 eius patria 1010.20 ſcripta. ibid.20 res geſtæ 1010.26 arrogantia 712.55
Nicolaus Tollemmas, monachus 1187.1
Nicolaus, epiſcopus Tuſculanus 1027.34
Nicolai Vandalorum ducis ſepultura 639.27
Nicolaitarum ſecta reuixit hoc ſeculo 565.4 eorundem impudici mores deſcribuntur. ibid.12
nigris ueſtibus quando utantur ſacerdotes 613.2
nigromanticæ imagines quales 327.20
nigromantici quales habeant reuelationes 48.4
ex Nihilo Deum creaſſe, quomodo ſit intelligendum 186.1
Nilus exundat ad Damiatam 624.56 & 1019 25 alieno tempore 1257.21 & 1359.10
Niuernenſis epiſcopi pietas erga pauperes 688.32
Niuernenſia regalia redimuntur 1041.20
nix uertitur in ſanguinem 1259.55
nobiles etiam delectos eſſe in epiſcopos 626.6
nobilitas factitia 1000.40
nocere plus, dici dupliciter 297.48
nocere quempiam proximo tripliciter 325.44
nomen, in ſacris literis duplex 29.58
nomen quid ſit in ſcriptura, cùm dicitur, in nomine patris 417.30.40
nomina peregrinorum ſanctorum quando uſurpari cœperunt à Germanis 597.6
Nordouicenſes epiſcopi 1138.42
Normannia cedit Gallis 1309.20
Norradini & Saphadini digladiatio 1357.20
Noruegiæ epiſcopi 1144.35
noſſe Dei tripliciter accipi 61.5
noticiæ hominis 231.57
notiones quid in trinitate 81.59
nouitas loquendi in ſacris literis conceſſa 46.30
Numagium extruitur 1055.34
nummo loquente legẽ tacere 746.60
nuptias eſſe triplices 516.56
in Nuptijs conuiuia parari ſolebãt 635.50
nuptiarum ritus. ibid.40.
Nuſia datur epiſcopo Colonienſi 1045.45
Nyſſa urbs adiungitur Vuratislauienſi epiſcopatui 700.54

O

OBdurationis cauſſam eſſe Deũ 200.36
obedientia, perfectionis tertia uia 490.51
obedientiæ conſiliũ cur detur 487.15 encomium 488.23
Obotritarum principes hoc ſeculo 1351.10
obſcuritatis ſcripturæ ſacræ cauſſæ 42.24
obſecratio quid ſit 392.4
obſtinati qui ſint 432.18
obſtinationem eſſe mortale peccatum 296.40 & 297.14
occaſio quid ſit 549.15
occaſionem, minus eſſe quàm cauſam per accidens 214.20
occultationis triplex modus 27.28
occultorum prædictiones quot modis fieri poßint 47.48
occupationũ humanarum triplex genus 486.56
ocium quid ſit 335.1 animæ inimicus 646.13
ocium eſſe fugiendum 1152.23
octauæ natiuitatis Mariæ à quo ſint inſtitutæ 997.10
Octauianus Hoſtienſis epiſcopus 1021.35 & 1025.37
Odingtonus, monachus Eueshamenſis 1116.10

Odo

Odo Burgundiæ dux 748.60
Odo, epiſcopus Pariſienſis 1033.6
Odo Tuſculanus epiſcopus 1028.9
Odomarus, Vintonienſis epiſcopus 1130.12
offenſa tanto grauior, quanto effectus maior 136.44
offertorium quid ſit 616.17
officialium Romanorum auaritia retunditur 988.17
ogdoadi ſeruire patres noui Teſtamenti 633.2
Olàus, epiſcopus Vpſalenſis 1145.1
Oldamiz Cumanorum princeps Vngariam infeſtat 1348.40
oleum quid ſignificet in unctione 598.43
Oliuarus, Sabinēſis epiſcopus 1030.44
omen quid ſit 48.30
omnia in omnibus quid ſit 101.24
omnipotentia Dei cōuenienter adminiſtratur 149.40
omnipotentiam Deus nulli communicat 254.47
omniſcientiam utrū Deus homini communicet. ibid.54
onus eſſe triplex 510.52
ad Opus bonum quæ requirantur 378.44
opera bona unde procedant 378.23
operum bonorum effectus 379.44
operibus meritum uitæ æternæ tribuit Alexander 380.4
iuſtificationem tribuit Innocentius 367.1
opera bona facienda eſſe 377.58 facere qui poßint 378.40 ualere ad ſeptem 380.8
opera Dei eſſe triplicia 174.30
opera mortua dici dupliciter 379.22
operari Deum aliter, & aliter alia agentia 174.20
operationum omnium triplex diſtinctio 187.58
opinari in ſacris literis licet, ſed nō aſſerere 51.12
orandus quis ſit 394.9
orandus Deus quomodo 397.8
in Orando negligens ingratum ſe & tepidum teſtatur 397.58
orandum cur ad orientem 393.40 & 623.23
orandum eſſe fide 398.32 pro alijs 396.20 per Chriſtum. ibid.5
orantis quæ debeat eſſe affectio 397.47
oratio & obſecratio diſtinguuntur 392.37
orátio quotuplex ſit. ibid.17 cur ſit neceſſaria 393.41.48 quæ ſit pia 397.30 pro temporalibus bonis qualis eſſe debeat 401.6 non exaudita, magnum ſæpe beneficium 394.1 non immutat diuinam diſpoſitionem 401.53 cum prædicatione conſertur 1168.40
oratio ſacerdotis qualis eſſe debeat 481.1 pro alijs quando locum habeat 396.50 pro defunctis cur ſtabilita 551.44
orationis definitio 395.60 deuotio quomodo conciliari poßit 398.20 effectus 401 tria impedimenta 401.47 locum debere eſſe occultum 623.7
orationis encomium ex Chryſoſtomo 395.54 forma ab Innocentio præſcripta 398.50 item à Bonauentura 399.1
orationi inter omnes curas præcipuè eſſe uacandam 400.40
orationem dici odoramentum, & cur 391.60 eſſe duplicem 392.44 neceſſariam eſſe 200 3. & 397.60 & 400.23 mentalem & uocalem eſſe neceſſariā 392.10 frequentem, eſſe remedium contra omnia uitia 401.13 nunquam intermittendam eſſe 1153.50
per Orationem Deo reuerentiam exhiberi, & quomodo 401.40
in Oratione quinq; requiri 396.43
orationes quædam in miſſa cur ſecretè dicantur 617.33
orationum ritus 622 uſq; 625
oratiuncula quędā impietatis plenißima 721.10
orare pro defunctis eſſe conſuetudinem Eccleſiæ 551.43
ordo præcipitur à lege 315.8 quomodo conferatur ſacerdotibus 630.32
ordinis ſacramentū quale ſit 491.50
ordines noui hoc ſeculo 10.26
ordines humanos pro articulis fidei habitos eſſe 560.50
ordinationis ritus 625. inde
ordinationem præceßiſſe examen 629.43
in Ordinatione, manus impoſitionem eſſe factam 630.58
ordinati tonderi ſolebant 631.16
ordinatis baculus ſolebat porrigi. ibid.12
organa ſenſuum decem 310.32
ad Orientem cur dirigantur preces 898.42
Origenes quomodo diſtinxerit præcepta decalogi 321.13
Origenis dictum 257.30
originalis defectus utrū rationem culpæ habeat 266.53
originalem defectū eſſe peccatum 248.29
originale bonum 239.30
originale peccatum quid 249.52 & 269.18 cur iniquitas uocetur 250.22 unde 270.39 quomodo proceſſerit 280.36 quomodo propagetur 257.6 quomodo propagetur à ſanctis 271.42 quomodo tranſmittatur ad poſteros 282.4 quomodo ſit in hominibus 277.43
originalis peccati effectus 278.57 duplex pœna 279.12
originale peccatum duo complectĭ 274.38 non contrahi à matre 282.41 eſſe in omnibus 277.6 manere poſt baptiſmum 272.33 eſſe pœnale 279.35 Chriſtus non contraxit 135.58
originale, non actuale peccatū remitti in baptiſmo 408.41
in Originali peccato tria conſiderantur 272.18
oris peccata 286.8
oſculum quid ſignificet in ſacra Scriptura 26.50
oſculum mulieris eſſe mortale peccatum 564.42
Oſeam non peccaſſe accedendo ad uxorem adulteram 337.33
Oſnaburgenſes epiſcopi 1085.32
Oſophoms cella in Alſatia, à quo ſit extructa 1058.8
Oſualdi regis oſſa reſeruantur pro reliquijs 694.54
Ottersbergum arx 1087.28
Otho comes de Benthem Monaſterienſis epiſcopus 1084.57
Ottho, Boiorum dux 861.9 eius ſapiens oratio in conuentu Mildorfienſi 865.48
Otto Brandeburgicus Marchio 697.34

Otho Brunſuicenſis dux 1342.31 moritur. ibid.
Ottho Carpenſis, ordinis Teutonici magiſter 1238.55
Otho de Lensdorff, epiſcopus Bathauenſis 1067.38
Otho de Lippia, epiſcopus Monaſterienſis 1085.10
Otho, baro de Lodenburg, epiſcopus Herbipolenſis 1064.30
Otho Mediolanenſis epiſcopus 1025.22
Otto, Monaſteriēſis antiſtes 1084.24
Otto quartus coronatur 730.33 ſubiectè ueneratur pontificios legatos 740.7 contendit cum papa 763.10 excommunicatur 695.16 & 789.30 & 1306.8 in Germaniam proficiſcitur 1306.42 regno exuitur 1307.16 uincitur à Gallo 700.18 moritur 1307.23 eius coronatio à papa Romæ peracta 682.30 & 986.11 & 1301.53 pœnitentia 706.54
Otho Traiectenſis epiſcopus 1082.40 proprium parentem conſecrat in epiſcopum. ibid. baptiſauit CCCL infantes. ibid. 48.
Othobonus fit pontifex Romanus 1004.33
Ottocari Bohemi diuortium 678.9 legatio 748.47 uxor 1053.6
Ouidij metamorphoſis à quo ſit uerſa rithmis Germanicis 1094.52
Oxonienſis ſchola 702.59
Oxonienſis epiſcopi conſilium ſapiēs in ſynodo Hiſpanica 789.12
Oxonienſis ſynodi decreta 839.47
Oxonienſes epiſcopi 1135.50

P

Paderbornenſes epiſcopi 1090.50
Palatini officium in coronatione Cæſaris 683.42
pallium Romanum quid ſit 1147.30 inſigne ſacerdotum 799.8
pallij uſum epiſcopi à papa petunt 737.31
pallia, propria fuiſſe primariorū antiſtitum 714.53
Pandulphus, Nordouicenſis epiſcopus 1139.4
Pandulphi ſenatoris induſtria & integritas 671.43
panis in ſacris literis quid ſignificat 29.6
panis in ſacra cœna quam habeat ſimilitudinē cum corpore Chriſti 438.20
panis ſumptio in cœna Domini qd notet 138.30
in Pane bene conſecrato eſſe filium Dei incarnatum 156.17
panes ſpirituales qui ſint 29.10
Panormitanorum crudelitas 677.11
Pantaleo Iuſtinianus, patriarcha Conſtantinopolitanus 981.48
papa non poteſt deſtruere ſcripturas 39.3 iura omnia in ſcrinio pectoris ſui tenet 711.48 imitatur Petrum, qui Malcho aurem præſcidit 556.51
papæ obedientia neceſſaria ad ſalutem 485.57
de Papæ electione ſtatutum 919.45 & 921.6
papæ tribuitur caput eccleſiæ 467.41 renuentes obedire ſchiſmaticos dici 470.52 nimium tribuitur 468.34 & 485.34 & 740.34
papam habere plenariam poteſtatem ſuper theſaurum Eccleſiæ 391.7 poſſe dare indulgentias 390.58 ſolum poſſe congregare ſynodum uniuerſalem 468.52
ad Papam appellandi morem fuiſſe hoc ſeculo 737.50
papam eſſe arbitrum diſſenſionum inter principes 712.50 eſſe Babylonicam meretricem 734.24
parabola quid 44.55
paradiſi definitio 190.5
paradiſum quatuor ſignificare 190.15 eſſe triplicem 189.53
paradiſo poſt mortem qui ſtatim ſint fruituri 552.11
de Paradiſo dicta doctorum ſeculi decimitertij 189.12
Pariſienſes epiſcopi 1032.56
parochi cuiuſdam lyra canentis hiſtoria 1253.24
parochi iuniores uiginti quinque annis ſuſcipiendi nō ſunt 929.6
parſimoniæ exemplum 672.50
partes oratiōis octo quid ſint 350.6
participatiuè & eſſentialiter differunt 132.30
Partitæ, libri legum ſeptem 749.53
paſcha à πάσχειν 26.58 quid ſignificet in ſacra Scriptura. ibid. 53
paſchatis celebrandi ritus apud Armenos quis fuerit 562.26
paſcha quo tēpore celebrauit Chriſtus 138.38
paſſeres dilaniantur ab achantidibus 1113.28
paßio Chriſti conſideratur 137.4 diligenter cogitanda 138.47 duplex 137.19 generaliſsima 139.28 acerbiſsima. ibidem 33 ignominioſiſsima. ibid. 37 interemptoria. ibidem 42 per uinum in ſacramento ſignatur 138.31 cauſſa meritoria ſalutis 138.2
paßionis Chriſti cauſſa permittens 137.45 ſuſcipiens. ibidem 48 procurans. ibid. 50 inferens mortem. ibid. 51
paßionis Chriſti duo primi effectus 138.5 fructus duodecim 139.15 & alij 142.12
paßionem dominicam, quotidie quis ſit meditatus 1118.42
in Paßione Chriſti quid effuſio ſanguinis, quid aquæ notauerint 138.22
Paſtorellorum cohors in Germania 1369.50 trucidatur 1370.1
Patarenorum hæreſis 561.42 dogmata. ibid. 48
Patauij, templum Dominici conditur 591.20
pater qui poßit appellari 115.3
patris proprietatem in uoce expreſſam 179.52
patrem poſſe aliquem dici tripliciter 334.52
de Patre, error Almaricanorum 558.42
patronatus quæſtio 840.22 & 841.30
Pauli exemplo papa excommunicare non uult 602.18
D. Pauli Apoſtoli iunctura 1080.25
Pauli Cracouienſis epiſcopi malitia 698.40
Paulus Polucoſius, epiſcopus Cracouienſis 1108.54 audit uocem cœlitùs 1109.26
paupertas uoluntaria requiritur ad perfectionem 487.36
paupertas ſternit primam uiam ad perfectionem 490.46
paupertatis conſilium cur detur 487.5
paupertatem eſſe ſalutis uiam 1152.44
in Paupere ſpeculum Domini proponi 1160.18

pacem eſſe opus iuſticiæ 540.26
pacificator quis dictus fuerit 1059.59
peccatum quid ſit, declaratur 248.15 quotuplex. ibid. 33.47 & 249.24 angeli & hominis diſtinguitur 254.40 cogitationis 230.4 tranſgreßionis quid 252.56 ueniale 249.13 mortale. ibid. 14 mortale & ueniale diſtinguuntur 169.24 mortale definitur 287.50
peccatum in S.S. quale 250.53 & 292.48 dupliciter dicitur 293.26 & 296.43 quomodo dicatur irremißibile 295.54
peccatū perſonale quod ſit 269.54
peccatum ſecretum & manifeſtum diſtinguuntur 249.44 & 484.58
peccatum aßimilatur putri pomo 262.38 uulneri 263.3 ſalſo panno. ibid. 10 tabernæ diaboli. ibi. 19 ludo aleatoris. ibid. 27 &c.
peccatum cur non ſit remiſſum, niſi mortuo filio Dei 145.50 contra Deum commiſſum, infinitum 136.42 per mortē Chriſti deſtructum 142.37
peccati definitio 247.24. &c. ſecundum Aegidium 258.54 ſecundum Alexandrum 259.27 mala ab Alberto tradita 248.10
peccati appellatio Chriſto tributa 235.31 diuiſiones uariæ 251.10 actualis forma 285.20 mortalis formale & materiale quod ſit 290.31
peccati cauſa materialis 259.25 formalis cauſa. ibid. 54 natura 262.58 duæ partes 137.24 motus quinq; 260.28 remißionē dici tripliciter 357.8
ad Peccati remißionē quatuor exigi 366.15
peccati cauſſam aliquam dici dupliciter 258.5 autorem non eſſe Deum 253.38 grauitas dupliciter conſideratur 262.4 effectus 143.8 & 263.53 excuſatio duplex 388.14
peccato mortali obnoxios nō liberauit Chriſtus ex inferno 152.16
peccatum non eſſe ſubſtantiā 273.21 & 285.30 non eſſe efficiens, ſed deficiens 258.50 non eſſe nihil 281.1 omne eſſe mendacium 342.10 originale commune eſſe omnibus demonſtratur 269.50 ſacere hominem quinq; modis 260.38 remitti quid ſit 357.31 duobus modis remitti 357.25
peccatum omne eſſe uoluntarium 259.10 & 285.47 aliquando fieri in agentibus naturaliter 178.18 propter tria uitandum eſſe 264.2 eſſe febrem tertianam 264.11
in Peccato mortali duo eſſe 288.35
in Peccato duo eſſe 261.12 quatuor eſſe. ibid. 22
peccata commiſſa & omiſſa diſtinguuntur 252.30 & 253.51 quæ ſint irremediabilia 297.6 quorum non remittantur 361.12 contra naturam 253.42 quomodo alia alijs grauiora 261.50 ſacerdotū maxima 478.16 populi portantur tripliciter 474.16 in S.S. ſex enumerãtur 295.21
peccatorum uenialiū remißionem quæ cauſent 291.43 abſolutionem multis remedijs fieri 365.20 & 609.31
peccatorum omnium radix & fomentum declaratur 289.10 nouem diuerſitates 249.37 occultorum diſtinctio 485.12 omniū ſecūdum omnes circumſtantias confeßio præcipitur 427.50 & 950.55
peccata hominis non eſſe irremißibilia 266.10 et 357.40 alia, præter originale, nō propagari 275.59 quædā non traduci ad poſteros 239.53 remittere, ſolū Deum poſſe 354.51 nō omnia ex inſtinctu diaboli prouenire 257.36 ſpiritualia maioris eſſe culpæ quàm carnalia 251.40
pro Peccatis carnalibus iniungi pœnitentias corporales 951.44
à Peccatis retrahi hominem duobus 307.59
peccetur quomodo 260.48 & 284.20
peccare hominem tripliciter 260.6 membris infra umbilicū, licitum eſſe, qui & cur docuerint 560.34
peccari in proximum dupliciter 260.14
peccandi neceßitatem dupliciter conſiderari 262.30
peccator deſtinatur inferno 268.50 publicus magis peccat quàm occultus 251.33
in Peccatore duo cōſiderari 261.18
peccatorum pœnæ 268.26
peccatores eſſe duplices 387.30 manifeſtos non admittēdos ad communionem 587.35
pecuniam ſeruis Dei eſſe diabolū 1152.54 Frãciſcus uocauit muſcas 1153.10
pedum articuli decem 510.31
Pelagianorū error 374.12 & 479.54 & 579.20
Pelagius, Cardinalis Roman. 1019.7
penetrare quid ſit 420.16
peregrinatio, ſpecies ſatiſfactionis 390.41
peregrinationum ad loca ſancta uſum fuiſſe hoc ſeculo 641.55
perfectio gratiæ et perfectio naturæ diſtinguuntur 570.13
perfectio Euangelica in quo conſiſtat 487.54
perfectio uitæ in quibus conſiſtat 581.20
perfectum aliquē poſſe fieri, putat Thomas 513.60
perfectum prius eſſe imperfecto 235.24
periurij exempla et pœnæ 671.5.10
permißio diuina bonum finem habet 508.48 declaratur uerbis Thomæ 505.15
permißio à uolūtate differt 197.40
perſecutionis tempore qualis conſtantia requiratur à paſtore 476.50
perſecutiones Eccleſiæ quatuor 505.35
perſecutorum pœnæ 24.12
perſeuerantiā dici tripliciter 504.50 in uitæ genere requiri 645.15 à Deo dari 244.54 ſufficere ut aliquis ſit ſanctus 722.14
perſona quid 79.15 definitio à Boethio tradita 127.40 item ab alijs 128.2
perſona & hypoſtaſis differūt 127.58
perſona & natura quid differant 79.24 & 267.4
perſonam à natura corrūpi 277.50
perſonæ in diuinitate tribus rebus in homine aßimilantur 70.60
perſonarū in deitate diſtinctio qualiter conſideranda 52.10 diſtinctio ſecundum Innocētium 70.37 neceßitas 70.19
perſonas re, non ſolùm ratione diſtingui 76.4 tres eſſe unum Deum 73.42
perſonales proprietates non faciūt dißimilitudinē in diuinis 161.14
Perthum oppidum Scotiæ 896.44

Peruſienſis ſchola 702.46
Peruſini ab excommunicatione liberantur 717.2
peſtis ingentis hiſtoria 1256.42
Petrus Chriſti uicarius 468.16 eius poteſtas maxima 708.15 umbra ſanabat ægrotos, et quomodo 501.6
Petrus D. Audimari 1044.12
Petrus Altiſiodorenſis 990.36
Petrus Antiſiodorenſis, Imperator Conſtantinopolitanus 1319.33 coronatur ab Honorio 739.36 obtruncatur in conuiuio 1319.46
Petrus rex Arragonum 701.33 excommunicatur 725.52
Petrus, Baiocenſis epiſcopus 1040.55
Petrus Cappocius 702.46 cardinalis Romanus 1021.20
Petrus de Caſtro nouo 1250.34
Petrus Catalaunenſium epiſcopus 1038.24
Petrus de Corbolio Senonenſis archiepiſcopus 705.40 et 1036.10
Petrus eremita, homo Eboracenſis 1221.34 ſtrangulatur ob falſum uaticinium. ibid.40
Petrus à ſano, epiſcopus Londinenſis 1129.12
Petrus Gallus, prior prouincialis in Francia 1201.42
Petrus de Nouo caſtro legatus pontificis 11.42
Petrus, epiſcopus Pariſiēſis 1033.10
Petrus Portugalis 1005.19
Petrus Remorum archiepiſcopus 1035.44
Petrus Sunacryngton Nordouolgicus 1226.44 ſcripſit multa. ibid.56
Petrus de Tarentaſia 1003.23.36
Petrus Vualdenſis 1223.54
Petrus Veronenſis 1251.15 Dominicanus monachus. ibid.30 inter diuos relatus 1252.4
Petrus de Vineis cuias fuerit 993.10 & 1249.38 cancellarius Frederici II. ibid.45 excæcatur. ibid.60
Petrus Vuratislauienſis, epiſcopus Bathauenſis 1067.45
Petrus de Yckeham 1190.8
Petri Lombardi defenſio aduerſus Ioachimum 172.1
Petri Mediolanēſis miracula 1279.20
Petrini unde originem ſumpſerint 988.8
petenda quæ ſint à Deo 395.20.28
petere homines tria poſſe 400.57
Pfersheim caſtellum cedit epiſcopatui Auguſtano 1057.30
Peynenſis arx 1093.15
Pharaonis cor quomodò Deus indurauerit 269.13
Phariſæos ſimiles dici ſepulchris, et cur 692.58
phaſe, tranſitus 26.58
Philip. Aurelianenſis epiſc. 1039.55
Philippus, Beluacenſis epiſcopus 1036.22
Philippus Carinthiæ dux, epiſcopus Iuuauenſis 1026.53
Philippus Etruſcus, autor ordinis ſeruorum D. Virginis 1186.49.
Philippus Firmianus Ladislaum regem ob libidines redarguit 21.59 in carcerem conijcitur. ibid.60 & 1032.14
Philippus Fontanenſis, Rauennas epiſcopus 1028.30
Philippus Gualenſis 1034.22
Philippus imperator Thuringiam inuadit 752.18 abſoluitur à uinculo excommunicationis 754.55 moritur 1305.12 eius aduerſitates à papa 1302.50 durum factum 751.32 ſepultura 640.32
Philippus Mus, epiſcopus Tornacenſis 1043.28
Philippus Otterburgenſis abbas 1206.23
Philippus Pulcher, rex Galliæ 23.16 & 1352.37 Iudæos expellit regno 1286.10 eius diſſidiū cum epiſcopis 763.34 hoſpitalitas 749.60 pietas 670.9 teſtamentum 637.50 liberalitas 700.10
Philippus Hiſpalenſis epiſcopus 1044.54
philoſophus debet captiuare intellectum 584.30
phraſes ſacræ Scripturæ declaratæ 25.42
Photini error de unione naturarū in Chriſto 225.38
pignorationes repreſſaliæ 917.4
pietatis erga parentes exemplum 672.9 item erga religionem 669.51
piorum ſtatus in inferno ante redemptionem qualis fuerit 550.31
piſcis monſtroſi hiſtoria 1269.48
piſces cur non prohibeantur in ieiunio 486.37
plenitudo per modum cauſſæ & per modū doctrinæ diſtinguuntur 155.50
Plocenſes epiſcopi 1110.18
pœna duplex 253.1 & 281.24 ſuffocans & pœna promouens diſtinguuntur 420.20 promouens tendit ad conſecutionem uitæ æternæ 420.24 temporalis quibus peccatis debeatur 290.24 in inferno quare ſit futura æterna 545.50 & 547.8
pœnæ origo unde pendeat 290.12
pœnam omnem ex Deo eſſe 507.23 infligi multis de cauſis indicatur tetraſticho 503.60
pœnæ naturales, perſonales et temporales diſtinguuntur 243.47 & deinceps
pœnarum impij & iuſti diſcrimen 509.49
pœnas adhiberi tantùm ad correctionem ignorantiæ, falſum eſt 579.48 omnes eſſe purgatorias, ſenſit Plato 553.30
pœnis Deum non delectari, ſed utilitate ſequente ex illis 506.10
pœnitentia publica qualis eſſe debeat 389.35
pœnitentia præcipitur 382.43 damnatorum qualis 361.20
pœnitentiæ definitio 383.11.40 materia quæ 386.17 forma quæ ſit ſecundum Thomam. ibid.41 partes uirtuales quæ 384.25 partes quæ olim traditæ. ibi.7.23
pœnitētiæ partem eſſe iram 335.14 efficiens cauſſa quæ 385.31 fructus qui ſint 389.32 ſacramentum eſſe neceſſarium ad ſalutem 360.50
pœnitentiæ non fore locum in altera uita 391.30
pœnitentiam eſſe ſacramētum 383.30 & 384.50 duplicem eſſe 383.49
ad Pœnitentiam quæ requirantur 386.25 Deus homines uocat. ibid.9
per Pœnitentiam omne peccatum deleri poſſe 361.50
pœnitentiam iterari poſſe 389.7 eſſe maximam, intrare in religionem 609.46 qui non ſufficienter egit in hac uita, purgatorio igni traditur 553.20
in Pœnitentia duo eſſe 383.19
pœnitentes recipi 386.52
Poloniæ ſtatus hoc ſeculo 1325.9 & 1335.58
Poloniæ epiſcopi 1106.1 cœnobia huius ſeculi 656.2
Polonorum hiſtoriam quis primus conſcri-

conſcripſerit 627.8
Polonis relaxantur ieiunia quadrageſimalia 632.2 & 887.20
Pompo Cruciferorū magiſter 656.10
ponderum menſurarumq́; correctionem pertinere ad magiſtratus 672.1
pontificialis dignitas præſupponit perfectionem 381.14
pontifex quare miſerit legatos ad Tartaros 13.37
pontificem Romanum non poſſe errare 711.13
pontifices quomodo principes ad arma excitauerint 11.30
pontifices quare urſerint expeditionem in terram ſanctā 10.45

DE PONTIFICUM Romanorum primatu & tyrannide.

auariſſimi homines 715.21
bella gerunt, aliosq́; ad bella concitant 727.14
pro Cæſare Auguſto nolunt ullum haberi, niſi quos ipſi coronarint 728.10
caſus quoſdam ſibi reſeruant 713.1
cenſuras ſuas alijs eccleſijs obtrudunt 707.26
cenſus ab eccleſijs remotis extorquent 717.19
clauium ius ſupremū ſibi ſolis uſurpant 706.53
coniugij hoſtes fuerunt 734.30
coniugia legitima diſſoluerunt 735.45
de illicitis coniunctionibus diſpenſarunt 736.19
decretis ſuis horriſonam clauſulam adijciunt 707.56
deponunt imperatores 730.48
de doctrina quauis ſibi ſupremum iudicium arrogant 707.3
dominantur ſuper eccleſijs orbis 706.14
epiſcopatus diſtribuunt 712.32
epiſcopatus uenales habuerūt 713.60
epiſcopos à ſe creatos ſinunt regna poſſidere 726.46
excommunicant reges et principes ſuis uoluntatibus aduerſantes 732.16
idololátriam confirmant 719.36
imperatores cogunt in ſua uerba iurare 730.32
irreprehenſibiles eſſe uolunt 713.30
iudices ſummi in terris eſſe uolunt 712.48
mendacijs & calumnijs delectantur 731.60
miſſas ſtabiliunt 719.28
de Patrimonio Petri iactitant 726.18
prærogatiuas incredibiles iactant 708.5
profectiones Romam uerſus approbant 721.26
regna occupant 725.31
ſacerdotia uendunt 714.48
ſubditos ab obedientia erga magiſtratus diſſoluunt 733.52
urbes tenent 725.1

PONTIFICUM ROMAnorum tyrannidi ſe oppoſuerunt

Imperatores:

Fridericus II. 740.57
Rodolphus 741.8

Reges & principes:

Alexander Scotorum rex. ibid.35
Anglorū rex, omnes epiſcopi Angliæ. ibid.30
Dux Bernhardus. ibid.20
Ludouicus Frācorum rex. ibid.44

Eccleſiaſtici:

Circumcelliones 743.16
Colonienſis & Moguntinenſis epiſcopi 742.36
Fratricelli. ibid.10
Fulco Londinēſis epiſcopus. ibi.20
Gerhardus Sagarelus Parmēſis & Dulcinus Nauarenſis 744.55
Gualterus Mapes, Oxonienſis archidiaconus. ibid.8
Nicolaus de Bibrach. ibid.30
Nicolaus Gallus 742.30
Robertus Capito, Lincolnienſis epiſcopus. ibid.35
Seuallus Eboracenſis. ibid.45

Politici priuati:

Anglus quidam nobilis 745.24
Bomolochus, Golias nomine 746.24
Nobiliſſimi Francorum 745.14
Salsburgenſes. ibid.10
Vulhelmus aurifex. ibid.20
¶ Poppo, epiſcopus Bathauenſis 1066.29
Poppo, Meroniæ dux, epiſcopus Bambergenſis 1070.40
Poppo Oſternauienſis, magiſter ordinis Teutonici 1239.29
Porchetus Genuenſiū archiepiſcopus 718.55 & 1031.52
Porphyrius citatur 267.8
Portuenſes epiſcopi 1028.54
Poſnaniæ ptochodochium extruitur [illegible]
Poſnanienſes epiſcopi 1110.51
Poſonij urbis clades 1263.40
potētialiter adeſſe Deum omnibus, quid ſit 176.11
poteſtas coactiua & amatiua diſtinguuntur 471.1
poteſtas plenaria & limitata diſtinguuntur 391.18
poteſtatis Eccleſiaſticæ et politicæ diſcrimen 469.35
præceptum homini duplex eſſe datum 228.41
præcepta cur quedā negatiua, quædā affirmatiua 321.50 & 322.4 cur ſex negatiua 322.15 iudicialia quatenus obligarunt 319.60 legis quomodo iuſtificant 364.22 mortalia quatenus iuſtificāt. ibid.49 nouæ legis cur grauiora præceptis ueterū legis 349.54
præcepta inducunt neceſſitatem 492.10
præceptorū diuiſio tradita à Thoma 307.8 quatuor genera in Scriptura ſacra 36.3 Dei duplex modus 310.55 noui & ueteris teſtamenti diſcrimen traditum à Thoma 349.32
ad Præceptorū obſeruationem duo eſſe neceſſaria 322.18
præceptorum exercitium duplex 493.44
præcepta Dei ſcripta eſſe in triplici noſtri corporis parte 310.26
præcepta obſeruandi duplicē eſſe modum 493.42
prædeſtinatio quid 102.34 & 195.49 & 199.7 & 200.20 per Chriſtum impleta 198.40 cur hominibus ignota 197.17 quaſſari non poteſt 29.38
prædeſtinationis quatuor actus 196.12 cauſſa 197.8
prædeſtinatus abſolutè & relatiuè differunt 198.30
prædeſtinati qui certò. ibid.44
prædeſtinati nō poſſunt diſtingui à reprobatis 196.40
prædeſtinatorum numerus quis ſit 200.29 numerū eſſe certū. ibi.25
prædicare, dicere, & docere diſtinguuntur 476.20
prædicatores q ueri dicātur. ibi.28
prædicatores monachi donantur priuilegio ſpeciali 721.4
prædicatorum ordo qua occaſione ſit enatus 649.20
prædictiones quædā tantùm ſignū futurorum eſſe 199.49

præmia futuræ uitæ triplicia ſecun dum Bonauenturam 189.22
Præmislai Poloniæ regis inauguratio 683.6 & 1352.50 dona eccleſiæ Gneſnēſi facta 701.5 ſuperſtitio 674.27 uxor 1147.9
Praga conflagrat 1271.48
Pragenſis epiſcopus 1111.32
præpoſitos in epiſcopos creari ſolitos 629.35
præſcientia & prædeſtinatio differunt 195.22
præſentiæ diuinæ tres modi probantur ex pſalmis 175.40 explicantur uerò 176.5
præſentialiter Deum adeſſe, quid ſit. ibid.12
præuaricatio quid ſit 248.45
precationis partes quæ 393.3
preces exaudiri diuinitùs 399.26 primas in uſu fuiſſe 748.27
Preczendorf pagus cedit Cœlicoronæ 657.20
Prendota epiſcopus Cracouienſis 887.6 & 1108.32
primam cauſſam non eſſe remotiſſimam entium cauſſam 575.30 poſſe producere plures effectus 575.51
Pribislaus dux Megapolēſis 776.8
Pribislaum amiſiſſe regium nomen 1351.8
principatus qui angeli dicantur 206.15
principiū quid in ſacris literis 26.33
principij tres proprietates in Deo 394.22
principiorū neceſſitate non omnia in hoc mundo fieri 193.50 & 194.1
priuilegia eccleſijs à principibus data eſſe 747 qui mereantur amittere 825.10 epiſcopi à papa petere ſolebant 737.41
Probus Tullenſis 1039.20
Probi epiſcopi Tullēſis oratio contra uultures Romanos 962.32
procedendi uerbum eſſe generale 156.6
procedere dici dupliciter 162.1
proceſſionū hoc ſeculo fuiſſe uſum 614.31
Procopius, epiſc. Cracouienſ. 1110.7
proditionis exemplum 682.1
profluere & procedere eſſe idem 166.35
promiſſiones ſpem excitare 307.30
prophetarum doctrina 44.47
prophetia quid. ibid.37
prophetiæ uiſio qualis 213.3
propiciatio, uultus Dei nominatur 27.16
proles impiorum ſuperſtes non relinquenda 24.25
promiſſiones corporales quomodo intelligēdæ in ſacris literis 31.52
promiſſiones temporales in ueteri teſtamento 45.57
propriè & tranſumptiuè differūt 151.21
prouidentia Dei expēditur 173.50
prouidētia & executio diſtinguuntur 194.28
prouidentia ordinat liberum arbitrium 505.27
prouidentiæ definitio 192.13 certitudo ex trib. probatur 194.44
ad Prouidētiā duo pertinere. ibi.55
prouidentiam qui negent 195.44
proximus quomodo diligi debeat 324.21
proximo noceri tripliciter 325.44
Pruſæ, templum Iohannis Baptiſtæ conditur 590.54
Pruſſia donatur Teutonicorum ordini 657.25
Pruſſiæ magiſtri prouinciales 1240.28
Pruteni adiguntur ad fidem Chriſtianam 1300.14
Prutenos conſueuiſſe hircum immolare 1290.3
Prutenorum bellum aduerſus Maſſouios 1298.55
pſeudoapoſtolos ex duobus cognoſci 483.32
pſeudochriſtus quidam crucifigitur 561.20
pſeudoprophetam ex duobus dici aliquem 485.24
pſeudoprophetæ qui dicūtur 478.26
Ptolemais, regia urbs 1358.6 obſidetur arctiſſimè 22.40 et 1375.25 capitur & ſolo æquatur 1376.1
Ptolemaidi amiſſæ ſimilis Famaguſta 17.43
de Ptolemaidis primatu contendūt principes plurimi 736.40
Ptolemei μεγάλη σύνταξις fit Latina 750.14
puellæ cuiuſdam hiſtoria ſine cibo uiuentis 1271.20
pueri dentati & mox loquentis natiuitas 1267.40
pueri urſini partus 1270.4
pueri monſtroſi hiſtoria 1271.30
pueros non habere actualia peccata. 287.20
pullæ ueſtis uſus in luctu 638.19
purgatorius ignis qualis ſit 550.48 quibus debeatur, & quibus infernus 552.12
purgatorij ignis acerbitas 551.13
purgatorium in quo loco ſit 553.8 cur neceſſe ſit poni 552.30 & 553.20
purgatorij ſtatus qualis 552.5
purgatorium negantes, imminuere uirtutē ſacramēti altaris. ibid.16
purpura Chriſtum ſignificat 88.8
purpura tyria 1080.16
purus quantum ad culpam, & purus quantum ad naturam, differunt 155.12
pyratæ damnantur 600.1

Q

Quadrupedia & iumēta idem. 32.60

QVAESTIONVM DIFficilium in Eccleſia agitatarum explicationes.

Cur Deus, cùm ſit omnipotens, non alio modo quàm per mortem filij ſui redemit genus humanū 149.40
Cur Deus hominem uertibilem in malum fecerit 182.25
Cur Geneſ. 1. de angelis nihil dicatur 203.46
Vtrum aliquis de libro uitæ poſſit deleri 198.8
Vtrum prædeſtinatio poſſit iuuari orationibus ſanctorum 199.24
Vtrum prouidētia rebus imponat neceſſitatem 199.47
¶ quantitatum diſpoſitionē eſſe ordinationem dei 193.56
quantitatum rationem non poſſe reddi ex principijs 193.49
quantitatiuè & qualitatiuè nocere differunt 297.50

R

Raceburgenſis epiſcopus Fridericus 627.40
Raceburgenſes epiſcopi 1096.56
Raceburgenſe ſchiſma 752.51
Radulphus Alemanus, Carmelita 1223.40
Radulphus Ciſtercienſis monachus et Coggeshalenſis abbas 1221.20
Radulphus Cicestrēſis Dominicanus 1232.33
Radulphus Coleburgus Minorita 1228.2
Radulphus de Diceto, epiſcopus Londinenſis 1218.47
Radulphus Fresburne, Carmelitarum inſtaurator 1224.31

Radulphus Maideſton 1233.24
Radulphus de Namurcio proditor Almaricanorum 560.10
Radulphus Niger, Sudanolgius 1216.42
Radingenſis ſynodus 788.50
radix quid ſit 368.23
Raymundus Barchynonēſis de Penna forti, Dominicanus 1185.3
Raimūdus Toloſatiū comes 557.44 inhumatus relinquitur 604.58
Raimūndi Lulli ars qualis 571.18 errores neſandi 572.5
Rainaldus Syriæ præfectus 1364.18
de Raptu error Pariſijs confutatus 583.30
Ratiboria obſidetur 21.56
ratio aſsimulatur equo laſciuo 278.54
rationalem creaturam dominium habere ſui actus 201.57
rationales creaturas primum conditas. ibid.52
Ratisbonenſis bibliotheca 702.10
Ratisbonēſis epiſcopi bona exprædantur à Conrado 681.10
Ratisbonenſes epiſcopi 1070.42
Ratisbonæ templum primariū conflagrat 1267.18
Rauennatenſis exarchatus tenetur à papa 726.25
reatus quid ſit 285.46
reatus mortalis & uenalis peccati diſtinguitur 297.8
redemptio quid ſit propriè 148.45 dupliciter conſideratur 149.18 generis humani unde 147.27 eius conſideratio 354.3
redhibitio & redemptio quid 158.59 & 159.25
Regaliæ ius in Gallia 752.32
Reginaldus Boloniæ comes excommunicatur 600.45
Reginaldus, Carnotenſis epiſcopus 1032.46
Reginaldus, Dominicanus monachus 1185.52 mirabili ratione ordinem ſuſcipit 1186.4 alter Elias ibid.25
Reginaldus, Hoſtienſis epiſc. 1026.3
Reginoburgenſis ſynodus 861.8
Reginoburgenſia cœnobia 834.54. &c.
regnum Dei dicitur tribus rationibus ſecundū Albertum 471.40
regni cœlorū & mūdi huius diſcrimen 471.60
regnū Dei dici multipliciter 470.58
in Regno Dei tria eſſe 471.46
regum & pontificū quanta ſit differentia 711.30
regum coronatio quibus ritibus fieri ſoleat 684.46
regulæ quedā de interpretatione ſacræ Scripturæ 30.32
rhetorum phaleræ non curandæ in miniſtro Eccleſiæ 476.4
Rhetzenſe uectigal à quo ſit acquiſitum 1059.46
Reinboto à Mullnhart epiſcopus Aiſtetenſis 1069.20
Reinharius, Curiēſis epiſc. 1082.54
relationes in diuinitate quales 53.17
religionis ſtatus quid ſit 488.18
religionem intrare utrum ſit licitum 488.46 intrantes oportet multū deliberare, idq; propter quinq; rationes 490.54
reliquiarum mercatus prohibetur 827.5
reliquias ſanctorum colligi conſueuiſſe 640.50 hoc ſeculo in magno honore fuiſſe 694.28 uenerandas eſſe 403.8
remedia tria cōtra peccatū 134.28
remiſsio peccatorū fit ex miſericordia 360.18
reſurrectio duplex 141.36 et 527.6 quo tēpore dici ſit futura 530.2
reſurrectionis noſtræ triplicem eſſe cauſam 527.18 cauſam eſſe Chriſtum 143,60
reſurrectionis Chriſti tēpus ſecundum Armenos 562.18
reſurrectionem mortuorum negaſſe Albienſes 555 item Almaricani 559.46
in Reſurrectione corpora ſanctorū quatuor bonis excellēt 529.50
de Reſurrectione mortuorum error quorundam 529.8 dictum Auguſtini 143.45 errores Pariſijs confutati 584.22
reſurgent omnes homines 527.40 corpora hominum 528.38
reſurgentium primogenitus quomodo ſit Chriſtus 144.22
rem omnem per eadem fieri & reparari 141.7
res mixtè partæ quædam in dominium noſtrum, quædam non, cedunt 380.54
rete qd ſit in ſacra Scriptura 475.
Retrochus, epiſcopus Catalaunenſis 1038.31
Reualiæ epiſcopus paret Lundenſi 704.53
Reualiæ ſedes epiſcopalis 12.34
reuelatiōes quotuplices ſint 47.50
reuerentiæ erga Eccleſiam exemplum 669.51
Reutlingi templum B. Virgini extruitur 590.30
Richardus Knapuuel Dominicanus 1234.45
Richardus, Anguillarianus abbas 1223.40
Richardus de Bariſco, epiſcopus Danelmenſis 1138.10
Richardus Cornubiæ dux, imperator ſalutatur 1343.40 deſeritur perfidioſè ab epiſcopis 1048.10 proficiſcitur in Palæſtinā 1365.40 donatur particula ſanguinis Chriſti 1366.2 eius ſepultura 639.31
Ricardus Fizauius, Dominicanus 1198.38 ſcripſit plurima. ibi.43
Richardus Magnus, Cantuarienſis epiſcopus 1116.20
Richardus de Media uilla, Bryto, Minorita 1235.14 ſcripſit uaria. ibid.
Richardus, monachus in collegio S. Victoris 1187.22
Richardus Regioſyluanus 1230.38
Richardus, Remenſis archiepiſcopus 1035.30
Richardus nobilis à Thaun, epiſcopus Vuormacienſis 1062.20
Richardus Vuichius, Ciceſtrēſis epiſcopus 1136.54 inter diuos relatus 1137.17
Riga urbs muro cingitur 1148.25
Rigenſes epiſcopi. ibid.10
Rigaldus, Remorū antiſtes 1035.40
Ritus incorporatus quid 156.55
rixa quid ſit 336.42
Robertus Anglicus, Dominicanus 1233.50
Robertus Antiſiodorenſis, imperator Conſtātinopolitanus 1319.50
Robertus Baconus, Dominicanus 1222.18 ſcripſit multa. ibid.
Robertus, Baiocenſis epiſcopus 1042.4
Robertus, Bellouacorum epiſcopus 1026.34
Robertus Groſſeteſt, latinè Capito 1131.16. ſcripſit quamplurima. ibid.25 accedit papam 1133.40 moritur 1134.18 laudatur à Pariſio. ibid.22
Robertus Curſon, cardinalis Romanus 1018.40
Robertus Kiluuarby, epiſcopus Portuenſis 1029.18
Robertus Oxfordius, Dominicanus 1199.22 ſcripſit multa. ibid.

Robertus Leodienſis epiſc. 1081.3

Robertus Rameſienſis monachus 1217.10

Robertus Richius 1222.10

Robertus Sommercote cardinalis Romanus 1032.14

Robertus Soſatenſis ſcolaſticus fit Iudæus 18.9 igne cœleſti abſumitur ibid.

Robertus Turnebã Minorita 660.42 & 1231.54

Rodolphus baro à Gutingẽ 1083.10

Rodolphus Haßiæ comes, imperator ſactus promittit obedientiã papæ 730.40

Rodolphus, Landgrauius Alſatiæ creatur imperator 1346.20 coronatur Aquiſgrani 684.4 & 1267.34 uocatur Romam ad accipiendum nomen Auguſti 962.28 deſtinatur bello ſacro 1373.25 Victorioſi nomen accipit 1347.43 eius mors, ibid.52 oratio nolentis ire Romam 742.10 ſtudium pacis 672.22 parſimonia 672.50 ſuperſtitio 674.14 dictũ aduerſus Seccouianum epiſc. 1105.20

Rodolphus, Rodolphi imperatoris filius, dux Sueuiæ 1346.55

Rodolphus, comes Habsburgius, epiſcopus Conſtãtienſis 1056.18

Rodolphus Salisburgẽſis epiſc. Cancellarius imperatoris 1078.38

Rodolphus, Verdenſis epiſc. 1089.9

Rogerus Baconus Franciſcanus 1218.25 miraculũ ſui ſeculi. ibid. 28 ſcripſit multiplicia. ibid.40

Rogerus monachus Croladienſis 1223.5

Rogerus Londinenſis epiſc. 1128.24

Rogerus Valtham, canonicus Londinenſis 1129.30

Rogerus Vesbam, Conuentrienſis epiſcopus 1139.46

Roma, caput orbis 709.14

Romæ auaritia 746.30 dignitas 709.30

Romæ in templo S. Petri lancea & uexillum Mennmelmi reponitur 592.20 calices argentei in uſum templorũ facti 592.15 templũ S. Mariæ conditur 590.24 fidem eſſe aroma 744.40

Romanus põtifex, humani generis parens 919.56

Romanorum prælatorum auaritia & ambitio ſuis coloribus deſcribitur in oratione Iuuanẽſis epiſcopi 895.30 & deinceps

Romanæ Eccleſiæ poſt Chriſtum ſumma authoritas 499.2 laudationes adulatoriæ 738.2

Romanæ ſynodi ab Innocentio celebratæ decreta 792.46

Romanã Eccleſiã matrẽ eſſe et magiſtram omniũ fidelium 570.50

Romani imperij forma 865.50

Romipetæ probibentur ab Ottone 721.29

Romanus Halicienſiũ dux 1515.47

roſarum odore extinctus quidam epiſcopus 1112.6

Rotenburgum corruit 1268.44

Rothomagenſes epiſcopi 1127.50

Rothomagenſes gloriari de fide erga ſuum principem 1309.10

Rugerus à Redeck Chiemenſis 1066.58

Rupertus comes Mansfeldenſis de Querforde, epiſcopus Magdeburgenſis 1101.10

Rupertus de Rußia, Minorita 1175.18 (1208.40

Rupertus, Spanheimenſis abbas

Rußiæ epiſcopi 1113.8

S

SAbbati ſpacium determinatũ in Scotia qđ ſit 632.48 et 788.40

de Sabbato præceptum partim eſſe morale, partim ceremoniale 331.52 non eſſe de decem præceptis 320.50 ceremoniale 321.42

ſabbatum non omni opere corporali uiolari 332.5

ſacerdos malus quot pœnis ſit dignus 480.53 quo loco habendus 478.30 (1

ſacerdos fugiẽs cui cõparetur 479.

ſacerdotis officiũ circa tria uerſari 484.32 oratio qualis eſſe debeat 481.1 reuelãtis peccatũ ſibi confeſſum pœna 609.59 eiuſdemq́; graue peccatum 478.18

ſacerdoti quæ neceſſaria 480.15.20 & 482.3.34

ſacerdotes appellãtur dij 708.25 in Scripturis ſeptẽ reb. aßimilãtur 481.38 iubentur benedicere populo 622.37 quomodo portent peccata populi 474.16 comedebãt hoſtias pro peccato 135.36 propinãt hominib. mãdragoræ poculũ 968.40 tantũ ſunt cuſtodes bonorũ Eccleſiæ 702.6 debẽt uti armis ſpiritualibus 482.58 probibẽtur exercere iudiciũ ſanguinis 842.15 quomodo poſſint intereſſe bellis 483.6 olim buccinis clanxerunt in bello 483.14 tempore perſecutionis utrum fugere poßint 478.40

ſacerdotum peccata, maxima propter duo iudicari 478.12 uita reprehẽditur 699.10 diuerſorũ unitas 482.46 pallia eſſe aucupia pecuniarum 715.19 ambitio 692.2 ueſtitus in miſſa qualis 612.54

ſacerdotum coniugia probibentur 837.50 cœlibatus defenditur 489.16 coniugium eſſe peccatũ mortale 520.52 de eodẽ opinio Armeniorum 562.20

de Sacerdotibus tres regulæ notandæ 481.42

ſacerdotale opus eſſe ſeptiforme 481.17 & 484.25

ſacerdotia emi à papa 714.48 duo neminem habere poſſe 860.28

ſacramentum quid ſignificet 403.20 unde dictũ 413.1 nouæ legis definitur. ibid.17

ſacramenti uirtutẽ guſtaſſe omnes ſaluandos ab initio 441.20

in Sacramẽto altaris cur aliqui fermentato utantur 442.38

ſacramẽta unde orta ſint 405.31 Legalia et Euãgelica diſtinguũtur 412.50 noua correſpõdent ueteribus. ibid.2

ſacramenta duo à latere Chriſti fluxerũt 406.50 à Chriſto duo inſtituta. ibid.50 & cur 410.28

ſacramenta cur Eccleſiæ data 373.47 à quib. habeãt uirtutẽ 407.47 quomodo iuſtificẽt 360.33 remedia ſũt cõtra peccatũ 421.10

ſacramentorũ materia q̃ ſit 407.8 ſeptẽ formæ atq; ritus explicantur à Thoma 409.33. &c. triplex uſus 405.33 utilitatem eſſe eruditionem 407.36 finem eſſe ſanctificationem. ibid.28

ſacramẽtis Deũ non alligari 558.4

ſacramẽtis alijs, præter cœnã, Chriſtus cõmunicat tantùm per gratiam 443.13

ſacramẽta cur Deus uoluerit inſtituere 405.54 et 409.14 ab initio triplicia fuiſſe 408.47 noua hominib. ſalutẽ non tantùm ſignificare, ſed etiã exhibere 409.30 eſſe ſeptẽ 404.11 habere ſimilitudinem eorum quæ ſignificant 407.13 & 421.56 eſſe adiumẽta uirtutũ 408.5 magis ueneranda quàm diſcutienda eſſe 419.10 habere ſuam originem, medium & finem 411.13

ſacramenta

ſacramenta legalia ualuiſſe tantùm uſq; ad Sp.S.miſsionem 559.16 & 569.16
in Sacramentis operari paſsionem & reſurrectionem Chriſti 406.25
ſacramentalis manducatio quid ſit 443.20
ſacramentalia ſigna eſſe duplicia 412.28
per Sacramentalia remedia gubernari Eccleſiam 469.4
ſacrificium quid ſit 458.18 ſacerdotis quale 458.58
ſacrificiorum diuiſio 458.23 finis quis 458.54 finis principalis 459.1 ſecundarius. ibid.2
ſacrificia olim fidem teſtata eſſe 356.10
ſacrilegij exempla 680.24
ſagittæ ſeptem hominem moleſtantes 243.43
ſal in baptiſmo quid ſignificet 596.34
Saladini ſepultura qualis fuerit 1301.21
Salisburgum carere cereuiſia 699.37
Salisburgenſes epiſcopi 1076.46
ſaliua in baptiſmo quid ſignificet 596.38
Salomea, Scalenſis monialis 1248.52
Salomonis exemplum, qui donauit templo uaſa aurea 843.55
Saluator tripliciter dicitur 94.2
Samarchandæ obſidio diuturna 1370.39
Sambienſes Chriſtiani facti 17.2
Samuel propheta geßit Dei uicem 521.16
Samuelis mortui apparitio qualis fuerit 526.8
ſanati mirabiliter exemplum 1120.50
ſanum aliquid dupliciter dici 364.14
Sanctis, Roberti Siciliæ regis uidua 1241.47
in Sanctorum numero qui habeantur in Eccleſia militante 722.22
ſanctorũ reliquiæ quomodo ſanent ægrotos 501.7
ſanctis nimium tribuit Albertus 498.12
ſanctos pontificios ſui cõtemptum & uiolentiam ulciſci 1275.10
in Sanctis ſuis laudari Deũ 724.12
ſancta malis poſſe obeſſe 450.54
ſanguis quomodo conueniat nouo Teſtamento 411.53
ſanguis quidã miraculoſus, qui ſeruatur pro reliquijs 151.13
ſapientia omnis à Deo 33.59
ſapientia Dei in quibus appareat 60.21 effuſa ſuper omnia opera 186.28
ſapientia tribuitur filio Dei 147.31
ſapientiã mũdi magis expeti quàm ſapientiam cœli 693.10
Saraceni ex Maiorica expulſi 12.20
Saracenorum potentia 1300.52 humanitas 1301.28
Sardanai, monaſterium 661.20
Sariſberienſes epiſcopi 1130.18
Satalia Græciæ urbs 1356.58
ſatanas quid ſit 215.20
ſatisfactio quid ſit 429.20 & 19 pro peccatis à quali perſona fieri debuit 353.38
ſatisfactio Chriſti 136.16 non tollebat pœnalem corruptionem. ibid.21 pro omnibus omnium peccatis ſufficiens 136.50
ſatisfactio iniuncta hominibus iniuriam facit Chriſto 424.10 baptizatis non iniungẽda 414.50
ſatisfactionis tres eſſe partes 390.30 partem eſſe reſtitutionem 429.12
ſatisfactionem ad duo ualere 390.51 eſſe neceſſariam 429.16 oportuit eſſe infinitam 136.46
in Satisfactione maximè tria requiri 429.38
Saxoniæ ducis officium in coronatione Cæſaris 683.52
ſcandalum quid ſit 511.5 & 512.10
ſcandalum actiuum quale ſit 511.30 & 512.20 & 513.16 eſt duplex 512.42 eius exemplum 513.14
ſcandalum paßiuum quale ſit 511.40 & 512.3 eſt triplex. ibid.50 eius exemplum 513.8 & 13
ſcandali diuiſio in materiale & formale 513.5
ſcandalum prouenire ex duobus. ibid.21
ſcandala quomodo dicantur neceſſariò euenire 511.44
Scarenſes epiſcopi 1147.52
ſcelera quæ dicuntur 252.47
Sceleti cuiuſdam apparitio 1270.21
Schirenſis epiſcopus Cõradus 1105.40
ſchiſmatici qui dicantur 470.37
ſchiſmatis inter Græcos & Latinos tres eſſe cauſſas 1185.40
ſchiſma, quale ſit peccatum 262.18

SCHISMATA.

de Aduocatia in Heimbach 763.48
de Aduocatia Sigebergenſi 756.30
ambitionis inter Cracouienſem & Vratiſlauienſem epiſc. 766.57
Anglicanum de electione epiſcopi 758.2
Anglicanum inter epiſcopum & monachos 764.25
Anglicanum inter Richardum & regem 766.40
inter Argentinenſes & epiſcopum 778.58
Aßißienſe dißidium inter monachos 765.30
de Audiendis confeßionib. 785.20
Bathauenſium pro recuperanda libertate 787.52
de Belæ Vngarorum regis exuuijs 780.50
de Bonis eccleſiæ in Suecia 764.12
inter Bremenſes & Hamburgenſes ſacrificulos ob electionem epiſcopi 761.40
inter Clementem quartum & præpoſitum Halberſtadenſem de decimis 779.58
de Clementis IIII. exuuijs 781.40
Colonienſe ob depoſitionem epiſcopi 753.44
Colonienſe de cudenda moneta 767.55
Cracouienſe inter duos epiſcopos. ibid.12
Conſtantinopolitanum 783.5
Cyprium de primatu 774.58
epiſcopale inter Plocenſem & Culmenſem 780.36
Flandriæ 763.50
inter Fuldenſem abbatem & epiſcopum Herbipolitanum 764.40
de Iure eccleſiæ 781.6
Iuuanienſe 777.40
de Libertate eccleſiaſticorum, epiſcopi Vangionum cum ciuibus 764.53
Lincolnienſe 774.35
Lubecenſe de funere 782.50
inter Lubecenſes ciues & epiſcopum 781.50
de Magdeburgenſi epiſcopatu 781.4
Moguntinum, ob electionem epiſcopi 753.10 & 786.20

de Moguntina ſede 785.8
monachorum de cappa 787.1
inter Monachos & epiſcopos de cultu 780.10
inter Monachos & ſcholares Pariſienſes 776.26
monachorum mendicantium cum canonicis 778.38
monaſticum de ambitione 765.28
monaſticum in Anglia 780.20
inter Nordouicenſes monachos & ciues 781.30
inter Papam & Columnenſes 787.56
inter Philippum Frãcorum regem & Aurelianenſem & Antiſiodorenſem epiſcopos 763.30
de Pluralitate beneficiorum 767.24
Polonicum ob excõmunicationem promulgatam 785.50
de Ptolemaidis primatu 786.40
Raceburgenſe, ob electionem epiſcopi 752.52
de Succeßione in eccleſia Ratisbonenſi 765.14
inter Rigenſes & Bremẽſes ob electionem epiſcopi 765.50
inter Romanum pontificem & imperatorem 762.58
ſcholarium et ciuium Pariſienſium 766.10
inter Scholares & Dominicanos Pariſienſes 776.40
de Sepultura Palæologi 787.16
inter Suerinenſem epiſcopũ & Pribislaum Megapolenſem ducem 776.1
Treuirenſe 774.43
Treuirenſe de dignitate epiſcopali 777.27
Vrſinorũ & Hanibalenſiũ 784.20
¶ Scholæ huius ſeculi quæ floruerint 702.21
Scholares monachi 642.27
ſcolaſticorum initium 9.35
Schonaugienſis abbas 1205.2
Schonefeldum, monaſteriũ ad confluentẽ Lyci & Danubij 1057.6
Schoningenſe concilium 886.40
Schuuabecke deſtruitur 1056.56
Schuuartzachium à quo ſit extructum 1058.7
ſcientia omnis diuina 34.4
ſcientiam eſſe duplicem 195.52
ſcientiæ aliæ præter theologiam, quomodo non dicantur editæ à Spiritu ſancto 34.30
ſcientiarũ omnium intellectus quadruplex 41.55
Scotiæ epiſcopi 1143.34 urbes conflagrant 1622.51 inundatio 1255.27 regum inaugurationis modus 685.18
Scoti cuiuſdã præſulis oratio contra uultures Romanos 837.60
ſcriptura S. diuiditur 35.10 dicitur Cœlum, & quare 31.2 unde originem habeat 35.30 autentica 40.19 canonica ſcriptura 31.11 clara. ibid.3. limpida 42.5 profunda 39.52 uenuſtißima 41.42 de quibus rebus potißimùm agat 35.50 & 36.10 publicè docenda 40.16 exponi tripliciter poteſt 39.54
ſcripturæ ſacræ expoſitio quæ periculoſa 52.33 quæ item mala. ibid.6 quid in eius expoſitione cauendum. ibid.30
ſcripturæ ſacræ interpretandæ regulæ 30.32 & 33.2 modus quadruplex 41.51
ſcripturæ ſacræ obſcuritas 42.13 quomodo tractanda 33.31
ſcripturæ ſacræ autoritas unde colligi poßit 30.54 & 34.41 excellentia 39.3 ueritas 36.46 materia circa quam 35.42 ſubiectum 38.9 fundamentum 39.29 finis 41.31 & 43.40
ſcripturæ ſacræ conſuetudo 30.46 forma 58.31 modus 40.46 & 41.43
in Scriptura S. quæ credenda 39.10
de Scriptura ſacra errores Pariſijs confutati 583.30
de Sculptili probibito eſſe præceptum ceremoniale 321.40
ſculptilia fieri nõ eſſe probibitum 321.20
Scurus Athenas obſidet 984.44
Scythæ Syriam domant 1354.24
Scytharum aduentus in Syriam 1374.10
ſeculi duplex ſignificatio 214.35
Seccouiani epiſcopi 1105.5
Seccouiæ epiſcopatus 689.5
ſecundæ diei operibus Deus cur nõ benedixerit 614.43
ſeditioſi cuiuſdam ſupplicium 671.16
Selandiæ inundatio immenſa 1271.6
ſedere ad dextram Dei 99.50 & 151.43 ſoli diuinæ naturæ conuenit 151.33
ſementis malæ malam meſſem percipi 672.5
ſemina diſperſa fructificare 650.25
ſenatoria Romanæ urbis dignitas cedit papæ 1006.24
Sendomiriæ cladis feſtum obſeruari 635.53
Sendomiriæ uiſitari occiſos à Tartaris 720.50
ſenes etiam dominandi libidine capi 1098.46
Senonenſes epiſcopi 1036.3
ſenſum homini duplicem eſſe datum 228.36
ſenſum ſacrarum literarum eſſe duplicem 190.20
ſepulchrum unde dicatur 692.60
ſepulturæ ritus 638.2 apud Tartaros 1290.57
in Sepultura, beneficia & præbendas inſtituta eſſe 640.13
Sequanæ inundatio 1268.32
ſequentiarũ quis autor fuerit 1075.12
Seraphim quid 205.46
Seraphim ex præcepto Dei facti 521.21
ſeruorum D. Virginis quis author 1186.40
ſeßionis ad dextrã definitio ſecundum Thomam 154.28
Seuallus Eboracenſis reſiſtit papæ 742.45
Seuallus, magnanimus dictus, epiſcopus Cantuarienſis 1126.50
Sibotho, comes à Gundelfingen 1057.3
Siciclites, monachus 981.12
Siciliæ rex iurat ſe non fore Romanum imperatorem 725.43
Siciliæ regis tributum quod dat papæ ſingulis annis 725.58
Siciliæ reges, nominantur Ieroſolymorum reges 1362.20
Siciliam eſſe regnum ſedis Romanæ beneficiarium 712.58 & 874.20
Sidon diruitur 22.38
Sigebergenſis aduocatia 766.30
Sigefridus Elrichshauſen Auguſtanus epiſcopus 1057.30
Sigefridus epiſcopus Hildesheimenſis 1091.60
Sigefridus epiſcopus Ratisbonenſis 1071.2

Sigefridus II. Moguntinus preſul 1051.24
Sigefridus III. Moguntinus preſul. ibid.50
Sigefridus comes de Querfurd 1093.32
Sigefridus à Rechberg epiſcopus Auguſtanus 1056.54
ſigni & ſignati in cœna ſacra ſimilitudo explicatur 455.40
ſigna in ſcripturis uocantur res ſignificatæ 31.13
ſigna quædam audibilia, quædam uiſibilia eſſe 179.10
ſigna anteceſſura finem mundi qualia futura 534.17
ſigna eſſe ultra naturæ uirtutem 175.33 alia alijs eſſe expreſſiora 179.21
ſilentium monachorum 667.1 & 10
ſimilitudinem inter aliqua dupliciter attendi 117.49
Simon Anglicus, Minorita 1227.22
Simon Cyrenæus, portans crucem Domini, quid ſignificet 509.10
Simon Gandauus, Saruberienſis epiſcopus 1130.24
Simon Haſligemenſis monachus 1105.21 ſcripſit aliqua. ibid.
Simon Langtonus, epiſcopus Cantuarienſis 1126.18 proditor ſui regis. ibid.
Simon comes de Lippia, Paderbornenſis epiſcopus 1091.12
Simon comes Montefortis 556.55 & 749.10 eius uictoria contra Albienſes 557.50
Simoni Montisfortenſi cedit per donationem comitatus Toloſatium 836.24
Simon nobilis de Schoneck, epiſcopus Vuormatienſis 1063.2
Simon Stockius, Carmelitarũ præſes 1224.59 inter ſanctos relatus 1225.15
Simon de Tornaco 1189.24
ſimonia taxatur 333.10 & 828.58
ſimoniaci faciunt ſe dominos ſpiritualis boni 333.15
ſimoniacos fuiſſe epiſcopos 698.8
ſingularis numerus pro plurali 33.53
Siphridus, epiſcopus Colonienſis 1049.54
Sodomiticum peccatum quale 253.46
ſol qualis cauſſa generationis hominis 527.23
ſolis deliquium ingens 1260.10 & 1265.58
ſolem patrem eſſe lunæ 1288.33
Soldani Babylonici donum datum Friderico II. 1301.12
ſolicitudo & poteſtas diſtinguuntur 708.50
Sorbona Pariſienſis quo tempore extructa ſit 702.55
ſortis uſum in electionib. quis prohibuerit 991.7
ſorti accidere quid ſit 345.29
Soſandra, nomen templi 590.52
Spanheimenſes abbates 1208.40
ſpatulantia, quale ſit genus prædictionis 48.16
ſpeculum religioſorum quis ſit dictus 1063.3
ſpes quomodo à fide differat 370.23 multis rebus comparatur 377.10
ſpei definitio 377.8 uocabulo multas attribuit ſignificationes Bonauentura. ibid.28
ſpem eſſe triplicem. ibid.16 noſtram in duobus conſiſtere 326.55
ſpinea Chriſti corona donatur Gallo 641.34
Spiræ quis imperator ſepultus 640.32
Spiræ monaſterium prædicatorum extruitur 653.58
Spirenſis epiſcopus, imperialis cancellarius 696.20
Spirenſes epiſcopi 1059.15
Spirenſes augentur præbendis ab imperatore 700.6
ſpiritus quid in ſcriptura 201.18 exterior non procedit à uerbo exteriori 162.43
ſpirituum diuiſio 201.14
ſpiritus inferiores gubernari à ſuperioribus 195.32
ſpiritus Domini quid in S. ſcriptura 159.6 & 169.40 & 170.39 & 171.19
ſpiritus ſanctus unde dictus 158.2 eius definitio 159.37 appellationes in S. ſcriptura 163.30
ſpiritus S. dicitur donum, & cur 158.50 & 168.49 eundem dici gratiam 159.12
ſpiritus S. imago filij 158.9 & 160.34 character filij 164.25 coeſſentialis patri ac filio 160.11 item coæternus 161.36 quomodo datus ſit apoſtolis 167.52 ubi habitet 168.52 in quibus non ſit. ibid.17 quomodo ad aliquem mitti dicatur 98.50 per quæ media detur 168.12 eius miſſio quomodo facta & fiat 169.10
ſpiritus S. in Chriſto 100.37 eſt tabellio ſacræ ſcripturæ 54.44 ſpiritus filij 113.49 ubi dicatur procedere à filio 54.25 eum à filio etiã procedere probatur 163.16
ſpiritus ſancti proceſſio 161.42
de Spiritus ſancti proceſſione decretum Lugdunenſe 920.22 Græcorum error 162.40
ſpiritus ſancti proprietates 168.56 duplices apparitiones 179.46 dona ſeptem 171.6 fructus duodecim 171.14 opera & officia 70.1.44 & 169.43
per Spiritum ſanctum corpus Chriſti formatum 110.1 & 111.54
ſpiritum ſanctum non poſſe dici patrem Chriſti 114.50
ſpiritum ſanctum eſſe Deum 159.53 eſſe amorem. ibid.9 eſſe nexum patris & filij 158.15 eſſe hypoſtaſin 160.5 innaſcibilem eſſe. ibid.30 operari per filium 168.8 non includi 169.32
de Spiritu ſancto dictum Aegidij memorabile 55.27 dicta patrum 158.8
ſpiritualis ſenſus quid ſit 190.32 triplex 190.33
ſpiritualis ſubſtantiæ proprium 55.12
ſpirituales ſubſtantias à nobis cognoſci non poſſe 194.5
ſpiritualia deſignari corporalibus 50.58 & 550.18
ſpongiæ pars, quàm Chriſto carnifices porrexerunt, à quo ſit redempta 641.40
ſpongijs aſſimilantur quæſtores 1130.2
ſponſalia præcedere nuptias 635.41
ſpurios uocari nepotes, religionis gratia 734.31
Stadenſis urbs donatur Bremenſi eccleſiæ 750.51
Stadingenſes ubi habitent 733.40
ſtagnum ſanctum mundatur 1102.54
Stanislaus martyr apparet Reginaldo in ſomnis 694.4 eximitur è tumba 1108.42
Starlingũ, numiſmatis genus 15.10
de Statuis opinio Almaricanorum 559.42

Qq 5 Stedingi,

Stedingi, homines gentiles 1299.26 oppugnantur à cruce ſignatis. ibid.55
ſtellæ cuiuſdam apparitio 1257.15 & 1261.36
ſtellæ in extremo die uel immutabuntur uel abſcondentur à maiori lumine 534.18
ſtellarum obſeruationes probat Thomas 328.40 diſtantiam eſſe ignotam 194.5 caſus qualis futurus in ultimo die 200.45
Stephanus Cantuarienſis celebrat ſynodum 839.44
Stephanus abbas S. Dionyſij 1183.2
Stephanus, Dominicanorum magiſter 1185.46
Stephanus Langtonius, epiſcopus Cantuarienſis 1124.14 diſtinxit libros Bibliorum per capita 687.39 eius ſuperflua ſuperſtitio 693.16
Stephanus, rex Vngariæ 1069.42 & 1348.20
Stephanus, Vacienſis epiſcopus 1115.34
S. Stephani feſtum inſtituitur 633.14
Stetini templum S. Mariæ conditur 590.40
Stralſundum ædificatur 1316.50
Strigonenſe diſſidium 780.50
Strigonij templum B. Virginis conditur 590.38
ſubeſſe ſecurius eſt quàm præeſſe 1185.19
ſubſiſtentia quid 127.53
ſubſtantiæ diſpoſitionem naturam dici 181.16
ſudarium Saluatoris in hoſpitali S. Spiritus Romæ 593.55 quando exhiberi ſoleat ad uidendum 719.46
Sueciæ epiſcopi 1144.44
Suentopelci deficiunt à fide Chriſtiana 17.57
Suerinenſes epiſcopi 1098.50
Sueſſionenſes epiſcopi 1042.38
Sueuiæ ducatus ceſſat 1342.10
ſufficientia & efficientia differunt 148.52
Sultanus Aegyptius Meledinus 1358.53
Sultanus Azatines 917.53 expellitur regno 1354.16
Suldanum Babylonicum conatur Franciſcus conuertere 1162.40
ſuperbia unde procedat 294.11
ſuperbiæ exemplum 678.23 ſeptem eſſe filias 340.33
ſuperbiam eſſe triplicem 340.41 eſſe initium omnis peccati. ibid. 12
ſuperborum deteſtatio 287.6
ſuperſtitionum exempla 673.15
ſupplicandi ritus 685.50
Syluanectenſis ſynodus 860.54
Syluanecti monaſterium uictoriæ 653.17
Syluester Giraldus Cambrenſis 1140.44
ſymbola fidei Chriſtianæ tria 58.57
ſynergiam defendit Thomas 586.13
ſynodum generalem congregare ſolus papa poteſt 498.50

SYNODI.

in Alemannia ſub Honorio 855.15
in Anglia Radingæ 788.50
in Anglia ſub Friderico II. de diſſenſione cleri & regis 789.8
in Anglia, de aucupio papali 854.52
Anuici in Scotia pro cudendo argento 836.30
Arbogis in Suecia 969.6
Aſchauenburgi 968.54
Bathauiæ ſub Innocentio IIII. 865.20
Coloniæ ſub Rodolpho imperatore 938.10
Coloniæ contra ſacerdotum concubinas 887.55
Coloniæ ſub Clemente IIII. 897.24
Coloniæ ſub Bonifacio VIII. 970.54
Conſtātinopoli contra Michaelem Palæologum 917.31
Gneſnæ de ſacerdotum coniugio 837.30
Herbipoli, ſub Honorio IIII. contra papales criſtas 962.20
in Hiſpania contra Albingenſes 789.6
Iuuauiæ ſub Adolpho imperatore 967.30
Lenciciæ 887.40
Lenciciæ ſub Martino IIII. de rapinis 962.4
Londini 860.12
Londini à fratribus ordinis prædicatorum 856.54
Londini contra Iudæos 967.20
Lugduni contra Græcos & imperatorem 866.55
Lugduni ſub Gregorio X. pro recuperanda terra ſancta 918.20
Mildorfij 865.31
Northantoni 897.8
Oxonij 839.42
Pariſijs contra Albios 854.41
Pariſijs cōtra Almericanos 789.40
Pariſijs ſub Bonifacio VIII. contra Romanum Pontificem 969.15
Pariſijs ſub Nicolao IIII. contra monachos mendicantes 964.14
Pariſijs de poſſeſſione duorum ſacerdotiorum 860.24
Perthi in Scotia 896.42
in Polonia de loco 854.46
in Polonia contra Maſouiæ ducem 887.5
Reginoburgi ſub Cœleſtino IIII. 861.6
Romæ ſub Gregorio IX. de Franciſco 860.2
Romæ, contra Ottonem IIII. 789.25
Romæ pro ſtatu eccleſiæ & expeditione ſacra ſuſcipienda 790.14
Romæ contra Fridericum 860.32
Romæ contra quendam uulturem Romanum 857.2
Romæ contra regem Galliæ 970.32
Romæ ſub Innocentio 705.34
Romæ ſub Vrbano IIII. 896.32
Scheningiæ contra coniugium ſacerdotum 886.36
in Scotia 788.50
in Scotia cōtra uultures Romanos 857.40
Senonis 839.34
Syluanectæ 860.54
Viennæ de reformatione eccleſiarum 917.16
Vuratislauiæ, de relaxatione ieiuniorum 887.23
¶ Synodi iubentur ſingulis annis celebrari 799.30 & 959.4
ſynodos prouinciales ſingulis annis fuiſſe 699.50

T.

TAngedar Tartarus primus Mahometiſmū amplexus 1300.58 perſecutor eccleſiæ & apoſtata trucidatur 25.18
Tanis urbs à Chriſtianis capitur 1360.38
Tarraconenſe fœdus 712.53
Tarſus, ciuitas archiepiſcopalis 704.30
Tartari cum Chriſtianis ſocietate coniuncti 21.3
Tartari Poloniam inuadunt 1337.10 uenerunt ad concilium Lugdunenſe 15.9 baptizantur Lugduni 594.33 fugantur ex Syria 1372.2

Tartarorum

Tartarorum qualis ſit fides 1288.20 reges ad fidem Chriſtianam conuerſi 4.1 irruptio horrenda 12.40 irruptio in Paleſtinam 1376.10 reginæ mirabilis partus 1269.22 ſuperſtitiones 1288.46
Tartaricæ gentis mores ex Bonſinio 1291.9
tartarus quid ſit 542.48
Taurinum cedit papæ 725.22
taxillorum proiectio, diuinationis genus 48.57
Teclæ cuiuſdam martyris hiſtoria 1252.31
templum ex ære ſolo ubi conditum ſit 591.22
templum à Deo electum ad òrationem & cur 401.60
templum cædibus pollutum quomodo reconcilietur 591.47
templum eſſe locum orationis 622.58
templa cur conſecrari debeant 497.44
templorum uſum reiecerunt Albienſes 554.57
templa ab epiſcopis eſſe conſecrata 693.45
Templarij Gaza eijciuntur 19.56
Templariorum bona diripiuntur 752.12
tempus imitatur æternitatē 90.53
tempus in magno precio habēdum eſſe 119.50
tentare Deum cur ſit peccatum 506.52
tentatio quotuplex ſit 503.54
tentatio interior & exterior diſtinguuntur 286.56
tentationem eſſe quadruplicem 506.15 eſſe uitam hominis in mundo 502.57
tentationes diaboli duplices 219.55 à quibus procedant 286.34
tentationum materiam eſſe intra nos 286.30
tentationibus, quatuor modis poſſe reſiſtere hominem 508.25
tentationes quinq; modis contingere 509.57
per Tentationes hominē non Deo, ſed ſibi fieri notum. ibid.17
contra Tentationes quæ conſolatio debeat proponi 507.45
in Tentationibus quò confugiendum 507.56
tentari hominem cur Deus permittat 509.21
tentari hominem tripliciter 219.1
tentandi poteſtatem eſſe duplicem 218.22
tentorium Tartaris miſſum, memorabile 14.50
Ternobij epiſcopus 704.48
terra quomodo ſit facta arida 188.28
terræ ſanctæ recuperatio decernitur in Chriſtiano orbe 1357.30
terram eſſe fundamentum mundi 188.7
terræmotus ingens 1253.12 Venetijs 1256.13
terræmotuum ingentium hiſtoriæ 1258.55
Teſtamentum nouum habet libros correſpōdentes ueteri, & quomodo 46.55
Teſtamenti noui diuiſio memorabilis 35.20
Teſtamentum uetus quot habeat libros 46.52
Teſtamenti ueteris finis 45.48
Teſtamenti utriuſq; libri dicuntur ſedilia, & cur 45.54 breuis differentia 47.31.38 diſcrimen à gloſſarijs traditum 318.31 fines 47.34
de Teſtamenti utriuſque libris patrum dicta 45.32
Teuthones in magno precio habentur 1349.37
Teutonicorū ordinis fratres quando cœperint in Boruſſia 16.23
Thadeus Florentinus 702.28
Thau litera delectatum eſſe Moricum 1166.21
Theobaldus Campaniæ dux 1333.20 fit rex Nauarrorum. ibid.58 proficiſcitur in Palæſtinam 1364.40
Theobaldus, Dolenſis epiſcopus 1041.10
Theobaldus Stampenſis Anglus 1023.28 & 1233.5
Theodorus Angelus coronatur 689.48
Theodorus Laſcaris imperator Cōſtant. 982.8 & 1320.10
Theodori Laſcaris mors 637.55
Theodorus Laſcaris filius, iunior 1342.40 imperator creatur. ibid.
Theodoricus, epiſcopus Colonienſis 1046.20
Theodoricus de Freiberch 1214.40 ſcripſit plurima. ibid.
Theodoricus nobilis de Hohenburgh, epiſcopus Herbipolenſis 1064.43
Theodoricus comes de Iſemborg 1085.3
Theodoricus Miſniæ Marggrauius 1099.54
Theodoricus Teutonicus, abbas ordinis Benedictini 1214.19
Theodoricus, comes de Vaide, Treuirenſis epiſcopus 1054.24
Theodorici comitis de Euerſtein ſupplicium 671.8
Theologiæ definitio 38.14
Theologiam diuinam eſſe, quomodo ſit intelligendum 34.3
theophania quid 174.9
Theſſalonicenſis epiſcopus 984.20
Thomas conuertit Indiam 14.45
Thomas Agni patriarcha Hieroſolymitanus 980.46
Thomas de Aquino 1195 doctor angelicus dictus. ibid. bos appellatus 1194.13 Dominicaſter. ibid.21 quos habuerit præceptores. ibid.40 ubi ſit eruditus 657.32 diſcipulus Alberti 703.16 ſedulus in orando 1196.40 Almareanos confutauit. ibid.56 uiſiones uidit 1197.4 moritur 867.8 & 1197.16 miracula facit poſt mortem 1197.30 canonizatus. ibid.20
Thomæ error de ueniali peccato 291.37
Thomas Bungey Nordouolgicus, Franciſcanus 1250.4
Thomæ Becketi cadauer eruitur 693.16
Thomas Borſtale Nordouolgicus 1226.30
Thomas Crantilepus, epiſcopus Herefordenſis 1137.55
Thomas Dockinge, Minorita Nordouicenſis 1230.52 ſcripſit plurima. ibid.
Thomas de Eboraco Minorita 1227.54
Thomas de Hybernia 1191.14
Thomas de Illeya, aliàs Chryſolitus 1236.60
Thomas Leiermouth, aliàs Ersletonus 1235.49 rhithmicus uates dictus. ibid.58
Thomas Louanienſis 1213.6 ſcripſit plurima. ibid.10
Thomas Maurocenus 981.26
Thomas Spotte, Cantuarienſis canonicus 1218.10
Thomas Sutton, aliàs Suetonius, Dominicanus 1199.52 ſcripſit plurima. 1200.2

Thomas Vuicke, aliàs Viccius, Oxonienſis canonicus 1218.18
Thomas epiſcopus Vuratiſlauienſis 23.36 & 1112.20 procedit obuiam ſuo hoſti 1112.40
Thoraldus Rhieuallēſis monachus 1220.59
throni qui angeli dicantur 205.50
Thuſcia S. Petri terra 726.19
timor Dei aßimilatur oſtiario 326.8
timor filialis & ſeruilis diſtinguuntur 326.33. &c.
timoris Dei ſeptem effectus 326.15
timorem Dei eſſe triplicem. ibid. 38
Toloſani epiſcopi 1044.28
Toloſana terra direpta inſtinctu pontificis 12.4
Toloſatum comitatus hereſi Albienſi inficitur 554.29
Toloſatium comitatus datur domino Montisfortenſi comiti 856.24
tonitrua in Anglia rarò accidere tempore æſtiuo 1257.48
torneamenta prohibentur à papa 601.36
Torphinus Hamerenſis epiſcopus 1144.38
traditiones eccleſiæ ſeruandas eſſe 486.10
Traiectenſes epiſcopi 1082.28
Tralles, capiuntur à Turcis 1356.15
transfiguratio Chriſti 157.56
tranſſubſtantiatio quomodo fiat 445.27 & 446.10 per ſimilia exempla probatur 446.16 & 451.2 defenſa à doctoribus huius ſeculi 443.33
tranſſubſtantiationem hoc ſeculo inuentam eſſe 622.51
Trapezus, regia ſedes 1356.24
Trebnicenſe cœnobium 655.58
Trecenſes epiſcopi 1039.42
tributum, quod exegit Innocentius pro recuperanda terra ſancta 833.23
trinitas quid 72.32 ſingularis fidei Chriſtianæ articulus 78.22
trinitatis opera quomodo ſint indiuiſa 56.8
trinitatem hæretici ignorant 78.49
in Trinitate non eſſe quaternitatem 794.60 cogitanda duæ errores uitandi 53.24
Tripolis à Sarracenis capitur 22.50 & 1374.39
Triſmegiſtus quomodo Deum definiuerit 59.21
triſtitia quid ſit 336.5
tropologiæ definitio 39.59 & 42.23
Tulnenſe cœnobium à quo ſit extructum 674.22
Tunetum, Aphricæ ciuitas 17.8
Tuniſi rex ſe baptizari petiuit 603.36
turbo repentinus & ingens Pariſijs 1253.53
in Turbine ignitorum draconum uiſio 1257.54
Turcæ latrocinantur in prouincijs Paleologi 1355.56 occupant arces Paleologi 1356.2 latè dominantur. ibid.5
Turqueminius Sultanus 20.15 & 1368.44 nouas conditiones pacis offert Chriſtianis 1368.52
turris comitum Romæ à quo ſit extructa 988.32
Tyberis inundatio 1260.24
tyranni quid ſint, & cur à Deo mittantur 522.18 miniſtri diaboli 479.30
tyrannidis exempla 676.43
Tyrus reſtauratur 23.9
Tyri expugnatio 1374.42

V.

VAcuum non ponunt qui mundum creatum ponunt 581.36
uæ triplex eſſe 266.30
Valentiæ florent ſtudia 702.37
Valentini hæreſis 111.37 & 134.59
Valerius, Vpſalenſis epiſcopus 1144.46
ualetudinem bonam eſſe partem beatitudinis 540.35
Vallis benedictionis 701.28
Valli, crudeles 676.43
Valterus, Tornacenſis epiſcopus 1045.6
uanitatem eſſe duplicem 347.41
Vardeuuallum à quo ſit conditum 1083.56
Vdaliſlaus, epiſcopus Salisburgenſis 1078.22
Vdalricus Argentinenſis, Dominicanus 1212.54 ſcripſit plurima. ibid.
Vuenceſlaus Bohemus rex Poloniæ 1353.10 colitur pro deo 1280.3
Venceſlai Bohemiæ regis coronatio precioſa 685.25
Veneris diem eſſe paßioni Chriſti dicatum 674.15
ueniæ facilitatem eſſe incentiuum peccati 805.40
ueniale peccatum quale 284.60 & 290.57
uenialia peccata poſt hanc uitam remitti 292.16 fieri tripliciter 292.7.20
uentorum ingentium hiſtoria 1264.42
uerbum quot modis intelligitur in ſacris literis 28.20
uerbum, cur Chriſtus dicatur 102.15
uerbum increatum 86.22
uerbum caro factum quatuor ex cauſis. 120.56
uerbum procedens filius Dei 84.52
uerbum Dei aſſumpſit humanam naturam in atomo 124.46
idem eſſe habet cum Deo 91.45
comparatur gladio 42.58
uerbum eſt triplex 29.46 & 95.42
fidei, gladius dicitur 31.6
uerbi incarnati conſideratio triplex 69.18
uerbum aliud eſſe exterius, aliud interius 87.20 eſſe conceptionem intellectus 142.1
quomodo cuſtodiant homines 28.59
uerbum ocioſum, eſſe ueniale peccatum 292.14
de Verbo Dei opinio Almaricanorum 559.32
Verdenſis eccleſia cōflagrat 1269.16
Verdenſis eccleſiæ dona, à Ludero ipſi relicta 700.40
Verdenſes epiſcopi 1089.8
B. Vergilij corpus eruitur ex terra 703.35
ueritas & umbra diſtinguuntur 599.34
ueritas duplex in ſcripturis 36.46
ueritas omnis eſt ſcripturæ ſenſus 37.26.
ueritatem eſſe triplicem 966.48
neceſſariā paucis articulis comprehendi 37.43
uermis in ſcriptura quid ſit 292.43
uerminum nouum genus in Boruſſia 1270.40
Veronenſis ſchola 702.39
uerſus, in quo circumſtantiæ facti comprehenduntur 951.8
uerſus quidam, pro quo clericus beneficium accepit 1014.44
Veſpaſiani dictum uſurpatur commodè 1232.2

ueſpertina & matutina cognitio diſtinguuntur 209.18
ueſtis talaris Ioſephi 850.50
ueſtium ſacrarum quatuor eſſe colores 612.45
uexationem eſſe triplicem 504.43
Vexeldorſenſe cœnobium à quo ſit extructum 1064.24
Vgolinus, Colocienſis epiſcopus 1113.44
uia ad ſalutem quæ ſit 572.25
Victorianæ moniales 1043.8
uictus inordinatus cauſſa defectuū 112.42
Vigilantij opinio de aſſumpta paupertate impugnatur 480.3
uigiliæ quæ ſint ſtatutæ ad uigilandū in ſynodo Oxonienſi 843.18
uigilias hoc ſeculo in uſu fuiſſe 638.43
Vigornienſis epiſcopus 1130.44
Vincentius, martyr huius ſeculi 1251.4
Vincentius Cadlubcus, epiſcopus Cracouienſis 617.4 & 1107.10
Vincentius Cantabrigius Minorita 1127.28
Vincentius Gallus, Dominicanus 1199.4 ſcripſit plurima. ibid.
uinculum gratiæ, & uinculum naturæ in Chriſto diſtinguuntur 146.30
uindicatio quid ſit, & quando mala 521.45
uindicta ex amore iuſtitiæ 157.10
uindicta quæ non prohibeatur 336.30
uindictæ appetitum dici dupliciter 157.1 cupiditatis exēplū 676.27
uindictam eſſe prohibitam, & quibus. 336.22 per ſe non eſſe malam 521.40
uini caritas in Alſatia 1261.32
ſumptio in ſacramento quid notet 138.31
Vintonienſes epiſcopi 1129.38
uiolentia abſoluta & mixta diſtinguuntur 344.23
uirginitatis conſilium cur detur 487.12
uirginitatis Mariæ approbatio 103.40
uirum peccare mortaliter 249.29
uiridem colorem in iride eſſe aquaticum 406.54
uiridibus ueſtibus quando utantur ſacerdotes 613.13
uirtus acquiſita & infuſa diſtinguuntur 300.50
ad Virtutis opus ſex requiri 343.36
uirtutes theologicæ quæ ſint 379.16
uirtutum exempla 669.50
de Virtutibus errores Pariſijs confutati 583.53
uiſio ænigmatica & comprehenſiua differunt 375.12
uiſiones hoc ſeculo magnifactas eſſe 694.4
uiſitationis præcepta traduntur 847.22
uiſitatorum eſſe quatuor officia 686.55
Viſlaus, epiſcopus Cracouienſis 1108.20
uita hominis duplex 243.28 & 541.34
uita æterna quæ ſit 372.38 & 541.41 in quo conſiſtat 362.56 qualis futura 536.50
uitæ æternæ duodecim fructus 537.20
uita iuſtitiæ definitur 143.32
uita ſpiritualis conformatur corporali 404.42
ad Vitæ Chriſtianæ perfectionem quid pertineat 487.20
uitæ humanæ duplex regula 312.16
uitā humanam eſſe triplicē 541.47
S. Vitalis brachium 1100
Viterbium, olim imperij ciuitas 1328.4
uitiorum exempla contra primam tabulam 673.18 contra ſecundam tabulam 675.15
de Vitijs errores Pariſijs confutati 581.53
uituli cuiuſdam monſtroſi natiuitas 1266.50
Vlricus epiſcopus Bathauenſis 1066.27
Vlricus de Blecher, epiſcopus Raceburgenſis 1098.22
Vlricus ab Eberhardo, epiſcopus Lauentinus 1105.30
Vlricus, comes Kiburgius 1083.25
Vlricus, Salisburgenſis epiſcopus 1077.52 ſimilis cani Aeſopico, qui umbram captat 1078.18
Vlricus Theutonicus 1214.32 ſcripſit multa. ibid.
unctio extrema per quē locum ſcripturæ probari uidetur 410.31
unctionis extremæ ſacramētum ab Apoſtolis eſſe inſtitutū 406.46
unctionis extremæ uſum fuiſſe 637.36
unctionis ſacramenti efficacia 495.30
unctionis forma 495.43 & 945.35 neceſſitas 496.10
unctionis & confirmationis diſcrimen 496.5
unctionem extremam reſpuit Antonius Pataunus 1176.50
Vngariæ rex Andreas excommunicatur 601.11
Vngariæ ſtatus hoc ſeculo 1113.33 & 1314.48 & 1334.5
Vngariā inuadūt Tartari 1338.48
Vngarorum crudelitas 677.22
unio naturarum accidentalis ſecundum quoſdā, in filio Dei 110.47
unio perſonalis naturarum in Chriſto 124.27
uniones in Chriſto tres conſiderandæ 121.7
unum cum patre quid ſit 79.35
unum eſſe omnia in mundo, docuerunt Almaricani 558.56
uocationem eſſe duplicem 475.60 eſſe triplicem 198.58
uocem angelorum eſſe ſpiritualem 212.45
uoces & res in ſacris literis ſignificari 190.18
Volandus Alſata abbas Hirſaugienſis 1207.60
Volandi abbatis luxus 669.8
Volcardus à Nyuuenburg Curienſis epiſcopus 1083.34
Volckmarus, Altaichij abbas 1105.18
Volkcuuinus, gladij magiſter 1240.24
Volpnum exercitia 20.21
Volpoldus, abbas Hirſaugienſis 1207.40
Volquinus, epiſcopus Mindenſis 1090.42
uoluntas Chriſti duplex 113.19
uoluntas Dei quid ſit 177.28 quando inducit neceſſitatē 192.56 antecedens 197.29
uoluntatem Dei eſſe efficaciſſimam 177.38 rectiſſimam. ibid.35 duplicem 176.56
de Volūtate Dei uerſiculus 177.27
uoluntas hominis 333.22 cauſſa peccati 257.52
uoluntas, naturalis potentia hominis 113.11
uoluntatem eſſe radicem peccati 285.17 & 286.25 non manere liberam poſt concluſionē 579.41
de Voluntate errores confutati Pariſijs 579.12
uoluntarium aliquid dici multipliciter 285.48
uoluptuoſa uita in duobus conſiſtit 539.30

uotum quid ſit 490.10 & 40
uotum commune, triplex inueniri 490.43
uoti impletionem pertinere ad latriam 488.15
uotum an impuberes facere poßint 490.20
in Voto tria conſideranda eſſe 490.34
uota quæ non ſint ſeruanda 490.4 *non poſſunt relinqui, probatur à Thoma* 488.40
uotorum bonitas & malitia conſideratur 489.20
uota ſolennia impedire matrimonium iam contractum 490.17
Vpſalenſes epiſcopi 1144.45
Vrbani IIII. patria & parentes 999.58
Vrſinorum imagines abolentur in palatio Romano 1008.38
Vrſinorum & Hannibalēſium diſſidium 784.20
Vrſpringenſis eccleſia oppignoratur 751.38
uſura unde dicta 343.51 & 344.33
uſura centeſima quid 345.11 *bemiola quid.* ibid.13
uſuræ nomen plura ſignificare 344.40 *definitio* 345.26 *ſpecies duæ.* ibid.3 *materia quæ ſit* 344.55
uſuram eſſe peccatum 341.44 *eſſe cōtra iuſtitiam naturalem, probatur* 343.49 & 344.1 *eſſe ſpeciem furti* 345.25
uſuræ prohibentur 935.48
uſurarium uendere id quod non eſt 344.3
uſurarij excommunicātur. 957.24
uſurarijs denegatur ſepultura 936.20
Vta, monialis 1243.12
Vuadmal, pannus Suecicus 1241.1
Vualdemarus, epiſcopus Bremenſis 1086.55 *eius iniuſta excommunicatio* 601.60
Vualdemarus, rex Daniæ 1316.14 *Boruſſos cogit ad fidem Chriſtianam* 16.20
Vualkenburg 1082.16
Vualterus Barbienſis 1200.18
Vualterus baro de alto Geroldſegho 1058.30
Vuaſemuſtrum 1043.8
Vuedekindus de Schouuenburg 701.28
Vuedekindus comes de Vualdegge 1083.59
Vuernerus S. Blaſij abbas 1206.2
Vuernerus de Falkenſtein 1052.59
Vuernerus, baro à Stauffen, Conſtantienſis epiſcopus 1055.40
ueſtitus Deo tribuitur 30.15
Vuichardus, Bathauenſis epiſcopus 1068.4
Vuichboltus de Houlte, epiſcopus Colonienſis 1050.50
Vuichboldi archipræſulis Colonienſis decreta 972.6 *mors* 637.4
Vigeburgis, regina Galliæ 1025.40
Vilhelmus de S. Amore ſcripſit contra mendicātes monachos 585.30
Vuilhelmus imperator 683.16 & 1329.1 & 1342.20 *occiditur* 1342.26 *reliquit filios.* ibid.
Vuilhelmi Pariſienſis liber de uita ſacerdotum 699.3
Vilhelmi Scotorum regis mors 638.12
Vuillebrandus, Traiectenſis epiſcopus 1082.30
Vuinero, primus gladij magiſter 1240.22
Vuinoci cœnobium reliquijs quorundam ſanctorum claret 694.54
Vuiſmaria, ciuitas Mechelburgenſis ducis 750.5 *conditur* 1341.20 *conflagrat* 1166.3
Viſmarij Franciſcanorum monaſterium conditur 653.52
Vuittislingenſis comitatus cedit Auguſtanæ eccleſiæ 1057.10
Vuladica Vuladimirienſis epiſcopus 1113.4
Vuladimirienſes epiſcopi. ibid.2
Vuladislaus Laſconogus, Miecislai filius 1315.40
Vuladislaus Loclicus eligitur rex Poloniæ 1349.54 & 1351
Vuladislai Sputatoris donatio 747.57
Vulbrandus, epiſcopus Magdeburgenſis 1100.48
uultus Domini lumen ſuper nos ſignatum 28.56
uultus Dei multiplex 27.12
Vuolſgerus, Aquileienſis patriarcha 1026.16
Vuolſgerus Bathauenſis epiſcopus 1066.20
Vuolhardus à Rodt, Auguſtanus epiſcopus 1057.36
Vuormatienſes epiſcopi 1060.48
Vuormatiæ incendium ingens 1258.30 & 1261.15 & 1265.20 & 1271.57
Vuormatienſis Reipub. forma mutatur 1061.26
Vuratislauia donatur epiſcopo 750.48
Vuratislauiæ S. Crucis templum quis condidit 590.8
Vuratislauiam inuadunt Tartari 1338.25

FINIS.

BASILEÆ, EX OFFICINA OPORINIANA,
Anno Salutis humanæ M. D. LXXIIII.
Menſe Ianuario.